

2-15-3914

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala B
Estante 21
Tabla
Numero 22

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 44
Numero: 54

A 92

2567



DIV.
ATHANASII MAGNI
ALEXANDRINI ARCHIEPI-

SCOPI, SCRIPTORIS GRAVISSIMI, ET
 sanctissimi Christi Martyris omnia quae extant opera.

*Nunc demum praeter ceteras editiones in diligentissimo labore, solertique studio & industria,
 sinceriori lectioni restituta: deinde variis annotationibus & innumeris scriptu-
 ra sacrae locis margini adscriptis auctore & multiplicata. Adiecta postremo
 aliquot eiusdem opuscula, quae nunquam antea typis excussa,
 aut seorsum edita, iam nunc in unum volumen congesta.*

Quorum omnium ordinem & numerum post indicem offendes.


Præterea duos indices copiosissimos præparavimus, quorum alter res & verba
 his operibus contenta, ordine alphabetico, compendiose digesta
 lectori exhibet: Postremo vero sacrae scripturae locos à
 Diuo Athanasio explicatos complectitur.



PARISIIS,
 Apud Sebastianum Nitellium, via Jacobæ, sub Ciconiis.
 M. D. LXXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

25816995



2-15-3314

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala B
Estante 21
Tabla
Número 22

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 44
Número: 34

A 92


8.2567

DIVI
ATHANASII MAGNI
ALEXANDRINI ARCHIEPI-
SCOPI, SCRIPTORIS GRAVISSIMI, ET
 sanctissimi Christi Martyris, omnia quæ extant opera.

Nunc demum præter cæteras editiones indefesso labore, solerti que studio & industria, sinceriori lectioni restituta: deinde variis annotationibus & innumeris scripturæ sacræ locis margini adscriptis aucta & locupletata. Adiecta postremò aliquot eiusdem opuscula, aut nunquam antehac typis excussa, aut seorsum edita, iam in quintum tomum congesta.

Quorum omnium ordinem & cathalogum post indicem offendes.

Præterea duos indices copiosissimos præfiximus, quorum alter res & verba his operibus contenta, ordine alphabetico, compendiose digesta lectori exhibet: Postremus verò sacræ scripturæ locos à Diuo Athanasio explicatos, complectitur.



PARISIIS,
 Apud Sebastianum Niuellium, via Iacobæa, sub Ciconiis.
 M. D. LXXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

21816995




PRIVILEGII SVMMA.



AROLVS ix. Francorum Rex, suo diplomate fanxit, ne quis opera D. Athanasij Magni, Alexandrini Episcopi, ex collatione complurium exemplarium scriptorum, in celeberrimis bibliothecis conquisitorum recognita, & quibusdam libris aucta, ante decennium à die primæ editionis numerandum, præter Sebastianum Niuellium bibliopolam, ad eius castigationis exemplum imprimat, néve alibi impressa diuendat in Galliis. Secus qui faxit multa fisco applicanda, aliisque pœnis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij indultis Lutetiæ x. Aprilis,

I 5 7 I.




ILLVSTRISSIMO AC INTEGER-

RIMO VIRO DOMINO GVILLELMO MARILLIACO

EQVITI GENEROSISSIMO, REGIS CONSILIARIO, ET FISCO

eiusdem Antigrapheo & Præfeto Mœcenati suo I. Articus

Albulei Cœnomanus. S. D.



V M rotius vniuersi varietatem, ordinem & pulchritudinem intuemur, (Mœcenas ornatissime) non solum ea quæ naturam contingunt humanam, & quibus se quisque vitam corpûsque tuetur & seruat (quod nobis cum animantibus est commune) Verum etiam, quia Deus

Os homini sublime dedit, cælumque videre

Iussit, & erectos in cælum tollere vultus.

Ouid.
lib. i.
Meta.

Curis affectionibusque humanis procul abiectis, cum supra mundanas actiones intellectum dirigimus, Deum propius, veluti per speculum in ænigmate, contemplamur; fideque tandem ipsum humani generis authorem ac parentem cognoscimus, veremur & colimus. Ista tamen ex Dei operibus intelligentia, & intellectus ex timore profectus nondum vere constituunt Ecclesiam: Etenim fuerunt multi qui res huiusmodi admirabiles, vi mentis atque ingenij acumine, inuestigarunt, quisque splendidissimum cœli volumen, & stellarum positus rationem complexi sunt: Tum varietatem naturæ, quæque sunt in natura rerum, acutè quidem perspexerunt: præterea multitudinem animalium, ortus, formas, victum, remedia, considerantes, æternam & sapientissimam mentem esse dixerunt, cui originem, moderationem, incolomitatem rerum conditarum adscriperunt: quæ mens omnia gerens & sustinens, ipsa immortalis, sempiterna, excellentissima, liberrima summæque potentæ ac bonitatis cultu ac veneratione dignissima sit, necesse est. Quauis autem viri acres & seduli inuestigatores hi fuerint & ex multis istque mirificis operibus in aliquam Dei notitiam adducti sint: Attamen eo quod protoparentum suorum iustificationes & placita contempserant, & obliuioni dederant, Ecclesiam Dei non ingressi sunt. Insuper quod naturæ ductu & mentis sagacitate quæ Dei erga hominem voluntas esset, non assequerantur, neque de verò eius cultu ab vllò certiores facti sunt, sibi quisque noxam pro arbitrio conflat Religionem, seu potius irrisionem: Vnde varia penèque innumera superstitionis prodigia, & cultus non modo non grati Deo, sed nepharij planè & abominabiles, & maximè incerti, omnibus locis atque temporibus excogitati sunt Sapientiores vt Caldæi & Persæ, ignem: Græci & Romani reliqua pro numinibus habuerunt elementa. Lumina verò cœlestia, Solem & Lunam adorauerunt Medi, coluerunt Scythæ: Stellæ & cætera sydera Phœnices & Assirij venerati sunt. Multi autem mortales aut metu potentæ terri, aut beneficiorum magnitudine allecti, honorem patriæ hominibus tribuerunt: Aras, lucos, flamines, sacrificia, templa,

1. Cor. 13

dicarunt, & hi ferè, qui cum animos extinguere cum corporibus crederent, Deum esse voluerunt id, quod nihil esse amplius, ipsi sensibus comprehenderent. Ægyptij omnium leuissimi, ab intelligente natura summam reuerentiam transtulerunt ad beluas, seque coram canibus, bobus, Ibe, crocodilo, oxyrrhyncho, supplices prostrarunt. Nec his contenta hominum stultitia, in sylvarum arbores, & saxorum congeriem, ac montium molem, Dei nomen cultumque deriuarunt. Nunquid enim Dryades & Oreades suas inde appellationes à Græcis acceperunt? Nonne placarunt hostiis Erycem montem Siculi, Atlantem Mauritanum, Amanum Capadoces? Nonne vbi suæ templum in foro statuentes Romani, eam adorauerunt cum Venere, vt eandem cum Minerua in arce sua Athenienses? Præterea numinum fictorum vanitatem cultus immanitas ilico sequuta est, ita vt Deum effici placatum cæde & sanguine hominum existimarent. Hostes & peregrinos mactatos à Scythis, Thracibus, Italis, Gallis, Britannis memoriæ proditum est: Liberos suos immolarunt Reges Pœnorum & Moabitarum nec ab iis abstinerunt facinoribus Manasses Iudæ, & Ahas Israël Reges in Dei populo educati, & præpotentes. Cultellis gladiisque in sua ipsorum membra sequierunt Cybeles & Bellonæ sacerdotes: idem Baalitici fecerunt & eorum imitatores Machumetani monachi in hunc vsque diem faciunt. Spartani pueros ad necem flagellis Dianæ cædebant, Archades puellas Dionysio: Denique omni sublato pudore atque honestate libidinum fœditate diuinitatem delectari crediderunt: idque sacrificuli tradere ausi, rerum etiam publicarum Rectores fieri passi sunt. Corinthii puellas virgines Religione, Assirij præconio, Locræ voto, Sicensis lege, Heliopolitæ consuetudine, Cypri mandato, Rycii moliciæ prostituerunt. Quo habitu per dies quadraginta ante Memphin mulieres Ægyptiæ religionis gratia steterint, dicere me pudet. Sed quis aut meminerit aut enumeret omnia humanæ infantiæ & vanæ superstitionis prodigia? Cum autem hæc non singulis hominibus, nec ab vna aliqua gente prodita commissaque sint, nec à barbaris tantum nationibus vsurpata, sed in cultis eruditisque vrbibus comprobata: cumque negligentia & securitate mala huiusmodi in populum Christianum irreperint: Apparet certe omnes homines in maximis tenebris ignorantie de Deo versatos & versaturos perpetuo fuisse cum contemptu & odio Dei, nisi luce noua atque cœlesti mens illustrata à tam ridicula tam sanguinaria, tam fœda ignorantia & cecitate fuisset auocata. Quamobrem Deus

1. Tim. 2 Optimus Max. volens omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, præmissis quibusdam Prophetis, qui veritatis viam adumbrarent, Messiamque venturum prænunciarent, tandem generis humani misertus, vnigenitum, coæternum & consubstantialem filium suum, quo demum manifestius & apertius longe latèque, toto orbe, notum faceret, quid ipsa sit quo ritu dignè coli velit, tum de voluntate ipsius erga homines, & quo animo singulos amplectatur, quaque ratione nostram excitet & ad se deducat mentem, hominem eumque infimum & abiectissimum fieri, sibi pro totius mundi salute & expiatione in ara crucis offerri voluit! Vt sibi mundam, innocentem, sanctam & perpetuam Ecclesiam, veritatis basim atque firmitermentum stabiliret. Nam si aliquando contingat (quod fit plerumque) vt hæresin grauissimis oppugnationibus impetiatur, non modo non frangitur, aut debilitatur, verum etiam magis confirmatur & corroboratur, vt sub eius persona vates ille Regius non minus verè quàm sapienter dixerit: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi: Fides vero illius & doctrina qua pascitur, alitur

Psal. 128

& vege-

& vegetatur inuiolabilis ita stat & immota, vt quanto grauioribus machinis, ab hostibus, eius sibi nomen & auctoritatem falso arrogantibus, oppugnatur, tanto ea clarior fiat, illustrior & vegetior, ac magis magisque propagetur: Quod non solum Apostolorum & D. Athanasij tempore contigisse certum est: Sed hac nostra ætate miserima vidimus. Postquam enim Calvinus plerasque Galliæ partes erroribus suis fœdauit & contaminauit, Cunctipotens ille rerum omnium moderator & custos, in demortui huius gregis locum, multa alia Regna, illisque longe præstantiora, quæ vulgari nomine, **NOVVM ORBEM** appellamus, veluti nobiliorem quendam fœtū suffecit: ferrea siquidem hominum Idololatrarum, cruoriborum, & anthropophagorum corda, omnemque lapidum duritiem exuperantia, molliuit, placuit ac temperauit, atque ad Ecclesiæ catholicæ & Romanæ fidei vnitatem, Iesuitarum suorum administratione & labore, paterno prorsus affectu traduxit, non secus quam Iudæis Apostolos aliisque admodum paucos Christicolos persequentibus, diuersæ totius orbis gentes in vnam fidem, eundemque spiritum, illorum prædicatione sub vno capite Christo coaluerunt. Idque quandiu illis cor vnum, & anima vna, sententiæque integra, inuiolata, solida firmaque permansit, sine vlla discordia & contentione, ita prosperè ac fœliciter, vt In omnem terram exiuerit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. At vbi nonnulli sibi sapientes & *φιδωτοι* in alios dominandi efferata quadam rabie, agitari cœperunt, statim à maiorum suorum decretis, sententiis, & iudiciis euagantes ac distracti, falsa religionis persuasione eorum mente irretita, aliam atque aliam doctrinam ex malefano, phantastico, incerto ac futili suo cerebro comminisci confingerèque ausi sunt: sibi que cisternas nouas effodere, & aliud genus Remi (quod aiunt) componere volentes, totius Reipub. Christianæ statum, decus & pulchritudinem ita conturbarunt, polluerunt, & tandem (quantum in se fuit) subuerterunt, vt nullum vsquam prorsus in rebus humanis ordinem reliquerint. Quandoquidem aut magnatum tyrannide, aut armorum violentia, populis in iram concitatis, omnique ratione, sapientia, & modestia è rebus humanis sublata, in hominibus certe nihil, præter scelerum omnium labyrinthum & confusionem videri potest. Quæ quidem quam verissima sint exemplis patefacere non grauabor. Primum enim cum à Deo Moses & Aaron Israëlitis populo præfecti fuissent, hic in sacerdotem, ille verò in ducem, idque cum chore, & alij suæ factionis, ambitione quadam & inuidia stimulante, grauius molestèque ferrent, seditione mota, sacerdotale munus & officium non abrogare, aut immutare (vt nostri temporis hæretici) sed solum auctoritate propria vsurpare volentes, in infernum viuentes præcipitati sunt. Ieroboam autem ambitione & auaritia ductus nullum non mouit lapidem (vt con-
3. Reg. 12 stat) quo populum Israëliticum sibi domique suæ subiiceret atque Roboamum regno extruderet. Noua igitur opinione religionis, nouo cultu, & nouis sacrificiis excogitatis, vitulos aureos decem tribubus Israël proposuit adorandos, maluitque populum à Deo quàm à domo sua recedere: Vnde sibi sectariisque suis Chironium vulnus accersit. Huius etenim hæreseos dissepita & aperta scaturigine, seminariòque meræ libertatis proposito, quot inde diuisiones & opiniones inter se disidentes enatæ sunt, non solum in Samaria sed etiam in omni Palæstina? Quot pseudoprophete in Iudæa vniuersa sub vmbra & protectione Regum verè pietatis desertorum emersere? Quot scholæ & sectæ pugnantes & variæ, quæ nihil præter innumera dissidia, horrendaque bella pepererunt, apud vtrosque temporum lapsu & successione

à iij

Deut. 17 fluxerunt? Quamuis enim Deus Leuitici generis sacerdotes populo suo præfecisset, dicens: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, venies ad sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunque dixerunt qui præfunt loco quem elegerit Dominus, & docuerit iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Multi tamen *φιλόσοφοι* (iam præfisa glacie) Dei mandatis veterumque traditionibus neglectis, nouam & inauditam scripturæ interpretationem, pro animi sententia componebant, eamque, licet falsam, Patriarcharum authoritati præponebant: Atque nonnullis scripturæ propositionibus aut truncatis, aut alteratis, aut male intellectis, aut lenocinio quodam verborum phaleratis & adumbratis, populum in suam opinionem alliciebant: Verum vbi ambitiosa hæc studia paulò licentius viguerunt. Quot bella per orbem & quàm multæ scelerum facies inde manarint non attinet dicere, cum pagina sacra præsertim & multi deinde historiographi bellorum & seditionum narratione inde nascentium redundant ac superfluant. His igitur omissis, transeamus ad ea quæ sub

Collo. 2 Euangelio contigerunt. Licet eum sanguinis Christi effusione chirographum decreti quod erat nobis contrarium de medio sublatum sit & cruci affixum: in manu tamen consilij nostri, inter concupiscentias & alias corporis molestias ad certamen fidei relictus fumus vt per illas erudiamur & exerceamur, proficientes in agone iustitiæ.

Sed quia tendit in ardua virtus.

Facilis verò descensus auerni.

Aug. de pecca. merit. ca. 33. Quid. lib. 2. de pont. Virg. libro 6. *Æneid.*
Cum multi se viros eloquentes sentirent & ob suam doctrinam celebrari conspicerent, in suis cogitationibus euanescentes stulti facti sunt: Vnde tanto timore vanæ opinionis elati sunt, vt omnes omnium antiquorum lucubrationes & monumenta (aliis omnibus doctiores se solos existimantes) præ se contemneret: Inter quos Arius non vltimum quidem locum obtinuisse videtur. Quippe qui Constantini magni tempore annum circiter 313. cum fides catholica vbiuis gentium in pace propagaretur nullaque ferè natio superesset quæ religionem Christianam, miro studio & pietate non amplecteretur: Statim ecce Arius, velut Bellona quædam aut furia, Alexandria (sicuti temporibus nostris Nouioduni in Picardia Ioannes Caluinus) eo quod ei Alexander euangelicæ doctrinæ propugnator acerrimus, ad episcopatum præpositus fuisset, ambitionis & inuidiæ stimulis agitated, cristas exerere coepit: deinde contentiosas propositiones veram pietatem, perfectamque diuini numinis cognitionem prætexentes, in quæstionem deduxit. Tunc siquidem (vt non minus doctè quam eleganter ait Vincentius Lirinensis) Arii nugis & commentis ferè per totum orbem receptis, non solum parvæ res sed etiam maximæ labefactatæ sunt: Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiã Vrbes, Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus concussum & emotum est. Namque cum prophana istorum nouitas, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps vniuersa cum priuata, tum publica, sacra etiam & prophana, nulla boni atque veri ratione habita, miscere ac vexare destitit. Tunc temerata coniuges, depopulata viduæ, prophanata virgines, monasteria demolita, deturbati clerici, sacerdotes verberati, Episcopi in exilium acti, oppleta sanctis ergastula, carceres, metalla: quorum pars maxima, interdictis vrbibus, protrusi atque extores inter deserta, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti, affecti,

affecti, attriti & tabefacti sunt. Atque hæc omnia nunquid vllam aliam ob causam, nisi vtique dum pro cœlesti dogmate, humanæ superstitiones introducuntur, dum benefundata antiquitas scelerata nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum scita patrum rescinduntur, dum definita Maiorum conuelluntur, dum sese intra sacratæ & incorruptæ vetustatis castissimos limites, prophanæ ac nouellæ curiositatis libido non continet? Hæc Vincentius testis oculatissimus de fructu impietatis. Arianorum quorum etiam varia sed octo præcipua genera notantur apud Antiquos. Quæ quidem omnia, licet multa, quando cum scelestissimis facinoribus Calvinistarum confero, Elephanti muscam æquare velle videor. Ipse etenim Caluinus veneniorum ex omnibus monstruosis & satanicis hæresibus collecto & hausto, hæreticis omnibus deterior effectus ob Cyclopæam vitam (vt cœmuni parœmia fertur) à finibus patriæ profugus ingenij sui fastu, vanæque eloquentiæ Cothurno, ac doctrinæ suæ opinione tumidus, Basileæ primum delitescens, deinde Argentorati exulans, profugorum ibidem concionator effectus, postea verò Geneuensis ecclesiæ gubernatione contra Dei legem arrepta: Non modo Sabaudiam sed totam adeo Galliam quinto quodam euangelio sibi excogitato Libris, scriptis & dieteriis suis omni genere blasphemiarum scatetibus infecit, euertit, & perdidit. Primum enim religionis & simplicitatis ficta simulatione, in animos ac beneuolentiam hominum ita versute, callidè, & fraudulenter irrepsit seque insinuauit, vt quilibet eum errore teneri, non furore agitari crederet, & eius vicem citius dolere quàm factiones vlcisci cuperet, vt etiã non modo eum cum suis degere, verum etiam secum versari suosque corrumpere pateretur: Ast vbi tum blanditiis tum pollicitationibus multos non satis eruditos & sapientes, quos sibi fore vtiles arbitrabatur in sui erroris laqueum pellexisset: Tunc vaser ille & nimium astutus qui nobilitandi sui nominis & amplificandæ suæ factionis ardore incendebatur, Geneuensi summo pontificatu cõsequuto, continuo veram religionem & pietatem hæctenus ignoratam, afflatu diuino sibi alatam & patefactam, nos verò, patresque nostros quatumlibet sanctitate & doctrina graues & per celebres, & quotquot ante mille triginta tres annos vixerunt, homines fuisse rudes, idiotas, mysteriorum sacrorum inscios, turpique errore obcæcatos fuisse, palàm exclamare, profiteri, & denunciare coepit: Insuper vt oligarchiæ suæ iacta fundamenta latius promoueret, eo quod inter Lutherum & Zuinglium de cœna domini discrimen non vulgare feret, repente Caluinus ipse veluti nouus quispiam è machina Deus apparuit, seque iudicem inter vtrumque constituit, nec minus Zuinglij quàm Lutheri sententiam condemnauit. Deinde volens in omnibus accurate primogenitorum satanæ, & potissimè Arii sequi vestigia quibus suam propagauerant zizaniam, conatus est, contra summi Pontificis, Episcoporum & sacerdotum mores deprauatos debacchari, eorumque potestatem iurisdictionem & authoritatem imminuere & abrogare, eosque impostores, cacodæmonas, antichristos & sceleratorum duces, se vero suosque Christi nuncios, apostolos & veritatis doctores affirmare, doctrinam & integritatem suam ostentare & prædicare: Atque in omnes Galliæ partes (quam suis temporibus fœlicem dixit D. Hieronimus quod fœdis caruisset monstris) sua somnia, næuias & commenta ministerio T. Bezæ, Ottomani P. Martyris & aliorum eiusdem farinae hominum, tato applausu tantaque attentione disseminare aggressus est, vt apud plerisque huius regionis homines plus valuerit vnus Caluini opinio, quàm sanctorum patrum Concilia, quàm omnium doctorum consensus, quàm ecclesiæ catholicæ authoritas, quàm

Lindanus 2. Dial. dub.

Hofius de hæresibus.

Contra Vigil.

Christi mandata, quàm tot seculis, tótque nationibus probata recte viuendi consuetudo, valuisse videatur. Vnde huc miseriarum ventum est vt innumera pene sectariorum capita (de quibus Lindanus in 2. dub. dialogo) è Caluini schola, tãquam ex equo Troiano, prodierint, ita vt decies hæretici haberi mereantur, vel eo potissimum quod eorum ambitione Caluini euangelium iam quinquies commutatum & innouatum sit: Idque tanta nonnunquam cum animorum commutatione, tum partium impetu, vt quæ gerebantur parum admodum ab intestino malo differrent. Quid amplius? tandem à contentionibus ad arma, bellaque, & ea ciuilia, conclamatum est, & cœptum est non tam lingua & calamo certari, quàm viribus, lacertis, ferro tormentis, nonnūquam per insidias, sapius etiam aperto Marte, adeo vt præter semidoctos quosdam & rusticos, quos ab hinc decem annis hæc nepharia doctrina obcæcauit & perdidit, plures quàm 6000 nostratium occubuisse putem. Qua de re tot animæ à fide catholica deficientes periere, tot item bellorum tragœdiæ, tot monasteria in solitudine direpta, diuexata, crudeliter expugnata, & flammis etiam succensa, tot insontes monachi & sacerdotes aut à piissimo suo scopo auersi & deprauati, aut concussi, in vincula & carceres coniecti, diuerberati, fauciati, viui excoriati ac trucidati: Tot sacræ virgines stupro conspurcatæ & è suis cœnobiis expulsæ, milléque modis laniatæ, tot puellæ corruptæ, tot castæ & honestæ mulieres raptæ, tot ædes sacræ prophanatæ, pollutæ, direptæ & populatæ: Toties sacrum Eucharistiæ sacramentum pedibus conculcatum, equis & canibus oblatum: Tot sacrilegia, furta, incendia, homicidia, coniurationes & odia plusquam Vatiniana, tot item horrenda flagitia eaque innumera ex eorum officina pro miraculis fluxerunt, vt ea tertiori quodam stylo, non describere, sed tantum enumerare volentem, non epistolam procul dubio, sed opus eximium Iliadi homericæ nullibi cædentem aggredi oporteret. Quocirca, his libenter prætermisis (tanta enim compillare non est huius instituti) cum in istorum *μεροσοφῶν* Synagoga, pro vnione spiritus & anima vna, tanta sit discordia, vt vix duo simul reperias in confessione fidei vbique concordes; pro veritate constanti, sanæque doctrina, iam olim ab Apostolis & senioribus tradita & gradatim ad nos vsque deriuata, nouæ hæreseos fabulosa deliria nuper nata, dubia & incerta, nullis confirmata miraculis, quæ Christo prælia mouent, sponsam eius Ecclesiam nescio quot seculis intermortuam cauillantur, antiquorum consensum auersantur, Christum mendacem faciunt, eius corporis & sanguinis presentiam in Eucharistia dictis confirmant, factis autem negant, Deum esse omnipotentem verbis intricatis recusant, & eum peccati authorem asserunt, S. Trinitatem cum Arianis violant, animarumque (ni fallor) perennitatem dubiam habent, & mille huiusmodi errores iam pridem à conciliis & patribus condemnatos ab inferis reuocant: pro legitima Episcoporum successione, solus reperiatur Caluinus, aut quilibet hæresiarcha quinti sui euangelij author: & denique pro eiusdem vniuersa & concordia approbatione, innumeras penè & eas inter se repugnantes fidei confessiones & symbola, non tantum audiamus sed etiam videamus: concludere licet neochristianorum huiusmodi conciliabula non fidelium sed antichristianorum, non piorum sed improborum, non bonorum sed peruerforum & malignantium ecclesiam esse: vel eo maxime quod Christi Ecclesia sit vna, sancta, catholica, Apostolica & Romana, hoc est ab Apostolis ita plantata, & à solis ortu vsque ad occasum vnus fidei splendore illustrata, Pontificum legitima successione stabilita, & sanctorum conciliorum beatorumque Patrum consensu concordiaque confirmata ac roborata,

vt contra

vt contra eam portæ inferi non sunt præualituræ: Licet enim hæreticorum parens ille serpens antiquus vaser & callidus nonnullos inconstantes, leues & temerarios pariat semper & ab Ecclesia catholica seducat, quorum opera suam zizaniam perpetuo difseminare, sua commenta instillare, nouaque dogmata inducere possit pectoribus hominum, voluptati, auaritiæ, & ambitioni studentium: quo tandem sub religionis antiquæ restituendæ simulata quadam & ficta pietate totam perturbet, concutiat, & subuertat Ecclesiam: Sed frustra, quandoquidem (vt Auth or est D. Aug.) ipsa pugnare potest, expugnari verò nunquam potest. Quibus omnibus apud me ita consideratis & libratis, operæpretium me facturum duxi, si Patrum antiquorum monimenta, & ea potissimum quæ huius sæculi miseriæ solari & inferuire possent, reuoluerem. Quod cum copiose præstare viderentur ea quæ scriptis posteritati reliquit D. Athanasius ille magnus & illustris, qui non minus diligenter quàm accurate cum pietate tum literis sacræ ab Alexandro Alexandria Episcopo institutus, non solum Arianorum hæresim confutauit, verum etiam furorē Constantij, Iuliani, & Valentis, Imperatorum admirabili constantia, inuictaque patientia & longanimitate superauit, rei que publicæ Christianæ integritatem fere solus cōseruauit. Quare operum eius lectionem aggressus sum. Quibus perlectis, & à multis mendis, quibus scatebant, vindicatis & repurgatis, iis etiam quæ obseruatione digna videbantur, & innumeris sacræ paginæ locis, ad iuuandam memoriam, margini adscriptis, tum etiam iis quæ quintus complectitur Tomus recuperatis atque in vnum congestis, Typographus, de repub. bene quidem meritis, statim id rescuiuit mecumque multis egit precibus, vt has meas lucubrations typis suis excudendas concederem: Quod equidem eo libentius feci, cum vt viris studiosis & Christianæ reipub. si non multum saltem pro viribus prodesse satagerem: Tum vt signis & argumentis apertioribus tuæ erga me beneuolentiæ & humanitatis (Mæcenæ amplissime) memorem me perpetuo fore testarer: Illud enim non iam odore quodam aut vestigiis adumbratis assequutus sum, quin luculenter perspectum, exploratum & compertum habeo, haud per te stetisse quo minus honore & commodis auctus, reliquum quicquid superest vitæ, in tranquillo locare atque securè degere possem. Quod etsi tanta sunt tua erga me merita, vt.

*-grateis persoluere dignas**Non opis sit nostra:*

Non nihil tamen in gratiam tuam tentare volui, quo meæ in te voluntatis testimonium, & animi haud ingrati documentum daretur: In hac re potissimum in qua non ægre studium & operam ipse dare possem & eandem tibi fore iucundam existimarem. Quippe quod nostri huius calamitosi ac miserrimi temporis, veluti vmbra quandam & imaginem sub Arianorum persona graphicè descriptam, & quicquid historiæ Ecclesiasticæ authores, de huiusmodi, scriptis mandarunt, plenius & verius descriptum complectitur noster Athanasius. Atque multas etiam obiectiones quibus Caluini hæresis Arianizantes ad fidei nostræ integritatem lacerandam & euertendam vt non verentur, perfunctorie retundit & soluit. Passim etiam præbet remedia haudquaquam negligenda quibus in hodiernis malis vti par est. Quæ omnia quantum ponderis & momenti apud te habeant, tibi que conueniant, ea quæ summa prudentia, doctrina, integritate, probitate, fide, consilio, Prætor, Legatus, fisci Antigrapheus & præfectus, dubiis temporibus, atque difficillimis rebus, studiose sapienterque pro Rege Regnoque gessisti, satis superque declarant. Nam quemadmodum Æneas ille

August.
lib. i. de
Symbo-
lo, cap. 5Virgil.
lib. i.
Æneid.

(vnde populus Ro. originem traxisse fertur) Troianorum mens à Græcis Ilium obfidentibus dicebatur: Ita tu & mens & oculus tam magnanimitatis nostri Regis quam Galliae dici mereris. Néque enim Æneas plus utilitatis suo consilio, rebus Troianis, perturbatis & periclitantibus attulit, quam tu tuo Gallicis armorum ciuiliū fragore & inclementia iam ferè prostratis & euerfis, præstitisti. Nam in dispiciendis rebus Lynceis vteris oculis, summo in promouendis consilio, in gerendis matura deliberatione, in iudicandis quid utilitas ciuium, quid communis Imperij salus, quid res, quid tempora poscant semper cogitas. Quò fit vt merito iam iudicio omnium, auctoritate, existimatione, gratia non solum in Gallia sed etiam in externis regionibus, existas & plurimum valeas, magisque quotidie te valiturum, Superis approbantibus, confidendum sit: Tibi itaque laboris nostri primitias nuncupauimus, & sub nomine tuo typis mandandas curauimus, cum vt tuorum erga nos officiorum apud omnes gratissimum esset iudicium, tum vt sub tanti nominis velamento, & quasi quodam amuleto, ab omni liuore atque obrectatione, tutas posteritatis memoriam commédarentur. Quod fieri certum est, si has (vti spero) hilari animo serenoque vultu receperis. Id autem vt facere digneris te omni officio & veneratione precor & obtestor. Benè vale Mæcenae Optime. Deus Opt. Max. te diu nobis incolumen seruet. Lutetiae Parisiorum Calendis Octob. Anno Domini 1571.

REVERENDISSIMO IN CHRIS-

STO PATRI AC DOMINO, D. ANTHONIO PER-

RENOTTO, EPISCOPO ATREBATENSI, CAROLI QVINTI

Romani Imperatoris, ac Hispaniarum Regis, rerum ac status primo Consiliario, &

sigillorum custodi, Mæcenati suo humanissimo, PETRVS NANNIUS

Alcmanianus, Collegij trilinguis apud Louan. Latinus professor,

S. P. D.



TAN STVLI tandem in linguam Latinam, optime Mæcenae, ATHANASIVM, & quicquid sub eius nomine ferebatur, opus me herclè magnum & arduum, à plerisque tentatum quidem, à nemine autem hæcenus perfectum. Inuitauit plerisque ingens utilitas libri, sed deterruit omnes labor, vt omit-tam superioris memoria homines, & tantum recensentem eorum nonnullos, aut qui in nostro seculo, aut in proximo fuere. Delibant huius operis interpretationem Ioannes Reuchlinus, & Angelus Politianus, sed in vno libello perquam exiguo defatigati, à cæteris abstinerunt: diutius perculit sarcinam Erasmus donec exemplaribus Græcis fuerit destitutus. Sigismundus Gelenius, socius mihi & partiaris in hoc labore futurus, cætera quæ susceperat vertenda, in me reiecit. Dicendum igitur quid viros eruditissimos & perquam industrios ab hac opera alienauerit, quid item me retinuerit, vt homo multo infirmisissimus id sustinerem, quod fortissimi homines perferre noluerunt. Primum luctandum erat cum vetustissimis exemplaribus, in quibus insolita dictionum abbreviationes, vnica syllaba totam dictionem subinde denotante, sententiam mirè truncare videbantur. Istis malis accedebat, quod exolescentibus antiquitate literis, nunc syllaba, nunc integra voces deessent, adeò vt in caluitis & glabretis fieri solet, nuda tantummodo area apparerent: mihi certè in literis compendiosisque abbreviationum cognoscendis integer propemodum annus perit, magna haud dubie remora in impeditiore lectione, sed propè par difficultas in ipso stilo. Habet enim ATHANASIVS suum peculiarem dicendi modum, & vocabulis vtitur illo tantummodo seculo notis, quæ nec prior nec posterior atas agnouit: qualia sunt, exempli causa, genera magistratuum, Catholicus, Curiosus & Castrensium regionum, prouinciarumque nomina prorsus inaudita, quale est Canalicium in Italia, Siscia circa Germaniam, Oasis in Ægypto, quæ non minus horrore quam obscuritatis scriptis inuehant. Ferunt Vergiliū, quum statuisset res Romanas carmine complecti, fridore & quasi barbarie proprium nominum deterritum, ad Troiana bella ob dulcedinem vocabulorum Græcorum sese conuertisse: nec alia mente mihi videtur fuisse Politianus, homo deliciis & lauticiis figurarum & dictionum propè nimium affluens: qui vbi animaduertisset se in libello Athanasij nihil suæ indolis retinere potuisse, à cæteris, ne stylum deformaret, manum subduxit. Iam si de argumentorum difficultatibus, in quibus versatur Athanasius, dicendum sit, quid æquè onerosum putes, aut sublimius, subductiusque ab humanis sensibus. Pleraque enim eius viri scripta de Trinitate loquuntur, re humano ingenio prorsus inexplicabili. Neque ille cum Paulo tantum in tertium cælum, sed in ipsum sinum Patris euolare videtur, ibique (quatenus fas est) Filium è Patre sine tempore genitum, ac proinde illi ætate æqualem, deitate eundem, personam diuersum, ita describit, & contemplandum præbet, vt plus ab ingenio humano præstari non possit, ut quæ illum putes in pectore Domini non dulci contemplatione cum Ioanne sopitum, sed vigilantiss. oculis Trinitatis mysteria enotare, & scientiam eius arcani, in terram & ad humanos sensus deportare, commodisque vocabulis ad res latentiss. edendas vti, sed quæ in Romanam linguam vix vlla ratione traduci queunt, nisi gratia vocum, aut diluta, aut planè extincta, cuiusmodi sunt exempli causa, ὁμοῖα, ὁμοῖα, μετὰ, ἁπλοῦς, ἁπλοῦς, ἁπλοῦς, ἁπλοῦς, ἁπλοῦς, quod nunc animi cogitationem, nunc rationem, nunc Verbum significat, & plerumque ad omnes significatus simul alluditur, vbi, si vnica voce id effers, mutilas sensum: si multis, extinguas argutiem rotunditatemque syllogismi, eisdem voces in propositionibus, assumptionibus, & conclusionibus exigentis. Id quoque ad miseriam accedit, quòd voces harum rerum quasi rituales & religiosa sint, vt alterum pro altero substituere non liceat, & varietate tedium legenti mitigare, cum eadem res millies recurrat. Quid enim pro substantia, Persona, Trinitate, Patre, Filio, & Spiritu Sancto subiicias, nisi cum quibusdam ἀπολογῶν, Eucharistiam, sacrum libum, fidem, persuasionem: Angelos Dei, genios Iona appellare velis? Fieri igitur nequit, vt τὸν τοῦ λόγου vites, em tractanti legentique inamænisissimam. Quòd si Athanasius, vt Chrysostomus, suæ rhetoricis ornatibus imbuisset, aut propemodum dictionibus poetis & dithyrambicis, vt Nazianzenus, efflauerit, aut, vt Basilus, multa philosophica intexisset, dulciora omnia & succulentiora fecisset: nunc à plerisque illis artibus non minus diligenter, quàm ab hereticis opinionibus abhorret, summus quidem theologus, & omnibus numeris absolutus, sed alias artes vel non spirat, vel tenuissimè spirat, & vt opinione, ita dictione Christianus. Credo quòd mysteria regni cælorum non furtis Ægyptiis, & gentilibus fucus, & comptelis exoticis ornare voluerit, sed tantummodo Euangelicis verbis enunciare, siue vt verius dicam, ἐπαγγελίαν. Iam in scelerato Ario maior est difficultas, cuius cum subinde enigmata referat Athanasius, & vtriusque hominis ostendat, qui suam inuolucris tegit, multaque dubiis vocabulis in ancipitem sensum effert, vt deprehensus in scelere, aliqua rima elabatur (mauult enim metu pænæ sentiri quàm exprimi) dici non potest quantum ea res interpretem vexet, dubiis dubia, obscura obscuris, griphos griphis reddere conantem. Quale est, vt vnum vel alterum exemplum subiiciam, Erat, quando non erat, quibus verbis intelligit fuisse tempus, quum nondum existeret Filius: Patrem voluntate genuisse Filium, quo concesso, concludit Patrem ætate priorem fuisse, vt qui prius voluerit, quàm genuerit, Filium ex non ente ad essentiam peruenisse, quum innuit eum non ex Patris substantia, sed è nihilo creatum fuisse. Videmus iam summas difficultates interpretationis attulisse. Restant adhuc maiores & prorsus inextricabiles. Vt enim fertilissimis agris multa & zizania vnà cum optimis frugibus nascuntur, ita optimo cuique autori plurimi falsi & nothi libri adscribuntur: nulli autem plures quàm Athanasio. Illi porro, quia simia sunt Athanasij, eadem argumenta de Trinitate tractare conantur, sed nulla cum mente, ingenio aut eruditione: indèque res implicatissimas mira infelicitate magis ac magis implicat, vt non in labyrintho, vbi saltem filo exitus inueniri poterat, sed in nodo Gordio te herere putes: adeo illic nec caput nec caudæ apparet, arbitrisque te in antiquo, quasi chæso volutari. In hos libros adulterinos quum incidisset Desiderius Erasmus, & nihil melioris venæ expectaret, semel deposito onere fessus, naufragabundusque, exclamauit, ἀλλὰ δρῶς: nolens amplius glandes gustare. Dixi quæ causæ alios ab translatione depulerint, nunc dicendum, quid me in tam graui & diuturno labore detinuerit. Primum utilitas libri summa: vbi non lusus est eloquentiæ, nec

theatrica actio, nec absente hoste inanis gladiorum ventilatio, sed pede collato vera & cruentissima pugna cum CHRISTI periculis, qui ex professo se ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΣ appellarant, & in societate belli, iudeos sibi adiunxerant: ducibus vsi non modo ingeniosis & eruditissimis, sed & maximis Imperatoribus, Constantio, Iuliano, Valente. Contra quos inuictis armis depugnauit ATHANASIVS, & furorē Antichristi late vagantem repressit. Quis enim uerior Antichristus, quam Ariana heresis, quae totum Orientem populata est, & Turcarum superstitionem, quasi viperinam sobolem ex se genuit, & Græciam non minus ad imperij sui, quam ad religionis perniciem, ab Occidentalium communionē alienauit? Utinam multi semper fuissent Athanasij, aut etiamnum essent. Ex magna enim parte eadem tempora temporūque casus hac nostra ætate redierunt, atque utinam non in totum redeant. Sunt Memnoniani, sunt Dauidici, sunt Suenek-feldij, non minus sceleratæ opiniois quam Ariani, & ducunt suos greges, & seducunt quam plurimos. Volui & Latinis auribus reddere Athanasium, ut qui hactenus Græcis uixit, Latinis etiam uideret, doceretque nostram ætatem, quibus artibus quidam contra ueram religionem nitantur, & quam uariis anti-synodis, ueras Synodos oppugnent, & quam principes fluxa fide, nunc has, nunc illas partes faueant, & quibus remediis in tantis malis utendum sit. Nam quæ truncatim scribuntur ab Ecclesiasticæ historiæ scriptoribus, Eusebio, Nicephoro, Theodoro, Sozomeno, caterisque aliis, ea istic integra reperiuntur, & certiore, ut arbitror, fide descripta, certe plenius & distinctius exposita sunt. Utilitas ergo horum librorum me instigauit, ut onus interpretandi susciperem, nec libenter deponerem. Accessit deinde pudor, qui agrum fessumque in suscepto negotio detineret, & pacta, quibus Frobenianis meam fidem adstrinxeram, præsertim arris non minimis ad maiorem obligationem datis. Nec leuis interim causa fuit in incepto permanendi, ut aliquod æternum monumentum meæ erga te gratitudinis relinquerem. Sic enim mecum cogitabam: grauis est labor, & quem omnes hactenus defugerunt, sed ea desudatur Atrebatensi præfili, à quo omnes tuas fortunas adeptus es, magnas satis & bene luculentas, & qui præterea de arca sua honestam pensionem tibi annuè dinumerat: decurrit tua ætas ad finem, iam agendum est, aut nunquam agendum, ut mundus agnoscat, quantum optimo omnium mortalium ingeniorum, artium, literarum uero patrono debeas. ATHANASIVS is solus est, qui id orbi in æternum testamentum facere possit: is liber ex studiis tuis uel solus, uel certissime supererit, dedica eas lucubrationes uiro optime de te & omnibus ingenij merito: qui in maximis fortunis humanissimus est, in summo fastigio sine fastu, in admirabili auctoritate non imperiosissimus, sed indulgentissimus, cui nihil magis est in uotis, quam omnium ordinum gratiam uel tenere, uel mereri: atque ita tempera tuam dedicationem, ut nullas laudes, tametsi uerissimas ei ascribas, unde uiro gratiarum & beneuolentiæ studiosissimo, aliqua inuidia, quam ubique uitat, suboriri possit. Simulque adiunge quæ ad rationem librorum pertineant, ne sequenti ætate, quod sæpe factum uidemus, sine præfatione libri, quum denuo imprimuntur, in lucem prodeant, nisi simul causam librorum suorum Typographi ledere uelint. Verti igitur omnia, quadam etiam ab aliis antè conuersa, eaque in tres classes diuisi. Prima classis habet eius orationes cum epistolis eiusdem argumenti. Secunda res synodales cum uariis epistolis eodem spectantibus. In tertiam relegaui omnes supposititios libros, quos Athanasij non puto. In hoc genere alij alij eruditiores sunt, alij alij nequiores, quas duplici de causa uerti, primum, quod semper aliquid Athanasij sapiant, & quadam ibi inuenias, quæ unà cum ueris Athanasij scriptis perierunt, deinde ueritas sum, ne si eos omissem, diceret à quibusdam scolis carbones pro gemmis amplectentibus, summas thesauros reliquisse: ascripsissem singulis adulterinis uoluminibus nostram censuram, sed nolui litem meam facere: satis mihi fuit, eos à loco meliorum reuellere, ut si quis contra sentiat, facile eos in aliam classem deportare possit. In ueris Athanasij scriptis, summa fide & religione uersatus sum, adeo, ut ubi dignitas, uis, gratia sententiæ retineri poterat, uerba uerbis serè eodem ordine seruato reddiderim: commata certe commatis, cola colis, periodi periodis respondent, in falsis libris curam illam relaxaui. Quid enim opus fuit, alienam balbutiem uitiæque orationis imitari? imo res uiles grandiori stylo extuli, ne penitus eualescerent, & gratiam uerbis, quæ in rebus non erat, adiunxi. Vfus autem sum tribus exemplaribus, quorum primum cænoby Prædicatorum Basiliensium fuit, adeo uetustum, ut literæ multis in locis exolescerent, quo plurimum usus est Ioannes Reuchlinus: secundum fuit Iustini Gobleri, iuris peritia & eruditione linguarum & quibusdam Demosthenicis uersis clarissimi nominis, id quoque nullis mendis uitiatum, sed notulis formisque abbreviationum nusquam alibi uisus, ita difficile, ut potius ex sententiis uerba, quam ex uerbis sententiæ diuinarim. Tertium Ioannis Christophorsoni, Angli eruditissimi & integerrimi uiri, grauiorum autorum translatione insignis, id simul & emendatum, & lectu facile, & uerbis ad plenum descriptis non ita interpretem remorabatur. Hi tres clarissimi uiri, ad multos annos mihi sua exemplaria patientissime commodaerunt, quorum benignitatem silentio mihi præmittendam non putari. Extant & alia uulgò Athanasij nostri nomen præ se ferentia, à diuersis Interpretibus in Latinum traducta, quæ Frobenius & Episcopus Chalcographi humanissimi undecunque conquisita, in quartum Tomum coniecerunt, ne quid Athanasio adscriptum, huic operi deesse uideretur. Labores igitur nostras tibi debitos, & in nullum alium usum, quam ut gratitudo in te mea appareret, dedicatos, eo uultu, quo omnia auctorum scripta soles, dignaberis aspicere. Bene uale. Louanij, decimotertio Calendæ Septembris, Anno 1555.

INDEX RERVM SENTENTIA- RVM, ET VERBORVM, IN OMNIA D. ATHA- NASII, OPERA COPIOSVS ET LOCVPLES, singulis numeris singulas columnas, & literis eiusdem columna locum indicantibus.



- A**
Aron, & Moyfes exameram geni-
ti. 60
Aaron & Moyfes, & cum illis cu-
iusque princeps populum Israë-
liticum numerarunt. 896.c
Aaron, & Mofes in montibus vi-
tam deposuerunt. 62.e
Aaron iussu Domini mortuus est. 898.d
Aaron mortuus in monte hor. 897.c
Aaronis sacerdotij, & Christi collatio. 181.a
Aarons uestis, carnem, quam Christus assumpsit,
significabat. 179.c
Aaronis soror Maria lepra percussa. 897.c
Abel quænam ab Adam didicerat. 305.d
Abel obtulit, quæ Adam ei præceperat, magisterio
Dei instructus. 370.b
Abeleni non latuerunt eadem, quæ Mofes docuit
quæ Abraham obseruauit, quæ Noë cognita ha-
bebat. 305.d
Abimelech castigat Deus propter Abrahamum, id-
que, in gratiam Saræ. 372.a
Abimelech quam inhumanus. 901.d
Abraham ex Thara genitus. 61
Abraham quo modo iustificatus. 126.b
Abraham Christum adorauit. 183.c
Abraham Patriarcha uidens Deum, gauisus est.
1006.b
Abraham non condidit Isaacum, sed genuit. 312.a
Abraham liber apocryphus. 954.a
Abraham non, nisi iam grandis, proximis innotuit.
62.a
Abraham obseruauit eadem, quæ Mofes docuit.
305.d
Abraham, & Mofes Christum adorarunt. 156.a
Abraham erat centum annorum, quando factus
est ei Isaac filius suus. 168.c
Abraham Mofis doctrinam obseruauit. 370.a
Abraham non morte ad coronam uenit, sed fide in
Deum. 126.b
Abraham plenus dierum moritur. 339.b
Abraham in lecto extinctus est. 62.c
Abrahæ Deus apparuit, non Angelus. 242.d
Abrahæ semen apprehendit uerbum. 80.a
Abstinencia, continentia nutrix est. 830.a
Abstinencia mira, & ciborum delectus Antonij.
995.b.c
Absurdum ex sententiâ Valentini. 582.d
Absurdum ex propositione Sabellianorum. 281.d
Absurdum hæreticorum de Consubstantiali. 79.c
Absurdissima sententia. 543.c
Absurda quædã forent, si Deus non esset, qui rege-
ret mundum. 28.c
Absurda ex erroribus Urbici collecta. 873.b.d
Absurda quædam de Diis. 11.b
Absurda de Diis concluduntur. 22.b
Acacius Arianus ad omnem impietatem audacissi-
mus. 116.c
Acacius synodo Nicææ subscripsit. 469.d
Acacius, Eudoxius, & Patrophilus omni supplicio
digni, cur. 519.b
Acacius cum suis Nicænum concilium negat. 499.a
Acclamationes Antiochenorum in Iulianum mor-
tuum. 986.d
Accusationis causa in Athanasium, & Macarium.
432.a
Accusator, & reus simul in iudicio stare debent.
438.a
Acetum felle mixtum in potum cum spongia præ-
buerunt Iudæi ori imaginis Christi, quam cruci-
figebant. 837.b
Acetum, & fel Christo in cruce oblatum, quid.
600.b
Achab Rex malus, & præuicator. 325.a
Achar furti accusatus, ab omnibus lapidatus est.
118.c
Achillas magnus ab Arianis diuexatus. 128.a
Achillas martyr. 128.b
Achior princeps Ammonitarum consilium dede-
rat Holoferni, ne Hebræis bellum inferret, quod
à Deo protegeretur. 926.d
Actus quid? 799.a
Acyrus Episcopus, in exilium actus. 333.c
Ad opera sua quid. 210.d
Adam. 25. martij creatus. 764.e
Adam lingua hebræa, hominem significat. 2.d
Adam ante lapsum qualis. 2.d.e
Adam ex terra genitus. 298.c
Adam solus à Deo solo per uerbum eius factus est,
non tamen plus in eo habuit, quam nos, qui pro-
pagatione ex ipso progeniti sumus. 373.a
Adam creatus est, non primum ut operaretur, sed
ut homo existeret. 210.c
Adam, & Euæ cur in Paradisum introducti. 39.b
Adam anticipans gratiam, statim ubi natus esset, in
paradiso collocatus. 371.d
Adam quænam ex Deo audierat. 305.d
Adam magisterio Dei instructus fuit. 370.b
Adam primum hominem decepit diabolus. 112.b
ab Adam usque ad Christum Paradisus clausus, &
infernus apertus. 301.d.e
ab Adam usque ad Moysem mors dominata est.
170.
ab Adam usque ad Christum mors inualuit. 301.d
ab Adam usque ad Moysem mors regnauit, & in
eos qui non peccauerant, ad similitudinem præ-
uicationis Adæ. 255.d
Adam similis nobis natura. 373.b
in Adam fere rationes successionis, posteritatis-
que humani generis. 209.a
in Adam sicut ex terra deriuati morimur, ita denuò
ex aqua, & Sp. Sancto regenerati in Christo om-
nes uiuificamur. 256.a
in Adam non amplius morimur, sed in Christo
omnes uiuificamur. 171.a

Adam, & Eua si præuaricati non fuissent, quid illis obtrigisset. 39. b. c
 ab Adam vsque ad Bersabzæam lex promulgabatur, & in sola Iudæa deus erat cognitus. 171. a
 Adam, & Eua quomodo se nudos cognouerunt. 3. b
 Adam & Eua cur non nouerint nuditatem suam ante peccatum. 778. d
 per Adam prima via, & Ianua perierat, & ex paradiso ad mortem deuegebamus. 220. c
 Adā in paradysum rursus intrauit per latronē. 84. d
 Adam secundus è cælo est, & caro factus, in imperio mortis detineri non potuit. 160. a
 Adam secundus immutabilis. 165. a
 Adam resurrexit, Christo resurgente. 672. d
 Adam ubi sepultus. 672. c. 602. c
 Adam cur primò non est mortuus. 779. a
 Adæ peccatum solus Christus delere potuit. 41. e
 Adæ protoplasto deus prærogatiuam dedit eo, quòd habitus sit, qui manu dei fingeretur, quomodo hoc. 373. a. b
 Adami corpus animale, quomodo. 567. a
 Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando. 581. b
 Adamo dictum est, terra es, & in terram reuerteris. 308. d
 ab Adamo præuaricāte in omnes homines peccatum dimanauit. 165. a
 Adhuc, quid significet in sacris scripturis. 667. c
 Admonitio sancta ad Constantium. 466. d
 Adolescentiæ lubricum iter. 994. c
 Adonias seipsum extollit, & sine patris conscientia Regem se creat, & confestim pessundatur. 903. e
 Adoramus præsentiam filij dei in carne. 112. a. b
 non Adoramus creaturam in Christo, cum ipse non sit creatura, sed Deus. 108. ab
 Adorauit Christum Abraham. 183. c
 Adorare se Christus discipulos permittit. 191. b
 Adorare uerbum incarnatum qui nolunt, ingratos se exhibent eius humanitati. 109. c. d
 Adorate Deum in spiritu, & ueritate. 771. b.
 Adasariolus Deuote. 190. c
 Adorandus Christus. 191. a
 Adoranda est caro Christi. 565. e
 Adoratio cur fiat orientem uersus. 763. e
 in Adorationibus tacitis, & credendo Christianorum utilitas consistit. 104. c
 Adriani Imp. impietas. 7. e
 Aduentus Christi in carnem quid. 110. b
 Aduentus terribilis ante oculos habendus, cur. 1000. b
 Aduentus Christi secundus qualis. 76. c
 Aduentus Christi causa secunda. 44. a
 Aduentum uerbi Iudæi calumniis, Ethnici ludibriis insectantur. 37. a. b
 Aduentu Christi alienæ potestates fenescere, & aboleri cœperunt. 75. d
 Aduersarius. 771. c. 772. d
 Aduersariorum intentio. 324. e
 Adultero, aut homicidæ post iudicium datum locus conceditur, ut sententiā iudicis criminetur. 368. d
 Adulteria Iouis nefanda. 19. e
 Edificium Antonij à dæmonibus dissolutum, miraculosè instauratum. 997. a
 Adōv, id est, luscina, unde. 799. d
 Aegon Centimanus. 9. e

Egypti decem plagæ. 894. d. e.
 Egyptij ludibrio habentur, quòd Diis careant, ac pro Diis uictimas, ac piacula colant. 18. e
 Egyptij fontes, & fluuios deos appellant. 18. e
 Egyptij inter se contrarias habent religiones. 18. a
 Egyptij homines Iunoni olim immolabant. 19. b
 Egyptij non eadem cum Phœnicibus simulachra adorant. 17. e
 Egyptiorum superstio quieuit ad Christi aduentum. 63. c
 Egyptiorum mos circa mortuos. 1027. a
 Egyptiorum ceremoniæ abominandæ, cur. 18. a
 Egyptiorum Dij quales. 7. d
 apud Egyptios canina facie latrator anubis. 17. a
 Enigma non est, sed mysterium diuinū, quid. 157. d
 Equum est reos nihil aliud conati, quàm sui purificationem. 368.
 Aër non ex se, sed ab æthere calefit, & à sole illustratus, lumen accipit. 26. e
 Aërem purificauit Christus, quòd in imo hoc aëre diabolus vagantem præcipit. 54. e
 in Aëre Christus cur passus. 54. e
 Esculapius cur in deorum numerū relatus. 72. a. b
 Æstas non finit uernum tempus suos limites transire. 22. a. b
 Æstas vicissim ab autumno prohibetur. 122. b
 Ætas, quæ sub Noë fuit, mutilata. 339. c
 Æternum quid? 796. b
 Æther calidus efficitur. 33. b. c
 Æthiopes contra Arabes in ratione ceremoniarū dissentiunt. 17. e
 Aëtius impius in cōcilio Nicæno refutatus. 494. d
 Aëtius sectarius. 990. d
 Aëtis, aquila, unde. 799. d
 Agabus in spiritu prophetauit. 693. b
 Ἀγών quòt modis uisurpatur, Athanasius ab Ethnicis didicit, quod in sacris scripturis inusitatum sit. 150. b
 Ἀγὼν duo non proferimus. 244. a
 Aggæus post captiuitatem solutus prophetauit. 923. b
 Agon Arianus. 403. c
 Agricola Ecclesiæ. 747. e
 Agricola. 769. e
 Agriculturam Ceres inuenit. 14. c
 Ἀιδίον quid, & unde dicatur. 796. b. c.
 Ἀλάττορ Græcè dicitur, qui exitialis est, & communis aliorum pestis. 483. b
 Alexander, & Hymneus qua in re peccarunt. 126. b
 In incorruptibilitate mansueti, & quieti spiritus. 707.c
 Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ eius. 110.a
 Christo igitur pro nobis passo in carne. 254.b.c.
 256.b.588.b
 Vt essemus genus sanctum. 109.b
 Aduersarius noster diabolus, vt leo circuit. 683.b

Epistol. 2. Petr.
Cap. 1. **E**T vidit Spiritū Dei descēdentem de cœlo. 871. e
 Confortes efficitur diuinā naturā. 705. e. 139. d
3. Quæ indocti, & instabiles deprauāt, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. 1091. d

Epistol. 1. Ioan.
Cap. 1. **Q**uod vidimus, & manus nostræ cōtrectauerūt. 565. d
 Quod erat ab initio, quod audiuius, quod vidimus, & cæt. 294. e. 551. c

- De plenitudine eius omnes accepimus. 639.
2. Si quis peccauerit, habemus, paracletum apud Patrem Iesum Christum. 638. b
 Qui odit fratrem suum, non diligit Dominū. 618. b
 Et vnctio, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. 705. d
 Quod mendacium est, non procedat ex ore vestro. 666. a
 Quidam ex nobis recesserunt. 127. a
3. Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat. 820. e
 In hoc cognoscimus, quod in deo manemus, & ipse in nobis, quod de Spiritu suo dedit nobis. 846. c. d
4. Deus charitas est, & ipse prior dilexit nos. 628. d
 Ne credideritis omni spiritui. 113. c
5. De Spiritu Sancto dedit nobis. 693. c

Scimus, quod filius Dei venit, & dedit nobis intellectum, vt cognoscamus verum Deum. 732. a
 Scimus, quod Filius Dei viuit. 641.
 Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo. 857. c
 In hoc cognoscimus, quod in Deo manemus, & ipse in nobis, quoniā de Spiritu suo dedit nobis. 706. a
 Hic est verus Deus, & vita æterna. 641. b
 Et hi tres vnum sunt. 745. a
 In hoc cognoscimus, Deum in nobis manere. 556. d
 Vt tolleret peccata nostra, & peccatum in eo non est. 256. d

Apocalypses.
Ego primus. 237. a
 Qui est, qui erat, qui venturus est. 310. a
 Sanctus, Sanctus, Sanctus. 305
 Qui est, & qui erat, & qui venturus est. 135. e
 Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. 681. e
 Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. 380. d. e
 Vide ne feceris: conseruus enim sum fratrum tuorum. 191. a
 Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas: & si quis diminuerit de verbis libri. 1094. c

Cap. 1.

4.
 11.

21.

F I N I S:

DE VITA ATHANASII.

D. HIERONYMVS IN CATALOGO

Scriptorum illustrium.

Athanasius Alexandrinæ vbis Episcopus, multas Arianorum perpeffus infidias, ad Constantem Galliarum principem fugit: vnde reuersus cum literis, & rursus post mortem eius fugatus vsque ad Ioniani imperium latuit, à quo recepta Ecclesia, sub Valente moritur. Feruntur eius aduersus Gentes 11. libri: & contra Valentem & Ursacium 1. & De Virginitate, & De persecutionibus Arianorum plurimi, & De Psalmorum titulis, & historia Anthonij vitam continens: & septuaginta epistolæ, & multa alia, quæ enumerare longum est.

PHOTIVS ARCHIEPISCOPIVS CONSTANTINOPOLITANVS, AD FRATREM SVVM TARASIVM, DE SERMONIBUS magni inter sanctos Athanasij, sic inquit.

In sermonibus ubique locutione clarus est, & breuis, & simplex: Acutus tamen & altus, & argumentationibus omnino vehemens, & in his tanta vbertas, vt admirabilis sit. Logici autem methodis nihil tenuiter, nihil iuueniliter, vt pueri & rudes, sed philosophice, sed magnifice vtitur. Scripturarum testimoniis, ac demonstrationibus ad vincendum communitus est. Et in primis sermo ille, qui de humanitate Verbi Dei habitus est, & quinque in Arium librorum volumina, quod est de omni hæresi trophaum, sed de Ariana potissimum. Et si quis Theologum Gregorium, & diuinum Basilium diceret, ex hoc libro tanquam fonte quodam haurientes orationis suæ pulchros illos ac perlucidos contra errorem fundere fluuios, non irret, vt arbitror, procul à veri similitudine. Scripta sunt autem ab eo, & in Ecclesiasten commentaria, & in Cantica Canticorum, sic & in Psalterium, & alibi in multis. Gratia tamen & ornatu verè excellent sermones contra Apollinarium, & Epistolæ quotquot sui ipsius exilij excusationem continent.

SYMBOLVM S. ATHANASII.

DE FIDE CATHOLICA, VVLGO IN Ecclesia receptum, incerto Interprete.

Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat Catholicam fidem: quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit, absq; dubio in æternum peribit. Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem veneremus: neq; confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti: sed Patris & Filij & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, & coæterna maiestas: qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus: immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus: æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus: & tamen non tres æterni, sed vnus æternus: sicut non tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus, & vnus immensus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus, & tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens: ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, & tamen non tres Dij sed vnus est Deus: ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, & tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus. Quia sicut singillatim vnamquamque personam Deum aut Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus: Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus: Spiritus Sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus est, sed procedens. Vnus ergo Pater, non tres patres, vnus Filius, non tres filij, vnus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales. Ita vt per omnia sicut iam supra dictum est, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitatem veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, vt incarnatione quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, vt credamus & cōfiteamur quia Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, Deus & homo est. Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, homo ex substantia matris in seculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens. Æqualis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitatem personæ. Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascēdit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum. Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI

PI ALEXANDRIÆ OPERA, A PETRO NANNIO

ALCMARIANO, BVSLIDIANI, APVD LOVANIEN.

Collegij, Latino professore, in Latinam linguam translata, nunc autem in quinque Tomos diuisa.

IN PRIMO HABENTVR.

Athanasij contra idola oratio.	Columna 1.
De Incarnatione verbi Dei, eiusque corporali ad nos aduentu.	37.a
Ad Epictetum Episcopum Corinthiorum epistola, contra hæreticos.	77.a
Expositio Fidei.	84.b
Liberij Romani Episcopi epistola ad Athanasium.	86.c
Athanasij responsio.	87.a
Ad Antiochenfes epistola.	ibid.c
De æterna substantia Filij & Spiritus sancti cum Deo, contra gregales Sabellij oratio.	93.a
Oratio, qua docet vnum esse Christum.	103.a
Ad Adelphium fratrem & confessorem contra Arianos oratio.	107.a
Contra Arianos orationes quatuor.	111.a
Contra Arianos in hoc dictum, ex Deo Deus est verbum, &c. oratio.	279.a
In hoc dictum: Omnia mihi tradita sunt à Patre.	301.a
Compendium è superioribus descriptum contra eos qui dicunt Spiritum sanctum creaturam esse.	309.c

IN SECVNDO.

Athanasij ad Imp. Constantium apolog.	315.a
Apologia de fuga sua.	333.c
Epistola ad vbique Orthodoxos, cum per Arianos persecutio fieret.	345.c
De sententia Dionysij Episcopi Alexandrini aduersus Arianos.	351.a
Quod Nicæna Synodus animaduersa Eusebij calliditate, congruis & piis verbis decreta sua super Ariana hæresi exposuerit.	367.a
Contra Arianos apologia secunda.	391.a
Ad Serapionem fratrem epistola.	449.a
Ad omnes vbique solitariam vitam colentes, & in fide fundatos.	451.a
Ad Iouinianum de fide epistola.	531.b
De Synodis Arimini & Seleuciæ celebratis epistola.	491.c
Ad Dracontium Episcopatum fugientem epist.	533.d
Ad Episcopos in Aphrica epistola.	537.c

IN TERTIO.

De Incarnatione Verbi.	547.a
De natura humana suscepta.	549.c
De Incarnatione Christi.	561.c
De salutari aduentu Christi contra Apollinarium.	575.c

Contra omnes hæreses sermo.	587.c
Ad Maximum Philosophum oratio.	593.c
In illud: Profecti in Pagum qui ex aduerso est, inuenietis pullum, &c.	595.c
In passionem Saluatoris.	601.b
Ad Marcellinum, de interpretatione Psalmorum.	603.a
De Virginitate, siue de meditatione.	619.e
Testimonia ex sacra scriptura, de naturali communi- one similis essentia inter Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.	629.e
Ad omnes vbique per Ægyptum, & Syriam, & Phœniciam, & Arabiam fratres, epist.	651.b
Refutatio contra hypocrisim Meletij.	651.d
De sanctiss. Deipara Virgine Maria.	653.d
In passionem & crucem Domini.	663.e
Ad Serap. Episc. Tmuseos epistola.	689.b
In illud: Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei.	713.a
Disputatio in Nicæno conc. contra Arium.	721.a
Homilia de semente.	721.a, 745.d
Declaratio Leuitici de diuersa eiusdem rei nomen- clatura.	756.c

Haftenus Nannius.

QVARTVS ab aliis conuersa continet:

Athanasij De variis quæstionib. sacrae scripturae ad Antiochum libellus.	761.a
Tractatus de definitionibus.	794.e
Disputatio contra Arium Laodicee habita.	804.d
Ad monachos exhortatio.	829.a
De passione imaginis Domini nostri Iesu Christi, libellus.	835.a
Ad Marcum Papam epistola.	842.c
Marci rescriptum.	843.b
Ad Serapionem, de S. Spir. epistolæ duæ.	845.a
De vnita deitate Trinitatis lib. VII.	853.a
Synopsis totius S. Scripturae Noui ac Veteris instrumenti, nunc primum à nobis edita.	889.c

QVINTVS TOMVS in hac editione iam recens adiectus continet.

Vitam D. Athanasij Episcopi Alexandrini, à diuersis authoribus conscriptam.	957.a
Vitam sancti Anthonij Abbatis, ab Athanasio Episcopo Alexandrino conscriptam.	991.b
De Sancta Trinitate dialogos quinque.	1029.b
Ad Ammōn Monachum epistola.	1091.a
Cum duplici Indice haftenus desideratus.	

ATHANASII EPISCOPI

ALEXANDRINI CONTRA IDOLA ORATIO:

PETRO NANNIO COLLEGII BVSLIDIANI APVD

Louanium Latino professore, interprete.



Theologia non inhaeret humanis institutis.

Christi crucis ethnici risui habetur.

Christi crucis virtutes quæ.

Dei verbi in crucem ascendit.

A simili.

A cõparatis.

Narratio.

IÆ QVIDEM religionis & veritatis de vniuerso ratio cognitioq; non tam indiget humana institutione, quam ipsa se suis notis indicatq; prodit: quum prope quotidie ipsis id operib; clamitet, & per Christi doctrinam Sole clarius sese demonstret: tibi tamen Macari de ea audiendi cupido (age) pauca de fide Christi pro viribus nostris in medium adducamus. Nam quamuis tu hæc ipsa queas ex sacris scripturis colligere, alios tamen benignè audis. Sufficiunt quidem per se tum sacrae & diuinitus inspiratae scripturae ad veritatis indicationem, tum plurimi de eadem re libri à sanctissimis magistris cõscripti, quos si quis euoluat, intelliget aliquo modo scripturarum mentem, & fortasse eam quam cupit, cognitionem adipiscetur. Cæterum quia eas lucubrationes ad manum non habemus, necessum est, vt quæ ab illis didicerimus, tibi scripto proferamus: loquor autem de nostra in Saluatorem fide, ne quis vilem disciplinam nostri dogmatis existimet, aut fidem in Christum nullis rationibus innixam suspicetur: qualia per calumniam Ethnici obiiciunt, nobis insultantes & rictu late diducto cachinnantes: ob quod meritò eorū vicem doleas, quòd quum cruci obtrectant, & pro conuicio obiiciunt, non animaduertant eius vim efficaciamq; orbem terrarū repleuisse, & per eam, opera vnde Deū agnoscas, ædita fuisse. Neq; enim, si ad cognoscendam eius diuinitatem ritè mentem applicuissent, rem tantam risui haberēt, sed potiùs Saluatorem vniuersitatis crucemq; eius, non noxam, sed remedium creaturarum fuisse, agnoscerent. Si enim post crucis aduentum omnis simulachrorū cultus summotus est, omniaq; dæmonum præstigia hoc signo propelluntur, solusque Christus in veneratione est, & per eum pater eius cognoscitur, & obtrectatores pudefunt, & obloquentium mētib; quotidie latenter suum dogma insinuat: qui fit (meritò enim quis eos ita alloqueretur) vt humanum negotium id opinentur, ac non potiùs agnoscat & Dei verbum, & mundi Seruatorem esse eum, qui in crucem ascendit? Istis mihi simile quiddam euenire videtur, ac si quis solem nubibus obtectum calumnietur: lucem tamen eius interim admirationi habeat, conspicatur videlicet vniuersum inde mundum illuminari. Vt enim pulchrum est lumen, & pulchrior lumine, luminis ipse autor, solita quum res diuina sit, vniuersum orbem eius notitia adimpleri, necessum est suppeditatorē, autoremq; tantæ virtutis operisq; Deum esse & Dei verbū. Dicemus igitur quatenus dabitur, primo loco refutantes infidelium inficitā, vt depulsis mendaciis, veritas postea ipsa per se replēdeat. Quin & tu quoque mi homo, certus sis fidentiq; animo, quòd si veritati credideris, & Christum cognoueris, nū-

quam fore vt te deceptum putes. Congruum autē censo, tecum, qui Christi studiosus es, de Christo disputare, quoniam omnibus rebus preciosiorem hanc cognitionem fidemq; te existimare non dubito. Principio quidem malitia non fuit, quoniam ne nunc quidem in sanctis est, neque aduersus eos quicquam solidi aut substantiæ habet, sed mortales eam postmodum excogitare cœperūt, & aduersus seipfos effigurarunt, eadem scilicet ratione, qua & idolorum commenta effinxerunt, & ea quæ nihil erant tanquam quæ essent animo conceperunt. Mundi enim opifex & omnium Imperator Deus, qui omnem substantiam humanamq; intelligentiā longe superat, vtpote bonus, & omnes bonitate præcellens, per suum verbum, Saluatorem nostrū Iesum Christum, humanum genus ad suam ipsius imaginem effinxit, hominemque rerum contemplatorem peritumq; cõmunicatione suæ cum illo similitudinis effecit, tribuens ei suæ æternitatis intellectum, & cognitionem, vt dum hanc similitudinem naturæ tueretur, nunquam neque à cognitione imaginationeq; Dei abisteret, neque à cõuictu Sanctorum desiliret, sed possidens donatoris sui gratiam, possidens quoque propriam ex Patris ratione vim, exultaret pariter, & Deo familiaris esset, viuens innoxiam beatamq;, hoc est immortalē vitam. Nullo enim impedimento implicitus, quod Dei cognitionem remorari possēt, spectat quidem semper sua puritate, patris imaginem Deum verbū, ad cuius exemplar ipse creatus est, & obstupescit animo ad eius in rebus creatis prouidentiam, & celsior iam inde super omnia sensibilia, imaginationesq; corporeas redditus ad ea quæ in cœlo sunt diuina & intelligibilia, perspicacitate, ac viribus animi cuehitur, illisq; coaptatur. Quum enim corporalibus cõmerciis non immiscetur mens humana, neque vllam ex rebus extraneis admixtā trahit cupiditatē, sed sibi tota adest, vt à principio condita fuit: tunc sensibilia & omnia humana transcendēs, in sublime euolat: & verbū intuens, videt quoq; in eo ipso & verbi patrem, delectaturque istiusmodi spectaculo, & eius desiderio reuiuenscit. Vt igitur primum hominem (qui etiam secundum Hebræam linguam Adam, id est, homo appellatus est) aiunt sacrae scripturae principio liberioris inuerecundiorisq; fiducia mentem erga Deum habuisse, & cum Sanctis conuersatum esse in contemplatione intelligibilium, quam habuit in eo loco, quem Moyses figuratè paradysum nominauit: sufficit enim animæ puritas, vt Deum per se speculetur, quemadmodum & Dominus dixit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ita quidem opifex rerum (vt dictum est) genus humanum conditum, in eo statu permanere voluit, sed ipsi neglectu meliorum, tædioq; ea per vim ingenij persequendi illa quæ ipsis propinquiora erant, requisiuere, propinquiora autem erant corpora ipsorū corporeiq;

Homo ad imaginē dei factus

Homini excellētia.

Rom. 1.

Math. 5.

sensus. Vnde ab intelligibilibus animum seuocantur, seipsoque animo circumspicere incœptaerunt, circumspicentibus porro consideratisque seipso, corpus corporeis sensus amplexi, ac quasi suis propriis decepti, in sui cupidinem corruerunt, sui contemplationem diuinitatis contemplationi anteposcentes. Hic igitur diutius commorati, neque à propinrioribus rebus deflexi, animam quidem suam corporalibus voluptatibus, turbidam iam & permixtam omni concupiscentia obruerunt. Tandem factum est, ut prorsus sint oblitii suarum virium, quas ab initio à Deo acceperant. Id autem verum esse, vel in primo homine conspicias, quem admodum sacra scriptura de eo testatur. Ille enim quam diu mentem habuit ad Deum, deique contemplatione intentam, auersus alienusque fuit à corporeis spectaculis: vbi autem suavis serpentis abstulit à cogitando intelligendoque Deo, seipsum autem considerare occœpit: statim in concupiscentias corporeas uterque delapsus est, seque nudos esse cognouerunt, quo cognito, erubuerunt. Cognouerunt autem se nudos, non tantopere quod amictibus vestium carerent, quam quod exuti essent diuinarum rerum contemplatione, ac iam deinde animum suum ad contraria transferunt. Vbi enim defecerant à desiderio intelligentiâque; vnius & veri numinis, in varias deinde corporis alias atque alias cupiditates præcipites ierunt. Postremo (ut fieri solet) frequenti usurpatione vitæ cupidinum, in habitum tandem occalluerunt, adeo ut iam ab eo tempore eas relinquere reformidarint: hinc iam ignauia & timores ac voluptates emiserunt, nihilque nisi mortale sapere in animis coalitum est. Nolens siquidem à concupiscentiis abstinere, mortem exhorret, & segregationem à corpore. Rursum desiderii laborans earum rerum, quibus pro voto potiri nequit: cædes iniuriarumque facere studio habet. Cæterum quam ratione ista agat, operæpretium est ut pro viribus exponam. Vbi defecit à rerum intelligibilium consideratione mens, viribus corporis sui abutens, gaudensque rerum corporalium spectaculo, & per errorem existimans voluptatem sibi bonam esse, ipso vocabulo boni abutitur, & voluptatem, ipsum verum bonum censet, non aliter quam si quis mente attonitus, gladium postulet in obuium quemque, id sibi persuadens sapientis esse. Amore deinde voluptatis irretita, variis modis eâ exercere instituit. Nam quum mobilis agilisque natura sit, etsi sese à bono auerterit, à motu tamen non conuiescit: mouetur igitur, sed iam non secundum veritatem neque Deum spectat, sed res nihili, casque veras ac solidas arbitrata essentias, vires suas occupat, usque ad eas, quas cõmentata est voluptates, abutitur, ideo quod libera sit & sui arbitrij. Potest enim ut ad bona se inclinare, ita bona quoque auersari. Cæterum vbi bonum auersata est, omnia cõtraria imaginatur & cogitat, quippe quæ à motu cõquiescere nequeat, quum natura (ut dixi) perquam mobilis sit. Quæ cum liberum sui ius arbitriumque intuetur: & sentit se in vtramque partem corporeis membris uti posse, tum ad ea quæ sunt, tum ad ea quæ non sunt. Ea autem quæ sunt appello bona: quæ non sunt, mala. Quæ sunt, ideo à me vocantur bona quoniam à Deo, qui est essentia ipsa, exemplar trahunt: quæ non sunt, mala nuncupamus, eo

quod, quum nulla essentia subsistant, hominum commentis efficta sint. Quum enim corpus oculos habeat, rerum naturæ contemplationi destinatos, ut ex eius concinna modulataque compositione opificem agnosceret: quumque item auditum habeat auscultandis diuinis scripturis, & Dei legibus idoneum, manus quoque illi aptæ sunt tum ad necessarios usus, tum ad eas in precibus ad Deum porrigendas, fieri non potest, quin vbi anima degenerat desciscitque à bonorum contemplatione, motuque in iis rebus exercendo, aberrat deuia, ad res contrarias. Deinde vires suas (ut dixi) ipsa considerans, iisque abutens, animaduertit, sese ad res contrarias membra corporis sui dirigere posse. Atque ideo pro contemplatione rerum naturæ, ad concupiscentias oculos auertit, specimen de se præbens, ostentansque se & hoc quoque posse. Persuasa interim dum modo se moueat, suam se ipsius dignitatē tueri & nequaquam errare, si quod potest, agat, inscia quod non simpliciter condita sit ad mouendum, sed ut se ad id quod decet, moueat. Huius gratia Apostolus sua voce admonet: Omnia licere, sed non omnia expedire. Audacia tamen hominum non ad id quod expediens, aut decorum est, sed ad id quod ipsis possibile est, respiciens, contraria molitur. Vnde & manus in diuersum mouens, cædes perpetrat, & auditum ad obauditionem, aliaque membra, pro legitima liberorum procreatione, ad adultrium: Linguam item pro benedictione ad blasphemias, conuicia, & peierationes traducit. Rursum manus ad furta & verberationes hominum sibi specie similia, & olfactum ad multiplicia genera meretriciorum odorum: pedes vero ad celerem impetum effundendi sanguinis, ventrem quoque ad ebrietatem, & facietatem inexplebilem transfert. Quæ omnia vitia, & crimina animæ sunt, causaque horum non aliunde, quam rerum meliorum auersatione. Ut enim si auriga inscens in stadio equis negligens scopi, ad quæ cursus dirigendus sit, auertensque se ab eo, duxat equos ad cursurâ impellat, ut potest: potest autem ut vult, ac subinde illas in obuios agat, subinde quoque per præcipitia instiget, vectatus quod cum pernicitas equorum abriperit, interim sibi persuades quum ita aurigetur, sese à scopo non excidere, utpote qui ad solu cursum oculos intentos habeat, nec se videat extra scopum palabudum versari: ita quoque anima, que se auertit ab orbita dei, & præter decoru incitat membra corporis sui, vel potius ipsa ex se incitata, vna cum membris perperam agit, sibi que malum fingit, nihil interim animaduertens sese à via decurrere, & extra veritatis scopum ferri. Quem scopum Christigerulus Paulus in oculis habens ita locutus est: Secundum scopum persequor præmium supernæ vocationis Iesu Christi. Respektans igitur quod bonum est Paulus, nunquam quod malum erat operatus est. Ethnicorum quidam errandi itineris, & Christi ignari, substantiam esse, & per se in rerum natura consistere malitiam pronunciarunt, duplici ratione à vero deuij, vel quia mundi opificem defraudant creatione rerum omnium, quæ in natura sunt: Non enim rerum Dominus haberi posset, si pro illorum dogmate, malitia res solida esset, & vera essentia subsisteret: Vel si illum omnium conditorem volunt, necessariò quoque dabunt, etiam mali conditorem

Homines
sua excellētia oblitii quomodo.

Adam et
Eua quomodo se nudos cognouerunt.

Cupiditas vnde.

Voluptates vnde.

Voluptate vitur quis.

Quæ sunt bona sunt
Quæ non sunt, mala sunt.

Hæretici
veram
essentiam
malitiæ
tribuunt
quomodo

Deus
vni
us.

Homines
auditis
quomodo

Deus
malus
non est.

Mentis
suis
de
ritur
homo
à
aliis.

Similis
do.

Animal
veritate
deum.

Quod si
duo essent
dij tertium
addi oportet.

simile.

rem esse, quippe cum secundum illos, etiam malum inter res creatas adnumeretur. Id autem absurdum simul & impossibile fuerit. Non enim ex malo bonum, neque in eo est, neque per eum alioqui pro bono haberi non possit, cum aut miscellaneam cõtaminatamque naturam haberet, aut causa autorque malorum existeret. Hæretici vero decidui ex maiorum traditione, naufragique in fide, & ipsi quoque per delirium veram essentiam malitiæ attribuunt; Cõmenti præter verum Christi Patrem alium esse Deum, eumque ingentem, mali conditorem, choragumque, illumque ipsum naturæ opificem esse. Hos quidem aliquis facile refutarit, tum ex scripturis, tum cogitatu humanæ mentis, qua ista per insaniam cõmenti sunt. Dominus igitur & Seruator noster Iesus Christus in suis Euangeliis ait; Moïsis verba corroborans, Dominum ac Deum vnum esse: Confiteor, inquit, tibi Pater, domine cæli & terræ. Quod si vnus est deus, idemque cæli & terræ dominus? qui fieri potest, ut alius sit Deus præter ipsum? Vbi erit illorum Deus? quum omnia vnus, & verus Deus adimpleat, quæ cæli terræque ambitu comprehenduntur: Aut quam ratione, alius sit conditor earum rerum, quarum ipse Deus & Pater Christi, dominus est? ut vox Seruatoris indicat, nisi scilicet ut in æquilibrio malum deum, inuicem quoque boni Dei dominum esse posse affirmant. Sed si hoc loquantur, vide mihi, quæso, in quantam impietatem prolapsuri sint. Inter illos enim qui pares sunt viribus, eminentiorem & potentior non inuenias. Nam si concedas, ut nolente altero, alter tamen esse & existere posset, æqua in ambobus potestas, & imbecillitas fuerit, par quidem in eo potestas, quod alter alterius voluntatem vincat, eo ipso, quod altero inuito esse possit: par item imbecillitas amborum in hoc est, quod nolentibus ipsis, ea quæ nolint, eueniant. Est enim bonus, præter voluntatem mali: & malus, præter voluntatem boni. Alioqui & hoc quisquam illis responderit: Si res visibiles mali sunt, quæ nam sunt opera boni? Nihil enim aliud apparet, præterquam ista rerum natura ab opifice condita. Aut quodnam erit indicium, vnde intelligatur bonus ille esse, non existentibus vllis operibus, per quæ agnoscat? Ex operibus enim opifex cognoscitur. Aut duo cõtrariis simul esse qui poterint? aut quod eorum in terstitium, ut à se inuicem dirimantur? certum enim est, eos simul esse non posse, eò quod mutua pernicie, in se inuicem ferantur: quin nec alter in altero consistere potest, ob impermixtilem, dissimilemque naturam. Ergo tertiam quiddam erit, quod ipsos dirimat & hoc ipsum quoque deus. Sed cuius naturæ hic tertius fuerit, bonæ ne an malæ? in incerto erit. Nam vtriusque naturæ esse non poterit. Ita igitur infirma, futilique demonstrata istorum sententia, necessum est veritatem ecclesiastici dogmatis explendescere: Nullum malum nec à Deo, nec in Deo, nec ab initio extitisse, neque vllam esse eius substantiam. Sed homines per priuationem imaginandi cogitadique boni, sibi illud quod malum est, communis incœperati, effinxeruntque pro libidine, ea, quæ non erant. Ut enim, si quis sole præsentem, & vniuersa terrarum suo iubare illustrante, cõnuet clausis oculis, ac inde tenebras, quæ nullæ sunt, animo fingat, ac postmodum quasi in tenebris ambulans oberret, ut nunc lapsante gradu proci-

dat, nunc ad præcipitia sese incitet, arbitratus interim, non lucem sed tenebras esse, seque intueri, quum nihil videat: ita quoque mens humana clausis oculis, quibus Deum contemplari poterat, effictis sua imaginatione malis, in iis sese agit ac mouet, inscius interim se nihil agere, dum se maxime negotiosam præbet. Et quæ natura non subsistunt, animo comminiscitur. Non enim qualis à principio condita fuit, talis permanet, sed qualis seipsam cõtaminando reddit. Condita enim est, ut Deum spectet, & ab eo illustretur, ipsa vero pro Deo, mortalia & tenebras exquisiuit, ut alicubi Spiritus scripto prodidit: Deus hominem rectum fecit; ipsi autem exquisierunt multiplicia cõmenta. Malitiæ igitur inuentio & excogitatio, hominibus ab initio ita excita, & conficta est. Quomodo porro ad idolorum vesaniâ descenderint, necessum est, ut iam deinceps referamus, quod plane cognoscas, idolorum cõmentum non à bono, sed à malitia originem trahere. Quod autem initium sui malum habet, nullo nunquam tempore bonum fuerit, quum vndique sit vitiosum. Non contenta igitur malitiæ inuentis, hominum mens, paulatim se ad deteriora deiecit. Percepta enim voluptatum multiplici specie, & retenta diuinarum rerum obliuione, dum in corporeis affectibus voluptatem sentit, & ad præsentia solum eorumque opiniones respicit, persuadens sibi ultra visibilia nihil esse, sed sola ista temporaria, & corporea, boni naturam habere, in auersum acta, oblitâque se ad imaginem Dei esse conditâ, non ulterius viribus suis vitur ad Deum rationem, siue quod idem est verbum, secundum quam creata est contemplandâ. Extra se igitur posita, ea quæ non sunt, animo concipit, & configurat. Nam quum speculum quod in mente est, sinuositas corporalium inuolucris obducet, per quod solum patris imaginem contemplari poterat, definit ea videre, que animo imaginari debebat, raptaturque in omnem partem, & in ea sola obtutâ habet, quæ sensibus occurrant, quapropter vndique; omni naturali concupiscentia scatens & opinionibus turbida, Deum, cuius in animo obliuionem concepit imaginando cogitadique ex reb. corporeis, sensibilibusque; sibi confingit, usque; quæ visibilia sunt, numinum appellationem consecrat, quippe quum ea sola magnificat, quæ animo concupiscit, & cum voluptate adspectat. Est igitur malitia præuia, ante abulâque idololatriæ. Ut enim homines malitiâ quæ nulla est, didicerunt effingere: ita quoque Deum, qui nullus erat, effigurarunt, non aliter quam si quis in profundum demersus, & exors iam lucis, ac sine conspectu earum rerum, quæ luce reteguntur, oculis humi vergentibus aquaque; supernè aciem oculorum premente sola quæ in profundo sunt, percipit: nec preterea quicquam esse in rerum natura opinatur, eaque, quæ ita sibi in aquis apparent, rerum omnium potissima credit: ita olim stolidi homines demersi in carnales libidines & imaginationes, oblitique earum rationum dogmatumque; quibus Deus intelligitur, obscura cordis ratiocinatione, vel potius irrationali recordia vsi, rem visibilem esse Deum inixerunt, creaturam præ creatore honoribus prosequentes, & de operibus diuiniõra, quam de autore & opifice Deo sentiētes. Ut autem secundum superiorē cõparationē qua qui in profundum vrinatur, quanto magis descendit, tãto ad tenebrosiora semper altioraque abripiuntur, ita quoque

Mens humana non permanet in sua perfectione. Anima cur creata. Malitia hominum vnde. Idolorum inuentio vnde.

Simile!

Deum visibilem ab his factis simile.

Idololatriæ multis species.

Cælum Astra & Elementa pro diis habitata.

Simile.

Creaturæ pro Deo vero adorata.

Dij Ægyptiorum Iuppiter quomodo depictus.

Cupido Venus.

Iuppiter Mercurius Dionysius Isis.

non dissimile quiddam humano generi euenit. Non enim simplicem tenuerunt idololatriam, neque unde incæperunt, in iis quoque perstiterunt: sed quanto diutius prioribus inueterati sunt, tanto magis ac magis nouas sibi superstitiones reppererunt, ac nondum prioribus satiati, aliis se denuo malis impleuerunt, dum pergunt in turpissimis, vltimusque suam impietatem extendunt. Quod ipsum etiam sacra scriptura attestatur, dicens: Quum venerit impius ad profunditatem malorum, contemnit. Nuper enim, quum resiliisset à Deo mens humana, ac cogitationes rationesque suas dimisisset, primum cælo, soli, lunæ, reliquisque stellis diuinos honores consecraverunt: eos non solum numina, sed aliarum quoque rerum deinceps authores fuisse arbitrati mox adhuc magis humi cum tenebricosis suis cogitationibus subsidentes, æthera, & aërem, eaque, quæ in aëre sunt, deos appellauerunt. Prouecti verò vltius in malis, iam & elementa, principiaque illa, quibus corpus constituitur, calorem, frigus, siccitatem, & humiditatem pro numinibus celebrauerunt. Vt autem qui penitus ex alto in terram afflicti, instar terrestrium cochlearum, torquent sese ac reptant: ita quoque impietissimi mortales ubi semel ceciderant à concipienda imagine Dei, homines deinde, & hominum formas, tum viuentium, tum defunctorum, in deos retulerunt. Postmodum verò cogitationibus, consiliisque deterioribus initis, in lapides etiam & ligna, reptilia tum aquatici generis, tum terrestria, & in brutas, ferasque beluas, diuinum & supramundanum nomen transtulerunt, omnes interim diuinos honores illis attribuentes, vero ac legitimo, reque ipsa Deo, Christi Patre, reiecto. Cæterum vtinam vel hic saltem constitisset vecordium audacia, & non vltius prodeuntes, impietatis sese grauioribus contaminassent. Nam tantopere quidam mente prolapsi sunt, tantisque tenebris animum suum inuoluerunt, vt quæ nequaquam vlla ratione esse poterant, aut vnquam conspecta essent, ea & excogitarint, & numina fecerint: quippe qui bruta rationabiliaque animalia inuicem permiscentes, & in vnâ speciem contrahentes, pro diis colant. Quales sunt apud Ægyptios Canicipites, Serpenticipites, Asinicipites, & in Lybia Iuppiter Ammon veruecino capite configuratus. Alij vero partes corporis, aut caput, aut humeros, aut manus, aut pedes seorsim sibi desumentes, inter deos extulerunt, & ceremoniis coluerunt, quasi eis non sufficiat integrum, & non in partes decurtatum corpus religiones deorum obtinuisse. Alij adhuc magis sceleratam superstitionem amplificantes, ex vitiis suis occasione sumpta, libidinem, & cupidinem indigentes adorauerunt. Qualis est apud eos Amor & in Papho Venus. Alij rursus vt sese malis venditarent, & gratificarentur, ausi sunt suos principes, eorumque liberos inter numina referre, aut per reuerentiam regum, aut per metum tyrannorum. Vt in Creta famigeratus ille Iuppiter, in Arcadia Mercurius, apud Indos Dionysius, apud Ægyptios Isis, & Osiris, & Horus, & hoc tempore Antinous Adriani Romanorum Imperatoris amicus, quem non ignari hominem fuisse, & hominem nequaquam sanctum, sed potius stupris & propudiis plenum, ob metum præcipiētis in cultum ac venerationem habent. Quum enim profectus esset in Ægyptum Adrianus, defunctum ibi volu-

ptatis suæ ministrum, publico edicto statuit vt sacrificiis colerent: quæ quidem re, vt ipse etiam à funere, pueri se amorem ostendit, ita recens refutanda idololatriæ documentum de se præbuit, declarauitque; eam non alia de causa ab hominibus institutam esse, quam desiderio eorum, qui figmentis representantur, quemadmodum Sapientia Dei attestatur: Origo fornicationis, idolorum inuentio est. Ne mihi hic dubius hæsites, neque longe à fide rem abesse credas, quod dico: Non ita pridem, & fortasse etiam nunc, Romanus senatus suos ab origine imperatores, aut omnes, aut saltem eos, quos ipsis libitum est, cælo arisque dedicant, legibusque & senatusconsultis deos esse iubet. E diuerso in quos male animati sunt, & pro hostibus habent, illorumque corum natura est homines esse agnoscunt, rursus, quos gratia & amore prosequuntur, hos ob virtutem coli præcipiunt, non aliter quam si numinis faciendius potestatemque haberent, quum illi ipsi & homines sint, & sese mortales esse non disteantur. Atqui deceret istos deorum conditores, ipsos potissimum deos esse. Id enim quod facit, eo quod conficitur præstantius esse debet. Et is qui sancit, in id quod sancitur, imperium obtinet, & is qui donat, plane quod in potestate sua habet, donat. Ita certe & rex, id quod possidet elargitur, iisque, qui accipiunt, superior & potentior est. Si igitur quos ipsis libuit, Senatusconsulto deos reddunt, oportebat ante omnia ipsos esse deos. Cæterum hoc mirificum est, quod ipsi morientes, falsum esse docent suum de diis constituendis suffragium. Non tamen ista consuetudo recens, neque à senatu Romanorum originem sumpsit, sed iam olim id factitatum, & in vsa habitum est, in decernenda diuinitate. Nam & prisca in Græcia, celeberrimique Dij, Iuppiter, Neptunus, Apollo, Vulcanus, Mercurius, & inter feminas: Iuno, Ceres, Pallas, Diana, Thetide, qui ibi regnauit (vt in historiis est) acceperunt, ac diuinitatem. Quum interim qui sanxerunt vita functi, vt mortui luceant, quos autem edictis sanxerunt, inter numina recipiantur. O in se arietantem vesaniam, norunt quales sint authores consecrati, eos tamen qui ab ipsis consecrati sunt, potiores ducunt. Atque vtinam intra mares studium istud vecors idololatriæ constitisset, neque feminis detulissent diuinum nomen. Nam & feminas, quas neque ad commune de republica consilium tutum est admittere, illas ipsas, Deorum religione vt numina venerantur. Ex quo genere sunt illæ (quas supra diximus) à Thetide inter numina relatæ. Ex quo item genere apud Ægyptios Isis, & Proserpina minor: & apud alios, Venus. Nam aliorum nomina, ne fas quidem arbitramur, quorum vel mentio vlla habeatur, quum sint omni ludibrio plena. Quandoquidem multi non modo prisca, sed & nostris temporibus, ubi amiserunt quos charissimos habent fratres, cognatos, uxores: multa item viduæ, maritos extinctos, quum omnibus constet eos ex natura homines fuisse: istos tamen inquam, istasque ob ingentem luctum, desideriumque, fictis depictisque figuris expressos, inter numina dedicauerunt. Posterius deinde admirati elegantiam, artificiumque operis, eosdem pro diis habuere, idque præter omnem rationem naturæ, quum eos colant, quos ipsi parentes, vt neutiquam Deos, complorauerunt, quippe sine luctu futuri,

Idolorum inuentio

Nota.

Græci Dij deo ex deo Thetide facti.

Fæmine non debent admitti ad consilium de Republica & communis & numina venerant. Deos sibi fecerunt antiqui quomodo

Iuppiter non deus sed homo. Iouis pater crudioris. Plato Dianam adorauit.

Pater filij sui defuncti imaginem facit quam veneratur.

Artificum ambitio fecit homines pro diis haberi.

Iouis generis quæ.

futuri, si deos illos esse certum habuissent. Ideo enim quod eos non modo non crederent deos, sed plane nullos reputarent, imaginibus eos effigurari voluerunt, vt eos non vltius superstites, per effigies similitudinem obtinentes, hoc genere representationis, dolorem suum mitigarent. His tamen simulachris stulti, vt diis, vota faciunt, & veri numinis ceremoniis prosequuntur. Certe in Ægypto etiam nunc de Osyride, Horo, Tiphone, aliisque vt perditis & extinctis, deploratio solennis peragitur, armenta que Dodonæ, & Corybantibus in Creta, satis argumento sunt, Iouem non fuisse Deum, sed hominem, eumque ex crudiori patre progenitum. Et quod mirum est, Plato ille apud Græcos sapiens ac proinde clarus ac magnificus, veluti de numine cogitabundus, in Pireum cum Socrate accedit, hominis arte deformatam Dianam adoraturus. Has verò aliasque eiusmodi idololatriæ excogitandæ vecordias, iam olim & ante multa tempora prædocuit scriptura his verbis: Origo fornicationis, idolorum excogitatio, inuentio eorum, pestis vitæ. Neque enim ab initio fuere, neque in æternum futura sunt: ambitio enim hominum in mundum venire, ideoque cõpendiaria eorum consummatio excogitata est. Acerbo enim luctu attritus pater filij subito è vita abrepti, imaginem fecit, eumque vita functum, quasi viuum cultu prosequitur, subditisque suis mysteria religionis ritusque tradit, ita mos impius tempore inualecens, vim legis obtinuit: Tyrannorum quoque imperiis sculptilia venerationem adepta sunt, quibus enim ante oculos non poterat honores exhibere, eo quod procul illinc habitarent, eorum speciem imaginibus expresserunt vt iis, quos ita honoratos volebant, tanquam presentibus hac opera adularentur. Cæterum quo maiores superstitionis accessiones fierent, artificis quoque instigauit ambitio, qui quum fortasse principi vellet gratificari, summa ope nixus est simulachrum quam pulcherrimè elaborare. Cæterum vulgus allecitur gratia, venustatèque istiusmodi opificij, hominem qui non ita pridem coli cæpit, pro deo habuit, idque in vitæ insidias versum est, quoniam aut calamitatis suis, aut tyrannidi inferuentis homines proprium illud solius Dei, & incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerunt. Cùm igitur tali initio idolorum figmenta inter homines (attestante scriptura) prodierint, tempestiuum mihi videtur, vt ea vanitatis, falsoque usurpati diuini nominis reuincamus: non tam aliunde petitis argumentis, quam ex illis ipsis, quæ ipsi de suis numinibus opinantur. Si quis enim eorum acta, quos ipsi deos prædicant, in vnum colligat (vt ab intimis exordiar) inueniet, eos non solum mortales, sed mortalium omnium terribissimos fuisse, vt in Iouis amoribus, libidinibusque apud poetas videre licet, cuius generis est, dum audis eum Ganymedem rapere, turba adulteriorum patrare, pauere item & angere, ne contra ipsius sententiam mœnia Troianorum excendantur. Quale item est, dum vides eum agrè, indignanterque terre filij sui Sarpedonis mortem, eique opulari velle, sed non posse, insidiasque Deorum aliorum experiri, Mineræ (inquam) Iunonis, & Neptuni, succurri; eidem à femina Thetide & centimano Ægeone, ac voluptatibus succumbere, mulierculisque ancillari,

& gratia illarum versipellem sub imagine brutorum animantium, quadrupedum, volucrum, suam ipsius speciem in periculum adducere? Rursus eundem in latebris agitare ob patris insidias. Saturnum verò deinde vinciri, illumque ipsum, suum patrem euirare. Age quæso num dignum est, vt is, qui talia designat, quique eiusmodi flagitiis famosus est, quæ ne communes quidem leges Romanorum in merè hominibus impunita velint, pro numine habeatur. Vt enim pauca ex multis ob multitudinem commemorem, quisnam quæso ex eius in Semelen, Lædam, Alcmenâ, Dianâ, Maiam, Europen, Danaen, & Antioam, sceleribus & stupris, aut ex iis quæ in suam ipsius sororem patrauit, quam eandem & sororè habuit & uxorem, ipsum non vituperet, & morte multandum censet? non solum ob crimina adulteriorum, sed quod sceleribus suis prætextum coloremque honestatis quæsiuit, dum liberos ex adulteriis profatos indigetes facit? Ex quorum numero Bacchus est, Hercules item, Castor quoque & Pollux, Mercurius, Perseus & Diana ospitatrix: quis rursus conspicatus Deorum inter se irreconciliabile certamen, idque Græcorum, & Troianorum gratia, non eos condēnet imbecillitatis? dum mutua inuicem æmulatione etiam homines in se irritant? Quis item videns Martem & Venerem à Diomede: Iunonem & infernum Iouem, & quem Plutonem appellant, ab Hercule: Dionysium à Perseo: Palladem ab Arcade vulnerari: Vulcanum expræcipitatu claudicantem, non vituperarit talem conditionem naturæ? exhorrueritque eos numina appellare? ac non potius, dum eos audit violabiles, malisque obnoxios, pro hominibus, iisque non fortibus habeat, rectiusque vulneratores eorum, quam ipsos vulneratos suspiciat & admiretur? Aut quis recognoscens Martis cum Venere adulteriū, & Vulcani contra vtrumque insidias, aliosque deos ad spectaculum stupri à Vulcano euocari, euocatosque aduentare, & obtueri eorum salacitatē, non in risum abeat, ac detestetur eorum nequitiam? Aut quis nō in cachinnos soluatur, cõspectis Herculis cum Omphale ex ebrietate ineptiis & flagitiis? Neque enim necessum est, vt eorum libidines, amoreque absurdos, quos in auro, argento, ære, ferro, lapidibus, lignis expressos videas, sedulo argumentis & criminibus incessam, & exagite, cum ipsæ res suam ex se odium vltro habeant, errorisque eius superstitionis prodāt. Qua de causa magnopere eorum miserearis, qui ita seducuntur, quippe qui quū indolent uxoris pudicitia adulterum superuenire, magistros tamen adulteriorum non verentur in deos referre, & quum ipsi abstineant à fororum concubitu, eos tamen, qui hoc scelere contraminati sunt, adorare: fateri rem flagitiosam esse stuprare pueros famosos, tamen istiusmodi fœditate, sacris & altaribus colere, interdicta legibus, citra pudorem suis numinibus ascribere: supplicesque ante ligna procumbere, nec videre interim, res similes ac profus eiusdem generis suis sese pedibus calcare, & profomentis ignium usurpare, quum tamen partes carum rerum, numina appellent. Et quæ paulò antè in vso communi habuere, ea per vecordiam (quum exculpta sunt) colenda arbitrantur, nihil omnino, neque oculis, neque mente vtentes, quippe qui deos sed non deos, sed artem cælatoris adorent. Quandiu cælatoris enim impolitus est lapis, & rudis materia: tandiu adorant.

istiusmodi res pedibus calcant, iisque ad ministeria sua, & subinde vilissima abutuntur. Cæterum ubi artifex suæ scientiæ modulos proportionemque impressit, & in speciem vel viri, vel mulieris effigrauerit: aguntur gratiæ artificis, ac iam deinde pro numinibus adorant, quos precio à sculptore redemerunt. Non infrequens quoque est, ut ipse statuarius, quasi oblitus quid ipse elaborauerit, suis operibus preces affundat, & quæ paulò antè obradebat, & concidebat, ea post artem inditâ deos appelleret. Atqui conueniret (siquidem ista admiranda sunt) artificis ingenium potius approbari, & non quæ ab ipso figurata sunt, figuratori anteponi. Nô enim materia artem, sed ars materiam isto ornatu instruxit, ac deificauit. Multò igitur æquius erat, ipsum artificem ab iis adorari quàm ea, quæ ab illo fabricata sunt, præsertim quum prior sit ætate diis à se fabricatis, illaq; pro ipsius arbitrio, speciem suam acceperint. Nunc contra, reiecta æquitate, & scientiam, & artem vilipendentes, ea quæ per artem & scientiâ facta sunt, ceremoniis diuinis prosequuntur. Et homine istorum conditore extincto, ea quæ ab ipso condita sunt, ut immortalia venerantur, quæ nisi nostra quotidiana cura seruari, planè cum tempore (quæ ipsorum natura est) in nihilum abirent. Qui (quæso) eorum non miserearis? idque vel ea de causa, quòd ipsi visu præditi, ea quæ non vident, adoranda existiment, & audientes quæ non audiunt, precibus sollicitent. Et anima rationeque per naturam (ut homines) instructi, ea quæ ne semel quidem mouentur, sed inanimata sunt, ut deos saluent, & quod summæ admirationis, quos ipsi sub sua potestate habent, iis veluti dominis inferuiant. Verùm ne temere (quæso) ista à me aut falso obiectari credas, quum fidem tibi etiâ ipsis oculis tuis facere possis, sæpe in istiusmodi spectacula occurfantibus, quippe quæ ubiq; obuia & exposita sint. Sed tamen grauius testimonium de istis rebus penes sacram scripturam reperias, quæ ab initio iam antea istarum rerum mentionem fecit, idque sub his verbis: Idola gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquuntur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt: manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant, qui faciunt ea. Neque prophetica ex postulatio ab illorum vituperatione abstinuit, dicente spiritu: Pudefiant, qui finxere deum, & sculpunt vana. Et omnes vnde orti sunt, emarcuerunt: & surdi ab hominibus. Congregentur omnes & consistant simul, quoniam faber ferrum suum acuit, & ascia elaborauit, & ad regulam moderatus est, ac statuit brachio roboris sui: Et esuriet, & infirmabitur, & nequaquam bibet aquam. Lignum enim faber ubi delegit, libramento illud & glutino constituit, & rubricauit, indiditque ei formam viri, & pulchritudinem hominis, collocauit illud domi, quod è sylua exciderat, quod plantauerat dominus, & quod pluuia in sublime produxerat, ut esset hominibus in alimentum ignis. indeque desumpsit vnde sese calefaceret, eoque ardente panes coxit, residuum porro eius in Deum deformauit, illique se suppliciter affudit, cuius dimidium igne combussit, alteroque dimidio carnes affatas comedit, & repletus est, Et calefactus, inquit, dulciter

Ars hominis ligni aut alia materia deificata, quod est absurdum.

Absurda quedam.

psal. 113.

mihi accidit quia incalui, & igne cõspexi: reliquias tamen eius his verbis adorauit: Eripe me, quia Deus meus es tu. Non didicerunt, ut sentirent se obtutu esse hebetiores, quàm ut videant oculis suis, aut animo intelligant. Et non cogitauerunt in corde suo, neque sensibus perceperunt, quòd illud adoratur cuius dimidium combusserint igne, & in carbonibus eius decoxerint panes, & affatas inde carnes depasti sint, & residuum eius ligni, in abominationem conuerterint. Scitote cinerem esse mentem illorum, neminemque posse eorum animam eripere: videte, & ne dixeritis, mendacium esse in manibus meis. Quomodo igitur isti non impij ab omnibus habeantur, qui tantæ impietatis à sacris literis accusantur? Aut qui non sint miserè superstitioni, qui ita apertè inanimata pro veris rebus adorare conuincuntur? Quænam illis spes: aut quid veniæ sibi sperare poterant, qui in brutis immobilibusque fiduciam suam collocant, eaque pro verò Deo venerantur? Vtinam, vtinam sine specie vlla artifex illis numina conformasset: ita enim fieret, ut non tam euidentis suæ aduersus se stoliditatis, documentum ostenderent. Tum enim si signa, notasque sensuum non haberent, quales sunt oculi, nares, aures, manus, os, ipsis interim immobilibus, & sine vsu sensuum, sensibilibusque perceptione simpliciorum animos fallere potuissent, Nunc contra habent, & non habent: stant, & non stant: sedent, & non sedent: nullam enim vim istiusmodi actionum possident, sed in eo statu quo voluit artifex, permanent, diuinitatis suæ argumentum nullum de sese exhibentes, inanimati prorsus, solum hominis arte consistendi speciem habere videntur. Vtinam isti falsorum deorum præcones & vates (de poetis loquor & historiographis) simpliciter eos deos esse, in scripta retulissent sine illorum actis: vnde facile conuinci possunt, quàm & Dij non sint, & quàm turpi disciplina morum sint vsi. Potuissent enim solo diuinitatis titulo veritatem interuertere, vulgusque multo melius à fide rerum seducere. Nunc autem dum amores, salacitatesque Iouis, aliorumque in masculos stupra, & zelotypias in fæminas, metusque item & pavores, aliæque vitia recensent, nihil aliud quàm se ipsos denique produnt, non solum non de numinibus, aut de castis quidem hominibus verba facere, sed de turpibus longèque ab honestate semotis, fabulas referre. Verum hic fortasse superstitioni, ad indolem moremque poetarum defugient, affirmabuntque hunc peculiarem esse poetarum stylum, ut ea, quæ non sunt, effingant, metianturque ad voluptatem audientium, eamque rem fabulandi occasionem dedisse. At istiusmodi causificatio, maxime omnium vana esse demonstrabitur, idque ex ipsorum de diis suis opinione, atque item ex aliis rebus, quas in vulgus edunt. Si enim quæ poetæ scribunt, figmenta sunt, & pro falsis habenda, falsa quoque fuerint nomina Iouis, Saturni, Iunonis, cæterorumque deorum. Forsitam enim, ut ipsi dicunt, nomina ista fictitia sunt, nec existit prorsus vllus Iuppiter, aut Saturnus, aut Mars, sed eos fingi à poetis, quasi qui sint, quò imponatur auditoribus. Probè, sed si fingunt poetæ ea quæ non sunt, qui sit, ut eos, tanquam re vera sint, adorent? An hic forsitam replicabunt, non nomina quidem ista falsa esse,

Impij superflui.

Idola sensibus carent.

Attinere carere libere.

Præconi falsorum deorum vana, sed facta eorum vera simile.

esse, sed facta, quæ poetæ istarum personarum nominibus falso addiderunt? Sed hoc nihilo firmiter ad excusationem: si enim in factis mēdaces sunt, in nominibus quoque eorum mēdaces fuerint, à quibus istiusmodi res gestas esse volūt. Aut si veri sunt in assignandis nominibus, veri quoque necessariò futuri sunt in factis enarrandis. Alioqui qui ista fabulari sunt, si eos re vera deos credidissent, paria certè & quæ diis congruerent, non autè humanos affectus illis attemperassent. Ut nūquam quispiam officium ignis, aquæ attribuerit, quum ille inflammet, ista frigidam naturam in se possideat. Quòd si acta ista digna & cõgrua sunt Deo, dei quoque fuerint horum actores: sin autem hominibus conueniunt, atque ad eòd hominibus neutiquam honestis, qualia sunt adulteria, aliæque facinora, quæ iam recensimus, homines profectò sunt, & non dij, qui talia fecerunt. Acta enim, personis rebusque respondere necesse est, ut quis autor fecerit, ex opere ipsi contestatum reddatur: & ex autore, vicissim quale sit opus, agnoscat. Ut enim si quis de aqua, & igne disceptet, eorumque vires alleget, nunquã dixerit aquam comburere, ignem refrigerare: Aut si quis de sole & terra mentionem faciat, nunquam affirmarit, terrâ illustrare solem, herbas, frugesque progeminare: nam tale quid si diceret, omnè stoliditatem exuperaret. Ita quoque nunquam scriptores illi, & præcipuè omnium excellentissimus poetæ, si certum habuissent, Iouem, ceterosque id genus deos esse, nūquam istiusmodi acta iis attribuissent, vnde ipsos non deos, sed homines esse proderet, & homines nequaquam graues. Quòd si eos poetice fabulatos dicas, & falsa cõfinxissent (ut tua mendacia de illis recipiamus) quur non & de fortitudine heroum mēti sunt? & pro fortitudine, imbecillitatem: pro imbecillitate, fortitudinem affinxerunt? Congruum enim erat, ut quemadmodum in Ioue, & Iunone: ita quoque in Achille, ignauia admēterentur, Thersitæ vires miraculis celebrarent, Vlyssis hebetudinem conuitiis exagitarent, Nestoris deliria confingerent, Diomedis, & Hectoris muliebria studia, Hecubæ fortia facta describerent. Quia in omnibus videlicet (ut ipsi aiunt) recipiendum est poetæ fingere, & mendaciis uti. Nunc contra, illi qui in hominibus describendis veritatem tuentur, falsa de diis scilicet non verentur tradere: Quin & hoc aliquis eorum dixerit, eos de Deorum salacitatibus falsa scribere, in laudibus tamen (quum Iouem patrem deorum, supremumque ac olympium, & cæli regnatorem dicunt) nihil confingere, sed veraces esse. Atqui non ego solus, sed quiuis ostenderit, hanc rationem contra illos facere. Rursus enim, primis illis demonstrationibus veritas sese manifestò proderit, quum facta illos homines fuisse coarguant: laudes verò humanâ naturam transcendant. Vtrūque istorum inter se cum altero discrepat: Non enim propriū est cælicolis, talia facere: neque eos qui talia faciunt, cælicolas esse, suspicari poteris. Quid igitur inde colligas? nisi laudes vanas & assentatorias esse: facta verò ex fide esse pronūciata? Idque verum esse, ex cõmuni omnium consuetudine deprehēdas: Nemo enim qui aliquem laudandum suscipit, studia morisque eius vituperare solet, sed potius contra, encomiis euehere, ut laudum maiestate, si qua in factis turpitudine lateat, deceptis auditoribus prætegatur. Quamobrem ubi quis in ali-

Iuppiter non deus sed homo.

Simile.

Historici falsa de diis asserunt.

Acta homines laudes deos efficiunt. Deorum laudes vana, sed facta eorum vera simile.

quo celebrando, non reperit in vita eius, animique dotibus, ob insitam turpitudinem argumentum laudis, alias commendandi rationes inuit, aggerens ea, quæ illius conditionem transcendunt: ita quoque mirifici illorum poetæ, veriti extollere ob turpitudinem facinorum gentilitios istos deos, nomē illis, quod est supra humanam naturam, adaptauerunt, sed parum in eo prouidi fuere, quum sublimibus illis vltra humanam conditionem figmentis, non obscurerent eorum humana, sed humanis ipsorum vitiis ostendant, Deorum titulum existimatio, nemque illis non cõgruere. Ego certè arbitror, à nolētibus poetis vitia deorum prolata esse: quia enim Dei incommunicabilem (ut inquit scriptura) appellationem & honorem, illis qui nō dij, sed homines mortales erant, attribuerunt, tantumque nefas, in sese admiserunt, ideo veritas vicissim ab iis expressit, ut vel nolentes putatitorum deorum flagitia exponerent, quo omnibus posteris pro argumento constaret, nō esse eos deos, de quibus talia scripto proderentur. Quid igitur superstitioni respondeant? aut quo argumento vtentur? ut istos, de quibus loquimur, deos probent: ratio enim paulo superius habita, homines eos fuisse ostendit, eosque neutiquam sanctos aut graues. Fortassis eòd sese recipiet, ut magnificè iactent inuenta istorum, quibus humanæ necessitati multum vtilitatis cõtulerunt, ideoque eos deos habitos, quod vtilis fuissent: Iouem enim (ut fama est) plasticen inuenisse: Neptunum, gubernatoriam artem: Vulcanum, fabrilem: Mineruâ textoriam: Apollinem, Musicem: Dianam, venaticâ: Iunonem vestiendi rationem: Cererem, agri culturam: aliosque item alia, ut scriptores referunt. Rectè, sed has, aliasque consimiles artes non istis solis ut autoribus, sed communi hominum naturæ imputari, acceptasque ferri oportuit. Siquidē eas artes, dum fixis oculis naturam intuentur, deprehenderunt. Nam artem esse imitationem naturæ, vel vulgus deprædicat. Si igitur periti expertique euasere earum disciplinarum, quibus operam nauarunt, non ideo tamē eos deos credere necessum fuit, sed homines potius. Non enim ex ipsis artes naturam suam capiunt, sed in artibus, ipsi naturam æmulati sunt, nimirum homines, ac proinde naturaliter capaces scientiarum, ut ex hominis definitione patet. Quid miri igitur, si humano ingenio vsi, suamque in naturam respectantes, istiusmodi scientiarum artificia excogitarint? Quod si ob inuenta artium opere præcium est, eos Deos nūcupari, restat, ut itè aliarum artium inuētores, Dij nuncupentur, ea nimirum ratione, qua illi digni sunt vili, qui in Deorum numero haberentur. Literas autem inuenerunt Phœnices: Poësin heroicam, Homerus: Dialecticem, Zeno Eleates: Rhetoricem, Corax Syracusius: apiaria emolumenta, Aristeus: sementem, Triptolemus: leges Lycurgus Spartanus, & Solon Atheniensis: literarum verò structuras, numeros mensuras & momenta, Palamedes excogitauit. Alij itè alia, vitæ vtilia prodiderunt, ut testes sunt historiographi. Si igitur scientiæ deos faciunt atque inde dij sculptiles emerferunt: necessum est, & eos, qui post istorum ætatem aliarum rerum autores se se exhibuerunt, pro ista ratione in Deorum classes recenserent. Quòd si diuinitatis opere præcium in eo non locant, sed pro hominibus eos habent: consequens est, & Iouem & Iunonem, ceterosque alios

Cur poetæ deorum flagitia exposuerint.

Inuenta deorum que.

Iuppiter plasticen inuentor.

Ars quid.

Artis inuētio deos non facit.

diuinitatis nomine spoliandos esse, credendumque homines fuisse, eoque magis credendum, quia nequaquam fuere graues aut sancti, quod vel ex ipsa statuarum sculptura deprehendas. Quam enim aliam ipsi sculptores indidere formam, quam virorum & foeminarum, rerumque adhuc inferiorum, nimirum brutorum animantium, autium cuiuslibet generis, quadrupedum partim cicurum, partim indomitaram, reptilium, & quicquid vel terra, vel mare, aut vniuersa aquarum natura producit. In feras enim indomitafq; libidines, & affectus deiectionis mortales, nihilque nisi voluptates & carnis concupiscentias ob oculos ponentes, prout brutis illis rebus, irrationabilibusque mentem occupant, ita in bruta pecuniasque species imaginem numinis contulerunt, pro multiplici diuersitate suorum affectuum, numinum formas configurantes. Quadrupedum enim & reptilium simulachra apud illos reperiuntur, quemadmodum diuina, & verae religionis interpret ait: Euanerunt in cogitationibus suis, & obicuratum est brutum cor eorum: dicentes se sapientes, infatuati sunt, & mutauerunt gloriam Dei in corruptibilem, in similitudinem imaginis hominis corruptibilem, & volucrum, quadrupedum, & reptilium, Ideoque tradidit eos Deus in affectiones ignominiae. Cum enim prius vitiaffent animos voluptatum irrationabili immanitate (vt superius dixi) ad istiusmodi numinum concipiendas species praecipitati sunt, semelque ita lapsi, & quasi mancipati, vt a Deo auersi sint, perpetuo ibidem voluntur, & in rebus ratione carentibus, Dei, qui pater est Rationis siue verbi similitudinem quaesierunt. Hic quum male audiunt Ethnicorum Philosophi, virique eruditi, non inficias eunt eas deorum species, hominum & brutorum simulachra esse: sed ideo id in vsu haberi, vt dij sub istis imaginibus oracula promant, & sese ostendant, alioqui eum qui inuisibilis est, nisi per istiusmodi simulachra & caeremonias cognosci non posse. Alij porro quasi maiori Philosophia instructi, ac proinde se altiora promere existimantes, aiunt ista instituta esse & effigiata, ad euocationem aduentumque angelorum aliarumque potestatum conciliandam, vt quum illi ita se praesentes obtulerint, & apparuerint, numinis notitiam mortales doceant, ac proinde istiusmodi simulachra pro elementis literarum humano generi esse, quae dum legunt, Dei notitiam condiscere possunt. Ita isti fabulantur, non enim est vt eos theologitari dicas, minime gentium. Quod si quis haec verba accuratius expendat: inueniet, istorum non minus quam eorum (quos superius conuici) opinionem esse falsam. Dixerit enim aliquis insistens veritati examinanda, quoniam modo Deus per simulachra vel respondeat, vel cognoscatur: an per materiam statuae, an per figuram? Quod si per materiam: quis igitur vsus est figurae? & quur antequam fingeretur, non in omni materie sese simpliciter praesentauit? Frustra igitur tepla isti obmunierint, includentes nescio quem lapidem aut lignum, aut auri partem, quum vniuersa terra istiusmodi rebus exuberet. Sin autem superinducta forma in causa est, vt numen illic praesto sit: quis vsus materiae, siue illa aurea, siue alterius generis sit? quur non potius per vera & naturalia animantia (ad quorum speciem sculptilia deformata sunt) praesentia numinis sentiantur? Ea enim opinio de Deo: speciosior ali-

Deorum imagines eos homines tantum fuisse declarant.

Rom. 1.

Philosophorum rationes de deorum sculptilibus.

Deus respondeat ne per simulachra.

Philosophorum rationes fabula esse. Primario responso.

quanto & honestior esset, si creditum foret, per viua animantia tum rationalium, tum irrationalium, numen sese praesens exhibere, non autem in rebus vitae, motuque expertibus, eius aduentum expectari. Mira igitur in hac parte ipsorum impietas, qui cum vera nativaeque animantia quadrupedia, volucra, reptilia detestentur & exhorreant, vel ob feritatem, vel ob foeditatem: tamen horum species in lapidibus, aut lignis, aut auro descriptas, Deos esse volunt. Aequius erat ipsa viua potius coli, quam viuorum effigies in istis adorari. At fortasse horum nihil, neque forma, neque materia numinis praesentiam efficit, sed operis duntaxat artificium Deum ad se elicit, cum in eo sit imitatio naturae: esto, sed si ob artem sculptile opus Deus sua praesentia frequentat, quid opus est materiae? quum ars ipsa in hominibus seculum habeat? Si enim plane ob artem Deus se sistit, ideoque sculptilia vt dij coluntur, par erat, homines istius artis ministros adorari, & diuino cultu affici, tum quia rationales sunt, tum quia ipsam artem in animis continent. Ad secundam illorum profundiorum scilicet responsionem, etiam ista quippiam non incongrue dixerit: Si non ob Dei praesentiam ista a vobis instituuntur, sed vt Angeli ibi praesto sint, quur statuas, per quas potestates illas euocatis, maioris facitis, quam ipsas potestates? Cognoscendi enim Dei causa, sculptentes has figuras (vt dicitis) ipsius Dei honorem, vocabulumque sculptilibus iniungitis, rem nequaquam piam designantes. Quum enim profiteamini Dei potentiam longe euehi ultra simulacrorum paruitatem, atque ideo vos non audere numen euocare, sed minores potestates: Dei nomen, cuius aduentus vobis formidini est, lignis, & lapidibus implicatis: deosque, simulachra (quum lapis & artificium nominari deberent) appellatis, & adorationibus prosequimini. Si igitur ista pro literis sunt vobis, ad diuinitatem speculandam (vt falso iactatis) qui conuenit signa, rebus suis, quas denotant praestantiora haberi? Non enim, si quis Regis nomen literis exaret, extra periculum est, si scriptum illud in maiori honore, quam regem habeat, ille enim mortem in poenam accipit, neque id mirum, cum aliud sit rex, aliud tabula ad eius speciem a pictore descripta. Ita & vos quoque si corroboratam, firmamque haberetis rationem, non tantopere diuinitatis characterem in materia defixissetis: imo ne sculptile quidem sculptori suo anteposuissetis. Si enim simulachra plane, veluti literae, Dei aduentum significant, atque ideo vt Dei notae, characteresque numinis maiestate dignae censentur: multo magis artificem illa describentem deificari, numinisque maiestate indignari oportuit, vt longe simulachris potentiorum, diuinioremque, eod quod illa ad huius arbitrium ex-polita sunt, & configurata. Si igitur literae sunt admiratione dignae, scriptor ipse multo maiori admiratione efferendus videbitur, tum ob artificium operis, tum ob animi scientiam. Quod si igitur non ea de causa, par est simulachra pro numinibus haberi, iterumque scisciteris, audis cognoscendi, quoniam sit origo istius rei, quid putes illos responsuros? Si enim dicant, numen qua humana specie sit praeditum, ideo humana specie effigiari: qua ratione igitur sit, vt illud pecudum imaginibus exprimant? quod si pecudum effigies, numinis vultum representant, quur hominum delinamenta illi adiungunt? Quod

Impieta miranda

Artificia idoli ad deum ad elicitur

Responsio secunda

Simili

Cur Deum humanae speciei deponit

Quod si vtrumque simul est, & vtraque specie Deum comprehendunt, eod quod rationalium, irrationaliumque formas possideat: quur disiungunt coniuncta, ac diuersas faciunt hominum brutorumque conformationes? ac non vbi que vtraque specie eum caelatum exhibent? qualia sunt fabularum commenta, Scylla, Charybdis, Hippocentaurus? & apud Aegyptios canina facie latrator Anubis. Oportebat eos aut tantummodo describi biformes, aut si vnus & simplicis sunt formae, non alteram affingi. Porro si illorum formae viriles sunt, qua ratione illis foeminarum linamenta addunt? Quod si muliebri specie subsistunt, quare illis viriles admentuntur formas? Quod si vtrumque simul existunt, discriminatione interuenire non oportebat, sed ambos in vnum sexum coniungi, fierique illos ipsos, quos hermaphroditos appellamus, vt superstitione ista non solum impietatem & calumniam, sed etiam cachinnos spectatoribus conciliet. At si plane corporali facie numen arbitrantur, adeo vt & vntrem & manus & pedes, ceruicem item & pectus, caeteraque membra, quae ad hominum genituram pernecessaria sunt, in illo comminiscantur & affingat: iam mihi quaeso vide in quanta impietatem, Dei que alienationem mens eorum praecipitata est, qualia de numinibus comminiscuntur. Ad quae consequitur, vt & illa, caeteraque, quae corporis sunt, patiantur: adeo vt & secentur, ac in partes diuidantur, ac prorsus intereant. Haec aliaque istiusmodi non propria sunt Dei, sed potius eorum corporum, quae in terris degunt. Deus enim incorporeus est & incorruptibilis, & morti inobnoxius, ne tantillum quidem vllius indigens. Atqui istiusmodi simulachra & corruptibilia sunt, & corporum signa, & alienam opitulationem requirunt, vt antea dictum est. Subinde igitur videmus, ea postquam nimium inueterauerint, interpolari, & aut tempore, aut pluuia, aut a belluis terrestribus euastata, denuo refringi. Vnde merito eos stultitiae condemnnes, quod quorum ipsi sunt effigiatores, eos titulis deorum honorent, & quos ope sua arteque instruunt, ne pereant, ab illis salutem comprecantur: & quos ipsi suae curae tutelaeque indignos non ignorant, ab illis suas necessitates, vsusque resarciri quaerant: & quos in paruis aediculis concludunt, eos caeli terraeque vniuersae dominos appellari non vereantur. Non hinc solummodo eorum impietatem didiceris, verum etiam ex eo, quod in ipsis idolis discordis sententiae sunt. Si enim illi Dij sunt (vt praedicant ac philosophantur) quem, cui ex istis praeferrere oportet? aut quos maioris autoritatis existimes? vt ita vel securus eum adores, vel (vt aiunt) nihil haesites in cognoscendo numine? Non enim apud omnes ijdem existimantur dij, sed quot sunt gentes, totidem Deorum genera confinguntur. Est quoque, vbi eadem regio, atque adeo eadem ciuitas inter se dissideat in superstitione idolorum. Phoenices certe, Aegyptios deos non agnoscunt: neque Aegyptij, eadem cum Phoenicibus simulachra adorant. Nec Scythae, Persarum: nec Persae, Syrorum numina recipiunt. Pelasgi Thraecios deos repudiant: Thraeces Thebanos ignotos habent. Indi contra Arabes: Arabes contra Aethiopes: & Aethiopes vicissim contra illos, in ratione caeremoniarum dissentiunt, Syri Cilicium Deos non colunt: & Cappadocum

Hermaphroditi.

Deo quid simulachra quid

Idoladeos non esse ab idololatrarum cultura diuersa.

gentes, alios praeter istos, Deorum nominibus appellat: Diuersos item Bithynij, diuersos Armenij commenti sunt. Et quid opus multis? qui in continente sunt, alios ab insularis Deos venerantur. In summa quaelibet ciuitas, & vicus, vicinorum numina non agnoscens sua praestituit, eaque sola Deorum loco habenda existimat. De abominandis Aegyptiorum caeremoniis non est, quod dicatur, quum omnibus in oculis sit, quam contrarias, & inter se pugnantibus habeant religiones, & quam semper vicini contra vicinos studeant diuersa colere. Saltem apud alios adoratus Crocodilus, apud alios abominationi habetur: Ac leo alicubi vt numen cultus, a collimitanis non solum non collitur sed deprehensus, vt bellua neci datur: idemque piscis alibi in numen dedicatus est, alibi hamo capidum causa, & illecebra omnium affectuum: denique quod mireris, Pelasgi (vt historici volunt) quum ab Aegyptiis disciplinam religionis hauserint, ne nomina quidem eorum numinum, quae apud Aegyptios in precio sunt, cognita habent, sed plane diuersa ab illis colunt: Vt compendio dicam, omnium idololatrarum gentium dissimilis est religio, & existimatio, neque eadem apud illos reperiuntur, quod ipsum non immerito illis accidit. Delapsi enim a cognitione vnus Dei, in multa & diuersa se se praecipites dederunt, auersaque veri Patris Verbum Seruatorem omnium Christum, non iniuriam mentem habet, ad alia atque alia quasi turbine fluctuantem. Et vt illi qui solem auersantur, in locisque umbrosis haerent, per multa inuia circumferuntur, & quod adest, non vident: eodem modo qui Deum negligunt, animo caligant, & estibus animi, fluctibusque iactantur, resque nihili & euandas, vt ebrii ac caeci, imaginationibus concipiunt: quod ipsum non leue argumentum certissimae superstitionis: Diuersis enim oppidatim, vicatimque numinibus, aliis aliorum deos profligantibus plane consequitur, vt nihil sit firmi, & vt omnes tandem profligetur. Quippe quum qui apud alios sint dij, aliorum dijs pro victimis maectentur, ac libamina fiant: ac rursus, quae istis sunt victimae, alibi deorum vicem, & locum obtinent. Aegyptij certe bouem, quem Apim nominant, sacris colunt, sed eum alij Ioui sacrificant, non quod plane illum ipsum, qui pro nomine consecratus est, sed quia alios ex eodem armenti genere occidunt, eundem illum ipsum occidere, & immolare videntur. Lybes Aritem, cognomento Ammona, deum habent, qui tamen ipse apud plerosque pro victima caeditur. Inde Dionysium colunt, sub cuius nomine per allegoriam vinum intelligunt, & tamen illud apud alios in libamen vertitur. Alij fluuios & fontes, & omnium maxime Aegyptij aquam in praecipua veneratione habent, deosque appellant: sed tamen illi ipsi hac in parte religiosi Aegyptij, & suas, & aliorum sordes aquis eluunt, & quod inde reliquum est, cum ignominia abiiciunt. Parumque abest, quin omnium Aegyptiorum idola apud alios pro victimis immolentur, adeo vt Aegyptij ludibrio sint, quod diis careant, ac pro dijs victimas & piacula colant. Iam nonnulli tantam impietatem, & eorumque abrepti sunt, vt falsis istis dijs, hominum simulachris, homines victimant: nec vident miseri, victimas illas exempla & archetypa esse suorum numinum, & ab

Aegyptiorum caeremonia

Crocodilus adoratus

Leo vt numen cultus

Idololatrarum religio dissimilis

Simile

Dij dijs alijs sacrificantur

Victima pro dijs habentur

Bos Aegyptiorum deus

Aries Lybiae deus

Dionysius vinum indorum deus

Aegyptij fontes & fluuios deos appellant

Aegyptij ridiculi

illorum specie, diuorum suorum formas mutuatas esse, & in mactandis hominibus, propemodū similes similibus, aut potius præstantiores deterioribus immolare: quippe qui animata inanimatis sacrificent, & rationalia sensu carentibus offerant. Scythæ enim qui Taurici dicuntur, virgini suæ (sic enim Dianam vocant) naufragos, & quoscunque ex Græcis cæperint, pro hostiis iugulant, tanta impietate aduersus homines eiusdem conditionis vtentes, atque tantopere Deorum suorum crudelitatem, præ se ferentes, vt quos veri numinis cura, prouidentiaque à marinis periculis eripuerit, ipsi mactent, modo non ipsi prouidentia infesti, quippe qui illius beneficium efferata crudelitate subuertant. Alij verò Marti ex prælio reduces deportato triumpho, captos bello centesimant, in centurias diuisis captiuorum corporibus, ac pro numero centuriarum, hostias cædunt. Neque solum istiusmodi Scythæ pro innata feritate perpetrant, sed propriū id tragicum facinus immanitati idolorum & dæmonum: quum & Ægyptij olim istiusmodi victimas Iunoni immolarint: Phœnices item, & Cretenses, mactatu liberorum, Saturnum placarint: Prisci quoque Latini, Iouem latialem humanis cædibus venerati sint. In summa alij aliter, sed tamen semel sese omnes & polluebant & polluebantur. Polluebantur enim ipsi quum cædes facerent: polluebant verò sua ipsorum phana huiusmodi holocaustis ac suffitu: Hinc iam deinde mala in homines ingenti numero incubuerunt. Quum enim viderent, suos deos istiusmodi rebus oblectari, statim eos iisdem delictis æmulati sunt, egregiū facinus arbitrati, si exempla eorum quos summos censebant, imitarentur: atque inde factum est, vt sceleribus homicidiorum, parricidiorum, omniumque libidinum succubuerint. Nam propemodum omnes ciuitates omnibus libidinibus scætēt ob immanitatem morum, quam in suis diis conspiciunt. Neque est in hoc genere deorum, quem castum appelles, nisi illum fortasse, cuius libidines testatæ, & in confesso habentur. Olim certè Phœnissæ mulieres ante idola prostituiebantur, dedicantes numinibus suum quæstum, persuasæ meretricatu ea propitiari, ac prosperitatē rerum inde nasci. Viri quoque abdicato sexu, nec se amplius mares esse ferentes, mulierum naturam affectauerunt, tanquam ita honorifica gratæque matri deorū facturi essent. Omnes autem in turpissimis viuunt, & certamen inter se prauitatis suscipere videntur, & vt dixit sanctus ille Christi minister Paulus: Mulieres eorum mutauerunt vsum naturalem, in eum, qui est præter naturā. Itidem quoque & masculi, omisso naturali vsu fœmine, libidine in se mutuo exarserunt, mares in mares turpitudinem patrant, hæc & huiusmodi designantes, consitentur & ostendunt deos suos hoc genere vitæ vfos fuisse. Ex Ioue enim, supra puorum & adulteria: ex Venere, meretricatū: ex Rheæ obscenitatem: ex Marte, cædes: ex aliis alia huiusmodi didicerunt, quæ quidē vt à legibus vindicantur, ita quicumque purus & integer est, auersatur. An igitur dij habendi sunt, qui talia faciunt, ac non potius eos dicas ob morum obscenitatem brutis magis obbrutuisse: an non qui eos pro numinibus colunt, vt quouis peccore magis pecuini miseratione digni sunt? Si enim perpendifsent animæ suæ mentem, non in has impietates ruisent præcipites

Scythæ Dianam vocant

Homines Marti hostias cæduntur

Homines sacrificarunt qui

Omne genus vitiorum ab idolis deprorptum

Deorum ne vnus castus inuentus

Phœnissæ fœminæ ante idola prostitute

Rem. 1. ibid.

Deorum doctrina. Adulteria et supra docet Iupiter.

& verum Christi patrem Deum negassent. Sed fortasse qui istis sublimiores sunt, & ad rerum naturā admiratione stupent, pudefacti redargutionibus abominandorum idolorū, quum reprehendi ab omnibus & facile conuinci queant, ne ipsi quidem id ita esse inficias iuerint, illam tamen opinionem firmam & inexpugnabilem dicent, qua mudo mundique partibus cultus, ceremonieque deferuntur, gloriabunturque quod non saxa, non ligna, nō formas hominum & brutorum, volatiliū, aut reptiliū, aut quadrupedū, sed simpliciter solem, & lunam, omniaque cæli ornamenta, tellurem, & vniuersi humidi naturam colant ac venerentur: & dicent non posse quosquam demonstrare, etiam hos nō esse natura Deos, quum omnibus pateat, ea nec inanimata nec irrationalia esse, & humanam conditionem superare, eo quod ipsa in cælis, illa in terris degant. Opere præcium igitur fuerit, etiam de istis dispicere, scrutiniūque instituere. Omnino enim & in tuis ratio veram contra istos refutationem inueniet. Verum antequam id dispiciamus, & demonstrationem auspicemur, sufficere dicendum est, quod ipsa rerum natura propemodum contra illos exclamat, ostenditque suum conditorem ac dominum, & opificem Deum, & omnium regem non esse alium, quàm Patrem Domini nostri Iesu Christi, quem quum auersantur scioli, rerum tamen naturam ab eo conditam pro numine adorant, quanquam & adorant illam ipsam, & confiteantur, quem ipsi propter hanc negant, Dominum. Sic enim pulchræ possunt homines isti, qui ita naturæ partibus admiratione inhiant, ac membra vniuersitatis, numina esse arbitrantur, ex mutuis istarum rerum inter se inopiis, auxiliisque pudeseri, quippe quæ declarent, & præ se ferant, erga ipsum Patrem Verbi suum conditorem & Dominum esse, ex suo irrefragabili erga ipsum obsequio. Quando quidem (vt ait diuina lex) Cæli enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annunciat firmamentum. Fides eius rei non obscura, sed admodū clara iis, qui non plane oculis mentis capti sunt. Si quis enim per se naturæ partes defumat, & singula seorsum spectet, vel Solem per se, vel Lunam, aut terram, aut aërem, calida item & frigida, sicca & humida, & eximens ea ab sua inuicem coaptatione, vnum quoque per se ac seorsum excutiat: nullum ex omnibus inueniet, quod sibi ipsi sufficiat, sed omnia alieni vsus opisque indiga esse. Sol enim vehiculo vniuersi cæli circumgyratur & continetur, neque extra ambitum eius vnquam consistere potest. Luna autem & reliqua sidera, solis in se auxilia protestantur. Terra rursus sine pluuiis fructus non ediderit, neque pluuiæ sine nubi- bus in terram descenderint, quinimò, ne nubes quidem sine aëre per se, vel apparuerint, vel constiterint. Aër quoque non ex se, sed ab æthere calefit: & à sole illustratus, lumen accipit. Fontes porrò & flumina, sine subsidio terræ nunquam fuerint: Terra verò ex se ipsa fulciri nō poterit, sed super aquas consistit: continetur autem & ipsa in medio vnde- cunque quasi colligata. Mare quoque, & qui totum circumfluit orbem, magnus ille Oceanus, à ventis rapitur, quocunque vis illorum protruserit. Atque adeo ipsi venti non in se, sed (secundum dis- putatores istarum rerum) ex inflammatione, caloreque ætheris in aërem descendente, in aëre consi-

Idolola- tris aliis genis.

Astrac elem. an sit dij.

Psal. 19.

Astrac elem. diuisa liemo is gent. ar. xilio. Sol.

Luna. Terra.

Air. Fossil.

Mart. Peniti.

stendi

stendi locum, naturamque accipiunt, & per eum vbique spirant. De quatuor porrò elementis, ex quibus corporum natura constituitur, calida (inquam) & frigida, sicca & humida substantia, quis ita animo est stupido, vt nesciat coniuncta ista, & simul coaptata consistere posse: diuisa autem & se- gregata, iam inde sibi inuicem exitium, prout quo- que inualuerit, moliri. Calor enim frigore prædo- minante extinguitur: frigus rursus violentia cal- oris euanescit: siccitas quoque per humorem im- madescit: humor per siccitatem exarescit. Quo- modo igitur ista numina fuerint, quæ alterius opē requirunt? Aut qui par est ab illis quicquam postu- lare, quum ipsa à se mutuo necessaria postulent? Si enim ea de Deo sententia vera est, illum nullius indigere, sed sibi sufficere, sui que plenum esse, & in illo omnia consistere, imò ipsum potius omnibus aliis impertiri: quomodo vel solem, vel lunam, a- liasque creaturæ partes, quæ tales non sunt, sed mu- tua ope fulciuntur, numina appellari æquum fue- rit? Sed fortasse diuisa & desumpta per se ista indiga esse, vel ipsi quoque consentitur, quum ipsa de- monstratio ob oculos sit constituta: Sed simul om- nia cōuertentes, & tanquā in vnum magnum cor- pus redigentes, vniuersum illud Deum esse dicent. Quippe in tali rerū omnium vniuersitate, non am- plius illos forinsecus vlli rei indigētes fore. Quod haud dubie ante omnia isti iactaturi sunt, qui sua opinione sibi sapientes videntur, sed neque hic oc- casio defutura est, qua eos redarguas. Istud ipsum enim quod pro ratione allegant, eò magis patefaciet eorum cum magna inscitia superstitionem, ne- que id minus euidenter quàm supra. Si enim singula coniuncta totum explent, & totum ex singulis constituitur: nimirum totum erit partium totum, & singula erunt partes totius. Longissime abest, quàm vt de Deo tale aliquid sentias. Deus enim totum quiddam est, ac non pars aliqua, neque ex diuersis constat, sed ipse omnium quæ constant, autor est. Specta (quæso) quàm impia de Deo refe- rant, qui ista loquuntur. Si enim ex partibus con- stituitur, ipse sibi ipsi omnino dissimilis apparebit, & ex dissimilibus habiturus est naturæ suæ integri- tatem: nam si solem illum esse dicas, luna esse non poterit: si luna sit, terra non fuerit: & si terra sit, mare esse non poterit: atque ita, quascunque par- tes in manus sumpseris, deprehendes absurditatem huiusmodi ipsorum dicti, cuius vitium ex intuitu, obseruatūque humani corporis satis apparuerit. Vt enim oculus, auris non est: neque auris, manus: neque venter, dorsum est: neque ceruix, pes: sed vnumquodque istorum propriam habet functio- nem, & ex istis diuersis inter se, corpus vnum constituitur, quæ quum coadunata consertaque sunt, habent sese partes pro ratione sui vsus: vbi disiun- cta fuerint, pro ratione præsentis temporis: quum natura que coegit ista, dissoluerit: quemadmodum Deus voluit istius constitutionis autor. Ita (sed pa- ce numinis sit venia dicto) si partes orbis in vnum corpus coaptatas Deum appellant, necessum est ipsum sibi ipsi ex seipso dissimilem esse (vt iam pa- tet) eundemque rursus diuidi in partes, sua ipsorum natura dispertibiles. Alia quoque ratione (si veri- tatem obserues) redargueris illorum in constituen- do numine vanitatem. Si enim Deus incorporeus est, inuisibilis, inactibilisque natura: qui fit ut Deum

Elemēta vtrum colenda.

Elemēta segregata inuicem cōtraria.

Deus nul- lius in- diget. Absurda

Deus non constat ex diuersis partibus.

Simile.

Deus ve- rus non est corpo- reus sed simplex. &c.

corpus esse comminiscantur? aut cur, quæ oculis subiecta sunt, quæque manibus palpantur, diuinis honoribus colant? Quod si ea ratio, famaque de Deo obtinuit, eum vbique existere posse, nihilque omniū esse, quod Deū sub se teneat, ac porius omnia sub potestate illius contineri: quur qui creaturam in Deorum numerum referunt, non conspi- ciunt eam extra ipsam de Deo definitionem consi- stere? Sole enim sub terra agente, lucis conspectio telluris vmbra atque interuentu adimitur: lunam autem diurno tempore sui splendoris iubare sol occultat, fructus terræ subinde grandine eliduntur: ignis, si fiat aquarum inundatio, extinguitur: hyemen, ver expugnat: æstas porrò non sinit ver- nale tempus suos limites transire: ipsa quoque vicissim ab automno prohibetur, ne terminis suis exeat. Quod si Dij essent, non conueniret, illa à se mutuo superari, & abscondi, sed vbique sibi mutuo adesse, & communes simul operationes absol- uere oportere noctu, interdiumque solem & lunam simul vnā cum reliquo stellarum choro, par lumen habere, idque omnibus lucere, omniaque ab illis illustrari: oporteret æstatem simul & hyemem, ver & autūnum absque vlla vicissitudine ibidem cō- sistere: oporteret mare fontibus admisceri, & com- munem potum hominibus præstare: oporteret ventorum tranquillitatem, & flatus, eodem tem- pore fieri: oporteret ignem simul & aquam, com- munem, eundemque vsum hominibus suppeditare: neque ulla ratione noxa ab illis expectanda esset. Si enim Dij essent pro istorum opinione, nihil ad noxam, sed omnia ad vtilitatem potius agerent. Quod si hoc fieri nequit ob ipsorum intet sese hostilitatem, qui fieri potest, vt illa sibi inuicem con- traria, ac pugnatia, & quæ nulla ratione mutuo co- hæerere possunt, vel numina appellentur, vel sacrifi- ciis colantur? Quæ inter se discordem naturā pos- sidēt, quomodo ad aliorum supplicationes pacem induxerint, cōcordieque alienæ autores extiterint? Merito igitur neq; sol, neq; luna, neq; vlla pars mū- di, ac proinde multo minus lapidæ aureæque, aut ex quacunque denique materia imagines, aut ij qui in poetarum fabulis cōmemorantur, Iupiter, Apol- lo, cæterique deinceps vera numina extiterint, vt oratio nostra demonstrauit, sed au mundi partes ha- bendæ sunt, aut res inanimatæ aut mortales homi- nes fuere. Quamobrem eorum cultus, & diuinitatis consecratio non pietate, sed omni superstitione ac impietate scætēt, magnique erroris est argumen- tum ab vnus, & solius veri Dei cognitione, Patris, dico, Christi. Quoniam igitur hæc ita conuicta sunt, & demonstrata, quæ viget apud Græcos, ido- lolatria, quæ omni impietate est referta, nec ad cō- modū, sed ad perniciem humanæ vitæ introducta: age deinceps (vt oratio nostra pollicita fuit) demō- strata impostura, per iter veritatis ingrediamur, spe- ctemusque ducem & opificē vniuersi, Patris verbū, vt per verbum verbi Patrē cognoscamus, sentiantque ethnici, quātum sese à veritate detorserint. Su- periora quidem illa nihil esse præter vitæ errorem, demonstratio patefecit: ista autem veritatis via ad eum, qui reuera nomen habēdus est, scopum ostendit. Cæterum ad istius rei notionem, & accuratam perceptionem, non aliis opus est, quàm nobis ip- sis. Neque vt est ipse Deus super omnia, ita quo- que & via, quæ ad illum tendit, procul, aut foris, est.

Astra se mutuo priuat suo munere.

Absurda

Cōtraria iter se dei appellatio nem non meretur.

Conclusio

Mundi partes qua.

Idolorum cultura qua. Oratoris pars abte- ra.

Ioan. 1.

Via cogno- scedi Deū in nobis

Exod. 8.

Luca 17. Fides est via qua Deum cognoscimus

Anima esse viam qua Deum cognoscimus

Anima rationale hominis esse

Homini proprium quo à brutis differt

Sensuum index est ratio. Sensuum manus.

simile.

extraque nos consistit, sed in nobis sita est, & initium eius à nobis inuestigari potest, quemadmodum & Moyses docuit his verbis: Verbu fidei intracor tuum est, quod & Saluator noster significauit ac confirmauit, dicens: Regnum Dei intra vos est. Quia enim in nobis habemus fidem, & Dei regnū, ideo possumus celeriter intelligere, & contemplari vniuersitatis regem, Patris scilicet salutare Verbum. Neque causam aliquam præterendant Ethnici, qui idolis seruiunt, aut alius quispiā temerè sibi ipsi imponat, quasi expers istiusmodi viæ, ac methodi sit, ideoque impietatis suæ prætextū inueniat. Omnes enim eam viam insistimus, ipsūque iter tenemus: & si non omnes ea ire, sed præterire studeant, eò quòd inde à vitæ voluptatibus abstrahamur. Quòd si ex me percóteris, quænam illa sit via? dico eam vniuscuiusque animam esse, & in anima ipsam mentem. Per eam enim solum Deus spectari, & intelligi potest, excepto, nisi vt quemadmodū Deum inficiantur impij, ita animā quoque se habere inficientur, idq; quàm meritissimò dixerint. Non enim eorum est, qui mētem habēt, eius autorē, opificēque Deum abnegare. Quòd autē quisque hominū mētem possideat, eamque rationalem, & id quoque necessum esse, vt paucis ostēdatur, ob simpliciores: cum non desint, & potissimū ex hæreticis, qui hoc ipsum inficientur, credentes nihil amplius esse hominem, quàm spēciem illā corporis, quæ in oculis apparet: id ideo à nobis fit, vt re demonstrata, illis ipsi ad clariorem idolorum refutationem vtamur. Principio igitur non tenue quoddam indicium rationalem esse animā humanam, collegeris ex diuersitate quæ illi intercedit cum animalibus, quæ ratione carēt. Ideo enim illa irrationalia natura consuevit appellare, eò quòd genus hominum rationale sit. Deinde illud ad demonstrationem, nō vulgare momentum attulerit, quòd solus homo, ea quæ extra se sunt, ratiocinetur, & cogitet: & quæ præsentia nō sunt, animo cōplectatur: & rursus rationibus alias rationes accumulēt, & iudicio, ex cogitationis quod optimum sit, deligat. Nam irrationalia sola, quæ præsentia sunt, obtinentur: & ad ea sola, quæ in oculis sunt, incitantur, etiam si postea noxā inde sint habitura. Homo verò non ad visa proripitur, sed ratione ea, quæ oculis apparent, diiudicat. Subinde igitur incitatus, vincit ratione, & cogitationibus habitis alias superaddit. Ac sentit quisque (modo veri studio teneatur) aliud esse mentem, ac plane diuersum quiddā existere à corporalibus sensibus. Ac propterea illa, quæ suæ est, & peculiaris naturæ, sensuum est iudex: & quæ illi apprehenderint, ea ipsa discriminat, memoriæque repetit, illisq; quid melius sit, ostēdit. Oculorum enim solum esse videre: & aurium, audire: oris, gustare: narium olfacere: manuum, tãgere: sed quæ spectari, audiri, tangi, odorari debeat, sensuum nō est, sed animi: ac tale iudicium à mente peragitur. Nam & gladiū manus capere potest, & os venenū degustare, nec tamen an ista noceant, intellexerit, nisi mens diiudicet. Videtur autem istud (vt rem sub comparationis imagine contemplemur) assimile esse testudini bene concinnatæ, & musico perito, qui eā scitè teneat. Vt enim in lyra nerui singuli habēt peculiarem sonū, hic quidem grauem, iste acutum, ille intermediū, iste acutius sonum, alius autem aliū, sed tamē vt citra artificem indistincta sit eorū harmonia, promiscuæque cōpo-

sitio. Tunc enim harmonia se prodit, & recta compositio est, quum is, qui lyram tenet, pulsauerit neruos, eosque concinnè attigerit. Eodem modo sensibus in corpore, vt in testudine, coaptatis, quum artifex mens, ducem se illis præbet, tum demum diiudicat anima, & cognitū habet, quid vel agat, vel quid faciat. Id solummodo proprium est homini, eaque ratio est in hominis anima, qua vt eò differt à brutis, ostēditque se aliud quiddam esse, præter ea quæ oculis apparent. Quippe quum homo non in frequenter humi decubente corpore, ea, quæ in oculis sunt imaginetur & contempletur, ac subinde in ocio, & quiete corporis, atque ad eò in ipso somno intus agitur, & quæ foris sunt, spectet, peregrè proficiatur, regiones perambulet, notis occurrat, ac sapicule inde fit, vt quid per diē ipsi sit euerturū, præfagiat: quæso te, quidnam istud aliud fuerit, si non anima rationalis fuerit, qua homo ratiocinatur, & intelligit quæ supra se sunt? Quin & illud quoque spectauerit ad plenam refutationem corū, qui etiam nū sese improbi auertunt ad eam opinionem, qua irrationabilitatem in homine constituūt, ab illis enim quærendum, quid fiat, vt corpore mortali secundū naturam, ea, quæ immortalitatis sunt, cogitet homo, ac frequenter mortem gratia virtutis aduersus se prouocet? Aut quomodo item temporario corpore æterna meditetur, & contemptis, quæ ante pedes sunt, ad æterna desiderium suum intendat? Corpus certè de se nihil tale cogitauerit, neque, quæ extra ipsum sunt, in cogitationes admitterit, vt est mortale ac temporarium. Necessum est autem, diuersum id esse à corpore, quod contraria corpori, eiusque naturā excedētia meditetur. Quidnam igitur illud fuerit, nisi anima rationalis, morti inobnoxia? quippe quæ non foris, sed intus in corpore cōsistens, quæ veluti musica lyra, quod melius est, insonat. Aut qua ratione illud fit, vt oculus secundum naturam conditus ad videndum, aurisque item ad audiendum, alia auersentur, alia deligant? Quis oculum à videndo retorquet? aut quis aurem (cuius officium naturale est audire) ab audiendo secludit? Quis gustū (cui ex natura est, vt sapores delibet) sæpe refrenat à naturali impetu? Quis manum natam ad id, vt agat, retrahit à tactu? Quis item olfactum, & ipsum quoque genitum ad odorandum, auertit ab odoribus percipiēdis? Quis ab istis, quæ sunt naturalium functionum deterret? aut quomodo fit, vt corpus, quod suæ naturæ est, exhorreat, conuertaturque ad alterius consilia, & ad illius nutum aurigetur? Hæc enim uero nihil aliud, nisi animam esse rationalem declarant, imperatē corpori. Non enim corpus ad id natum est, vt equitet, sed vt ab alio inequitetur ac ducatur. Vt neque equus seipsum subiugat, sed à Domino suo adigitur. Quapropter leges sunt hominibus cōstitutæ, vt quæ bona sunt, agant, ac mala auersentur. Irrationabilibus contra animantibus in cogitationem mal. non veniunt, nec vlla censura diiudicatur, vt quæ rationis, intellectusque expertia sunt. Esse igitur animam rationalem in hominibus, superioribus dictis satis demonstratum arbitror. Quòd autē immortalis sit anima, id quoque necessarium est cognoscere ex doctrina Ecclesiastica, quòd conuinci possit, idola esse tollenda. Fiet autem istius rei cognitio propior, & quasi sub manum, ex corporis intelligentia eiusque cum anima diuersitate. Si enim animam aliam esse

Sensuum dux est anima.

Homo in quo differt à brutis.

Anima vis et mens etiam corpus quietis.

Anima corpori contraria immota lem.

Anima inuisibilis et inuisibilis.

simile.

Immortalitas animæ probata.

Corpus ab anima mouetur. Anima seipsam mouet.

Anima motus quid

Anima semper mouetur, etiam corpore dormiente vel mortuo.

Anima quid contempletur simile.

Anima ex seipsa haurit scientiam Dei.

Idololatras se deo præstantiores faciunt quomodo.

esse à corpore, ratio demonstrat, corpusque ex natura mortale est: necessum est animam immortalem esse, eò quòd corporei similitudine non respondeat. Rursus si anima corpus mouet (vt demonstratum est) nec ab alio mouetur: cōsequens est, ipsam à se moueri, & postquam corpus terræ inhumatum est, ipsam rursus à seipsa moueri. Non enim anima est quæ moritur, sed ob eius discessum, corpus moritur. Si igitur illa à corpore moueretur, cōsequens esset, discedente motore, ipsum mori. Quòd si anima mouet corpus, multò magis necessum est, sibi seipsam motricē esse: & quia à se mouetur, necessarium est, eam post mortē corporis viuere ac superstitem esse. Motus enim animæ nihil aliud est, quàm vita ipsius, vt omnino corpus viuere dicitur, quum mouetur, tumque in morte esse, quum à motu conuiescit. Id verò ex eius in corpore ipso, actu & facultate manifestè conspicias. Quum enim corpus ingressa est & colligata, non ad corporis exiguitatem contrahitur aut modificatur, sed sæpe corpore in lecto iacente sine omni motu, ipsa suis viribus excubat, transgrediturque corporis conditionem, & tanquam peregrè ab eo discedens, manens tamē interim in corpore, quæ supra terram sunt, imaginatur & spectat: sæpe quoque extra terrena corpora Sanctis, & Angelis obuiam tendit, & ad eos pertingit, mentis sua puritate frata: Quis fieri poterit, vt eadem nō multò magis absoluta à corpore (quū ille, qui eam ita copulauit Deus, voluerit) habeat liquidiorē immortalitatis cognitionem? Si enim antea colligata corpori, extrariam à corpore vitam viuebat, multò magis futurum est, vt à morte corporis superstitem habeat vitam, quæ in ea nunquā defutura est, idque eius opera, qui eam ita condidit Deus per suum Verbum Dominum nostrum Iesum Christum. Ideo enim & immortalia & sempiterna ratiocinatur & intelligit, quia & ipsa quoque immortalis est. Nam vt corpus mortale, mortalia suis sensibus contempletur: ita quoque immortalia contemplantem cogitantēque animam, necessum est & ipsam immortalē esse & perpetuo viuere, quippe quam immortalitatis cognitiones contemplationesque in ipsa residentes nunquam destituant, ac veluti incentiuā quædam, ac fomenta ei securitatem certitudinēque immortalitatis concilient. Ideo certè diuinæ cōtemplationis vim intelligentiamque possidet, ipsaque sibi ipsi vt via ac methodus quædam, non aliunde, sed ex seipsa verbi diuini scientiam apprehensionēque haurit, ac percipit. Dicimus igitur (vt antea dictū fuit) quod quædam Deo abdicato inanimata colūt, ita quoque se animam rationalem non habere arbitrantes, eam inde mercedem suæ vesaniæ referūt, vt in classe pecudum habendi videantur, illi ergo veluti inanimæ, & in inanimatis numinis dignitatem statuentes digni sunt miseratione, & quos cupias apprehensa manu in vitam deducere. Alioquin sese mentem animamque habere censent, & de possessione rationis superbiunt, quod quidem iure faciunt, cur tanquam impotes mentis & rationis, sine ratione impetus suos capiunt, & cur quæ sapere oportet, non sapiunt, sed se Deo præstantiores faciunt, ipsi enim immortalem animam habentes, quam non vident, Deum rebus quæ videntur, & immortalia sunt, assimilant, aut cur non quemadmodum à Deo abscesserunt, ita ad Deum se referūt? Possunt enim

sicuti mēte auersi alienatique sunt à Deo, dum quæ non sunt, pro numinibus fingunt: ita intellectu animi sese cuehere, & iterum cōuerti ad Deum. Reuerti autem possunt, si sordes concupiscentiæ, quas induerunt, abiciant, ac eousque se eleuant, donec omne, quod alienum animæ inhæserit, exuant, eamque ita (vt nata est) præstent, vt in ea Patris verbum rationemque (ad cuius similitudinem ab initio cōditi sunt) speculari possint. Ad imaginem enim Dei creatus est homo, & ad eius similitudinem genitus, vt docet sacra scriptura, sub persona Dei ita loquētis: Faciamus hominem secundum imaginem nostram. Vnde, quum omnem affusam peccatis maculam extirperit, & nihil nisi exemplar, quod ad imaginem Dei conditum est, purum seruauerit, merito iam tum in eo, vt pote in splendorem redactō, quasi in speculo contempletur imaginem Dei, Verbum scilicet siue rationē, vicissimque in ipso Verbo Patrem (cuius Saluator imago est) animo concipit & cogitat. Quòd si animæ magisterium non sufficit, ob ea quæ aliunde mentem obscurant, impediuntque, quo minus meliora conspiciat, est tamē illi facultas ex iis quæ apparent, Dei cognitionem addiscere, rerū natura veluti literis, per ordinem & harmoniam Dominum suum cōditorēque indicantem, & altissima voce protestatē. Bonus enim quum sit Deus, & hominum amans, curatōrque animarū quas condidit, sed tamen inuisibilis, & incomprehensibilis natura, & altior omnibus rebus creatis, vt homo in eo cognoscendo, frustra laboratet, eò quòd ipse ex non ente ad essentiam prodierit, ille autem creatus non sit, ideo rerum naturam ita ratione instruxit, vt quamuis per naturam sit inuisibilis, ex operibus tamē cognosci possit. Sæpe enim ex operibus cognoscitur artifex, etiam si in oculis non sit. Quemadmodum referunt de statuario Phidias, quem sua opera ex commensione, & proportionē partium inter se, etiam absentem, extraque contuitum positum repræsentarint: ita quòque ex mundi ordine eius opifex, & cōditor Deus intelligendus est, tametsi corporeis oculis spectari nequeat. Non enim abusus est sua inuisibili natura Deus (ne quis hoc falsificetur) nec se ignotum hominibus prorsus reliquit: sed (vt dixi) ita instruxit rerum naturam, vt ipse tametsi natura esset inuisibilis, tamē ex operibus suis cognosceretur. Neque quod loquor, à me profectum est, sed ab hominibus rerum diuinarum peritis accepi, quorum vnus est Paulus, Romanis ita scribens: Inuisibilitia eius ex creatione mundi ipsis operibus intellecta perspicuntur. Et Lycaonibus ingenuè loquens, hæc verba pronunciat: Et nos homines sumus, iisdem malis vobiscum obnoxij, Euāgelizantes vobis, vt à vanis cōuertamini ad Deum viuum, qui fecit cælū & terrā, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui superioribus seculis permisit omnes generationes suis viis incedere: quanquam seipsum intestatum incognitūque reliquit, dum benefacit, cælitus nobis pluias donans, & tempestates fecundas implens alimonia & lætitia corda nostra. Quis enim cœlestē ambitum, cursum solis & lunæ, aliarumque stellarum situs, rationesque actas in orbem, contrarias quidem & diuersas, sed tamen in diuersitate illa æqualiter ordinem suum seruantes, non secum ratiocinetur, illa non à seipsis creata esse, sed alium esse earum rerum cōditorem, gubernatoremque? Quis

Gene. 1. Homo ad imaginē Dei creatus.

Ibidem.

Creatura sui creatoris in-

dicant. Deus in-

comprehensibilis natura cur.

Exemplis

Deus ex ordine mundi cognoscitur, licet ipse sit inuisibilis.

Rom. 1.

Act. 14.

Astrorū motus à Deo.

Solis lunę item solem conspiciens, diurno tempore exorientem, lunam verò noctu apparentem, indemutabilis a li lege pro certo numero dierum incrementa & decrementa sumere, ex syderibus alia discurrere, ac multipliciter cursus suos euariare, alia verò citra vagatione certo modo procedere: non animo colligat, omnino esse aliquem opificem, qui ista gubernet: Quis item cernens contrarias inter se naturas, coaptatas tamen esse, & concordem harmoniã tenere: veluti quis videns ignem frigidus, & siccum humido commixtum esse, atque hæc sibi inuicem non resistere, sed vnum quasi ex vno corpus absolueret: non secum cogitet, foris & seorsim esse eum ab istis, qui ista ad hunc modum coniunxerit? Quis oculis vicissim animaduertens, hyemem concedentem veri, ver ætati, ætatem autumno, cæque inter se contraria: cum aliud infrigidet, aliud seruefaciat, aliud foueat, aliud corrompat, omnia tamen ista æqualem innoxiumque vsum hominibus conficere: non consideret, esse aliquem istis præstantiorem, qui omnibus æqualitatem præbeat, omniaque gubernet, quanquam sub oculos nostros non veniat? Quis spectans in aëre nubes ferri, & in nubibus pondus aquarum colligatum, non cognitionem cõcipiat de eo, qui eas res colligauit, cuiusque iussu hæc omnia fiunt? Aut quis considerans ipsam terram natura grauissimam in aqua stabiliri, immotamque consistere in re suapte natura agitabili, nõ secum expendat esse aliquem, qui hæc ita disposuerit & fecerit, Deum? Quis rursus videns suis temporibus terræ fecunditatem, ac pluias cœlestes: amnium affluxus, fontium scaturigines, animalium ex diuersis sexibus fœturas: eaque non semper, sed certis temporum vicibus fieri: In summa quis animaduerso, in dissimilibus, contrariisque parem similemque ordinem ex illis constari, non animo ratiocinetur, vnam esse vim, potentiamque, quæ ista dispenset, & gubernet? pro cuius arbitrio, omnia ita rite in eo statu perseverant? Ipsa enim per se nunquam vel cõstiterint, vel apparuerint, ob mutuam, quæ in illis est, naturæ discordiam. Aqua enim per se grauis est, & deorsum fluit: nubes contra, leues, & ex eo numero rerum quæ agiles sunt, sursumque feruntur, nihilominus tamen aquam quæ ponderosior est, in nubibus per aërem circūferri. Ac rursus terram omnium grauissimam esse, rursus verò aquam hac leuiorem, tamen grauius à leuiori portari, nec subsidere, sed terram immobilem consistere. Masculus item non idem est, quod fœmina, tamen in vnum conciliantur, vnãque ab ambobus similis animantis procreatioque conficitur. Et vt compendio dicam, frigidum calido infestum est, humidum sicco repugnat, ob id tamen postquam conuenerint, nihilo magis inter sese seditionibus laborant, sed ex concordia vnum corpus & rerum omnium procreationem constituunt. Non igitur pugnantia & contraria ex ipsa natura in vnum coalescerent, nisi præstantior aliquis esset, & Dominus, qui ea coniungeret, cui & ipsa elementa, tanquam ancillæ dominæ suę obsequetes, cedunt, & obtemperant. Non enim singula ad suam ipsorum naturam respectãtia, cum aliis depugnant, sed eum, qui eos ita coagmentauit, Dominum agnoscẽtia, concordiam inter se fouent: & naturaliter quidem inter se contraria, gubernatoris tamen voluntate, in amicitiam conciliantur. Quandoquidem nisi po-

Nubes in aëre ferri iussu Dei.

Dei opera extra leges natura.

tentioris alicuius iussu, in vnũ omnia tẽperatẽ coaptarentur, quomodo grauius leuibus, sicca humidis, rotunda directis, ignis frigidus, aut denique mare telluri, sol lunę astra cœlo, aër nubibus, vel misceretur vel coiret: quum vnumquodque dissimilem naturã cum altero sortiat? Magna enim seditio fieret inter illa, quũ ista incenderet, illa frigeret grauius deorsum, leuia cõtra sursum contenderent, sol illustraret, aër obscuraret. Quin & stellæ inter se seditionem agitarẽt eò quòd aliæ superiorem, aliæ inferiorem situm haberent, imò verum ne nox quidem diei cõcederet, sed suum locũ retinẽs, cum eo dissidio, pugnaque decertaret. Quæ si fierent, reliquum esset, vt non mundũ, hoc est digestum quid, sed cõfusionem: non ordinem, sed disturbancem: non stabile quid, sed instabilitatem: non cõuenientiam, sed disconuenientiam videremus. Singulorũ enim discordia & pugna, aut omnia prorsus tollerentur, aut sola (quæ victoria præualerẽt) superessent. Et id quòque vniuersitatis indigestionem cõmonstraret quũ id quod solũ vnũque relinqueretur, ab aliorum vñibus spoliatũ, vniuersitatẽ rerũ incõcinnam efficeret. Veluti si solus pes, aut sola manus residua sit, fieri nequit, vt seruetur incolumis corporis forma. Nam qualis (quæso) mundus esset, si tantũmodo sol appareret, aut luna duntaxat circūferetur, aut nox sola, aut dies perpetuus existeret? Quis rursus harmonia, si tantummodo cœlum sit sine vllis stellis, aut stellæ sine cœlo? Quid vtile, si solum mare in rerum natura inueniretur, aut terra sine aquis aliisque naturę partibus iaceret? Quomodo aut homo, aut vllum omnino in terris animal prodiisset, elementis inter se seditione sequẽtibz, & vno duntaxat prædominante, neque tamen eo ipso ad corporis constitutionem satis efficaci? Non enim ex solis calidis, aut ex solis frigidis, aut solis humidis aut siccis, aliquid omnino componitur, ita enim omnia omnino incomposita, inordinatãque essent: sed neque id ipsum, quod prædominaturum cæteris videretur, cõsistere per se, sine aliorũ adminiculo posset, siquidem ideo omnia etiãnum cõsistunt, quia nõ inordinatio, sed ordo est in omnibus: neque disconuenientia, sed cõuenientia: neque rudis indigestio, sed mūdus (qui nihil aliud est, nisi cõgruens vndeunque dispositio.) Necessum est igitur reputare atque cognoscere eum Dominum, qui ista in vnum cõegit, & concentum istum, congruentiamque iniunxit, qui tametsi oculis non conspiciatur, ab ordine tamen congruentiãque rerũ dissidẽtium, eum intelligere possumus istorum omnium principem, ducem & regem esse. Vt enim si videas ciuitatem ex multis variisque hominibus constantem, paruis, magnis, opulentis, pauperibus, senibus, iunioribus, maribus, fœminis, bono, ordine rectãque disciplina colli: eosque, qui ibi degũt, tametsi diuersos inter se, animo tamen cõsentire: neque opulentiores contra pauperes, neque magnos contra paruos, neque iuuenes contra senes insurgere, sed omnes æqualitate iuris pacem tueri: si hæc inspiciamus, fieri nequit, quin in mentem veniat, principis inibi præsentia hanc concordiam foueri, tametsi ille in cõspectum nõ prodeat, quum immodestia pro signo habeatur, sine capite Rempublicam esse: ordo autẽ cõtra principis curam moderationemque demonstrat. Vt enim quum in corpore, membrorum inter se congruentiam videmus, neque oculos cũ auribus

Gubernatore indiget mundus cur.

Abstrusum quædam.

Cõclusio. Dem vñ et ducturum orbis.

Simile.

Simile.

pugnare, neque manus contra pedes seditionẽ mouere, sed vnumquodque proprium perficit negotium absque seditione: prorsus ex illo ipso intelligimus, esse animã in corpore, quæ ista ad istũ modum temperet ac regat, etiam si illa oculis non pateat: Ita quoque vniuersitatis istius ordine & harmonia, necesse est, vt animaduertamus, omnium istorum principem esse Deum, eumque vnum, & non plures. Nam ille dispositionis ordo, & rerum omnium consentiens harmonia, non multos, sed vnũ sibi ducem principemque esse declarat, nimirum Verbum Dei. Non enim, si plures essent rerum naturę, principes, seruaretur eiusmodi vniuersitatis ordo, sed omnia confusa & inordinata forent propter multos istos: cum vnusquisque omnia ad suũ arbitrium traheret, & cum alieno depugnaret. Vt enim diximus, multitudinem numinum, nullitatẽ esse numinum: ita quoque necessum est, multitudinem principum id efficere, vt nullus esse princeps videatur (cum enim quisque alterius regnum tollebat, nullus reliquus conspiciatur princeps) sed inter regnũ potius sine capite erat. Vbi autem princeps non est, ibi prorsus disturbatio nascitur. E diuerso, in multis istque diuersis ordinis & cõcordiẽ obseruantia vnũ quoque moderatorẽ ostendit. Vt si quis è longinquo cithara audiat, ex multis & diuersis neruis compositam, & ex iis concentus harmoniam admiretur, quòd non solum grauis suũ sonum absoluit, neque solus acutus, neque solus medius, sed omnes pariter pari modo inter se cõsonant, plane ex eo intellexerit, non à seipsa citharã moueri, aut à pluribus pulsari, sed vnũ esse Musicum, qui vniuscuiusque nerui vocẽ, ex arte ad concentũ harmoniẽ misceat, etiam si illũ non cõtueatur: ita quoque ex cõsona vbiq; & cõcinnã mudi dispositione, nec superioribus cõtra inferiora, neque inferioribus contra superiora insurgẽtibz, sed omnibus in cõmune vnũ ordinem conficientibus, consequens est, vt non plures naturæ principes & reges, sed vnũ intelligamus, sua luce omnia illustrantẽ & mouẽtem. Non enim plures esse mundi principes & cõditores suspicari licet, sed pro religione perfecta ac veraci, vnus tantummodo, rerũ natura hoc ipsum declarante credendus est. Nam certum illud est iudiciũ, vnum esse istius vniuersitatis autorẽ, quod nõ multiplex, sed vnus perpetuo mundus existat. Oportet etenim, si plures essent principes, plures quoque & diuersos esse mūdus. Siquidẽ par non est, vt plures vnũ mundum ædificent, aut vnũ à multis ædificari propter absurda, quę se inde ostẽderent: primũ quidẽ quod si à multis fabricatus esset hic mundus, imbecilles fuisse eius fabros, arbitrandum foret, eò quòd multorũ opera ad vnum opus requisita esset. Et ex eo quoque argumẽtum colligeretur minime vulgarẽ imperfectã vniuscuiusque ad faciendum scientiã. Nam si vnus idoneus fuisset, non plures aliorũ defectũ, quasi succenturiati, adimpleuissent. In deo autem, dicere aliquid esse minus integrũ aut perfectum, non solum impium sed plusquam nefarium est. Quippe, neque artificem inter homines absolutũ dixeris, sed imbecillẽ, si non solus, sed cum multis vnũ opus expediat. Porro ridicula res fuerit, si singuli quia per se minus poterant in cõmune operas suas laborẽsq; cõsociasse dicas. Sin ob ambitionem quisque industriã suam adhibere voluerit, ne in suspitionẽ imbecillitatis veniret ambitio-

Harmonia mundi vñ ducẽ et rectorẽ declarat.

Simile.

Simile.

Dem vñ quomodo.

Simile.

sam emulacionẽ in numinibus constitues, rem omnium longẽ absurdissimã. Quòd si vnusquisque satis idoneus fuit ad vniuersitatis istius architecturã, quis vsus in multis? quum vnus vis ad omnia sufficiat. Impium certẽ pariter & absurdum videretur vnũ opus esse, plures autem & diuersi operatores, quum physice rationis sit, vnũ & singulare si perfectum sit, multiplicato excellentius esse: Id quoque sciendũ, quod si mūdus à multis creatus esset, multiplices quoque motus haberet, & sibi ipsi dissimiles. Quippe, qui ad singulos autores respiciens, diuersas quoque & dissimiles obiret motiones. In ipsa autem dissimilitudine (vt dictũ est antea) denuo resurgeret inordinatio, perturbatiõque vniuersitatis. Quandoquidẽ, ne nauis quidẽ à multis gubernata, recte cursum teneret, nisi vnus gubernator clauũ in manus sumat: neque cithara, si à multis pulsetur, concẽtum ædet, nisi illã artifex pleetro feriat. Quapropter, quum vna sit rerum natura, vnus mundus, cuiusque vnus ordo: vnũ illius intelligere debemus, & regem, & opificẽ Dominum nostrũ. Ideo enim ipse opifex vnum (in vniuersum) mundum cõdidit: ne de multorum numero multi etiã opifices existimaretur, sed ex vno opere, vnus quoque illius autor crederetur. Verum, nõ quia vnus est conditor, ideo quoque necessum est, vt vnus sit mundus. Poterat enim & alios mundos cõstruere deus: sed quia vnus est mundus creatus, necesse est creatorẽ eius vnum credere. Cæterum, quis ille sit (nam id quoque in primis necessarium) iam declaretur, ne si quis hac in parte erret, alio credito numine, denuo in eandem superstitionem quæ nullo nomine subnixã est relabatur. Arbitror autẽ neminem in hac re iam deinceps esse ambigũ mentis. Si enim poeticos deos, deos non esse ratio demonstrat, & eos, qui res creatas pro numinibus habent, erroris conuicit, & omnino gẽtium idolatriam cultu veri numinis carere edocuit: necessum est, prorsus sublatis aliorum religionibus apud nos solos veram superesse religionem, & cum qui à nobis adoratur & prædicatur, hunc solum esse verum Deum, ac naturã dominum, & omnium rerum opificem. At quisnam is est alius, nisi vndeunque ille Sanctus, & excelsior omni creatã substantia, Christi Pater, qui veluti optimus gubernator sua Sapiencia suãque ratione Domino nostro Seruatore Christo, ea, quæ vbique sunt, salubriter gubernat ac dispenfat, facitque prout sibi recte esse videtur. Recte autẽ se habent, prout facta sunt, aut fieri conspiciamus, quia ita placuit illius arbitrio. Nec video quĩ fieri possit, vt istud non credatur. Si enim irrationabilis esset naturæ motus, & temere vniuersitas ista raperetur, recte quispiam & dictis meis fidem abrogauerit. Sin autem, ratione & arte, & sapientia constant, atque omni ornatu exornata sunt, necesse est, cum qui superincumbat, atque ita ea instruat, nõ alium quã Verbum rationemque Dei esse. Intelligo autem rationem, non quæ singulis (quam fiunt) implicita est & congenita, dicam nonnulli etiam feminalem consueuerunt dicere, inanimatã (inquam) illam, & nulla ratiocinatione, nulla mente præditã, ex arte tantummodo vires capientem, pro artificis (qui rem tractarit) ingenio: Neque rursus, qualem habet rationem orationemue rationale genus hominum, quę syllabis componitur, & aëre exprimitur: sed boni illius numinis, Deique

Mundus à multis nõ est creatus quomodo.

Cõclusio.

Vnius mudi vnus creator et rector.

Vera religio apud catholicos Deus quis.

Orbis motus rationalis.

Ratio dei quæ.

omnium viuum Verbum, rationemque intelligo, nimirum efficacem Deum: qui diuersus est à rebus genitis, & ab iis, quæ sunt in rerum natura, proprium & vnicum boni illius Patris Verbum, quod vniuersitatem istam instruit & illustrat sua prouidentia, utpote boni Patris bona Ratio: Illa (inquam) quæ mundi ordinem dispensauit, illa quæ contraria cõtrariis coaptans, hanc concinnitatem dedit, quæ ipsa Dei potentia, & Dei sapientia est, quæ cælum versat, terram suspendit, eamque nullius rei fulcro innixam, suo nutu confirmauit. Hac illuminatus sol, orbem terrarum illustrat, luna dimensum lumen habet, per hanc & aqua in nubibus libratur, pluuiæ imbrésque in terras fluunt, mare suis sinibus circumscribitur, terra omnigenis stirpibus læta nitet & effrondescit. Quod si quis, non habita fide meis verbis, dubius incredulusque inquirat, num omnino sit aliqua ratio in Deo? is ipse nulla ratione uti, non iniuria censetur. Habet tamen ex rebus quas videt, certum documentum, omnia ratione & sapientia Dei consistere, neque quicquam firmum esse posse inter omnia creata, nisi verbo rationeque condita essent, hoc est ratione diuina (vt dictum est) quæ non ad hominum similitudinem (vt dixi) syllabas conflat, sed sui patris imago in demutabilis existit. Homines enim ex partibus cõpositi, & ex nihilo procreari, compositam habent & resolubilem suam ipsorum rationem siue orationem: Deus autem, qui est ipsa essentia, nullis partibus coalescit. Quapropter & eius ratio, ipsum esse est, & neutiquam vllis membris coniungitur, sed vnus, vnigenitusque Deus ex Patre, vt bonus ex bono fonte scaturiens, omnia ordine cultuque instruit & continet. Causa verò ob quam ratio, Dei inquam ratio in res creatas sese immergit, profecto admirabilis est, & de se indicium præbet non aliter, quam decuit rem actam esse. Creatarum enim rerum natura, quia ex nihilo constat, fluxa, imbecillis, & morti obnoxia est, per se iudicata. Deus contra vniuersitatis istius, bonus, & plusquam bonus est natura, ac quia humanus est, nemini vnquam inuiderit: liber est enim bonus ab inuidientia: & quia liber, ideo nulli suum esse inuidet, sed omnia esse & existere concupiscit, vt humanitatem suam exerceat possit. Animaduertens igitur generabilia (quantum pro ipsorum ratione conditioneque) caduca esse, & dissoluta facilia: ne hoc ipsum paterentur, & in nihilum dissoluta reciderent, non permittit, res æterna sua ratione procreatas, & indita substantia solidatas, pro ipsorum natura ferri ac tempestatibus iactari, ne rursus in periculum non existendi deuenirent: sed vt bonus suo ipsius verbo, rationeque; (quæ & ipsa Deus est) vniuersa gubernat & constituit, vt rationis ductu, imperio, ac dispositione illustrata natura, firmiter perseverare possit, utpote quæ in principatum cõmunionemque admittit sit eius, qui vere est, & ab eo vim existendi susceperit, ne ea pateretur defluuio essentia, quæ alioquin passura esset. Loquor autem de nõ essendo, nisi ratio illa cõseruaret, quæ est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia per eum, & in eo cõsistunt omnia, tum visibilia, tum inuisibilia & ipse est caput Ecclesie, vt veritatis administri docet in sacris literis. Ipse igitur omnipotens, omnino integer, sanctus, ipsius dei sermo & ratio omnibus incubens, & vbique suas vires explicans, illustrans om-

Deus non coalescit.

Creatura morti obnoxia.

nia, tum quæ oculis apparerent, tum quæ oculos subterfugiunt, vniuersa in se continet & constringit, nihilque desertum à sua potètia relinquit, sed omnia in omnibus, singula priuatim, publice vniuersa viuificat, & cõseruat, initia elementaque omnis sensibilis substantiæ, calida, frigida, humida, & sicca in vnum temperans, sua potentia efficit, vt illa sibi mutuo infesta non sint, sed vnam cõsonantemque harmoniam in cõmune absoluant: vt neque ignea cum frigidis, neque humida cum siccis pugnet, sed vt amica & cognata, & si (quantum in ipsis est) inter se cõtraria, sunt simul tamen cocuntia, ea quæ oculis subiecta sunt, viuificent, & corporibus essendi initia præbeant: & huic diuinæ rationi obtèperantia, illa quæ in terris sunt, fecundent, & quæ in cælo sunt, cõstituunt. Propter hanc, mare vniuersum & ingens ille Oceanus, intra legitimos fines, suos motus cõerret: terra verò quæ aquis demersa non est, vernat, & omnigenis (vt dixi) stirpibus comata frondescit. Et ne in re manifesta, singula recensendo, tempus teramus, nihil est omnium rerum quæ fiunt, quod non in ea, & per eam, & constitutum est & consistit. Quod & Theologus ille dicit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per eum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quemadmodum, si Musicus. vbi lyram adaptauerit, & grauiacutus, & media extremis ex arte sua coniunxerit, certum designatumque melos absoluat: ita quoque Dei illa sapientia, rerum vniuersitatem vt lyram tenes, & æria terrenis copulans, & cælestia æreis, vniuersaque cum singulis coaptans, circumagensque nutu suo ac voluntate, vnum mundum, mundi que vnũ ordinem absoluit recte & congruenter, ipse quidem immobilis perseverans apud Patrem, omnia tamen mouet constitutione sua, vt vnumquodque ipsius Patri placuerit. Nam miraculum diuinitatis in hoc consistit, quod vno eodemque nutu omnia simul & non per interualla, sed vniuersum cuncta tum recta, tum orbiculata, tum superiora, tum media, tum inferiora, humida, frigida, calida, conspicua, inconspicua circumfert, ac gubernat secundum vniuscuiusque naturam. Pariter enim eodem nutu ipsius, quæ recta sunt, pro sua rectitudine: quæ rotunda, pro sua rotunditate, circumaguntur: quæ media, pro loci sui cõditione mouentur. Quod calidum est, calefacit: quod siccum, exiccat, vniuersaque naturali modo ex istis constat & viuificatur, & admirabilis quedam & verè diuina inde cõgruentia perficitur. Et vt exèplo res tãta innotescat: sumamus hæc verba, tanquam si illa dicerentur de imagine & similitudine ingentis chori. Vt igitur in choro qui cõstat ex diuersis hominibus, viris, pueris, fœminis, senibus, iuuenibus, sub vno præfule & moderatore quisque (quantum potest) cantat pro sua natura, ille quidem vt vir, iste verò vt puer, alius vt senex, alius quemadmodum iuuenis, omnes tamen vnam & eandem absoluunt harmoniam, vel vt nostra anima eodem tempore sensus nostros pro cuiusque officio exercet, & ad vnam rem oblatam simul omnes mouentur, adeo vt oculus videat, auris audiat, manus palpet, olfactus odores arripiat, gustus delibet, sæpe quoque interea ne aliæ quidem corporis partes in ocio sunt, adeo vt inter ista pedes quoque obambulent. Vel vt tribus exemplis, quod dicimus, exprimat: Magna similitudo est istius

Deus omnia vniuersa conseruat sua potentia.

Omnia dei verba obediunt.

Ioan. 1.

Simile.

Diuinitatis miraculum a quo consistit.

Simile.

Aliud simile.

3. simile.

istius rei in magna ciuitate & populosa, & in ipso, qui eam cõdidit, moderatore ac rege. Vt enim presentis regis imperantis simul & ad omnia oculos intendentis, omnes sunt in obsequio, est qui agros colat, est qui ad aquæ ductus aquarum properet, alius item pabulum proficiscitur, alius ad curiam pergit, alius ad concionem ingreditur, iudex item ad iurisdictionem, prætor autem ad tutelam curamque obseruandarum legum se confert; opifex statim ad opus tendit, nauta ad mare descendit, faber ad fabrilis negocia, medicus ad curationes suas, architectus ad structuram domus procedit: rursus est qui rus cõtendit, est qui reuertitur, alij circa urbem versantur, alij ex urbe egrediuntur, alij eodem sese referunt, eaque omnia ad præsentiam vnius moderatoris & disciplinam fiunt & cõstituuntur: Ita quoque omnia in vniuersa rerum natura geruntur. Nam exemplum tamen minutius sit, maiora tamen inde intellectu assequaris. Vnico enim momento, ad nutum verbi Dei, omnia simul dispensantur, & quæ cuiusque sunt, propria fiunt, & ab omnibus simul idem ordo conficitur: Nutu enim & viribus præfati moderatorisque omnium diuini & paterni verbi, cælum circumuoluitur, astra mouentur, sol lumen diffundit, luna circumambulat, & aer ab eo illustratur, æther vero calidus efficitur, venti spirant, montes in altum exurgunt, mare vndis crispatur, quæque in eo sunt animalia nutriuntur, terra immolis permanens fructificat, homo fingitur, & rursus viuuit, ac moritur: in summa omnia animantur & mouentur, ignis vrit, aqua refrigerat, fontes scaturiunt, fluuij innundant, tempora rerum & horæ superueniunt, imbres descendunt, nubes implentur, grandines fiunt, nix & glacies in densitate coalescunt, aues volitant, reptilia serpunt, aquatilia natant, mare nauigationibus exercetur, terra feritur, & suis temporibus germinat, stirpes crescunt, & quædam tenera sunt, quædam matura fiunt, quædam aucta ad senectutem perueniunt, quædam abolentur, nonnulli gignuntur, & in lucem prodeunt. Omnia ista, imò plura etiam istis (quæ tantæ multitudinis sunt, vt effari non liceat) mirificum illud Dei Verbum illuminans & viuificans, suo nutu mouet, & dispensat, vnum mundum absoluens, neque extra se inuisibiles illas potentias relinquens: nam & istas (vt pote illarum conditor) complexus, vnà cum rerum vniuersitate in se continet ac viuificat suo ipsius nutu ac prouidentia. Neque est quod eius rei incredulitatem foueat: vt enim illius prouidentia corpora quidem adolescunt, anima verò rationalis mouetur, & cogitandi videndique potestatem habet (neque hoc multis indiget argumētis, nam ante oculos nostra ista fiunt) ita rursus ipsum Dei Verbum, vno & simplici nutu, sua ipsius vi, & visibilem mundum & inuisibiles potentias mouet & complectitur, vnicuique suum officium attribuens, vt diuinæ quidem illæ, diuinitus moueantur: visibiles vero, eodem modo quo oculis conspiciuntur: ipse interim in omnibus & Dux, & Rex, & Conditor omnium, omnia pro iudicio arbitratuque sui Patris agit, modo nos per opera sua (quæ ab ipso fiunt) docens ac loquens ex maiestate & pulchritudine rerum conditarum proportionabiliter cõditorem debere intelligi & æstimari. Sicuti enim respiciētibus in cælum, videntibusque ornatum eius & astrorum iu-

Nutu verbi Dei omnia simul dispensantur.

Simile.

Anima vires ex prouidentia Dei.

Simile.

bar, par est, vt ratiocinentur, de ratione, verboque, quod illa ad istum modum ordinemque digesta sit: ita intelligentibus qualis sit ratio, sermoque, atque adeo Verbum Dei, necessum est, vt intelligat qualis sit eius rationis, siue sermonis, siue Verbi Patris, vnde progressus, recte sui Patris interpres, nunciisque appellatur: id quod in rebus nostris quoque videas. Si enim oratione progrediente ex homine, fontem eius vnde profluxit, mentem esse intelligimus: ac orationi intendentes, animum (qui illa loquutione significatur) agnoscimus: quando viuidius excellētiusque ex intuitu verbi, Patrem Verbi intelligimus? vt ipse Saluator ait: Qui videt me, videt & Patrem meum, Hæc quoniam diuina scriptura manifestius ac locupletius deprædicatur, ideo & nos sumpta fiducia, hæc tibi scribenda diximus: in quibus si ipse uerferis, facile meis dictis fidem accommodaris. Sententia enim à maioribus confirmata, irrefutabilem habet confirmationem. Nam & olim à principio, vt idola tollerentur, sermo diuinus populum Iudaicum hisce verbis præmunitum esse voluit: Non facies tibi idolum, neque earum rerum simulachrum, quæcunque sunt, vel in cælo sursum, vel in terra deorsum. Istam autem tollendarum idolorum causam alijs verbis scriptura declarat: Idola gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum: os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: nasum habent, & non olfacient: manus habent & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt. Neque item silentio præterit, qua cautione vtendum in rerum natura mundi que partibus, vt qui non ignoraret, quanta in illis pulchritudo esset, ne quis illarum venustate inescatus, eas iam non, vt opera Dei aspiceret, sed vt Deos coleret, Præmunit igitur homines, cautusque reddidit his verbis, ne oculis in altum sublatis, contemplans Solem & Lunam, omnemque ornatum cæli, errore deceptus ea ipsa adorares, quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus gentibus quæ sub cælo sunt. Distribuit autem, non vt gentium numina essent, sed vt gentes ex istorum viribus, omnium rerum opificem agnoscerent, vt superius dictum est. Olim autem Iudaorum populus, plenius istarum rerum certitudine instructus fuit, eò quod non solum ex naturæ operibus, sed etiam ex diuinis scripturis deitatis cognitionem inhiabat: in vniuersum tamen omnes homines ab idololatriæ errore, & irrationabili mentis cõceptu auulsos cupiens, hæc verba locutus est: Non erunt tibi dij alij præter me. Non, quòd sint alij dij, ideo eos prohibet, sed ne quis auersus à vero Deo, sibi ea quæ non sunt, in numina cõstituat: qualia sunt apud poetas & historicos, quæ vt nomen Dei habent, ita redèstituuntur, vt demonstratum est. Ipsa quoque forma verborum ostendit, eos deos non esse, quatenus ad istum modum loquitur: Non erunt tibi dij alij, quod in futurum significationem habet. Quod autem in futurum est, tum nõ est, quum hæc dicuntur. Sed quid? num sublata, vel gentium vel idolorum superstitione, tacuit diuina scriptura simpliciter? & semel humanum genus sine diuinitatis intellectu rapi temerè, ferriq; permisit: minime gentium: imò occurrit huiusmodi animi cogitationibus, inquis: Audi Israël, Deus tuus, Deus vnus est. Ac rursus: Diliges Do-

Verbi pater quis.

Ioan. 14.

Sententia irrefutabilis que. Idola tollenda esse. Exo. 20.

Psal. 113.

Psal. 113.

Psal. 113.

Cognitio dei ex sacris scripturis.

Exo. 20. Non sunt plures dij. Ibid.

Dent. 6.

Exo. 20. minum Deum tuum ex toto corde tuo, & pro omnibus viribus tuis. Et item: Dominum tuum adorabis, & illi soli seruias, illique conglutinaberis. Quia verò per omnia in omnia Verbi prudentia & dispensentio ab omni sacra scriptura est contestata, sufficit ea quæ in præsentia dicta sunt, sermoni *Psal. 118.* fidem cõciliare, qua viri in rebus diuinis disertis dicunt: Fundasti terram, & permanet: ordinatione tua perseverat dies. Ac rursum: Psallite Deo nostro operienti cælum in nubibus, præparanti terræ pluuiam, & progerminanti in montibus scænum, & herbam seruituti hominum, tributique pecoribus pabulum. Per quem autem tribuit: nonne per eum, per quem, vt omnia facta sunt, ita quoque *Psal. 32.* omnia ipsius ordinatione prudentiaque gubernantur? Sed quisnam, quæso, hic alius, si non verbum Dei: de quo & in alio Psalmo dicitur: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. Nam & omnia per eum, & in eo facta esse prædicantur, quod & ipsa scriptura persuasum esse nobis voluit, dum inquit: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Moses quoque in creatione mundi, hanc sententiam cõfirmat his verbis: Dixit Deus, Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram. Postquam enim cœli & terræ & omnium rerum procreationem absoluisset pater, ita locutus est: Fiat cælum, congregentur aquæ, & appareat arida, & educat terra omnem herbam fœni, & omne animal. Qua in parte increpandi Iudæi, qui scripturas peruerse intelligunt. Cum quo, quæso, istic (nam id quæstionis Iudæis obiici potest) sermocinabatur Deus: vbi & inter loquendum imperat. Quòd si rebus creandis hoc imperium dictabat, illisque loquebatur, superuacanea erat istiusmodi sermocinatio, quippe ad eas res habita, quæ non extabant, sed futuræ erant. Nemo enim cum re nihili & nondum extante, verba facit. Nemo item ea existere iubet & alloquitur, quæ nondum sunt in rerum natura. Si enim rebus futuris imperauisset Deus, dici ab illo oportuerat: Sis cælum, sis terra, prodi herba, fias homo. Nunc autem nihil tale loquutus est. Iubet autem his verbis: Faciamus hominẽ, prodeat herba? Ex quibus apparet, Deum cum aliquo sibi proximo sermones his de rebus conferere. Necessè est igitur aliquem ei adfuisse, cum quo vniuersa condens, colloquium miscebat. At quis ille fuerit, nisi ipsius Verbum? Cum quo enim Deus videri possit colloquium habere, nisi cum sua ipsius ratione ac verbo? Aut quis denique illi adfuit condenti omnem creabilem substantiam, nisi sua ipsius Sapientia, quæ ita de se loquitur. Quum faciebat cælum & terram, coaderam ei. Sub appellatione autem cœli & terræ, omnia quæ in cœlo & in terra genita sunt, complexa voluit. Præsens autem ibi, vt sapientia, vt ratio, Patrẽmque intuẽs, omnia instruebat, constituēbat, ac dispensabat. Rursum, vt potentia patris omnibus soliditatem existendi tribuebat (quemadmodũ etiam à Salvatore dictum est) Quæcunque video Patrem facere, eadem & ego facio. Per eum verò & in eo omnia facta esse, sacrosancti illius discipuli docent, eumque esse bonã ex bostripem, ac verũ filium. Potẽtia autem Patris dici-

tur, & sapientia, & ratio, non ex eo, quòd aliqua ex parte istarum rerum communionem adipiscatur, aut ista aliunde aduẽtitia & superuentitia, eius naturam imbuant: quales sunt, qui istarum rerum participes fiunt, ac propterea sapientes, fortes, rationales efficiuntur: sed quòd per se sit ipsissima sapientia illa, per se illa ipsissima ratio ac propria potentia Patris, illa ipsa lux, illa ipsa veritas, illa ipsa iustitia, illa ipsa virtus, & character, & iubar, & imago, & (vt compendio dicam) fructus Patris vnde-cunque perfectus, ac solus Filius, imagoque immutabilis Patris sui. Quis igitur, quis (inquam) percussit plenè de Patre, vt verbi eius dotes assequatur? Est enim sicuti Patris Verbum, Sapientia: ita quoque ad creata se demittẽs & accõmodans, fit ad creatoris cognitionẽ intellectumque; ipsa ex se propitiatio, ipsa ex se vita, ianua, pastor, via, rex, dux, & in omnib⁹ seruator & viuificator, lux & prouidẽtia omnium. Talem igitur bonũ, & opificẽ Filium habes ex se Pater, non illum rebus genitis obscurũ occultumque voluit, sed qui otidie eum reuclat omnibus per omnia, quæ ab ipso cõstituuntur vitamque accipiunt, & in eo, & per eum seipsum quoque exhibet, quemadmodum Saluator ait: Ego in patre, & Pater in me, vt necessarium sit, verbum esse in genitore, & genitũ cum Patre suo perennare. Quum hæc igitur ita se habeant, & nihil extra eum sit, sed cælum & terra, & omnia quæ in iis sunt, ab illo pendant: homines tamen stolidi (repudiata illius cognitione & pietate) res quæ non sunt, rebus quæ sunt, anteposuerunt, & pro vero Deo, ea quæ nulla essent, deos statuerunt, creaturæ potius quam creatori seruiētes, remque & stultam & impiam designantes, non aliter quàm si quis opera præ opifice admiretur, & ad monumenta in ciuitate obstupescat, conditorem eorum pedibus conculcet: Aut veluti si qui musicum instrumentũ laudibus extollant, concinnatorẽ autorẽmque eius reiiciant: stolidi nimirum & magnopere oculis capti. Quomodo enim vlla ratione cognouerint aliter aut nauẽ, aut domum, aut cytharam, si non sit faber naualis, qui operam adhibeat: aut architectus, qui ædificet: aut musicus qui concinnet & componat? Vt igitur qui hæc considerant, furiant, imo omnem furorem transcendant: ita mihi sani esse non videntur, qui & Deum ignorant, & Verbum eius non colunt, Saluatorem (inquam) omnium Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia Pater regit & continet, & totius vniuersitatis curam gerit: in quem quum tu fidem habeas & amorem, ô Christi studiose, gratulare tibi, & certo persuadeas, in mercedem emolumentumque istius in ipsum fidei & religionis, immortalitatem & regnum cælorum tibi destinatum esse, modo secundum leges illius anima tua exornata fuerit. Vt enim iis qui secundum illius præcepta viuunt, æterna vita pro præmio est: ita eos qui in diuersum, & non per viam virtutis incedunt, probrum ingens & periculum inexpiabile manet in die iudicij, eò quòd quum cognitam haberẽt virtutis viam, contraria his quæ perspecta ac nota habebãt, fecerunt.

Finis libri contra Gentiles.

SANCTI PATRIS ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ DE INCARNATIONE

VERBI EIVSQUE CORPORALI AD NOS ADVENTV.



QUVM superius pauca de multis de-
cerpentes, sed tamen quæ sufficiãt,
tractauerimus de genium in idolis
colendis errore, deque earum super-
stitione, quæq; illius origo fue-
rit, & quomodo homines ex sua
malitia commenti sibi sunt idolorum cultum, &
pauca per gratiam Dei addiderimus de diuinitate
Verbi Patris, eiusque in omnia cura & potentia, &
quod bonus ille Pater Deus per eum omnia dige-
rit, & quòd omnia à verbo moueantur, & in eo vi-
uificantur: Age, deinde mi Macari & verè Chri-
sti amator, de pia, bonaque fide, etiam de incarna-
tione VERBI, & de diuino eius aduentu pauca
quædam declarem: Id quod Iudæi quidem cal-
umniis, Ethnici verò ludibriis insectantur: nos
verò adoramus, vt ex humilitate verbi qua appa-
ruit, maiorem adhuc, vehemẽtioremque pietatem
concipias. Quanto enim maioribus sanis apud
infideles iactatur, tanto ille maiora documenta te-
stimoniamque suæ diuinitatis, præbet, quum ea quæ
mortales, vt impossibilia, non assequitur, ipse pos-
sibilia ostendat: & quæ vt fœda aspernantur, ea
speciosa sua diuinitate reddat: & quæ docti viri vt
humana irridunt, ea sua vi diuina esse demonstrat:
dumque speciem idolorum omnium magnificam,
vtilitate sua in qua esse putabatur, per crucem sub-
uertit, eosque qui & irridebant, nec fidem habe-
bant, clam in suam sententiam trahit, vt eius & di-
uinitate & potentiam agnoscant. Verum ad ista-
rum rerum explicationem, non inutilis fuerit su-
periorum dictorum tenax memoria, vt corporeæ
istius apparitionis causam, qua verbum patris tale
ac tantum, sese manifestauit, rectius cognoscere &
intueri valeas. Sed vide, ne pro conditione solito-
que more naturæ, Saluatorem nostrum, corpus
gestasse arbitreris: sed potius eum, quum natura
incorporeus esset, ac ratio sui patris, studio nostri,
patrisque in nos beneuolentia, ob salutem humani
generis, ipsum sese in humano corpore exhibuisse.
Conuenit autem nobis (qui de tanto negotio nar-
rationem instituimus) prius de vniuersa rerum na-
turæque opifice mentionem facere, vt ita natura
instaurationem, à verbo ipsius ab initio autore &
conditore factam, digne riteque contemplari pos-
simus. Nihil enim in eo contrarium videbitur, si,
per quem rerum naturam condidit pater, per eun-
dem quoque, eam incolumem & saluam præstet.
Opificiũ mundi & vniuersitatis creationẽ, multi
multifariã tractauerunt, & quisque prout ipsi libuit, ita
quoque rem descripsit: Aliqui enim sponte & for-
tuito omnia nata esse prædicant (vt Epicurei, qui
vniuersitatis rerum per se nullam esse prouidẽtiam
fabulantur) plane contra rem manifestam oculisq;
subiectam, verbis obgannientes: Si enim (vt ipsi
volunt) omnia sine prouidentia exorta sunt, oportuit
omnia simpliciter exoriri & similia esse, neque
vllò modo differre, ac in toto mundi istius corpo-
re nihil, nisi vel solem duntaxat, aut lunam esse at-
que itidem in hominibus nihil aliud existere, nisi

Argumẽtum.

Quomodo Christus humanitatem assumpsit.

Narratio

Creatio mundi nõ est fortuita vel spontanea. Absurdum.

vel manum tantummodo, vel pedem, vel oculum.
Nunc autem ita nõ fit. Videmus enim aliud solem,
aliud lunam, aliud terrã esse. Et in humanis corpo-
ribus, aliud pedẽ, aliud manũ, aliud caput existere.
Cæterũ istiusmodi ordo documẽto est, non sponte
res creatas prodiisse, sed causam effectricẽ præces-
sisse, ex qua dispositore autorẽmque omnium Deũ
intelligas. Alij (inter quos est Plato) ex præ existe-
te ingenitãque materia fecisse Deum vniuersã, ar-
bitrantur: Non enim Deum quippiã posse, nisi illi
prius subiecta sit materia, eadem ratione qua &
fabro lignum suppeditari oportet, vt fabricari pos-
set. Atqui non sentiunt, qui ista loquuntur, se Deo
imbecillitatem iniungere. Nam si materiæ autor
non est, sed ea subministrata res creãdas producit,
imbecillis reperitur, quum citra materiem nihil
eorum quæ fieri debent, possit condere: Quemad-
modum certe fabri imbecillitas in eo est, quòd ni-
hil potest rerum necessariarum sine lignis in opus
conficere. Quòd si iuxta concessionem istius sen-
tentia, sine materia nihil Deus creaturus fuisset,
qui illi competit nomen fictoris & conditoris,
quum aliunde acquirit, vt condere possit, nimirũ
ex materia? eritque pro illorum opinione, si talis
sit Deus, non conditor rerum, sed artifex: quum in
subiecta materia, cuius ipse non est autor, opus suũ
explicet. Omnino enim conditor non appellabitur,
qui materiam non condit, ex qua creaturæ cõ-
stituuntur. Hæretici porro alium sibi opificem re-
rum fingunt, extra Patrem Domini nostri Iesu
Christi, magnopere in rationibus suis cæcutiẽtes,
quum Dominus ad Iudæos loquatur: An nescitis,
quòd ab initio ille qui conditor est, marem & fœ-
minam eos creauit, & dixerit: Ea de causa relin-
quet homo patrem & matrem suam, & coadglu-
tinabitur vxori suæ, & erunt duo in carnem vnã.
Deinde indicium adiunxit, quisnam ille condi-
tor esset, quum ait: Quod igitur Deus coniunxit,
homo ne separet. Quomodo igitur isti nouã alie-
namque à Patre procreationem rerum inducere
poterint? Si secundũ Ioannem Euangelistam nihil
non sub istis verbis cõplectentẽ: Omnia per ipsum
facta sunt, & sine eo factũ est, nihil quod factũ est,
quomodo alius fuerit opifex præter Christi Patrẽ:
Talis est istorũ hominũ nugatio: sed enim diuina
institutio, & fides secundũ Christum eorũ deliria,
vt impietatem ac sacrilegium quoddam execratur.
Quæ vniuersitatem rerum, non sponte, ne sit prou-
identia destituta: neque ex præsupposita mate-
ria, ne Deus sit impotens: sed ex nihilo, ac prorsus
nusquam extantibus Deum Patrem per Verbum
suum fecisse agnoscit, quum ad istum modum lo-
quatur per Moysen: In principio fecit Deus cælum
& terram. Ex vtilissimo pastoris libro, primo crede
vnum esse Deum, qui condidit omnia & absoluit,
fecitque ea, quæ non erant vt essent. Quod & Pau-
lus indicat his verbis: Fide intelligimus, verbo Dei
perfecta esse secula, & ex non apparentibus pro-
diisse, ea quæ nunc apparent. Deus enim bonus est,
vel potius fons bonitatis. Bonus autem, nullius rei

Platonis de creatione mundi opinio. Mundus an sit factus ex materia existente.

Creatio mundi an sit à multis.

Gene. 2. Ibidem. Matth. 15

Ioan. 1.

Creatio mundi ex nihilo. Gene. 1.

Heb. 11.

inuidia tangitur : unde nulli essentiam inuidens, ex non entibus vniuersa creauit, per suum Verbum Dominum nostrum Iesum Christum, inter quæ, præ omnibus humanum genus misericordia prosequutus est : Animaduerto enim eos conditione suæ naturæ perpetuo subsistere non posse, maius quidam illis elargiturus non simpliciter, sicut reliqua in terris animantia, quæ bruta sunt, humanū genus creauit, sed ad suam ipsius imaginem illud effigurauit, deditque illis suæ rationis dotem, vt veluti vmbas quasdam ac lineamenta rationis possidentes, rationalesque effecti, perseuerare possent in beatitudine, viuentes veram, & re vera Sanctorum in paradiso vitam. Animaduertens rursus arbitriū delectumque hominis utroque vergere, maturè hanc gratiam quam ipsis dederat, legis & loci præsidio communitam voluit. Introduxit igitur eos in suum ipsius paradysum, edictumque præscripsit vt si gratiam illam conseruarent probique permanerent, fruerentur in paradiso sine mœrore, sine dolore, sine anxietate hilarissima vita, præter etiam id, quod ipsis in cœlo immortalitas destinata erat. Sin autem præuaricationem facerent, & ad improbitatem auerterentur, cognosceret se per mortem pro ipsorum natura corruptionem subituros, neque victuros in paradiso, sed extra paradysum post modum morituros, & in morte corruptioneque permanuros esse. Id autem & Scriptura his verbis significauit ex persona Dei : Ex omni ligno, quod est in paradiso, comedetis, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comederitis. Quacunque autem die comederitis, morte moriemini. Quid hoc aliud (quæso) nisi non solummodo eos morituros, sed etiam in mortis corruptione permanuros esse? Sed fortassis admireris, quum proposita mentione de incarnatione Verbi, nunc de principio hominū verba faciamus. Verum id non alienū est à scopo institutæ orationis. Necessè est enim, nobis differens de Saluatoris nostri ad nos aduentu, etiam differere de hominum principio, vt cognoscas, nostram culpam illi dedisse occasione vt descenderet, nostramque præuaricationem Verbi Dei humanitatem elicuisse, vt ad nos contenderet, & inter homines appareret Dominus. Illius enim incorporationis nos causam dedimus, & ob nostram salutem ita humanus extitit, vt in humano corpore & esse vellent & appareret. Ad istum igitur modum Deus hominem fecerat, & in incorruptibilitate perseuerare volebat : homines autem cœtra, sprete reiectaque Dei cognitione excogitatis praua sua ratione malis (vt superius dictum est) prædenuntiata mortis condemnationem acceperunt : neque iam inde (quales conditi erant) remansere : sed pro ipsorum rationibus cogitationibusque corruptelam vitiumque contrahebant, & sub mortis imperio detinebantur, eo quod præuaricatio mandati, illos ad veterem naturæ conditionem retraheret : vt quemadmodum ex non entibus creati erant, ita essendi perniciem interitumque, progressu temporis sustinerent, idque non immerito. Quum enim naturam aliquando non existendi habuerint, tamen ad suum esse sunt reuocati Verbi Dei præsentia, consequens erat, vt iidem illi euacuati cognitionis de Deo, & in non entia auersis (mala enim entia dicenda sunt, bona autem entia, vt quæ verum Deum autoremque sui habeant)

Homo quomodo creatus.

Lex homini data cur.

Gen. 2.

Antiphrasa.

Incarnationis verbi causa.

Homines mortem vitæ prætulit.

Humani generis in gratia reuocati.

sempiterna quoque illa essendi natura exuerentur: quod nihil est aliud quam vt dissoluti, in morte & putrefactione permanent. Est enim homo secundum naturam, mortalis, vt qui ex non entibus creatus sit : attamen ob eius cum Deo similitudinem, retudisset suam naturalem corruptionem, incorruptibilisque permanisset, si eam similitudinē Dei cognitione integram incolumenque seruasset. Quemadmodum ipsa Sapientia dicit : Attētio obseruatioque legum, cōstabilitas est incorruptibilitatis. Atque ita incorruptibilis reditus, vixisset vt deus, quemadmodum alicubi suis verbis indicat Scriptura : Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes : vos autem vt homines interitis, & vt quispiā de principibus caditis. Siquidem Deus non solum nos ex nihilo fecit, sed & vitam, qua secundum Deum viueremus, nobis largitus est, Rationis beneficio. Homines contra auersi ab æternis, & ad corruptibilia consilio diaboli conuersi, sibi suæ corruptionis (quæ in morte spectatur) autores fuere. Nam quacunque essent (vt dixi) secundum naturam corruptibiles, gratia tamen participatæ rationis, vitium illud naturæ elapsuri fuissent, si modo probi mansissent. Propter enim ipsis coherentem coniunctaque rationem, naturalis illa corruptio ad illos accessum non habuisset, sicut scriptura dicit : Deus hominem condidit ad immortalitatem, & ad imaginem æternitatis suæ : verum inuidia diaboli factum est, vt mors orbem terrarum inuaserit : quo veniente iam homines mori cœperunt, tantoque magis corruptio deinceps cœtra eos inualuit, quanto leuius est illis visum, in præuaricando mandato numinis comminationes sustinere, quippe qui in delictis intra certos terminos non consistere, sed paulatim magis ac magis ad vltiora tendentes, ad immensa scelera procurrerunt. Statim enim ab initio inuētores malitiæ mortem & perniciem ea re aduersus sese pro-uocauere. Tandem ad iniustitiam delapsi, ac omnem iniquitatem transgredientes, nullibi fixis vestigiis, sed noua nouis accumulantes, in patrandis sceleribus satiari nequuerunt. Etenim adulteria, & furta erant vbique : cædibus & rapinis plena erat vniuersa terra, iuris legumque nulla ratio, sed circa iniurias supraque omnis cura : Omnia autem scelera, publice priuatimque ab omnibus perpetrabantur : ciuitates contra ciuitates bella suscipiebant : gentes aduersus gentes incitabantur : disfectus erat vniuersus orbis seditionibus & pugnis, vnoquoque pro virili in faciendis iniuriis operam nauante. Neque longe seiuncti erant à rebus innaturalibus, sed vt dixit Christi ille testis Apostolus : Mulieres eorum mutauerunt naturalem vsum, in eum qui erat præter naturam. Item & viri, omisso naturali vtu fœminæ, libidine exarserunt in se mutuo mares in mares turpia designantes, & mercedem pensatricem (quæ debebatur errori ipsorum) in seipsis recipientes. Ob ista magis ac magis inualecente morte, ac corruptione contra homines perdurante, genus quidem hominum extinguebatur : ipse autē ille rationalis & ad imaginem creatus homo obliterabatur, & opus illud à Deo factum simul interibat, & mors (vt iam prædixi) ex lege vim suam contra nos obtinebat, nec vlla spes erat effugiendæ legis, quia ea à Deo propter præuaricationem lata erat, fuitque ea res

Homo mortalis secundum naturam secundum gratiam vero immortalis. Sap. 18. p. sal. 3.

Gen. 1.

Mors inuasi mōdi imēdia dicitur.

Homines proclinas ad vitium.

Homines ad peccanda insatiabiles.

Ad omne genus vitiorum homines delinunt.

Rom. 1.

Rom. 1.

Peccato generis humani minuitur imago Dei per caritatem dei.

plane absurda & indecora. Absurdum enim, Deum in suis verbis mentiri, si (quum lege statuisset morte moriturum hominem, quandocunque mandatum præuaricaretur) mortem tamen post præuaricationem effugeret, nec verbis illis adstringeretur. Non enim verus Deus fuisset si (quum dixisset nos perituros) non perissemus. Indecorum rursus erat, eos, qui semel creati erant rationales, & ipsius rationis participes facti pariter extinguere, & denuo ad non existēdi naturam per corruptionē resoluere. Id enim indignū erat bonitate Dei, si quæ ab ipso creata essent, in interitum abirent, ob diaboli aduersus homines fraudem. Quin imò, indecentissimum erat, dei artem in hominibus extinguere, vel per ipsorum incuriam, vel per dæmonis imposturam. Pereuntibus igitur rationalibus hominibus, vnāque cum illis tanto opificio abolecente, quid (quæso) Deum, qui bonus erat, oportebat, facere? permitteretne corruptionem contra eos vim suam habere, ac mortem ipsis dominari? Ad quid necessum fuit, eos vel semel creati : præstaret eos non genitos, quā genitos neglectui dari, & interficere. Nam ex istiusmodi incuria magis imbecillitas Dei, quam bonitas appareret, in sinēdo opus suum perire, quā si nunquam cōdidisset hominem. Si enim nunquam homines condidisset, nemo imbecillitatem in eo suspicaretur. Vbi autem eos condiderat, & esse voluerat : absurdum indecorūque erat, eius opera interire, idque potissimum sub ipsius opificis cōspectu. Non igitur fas erat ita apparere, quasi ipse sineret hominem corruptioni mancipari, quia id indignum ac minime conueniens diuinæ bonitati. Vt igitur par erat istud in contrarium fieri: ita è diuerso, magna cum ratione obstabat lex, quæ de hominum interitu promulgata fuit. Absurdum quippe erat, ob nostram vtilitatem perdurationemque, Deum veritatis patrem, mendacem videri. Quid igitur ea in re factum oportuit, aut à numine agendum erat? Pœnitentiāne super præuaricatione ab hominibus exigere? id enim Deo non indignum censueris dicens, quod quemadmodum ex præuaricatione, corruptio nata esset : ita ex pœnitentia, incorruptibilitas renasceretur. Atqui ista pœnitentia non ex æquo & bono cum Deo egisset. Nam ne sic quidem ille verus fuisset, si non perpetuò mortales in mortis detentione mansissent. Pœnitentia enim rem à sua natura non abducit, sed solummodo cessationem in peccando facit. Quocirca, si duntaxat peccatū fuisset, nec corruptio subsecuta esset, pulchrè se haberet ipsa pœnitentia. Sin autem ideo homines, quia præuaricatio iam antecesserat, sub ea, quæ est contra naturā corruptione detinebantur, gratiamque imaginis in se perdidissent: quid (quæso) aliud decuit fieri, aut cuius opera ad recuperandam istam gratiam requirebatur, nisi solius Verbi, quod ab initio omnia ex nihilo condiderat? Eius enim fuit, id quod corruptibile erat, iterum ad incorruptibilitatem reducere : & pro omnibus, id quod æquum rationiq; consentaneum erat, Patri præstare. Quum enim Patris sit verbū, & supra omnes, meritò etiam solus omnia recuperare potuit, & idoneus fuit, qui pro omnibus pateretur, ac apud Patrem intercederet. Hac igitur de causa incorporalis illa & incorruptibilis numinis Dei ratio (siue id Verbum appellare maus) ad nostram regionem accessit, non

Pœnitentia an potuerit satisfacere pro peccato adæ.

Solus christus peccatum adæ delere potuit. Christi in carnationis prima causa. Christus cur homo factus fuerit.

quidem antea inde longinquus (nihil quippe ab eo vacuum relinquitur in rebus creatis, quum omnia omnino impleuerit sua patrique sui præsentia) sed eatenus accessit, quatenus se sua humanitate ad nos demiserit seque ipsum exhibuerit. Ibi quum videret rationale genus oppetere, & mortem vi efficacique corruptionis tyrannicè dominantem, minasque pœnarum, quibus præuaricatio denunciata fuit, hanc corruptionem in nostram perniciem potenter stabilire : simulque conspiciens absurdū esse legem (antequam impleteretur) abrogari : & sua quæ ipse architectatus esset aboleri, hominumque ingentia scelera contra ipsos in immensum crescere, ac pariter omnes homines morti obnoxios detineri, misertus generis nostri, idolensque nostram imbecillitatem, demisit sese ad nostram corruptionem, non passus vltius mortis tyrannidem, ne quod creatum esset, occumberet, aut Patris sui opus in formando homine, ociofum vanumque redderetur : sibi igitur corpus defumit, idque à nostro corpore non alienum. Neque simpliciter voluit in corpore consistere, aut nudam sui præsentiam exhibere, quippe penes quem erat, si ita placuisset, sese oculis exponere, & per aliud quippiam quod præstantius esset, diuinum suum aduentum ostendere, sed nostrū corpus assumpsit, idque non quod uis, sed quod purum ex illibata impollutaque, ac viri nescia virgine, incommixtile prorsus citraque rudimenta Veneris coalesceret. Ipse enim, vt rerū conditor, id poterat, & quod poterat, fecit, sibi que in virgine corpus, hoc est, templum ædificat in peculiare instrumentum, quo se cognitum redderet, eique vt domicilio inhabitauit. Atque ita à nobis simili corpore mutuo, eò quod omnes mortis corruptioni obnoxij effemus pro omnibus id ipsum in mortem deditum Patri suo sacrificauit, atque in ea re per quam humaniter egit, tum vt in ipso, omnibus morientibus lex de corruptione hominū solueretur, vtpote omnibus quæ illius potestate permisa fuere in dominico corpore cōsummatis, omnique aditu eius, ad homines per Filium Dei eiusdem similitudinis intercepto, tum vt homines à corruptibili auersos ad incorruptibilitatem conuerteret, & à morte in vitam corpore suo quod proprium sibi fecit, reuocaret, resurrectionis gratia mortē in illis quasi stipulam in igne consumēs, atque è conspectu auferens. Cum enim certum haberet Verbum Dei, corruptionem non aliter in hominibus desitutam esse, nisi omnes omnino morerentur, & se mortis capace non esse, vt immortalem & Patris Filium, ideo corpus, quod mori posset, sibi assumit, vt illud rationis particeps factum, pro omnibus morti ad plenam satisfactionem sufficeret, & tamen ob Verbum rationeque, Patris inibi inhabitantē, incorruptibile perseueraret, quò ita in posterū corruptio in omnibus per resurrectionis gratiam desineret : ideoque veluti hostiam ab omni macula liberam ipse sibi corpus defumens, offerensque in mortem, ab omnibus statim sui similibus, rei persimilis oblatione mortem, amolitus est. Quum enim esset præ omnibus Ratio ipsius Dei iure suum templum & corporale instrumentum, vt obsidem vicariamque animam morti sistens ad immolationem, expleuit id quod mortis rationibus ab omnibus debebatur, hostimento pensationeque rei consumilis, omnēque incorruptibilis Dei

Quale corpus assumpsit Christus.

Corpus suū deo patri sacrificauit Christus cur.

simile.

incorruptibilitate vestiuit, datis in futurum de resurrectione promissis. Iam inde enim corruptio illa quæ in morte sita est locum nullum in hominibus inuenit: propter eum qui per domicilium corporis in hominibus inhabitat. Vt enim magno rege in magnam urbem ingresso, ibique domicilium sibi diligente, prorsus huiusmodi ciuitas in magno honore est, neque vel hostis vel latrones in eam populationes tentare audet, quin potius eam summa obseruatione colunt, eò quod rex ibi vel vnica ædes inhabitet: idem quoque euenit in regum omnium Rege. Quum enim ille accessisset ad nostram patriam, ac domicilium sibi in simili nostriq; generis corpore constituisset, statim ab illo tempore omnes contra eam insidiæ hostium cessauere, mortisque extrita est putrilago, quæ olim contra mortales inualuerat. Periisset enim plane mortale genus, nisi omnium Dominus & Saluator, Dei Filius pertendisset ad extrema mortis. Decebat autem reuera vel in primis hoc magnificum opus diuinam bonitatem. Si enim rex munitionem, aut oppidum, cuius condendi ipse autor fuit, nequaquam negligit, quomodo id incolarum incuria eò deuenerit, vt hostium oppugnationes sustineat, sed vt opus suum afferat & liberat, nec tam ad incolarum negligentiam, quàm ad id quod suam maiestatem decet. Quanto igitur rectius ab vndecumque illius boni Dei Patrisq; Ratione ac Verbo actum est, quod genus hominum à se condidit, & iam in tabernaculo deductum, nequaquam contempserit, sed mortem quæ superinciderat, immolatione sui corporis aboleri curauerit hominumque negligentia per suam doctrinam castigata, vi ac virtute, omnia quæ hominum erant, instaurarit, Cæterum hæc quæ de Salvatore loquimur per ministros Saluatoris, rerum diuinarum peritos confirmata videas, si modo in illorum scriptis verferis, quum dicunt: Dilectio Christi conferuat nos, si ita censemus, vno pro omnibus nobis mortuo, cæteros nos omnes mortuos esse. Atque ideo eum pro omnibus mortuum esse, vt iam nò nobis nos, sed ei, qui pro nobis mortuus esset & resurrexisset, domino nostro Iesu Christo viueremus. Et rursus. Hunc quidem paululum inferiorè Angelis videmus ob passionem mortis, gloria tamen & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Deinde causam (cur nò oporteret alium quam Dei Verbum hominem fieri) his verbis indicat: Decebat enim eum, per quæ omnia, & ex quo omnia, multos filios in gloriam adducentem, cum princeps autorq; eorum salutis esset, passionibus consummari. Verba autem ista hoc sibi volunt: non alterius fuisse, à corruptione quæ iam incubuerat, homines recipere, nisi Dei, qui eos ab initio condiderat. Quod autem, vt vltima eiusdem corporis sibi suppeteret, corpus istiusmodi sibi assumpserit, etiam id quod suis verbis produnt. Postquam igitur pueruli participes erant sanguinis & carnis, ipse quoque itidem eandem rerum particeps factus est, vt per mortem eum exhauriret, qui imperium mortis habebat, hoc est, diabolus, & liberaret illos, quotquot formidine mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti. Immolatione enim sui corporis, & legi nobis infestæ finem imposuit, & primordium vitæ nobis renouauit spe resurrectionis nobis data. Quandoquidè ex hominibus aduersus homines vires suas

simile.

Christus mortem aboluit sui corporis immolatione.

2. Cor. 5.

2. Cor. 5.

Heb. 2.

Christi corporis immolationis utilitas.

collegerat mors, ideo rursus per hominis naturam à Verbo Dei suscepta, mortis dissolutio facta est, & vitæ resurrectio, dicente Apostolo: Quandoquidem enim per hominē mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et quemadmodum in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: & cætera quæ sequuntur. Non enim iam amplius vt condemnati morimur, sed vt excitandi, communem omnium resurrectionem expectamus, quam suis temporibus exhibebit is qui eam elaborauit & largitus est Deus. Hæc igitur prima Dominicæ incarnationis causa. Cæterum Dei ad nos aduentum bona ratione procuratum fuisse, vel isthinc cognoueris: primum, quod Deus omnium potens, quum in creando humano genere per Verbum suum, intueretur imbecillitatem naturæ nostræ, & quàm ea non sufficeret ad cognitionem opificis sui, & quàm vix quippiam de eo intelligeret, eò quod ille ingenuus, ipsa vero è nihilo prodisset: ille incorporeus, ipsa ex inferiori parte corpore constaret: magnamque esse rerum genitarum impotentiam, ad genitoris potentiam intellectumque notitia assequendam: misertus nostri generis, quia bonus est, non reliquit hominum genus vacuum destitutumque sui intelligentia, ne illis sua existendi natura inutilis redderetur. Quid enim (quæso) commodi rebus creatis, si non cognoscant suum creatorem? Aut quomodo rationales essent, si nò cognoscant Patris Verbum, cuius opera creati sunt? Nihil siquidem à brutis differunt, si nihil magis, quàm terrena intelligant. Aut cur ita deus eos condidisset, si ab illis cognosci non affectabat? Quæ obrem ne hoc fieret (quum bonus esset) suam imaginem Dominum nostrum Iesum Christum illis impertitus est creauitque, illos secundum suam ipsius imaginem & similitudinem, vt per eam gratiâ, imaginem, nimirum Patris & Rationem agnoscentes, etiam ad Patris intelligentiam contenderunt, quo ita cognito suo creatore, verè beatam & felicem viuerent vitam. Verum stulti ex negligentia tantæ ipsis impensæ gratiæ, miris modis scilicet a Deo auerterunt, mentesque suas quasi luto contaminarunt, vt non solummodo in obliuionem venerint cognitionis diuinæ, sed alia ex aliis sibi finxerint. Idola enim pro rebus veris effigauerunt, & in cultu honoribusque præstandis, ea quæ nulla erant, Deo qui erat, prætulerunt, creaturam supra creatorem venerantes, & quod teterrimum est, in ligna, in lapides, in quamlibet materiam, in homines denique numinis Maiestatem transtulerunt, quin imò grauiora etiam istis designauerunt (vt superius dictum est) Quid quod & ad eam impietatem deuenerint, vt etiam dæmones coluerint, eosque deos appellarent, eorum libidinibus modis inservientes? Brutorum enim & hominum mactationibus (vt iam dictum est) prout congruum erat dæmonibus sacra obierunt, indies magis ac magis eorum furiosis stimulis sese obnoxios reddentes. Quocirca & artes magicæ apud illos professores erant, hariolique omnibus in locis imposturas suas exercebant: & quod rerum natura subsisteret, quodq; ipsi essent, stellis, cæterisque quæ in cælo visuntur, imputabant: nihil omnino nisi quod in oculis esset cogitantes. Prorsus omnia impietatis & scelerum plena erant. Solus autè Deus & eius Ratio ignorabatur, quàm illi se illis haudquaquam in obscurum abdidisset,

Rom. 3. 1. Cor. 15.

Mors nostra qua.

Christi aduentus causa secunda.

Creatura Rationalis creatura.

Alii veritas.

Homines imbecillitas.

Dæmoni in deo.

Homines imbecillitas.

Verbum.

Rom. 1.

Lex & prophetia hominibus data cur.

Legis utilitas.

Lex & propheta an iudæis tantum conuenerint. Homines dæmonij præstigijs irrationalis facti.

Incommoda peccati.

disset, quippe qui non simpliciter sui notitiâ ipsis dederit, sed multifariam multisque modis explicarit. Gratia enim imaginis ad similitudinem Dei hominibus impressa, idonea satis fuit, quæ Verbi notitiam faceret, idque per Verbum Patris. Attamen, quum sciret Deus hominum imbecillitatem, etiam huic negligentia remedium præuidit, vt si quando negligenter ex sui ipsorum intuitu Deum agnoscere possent saltem ex naturæ operibus opificem intelligere. Sed quum paulatim negligentia hominum in peius procederet, rursus etiam huic infirmitati Deus cõsuluit, emittens ad eos legem & prophetas ipsis familiares, vt si grauaentur in cælum suspicere, haberent de proximo doctrinam. Homines enim ex hominibus propius addiscunt, quid in rem sit vtile. Licebat igitur oculis ad cæli magnitudinem sublatis, ac naturæ ordinem rerumque inter se congruentiam animaduertibus cognoscere eius principem moderatricemque Patris Rationem quæ sua in omnia prouidentia Patrem omnibus patefacit, & propterea vniuersa mouet, vt per ipsum omnes Deum cognoscere possint. Aut si illis id graue esset, licebat vel ex colloquio Sanctorum ad eam scientiam peruenire, vt & omnium opificem Deum Christi Patrem cognoscerent, & inde idolorum cultum intelligerent nullo omnino numine subnixum esse, & impietate scaterere. Poterant quoque ex legis institutione à sceleribus auerti, & vitam secundum virtutem viuere. Non enim in Iudæorum gratiam duntaxat lex illa introducta fuit, aut propheta ad solos Iudæos missi, à quibus affligebatur, sed in hoc destinati, vt vniuersi orbis magistri ac pædagogi essent, & pro publica schola & sacrosancta, tam in iis quæ pertinent ad Dei notionem, quàm in iis quæ spectant ad animæ disciplinam haberentur. Cæterum quantacunque esset Dei bonitas, homines tamen victi præsentariis voluptatibus, dæmonumque præstigijs & imposturis, nihilo propinquius ad veritatem accedebant, imo pluribus adhuc malis sceleribusque sese ingurgitabant, adeo vt iam amplius rationales non viderentur, sed bruti ex moribus irrationalisque censerentur. Ad istum igitur modum obrutescentibus mortalibus atque ita dæmonica seductione occultate & obtenebrante veram Dei cognitionem, quidnam à Deo fieri oportuit: obricescènt ad res tam atroces, atque ociosè pati, homines à dæmonibus in errorem abduci, neque ipsos cognoscere Deum? At quorsum opus fuit, vt homo ab initio ad Dei imaginem conderetur? præstabat enim cum simpliciter irrationaliter creati, quàm cum ratione creatum irrationaliter viuere. Aut quorsum attinuit, eum statim à principio cogitatus intellectusque de numine concipere? si ne sic quidè dignus esset, qui eas perciperet: potius ab initio id dari non oportuit. Aut quid commodi Deo creatori, aut quæ inde illi gloria, si homines creati ab eo, non eum, sed alios adorarent, persuasi se ab illis esse conditos, quasi Deus homines non sibi, sed alij architectatus esset? Quod si rex aliquis ex mortalium numero, loca à se munita minime permittat per dedicationem alijs seruire, vel ad alios deducere: sed scriptis illos, multisque subinde amicorum legationibus sollicitant, & si necessum est, ipse quoque eodè se confert vt præsentia ipsius reuereatur, idq; adeo nulla ex causa, præterquam ne vel aliis obtèperent,

vel sua acta in irritum cadant: Quid autem, an non multò auidius, tenaciùsque Deus tuebitur omnes res à seipso creatas: ne à se aberrent, & rebus nihili seruiant præcipue quum istiusmodi error cum eorum pernicie demolitioneque coniunctus sit. Non decebat eos diuinæ semel imaginis confortes in exitum abire. Quid igitur Deo conueniebat, vt faceret? aut quid par erat, vt fieret? nisi vt exemplar imaginis renouaret, vt per id denuo ipsum homines cognoscere possent? Id autem quomodo confici potuit, nisi ipsa imago Dei Saluator noster Christus superueniret? Per hominem sane id agi nequibat, quando quidem & ipsi ad imaginem creati erant. Sed neque per angelum, quippe, quum Angelus imagines non sint. Ergo quod supererat, dei Ratio ipsa aduenit, vt imago Patris, quo hominè qui ad imaginem figuratus erat, recuperaret. Sed ne ita quoque hoc ipsum successisset, nisi & mors intercederet, & corruptio extereretur. Vnde non immerito mortale corpus assumpsit, vt mors in ipso in posterum deleretur, & homines ad eius imaginem cõditi, denuo instaurarentur. Nullius igitur id negocii fuit, nisi imaginis Patris. Vt enim forma aliqua in tabulis depicta, sordibusque aliunde superinfictis oblitterata, instaurari nequit, nisi eius præsentia adhibeatur, ad cuius speciè primitus tabula depicta fuit: Illius enim honori datur, cur materia, quæ eius imaginem semel susceperat, non abiiciatur, sed de integro interpoletur: Eodè modo vndecumque ille bonus Patris Filius, imago & character Patris, ad regiones nostras profectus est, vt hominè ad sui similitudinè factum denuo reficeret, & perditum condonatione peccatorum recuperaret, quemadmodum ipse ait in Euangelij: Veni, vt quod perditum esset, inuenirem & conseruarem. Vnde & ad Iudæos dixit: Nisi quis renatus fuerit: non his verbis natiuitatem ex sceminis insinuans, quemadmodum illi suspicabantur, sed animam, quæ renascitur ac instauratur secundum imaginem Dei, subindicans. Cæterum quoniam furor idololatriæ, ac superstitione nullo numine subnixâ orbem tenebat, & Dei cognitio suppressa erat: cuius erat mundum de Patre docere? hominis, dixerit aliquis: at non possibile erat hominibus omnem quæ sub sole est, terram peragrare, neque in viribus eorum, vt tantum spacij decurrerent, neque satis idonei auctores haberiuisent, quibus de istiusmodi negocijs fides haberetur, neque dæmonum fraudibus & præstigijs obsistere potuissent, omnium animis vulneratis perturbatisque diabolica impostura, & idolorum vanitate. Qui (quæso) fieri potuisset, vt hominis animam, & hominis mentem, in aliam sententiam traducerent, si ne sub conspectum quidem eorum venirent? Quem autem non vides, quomodo eum docere queas? Sed dixerit aliquis, rerum naturam ad id sufficere. At si rerum natura sufficisset, non tanta scelera designata fuissent. Iam enim tum erat rerum natura, quum nihilo tamen minus in de Deo errore homines volutabatur. Cuius igitur vsus operaque requirebatur, nisi verbi Dei, animam & mentem intuentis, & cætera quæ sunt in rerum natura commouentis, ac per illa Patrem suum manifestantis, qui sua prouidentia, serie, ordinèque rerum, de Patre documenta adfert. Illius (inquàm) fuit, hanc doctrinam instaurare. Sed quanam ratione id agendum fuerat? diceret fortasse, per eandem

Homine lapsa quid deum facere oportuit.

Humani generis reparatio per hominem aut angelum fieri non poterat. Verbum.

simile.

Luc 19.

10. 3.

Doctrinam de Deo instaurare cuius erant.

res id obtineri potuisse, vt rursus per naturā opera, ea quæ ad Patris cognitionē spectarent, demonstrarentur. Rectè, sed in hoc nihil certæ spei, quasi scilicet non antea mortales istiusmodi documenta contēpissent, aut quasi in sublime iam, ac non potius humi oculos depressos haberent. Quapropter rectum erat, ipsum vt hominibus opitularetur, in specie hominis peregrinari, corpusque quod illis simile esset assumeret, rebus quæ deorsum ac humi erant, hoc est, operibus corporeis ad eam rem vsus, vt si cum cognoscere non vellēt ex mundi administratione ac prouidentia, saltem ex operibus corporis, primum Dei Verbum in corpore, deinde ex Verbo Patrem agnoscerent. Vt enim bonus magister pro cura suorum discipulorum, quum ex maioribus documentis proficere nequeūt, ad minutura vilioraque sese demittens, illos instituit: ita quoque Dei verbum fecit, quemadmodum testatur Paulus his verbis: Quandoquidē in sapientia Dei, non cognouit mundus per sapientiam Deum, optimum visum est Deo, per stulticiam prædicationis saluare credentes. Quia enim homines sese auertent à contemplatione numinis, & tanquā in abyssum profundissime demersi, humi oculis defixis, in generatione rebūque sensibilibus Deum requirebant, hominum mortalium ac dæmonum simulachra effigiantes, ideo hominū amator Deus, & cōmunis omnium Saluator, Dei Verbū ac Ratio, corpus sibi assumpsit, homo inter homines versatur, vt hominum sensus præoccuparet, quibus persuasum erat, in rebus corporeis Deum consistere, quod ex rebus quas ministerio corporis gesturus erat, veritatem intelligerent, atque ita cogitatione sua ad Patrem assurgerent, vt homines humana solum cogitantes, quocumque suos sensus conferrent, ibi se anticipari præoccuparique notionibus, & vnde cunq; insinuari veritatem sibi animaduertent: vt siue rerum naturam admirabundi specularēt, viderent illam ipsam quasi protefari Dominū rerum Christum esse: siue circa homines animo contemplationē; hærent, vt eos numina arbitrarēt, ex Christi saluatoris tamen cum aliorum operibus comparatione, eum solum inter homines saluatorem esse, Deique filium constaret, quum nihil rerum gestarum tale apud alios reperirēt, qualia in actis Verbi Dei conspicerent: siue præoccupati persuasione ad dæmones se conferrent, animaduertentes eos à Domino fugari, statim ratiocinarēt, cum qui hæc faceret, solum esse Dei Verbum, ac dæmones omni diuinitate carere. Quod si eorum animus circa mortuos defigeretur admiratione, vt eos quasi heroas colerent, aut ex genere eorū deorū esse putarent, quales apud poetas inuenias: statim tamē modo resurrectionē Saluatoris ante oculos ponerent, cōfessuros illos falsos esse: Christum autem verum Deum esse, vtpote mortis ipsius debellatorē. Ea igitur de causa homo genit⁹ est, homo apparuit, mortuus est, & resurrexit, vt præstringeret obscuraretque rebus suis gestis, quicquid vnamquam ab hominibus gestum esset, vt vbiq; homines sensibus suis ad credendum numen præoccupati essent, inde eos abduceret, & de Patre suo illos certiores redderet. Quemadmodū ipse dicit: Veni ad inueniendū seruandūque quod perierat. Quū enim semel ad sensibilia hominum cogitatio delapsa esset, subiecit semetipsum Verbū Dei, vt per

simile.

Rom. 15.

Dei verbum cur corp⁹ sibi assumpsit

Christus cur genitus, homo fact⁹, mortuus, & redimimus.

Luc. 19.

corpus appareret, quod vt homo iam factus homines in se traduceret, eorumque sensus ad se reflecteret: vt illis, ipsum veluti hominem conspiciantibus ex operum designatione persuaderet sibi eum non solum esse hominem, sed etiam Deum, & Dei verā Rationem ac sapientiam. Quod à Paulo quoque significatur, dum ait: In dilectione radicati fundatiq; vt valeatis comprehendere cum omnibus Sāctis, quæ sit latitudo, longitudo, altitudo & profunditas: & vt cognoscatis, ipsa cognitione dilectionem Christi præstantiorem esse, vt repleamini in omnem plenitudinem Dei, vbiq; Verbo siue Ratione Dei sese explicante, sursum, deorsum, in altum, in latum: sursum quidem, per rerum naturā: deorsum verò, per incarnationem: in profundum, per descēsum ad inferos: in latum, eoquod per orbem terrarum, omnia scientia cognitionēque diuinitatis repleta sint. Ideo verò quum aduenisset ad nos corpore suo morti debito eodemque resuscitatus, hostiā pro omnibus sacrificauit, illudque in crucem exaltauit, non tamen per hoc obscurus, sed illustris permanens in seipso, & talia opera patrās, eaque signa edens, quæ eum etiam eo tempore nō hominem, sed Dei Verbum declararent. Bifariam certe sua incarnatione hominibus suum in homines studium amoremque exhibuit Seruator noster, tum quia mortem à nobis amolitus est, & nos renouauit: tum quia inconspicuus antea & inuisibilis, per opera sua se visibilem præstitit, certoque ostendit se Rationem, Verbumque Patris esse, omniumque item & Ducem, & Regem. Non enim in corpore circumclusus erat: neque quum in corpore aderat, alibi deerat: neque quum illud mouebat, alia eius vi, actu, & prouidentia destituta fuere: sed quod summæ admirationis est, ea omnia ipse, vt ratio, à nemine contentus, continebat. Et sicuti ens in omni rerum natura, extra quidē omnia subsistit, quantum attinet ad ipsius substantiam, intra omnia tamen habetur, quantum spectat ad ipsius potentiam omnia gubernans, & ad omnia in omnibus suam prouidentiam pandens: singulāque separatim, cunctaque in vniuersum simul viuificās: circumplectens omnia, à nullo circumplexus, sed per omnia quum sese extendat in solo Patre totus & integer permanet. Ita quoque cum esset in humano corpore, atque illud ipse viuificaret, eodem quoque momento viuificabat vniuersa, & in omnibus aderat, & extra vniuersa subsistebat, & quum per corpus operaque sua innotesceret, ne tum quidem (quantum ad enargiam actūque rerum naturæ omnium pertinet) obscuriter latebat. Mentis haud dubie officium est, cogitationibus quæ foris extraque suum corpus consistunt, contemplari, actū tamen vimque suam extra corpus non porrigere, nec quæ longinqua sunt, ea sua præsentia mouere: Nunquam enim homo longinqua cogitans, ea que cogitat statim mouet aut transfert. Neque præterea si quis domi desidens de cælo cogitationes ineat, ideo continuo & solem mouerit, & cælum circūuerterit, sed vt ea contuetur in motu & in rerum natura existere, ita vim suam in ea explicare non potest. Cæterum nequaquam eodem modo Dei verbum in corpore humano versabatur, vt quod ibi non colligatū esset, sed potius corpus in se contineret, adeo vt & ibi esset & in omnibus existeret, & extra rerum essentias versaretur, & in solo Patre requies-

Colo. 2.

Christus quoties edens esuriens, nascens quid.

Christus cetera.

stentis officium.

Dei corpus quod modo corpore versabatur.

Christus vt homo vivebat, vt Dei verbum omnia viuificabat. requiesceret. Id quoque, perquam admirabile, quod simul vt & homo vivebat, & vt Verbum Rationeque Patris omnia viuificabat, & vt Filius Patri aderat. Vnde neque Virgine pariente, partus affectiones sentiebat, neque dum in corpore esset, coinquinabatur, sed potius corpus sanctificabat. Neque enim ideo quia in omnibus est, omnium particeps efficitur, sed omnia potius ab eo generantur & nutrimentum accipiunt. Nam si sol ab eo creatus, & nostris oculis subiectus circumambulans in cælo, non sordescit tactu terrenorum corporum, neque à tenebris obscuratur, sed potius ea & illustrat, & purificat: multo magis sacrosanctum illud Dei verbum (quod Solis est & Conditor, & Dominus) quum in corpore innotesceret, non inde maculas in se corruabat, sed incorruptibile erat, corpusque mortale quod assumpsit, viuificabat, & à sordibus defecabat. Qui peccatum (inquit) non fecit, neque dolus est inuentus in ore eius. Quum igitur edentem, esurientem, nascentem illum referunt sacriscriptores: cognosce, corpus vt corpus nasci, & sui generis nutriri alimentis: illud autem quod se corpori implicuerat, Dei verbum esse, quod omnia gubernat: & per ea quæ in corpore agebantur, non hominem se, sed Dei verbum esse declarabat. Feruntur tamen ista de Deo, quandoquidem corpus illud, quod comedebat quod nascebatur, quod patiebatur, non alterius cuiuspiam, sed Domini erat. Et quia semel homo factus erat, necessum erat ista omnia de eo dici, vt re vera verum corpus, non specie tenus habuisse crederetur. Cæterum vt ex istis deprehendebatur corporaliter adesse: ita ex operibus quæ faciebat per corpus, Dei Filium se manifestabat. Vnde ad incredulos Iudæos clamabat, dicens: Si non facio opera Patris mei, ne credideritis: si vero illa facio, etiamsi mihi non credatis, operibus credite, vt cognoscatis & credere possitis, & me in Patre esse, & Patrem in me. Vt enim (quatenus inuisibilis est) ex operibus mundi deprehenditur: ita quoque homo factus, quāuis in corpore latens minime conspicuus sit, tamen ex operibus cognosceretur, eum qui talia operatur, non hominem, sed Dei potentiam & Rationem esse. Nam imperare etiam ipsis dæmonibus, eosque extrudere, non opus humanum fuerit, sed diuinum. Quin si videas eum morbos sanare, quibus obnoxium erat genus humanum, hominem iam inde illum, ac non potius Deum existimes? dum lepram purgat, claudis vim ambulandi tribuit, surdorum aures recludit, cæcis visum restituit, ac prorsus omnes morbos ac infirmitates omnes ab hominibus profligat. Ex quibus cuiusvis eius diuinitatē perspicere licet. Quis enim eum instaurare videns defectus eos, quibus ipsa prima origo hominis natiuitasque vitiosa fuit, & cæcis ab vtero oculos aperire, non animaduerteret, eius potentia, hominum natiuitatem subiectam esse? natiuitatisque illum & architectum & conditorem existere? Qui enim id quod homo ab ipsa natiuitate non habuit, restituit, satis planum facit, se etiam Dominum humanæ natiuitatis esse. Ideoque quum primum ad nos accederet, ex Virgine sibi ipsi corpus formauit, vt nobis non tenue argumentum suæ diui-

Esai. 53.

Christus edens esuriens, nascens quid.

Ioan. 10. Ibidem.

simile.

Opera christi eius diuinitatem aperire.

cæci nati illuminatio quid.

nitatis exhiberet, eum qui hoc sibi corpus formauerat, aliorum quoque conditorem & formatorem esse. Quis enim videns sine viro ex Virgine sola, corpus prodire, non secum cogitat; eum qui sub tali corpore appareat; esse quoque cæterorum corporum & conditorem; & Dominum? Aut quis, dum videt aquarum immutari naturam, & in vinum transire, non ratiocinetur: eum qui hoc fecerit; esse quoque creatorem naturæ omnium aquarum? Nam ideo quoque vt Dominus maris; mare ingressus est, ibique tanquā in terra obambulauit, vt indicium sui in cuncta dominij, spectantibus exhiberet. Iam quum tam paucis numero panibus tanta vis populi alitur; & ex inopia, copia repullulat, adeo vt quinque panibus quingentos mille homines satiauerit, & post fatietatem tantum adhuc in residuum reliquerit: quis aliud credat, quā autorem earum rerum Dominum esse procuratoremque mundi? Hæc omnia vt faceret, probe congruebat nostro Saluatori, vt (quandoquidem eius in rerum natura procuratorem administrationemque ignorarent homines, neque ex rebus creatis animaduertent ipsius diuinitatem) saltem ex operibus corporis, causam per ipsum suspiciendi; patrisque cognoscendi occasionem ducerent, ex particulari illius prouidentia, vniuersitatis eius procuratorem æstimantes. Quis enim videns eius contra dæmones, vim, aut quis dæmones audiens confitentes sibi hunc dominum esse amplius dubitabit, num ille ipse sit filius Dei, aut sapientia, aut virtus? Neque enim vel ipsum mundum in silentio esse voluit, sed (quod mirum est) in morte, vel potius in trophæo de morte excitato (crucem intelligo) vniuersa rerum fabrica confitebatur eum; in qui corpore apparebat, & supplicia patiebatur, non hominem simpliciter, sed Dei filium ac Saluatorem esse omnium: Nam & sol se auertebat, terra quatiebatur, disrumpebantur montes, omnes metu ac pauore contrahebantur. Hæc omnia eum qui in cruce erat, Christum Deum esse declarabant, ac rerum naturam, eius ancillam esse, pauore suo contestantem Domini sui præsentiam. Ad istum igitur modum Deus ille Verbum Patris, sese hominibus per opera manifestum reddidit. Consequens iam est: vt finem eius vitæ & conuersationis referamus atque narremus, qualis item mors ipsius corporis fuerit, tum quia hoc ipsum est caput nostræ fidei, tum quia omnes planè homines id fama & sermonibus celebrant, vt nihilo minus hinc quā aliunde intelligant Christum Deum & Dei Filiū esse. Causam igitur eius in corpore apparitionis, aliqua ex parte (quatenus licuit, & quatenus assequi datum fuit) iam ante exposuimus, non fuisse videlicet vllius alterius officium, corruptibile in incorruptibilitatem transmutare, nisi ipsius Saluatoris qui in principio ex non entibus omnia condiderat, neque fuisse vllius alterius opus, exemplar imaginis diuinæ hominibus restituere, nisi eius, qui erat imago Patris: neque alterius, mortale immortale efficere, nisi eius qui ex se ipsissima vita est, hoc est, Domini nostri Iesu Christi: neque ad alium quempia pertinuisse de Patre docere, & idololatriam purgare, nisi Rationis Verbi; omnia in mundo gubernantis, qui solus Patri

Aqua in vinum cōuersa qd.

Dæmonia cōfessio de filio dei.

Orbis vniuersi cōfessio de christo.

Superioris Recapitulatio.

1 2 3 4

Humani generis debitum quale.
 suo verus & vnigenitus Filius est. Quandoquidem igitur debitum pro omnibus soluendum erat, debatur autem (vt iam dixi) vt omnes morerentur, quæ causa illi potissima fuit huc profiscendi, Ideoque post edita per facta diuinitatis suæ monumenta, reliquum iam erat, vt pro omnibus sacrificium offerret, pro omnibus templum suum morti tradens, quo omnes inobnoxios, & liberos à veteri præuaricatione efficeret, seque declararet mortis victorem, suumque corpus immortale redditum, primitias publicæ omnium resurrectionis esse. Ne mireris, si subinde eadem de iisdem repetimus, vbi enim de numinis decretis, placitisque mentionem facimus, ibi longiore interpretatione vtimur, ne quid omittatur, quod omissem nobis in culpâ cedat, si non plene rem ipsam eloquamur. Melius enim est sæpius iteratâ sententiæ crimen sustinere, quam aliquid eorum prætermittere, quæ enarrari debuerant. Corpus igitur, quod communem cum omnibus naturam habebat (corpus enim erat humanum) quanquam nouo miraculo ex virgine sola coaluerat, tamen mortale erat, ad similitudinem sui generis mortem excepit. Neque etiam secundum naturam suam ob Verbi diuini ingressum amplius corrumpebatur, sed propter inhabitans Dei Verbum expers corruptionis erat: vtrūque in eodem esse contigit prorsus admirabili ratione: quum & mors omnium in Dominico corpore vim suam exercuerit, & mors & corruptela inde ob domiciliū ibi numinis profligata sit. Mortem enim opus fuit, & mortem pro omnibus inferri necessum erat, vt quod ab omnibus debitum erat, lueretur. Quamobrem (vt dixi) Verbum quoniam mori non potuit, vt pote immortale corpus sibi sumpsit quod mori poterat, illudque vt suum pro omnibus obtulit, vt ita pro omnibus, omnibus ipse corpore coniunctus, mortem patiens, comperceret eum, qui habet mortis imperium, hoc est diabolus, & liberaret illos, quotquot formidine mortis per omnem vitam seruituti erant obnoxij. Certe communi omnium Salvatore mortuo pro nobis, non iam vltius, sicuti olim, secundum legis comminationem morte morimur, quotquot in Christo Iesu confidimus. Obliterata est enim illa ipsa condemnatio. Cæterum nos corruptione desinente, & abolita per gratiam resurrectionis, pro ratione corporeæ nostræ mortalitatis solummodo ad id tempus dissoluimur, quod Deus vnique definitum esse voluit, vt resurrectionis melioris compotes reddamur. Nos enim veluti semētis in terram, coniecta, non interitum abimus, quū dissoluti fuerimus, sed tanquam seminati, resurgemus, morte per gratiam Christi edomita. Quocirca Sanctus Paulus, qui se omnibus prædem fidei iussoremque resurrectionis exhibet, hunc in modū **1. Cor. 15.** loquitur: Oportet corruptibile istud induere incorruptibilitatē, & mortale immortalitatē: cum autē corruptibile istud induerit incorruptibilitatē, & mortale istud induerit immortalitatē, tum fiet id, quod scriptum est: Absorpta est mors inuictoria, vbi mors stimulus tuus? vbi Inferne victoria tua? Cæterum isthic aliquis obiecerit, si necessum erat eius corpus pro omnibus in mortē dedi, quid non, vt homo, communi lege naturæ mortem optetiit, sed eoultque deuenit, vt crucifigeretur? honorificè quippe magis conueniebat illud ab illo

deponi, quam per contumeliam istiusmodi mortē sustinere. Vide hic (quæso) an huiusmodi obiectio non planè sit hominum, ac talis quæ diuinam dispensationem non sapiat. Nam quod à Salvatore gestum est, diuinum sane & dignum ipsius diuinitatē est, idque multis de causis. Primum enim, mortem hominibus per imbecillitatē naturæ ingruere, certum est, qui quum diu perdurare nequeant, progressū temporis dissoluuntur: ex ista siquidem imbecillitate morbi oboriuntur, quibus vbi vires exhaustæ fuerint, in mortem cadunt. Contra in Domino nihil imbecillitatis, quippe qui sit Dei virtus, Dei Ratio, ipsissimaque vita. Si igitur solito more, secundum consuetudinem hominum, corpus in lecto deposuisset, creditum fuisset, per infirmitatem hoc ei accidisse, eumque nihilo plus quam cæteros homines possedisse. Ille autem quoniam & vita erat, & Dei Verbum, & mors pro omnibus necessario requirebatur, ideo corpus suum vt vita & potentia corroborabat: quatenus autem mors debatur, eatenus non ex se, sed aliunde rationem immolandi mutuatus est. Quanquam neque morbo laborare dominū decebat, vt qui aliorum morbos sanabat: neque etiam infirmitates aliquas corporis pati eum oportebat, in quo & aliorum infirmitates confirmabat. Quare igitur non etiam mortem, quemadmodum & morbos sustulit? Ideo nimirum, quia moriendi causa corpus assumpserat, nec fas erat mortem arceri & excludi, ne simul & resurrectio impediretur. De morbo alia ratio fuit, qui si mortem antecessisset, creditum fuisset, eum ex imbecillitate dominici corporis ortum fuisse. Sed quid? an non esuriit? esuriit sane iuxta proprietatem corporis, sed ob Dominum, qui corpus illud gestabat, fame non interit. Quapropter etsi mortuus sit ad omnium redemptionē, non tamen corruptionem vidit: cum omni enim integritate resurrexit, siquidem non alterius cuiusquam, sed vitæ ipsissimæ corpus fuit. At dixerit aliquis, cautas vitatâque oportuit Iudæorum insidias, vt omnino corpus suum immortale conseruaret: Audiatur iste (quæso) id Dominum nequaquam congruissimè. Vt enim absurdum erat Dei verbum, quod vita erat, mortem suo corpori sua opera inferre, ita quoque indecens erat, eam aliunde illatâ defugere, ac non potius persequi, quod moriendi facultas suppeditaretur. Vnde merito nec ipse corpus sua opera deposuit, neque rursus insidias Iudæorum declinavit, illudque ipsum non imbecillitatem Verbi, sed potius eum Salvatorem & vitam esse declarauit, quoniâ & mortem, vsque dum tolleretur, sustinuit, illamque sibi illatam, pro omnium salute celeriter consummauit. Quippe qui ideo potissimum venerat, non tam vt suam ipsius, quam omnium mortem consummaret, vnde non sua morte (ea enim in eo qui vita erat, locum non habuit) corpus suum deposuit, sed mortem, quæ erat in hominibus, mutuatus est, vt eam aduersus suum corpus grassantem, omnino conficeret. Iam vel ex istis patet, mortem Dominici corporis legitimis rationibus non carere. Curâ illi fuit corporum resurrectio, cuius negotium gesturus venerat. Ea enim re trophæū de morte excitatum ostendi omnibus potuit: simulque certum omnibus & indubitatum reddi, corruptionem ab eo deletâ esse, nihilque iam deinde nisi corporū incorruptibilitatē restare,

Imbecillitas feminis non est christi.

Morbo laborare christum non decuit quare.

Quærenti volunt dicitur.

Christus cur iudæorum insidias non vitauerit simile.

Mortem quare passus est christus.

restare, de qua veluti in pignus monumentumque omnium futuræ in posterum resurrectionis, corpus suum incorruptum seruauit. Iam, si eius corpus ægritudine laborasset, & sub omnium oculis, Verbum Dei ab eo dissoluto recessisset, non sine dedecore habitum fuisset, medicum alienorum morborum, suum, quo vsus erat in curandis ægritudinibus; instrumentū, correptum à morbis neglectui habuisse. Qui enim creditum fuisset, eum, si ipsius elanguisset templum, aliorum languores depulisse? Aut enim, impotens depellendi morbi irrisus fuisset: aut potens quidem, sed tamen non faciens, inhumanitatis infamiâ reportasset. Quod si citra morbum, & expers doloris, solitariè seorsumque in angulo deserti loci, aut domi, aut vbi cunque tandem corpus abdidisset, ac deinde subito promicans, sese à morte excitatum asseruisset, apud omnes vilis fuisset nugæ agere, ac multo minus fidei ei habitum esset de resurrectione differenti, quum nullum omnino testem suæ mortis allegare posset (quippe mortem resurrectioni antecedere oportet) siquidem resurrectio oboriri non potest, nisi mors præcedat. Vnde si occultum alicubi corpus eius extinctum fuisset, non propalam exhibita eius morte, neque coram testibus obita, obscura quoque & incontestata ipsius resurrectio fuisset. Aut cur, quum resurgendo resurrectionem suam manifestam deprædicatamque reddiderat, mortem suam obscuram vellet? Aut qua gratia, quum dæmones sub omnium conspectu eiecisset, homini ab ipsis natalibus cæco lumē restituisset, aquam in vinum mutasset, vt per ea existimaretur Dei Verbum, id mortale erat, non sub omnium oculis, immortale esse factum demonstraret, quod ipse ipsissima vita esse crederetur? Aut quomodo eius discipuli cum fiducia de resurrectione differuissent, si de eius morte nihil certi adferre potuissent? Aut quomodo fides habita fuisset dicentibus, primò mortem, deinde resurrectionem contigisse, nisi eos ipsos, apud quos ista audacter loquebantur, obitæ mortis testes habuissent? Nam, si ne ita quidem sub omnium conspectu morte resurrectioneque peracta, eius temporis Pharisei voluerunt credere, & eos qui resurgentem viderant, ad inficiationem coegerunt, quot causificationes non credendis commentis essent, si ista omnino occultum fieri contigisset? Quomodo porro aut finis mortis, aut victoria de morte ostendi potuisset, nisi illam si oculis cunctorum in se prouocatam, mortuam reddidisset, ac iam deinde inanem eam exhaustamque, sui corporis incorruptibilitate probasset? Imò quæ ab aliis responsa sunt, ea quoque à nobis proferri debent: forsitan enim aliquis & hoc dixerit: Si corâ omnibus, & contestatè oportebat fieri eius mortem, vt prædicatio resurrectionis fidem inueniret, par fuit, vt honestam mortem sibi comminisceretur, vt saltem ignominia crucis defugeret. Atqui si hoc fecisset, plenam suspicionem de se præbuisset, quod non in omne genus mortis, sed duntaxat in eam, quam ipse excogitaret, vim suam integram efficacemque haberet: Ac rursus nihilo minor occasio fuisset, non credendæ resurrectionis. Quapropter non sua opera, sed aliorum insidiis mortem corpori suo infligi voluit, vt mortem quamcunque illi intulissent Seruatori, eam & ipse demoliretur. Ac veluti generosus ath-

Mortem honestiorem cur non elegerit christus.

leta, cui ingens animi & corporis robur, non ipse quidem sibi ipsi aduersarios deligit, ne aliis timiditatis suspicionem præbeat: sed spectatorum arbitrio hoc ipsum permittit, quantumcunque eos sibi infestos sciat; vt humi prostrato quocunque antagonista, omnium robustissimus habeatur, ita quoque omnium vita; Dominus & Saluator noster Iesus Christus, non ipse corpori suo mortem excogitat deligitque; ne aliud mortis genus expauescere videatur, sed eam quam alij iudemque in primis inimici grauem existimauerunt, & turpem, & fugiendam, hanc ipse in cruce exceptâ sustinuit, vt ea extincta perditaque, ipse ipsissima vita crederetur, & mortis vis plenè innotesceret. Certe mirum quiddam & inexpectatū euenit: genus enim illud moriendi, quod illi pro sua opinione, vt ignominiosam, intulere, ea conuersa est in trophæum deuitæ mortis. Quocirca neque Ioannis mortem sustinuit, capitis truncatu, neque, sicuti Esaias propheta, terra dissectus est, vt & in morte, sine mutilatione integrum corpus seruaret, & causa subduceretur iis, qui Ecclesiam in partes cupiunt discindere. Et hoc quidem ad eos responsum velim, qui extranei alienique ab Ecclesia, istiusmodi ratiocinationes sibi coaceruant. Quod si quis etiam ex nostris, non per contentionem, sed studio discendi percunctetur: quid non aliud potius quam crucem sustinere voluerit? Audiatur ille; Nulla alia ratione id nobis vtile futurum fuisse, atque ideo à Domino in nostri gratiam, id genus moriendi toleratum fuisse. Nam si ideo venerat, vt nostra piacula execrationesque portaret, quomodo alia ratione execratio, aut piaculum fuisset, nisi execrabilem mortem in se reciperet? Est autem hoc ipsum, Crux: quemadmodum scriptū est, Execrabilis, quicunque in ligno pendet. Porro si mors Domini nostri Iesu Christi, redemptio est omnium, ac morte eius, intermedius ille paries maceræ soluitur, conficiturque vocatio gentium: quomodo nos aduocasset, nisi crucifixus esset? In sola enim cruce, mors extensis porrectisque; manibus toleratur, ideo quoque par erat, vt Dominus hoc modo mortem sustineret, manusque eius extenderentur, vt hac quidem veterem populum illa verò gentiles attraheret, & ambos in se coniungeret. Id enim ipse dixit, indicâs qua morte omnes redempturus esset: Quū exaltatus fuero (inquit) dormiet ad me traham. Et rursus, Si Dominus ideo venit, vt diabolus nostri generis hostem delapsus cœlitus, & citra hunc imum aërem vagantem, illicque dæmonibus inobedientia sibi similibus imperantem, præstigia inanisque species illorum ministerio effingentem ad fraudem deceptorum, & sursum tendentibus obstacula molientem: quemadmodum de eo apostolus dicit: Iuxta Principem potestatis aëris, qui nunc vim suam exercet in filiis inobedientiæ. Dominus venit, vt diabolus præcipitaret, aëremque purificaret, & viam ad cœlum nobis munitur, vt dictum est ab Apostolo: Per velum quod obtentum fuit, hoc est, per carnem suam. Et id morte fieri oportebat. Quam alia morte istud fieri poterat, nisi ea quæ in aëre toleraretur? de cruce est quod loquor: Solus enim ille in aëre moritur, qui in cruce vitam finit. Quare non sine ratione eam Dominus sustinuit: ita enim sublimatus, aërem purgavit ab omni diabolico

Mat. 14. Mar. 6. Esai. 53.

Crux execrabilis Deut. 21.

Manus Christi extensa in cruce inquit.

Ephes. 2.

Ephes. 2. Christus cur passus sit in aëre.

ca, aliorumque demonum infestatione, dicens: **V**idi satanam instar fulguris decidentem. Et in caelos novum iter aperuit, quod sub his verbis indicatur: Attolite portas principes vestras, & eleuamini portae aeternales. Nihil certe ille, qui haec verba usurpat, opus habuit refectione portarum (quippe omnium Dominus) neque quicquam erat clausum creatori ex rebus creatis, sed nos eramus, quibus ea refectione necessaria fuit. Nos rursus illi, quos ipse suo corpore in sublime attolebat. Nam quemadmodum illud pro omnibus morti obtulit, ita quoque per illud viam ad caelos commonstrauit. Recte igitur decenterque mors eius in cruce peracta fuit, causaque eius per omnia probabilis apparet, ac iustas habet rationes, non aliter quam per crucem, omnium salutem debuisset impetrari. Caeterum ne sic quidem vel in cruce se obsecrum ignotumque reliquit, sed hoc procurauit, vt rerum natura eximium de opificis sui praesentia testimonium perhiberet: ipse vero templum suum (corpus videlicet) non in ea conditione diu permanere sustinuit, sed duntaxat vbi id mortuum ex conflictu mortis ostendisset, tertio die statim excitauit, trophaea victoriae de morte ferens, corporis (nimirum) incorruptibilitatem, indolentiamque. Poterat quidem statim a morte corpus suum excitare, atque illud iterum viuum exhibere, sed hoc ex prouida cautione facere nolebat, nec fecit: dixisset enim aliquis, eum nequaquam mortuum fuisse, aut non plene a morte perstrictum, si continuo a morte resurrectionem superinduxisset. Forsitan enim, si eodem momento sine intercapedine mors & resurrectio contigisset, gloria incorruptibilitatis in incerto haesisset. Quapropter, vt corpus vere extinctum ostenderetur, ipsa meridie mortem sustinuit, & tertio die illud incorruptibile iterum ostendit. Vt igitur mortuum esse suum corpus doceret, non priusquam, nisi vbi iam triduanum cadauer esset, excitauit: neue rursus, si inibi in longum detentum putrefactumque serius excitasset, obiceret quispiam, ipsum non idem, sed aliud corpus circumferre (quippe futurum erat, vt nonnulli corpori exhibito, ob longitudinem temporis, fidem non haberent, & praeteritorum obliuiscerentur:) ea de causa ultra tridui moram non passus est, neque eos, qui ipsum audierant, de resurrectione sua promittentem, in longum distulit: sed quum adhuc propemodum verba illa in eorum auribus obstreperent, oculique eius speciem retinerent, animis illorum etiamnum suspensis, viuisque adhuc, & in eodem loco versantibus, tum iis qui se occiderant: tum illis qui conscij mortis eius erant in corpore exantlatas, intra tridui spacium, corpus quod mortuum erat, immortale & incorruptibile omnibus ostendit, quod intelligeretur, illud non imbecillitate naturae, quum Verbum in eo domicillium suum haberet, extinctum fuisse, sed ideo extinctum, vt mors viribus nostri Saluatoris Iesu Christi aboleretur. Mortem enim extinctam esse, & ipsam crucem factam esse victoriam contra ipsam, neque quicquam amplius posse, sed esse mortuam eam vere non tenuit documentum est, sed certa fides, quod illam omnes Christi discipuli contemnant, insultent, nihilque exhorreant: ac signo crucis & fide in Christum, eam vt mortuam conculcent. Olim ante di-

A uinum aduentum Saluatoris nostri Iesu Christi formidabilis erat & ipsis sanctis mors, & omnes, quotquot erant vita defuncti, velut perditos abolitique lamentabantur: nunc autem postquam Saluator noster Iesus Christus corpus suum resuscitauit a mortuis, mors ulterius terribilis non est: & si, quicumque in Christum fidem habent, eam, vt rem nihili, pedibus terunt, ac potius mortem delegerint, quam Christi fidem inficientur. Certo enim sciunt, mortuos non perire, sed viuere, & incorruptibiles resurrectione fieri. Ille autem sceleratus (qui mortis impetu insultus in nos facere solet diabolus) solutis mortis doloribus, solus omnino mortuus relinquitur, eique rei argumento est, quod homines antequam Christo incipiat credere, mortem vt terribilem intuentur & expauescunt: vbi autem ad illius fidem doctrinamque transiere, tantopere mortem aspernantur, vt ad eam vltro contendunt, testesque fiant Christi aduersus mortem resurrectionis. Siquidem etiamnum pueri aetate ad mortem festinant: exercitiis porro & meditationibus ad id, non viri duntaxat, sed etiam foeminae sese instruunt. Nec mirum, quum iam tam imbecillis sit, vt etiam foeminae, prius ab ea deceptae, nunc illam vt mortuam dissipatamque ludibrio habeant, non aliter quam vbi debellato per legitimum principem tyranno, manibusque pedibusque eius intra vincula constrictis, omnes quotquot ad id spectaculi superueniunt, ludibriis ei insultant, probris verberibusque proscindunt, securi iam illius saeuitiae & furoris, ob principis sui de eo partam victoriam: ita quoque mortem iam debellatam, & per Saluatorem nostrum Iesum Christum in cruce triumphatam, manibus eius pedibusque obligatis, omnes eam in Christo pedibus proterunt, martyresque Christo se praebentes, fannis, ludibriis, conuitiis exagitant, obiectantes & quae superius dicta sunt per Apostolum Paulum: Absorpta est mors in victoria. Vbi mors victoria tua? Vbi Orce stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Ergone illud exiguum est documentum de imbecillitate mortis? aut parua est demonstratio victoriae Iesu Christi de morte illius reportata? quum pueri in Christo, & tenerae puellae istam vitam contemptui habeant? & moriendi rationes meditentur? Homo certe naturaliter mortem, & corporis sui dissolutionem expauescit: is tamen (quod summopere admirandum est) vbi indutus est fidem crucis, res naturales vilipendit, & mortem per Christum non exhorrescit, non aliter, quam si quis de igne dicat, cui naturalis vis est concremandi, esse aliquid quod illas flammis respuat, illumque infirmum ostendat: quale est quod de Indico Amiantho refertur, quo se ille qui hoc non credit, circumuestire solet, vt lini eius inustibilis obtentu experiendo cognoscat. flammarum in hac parte imbecillitatem. Aut veluti si quis auibus videntem tyrannum iam vinculis constrictum penitus, se in eorum prouinciam, qui eum domuerunt, conferre solet, vt ita eum quondam aliis terribilem, nunc autem debilem & fractum contueatur: ita quoque si quis incredulus est, ac etiamnum post tanta miracula, post tot martyres Christi, post quotidianam eorum, qui in Christo eximij sunt, mortis irrisionem, ambiguus haeret, sitne mors pro confecta consumptaque existimanda,

Mors terribilis ante aduentum christi. Mors non timenda. Diabolus mortem Christi deuittit. Pueri ad mortem festinant.

simile. Coeluso.

Resurrexit christus tertio die. Cur citius non resurrexerit christus.

Mors extincta christi cruce.

A Quid igitur factum non est, quod oportuit Christum facere? aut quid restat, quod non sit impletū, ut sibi inde placeant Iudæi, & increduli maneat? Si igitur (ut iam videmus) neque Rex, neque Propheta, neque Hierusalem, neque sacrificium, neque visio est apud eos, sed vniuersa terra repleta est cognitione Dei, Ethnicique relinquunt vanos & impios cultus, ac iam deinceps ad Deum Abraham cōfugiunt, idque per Verbum Dominum nostrum Iesum Christum, manifestum est etiam improbè tergiuersantibus, Christū venisse, & omnes semel suo lumine illustrasse, ac doctrinam quam de Patre suo docuit, veram simul & diuinam esse. Iudæos igitur istis aliisque multis è diuina scriptura mutuatis redargueris. Ethnicos vero admireris ea irridere, quæ nequaquam ludibriosa sunt: & ipsos cæcutire in suis ludibriis, quæ se in lignis & lapidibus committere non vident. Veruntamen ut non inopes rationum, argumētisque destituti, age, & istos legitimis rationibus in pudorem coniciamus, maxime ex rebus quas ipsi conspiciamus. Quid (quæso) absurdum, aut quid apud nos irrifū dignum, si Verbum siue Rationē planè in carne apparuisse referamus? at hoc ipsum non absurdè factum esse, etiam ipsi confessuri sunt, si veritatis amici esse velint. Nam si plane inficiantur esse in Deo rationē, stultè faciūt, ea irridentes quorum noticiam non habent: sin vero agnoscunt rationem esse Dei, eamque ducem omnium, & in ea Patrem mundum condidisse, & huius prouidentia omnia illustrari & viuificari, & consistere, eamque in omnibus regnare, adeo ut ipsa ex suæ prudentiæ operibus. & Pater per eam agnoscat: dispice mihi (quæso) an non ex ignorantia istam cachinnationem contra nos instituant? Mundum, corpus magnum sapientes Ethnicorum dicunt, & verè dicunt: videmus enim eum eiusque partes sensibus subiacere. Si igitur in mundo quod corpus est, Ratio Dei inest, cunctaque eius & singula præoccupat & insidet: quid miri aut absurdi, si eam etiã in hominē insidisse asseueremus? Nam si absurdum est, omnino rationem in corpore esse, absurdum quoque fuerit eam in vniuersitate rerū residere, ac omnia sua prouidentia illuminare ac mouere, quum ista vniuersitas rerum pro corpore sit habenda. Sin vero decet eam insidere, & in vniuersitate agnosci, deprehēdique: decorum quoque fuerit, eam in humano corpore apparere, idque ab ea illustrari & agi, quum homo quoque inter mundi partes haberi debeat. Quod si pars mundi, ineptū & indecorum instrumentum censendum sit ad cognoscendam veritatem: par quoque fuerit per huc vniuersum mundū patefieri eius conditorem. Nam sicuti, si quis cum corpus hominis videat ab anima moueri & agi, neget tamen eius vim in digito pedis apparere, pro stulto haberetur, quoniam quum concessisset eam in toto corpore ostendi & agere, refragaretur, eam in parte subsistere: ita quoque qui cōcedit & credit Rationem Dei in rerum vniuersitate existere: omniãque ab illa illustrari, & moueri, non debet absurdum putare, aliquod corpus humanum ab ea moueri & illustrari. Sin vero quia creatum est, & ex nihilo genus humanum conditum est, ideo nos de Seruatoris in carne apparitione indecora loqui existimant, hi nimirum Rationē à rerum vniuersitate excludunt: nam & illa ex non ente, in essendi naturā per hanc rationem siue Ver-

Deut. 28. Esai. 53. Christi natiuitas inenarrabilis.

Christi caro est sine patre.

Christus antequam nasceretur victoria potitur.

Superstitionis ægyptiorum finis quædam.

Esai. 53.

Esai. 65.

† Verbum

Esai. 35.

Ibidem.

Esai. 35.

Naaman

Cæcus in turā quæ do visum recepit.

Gene. 49

Math. 11. Iudæi neque reges neque prophetas habent.

Iudæi repudiant Christum.

Dan. 9.

Sanctus nemo propter Christum.

Psal. 117. Psal. 106.

Christus gentes vocauit & cætera quæ faciunt de- buit fecit.

Mundum quid & quomodo illi vniuersum et singulas ei partes insideat Christus. Absurda.

simile.

Rerum vniuersitatis pars est homo.

Act. 17.

Simile.

Simile.

Christus cur uenit.

creaturę omnes aut torę suam cognouerunt praeter hominem.

bum producta est. Si verò creata rerum vniuersitate, non est absurdum, huic quoque inesse Verbum: neque certè id in homine existere, absurdū fuerit: quodcunque enim de toto sentias, hoc ipsum quoque de parte sentire necessum erit. Pars (vt iam dixi) rerum vniuersitatis, homo est, quapropter non plane absurdū est rationem in homine cōsistere, & omnia ab ea illustrari, moueri & vegetari: quemadmodū etiam ipforū scriptores prædicant, quū aiunt: In eo viuimus, mouemur & sumus. Quid igitur ludibrio dignum afferimus, si illud in quo se collocauit ratio, id pro instrumēto vsurparit ad indicium declaratiōemque sui? Si enim in eo non fuit, eo vti nequaquam potuit: sin(vt iam antea demonstratum est) eam & in toto, & in partibus cōsistere exploratum sit: quid dissentaneum fidei, si in iis sese exhibeat, in quibus consistit? Sicuti enim suis viribus & potestate, totus vniuersitati rerum & singulis incubans, plenèque omnia instruens & gubernans, si voluisset solem, lunam, cælum, terram, aquā vel ignem sui indicem esse, ac iis pro instrumento vtens, Patrem omnia fecisse diceret, nemo illū diceret indecenter voce vsū esse, quum omnia contineret: & in toto, & in singulis insit, ac inuisibiliter seipsam ostendat: ita quoque indecorum non fuerit, eam gubernantem omnia, cunctaque viuificantem volentemque per hominem se notam reddere, si pro organo sit vsa hominis corpore, ad declarandam veritatem & cognitionem Patris. Pars enim vniuersitatis rerum, humana natura censenda est. Et quemadmodum mens per vniuersum hominem se porrigit, & ex minima particula corporis, lingua, inquam intelligitur, neque tamen ob id quālibet inminutam esse dixerit naturam mentis: ita non indecorum videri debet, si Verbum siue Ratio, quanquam per omnia vbique adsit, vsū istum petat ex humano instrumento. Nam si illi indecorum est corpore pro instrumento vti, indecorum quoque fuerit, in ista vniuersitate rerum eam existere. Quis igitur (inquiunt) non potius per alias mundi partes præstantiores sese ostendit? ac quis non pulchrius instrumentum, solem, lunam, astra, ignem aut ætherem in eum vsū adhibuit potius quam hominem? Cognoscat iste percontator, non ad ostentationem venisse Dominum, sed vt mederetur, ac doceret eos qui in malis erant. Ostentantis enim est, nihil affectare, nisi vt edat sui specimen, & spectatores in sui admiratione rapiat: mendantis autem & erudientis est, non quouis modo inuisere, sed ad cōmodum indigentium sese repræsentare, atque ita se exhibere, prout ferre possunt, qui eius operam requirunt, ne in excedendo, necessitatem vsūque patientium conturbet, & inutilis illis fiat Dei visitatio. Nihil autem ex rebus creatis errabat in numine intelligendo præter solum hominem: non sol, non luna, non cælum, non astra, non aqua, non æther, immutant suum ordinem, sed agnoscetes suum opificem & principem Rationē Verbūque Dei, eo tenore permanent quo condita sunt: Soli autem homines auersi à bona illa statione veritatis, iisque, quæ non erant, effectis, Dei honorem & eius cognitionem, dæmonibus & hominibus in lapide effigiatis, dedicauerūt. Vnde merito factum (quandoquidem tantam rem neglectū dare, non erat ex bonitate Dei, nec spes erat, vt homines ex administratione rerum naturæ, istiusque

vniuersitatis, Deum cognoscerent) vt humanum sibi corpus in instrumentū assumeret, eique incubaret, vt quoniam ipsum in rerum vniuersitate deprehendere non poterant, saltem in parte ista non incognitum haberent, & quia suspicere nequibāt ad inuisibilem illius potentiam, saltem ex similibus ratiocinando, eam intelligere & contemplari valerent, Nam quatenus homines erant, ex corpore illius, corporisque (quod parisi cōditionis cum ipsis erat) operibus diuinis, citius & propius ipsius Patrem omnipotentiamque illius cognoscere poterent, facile diiudicantes, non esse hominis, sed diuini numinis opera, quæ ab illo fiebant, Quod si secundum eos absurdum est, ex operibus corporis, Verbum Dei omnipotentis cognosci: absurdum itidem fuerit, eam ex vniuersitate rerum deprehendi. Vt enim, quum in rerum natura consistit, nihil sibi decerpit ex rebus creatis, sed omnibus potius vim suā communicat: ita quoque corpore pro instrumento vtens, nihil ex corporeis rebus in se admittit, sed ipse potius sanctificat corpus. Etenim, si Plato qui in magna apud gentes fuit admiratione, dicit, genitorem totius mundi, quum vidisset mundum tempestatibus iactari, ac iam periclitantem ne mergeretur, in locum inæqualitatis, collocasse se ad gubernacula animæ, atque ita succurrisse, omniaque errata correxisse: quid incredibile à nobis dicitur, si erranti humanæ naturæ Ratio assederit, & homo apparuerit, vt eam tempestatibus iactatam sua gubernatione & bonitate conseruaret? Sed fortasse hic pudor eos ad assentiendum compellet, dicturos tamen interim, oportuisse Deum (quum docere & seruare homines vellet) nutu id duntaxat facere, sicuti olim fecerat, quum eum ex nihilo crearet: nec opus fuisse, vt Verbum siue Ratio Dei corpus attingeret. Ad istiusmodi obiectionem id non immerito dici poterit: Olim, quum nusquam quisquā existeret, nutu opus fuisse, & sola voluntate ad vniuersitatis architecturam: cæterum, quum iam homo factus esset, necessitas exigebat, non vt iis quæ non essent, sed quæ iam existerent, remedium daretur. Consequens igitur, vt rebus iam procreatis, medicus & seruator assisteret, ad procreata conseruanda. Atque ea causa est, cur homo sit factus, humanūque sibi instrumentum (corpus) adiunxerit: Alioqui, si eo modo fieri non oportebat, quo (quæso) pacto oportuit Dei Rationem, quū instrumento vti vellet, ad illud sese accommodare? aut vnde illud desumeret, nisi ex rebus iam creatis, eiusque diuinitate ob similitudinem indigentibus? Non enim, quæ non erant, indigebant cōseruatione, quibus solum duntaxat præceptum suffecisset. Sed homo qui iam pridem conditus erat, corrumpatur, & præter hoc in interitum tendebat. Rectè igitur humano instrumento vsus est, & per omnia se explicuit. Postremò & id quoque sciendum, suam illam non extra corpus hæsisse, sed corpori agnatam coalitamque fuisse, & necessum erat emota corruptione vitam ei infarciri, vt quemadmodū in corpore mors extitisset, ita in eodem vita existeret. Quod si igitur extra corpus mors fuisset, extra corpus etiam oportuisset vitam eius subsistere: sin verò in corpore coaluit cōsertaque mors fuit, ac veluti cohærens ei dominabatur: necessum quoque fuit vitam cum corpore coalescere conserique, vt ita corpus imbutum vita, corruptionem extruderet.

Alioqui

Operibus diuinis scilicet cognoscitur quomodo mens, si simile.

Plato in magna admiratione apud gentes.

Peccati nostra sunt hinc est corpus vnde dicitur in corpore sumeretur portabit.

simile.

Psal. 103.

Christus quomodo cognosci potest in creaturam contemplatione.

Alioqui, si extra corpus Verbum Dei constitisset, neque inibi hæsisset, mors quidem ab eo maxime pro rei natura superata fuisset, vt pote cui cōtra vitam nullæ vires suffecissent, in corpore tamē prior illa corruptio æque adhæsisset. Quapropter non immerito Saluator noster corpore amictus fuit, corporisque vitam inseruit, vt id non vltius mortale per mortem remaneret, sed indutum immortalitate, in posterum perseveraret immortale. Induta quippe semel corruptione, nunquam resurrexisset nisi vitam induisset. Et quia mors per se non nisi in corpore apparere aut existere poterat, ideo ipse corpus induit, vt mortem ibi inuentam aboleret. Quomodo enim Dominus ex toto vitā se esse demonstrasset, nisi id quod mortale erat, viuificasset? Et quemadmodum stipula, quæ naturaliter ab igne consumitur, si ab ea ignem depellas, non comburitur quidem, sed tamen vt stipula fuit, ista stipula permanet, obnoxia igni, ignisque comburendi vim male sibi metuit, ac suspectam habet: Natura enim eius appetens est ignis. Hic, si quis stipulam copioso Amiantho vestiatur, cuius natura dicitur igni resistere, nihil iam deinde ignem metuet, vt pote, munita rē, quæ comburi nequeat: Idem quoque de corpore nostro & morte sentias. Quod si solo præcepto mors ab eo depulsa fuisset, nihilo tamen minus mortale & corruptibile pro ratione suæ naturæ remansisset: sed ne hoc fieret, induit corpus incorporalem omnipotentis Dei Rationem, neque iam inde corruptionem aut mortem exhorrescit, quum habeat vitam pro indumento, & per id corruptionem amolitur. Probabiliter ergo Dei Sermo corpus assumpsit, & humano instrumēto vsus est, quo corpus viuificaret: vt quemadmodum in rerum natura ex operibus cognoscitur, ita quoque in homine operaretur, & seipsum vndeunque ostenderet, nihil desertum destitutumque relinquēs à sua diuinitate & cognitione. Iterum idem dico, superiora resumēs, ideo Christum Saluatorem nostrum hoc fecisse, vt quemadmodum omnia vndeunque sua præsentia adimpleret, ita quoque omnia sua natiuitate cognitioneque adimpleret. Ait enim scriptura: Impleta est vniuersa terra cognitione Domini. Nam si tollas oculos in cælum, conspiceris ibi eius ornatus. Sin verò in cælum nō potes, saltem ad homines aciem deflecte, videbis eam ex operibus eius potentiam, qualem nullam in cæteris hominibus, sentiēsque hunc solum inter homines Dei Verbū esse. Quod si ad dæmones te vertas, eorumque naturam percussus admireris, intueere eum, qui illos expulit, & tum eum ipsorum dominum iudicabis. Quod si te in aquarum naturam demergas, eaque numen habere arbitreris (quemadmodū apud Ægyptios in veneratione sunt) contemplare eas ab eo transmulari, & deprehendes illum aquarum esse Dominum. Quod si te ad orcum deiicias, heroasque qui eò descenderunt, admireris, vt numina, vide istius de morte victoriam, & ratiocinaberis inter illos vnum duntaxat Christum, verum Dominum ac Deum esse. Omnes enim rerum naturæ partes attigit Dominus, omniaque ab omnibus præstigiis asseruit, ac redarguit & (vt Paulus ait) spoliatos Principatus & potestates, triumphauit in cruce, ne quis vltius frustrari posset, sed vbique verum Dei Verbum inueniat. Atque ita iam vndeunque circūclusus homo, & vbique, hoc est;

in cælo, in inferno, in homine, in terra, explicatam Verbi diuinitatem intuens, non iam in posterum in cognitione numinis decipitur, sed hunc solum adorat, & per eum rite legitimeque Patrem intelligit. Istis quidem rationibus recte Ethnicis præverecundia in silentium tradi possent. Quod si hæc rationes nondum idoneas arbitrantur, vt ipsos sui ipsorum pudeat, saltem ex iis quæ oculis subiecta sunt, fidem colligat. Quando autem idolorum ceremonias inceperunt abiicere? nisi ex quo verum Dei Verbum inter homines apparuit? Quādo apud Græcos, & vbique gentium oracula cessauerunt, & in nihilum sunt redacta? nisi quum vsque ad terram sese manifestauit Dominus? Quando contemni cæperunt Poëtarum Dij & heroës, ac pro mortalibus haberi? nisi ex quo Dominus trophæum de morte erexit? & corpus quod sumpsit, à morte excitatum incorruptibile seruauit? Quando dæmonū fraus & malitia contempta fuit? nisi quum Verbū, Dei vis & potentia (cui dominium est in dæmones) propter hominum imbecillitatem in terrā descendit? Quando ars magica & scholæ præstigiarium inceperunt fordescere? nisi quum diuina apparitio Verbi, hominibus exhibita fuit? Quando Ethnicorum sapientia infatuata est? nisi quum vera sapientia Dei sese in terris ostendit? Olim vniuersus orbis cultu idolorum seducebatur, nec aliud idola quam deos arbitrabantur: nunc vero per vniuersum orbem idolorum superstitionem destituunt, et ad Christum confugiunt, eumque vt Deum venerantur: & per eum, Patrem (quem ignorabant) addiscunt: & quod in primis admirabile, cum olim fuerint diuersæ & innumerabiles ceremoniæ, dum singula idola peculiare sibi habent ritus, nec proximos limites transcendunt, neque vicinos in sui cultum asciscunt, imò vix inter suos suam religionem tuētur (nullus enim numen vicinorum coluit, sed singuli proprium habuere, persuasi cum solum Dominum esse) nunc solus Christus apud omnes vnus & idem adoratur, & quod non potuit idolorum imbecillitas præstare, vt vicinis suis persuaderent, hoc Christus præstitit, qui non solum proximis, sed semel vniuerso orbi persuasit, vt se vnum & eundem pro Domino haberent, & propter ipsum ipsius Patrem venerarentur. Olim quidē vbique Delphica, Dodonea, Bæotia, Lycia, Ægyptiaca, Cabirorum oracula imposturis vaticiniorū scatebant, Pythia apud homines in admiratione erat: nunc ex quo Christus vbique prædicatur, eiusmodi vesaniæ conquierunt, nec superest vllus fatidicus. Olim dæmonia inani specie ludibriisque rerū intricabant homines, infestis alibi fontibus, alibi fluuiis, lapidibus aut lignis, atque ista præstigiis factuos in stuporem agebant: nunc vero, quum apparuit Dei verbū, spectra huiusmodi & ludibria imaginum cessauerunt. Solo enim crucis signo vtens homo, dolos illorum à se propellit. Olim poëtica numina, Iouem, Saturnum, Apollinem, heroasque item pro veris numinibus habuerunt, eosque per errorem venerati sunt: nunc vero postquam Christus inter homines apparuit, & illos mortales fuisse, & Christum solum inter homines verum Deum veri Dei verbum esse, deprehensum & patefactum est. Quid autem de magia loquar, quæ apud illos in summa admiratione fuit? nisi & illam quoque quæ ante aduentum Verbi apud Ægyptios, Chal-

Christi diuinitas vbique contemplari potest.

Oracula gentium quando cessauerunt. Dij et heroes poetarum quando contemni ceperunt. Dæmonum fraudes.

Ars magica.

Rerum mutatio Christi aduentus.

Dæmonia versutia hominibus infesta. Signum crucis dæmones fugat.

Magia ubi fuerit in admiratione.

Philosophia humana.

dzos, Indos floruit, & spectatores admiratione sui complebat, presentia veritatis, & Verbi apparitione victam, & plane oblitteratam esse? Cæterum de Græcica sapientia, Philosophorumque grandiloquentia neminem arbitror verba requirere: quæ in oculis sit ipsum miraculum. Tot enim tantisque à Græcorum Philosophis voluminibus scriptis, ne paucos quidem vel ex proximis locis adducere potuerunt, vt sua de immortalitate animæ dogmata, & placita, de vita secundum virtutem instituenda amplecti vellent: solus Christus vilibus citra vllam magnificentiam verbis, ac per homines nequaquã eruditę linguę, in orbe terrarum plurimis Ecclesiis in præcio haberent, & temporaria despicerent, æterna suspicerent, nihil putarent gloriam in terra, solummodo autem affectarent immortalitatem. Et hæc quidem non verbo tenus à nobis iactantur, sed re ipsa veritatisque experimentis demonstratur. Adeat enim qui velit, & spectet insignia virtutis in Christi virginibus, & in adolescentibus pudicitiam consecratam, ac immortalitatis fidem adstructam in tanto martyrum choro. Veniat qui istorum doctorum experimentum capere velit, & in ipsis præstigiis dæmonum, & imposturis vaticiniorum, & in miraculis magiæ vtatur signo crucis ab ipsis deriso, noménque Christi inuocet, & videbit quomodo eius rei metu dæmones fugiant, vaticinia conquelescant, magiæ & veneficia irrita iaceant. Quis igitur, & quantus est hic Christus, qui solo sui nominis vocabulo ac presentia omnia adobruit, & ociosa reddit, omnibusque maior est, & orbẽ terrarum sua disciplina adimplet? Dicant Ethnicis isti, qui ista derident, nec vllò interim pudore tanguntur: num homo esse possit qui talia faciat? quod si homo, qui sit, vt vnus homo omnes omnium deorum (quos ipsi colunt) vires transcendat, illõsque nullos esse sua potẽtia demonstrat? Si magnum illum dicant, quomodo per magnum omnis magia oblitteratur ac non potius constituitur? Si enim homines magos oppugnans cõtra vnũ aliquem duntaxat præualuisset, rectẽ opinari liceret, cum meliori arte aliorum artes superare. Quod si semel de omni magia, atque adeo magiæ nomine crux Christi victoriam reportat, satis euidentis est, nõ esse magnum Saluatorem nostrum, quem dæmones, vbi ab aliis inuocati sunt, vt Dominum fugiunt. Quis igitur sit, enuntient Ethnicis, quibus id vnicum studiũ vt derideant. Fortassis dicent, & ipsum quoque dæmonem esse factum, atque ita præualere: id si dixerint, ludibrio habendi sunt, quum denuo superioribus demonstrationibus reuincantur. Qui enim fieri potest, aut dæmon sit, qui dæmones propellit? Si enim quouis modo, ac non plane vniuersum dæmones propelleret, existimari posset, in principe dæmoniorum contra inferiores dæmones, has vires possidere, quemadmodum Iudæi per contumeliam ei obiiciebãt. Sin autem omnium dæmonum feritas, ad illius nomen sese subducit, & in fugam agit, satis clarum est, eos in errore versari, & nequaquam dæmoniacam esse nostri Saluatoris potentiam, vt ipsi arbitrantur. Sin autem prorsus neque homo est, neque magus, neque dæmon, sed commenticiosos deos poetarum & dæmonum præstigia, & Græcorum sapientiam, sua diuinitate irrita ociosaque reddidit & obscurauit, negari nõ po-

Christi nomen efficax.

Dæmon alios dæmones eicere nequit.

Christi potentia nõ est dæmoniacæ.

terit, quin quod & apud omnes in cõfesso est, eum esse verum Dei filium, Rationem, sapientiam, & potentiã Patris. Atque inde quoque est, quod eius opera non hominis sint, sed supra hominem, & re vera ipsius Dei esse cognoscantur, partim ex claris rerum documẽtis, partim ex illius cum cæteris hominibus comparatione. Quis enim vnquam hominum, ex sola virgine sibi corpus constituit, aut quis vnquam hominum tales morbos curauit, quales communis omnium Dominus: quis id quod genituræ decrat, restituit, & hominem à natiuitate cæcum, visu illustrauit? Æsculapius apud ipsos in deorum numerum relatus est, quod medicam exercuit, & herbas laborantibus vtiles animaduertit, non quidem eas ex terra creans, sed arte quæ in natura erant, eas adinueniens. Sed quid illud ad acta Saluatoris Christi? quippe qui non vulnus sanauit, sed res naturales creauerit, & creata instaurarit, Hercules pro Deo ab Ethnicis adoratur, cõ quod contra homines genere ipsi compares depugnarit, & belluas dolo interfecerit? sed quidnam ista ad res gestas Verbi diuini, qui morbos, dæmones, atque adeo ipsam mortẽ ab hominibus propulsauit? Dionysius ab illis collitur, quia hominibus magister fuit ebrietatis: Saluator contra & omnium Dominus, præceptor temperantiæ deridetur. Sed esto, vt fingamus hic aliquid paritatis: quid verò eadem illa ad cætera eius diuinitatis miracula? Quo vnquã homine moriente, sol obscuratus est, terra cõcussa est? A quo vnquam inter tot iam mortuos & quotidie morientes, miraculum editum est? Iam vt res corpore illius designatas omittam, eaque memorem, quæ resurrectionem consequutæ sunt, Cuius vnquam dogma vnum idẽmque à primis carceribus mundi vsque ad vltima terrarum, eas vires secum pertulit, vt impressa vbique sua religione orbem vniuersum peruolarit? Aut quur, si homo est Christus, ac non potius Dei Verbum (vt illorũ sententia est) non arcetur ab Ethnicorum numinibus, ne in ipsorum prouincias suam religionem transmittat? quum nuuc cõtra fiat, vt illuc accedens, sua institutione, illorum ceremonias & cultum abroget, eorũque inanes species, & oculorũ ludibria confundat? Multi ante eum fuere reges, & tyranni complures apud Chaldæos referuntur, magi quoque & sapientes apud Ægyptios, & indos: quis vnquam horum, non dico post mortem, sed cum viuerent, tantum potuit, vt vniuersam terram sua doctrina impleret? & tantam vim hominum idololatriam dedoceret, quot Saluator noster ab idolis ad se transtulit? Græcorum sapientes eloquenter scitẽque multa conscripserunt: quid ergo? an tale aliquid, quale crux Christi, designarunt? Sed fortasse vsque dum viuerent, illorum sophismata fidem obtinere, imò etiam ipsis adhuc viuus, mutuis cõcertationibus, & controuersis iactata sunt. Dei autem filius, qui iure omnibus est admirabilis, quum pauperrimo miserõque verborum apparatu doctrinas suas traderet, omniscios illos sua luce præstinxit, & quasi tenebras induxit, & aliorum institutis abolitis, omnia ad se traxit, suaque Ecclesias impleuit. Quid? an non mirum eum, qui quasi homo ad mortem descendebat, Philosophorũ grandiloquentiam de idolis, ociosam irritamque efficere potuisset? Cuius vnquam mors abegit dæmones? aut cuius vnquã mortem dæmones expauerunt, vt Christi? Vbi

Æsculapius apud ipsos in deorum numerum relatus est.

Hercules pro Deo ab Ethnicis adoratur.

Dionysius ab illis collitur.

Mors Christi abegit dæmones.

Christus seruandæ virginitatis autor.

Christus pacis author.

Conflantur. Esa. 2.

Vbi enim nominatur nomẽ saluatoris, inde omnes dæmones profugantur. Quis ita hominibus solito affectus è præcordiis excemit, vt scorta, pudicè agrent? homicidæ, non amplius ferrum tenerent? pauidi animo, robur conciperent? Quis barbaros gentesque alias in suis sedibus persuasit, immanitatem deponere, pacifica meditari, nisi Christi fides, & crucis signaculũ? Quis denique alius ita mortales certos cõfirmatõsque reddidit de immortalitate vt Christi crux, eiũsq; corporis resurrectio? Nam & Græci quiduis ementiti, non potuerunt tamen idolis suis resurrectionem admentiri, quippe quibus nulla ratione in mentem venire potuit, corpus post mortem denuo existere posse, qua in re præcipuè mihi approbãdi recipiendique videntur, quod Deum istiusmodi animo persuasum habent, & suorum idolorum imbecillitatem indicarint, & Christo soli hanc potestatem reseruarint, vt vel inde ab omnibus cognosceretur ipsum esse Dei filiũ. Quis igitur hominum vel post mortem, vel in vita autor seruandæ virginitatis fuit? ac non cõtra arbitratum est, eam virtutem præstari non posse? Attamen noster saluator & omnium rex Christus, tantum valuit in huiusmodi præceptis, vt pueri nondum maturi legum disciplinæ, virginitatem quæ supra leges est, profiteantur. Quis hominũ tantum spacij obire potuit, & ad Scythas, Æthiopes, Persas, Armenios, Gothosque penetrare, & ad homines trãsmarinos, & vltra Hyrcaniam summos, Ægyptiosque & Chaldæos inuisere? & his quidẽ sibi de magia placentibus: illis verò supra naturam superstitionis, moribus locisque efferatis, de virtute temperantiæque verba facere, atque ita sugillare idolorũ cultum, vt Dominus noster Iesus Christus fecit? qui non solum ista per suos discipulos prædicauit, sed etiam mētibus audientium eam persuasionem impressit, vt non solum morum feritatem abiicerent, & patrios deos non amplius in veneratione haberent: sed & ipsum agnoscerent, & per ipsum colerent ipsius Patrem. Olim idololatriæ dediti Græci, simul & Barbari, mutua in sese bella suscipiebãt, crudelẽsque in cognatos fuere, neque erat, vt quisque vel per terram, vel per mare tutò commearet, nisi armata manu, ob bella inter ipsos inuicẽ prorsus irreconciliabilia. Quippe, quorum tota vitę ratio in armis erat, & gladius illis pro Scipione, in eoque spes omnes opesque suas constituerant. Qui quum idolis seruirent, dæmonibusque sacra facerent, nihil istiusmodi superstitione profecerunt, vt vel aliquid saltem de moribus illis dediscerent: iide tamen vbi ad Christi disciplinam transferant, præter omnem expectationem animis planè compunctis, pœnitentiæque discruciatas, occidendi feritatem deposuerunt: neque iam inde illis hostiles animi, aut alia voluntas nisi rerum pacatarum & amicitia. Quis igitur hæc fecit? quis odio inter se infestos populos pace copulauit? nisi dilectus Dei Filius, communis ille Saluator omnium Iesus Christus, qui præ sua charitate omnia ad nostram salutem sustinuit? Nam & olim oracula de pace istiusmodi, quã ille procuraturus erat, edita fuere: †Cõcident (inquit scriptura) gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, neque arripiet gens contra gentem gladium, neque est, vt posthac bellum discant. Neque id incredibile, cum etiam nunc barbari feris moribus, idolis que hoc tempore sacrifi-

cantes, in sese furiant, neque vel vllam horam sustineant sine armis viuere: iidem tamen vbi Christi doctrinam audiunt, statim à bello, ad agriculturam vertuntur & pro gladiis tractãdis, manus ad preces extendunt: ac pro mutuis inter sese bellis, aduersus dæmones, pudicitia & animi virtute obarmantur. Id autem insigne est diuinitatis Saluatoris nostri, quod ad quæ ab idolis erudiri nequiuerant, ea ex Saluatore addicunt: illudque idẽm vicissim de dæmonum & idolorum imbecillitate non leue indicium. Conscij etiam dæmones suæ imbecillitatis, mortales ideo bello inter sese commissos esse voluerunt, ne feriatu ociosis que à mutuis præliis aduersus dæmones arma transferrent: certe illi qui Christi disciplinis initiati sunt, bellorum abstinentes, contra dæmones moribus & virtutibus in acie consistunt, & hos quidem infesti petunt: ipsum verò principem diabolum pedibus conculcant, vt in teneris annis pudicitiam tueantur, in têtationibus tolerantibus sint in laboribus obdurent, contumelias ferant, defraudationes negligant, mortem non curent, & martyres Christi efficiantur. Et vt vnum adhuc admirabile documẽtum diuinitatis Saluatoris allegem: Quis vnquam hominum simpliciter, siue magus, siue tyrannus, aut rex denique, per se tantum præstare potuit vt contra omnem idololatriã, dæmonũque copias, magiam item & sapientiam Græcorum, res tam validas, atque etiamnum florentes, ac à plerisque admirationi habitas, in bellum descẽdere non reformidaret, illis que omnibus vno impetu obstitit, quemadmodum noster dominus Dei Ratio, qui singulis suos errores inuisibiliter ostendens, vnus omnibus istis spoliatis, homine eripit, & in prædã aufert. Nam qui hæctenus idola adorauerant, iam ea conculcant: qui magiam admirati fuerãt, volumina cõburunt: qui docti sapientẽsque habiti sunt, Euãgelij sententiã omnibus anteposunt: eosque quos antea adorationibus coluerant, nunc destituunt: & quem contempserunt crucifixum eum adorant, Christum: quem Deum suum confitetur: & qui hæctenus ab Ethnicis adorati fuere pro numinibus, vt fœdi impurique sugillantur. Et qui Christi suscipere doctrinam, temperantiorem quàm Ethnicis, vitam agunt. Hæc atque huiusmodi quæ superius dicta sunt, si humana sunt, doceat quisque volet, & credat. Quod si non hominum, sed Dei opera & sunt & videntur, cur tantopere impietatem suam amplectuntur, non agnoscetes Dominum autoremque qui ista facit? Idem poofectõ illis accidit, ac si quis ex operibus naturæ opificem Deum non agnoscat. Si enim ex viribus eius in hac rerum vniuersitate, diuinitatem ipsius agnouissent, agnouissent quoque & opera Christi corpore designata, nõ hominis esse, sed omnium Saluatoris Dei Verbi: quem si cognouissent (vt inquit Paulus) nunquam Dominum glorię crucifixissent. Quemadmodum ergo, si quis Deum naturam inuisibilem, & nusquam cõspectui patentem, conspiceret velit, ex operibus eum assequitur & intelligit: ita etiam qui mente non videt Christũ, saltem ex operibus corporis eum addiscat, & exploret: in ea humana sunt, an diuina existimãda. Quod si humana videantur, subsannet, si libet: sin autem non humana, sed Dei esse comperiantur, omittat risus & subsannationes, & potius admirationi habeat, per rem tam vilem, diuina nobis manifesta-

Christi nomen fortitudo animi.

Christi potentia omnium hominum viribus sublimior.

1. Cor. 2º simile.

Christus homo factus est cur.

ri: & per mortem immortalitatem ad omnes pervenire: & per incarnationem Verbi, providentiam in omnes declarari, providentiæque autorem & opificem, Verbum siue Rationem Dei esse. Is enim ideo homo factus est, ut nos dii efficeremur, manifestavitque se per corpus, ut nos inuisibilis Patris intellectum consequeremur. Sustinuit hominum contumelias, ut nos incorruptibilitatis hæredes efferet, qui cum ex ea re nihil noxæ pateretur, utpote passionibus minime obnoxius, & incorruptibilis, quum sit ipsissima Dei Ratio, & Deus, homines tamen huiusmodi malis obnoxios, quorum gratia ista patiebatur, illæfos reddidit & conservavit. In summa, virtutes officiæque Salvatoris per incarnationem talia ac tanta sunt, ut si quis ea recedere velit, non absurdè cum eo comparari possit, qui alta maris prospectans, eius vndas enumerare studeat. Quemadmodum enim fieri nequit, ut oculis comprehendat uniuersos fluctus, nouo semper aduentu vndarum sensum conantis eludente, ita quoque cupiens præclara Christi per carnem opera, intra numerum concludere, rem tentat, quam ne animo quidem aut cogitatione assequi poterit, cum plura semper eius intellectum elabantur, quàm animo concipiat. Rectius igitur fuerit in mentione istarum rerum, non ad omnia simul respicere, quarum nullam partem exprimere queas, sed vnum tantummodo in speciem allegare, atque ita reliqua aliorum æstimationi admirationisque relinquere, cum singula ex æquo habeant, quod in ipsis admireris. Quocumque enim oculos flectas, ibi animaduersa Verbi diuinitate, in admirationem & stuporem raperis. Cæterum id post superiora dicta operæ præciū est scire, dignumque profecto, quod in primis inter reliqua omnia quæ omissa sunt, in contextum veniat & admirationi habeatur: nimirum à superuentu Salvatoris, nihil iam amplius propagari idololatriam, sed potius paulatim carpi & senescere, neque item Græcorum sapientiam in maius proficere, sed quæ hæcenus fuerat, aboleri, dæmonisque non eodem modo falsis rerum imaginibus, hariolationibus ac magicis fraudibus imposturas facere, sed in primo conatu, ubi tale quid tentant, signo crucis turpiter confundi: & ut numero summamque loquar, vide mihi (quæso) quàm doctrina Salvatoris vbique adolescat, omnis contra idololatria, & quicquid aduersatur Fidei, indies minuatur, deflorescat, & pessum eat. Id cum videas, adora, ut vbique præsentem Salvatorem, & potens illud Dei Verbum, & inter damnata habeas, quæ ab illo diminuuntur, & abolentur. Quemadmodum enim sole præsentem, tenebræ vim nullam habent, sed vbicunque lux circumfunditur, inde continuò profligantur: ita diuino superuentu Dei Verbi, non iam caligo idololatriæ vigorem suum habet, sed quotquot vbique sunt terrarum orbis partes, illius doctrina illustrantur. Cæterum, quemadmodum rege aliquo nusquam locorum comparante, sed domi occulto, non deesse solent tumultuosi, qui abutentes illius secessu, se principes renunciant, ac mentito habitu, falsisque insignibus simpliciores miserè circumueniant, utpote qui nec verum regem conspiciunt, & istum regem nominari audient, nec sensum sui erroris percipiunt, eò quod intra regias ædes non admittantur: & ut iidem, si verus rex in publicum prodeat,

Christi aduentu alienæ potestates se nescere et aboleri ceperunt.

Doctrina christi adolescit.

simile.

simile.

A fraude fucòque tyrannorum ad illius præsentiam innotescente, relictis impostoribus, ad legitimum principem sese referunt: itidem quoque mortales, olim à dæmoniis honores insigniaque diuinitatis sibi arrogantibus, erroris complebantur: ex quo autem in corpore Dei Verbum sese ostendit, nõsque sui Patris noticia instruxit dæmonum fraus abolita & compressa est: hominesque, coniectis in legitimum Patris Verbum oculis, relinquunt idola, & verum Deum in posterum cognoscunt, cæque res pro argumento haberi potest, Christum esse Dei Verbum, & Dei potentiam: cum enim humana obsolescant & desinant, Verbum autem Christus permaneat, nulli omnium incognitum esse potest, ea quæ desinunt temporaria esse: cum verò qui maneat, Deum esse, & Dei Filium verum & vnigenitum Verbum. Hæc tibi paucis, vir pie & Christianitatis amator, pro rudimento (ut sic dicam) alphabetico, & documeto Fidei in Christum, illiusque ad nos diuini aduentus comprobatione, dicta sufficiant. Tu autem isthinc sumpta occasione, si literas sacras euoluas, illisque legitime mente insistas, omnia ad exactum, plenius & liquidius, quam à me dici potuere, deprehendes. Illæ enim à viris rerum cælestium peritis, & ab ipso Deo conscriptæ sunt & enunciatae. Nos autem ista hausimus à magistris diuinitus afflatis, qui eos libros euoluerant, & sese diuinitatis Christi martyres testisque exhibuerant, quæ nos tuæ sedulitati tradenda existimauimus. Simul te latere nolim, Alterum eius aduentum, illustrem & diuinum, non humilitate contempibilem, sed gloria magnificum, in expectatione esse, atque imminere, quum non, ut patiat, rediturus sit, sed ut fructus suæ crucis omnibus retribuatur, immortalitatem videlicet & resurrectionem & incorruptibilitatem: nec ut iudicetur, sed ut iudicet, secundum ea, quæ quisque in corpore suo gesserit, siue bona, siue mala sint, ubi bonis quidem regnum cælorum repositum destinatumque est: malorum verò designatoribus, ignis æternus & caligo extrema. Ita enim Dominus ait: Iam abhinc videbitis Filiū hominis sedentem à dextra potentia, & venientem in nubibus cæli in gloria Patris. Quamobrem Salvatoris est Verbū, præinstruens nos in illum diem, his verbis: Estote parati, vigilate, quoniam ea hora quam incognitam habetis, uenturus est. Nam secundū Paulum, Oportet nos sisti ante tribunal Christi, ut accipiat quisque prout ea sunt, quæ corpore gessit, siue bona, siue mala. Cæterum ad scripturarum indaginem, verumque intellectum opus est vita proba, animo puro, & virtute quæ secundum Christum est, ut mens per eius tramitem decurrens, ea quæ expetit, adipisci possit, quatenus fas est humanam naturam diuina intelligere. Nam siue pura mente, & Sanctorum imitatione, nemo comprehenderit Sanctorum verba. Quemadmodum si quis intueri velit solis iubar, oculos plane detergit, & in splendorem redigit, quantum potest ad eius similitudinem cuius conspiciendi desiderio tenetur, sese purificans, ut ita oculus, iam lumen redditus, lumen solis contempletur: Aut quemadmodum, si quis ciuitatem aut prouinciā perlustrare velit, planè ad ipsum locum spectandi causa procedit: ita quoque qui uolet mentem virorum cælestia loquentium intelligere, prius detergere & abluere viuendi discipli-

Humanum rem rem abolitum est christi confirmatio.

Aduersus christi cuncta quælibet.

Mala.

2. Cor.

Scripturam etiam etiam qui est aggregati potest.

simile.

na animam debet, & ad sanctos accedere cum studiorem factorumque similitudine, ut illis, consuetudine pariter vitæ, familiaris redditus, quæ ipsis à Deo reualata sunt, cognoscat, & vnà cum illis inflammatus, peccatorum quidem pericula, eorumque igne in die iudicii effugiat: ea verò percipiat, quæ Sanctis sunt reposita in regno cælorum, quæ

nec oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparata sunt iis, qui secundum virtutem viuunt, Deumque diligunt, & Patrem in Christo Iesu Domino nostro: per quem & eum quo, ipsi Patri vnà cum filio in spiritu sancto honor, potentia, ac gloria in omnia secula seculorum: Amen.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, AD EPICTETVM EPISCOPVM

CORINTHIORVM EPISTOLA

CONTRA HÆRETICOS.

DOMINO DILECTO FRATRI ET DESIDERATISSIMO in sacris collegæ Epicteto, Athanasius in Domino. S.



GO Arbitrabar, omnium (quotquot vnquam fuere) hæreticorum inanem garrulitatem, Nicæno concilio sedatam esse. Nam fides, quæ inibi à Patribus secundum sacras scripturas tradita, & confessionibus confirmata est, satis mihi idonea efficacique videbatur ad omnem impietatem euertendam, & pietatem eius, quæ in Christo est fidei constituendam. Atque ideo diuersis conciliis per Galliam, & Hispanias, & Romæ celebratis, omnes, qui in eo cõtinentur fuere, istos lucifragas, qui sese etiamnum occultant, & quæ Arii sunt, sapiunt: Auxentium dico Mediolanensem, Ursacium, Valentem, & Gaium, Pannonem communi calculo vnus spiritus incitatu anathemate percusserunt, eò quod isti sibi nomina vendicauerint Synodorum, quum nulla sit in Catholica Ecclesia Synodus existimanda præter vnicam Nicænam, quæ omnium hæreseon profligatarum, ac in primis Arianæ trophæum habenda est. Neque id mirum quum huius hæreseos refutandæ gratia illa Synodus potissimum coacta fuerit. Qua igitur audacia sit, ut post tanti Concilij autoritatem, disceptationes aut quæstiones instituant? Quod si ex genere Arianorum sunt, nihil mirum, si quæ contra ipsos promulgata & scripta sint, calumniis oppugnent. Quemadmodum & Ethnici, quibus dum dicitur, Idola gentium aurum esse, & argentum opera manuum, doctrinam de diuina cruce, delirium existimant. Sin ex eorum numero sunt, qui, quum orthodoxorum speciem habeant, & amplecti videantur quæ à Patribus sunt edita, disputando tamen, ea subuertere moliantur, nihil aliud faciunt, quàm proximum suum portant subuersione lutulèta, verborum pugnis digladiantes, non ad alicuius utilitatem, sed ad ruinam hominum simpliciorum, Hæc tum demum mihi visum est scribere, postquam incidissem in commentarios à tua sanctitate compositos, qui vtinam nunquam scripti essent, quo prorsus nulla eorum apud posteros relinquatur memoria. Quis ista audiuit, quis docuit, aut didicit? Ex Sion enim prodibit lex, & Verbū Domini de Hierusalem. Hæc autem quando prodierunt, imo quis infernus ista eructauit? ut cõsubstantiale dicant corpus ex Maria genitum cum Verbi diuinitate: aut Verbum in carnè & ossa, co-

stas, neruos, & prorsus in corpus cõmutatū esse, & à sua natura degenerasse? Quis ista in Ecclesia, aut à Christianis audiuit: fictionem non reuera, Deum Verbū corpus esse factū? Aut quis ita impius fuit, ut vel verbis diceret, vel animo cogitaret, ipsam Deitatem, quæ patri est cõsubstantialis, circuncisam fuisse, & ex perfecta, imperfectam esse redditam, & illud corpus quod in cruce pependit, non corpus humanum, sed ipsam opificem rerum Sapientiam fuisse? Quis item audiens, eum, non ex Maria, sed ex sua sibi natura corpus finxisse, talia loquentem pro Christiano habeat? Quis istam nefariam excogitauit impietatem, ut huiusmodi vel cogitatione conciperet, vel verbis exprimeret, ut asserant, eum qui dicit ex Maria editum esse Dominicū corpus, non iam Trinitatem, sed quaternitatem in Deitate constituere, ac proinde eos qui ita sentiunt, eosdem & carnem dicere quam ex Maria induit Saluator, esse substantiæ Trinitatis? Vnde nobis nonnulli eructauerunt parem cum superiori impietatem, ut iactent non minoris esse ætatis corpus Deitatis Verbi, sed id ei cõæternum perpetuò fuisse, eò quod ex substantia sapientiæ constat sit. Quomodo ij qui nomine Christiano censentur, ambigere ausi sunt, sit ne Dominus ex maria editus substantia Deus & natura Filius Dei? corpore autem ex semine David, & ex carne Mariæ? Quinam vsque adeo audace, ut negent eum, qui carne passus est, & crucifixus, Christū fuisse? Aut cur denique affectant Christiani hominis vocabum qui dicunt Verbum ita in sanctum hominē, ut in aliquem ex Prophetis descendisse, ipsum tamen Verbum nequaquam hominem esse factum, desumpto ex Maria corpore, sed alium esse Christum, alium Filium Dei, qui ante Mariam & ante secula extiterat Filius Patris? Aut qui (quæso) Christiano nomine censerentur, qui asserunt, alium esse Filium, aliud esse Verbum Dei? & hæc quoque erant in tuis commentariis, aliter quidem dicta, sed tamen quæ & eandem sententiā, & eandem vim ad impietatem haberent. Ob instantane disceptabant, & decertabant inter se qui sese offerebant de confessione Patrum in Nicæna Synodo? Ego autē demiratus sum tuā pietatem hæc sustinuisse, quod nõ simul & istos cõpescuerit, & ipiam fidē illis proposuerit, ut iis auditis vel in quietē se darent, vel si inquieti cõtradicerent, hæretici homi-

Arii heretores.

Trophæum aduersus Arianos reportauit vnica synodus Nycæna.

Psal. 113.

Psa. 2.

Verbum Dei non est in corpore cõmutatum

confiteantur se errasse, qui prius inficiati sunt, eum qui in cruce erat, Deum fuisse, fidem habentes cunctis scripturis, & in primis Thomæ, qui postquam viderat in eo clauorum signa, exclamauit, Dominus meus, & Deus meus. Dominus enim & Deus gloriæ filius in corpore erat cruci affixo, & ignominiosè habito: corpus quidem, cruciatus patiebatur, fluxitque ab illius latere sanguis & aqua, idè tamen, quia templum Verbi, Deitate adimplebatur: ideòque factum, vt sol conspiciens suum opificem in corpore indignè mulctato, radios contraxerit, terrasque inumbrauerit. Corpus porro mortalis naturæ, supra naturam suam per Verbū, quod in ipso erat, resurrexit, & desit à sua naturali corruptibilitate: & induto vero, quod supra hominè erat Verbo incorruptibile redditum est. Iam, quod nonnulli falsò imaginantur & dicunt, quòd vt Verbum in singulos Prophetas venit, ita quoque in Mariæ filium venisse, superfluum est in illis refutandis velle operam sumere, quum eorū stultitia manifestam sui damnationem præ se ferat. Si enim Verbum ad eum modum venit, cur ex virgine (quæso) ac non ex viro & muliere prodiit: ita enim quisque Sanctorum genitus est. Aut cur, si ea ratione venit, non ipsius tantum, sed omnium mortes dicantur pro nobis fuisse tollerata? Cur item, cum ad singulos Prophetas Verbum deuenerit, solum duntaxat de Mariæ filio prædicatur, semel cum in consummatione seculorum vèturum esse? Aut, cur ita veniente Verbo, vt ad priores illos Sanctos venerat, omnes quotquot erant, vita perfuncti sunt, & nemo omnium nisi Mariæ filius intra triduum resurrexit? Aut cur denique fit, vt Verbo pro aliorum ratione in Christum veniente, ipse solus Emanuel appelletur, veluti corpore diuinitatis pleno, ac proinde deificato, cum Emanuel nihil aliud sit, quam nobiscum Deus? Aut cur, si ita venit, cum vnusquisque Sanctorum comederit, esurierit, laborauerit, mortuus sit, non dicitur eodem modo quo ipse, comeditisse, esuriisse, laborasse, vita perfunctum esse, sed de solo Mariæ filio peculiari ratione id dicitur? Quæcunque enim tolerauit illius corpus, hæc de ipso, tanquam eadè tolerante, prædicantur. Iam de reliquis omnibus id tantum dicitur, quòd vel creati, vel geniti sunt: de solo autè Mariæ filio scriptum est, Verbum caro factum est. Ex quibus ostenditur, ad reliquos quidem Sanctos Verbum factum esse prophetandi gratia: ex Maria autem, ipsum Verbum carne assumpta hominem prodiisse: ita tamen, vt natura substantiæque Verbum Dei remanserit, secundum carnem verò ex semine Dauidis, & ex carne Mariæ, homo genitus prodierit, vt à Paulo dictum est, quem Pater declarauit in Iordane, atque itidem in monte per hæc verba, Hic est Filius meus ille dilectus, in quo mihi gratulor. Hunc quidem Ariani abnegauerunt: nos autem verè eum agnoscentes, adoramus: non, quod filium à Verbo segregemus, sed quia eundem hunc esse agnoscimus, per quem omnia facta sunt, & per quem nos liberati sumus. Quapropter admirationi mihi est, qui in rebus ita manifestis hæc cōtrouersia obnasci potuit: sed Gratia sit Deo, quòd quantum doluimus, tantum rursus exhilarati sumus. exitu ac euentu rerum istarum. Cum concordia enim discesserūt, pacificati inter se piæ & orthodoxe fidei confessione. Ea certe res me multum prius

hæsitantem, ad hæc pauca scribenda cōpulsit. Verbar enim, ne ex taciturnitate, pro gaudio, tristitia illis oboriretur, qui ex concordia ista consensuque causam latitiæ nobis suppeditat. Postulo igitur primum à tua pietate: secundo ab auditoribus, vt hæc cum conscientia bona recipiatis, & si quid ad pietatem deest, vt & id corrigatis, mihi que indicetis. Quòd si, velut ab illiterato, non pro dignitate rei, nec satis accuratè ista sint scripta, veniam detis scribentis imbecillitati.

Expositio fidei.

Credimus in vnum ingenitum Deum Patrem omnipotentem, omnium creatorem, visibiliū pariter & inuisibiliū, qui ex se habet quod est. Et in vnum vnigenitum verbum, Sapientiam, filiū ex Patre ininitialiter & perpetuo genitum. Verbū porro non elocutione pronunciatum, aut cogitatione in animo conceptum, non deriuatum à perfecto, neque item segmētum aut partem impatibilis illius naturæ, neque quod inde productū sit, aut emanauerit, sed filium perfectū, viuētem, vi agendi præditum, veram imaginem Patris, vt quemadmodum veneratur Patrem, ita quoque venerentur & filium, Deum verū, ex Deo vero profatum, vt inquit in sua Catholica Ioannes, Et sumus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna, omni potēs ex omnipotēte: Omnibus enim quibus imperat & dominatur pater, imperat & dominatur quoque filius, & totus ex toto similis Patri, vt & Dominus testatur, Qui videt me, videt & Patrem meum. Genitus autem est ineffabiliter & incomprehensibiliter: generationē enim eius quis enarrabit? quod idem est ac si diceret, Nullus. Qui in consummatione seculorum descēdens è sinu patris ex impolluta Maria virgine nostrum assumpsit hominem Iesum Christū, quem pro nobis passioni tradidit, sponte ac sua ipsius volūtate, vt ait Dominus, Nemo tollit animam meam à me: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo sumendi illā ipsam. In eo igitur homine cruci affixo, & mortuo pro nobis, resurrexit à mortuis, assumptusque est in cælum. Idēque nobis, vbi creatus esset, initium viarum extitit, & cum in terris versaretur, ex tenebris, lucem: ex errore, salutē: ex mortuis vitam, ingressumque in paradysum confecit, ex qua Adam eiectus fuit: in quā rursus Adam intrauit per latronē, vt inquit Dominus, Hodie mecum eris in paradiso, in quā ipse quoque Paulus ingressus fuit, adscēsumque Deus in cælos muniuit, quòd præcursor homo, qui in eo fuit, pro nobis introiit, in quo homine iudicaturus est viuos & mortuos.

ECredimus itidem in Spiritum sanctū, omnia operantem, excommunicantes omnes qui contra hæc dogmata sentiunt. Neque Filio Patre eum esse sentimus, vt Sabelliani, qui dicunt, eum vnus substantiæ, non consubstantialem, eo ipso tollentes Filiū: neque patibile corpus, quod Filius gestauit, pro vniuersi mundi salute; Patri attribuimus, neque tres substantias seorsum distinctas, vt corporaliter in hominibus sit, cogitamus, ne deorum pluralitatem ad instar gentium sapere videamur: sed veluti ex fonte fluuius exortus non diuiditur, tametsi si duæ sint species, duo sint nomina. Neque enim Pater filius est, neque filius Pater: nam & pater Filij Pater est, & Filius Patris Filius est: vt enim fons, fluuius

fluuius non est: neque ediuerso fluuius, fons est: vterque tamen vna & eadem aqua, quæ ex fonte in flumen propagatur: ita quoque ex Patre in Filium Deitas perenniter & indiuisim continuatur. Ait enim Dominus, Ex Patre egressus sum & venio: apud Patrem tamen semper existit, qui est in sinu Patris: nunquam autem exinanitus est, Filij Deitate, Patris sinus. Ait enim: Ego eram apud eum, moderans omnia. Cæterū, absit, vt opinemur conditum aliquid esse aut creatum, aut ex nihilo prodiisse creatorem omnium Deum, eundemque Dei Filium existentem ab existente: & vnicum ex vnico, cui, vt ab æterno ex Patre genito, par gloria, & potestas: Quisquis enim vidit Filium, vidit & Patrem. Liquet igitur omnia à Filio creata esse, sed Filium nequaquam creaturam esse, vt Paulus de Domino locutus est: In eo scilicet creata esse omnia, eumque esse ante omnia. Vbi non dixit eum ante omnia creatū fuisse, sed eum ante omnia existere. Verbum certe creationis de omnibus dictū est: esse autem ante omnia, soli Filio congruit, & adaptabile est. Genitum igitur quiddam secundum naturam, & perfectum ex perfecto existit, ante colles natus, hoc est, ante omnem substantiam rationalem & intellectualem, vt & alibi dicitur, Primogenitus est omnis creaturæ. Verum illum primogenitum non creaturā dicit, sed fœtum Patris: peregrinum enim est & alienum à Trinitate, si dicatur creatura, quoniam omnia creata sunt à Patre per eum, & solus Filius è Patre genitus est, ideòque primogenitus est omnis creaturæ Deus Verbum, incommutabilis ex incommutabili. Ipsum autem corpus quod propter nos gestauit, creatura censendum est, de quo loquitur Hieremias secundum septuaginta traditionem: Dominus nobis creauit ad plantationem salutem nouam, in qua salute venient homines: secundum Aquilam verò illud dictum ita se habet, creauit Dominus nouum in fœmina. Porro, quæ creata est nobis in plantationem Iesus est, salus noua & non vetusta, qui pro salute nostra factus est homo, vt interpretatio nominis præ se fert: aliquatenus execratio, aliquatenus Saluator. Est autem ex Salvatore salus, quemadmodum ex lumine illuminatio. Salus igitur ex Salvatore increato noua (quemadmodum inquit Hieremias) nouam nobis salutem creauit, & vt Aquila ait, Creauit Dominus nouum in fœmina, hoc est, in Maria. Nihil enim conditum est nouum in fœmina, nisi quòd ex Maria Virgine editum est sine cōmercio Veneris Dominicum corpus, vt in Proverbiis ex persona Filij dictum est, Deus creauit me in principio viarum suarum, ad opera manuum ipsius: non autem dicit, ante opera creauit me, ne quis ad Deitatem Verbi, illud dictum desumat. Vtraque igitur ea, quæ de creatione dicta sunt, corporaliter ad Iesum referuntur. Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram, exhibuit, conditus est, vt esset initium viarum: per hunc enim ad Patrem accessum habemus, quoniam ipse est via

quæ ad Patrem nos ducit: via nimirum, corporeū quiddam est, quod visui subiacet, quæ est ipse Dominus homo. Omnia igitur creauit Dei Verbum, ipsum tamen creatura non est, sed genitum quiddam: Nihil enim creaturæ quicquam condidit æquale aut simile sibi ipsi. Patris autem proprium est, gignere: artificis vero, condere. Corpus igitur quod nostri causa gestauit Dominus, opus est & creatura, idque genitū est nobis, vt inquit Paulus, Ex Deo Sapientia, & Sanctificatio, & iustitia, & redemptio: Atqui ante nos & omnes res creatas, Verbum Sapientia Patris erat, & est: Cæterum, Spiritus Sanctus progressio Patris, semper est in manibus Patris, qui eum mittit: & in manibus Filij, qui eum gestat, per quem omnia repleuit. Pater cōtinens in se essendi facultatem, genuit Filiū, non condidit, quasi fluuium quendam ex fonte, & & germen ex radice, & radium è lumine, quas res ipsa natura agnoscit indiscretas esse, per quem Patri gloria, & imperium in secula seculorū, Amen.

LIBERII ROMANI EPISTOLA

ad eundem Athanasium, Deum Verbum, perfectum hominem assumpsisse.

EST igitur nostra confessio optatissime Athanasi, Verbum Dei Filium, secundum naturam, ex Deo eodemque Patre suo genitum esse, non creatū, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indefinēter regnum obtinere in infinita secula, Amen. Spiritum quoque Sanctum verè ex Deo naturaliter Deum, indiuisibilem à Deo, secundū Diuinas scripturas: vt sit verè Pater, verè Filius, & verè Spiritus Sanctus, neque transferri debere vnumquodque nomen à suo significato, cui assignatum est, quòd vera sit Trinitas sub vna Deitate, sub vna potestate, & vna substantia. Non enim dicitur Filius aut Spiritus Sanctus à Patria substantiā, quæ implet cælum & terram. Est igitur, vt dixi, Trinitas in vna substantia non diuisa, sed per essentiam vna, Deitate vna, Potentia vna & regno vna, vna quoque gloria, vna item imagine, vna denique Spiritu: Spiritus enim non diuiditur. Anathema igitur dices Sabellij & Arrij dogmata, & supra annotatas hæreses, ad æternam pœnam, secundū Saluatoris vocem. Huic igitur cōfessionem frater Athanasi, quæ vera Fides in Sacta Catholica & Apostolica Ecclesia censetur, si mecum sentis coram iudice Deo & Christo (quæso) subscribas, quòd certiores reddamur, num eiusdem nobiscum suffragij sis, eademque statuas de vera Fide, vt & ego securior efficiar, tuaque mandata inhæsitanter obeam. Id tibi quoque cognitum velim charissime filios veritatis confiteri impatibilem esse Deitatem, & de aduentu Verbi & Dei in carne ita sentire: Verbum scilicet genitum ex Patre Deo, hominem perfectū absque peccato assumpsisse ex Maria Virgine secundum Euangelia, in Christo Iesu, Amen.

Corpus Christi templum Verbi.

Emanuel

Ioan. I.

Mar. 9.

Ioan. 15.

Ioan. 14.

Rom. 11.

Dei filius non est creatura.

Christi corpus est creatura. Hier. 31.

Ioan. 14.

Prou. 8.

Via ad Patrem Christus est.

Luc. 14.

Sabelliani.

I. Cor. 8.

ATHANASII RESCRIPTVM AD

LIBERIVM EPISCOPVM ROMANVM, QVOD PERFECTVM HOMINEM ASSVMPERIT DEVS VERBVM



Vnus Deus, immortalis, inuisibilis, intaetilis, eo quod Deus sit Spiritus, idemque loco incomprehensibilis, neque vsquam est regio ubi non existat. Huius Verbum, immortalis Sapientia est incorruptibilis, inuisibilis, idemque Filius primogenitus, operum socius, principio carens, impalpabilis, cui nullum aetatis aut initium aut finis, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hic est qui finxit hominem, hic est qui rationem fabricandae arcae ostendit, hic est qui pollicitationes Abrahamae fecit, hic est qui descendit ut populum seruaret, qui Mosi legem dedit, hic est deus Abrahamae, Isaac & Iacob, qui in Prophetis locutus est hic est, qui composuit nouum & vetus Testamentum, qui in ultimis diebus carnem ex Virgine mortalem assumpsit, cum ipse interim immortalis esset: eandemque imbecillum, ipse minime imbecillus: obnoxia mortis, ipse nulli obnoxius: visibilem, ipse inuisibilis. Illa, inquam, caro suspensa est in cruce, non ipse: in illa omnes humanas passiones, ut homo sustinuit, non ipse. Ipse enim est Dei virtus, hoc est, Deus, qui infernum expugnauit, & imperium diaboli demolitus est, qui Deus in descendendo, Deus in ascendendo, corpus suum a morte excitatum Patri representauit, ac vindicauit a morte, sub cuius imperio tenebatur. In Filio Patrem intelligimus, cum vnus cum eo sit, Deitate, potentia, essentia, substantia, gloria, Dei appellatione, & in Patre Filium quoque agnoscimus. Hic est, qui, ubi assumpsit carnem, Iesus vocatus est quatenus homo fuit, hoc est assumpsit hominem in seipso, in quo omnis plenitudo Deitatis inhabitat corporaliter. Hunc existimamus non segregatum a Patre aut Sancto Spiritu, neque tamen ita, ut dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita vnus Deus Pater omnipotens a nobis creditur: ideoque Fides nostra est, in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in Filium eius Dominum nostrum, & in Spiritum Sanctum, eosque ex vnitatem vna, potentia vna, substantia vna, essentia vna, gloria vna, dominatione vna, regno vno, imagine Trinitatis vna, consubstantialia esse credimus, per quem omnia facta sunt. Ita quoque in carnis resurrectione credimus, hoc est, corpus nostrum secundum sacras scripturas ex corruptibili mortalique, in incorruptibilitatem & immortalitatem a Deo mutandam esse, Amen.

Gen. 1.
Gen. 6.
Exo. 20.

Eiusdem ad Antiochenes Tomus duodecimus.

Charissimis & optatissimis sacrorum ministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio & Anatolio, Athanasius caeterique Episcopi, qui iam Alexandriae ex Italia, Arabia, Aegypto & Lybia hic adsunt, Eusebius, Asterius, Gaius, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermæon, Marcus, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mynias, Georgius, Lucius, Macaris reliquique deinceps in Christo, Salutem plurimam. Perualum habemus, vos, cum sitis ministri Dei ac bo-

ni dispensatores, idoneos aptosque esse ad Ecclesiae negocia temperanda. Caeterum, quia ad nos allatum est, plurimos superiori tempore per contentionem disgregatos a vobis, pacem iam optare, plurimos item a vecordi Arianorum secta deficientes, vobiscum communionem affectare, necessarium visum est, ut ea quae a nobis nostrisque dilectis scripta essent, Eusebio, Asterio, vestrae bonitati insinuare, qui & ipsi estis dilecti, & verè nobis desideratissimi sacrorum comministri, nimirum laetos quidem nos esse de hac fama, sed tamen magnopere cupere, ut eos qui adhuc in schismate haerent, segregati a vobis, qui cum Arianis coetus faciunt, relinere curetis ab istiusmodi infamia, ut omnes omnibus in locis praedicent vnum Dominum, vnam Fidem. Quid enim ita pulchrum prout Psalmographus inquit, aut quid ita delectabile, quam habitare fratres in vnum? Nam ita quoque fieri abitarum, ut & Deus nobiscum habitet, cuius haec verba sunt, Habitabo in eis, & versabor inter eos, & coloniam meam ibi habebit, quoniam elegi eam: Ita quoque quodammodo fit, vbi vna Fides & religio praedicatur. Vellemus equidem nos Aegyptij, vna cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio, multis de causis isthuc venire, ac imprimis eius rei gratia, ut vestros affectus amplecteremur, fruermurque in commune istiusmodi pace & concordia: verum, quia, ut in alia epistola indicauimus, & ex comministris nostris intelligere potestis, detinemur magnopere Ecclesiasticis necessitatibus, idque non sine dolore nostro: ideo volumus comministros nostros in rebus sacris, Asterium & Eusebium, in vicem nostri isthuc pergere, ac vos inuisere. Gratiam igitur ago eorum pietati, quod, cum ipsis liceret deproperare ad suas dioeceses, istam tamen professionem ad vos, omnibus rebus suis anteposuerunt, idque in usum vrgentis Ecclesiastici negocij. Cum igitur istud inter nos decretum esset, memetipsum non parum consolatus sum, quasi illis isthic praesentibus, ego quoque vna isthic praesens interesssem. Omnes igitur qui vobiscum pacifice agere volunt: imprimis autem illos, qui in veteris Ecclesiae comunione fuerunt, deinde qui ab Arianis redierunt, elicite ad vos, eosque ut patres, assumite: & ut magistri & tutores, recipite, coaptates vos interim dilecto nostro Paulino eiusque sociis: nihilque amplius ab illis exigatis, quam ut execrentur Arianorum haeresim, confiteanturque Sanctorum Patrum in Nicæa fidem. Execrenturque item eos, qui dicunt Spiritum Sanctum esse creaturam, & diuisum ex substantia Christi. Id enim verè est resilire a scelerata factione Arianorum, si non diuidas Sanctam Trinitatem, nec dicas aliquid eius esse creatum. Nam qui simulanter sese iactant de confessione Nicænae Fidei, atque interim audent blasphemias dicere contra Spiritum Sanctum, nihil aliud praestant, quam quod Arianam haeresim verbis inficiuntur, animo sensuque retineant. Anathemate quoque inuratur Sabellij & Pauli Samosatensis impietas, Valentini item & Basilidis infamia, & Manichæorum stoliditas: quod si fit, omnis apud omnes suspicio dele-

*Psalm. 133.
Eccl. 4.
41.*

*Ab Arianis
siliam
thodæ
quibus
dionis
haereticis
respij
tes ab
clis
pi debet*

delebitur, & sola Catholicae Ecclesiae Fides pura apparebit. Quod autem hanc fidem tenemus nos, & qui perpetuo nobiscum communionem vsurparunt, nec vos, nec alium quenquam latere arbitramur. Caeterum quia cum volentibus volupe est coniungi, ut quidem libenter cum omnibus, ita vero imprimis iis, qui in veteri Ecclesia conuentus agebant. Et quia potissimum Dominum glorificamus, cum de omnibus, tum praecipue de hoc eximio proposito visum est nobis vos cohortari, ut sub istis conditionibus ineamur concordia, ita ut nihil ulterius quam praedictum est, vel illi, qui ex veteri Ecclesia sunt, a vobis flagitent: vel illi, qui cum Paulino sunt, aliud praeterquam quod inter Nicæni concilij decreta reperitur, adiciant: & tabellas, quas nonnulli iactant, quasi in Sardinensi synodo de Fide conscriptas, ne legi quidem semel, aut proferri sinatis. Nihil enim tale concilium definiuit. Quauis enim certi homines, nonnulla, quasi quae desessent Nicæno concilio, ascribere vellent, idque acriter contenderent, sancta tamen synodus quae Sardis conuenit, indigne id tulit, decretoque fanciuit, ne quid ulterius de Fide scriberetur, & sese contentos esse Nicæna fide declarauerunt: ut cui nihil deesset, & in qua integra & solida pietas contineretur: neque edendam esse aliam professionem Fidei, ne illa quae Nicæna scripta est, suos numeros non habere videretur, neque illis, quibus libido est, semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, ut iterum atque iterum de Fide definiant. Quapropter, si quis haec aut aliud quippiam cauillabitur, compescite illos, & ad studium pacis inducite: nihil enim in istis agnoscere possimus, nisi solam contentiositatem. Illis enim, qui nonnullos inculcabant, ut trium hypostaseon affirmatores, ac proinde suspectae videri possent, authores fuimus ne amplius in Nicænam confessionem inquirerent. Sed tamen de istis ob peruicaciam rixandi quaestio est habita, interrogatique sunt, num pro Arianorum sententia, alienas peregrinasque, ac diuersae se inuicem substantiae, personas esse velint, & vnaquamque hypostasim per se ac seorsum diuisam esse pro ratione caeterarum creaturarum, eorumque qui ex hominibus nascuntur existimerent: an hic intelligant diuersas res, quale est aurum, argentum, aes: an, ut alij haeretici, sub istis vocibus tria principia & tres maximos deos constituant. Caeterum illi affirmabant, se ita nec dixisse nec sensisse. Percunctantibus autem nobis, qua ratione igitur ista dicerent, aut cur omnino istiusmodi vocabulis vterentur, responsum dederunt, sese in Trinitatem credere, non quae nomine tenus Trinitas, sed quae verè Trinitas esset & subsisteret: & Patrem, ut qui verè esset & subsisteret: & Filium, ut inexistentem & subsistentem: & Spiritum Sanctum, ut subsistentem & existentem agnoscere: non tamen se dixisse tres deos aut tria principia, imò ne toleraturos quidem, si quis tale quippiam aut dicat aut sentiat: sed se scire esse sanctam Trinitatem, ut tamen vna sit Deitas, & vnum principium, & Filium se agnoscere esse coessentialem suo Patri, ut dixerunt Patres: & Spiritum sanctum non creaturam, neque alienum, sed proprium & indisgregatum ab essentia Patris & Filij. Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos exami-

** Contentionem.*

Trinitas.

nauiumus, qui ab istis in culpam deuocabatur, quasi qui dicerent, esse vitam hypostasim, sciscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur, ut sublatos vellent ex Trinitate Filium & Spiritum Sanctum, quasi Filius essentia careat, aut Spiritus Sanctus non subsisteret. Qui & ipsi quoque affirmarunt, neque se ita dicere, neque se ita sensisse vnquam, sed eos intelligere idem esse cum *ἰσοστασι*: vnam autem ideo sese hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturae: vnam enim sese Deitatem, & vnam naturam credere, neque aliam Patris, aliam Filij, aut Spiritus sancti esse naturam: Quinimò & illi qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cum istis in eandem sententiam conuenissent, vicissimque illi qui vnam hypostasim assueuerant, istorum interpretationi acquiescerunt, & ambae factiones pariter Arium execratae sunt ut Christi hostem, Sabelliumque & Paulum Samosatensem, ut impios: Valentinum item & Basilidem, ut alienos a veritate: Manichæumque, ut malorum machinatorum. Omnes denique Dei gratia post istiusmodi verborum interpretationem, optimam & exactissimam fidei esse, quae Nicæna Patres instituisent, approbarunt, eiusque synodi verba sufficere, ac ante omnium in usum esse deducenda, constituerunt. Quinimò etiam de negotio dispensationeque carnis nostri Saluatoris, quum super ea re quoque nonnulli cum aliis contentionem mouerent, & hos & illos examinari subiecimus, & quod isti profitebantur, hoc & illi quoque suffragio assensuque prosequuti sumus: nempe, non ea ratione qua ad Prophetas factum est verbum domini, factum esse Verbum & aduenisse in Christum sub finem seculorum: sed ipsum Verbum carnem esse factum: & cum esset in forma Dei, formam serui assumpsisse, & ex Maria, quantum ad carnem attinet, hominem esse genitum, hominum gratia: eoque modo solide & integre humanum genus liberatum a peccatis in ipso, & viuificatum a morte, introduci in regnum caelorum. Et hoc quoque itidem confitebantur, quod non corpus inanimatum, aut cogitationis aut mentis expertis, Saluator habuerit: Non enim possibile erat, ut Domino propter nos homine facto, corpus eius sine mente existeret. Non enim corpori duntaxat, sed & animae quoque nostrae per ipsum Verbum salus est conciliata: Idemque qui verè esset Filius Dei, Filius hominis factus est: & qui esset vnigenitus Dei Filius factus est primogenitus in multis fratribus. Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abraham, neque alius dum Lazarum excitaret, neque alius qui interrogaret de eo ubi situs esset, sed idem ille ipse erat: corporaliter quidem, ut homo expues: diuinitus vero, ut Dei Filius oculos aperiens eius, qui a natiuitate caecus fuerat. Et carne quidem patiens, ut Petrus dixit: diuinitus tamen, monumenta adaperiens & mortuos excitans. Ex quibus omnia, quae in Euangelio sunt, ita intelligentes, affirmauerunt se idem sentire de incarnatione & humana natura a Dei Verbo assumpta. Cum igitur istiusmodi illorum fuerit confessio, adhortamur vos, ne eos, qui ita contententur, talemque interpretationem suae confessioni accommodant, temere condemnare aut reicere velitis, sed potius, admissa illorum excusatione, recipiendos putetis.

Sabellianum dogma.

ἰσοστασι.

In trinitate tres hypostases

Verbum domini serui formam assumpsit.

Rom. 8.

Exhortatio.

Eos contrà, qui talem confessionē non edunt, neq; tali interpretatione in istis verbis vtuntur, arce-
 re vos vellemus & auerſari vt ſuſpectæ mentis ho-
 mines. Cæterum, cum iſtos tolerandos non cenſe-
 bitis, conſuletis illis qui rectè interpretantur & re-
 ctè ſentiunt, ne vltior vlla inter vos adhibeatur
 diſquiſitio, nèue verborum pugnis ſtudeatis ad
 nullam proſus vtilitatem, ſed ſenſus cogitationeſ-
 que pietatis exhibete. Nam qui ita affecti non ſint,
 ſed tantummodo ſuper iſtiusmodi voculis contē-
 tioſè rixantur, & aliud quippiam, præterquã quod
 Nicææ ſcriptum eſt, requirunt, hi profectò nihil
 aliud agunt, quàm quòd proximis ſuis turbidam
 ſubuerſionem propinant, vt inimici & diſcordiarū
 ſchiſmatumque æmulatores. Sed vos, ô boni & fi-
 deles ſerui & diſpenſatores Domini, eos, qui ſcan-
 dala & peregrina inferunt, compeſcite & arcete, &
 præ omnibus antepone ſtiusmodi pacem que ſa-
 næ Fidei eſt. Forſitã Dominus miſertus noſtri, co-
 aptabit quæ ſunt hiuſca & diuiſa, atque vnum ouile
 reformabit, quò vnum habeamus ducem Dominū
 noſtrum Ieſum Chriſtum. Hæc quidem nos: tum
 quia nefas eſt, quicquam vltra Nicænum conciliū
 requirere, aut cōtentioſas ſententias recipere: tum,
 vel ob pacem ſolum, & ne qui rectè ſentiunt, pro
 reuiculis habeantur: ad iſtum modum cenſuimus,
 & eorum confessionem, qualis fuerit, nos, qui reli-
 cti ſumus Alexandria, paucis indicauimus, idq; in
 commune vnà cum reliquis comministris ſacrorū,
 Aſterio & Eufebio: Nam reliqui ex noſtris, quiſq;
 in ſuas prouincias abierunt. Vos rursus in commu-
 ne, vbi ſoleris conuentus agere, iſta iubebitis pro-
 mulgari, eoque omnes euocate. Æquum enim eſt,
 vt eo in loco primum epiſtola recitetur, ibidēmq;
 omnes qui pacem amant, inter ſe conciliantur, ac
 deinde vbi conciliati fuerint, vbicunq; populis
 videbitur, præſente quoque veſtra humanitate ſy-
 naxis celebretur, & Dominus publicè ab omnibus
 glorificetur. Salutant vos fratres illi qui mecum hic
 agunt: bene valete: & noſtri memoriam in Domi-
 no facite. Ego Athanaſius cæteriſque Epiſcopi, in
 hoc conuentu præſentes, epiſtolæ ſubſcripſimus,
 idēmq; ab illis factum eſt, qui huc legati venerāt,
 inter quos, à Lucifero Sardiniaꝝ inſulæ Epiſcopo,
 diaconi duo Herennius & Agapetus: à Paulino
 verò, Maximus & Calemerus, qui & ipſi diaconi
 ſunt. Aderant & aliquot monachi Epiſcopi Aſol-
 linaris in hoc ipſum miſſi: Epiſcoporum nomina,
 ad quos epiſtola cōſcripta eſt, ſunt hi, Eufebius Bir-
 gillelorum ciuitatis Galliaꝝ, Lucifer Sardiniaꝝ inſu-
 læ, Aſterius petraꝝ Arabæorum, Cymatius palti
 Cæloſyriaꝝ, Anatolius Euboiaꝝ. Cæterum, qui epi-
 ſtolam ſcripſerunt, ſunt iſti: Papa Athanaſius, &
 qui cum illo Alexandriaꝝ fuerunt, ipſe quoq; Eu-
 ſebius inter eos eſt, Aſterius item, reliqui Gaius ex
 Paratonio proximo Lybiaꝝ Phragonis, & partis al-

terius Elearchiaꝝ Ægypti Ammonius Pachnem-
 neus, & ex reliqua Elearchia Ægypti Agathodamō
 Schedia, & Menelaiti, Epiſcopus Dracōtius paruaꝝ
 Hermopolis, Adelphius Nupheos quæ eſt Lichno-
 rum, Hermion Tancos, Marcus Zygorum proxi-
 me ad Lybiã, Theodorus Athrybeos, Andreas Ar-
 ſenoita, Paphnutius Saecos, Marcus philorum, Zoi-
 lus Andromenæ, Antiphron. His etiam Eufebius
 latine ſubſcripſit, quorum hæc interpretatio: Ego
 Eufebius Epiſcopus ſecundum exactam veſtram
 vtriuſque partis confessionem, qua in eandem ſen-
 tentiam inuicem conueniſtis: quantum attinet ad
 hypotaſes, fateor me quoque idem ſtatuerè, neq;
 in id ſolum calculum meum, addo, ſed etiam in in-
 carnationem Saluatoris noſtri, conſentio, eum vi-
 delicet cum Filius Dei eſſet, hominem eſſe factum:
 & excepto peccato, omnia, quæ veteris erant no-
 ſtræ humanitatis, aſſumpſiſſe, idque prout habet
 epiſtolæ argumentum, meis ſuffragiis confirmo.
 Deinde quia fama apud, exteros increbuit de tabel
 la Sardiniani concilij, ne ea vltra Nicænam Fidem
 decreta eſſe puteretur, meo ſuffragio denuncio, quò
 nihil luxamenti aut noxæ Nicænaꝝ Fidei inde ob-
 orietur, neque eam ea de cauſa proferendã cenſeo.
 Valere vos omnes in Chriſto exopto. Ego Aſte-
 rius, ſuperioribꝝ ſcriptis adſtipulor, & vos in Chri-
 ſto bene valere precor. Poſtquam autem volumen
 miſſum erat ex Alexandria, ita à viris, quorum ſu-
 perius mentio habita eſt, ſubſcriptum fuit. Poſtea
 quòque & ipſi ſubſcripſerūt, Ego Paulinus ita ſen-
 tio quemadmodum accepi à Patribus, Filium eſſe
 & ſubſiſtere perfectum: ſubſiſtere quoque Spiritū
 ſanctum, eumque perfectum eſſe. Quapropter ap-
 probo ſuperiorem interpretationem de tribus hy-
 poſtaſibus & vna hypotaſi, ſiue eſſentia: & eos qui
 ita cenſent, veros habeo, quum pium ſit ſentire &
 confiteri, Trinitatem in vna Deitate conſiſtere, &
 de incarnatione Verbi Patris propter nos facta, ita
 decerno, quemadmodum ſcriptum eſt ſecundum
 Ioannem, Verbum carnem eſſe factum, non autem,
 ſecundum impiſſimos homines, mutationem ſui
 Verbum paſſum eſſe, ſed noſtri gratia hominem eſ-
 ſe factum, & ex Maria Virgine Spiritu Sancto ge-
 nitum eſſe: & nequaquam inanimatum aut inſen-
 ſile, aut ſine mente corpus Saluatorē noſtrum ha-
 buiſſe: quippe, cum impoſſibile ſit Dominum pro-
 pter nos hominem factum, corpus habere ſine mē-
 te. Ideoque anathemate perſequor eos, qui confes-
 ſionem Fidei Nicænaꝝ vilipendunt, & qui negant
 Filium ex ſubſtantia Patris, aut coeſſentialem Patri
 exiſtere. Execror item eos qui dicūt, Spiritum Sā-
 ctum propter Filium creaturam eſſe factum: præ-
 terea Sabellij, Plotini, omnēmq; hæreſim anathe-
 matizo, incedens ſecūdum Nicænam Fidem, & ſe-
 cundum omnia ſuperiùs ſcripta. Valere vos opto
 ego Carterius.

Eufebij
confesſio
ſieri.

Paulini
diaconi
confesſio
de fide.

Sinaxi.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ DE ÆTERNA SVBſTANTIA FILII ET SPIRITVS
SANCTI CVM DEO, CONTRA GRÆGALES SABELLI. ORATIO.



Impietati
quomodo
reſſe dū.

IVDÆISMVS contrarius eſt genti-
 litati, neque tamen alterutra aut re-
 ligioſa aut pia: nam ambæ extra ve-
 ritatem cōſiſtunt. Siquidē & Baby-
 lonij bellum geſſerunt contra Ægy-
 ptios: aliique complures impij, aliiſ
 impiis inſeſti fuerunt. Ideoq; non ſufficit obſiſtere
 impietati, niſi in gratiã pietatis impietati obſiſtās.
 Multa & magna habent Iudæi, quæ contra Ido-
 latriam dicant, & iuſta dicunt, quum eos ex-
 cranant, quòd creaturã potius quàm creatori in-
 ſeruiant: ſed tamen non ideo, quia ſuperſtitionem
 inceſſunt, pro piis ſunt habendi, dum Filium Dei,
 per quem omnia creata ſunt, inſiciantur: iſq; qui
 per Filium Patrem venerantur, pluralitatem deo-
 rum obiectant. Atque hinc eſt, quòd ab Ethnicis
 diſceſſimus, & ſegregati ſumus, ne impuris idolo-
 latriis admiſceremur: diſceſſimus quoque à Iudæo-
 rum blaſphemia, dum Filium Dei agnoſcimus, &
 eam pernicioſam abnegationem euitamus, dicēte
 Domino noſtro, Quicumque abnegauerit me corã
 hominibus, abnegabo & ego eum coram Patre
 meo, qui eſt in cœlis. Nos porrò conſitemur Filiū
 ex Patre eſſe, & ſemper eum cum Patre eſſe: ipſi di-
 centi credimus, vbi inquit: Quicumque me con-
 feſſus fuerit coram hominibus, & conſitebor & ag-
 noſcam eum coram Patre meo qui eſt in cœlis.
 Quum igitur tale exemplar intueamur, ſub nomi-
 ne Chriſtianismi digreſſi à gentilitate, qui opera
 Dei, Deos appellare & adorare non verantur. Diſ-
 iungimur quoque à Iudaizantibus, qui Chriſtianif-
 mum in Iudaismum deprauant, & ab iis qui Deum
 ex Deo inſiciantes, Deum vnum, itidem vt Iudæi,
 prædicant, qui que non ideo quòd ſolus ſit increa-
 tus & ſolus fons Deitatis, ſolum Deum nominant,
 ſed quia infæcundiorem eum, magiſque ſterilem
 exiſtimant, quàm vt gignant viuens Verbum, & ſa-
 pientiam veram. Verbum enim illi tale aſcribunt,
 quale homines in ſua mente concipiunt: & ſapiē-
 tiam talē, qualis ea quæ noſtri animi eſt, attribuūt:
 ideoque vnã perſonam Deum cum Verbo aſſe-
 uerant: quemadmodum hominem vnum dicimus,
 cum ſua ratione verborumque in animo cōceptu,
 nihil plus quàm Iudæi ſentientes, qui Euangeliſ-
 tam non recipiunt ſtatim ab initio clamantem, In
 principio erat Verbum, & verbum erat apud Deū,
 & Deus erat verbum. Si enim Deus verbum in
 mente habet, non autem reuera ex ipſo genitum,
 vt Deum ex Deo, quomodo eſſe poterit apud Deū
 Verbum? aut quomodo Deus fuerit? Non enim
 Verbum in mente hominis conceptum, homo eſt
 apud hominem, cum nec viuat nec ſubſiſtat, ſed vi-
 ui duntaxat & ſubſiſtētis pectoris motus ſit, quod
 mox vt enuntiatum eſt, non ſubſiſtit: & ſapē vo-
 carum, nequaquam permanet, quum cōtrã Pſalmi-
 ſta vociferetur, Dei Verbum in a ternum permane-
 re, & in ea re illi ſuffragator & conſonus Euangeli-
 ſta eſt, cum Verbum Deum eſſe proſitetur, & mani-
 feſtatur eum annūciat, & adueniſſe indicat, & in-
 carnatum prædicat, non comprehendens, vnã cum
 Verbi incarnatione, ipſum Patrem. Verbum enim,

Matt. 10.

Matt. 10.

Chriſtia-
ni a gen-
tibus &
Iudæis ſe-
cluduntur
cur.

Verbum
quomodo
à ſabel-
lianis de-
ſcripſerunt.

Ioan. 1.
Abſurdū.

Pſal. 11.

Luc. 2.

inquit, caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vi-
 dimus gloria eius vt vnigeniti ex Patre, plenū gra-
 tia & veritate. Vnigenitum igitur Verbum in mū-
 do vides manifeſtatū, & in hominibus habitantē
 gloriamque illi attribui vt vnigeniti, à Patre: non,
 q; ipſe Pater ſit, aut Pater vnã cum Verbo ſeſe ma-
 niſtauerit, quemadmodū homo ſuo ipſius verbo
 manifeſtatur, quod nulla ratione apparere poteſt,
 niſi is, qui illud loquitur, in præſentia adſit. Quibus
 ergo potius crediderimus? illiſne qui Filium à Pa-
 tre non adueniſſe prædicant, an iis qui vnã perſo-
 nam Verbum cum Patre exiſtere aſſeuerant? Si
 enim vnã perſona eſt, cur altera emittit, altera emit-
 titur, & per carnem conſpicitur? quum Deum ne-
 mo viderit vnquam, ſed vnigenitus Filius qui eſt
 in ſinu Patris, ipſe enarrauit, & acceſſerit ad nos,
 ſuiſque Verbis ſui conſpectum exhibuerit: Quique
 ob iſtam ex ſeſe Patris cognitionem inter loquen-
 dum ſubiunxerit, Qui videt me, videt & Patrem
 meum, non ſeipſum Patrem dicens: qui enim id
 fieri poſſet? cum pater ſit inuiſibilis, ſed talem ſe
 dicit, qualis Pater eſt. Nam ſuperiùs dixerat, Si co-
 gnouiſſeris me, etiam patrē cognouiſſeris, dualita-
 tem perſonarum expreſſis verbis nobis declarans,
 quæ ex incommutabili Deitate agnoſci poterat.
 Quocirca qui dignus habetur conſpectu Filij, non
 fraudatur conſpectu Patris. Non enim genitor a-
 lienum diſſimilemque de ſe genuit, ſed ſibi cōſimi-
 lem. Si igitur vnū exiſtimas, cum reuera duo ſint,
 Pater & Filius, que tibi cum Eccleſiaſtica doctrina
 communio ſupereſt? quomodo voces Domini ex-
 cipies? Ego & Pater, inquit, vnum ſumus. Ac rur-
 ſum de Patre loquens, Ab eo, inquit, ſuum, & ille
 me emittit. Addit & tertium, Ego rogabo, inquit,
 Patrem, & alium conſolatorem dabit vobis. Cum
 igitur de ſe loquitur, ego inquit: cum de Patre ille
 dicit: cum de Spiritu Sancto, alium ſubiungit: cur
 non plane defectionis & apoſtaſiæ crimen ſit, ne-
 gare tria, & ſolum illum qui iſta loquutus eſt, vnū
 eſſe dicere: Non ſum ſolus, quoniam qui me miſit,
 Pater mecum eſt. Vtitur vero etiam legali & veri-
 dico verbo per quod oſtendit duos eſſe, ſe nimirum
 & Patrem, In lege, inquit, ſcriptum eſt, duorū ho-
 minum teſtimonium verum eſſe. Ego ſum, inquit,
 qui teſtimonium præbeo de meipſo, & teſtatur etiã
 de me, qui me miſit. Pater. En tibi duas perſonas. Et
 niſi dicas verè duos eſſe, cum hæc loquitur, nõ per-
 mittis teſtimonium verum exiſtere: id enim teſti-
 monium confirmat, ſi non ab vno, ſed ad duobus
 perhibeatur. Nam & teſtatus eſt è cœlo Pater di-
 cens, Hic eſt Filius meus dilectus: & ſeſe eſſe Fi-
 lium Dei, vnigenitus ipſe Filius conſeſtatū facit:
 & cum Patre ſermonem miſcens, manifeſtè in au-
 ribus hominum loquitur, Cōſiteor tibi Pater Do-
 mine cœli & terræ, quòd iſta occulta eſſe voluiſti ſa-
 pientibus & prudentibus, & reuelati ea paruulis,
 Næ Pater, quoniam ita placuit tibi. Omnia mihi
 data ſunt à Patre meo: Sed quidnã ad iſta reſpon-
 ſant iſti Iudaicę inſiciationis miniſtri, ne palam de-
 prehendantur aduerſari Euangelio Domini noſtri
 Ieſu Chriſti? Ad iſtum modum duas hypotaſes in-

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Io. 14.

Io. 14.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Num. 35.

Ioan. 15.

Pater &
filius duæ
ſunt per-
ſona.

Ioan. 3.

Matt. 11.

Ioan. 14.

ducunt, vt vnam in Patre Deo, alteram in Filio homine constituent. Vnde impietatem. Et quid istud differt à responsione Samosatensis? Dicant mihi (quæso) qua ratione hominibus ista de seipso ausus est loqui, Qui videt me, videt patrem? aut, qua ratione talia de seipso loquentē testimonio suo profertur Euangelista, vbi refert, qui dixerit patrem suum Deum esse, æquale se Deo faciens: Atqui, si Deus ex Deo est, fieri nequit, quin ratione naturæ paria habeat cum genitore suo, vt & Paulus testatur, qui non de humanitate eius, quum eam assumpsit, sed de iis quæ humanitatem tempore antecederent, explanationem facit: Qui, cum (inquit) in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Scimus autem, Dominum subinde humanitus loqui, sed non ea ratio in istis verbis, quum sic ait, Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. Non enim homo est ille, qui missus est in mundum, & qui dicit: Ex patre egressus sum, & venio: & qui dicit, Ita dilexit Deus mundum, vt & Filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui in eum crediderit, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et qui dicit, Descendi ex cælo, non, vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me. Cæterū, si vis eum audire humanitus loqui, & congruenter ad formam carnis quæ oculis patebat: & ad humanam speciem, quæ sola & mera in eo existimabatur, audi verba ipsius, Si ego de meipso testimonium perhibeo, testimonium meum verum non est. Neque enim fide dignum videtur, neque recepti mortis est, vt homo de seipso testimonium perhibeat. Cum autem dicit, Et si ego testimonium perhiberō de meipso, testimonium tamen meum verū est, quia scio vnde aduenerim, & quod abeam. Cum se & patrem enumerans, duos esse dicit qui de ipsius gloria testimonium ferāt, nequaquam humana loquitur, sed supra omnem humanam dignitatē. At, quid loquor de humana dignitate: supra angelicā maiestatem, supra principatus, supra potestates, supra dominationes sese effert. Qua enim ratione Deus cum homine connumerari potest? aut quæ inter eos affinitas aut communio? Sed quum dicit, Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, homo esse videtur. Recte tu quidem. Haber enim humanitatem sibi adiunctam Deitas illa, quæ in mundum venerat: sed ne ob prætextum carnis ignorares Deum, statim ita de seipso subiungit, & in hunc modum loquitur, Nemo cognoscit Filium nisi Pater, neque Patrem cognoscit quispiā nisi Filius, & nisi cui voluerit Filius reuelare. Agite huc ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos: & discite à me quoniam mansuetus sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum commodum est, & sarcina mea leuis est. Excluit istis verbis tuam calumniam Dominus, cum Deum se exhibeat in humana forma: quippe qui à solo Patre cognoscatur, & solum Patrem cognoscat, & iis qui digni sunt, sui ipsius & Patris cognitionem reuelat. Euocatque nos ad se, refocillationem ex se promittens, & iugum suum portare iubet. Hæc quum dicit, renudat suam Diuinitatem: & eximiam suam maiestatem, quæ sub parua forma occultatur, exponit: & supercælestem potestatem, sub terreno corporis operculo latentem, ostendit.

Ibidem.

Philip. 2.

Ioan. 15.

Ioan. 3.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Mat. 11.

Ioan. 14.

Mat. 11.

Mat. 11.

Sed quid opus decies millenas Diuinas Domini nostri Iesu Christi voces recēdere, quibus summo- uetur merito Samosatensis nouitas, qua Saluatorē nostrum non nisi merum hominē deblaterat, sum- moueturque vnā cum eo imitatorum ipsius irra- tionabilis negatio? Age ergo, paucorum testimo- niorum mentionem faciamus, Quis est qui ita lo- quitur, Non omnis qui mihi dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorū? Non hominis hoc verbum, sed Dei ostendentes genuinam sui ex Patre suo procreationem: atque ideo Domini titulum non recusat. Dominus enim est, qui ex solo domi- no est genitus, vt apud Moysen dictū inuenies, Pluit Dominus ignem à Domino. Item alibi ad Aposto- los dicit Saluator, Appellatis me Magistrum & Do- minum, & recte facitis, sum etenim, Alibi rursus Dominum sese paternæ familiæ ostendit, vt pote vnicus filius: Si patrem familiās Beelzebub nuncu- pauerunt, quāto magis domesticos nūcupauerint? Quapropter Iesum Christum Deum esse qui Do- minus sit vniuersorum, cuius manifestum est. Atq; ibi cum ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum (continuo subinfert, quibus Patrē suum intelligas) sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est. Habes igitur Filium, habes patrem, ne extimueris dualita- tem: natura enim distincti non sunt: neque item, qui de duobus loquitur, abalienat genitum à geni- tore. Neque ob alteram illam insaniam, qua dicit, vnam non posse esse duorum Deitatem, ideo nefas dictu existimaueris, vnum esse Deum, quia & Pater qui vnus est, sit Deus, & Filius qui alter est, sit Deus: quum ille vt pote Filius identitatem habeat cum patre, ipse interim tamen pater non est, sed vnus natura cum patre: vt duos quidem numero esse, vnam tamen in ambobus perfectam essentiam cō- stituas. Duos autē non bifidos ex duabus partibus, sed duos prorsus integros, eoque integer sit & perfectus Filius ex integro & perfecto Patre, cha- racter paternæ substantiæ, non inane Verbum abs- que substantia, sed viua potestas, authorque vitæ: non qualis hominis potestas, per quam homo po- tens dicitur. Non enim potestas hominis, fœtus il- lius aut filius haberi potest: cum contrā, Dei pote- stas Filius sit, ideoque plene & ad perfectum potēs est Pater, quoniam Pater potestatis est: Potentia quoque absoluta Filius, quoniam Soboles illius est. Itidem quoque Sapiencia Patris est Filius: non ita, vt in homine, vbi per sapientiam homo fit sapiens, sed ex sapiente Sapiencia ista ortum trahit, de quo dicitur, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui gloria in secula. Verum hic inquirunt, non genuit Pater, quomodo igitur Pater? aut cuius tādē Pa- ter? si enim genuit, ergo is qui ipsum esse est, ge- nitus est. At ego, inquit, generationem agnosco: gi- gnitur enim Verbum quando enunciatur & senti- tur: & quoties loquitur, toties Verbum progigni- tur. Quid tu? an multa mihi hic cōstitues Dei ver- ba, eaque subinde nascentia? & aliquando imagi- naberis Deum tacere, aliquando verē loqui, & mu- tari transireque; à silentio ad loquelā, dum labra aperit, & animo cogitatuque ad verba afferenda con- citatur? An scilicet Deus homo est, Deumque ti- bi similem esse suspicaris? Ne tu mihi, siue audias mentionem de diuinis oculis siue de aliis membris corporis, carnaliter intellige: sed ex similitudine corpora-

Samose- tensis re- fect.

Mat. 7.

Genes. 1. Ioan. 1. Mat. 1.

Mat. 7.

Pater & Filius tuus & distincti.

Verbum & quomodo.

corporalium, incorporea cōprehende. Dictū enim tibi est, Deum esse Spiritū, ita quoque Verbū eius, Spiritū crede, non quale est tuum aut alicuius ho- minis verbum, Deus enim est, etiāsi non videatur, neque duo sunt dii, quū non duo sint patres neque diuersæ substantiæ sit genitor à genito. Qui enim duo principia introducit, is duo numina prædicat. Martionis superstitione est, dicentis Deum iustū, non esse Christi Patrem, sed alterū illum bonū, verum Christi Patrem esse. Rursus, quū dicat alterū Deum increatum esse, alterū vero creatum, fieri nō potest, quin duo numina recenseat, idque ob diuersitatem substantiæ, quā blasphemando introducit. Vbi autē vnum principium, ibi vnum ex eo germē, ibi imago absolutissima & naturalis, nimirū genita ex eo. Vnū quidē Deus, eodē quod perfecta Deitas in Patre intel- ligatur, & perfecta Paternitas in Filio subsistat. Cæ- terum, quia ex paruo exēplo è sacra scriptura pro- lato, quo Christ⁹ imago inuisibilis Dei appellatur, ad sensum rei peruenire licet, fugiamus in hac cō- paratione dissimilitudinem, quæ cum re compara- ta, discordiam facit, nempe opificem ab imagine à se condita, diuersæ esse substantiæ, ac proinde Chri- stum qui imago est Patris, à Patre suo diuersæ esse naturæ, sed genitū & genitorem consubstantiales esse confiteamur. Sed tamen qui regis imaginē vi- det, regem videt, & dicit, en tibi regem neque; tamen duos reges constituit, neque imaginem particulā regis, neque regem particulā imaginis diiudicat: ita quoque dum imaginem Patris, & Patrem cōmon- stras, vnum tamen Patrem & vnam Deitatem Pa- tris & Filij commonstras. Sed tu mihi hīc obiicis, esto, sit vnus Deus, sed ex duabus partibus in quas soliditas Deitatis diffusa est, neuterque sit integer sed compositus. Cæterū ad hanc impietatem operæ- precium est aures occludere & abluere animā: Nā qui talia blaterant, nec Patrem cum Filio idem esse cogitant, neque integrū quiddam in singulis cōsti- tuunt. Atqui, inquit, dictū est, quoniam ego in Patre & Pater in me est. Recte: sed non est Pater & verbū cogitabile in corde filij, neque Filius cogitabile Ver- bū in corde Patris, sed Verbum viuū ex viuo Patre deo, æterna procreatione editum, absque princi- pio cum Patre coexistens, adeo vt nunquam solum Patrem fuisse intelligendum sit, eodē quod Trinitas semper Trinitas fuerit & sit, neque auctarium Dei- tatis accipiat, neque quasi Filius qui antea cum Pa- tre non fuit, postmodum fuerit: ac cum iam extite- rat, aliquid incrementi addiderit, aut Filio Spiritus superaccreuerit. Quæ enim ab aliquo principio ortum traxerūt, creaturæ sunt, & mancipia, & cum Trinitate nequaquam numerātur. Profecti enim, inquit, docete omnes gentes, baptizātes eos in no- mine Patris & Filij Spiritus Sancti. Nullum isthic aut principium, aut vim, aut potestatem singulis seor- sum adnumeravit. Cum rebus enim æternalibus, quæ æterna non sunt, in eandē classē redigi non possunt: neque cum Deitate, ea quæ participatum Deitatis non habent, eodem ordine graduque cō- stituere, non licet. Qui igitur in genitore genitus? aut rursus genitor in genito? quomodo ille in isto? aut iste in illo? quoniam iste talis est, qualis ille: & ille talis, qualis iste, atque ita fit vt duo vnum sint, eodē quod non diuarent neque disiangantur, neque sub alia specie aut sub diuerso caractere Filius in- telligatur, sed quod Deus sit, quemadmodum &

Martionis superstitione qua.

Christus Imago inuisibilis Dei.

simile.

Ioan. 14.

Marc. 16.

Pater in filio & filius in patre quomodo.

Pater. Ille enim, cum ad ipsius verba, Ego & Pater vnū sumus, Iudæi indignatione mouerentur, quod, quum homo esset, Deum se faceret, sententiam suam confirmatiorem reddidit, seque non alium quā Deum esse demonstravit, inquiens, Ego & Pater vnum sumus, eodē quod Filius Dei, Deus sit. Si illos deos appellauit scriptura, ad quos sermo dei habitus fuit, neque potest scriptura irrita reddi: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, cur vos cum dicitis blasphemare, quia se dixit Filium Dei esse? Si non facio opera Patris mei, ne credideritis mihi: si autem ea facio, etiam si mihi nolueritis credere, operibus credite, vt sciatis & cogno- scatis, quod ego in Patre sim, & Pater in me. Igitur, in Patre Filium esse, & Patrem in Filio, hoc nihil est aliud, quā illū qui ex Deo genitus est, naturaliter talem esse, qualis est genitor Pater, eum- que ostendere Paternā formam in se, & se vicissim ostendi in Paterna substantia. Vnus igitur & vnus, dualitas, non diuisa est natura, quum sit indeficiens ad suam integritatem. Vniuersa enim plenitudo & integritas Deitatis est, Pater vt Pater: vniuersa itē plenitudo Deitatis est, Filius vt Filius, quandoquidem amborum vna forma intelligitur, quæ integre se in vtroque & solidē exhibet. Nullus abneget vitam, quæ in mundo apparuit, quæ erat, vt inquit, apud Patrem, & apparuit nobis: etiam ante apparitionem hoc visus est esse, quod apparuit. Genitus quippe est æternaliter, & subsistit cum Patre. Nullus igitur repudians hanc Trinitatem, vnitatem existi- met, habens summam Fidei in Baptismate, & tri- bus signaculis sanctis, per quæ in salutem regeneratus est, memor Apostoli dicentis, Vnus Deus Pa- ter ille, ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus Chri- stus, per quem omnia. Memor sit quoque Patris di- centis, Ex vtero ante luciferum genui te. Item Filij, qui erat ante mundum apud Patrem atque etiam tum gloriam Dei possidebat, de se testimonium tale perhibētis: Glorifica me Pater gloria illa, quam habui, antequam mundus existeret, apud te. Qui- bus verbis, gloriam quidem secundum hominem postulabat, cum tamen testaretur, se gloriam secū- dum Deum ante mundum habuisse. Habuit autem gloriam cum esset & existeret: non enim qui non erat, glorificari potuit. Atqui, inquit, si genitus est, extra genitorem existit, & ab eo dirempus est. Mi- nime gentium. Quinimo indirempū oportet esse Verbum quod existit in Deo, & extra Deum non apparet. Quo enim in loco foris apparuerit, quum omnia deus, vt in scripturis est, adimpleat? Cælum & terram ego repleo, dicit Dominus. Iltiusmodi præstigijs Filij generationē eiusque à Patre æter- num progressum: & cum Patre coexistentiā sub- uertere conantur, quum integer per se & solidus sit Pater, integer quoque & solidus sit Filius. Dis- cant igitur se non intelligere, neque quæ dicunt, neque quæ affirmant, quum Deum in loco circun- scribant, Filiumque denuo alio in loco consistere imaginantur, eosque sedibus distinctos esse: illum quidem hic, alterum vero alibi: siquidem genitus sit, & seorsum à Patre aliternis apparuerit. Quis locus quietis meæ dicit Dominus? Cælumne? at- qui cæli cælorum non sufficient tibi, inquit Salo- mon, ad Deum verba faciens, magno argumento mortales docēs, nihil locorum Deitatis esse capax:

Ioan. 10.

Deitatis integritas in patre & filio.

Ephes. 4. Rom. 11. Psal. 110.

Ioan. 17.

Obiectio.

Iere. 23.

Manus, inquit, mea fecit hæc omnia, Non igitur opera intra se continent opificem suum, qui & ante opera existeret, illisq; vt existeret, causam præbuit viribusq; suis stabilivit. Atque ideo ait Paulus, Ex quo omnia, & per quæ omnia, & in quo omnia. Ac rursus idē, In eo enim viuimus mouemur & existimus. Aufer iam mihi illud, loco subnixū esse, cū de Deo, & verbo, & Spiritu Sancto cogitandū putes, aufer mihi locales capacitates, neque alibi existere Patrem, aliō vero emitti Filium, ex ratione gignēdi suspiceris. Istiusmodi falsæ vel potius impiæ ratiocinationes te in substantia Filij scandalizant, atque ideo, vnā cum Filio Spiritus quoque Sācti tibi ab negationem inducunt, quū omnia à Patre præocupata existimas. Ne requiras magnitudinem loci tam spaciosam, quæ capere posset Dei magnitudinē: non enim id quod immensurabile est, in mensurato contineri poterit. Quoniam palmo suo metitur cælum, vt Propheta per comparisonem insinuat: Mēsus est quoque aquam manu, & vniuersam terrā pugillo. Si igitur minimum quiddam est hæc vniuersitas rerū, vt prophetica parabola vtcunque subindicat, quomodo igitur pro spaciolo minimæ rei, deum sese porrigere & circūscribere, suspicari poteris? qui non eodem modulo cum vniuersitate rerū decurrēs, adimplet vniuersa: Corporeale enim id est vt si exēpli causa dicas, aērē impleuisse quicquid inter cælū & terrā est. Cæterū, hic non ita agitur: deus enim vt vis ac potētia cōtinet omnia, eō q̄ potētia incorporalis & inuisibilis sit, non ambiēs, nec ambita. Idē de Filio ac Spiritu Sācto existimandū. Quippe per Filiū & in Spiritu omnia Deus & cōstituit, & amplectendo cōseruat, Impiū igitur aut querere aut cogitare, vbi sit Deus: aut quem locū obtineat Verbū: aut Spiritus Sanctus, in quo domicilio claudatur. Si vero quis ideo Filiū aut non esse, aut non genitū esse, asseueret, q̄ locus sitūsq; illius substantiæ incogitabilis irreperibilisque sentiat, ille idē neque Patrē subsistere dixerit, atq; adeo ne semel quidē fuisse Deū, eō quod nusquā illius locus sit aut receptaculū. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Insipiēs haud dubiē quicūque sese istiusmodi vanis phāsmatibus frustratur. Stultorū & vecordiū ista sunt verba, oculis & loco volentiū apprehendere id quod incorporale est. Dem^o igitur iis pusillas aliquot imagines, in rebus incorporalib⁹ sapiūs obuias, vt quæ apud nos sint, & in rerū natura appareant, si quo modo possimus per ea ad altiora euecti aliqua ratione intelligere incorporalitatē illam Patris & Filij & Spiritus Sācti, ne vltorius falso imaginemur eorū loca, aut locales distinctiones trium istorum excogitemus. Incorporalis enim & spiritualis cum sit lex, in legis periti præcordiis hæret, & ibidē Prophetæ quoque, nec non Euāgelia & Apostoli, dictūque est de legisperitis & eruditis in Prophetis, Habent Mosen & Prophetas. Et Saluator, eum qui vetera & noua verba habet in pectore, similē esse ait homini patrifamiliās, qui profert ex thesauro suo noua & vetera. Recepit autem animus Moisis in se omnem Ægyptiacam sapiētiam, & eam sapientiam quæ illi a Deo impertita fuit. Et Daniel susceptis omnibus Chaldæorum disciplinis capax adhuc erat ad varios Diuinæ Sapiētīe intellectus: quod per Ezechielem indicat Deus, cum ait: Nunquid sapientior es Daniele? Omne quod occultū est,

1. Cor. 6. Act. 17.

Psal. 40.

Pater, Filius, & Spiritus Sanctus an locis indigeat.

Psal. 52.

Matt. 13.

Daniel omnibus caldæorū disciplinis instruitus.

Ez ec. 28.

ostensum est tibi. Innumerabilis Salomonis prudentia, & acruus copiaque mentis eius vt arena maris. Qui igitur tantā vim multitudinemque sapientiarū in vnīs præcordiis vident, cogitent, ratiocinenturque eas in loco non existere. Quis enim hominū tantæ vastitatis, vt suffecerit ad tantam rerum multitudinem capiendā, si locis distinctis singula theoremata obseruationēsq; cōsisterent? Si igitur spiritualia quæ hic sunt, quum plura sint numero, non opus habent pluribus locis, sed circa vnā eandemq; mentem versantur, intelligamus, quæso, ea quæ supra nos sunt, & per se incorporalia existūt, Patrem scilicet, Filiū & Spiritū Sanctum locis non indigere, neque receptaculis distincta esse, ac ne ob id inexistentē nulliūsq; essentię aut Patrē aut Filium aut Spiritū Sanctū audeas statuere, eō quod neq; locum definire, neque singulis locū ascribere possis. Nam & Pater suū esse ad plenū possidet, & citra vllū defectū radix & fons Filij & Spiritus Sācti. Itidem quoq; Filius est, viuitque in plena integritate; Deitate, vt Verbū & germē Patris sui citra vllū defectū. Plenus quoq; filio Spiritus Sāctus, non pars alicuius, sed integer per se atque ita verē Trinitas coadunata est sine vllis interuallis. Nihil enim est quod illos distineat, coexistūt æternaliter, quum nullū æuum intercedat. Formā porro vnā & eandem ex se reddūt, Patre quidem in Filio spectabili, Filio vero & in Spiritu intelligibili, & ab homine in participatū recepto. Nos enim, inquit, oēs, reuelata facie, gloriā Domini specularēs, in eādē imaginem trāsfigurabimur de gloria in gloria tanquā à Domini Spiritu. Ne igitur, quasi in corpore, tria membra indiuisa imaginemur: impia enim istiusmodi ratiocinatio alienaque ab incorporeis à sua integritate perfecta sunt. Accipiamus igitur indiuisam coexistentiā, inuicem sibi coexistentibus sine vllō interuallo: & tres quum reuerā sint, vnā formam intelligamus, quæ quidem incipit à Patre, sed resplendet in Filio, apparet eūtem & demonstratur in Spiritu Sancto. Quapropter illi qui Spiritum ferunt, Christum quoque ferunt. Qui enim, inquit, Spiritum Christi non habet, ille non est eius. Si vero Christus in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatū, & cætera quæ deinde sequuntur. Et Ioannes, Ex hoc cognoscimus q̄ ille in nobis est, quoniam ex Spiritu suo dedit nobis. Et templa Spiritus Sancti corpora nostra Paulus appellat, Christum autem in nobis esse dicit. Christo autem habitatem in interiore nostro homine, vt scriptum est, Deus in nobis habitat. An nescitis, inquit, quod templū Dei estis, & Spiritus dei habitat in vobis? Cum igitur Deitas ita indiuisibilis sit, condiscere religiosē ex sacris scripturis, vnā in tribus formam intelligere, nō vnā rem ex tribus componere. Inseparabilia esse quæ in actionibus spectantur, ex Apostolo mysteriorum interprete audire licet, vbi dicit: Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & diuisiones ministeriorū sunt, sed vnus Dominus: & diuisiones operationum, verū idem Deus, qui operatur omnia in omnibus: Et in vnā summam omnes has gratias colligens, hoc corollarium addit: Hæc omnia operatur vnus & idem Spiritus, diuidens: singularim vnicuique, prout vult. Cum autem omnia agātur à Deo per Christum in Spiritu Sancto, indiuisam cōspicio operationem Patris & Filij & Spiritus

Trinitas quomodo suis vltis interuallis nata sit.

Formas nam in tribus personis.

Rom. 8.

Ioan. 14.

Apost. 1.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12. Operatur omnia in vltis personis singularim vnicuique.

Spiritus Sancti. Cæterum, non ob hoc complians in vnum ista omnia, ex quo, per quem, in quo, adiutor ex Trinitate, vnitatem facere. Neque, vt hominem ex tribus istis compositum intelligo, spiritu, anima, corpore: ita quoque & Deum compositū imaginari licet, quemadmodum isti audent facere. Neque sub istiusmodi impia opinione, indiuisibilitatem prodo: neque si quis dicit, vt Verbum animo conceptum, aut voce enunciatum à cogitate & loquente, indiuisibile est: ita quoque in Ratione Patris & Filij & Spiritus Sancti fieri. Partes enim cōfertiles & eius qui mouetur motiones, ad incōpositam & inalterabilem naturam, nullā omnino habent communionem. Alioqui, quomodo emittit partem sui aut suam motionem Pater in mūdum, dum emittit Filium: aut Filius, Spiritum Sanctum in mūdum? an, quia Filius à Patre emissus non est? Atqui id cōtrā, vbique testimoniis comprobatur, ipseque adeo Paracletū se missurum pollicetur, & in mittendo promissioni satisfacit. Cæterū, illi qui ex Trinitate vnitatem faciūt, adulterare & emissionem & generationem eniuntur. Intus enim aiūt, existentem in Patre Filium, sanctificationem hominis peragere: hoc est vnum & solum Deum, atque ita hominem emissum esse, non Deum ex deo. Quomodo enim, inquit, mitti potuit Verbum, quod non dirimitur, neque segregatur ab eo, cuius est Verbum? Sed quis Euangelistā de incarnatione Verbi prædicanti contradixerit, vbi ait, Verbum caro factum est? aut eidem dicenti, Verbum è cælo descendisse, fidem neget? cum id ipsum subinde Saluator clamet: ipsumque non hominem esse Apostolus ad Galatas confirmet. Nam tamen homo sit eiusdem nobiscum vocabuli, secundus tamē homo est, non qualis prior ille è terra genitus, quū ille fuerit anima viuens: iste verò Spiritus viuificās. Hæc enim sunt Diuina & Apostolica verba & dogmata. Quin & ipsa opera Deitati testimonium perhibent, vt quæ perpetrata sint Diuinis profus & cælestibus viribus, quale est quum imperat elementis, increpat spiritualibus potestatibus, membrorumque mutilationes restituit, & voluntate morbos sanat, suamque potestatem proficitur, & non occultat, mortem delet, vitam & incorruptibilitatem illustrat, corruptam hominum naturam denuo ædificat, ac mundana renouat sua ipsius præsentia, nouaque creatura apparet & prodit per resurrectionem Christi, dum transformatur corpus humilitatis nostræ; in conformationem corporis gloriæ eius, vniuersaque creatura liberatur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Cæterum, Patrem non esse duntaxat Deum,

Ex trinitate vnitatem facere quid.

Ioan. 1.

Gal. 2.

aut Dominum, nostrum Iesum Christum; omnes sacre scripturę testantur, quę Filium Dei aduenisse prædicant, & de Patre suo assidue loquentem ostēdunt, dum à Patre se venisse differit, & ad Patrem abire denunciat. Neque opus est vt prolixius adhibeamus testimonia, quum omnia, vt sic dicā, sacra verba & Apostolorum scripturæ ad hoc tendant: Alias item nobis controuersias excitant, & Iudæorum blasphemias inferunt, irridentes mysteriū emissionis & incarnationis Verbi. Nam si emittitur, inquit, & descendit, non est cum eo qui ipsum emittit: neq; ei, qui sursum manet, cohæret. Discat igitur, sursum illud & in alto esse, nō corporaliter duntaxat audiendum, sed noua ratione intelligendum esse. Quoniam illud dictum, quo fertur sublimis super omnes gentes: Et illud item, Exaltabo te Domine: Rursus & illud, Laudabilis & superexaltatus in secula, non in loco quopiā & sublimi Dominum constituūt, neque Dominum ab hominibus euehi describunt, aut ab aliis qui cum laudibus extollunt, sursum extolli, sed maiestatem inuisibilis Deitatis, sublimitatē vocant. Et is qui dicit, Cælum cæli Domino, terrā autem dedit filiis hominum, non pro loco domicilij cælum adfortitur Domino, & hominibus terram: sed excellentiam Dei magnificentiamque oculis subiicit. Cum igitur maiestas & magnificentia in Deo, supercœleste quiddam nominatur: id quod huic contrarium est, humile, terreniter dicatur & in terris versari, facillime comperis descensum Verbi inclinationem esse ex incorporali maiestate, ad vilitatē corporis: cum seipsum dediderit in corporalem speciem, humani generis amore. Ne igitur corporales istæ voces, hoc est, descensio & emissio, ad inficiādam eius incarnationem producantur, quoniam localiter neque descendit Deus, neque emittitur: sed audiāt Apostolum id negocij & eiusmodi cōparationes metaphorāsq; explicantem, Non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo, sed seipsum exhaustit, formam serui accipiēs, in similitudinem hominum factus. Hoc enim est descendere, hoc est, emitti, indiūque in amicum vilius quā pro ipsius dignitate. Descensus item, humanæ speciei superinductio atque inuestitio est, secundum Patris voluntatem instituta. Quod si loco & corpore Verbū non circūscribitur, nō auelletur ab incorporali Patre ob corporis sui attemperamentum: nam excepit eum volentem corpus, quatenus idonea est humana natura, Deū suscipere: manet nihilo minus in sua ipsius natura, quæ ante incarnationē fuit. Quamobrem descensus è cælo non fuit digressio è cælo: neque item emissio è cælo, segregatio à Patre.

Deus quid modo emittitur.

Psal. 112. Psal. 29. Dan. 3.

Psal. 113.

Philip. 2. Emitti quid.

Descensus Verbi è cælo.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ ORATIO; VNVM ESSE CHRISTVM.

DE C E T eos qui semel resiliunt à gētili errore, vnum esse Christū omnium Deum agnoscere, non autem adhærescere creaturis: vel res conditas, aut pro diis habere aut deos facere, sed potius creatorem colere, qui est benedictus in secula. Itidem quōque faciendum ab illis, qui recedunt à Iudaica incredulitate, Iudæosque de vecordia & ingratitude vituperant, & in Dominum Iesum fidem habent, eumque sentiunt omnibus vndecunq; testimoniis probari Deum esse, iis quoque par est vt id agnoscant, tum ex eius potestate, tum ex signis diuinorum operum, & potissimum ex imperandi auctoritate: neque vt amplius ob speciem externam, ad communem & nudum hominem opinione delabatur, neue secundum visibilem formam inuisibilem eius naturam definiat, ne ob corpus corporeasque affectiones, merum eum hominem existiment, & vnū nostri generis, & pro nostra conditione patibilem. Hæc enim fuere Iudæorum mala, hæc illorum fidem deprædata sunt, & hostes Deo infestisque reddiderunt. Eadem affectant, qui nunc gentili & Iudaico morbo laborant, & neuiquam recipiunt aut credunt incorporatum fuisse Deum, sed potius dum rationibus humanis contentionibusque & philosophia ethnica, magna & incomprehensibilia apprehendere conantur, quomodo scilicet gignatur id quod incorporeum est, quomodo procedat, & vbinam sit qui vbiq; est, & qui omnia continet, & omnia replet, & quomodo extra, & quānam ratione, istiusmodi disputationibus ad infidelitatem abrepti sunt: & pro natiuitate, fracturam: & pro progressu, creationem & transitum induxerunt: Rursusque iidem de incarnatione, quomodo incarnetur, quomodo incorporetur, quomodo componatur ad corpus paruum is, qui contineri nequit: quomodo vniatur inconditum condito: & circūscriptili, id quod circūscribi non potest: quomodo in parte, magnus ille & immensurabilis & impartibilis. Aut enim magnum in paruo locello contractum est: aut quod magnum fuit, paruum est factum: aut partem Deitatis, & non totum recepit: quæ dissertationes planè sunt impiæ. Ac progressi sunt isti ex isto quomodo, & qua ratione, & quali consequentia ad incredulitatem: & inhabitationem, pro incarnatione fabricati sunt: & pro vnitione & compositione Dei cum homine, indolem industriamque, humanam: & pro vna subsistentia Domini nostri Iesu Christi, duas subsistências & duas personas: & pro Sacta Trinitate, quaternitatem inepte simul & impie sentientes: Ineptè, quod Deo, hominem coæquant: & quæ serua sunt, cum domino in eodem gradu & numero collocant: & conditam personam, cum inconditis personis construunt: Impiè vero, quod vnam subsistentiam peregrinam omnino & alienigenam, & ex omnibus rationalibus creaturis vltimam & extremam & minimam, Trinitati admiscant. Quod si denuo exactè animaduertas, & rebus ipsis oculis intendere velis, deprehendes eos extra Trinitatem

A summouere Dominum nostrum Iesum Christum, vt mancipium, vt hominem inadorabile, ac potius adorantē, & vna cum ceteris omnibus inseruientē & subiectū Sanctæ Trinitati, vt Marcellus & Paulus Samosatēsis, Apostolica scripta, ad suam detorquentes sententiam, interpretantur, qua parte dicit Apostolus, Cum subiecta ei fuerint omnia, subicietur quoque; & Filius: aut assumptus homo subicietur ei, qui ipsi subiecit omnia, vt sit Deus, inquit, ita vt ante incarnationem fuit; omnino incorporealis ac prorsus sine corpore. Homoque quōdam ab eo assumptus, & tum Diuinitate exutus, cum omnibus ad genua adorabundus procidet, Deoque subicietur. En, in quantam stultitiam dilabuntur isti scioli, in quantā vesaniā & infidelitatem prouerunt, vt animo concipiant fingantque quæ non sunt, & fabulas garriat? Non solum autem Fidei sese adiungere noluerunt, sed & dolos commenti sunt, fraudesque instituerunt, fictis ad id stultis & incitis questionibus ad vulgi errorem & defectionē. Si enim futura in expectatione habuissent, aut Dei aduentū iudiciumque; credidissent, aut pœna veriti essent, Fidei se adiunxissent, Euangelio obtemperassent. Apostolos sequuti fuissent potius, quàm humanas rationes. Christum enim, Apostoli proficiscentes statim prædicauerunt, idque vno ore sine vllō dissidio: natum illum scilicet in Bethlehem esse ex semine Dauidis similemque; specie hominibus & crucifixū pro hominibus sub Pontio Pilato, eundemque & Filium Dei, & hominem dixerunt, eundem ex cœlo, eundem de terra, eundem impatibile, eundem passum, & non aliū, nō duas personas, nō duas hypostases, non duas adorationes. Quorsum disceptationes & verborū pugna? Vtilitas ipsa consistit in credendo colendo & tacitis adorationib. Agnosco eum verū è cœlo Deum impatibilem, agnosce eundem ex semine Dauidis, quātum ad carnem attinet, hominē è terra patibilem. Non disquiro, cur idem patibilis & impatibilis, aut cur Deus & homo, ne curiosus in inquirendo cur & quomodo, excidam à bonis, nobis propositis. Primum enim credere oportet & glorificare, & secundo in sublimi rationem istarū rerum petere, non humi ex sanguine & carne conquirere, sed ex reuelatione diuina & cœlesti. Beatus enim es Simon Bariona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Et tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiā meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Fidelis sermo, & non vacillans promissio, & Ecclesia inuicta res est, etiam si inferus ipse commoueatur, & si qui in inferno sunt, mundi principes tenebrarum tumultum faciant. Habe fiduciam in eo qui dixit, Fidite, ego vici mundum, & passionibus itidem vici: quandoquidem huius mundi dominum patiendo potissimum vici, & in cruce pendendo mortales seruauit, & moriendo viuificauit. Oculis igitur & auribus cognoscis eundem simul Deū & hominē. Si enim Deus dūtaxat fuisset, quomodo passus fuisset? quomodo denique; aut crucifixus aut mortuus, cum alienissima sint ista à Deo? Rursus si homo dūtaxat, quomodo passionibus, vicisset, serua-

Obiectio aduersariorum. Verū corpus christi conferat ad integritatem hypostaseos.

seruasset, viuificasset? Hæc supra hominē erat. Atqui idem & patitur & seruat, & per ipsam passionē victoriam parat, idem Deus, idem homo, idem vtrūque simul, vt vnum quiddā, & singulū vt solū. Sed dixerit quispiam ex sapientioribus & ferocioribus vt eximius disputator in medium prodiens: Pars igitur Verbi, corpus est, vt quod absoluat substantiam Filij, vt sit vnus Filius Dei ex ambobus compositus, imperfectus in se, & corporis additamento ad perfectitudinem sui indigens, alioqui quomodo vnus, aut quomodo vna hypostasis aut vna persona? Quin imò in diuersum, si vna hypostasis Verbi & carnis, quomodo ea haberi possit Filius Dei? Caro enim eiusdem substantiæ erit cum Deo, quod nefarium dictū est. Quod si concedas, sequetur ex ista concessione, ne Verbum quidem futurum esse eiusdem substantiæ cum Deo, quod planè absurdum est. Verbum enim per se integrum est, & consubstantiale, propriamque sibi hypostasim habet, nulliusque supplementi indiget. Cæterū, qui ista loquuntur, suam ipsorum mentē sententiamque; aperiant, quod duas hypostases siue personas in Christo constituent, & aduersum cōs calumniis vtantur, & vndecunq; satagāt nostros sermones ad aliquid absurdi detorquere, quasi corpus dicemus aliquid cōferre ad absoluendā Verbi essentiā, aut illud esse eiusdem cum Deo substantiæ, aut non alienum externumque omnibus modis à persona Filij, quæ tamen ipsorum verba sunt: aliam hypostasim carnis siue assumpti hominis (vt ipsi aiunt) introducentes: aliam rursus Dei assumētis, aliamque item personam Filij Dei, & aliam personā Filij hominis ex semine Dauidis secundum carnē oriūdi, adeo, vt neque Filius Dei sit Filius hominis, quum sit diuersus à Dauidis natura: neque is qui secundū carnem genitus est, sit Filius Dei, quum sit diuersus à natura Dei. Nos autem fratres vnum & eundem illum Deum esse dicimus, in hoc sequentes Apostolos & Prophetas: ac potius Euangelistæ credimus, quàm vt turbidi incertique; salutis sapientiæ gētilium, humanisque rationibus adhærescamus, vnum illum eundemque; Deum consistentes, vnam hypostasim, & vnam personam, non vt complementum aliquod ad integritatem hypostaseos conferat corpus: id enim prorsus impium, quum Diuinitas, per se integra & perfecta, incapax omnis defectionis, simplex, vniformis & incomposita, in partes non distinguatur: hoc est, quatenus Verbum Deus est, & vniforme, in diuersitatem membrorū, aut rerum, siue eā corporeā sint, siue incorporeā, non cadit. Verbum enim res absoluta est, & penitus, incorporealis: non enim Deus ita incarnatus est, vt caro fieret: neque Filius Dei ita humanum corpus sumpsit, vt in hominem mutaretur: neque Dominus gloriæ, serui formam gestauit, vt seruus redderetur, sed homo & Filius hominis est ille, qui est Filius Dei, idemque seruus specie tenus, qui est Dominus natura. Non corpus igitur vim habuit absoluendæ Diuinæ hypostaseos, sed ille qui verè integer perfectusque est, id, quod imperfectū erat,

Solutio.

Verbum quid filius Dei quomodo incarnatus.

1. Cor.

Apostolus rursus dicitur Christus.

Præterea Christus natus est.

Matth.

Matth.

Ecclesi.

Ioan.

Christus Deus & homo.

Absoluit: & qui nullius indigus erat, cōiunctus est & coadunatus cum carne: & qui nullius rei necessitatem sentit, dedit se corpori necessariis indigenti. Nullus enim eorum qui recte sapiunt, aut quisquis sobrius est, aut mente non destituitur, de ea re dubius esse potest, quodd, quemadmodū Verbum perfectum est, & suā hypostasi absolutū, neuiquam opus habuit carni, vt Deus perfectus esset: ita neque corpus Verbo indiguit, vt integrū pro sua hypostasi fieret, sed cœlesti Saluatore indigebamus, cœlesti vindice peccatorum, & instauratore nostræ miseriæ, ceterarumque; quæ inde proueniunt, calamitatum. Statim igitur ab ipso natali, renouatio sese ostendebat, & diuina natura geniti ipsa ratione nascendi apparebat: quippe, qui non secundum antiqui hominis natiuitatem ex viro & muliere procreatus sit, quum alioqui impossibile sit fœminam sine opera virili grauidam reddi. Atque ideo Deus nascentium conditionem in patribus sitam fundatamque esse voluit, quemadmodum à Scriptura narratur Leui in patris sui Abraham lumbis fuisse: Cæterum, vindex iste vim existendi non ab Adam capiens, sed formam ex Adam assumens, carnem dico, quæ cum anima humana coniuncta fuit, homoque factus secundum visibilitatem, introduxit in mundum nouitatem secundum inuisibilitatem, contra quam neque vim suam mors, neque tyrannidem suam diabolus retinere potuit, eoque commersio Verbi cum mortalibus tyrannide oppressis, ingens discrimē illatum est humanis rebus, eò quod inde asserti sint in libertatem, vindicatique à tyrannide: quin ipsa Virgo nuncio tam læto accepto, admirata est istam procreandi Saluatoris rationē, Quomodo fiet, inquit, quoniam virum non cognosco? quo tempore illi indicatum fuit, Diuinum hunc esse nascendi modum sub specie carni. Erat quidem cœleste donum, sed germē terreste, vnde pacificatio terre emerit, & cum cœlis similitudo quædam prodiit, prout gaudium Angelorum clamantium præ se ferebat, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Læti igitur de natiuitate Christi, nō humana aliqua hilaritate, qualis est eorum hilaritas, quibus soboles est genita, & natalitiū epulanti celebratus, sed de præsentia Christi, de Diuini iubaris illustratione gaudeamus, vt pote, quibus nihil iam commercij futurum est cum captiuitate, sed participes futuri sumus redemptionis secundum Apostolum. Quis igitur in istis rebus vsus? aut quid tibi Christ⁹ voluit ex ista Diuiniore quàm pro hominum natura, nascendi ratione? aut ex isto genere educationis, quæ nostram conditionē transcendit? Forma ea quæ carne constabat, in aqua baptizatur vna cum Iudæis: Ioannisque baptizator est: fluiuius, qui diuinum corpus abluuit, Iordanis est: & qui è cœlo descendit, spiritus est, & super quem descendit purum & incontaminatum Christi corpus est, vnde in nos quoque dimanat purificatio, vt & nos cum sequamur, implētes omnem iustitiam, purgati in ipso Domino nostro, cui sit gloria: Amen.

Luc. 1.

Luc. 2.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ AD ADELPHIVM FRATREM ET CONFESSOREM. CONTRA ARIANOS, ORATIO QVINTA.



RELECTIS tuæ pietatis literis, non potuimus non approbare tuâ erga Christum religionem, Deumque in primis glorificauimus, qui tibi istiusmodi gratiâ largitus est, vt & recti pariter & simplicis sis animi, non tamen simplicitatem tuam lateat, quatenus hoc fieri potest, diabolicæ insidiæ. Ceterum, id nos admiratione attonitos percussosque defixit, quod videremus hæreticorum insaniam in id barathri recidisse, vt sensus non amplius integros aut incolumes retinèrent: sed profus mentem vnde-
 cunque vitiatam reportarent. Talia nimirum sunt, quæ diabolus suggerit: talia sunt, quibus diabolus tentat in talibus & Iudæorum zelus & inuidia sese exercet. Quemadmodum enim illi nusquam non argumentis victi, calumnias secum meditantur, nõ in alium vsum, quam vt dominum inficiantur, & in sui perniciem Prophetas couellant, ita quoque isti videntes esse vnde-
 cunque notatos infamiâque cõscribillatos, ipsorumque hæresim apud omnes abominabilem haberi, scelerum inuectores sese præbent, vt nusquã remissa cum veritate pugna, Christi peruelles hostesque permaneant. Vnde enim in illos hoc malum subiit: aut quomodo omnino ausi sunt hanc nouam ignominiam contra Saluatorem imaginari? Cæterum, vt apparet, mala omnino res, impius: & is qui circa Fidem reprobos inuenitur. Antea enim, dum abnegarent Deitatem vnigeniti Filij Dei, simulabant sese quidem vel saltem eius in carne aduentum agnoscere: nunc autem paxillatim subsidentes, subtrahentesque sese, vt homines profus impij, ab ista opinione deficiunt, adeo, vt iam vterius neque Deum agnoscant, neque hominem eum factum credant. Si enim credidissent, nõquam talia locuti fuissent, qualia tua religiositas aduersus eos scripto prodidit. Tu igitur charissime vir, in refutadis, admonedis, increpandisque hoc gen^o hominib^o, officium cõgruũ Ecclesiasticæ traditioni, & dignam tua erga dominum pietate præstitisti. Illi enim, quia exacerbati à patre suo diabolo, non cognoscunt neque intelligunt, vt scriptura ait, sed in tenebris ambulant, discant saltem à tua pietate suam, qua vruntur, insaniam Valentini, Marcionis & Manichæi esse. Ex quorum grege, isti pro veritate & rerum fide, inane simulachrum introduxerunt: illi diuidentes, quod indiuisibile est, inficiati sunt Verbum carnem esse factum, & habitasse in nobis. Cur igitur, quum ita sentiant, non sese etiam eorundem nominum successores hæredesque profitentur? Par enim est, vt quorum prauam opinionem receperunt, eorum quoque vocabula & titulos accipiãt, vt iam deinceps Valentiniani & Marcionistæ & Manichæi appellentur. Forsitan ex putore graueolentiaque istorum nominum fieri potest, vt pudore comoniti tandem intelligant, in quantã voraginẽ impietatis delapsi sint. Erat certe satis ex decoro, si nihil illis responsi daretur, idque iuxta Apostolicum præceptum, Hæreticum post vnam atque alteram admonitionem deuita, vt pote de quo iam certum habeatur, ipsum in reprobum sensum esse datum,

Hæreses morbus semper in deterius progreditur.

simile.

Approbatio.

Hæretici suis intellectus.

Tit. 3.

atque ita peccare, vt qui ex seipso condemnatus sit, præsertim quum Propheta de huiusmodi hominibus dicat, Stultus stulta loquetur, & illius cor vana cogitat. Cæterum, quoniam isti veluti pro moribus sui imperatoris diaboli circumambulant, quarentes quem ex simplicioribus deuorent, necessarium nobis visum est, tibi rescribere, vt denovo ex hac admonitione instructi fratres, rectius in posterum eorum præsentiant vanitatem. Non enim creaturam adoramus, absit. In Ethnicos & Arianos istiusmodi delirium competit: sed Dominum rerum creatarum, incarnatum Verbum Dei adoramus. Nam tamen caro ipsa per se pars rerum creatarum, atque in Dei corpus effecta est, neque istiusmodi corpus seorsum discriminatũ à Verbo adoratione prosequimur, neque Verbum adoraturi Verbum à carne longè seponimus, sed cum sciamus, vt dictum est, Verbum carnem esse factum, illud iam in carne situm Deum agnoscimus. Quis igitur tam vecors est, vt Domino ita loquatur, absite à corpore, vt te adorẽ? aut quis ita impi^o est, vt cũ Iudæis propter corpus dicat ei, Cur tu cũ hominis Deũ, te facis? Atqui non istiusmodi morib^o leprofus erat: adorabat enim Dominum in corpore, eumque Deum esse sentiebat his verbis vtens, Domine. si vis, potes me mudare. Neque ob carnem arbitratus est esse creaturam dei Verbum, neque quia Verbum erat opifex rerum, carnẽ pro nihilo habuit, quam indutus erat: sed vt in re creata, creatorem subsistentem adorabat, ideoque mundatus est. Mulier item quæ sanguinis fluxu laborabat, solius simbriæ attractu sanata fuit. Et mare fluctibus spumofum, vbi audierat Verbi incarnati vocem, à tempestatibus conqueiuit. Itidem & is qui à natiuitate cæcus erat, salua carnis curatus est à Verbo, Et quod maius est & admirabilius (nam fortasse hoc ipsum impiissimos scandalo offenderit) etiam in ipsa cruce pẽdente Domino cum eius ibi corpus esset, & in corpore Verbum, sol obtentus est, terra intremuit, petræ scissæ sunt, velum templi disruptum est, & multa corpora Sanctõrum quæ dormierant, resurrexerunt. Hæc facta sunt, & nihil omnium ex rebus creatis pro ea audacia quæ nunc est in Arianis, cogitauit, num incarnato Verbo credendum esset: sed quamuis eum hominem esse intuerentur, rerum tamen conditorem eundem agnoscebant: & quamuis humanam vocem audirent, non tamen ideo eum creaturam autumabant, imò maiorem in modum inhorrescebant, nihiloque minus eum sic agnoscebãt, quasi è tẽplo suo sancto vocẽ edidisset. Cur igitur impij isti nõ reuerentur & timẽt, ne quemadmodũ non probauerunt eum habere in cognitione, ita tradãtur in reprobũ sensum, vt faciant ea, quæ non decent? Non enim rem creatam, rerum natura adorabat, neque ob carnẽ eius recusauit Dominum adorationibus prosequi, sed ideo adorauit, quia vidit suum opificem architectumque in carne consistere. Et in nomine Iesu omne genu flectebatur, & in posterum flectetur, celestium simul & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur (licet id ipsum Arianis

Esa. 31.

Creaturam non adoramus in christo, ipse creatura non sit sed deus Ioan. 1.

Exempl. Math. 23.

Mat. 23.

Ioan. 9.

Luc. 11.

Philip. 2.

Christus ab humanitate nullũ reppit detrimentum.

1. Petr. 4.

Arianorum preces contra christi incarnationem.

Act. 70.

Act. 1.

Ioan. 16.

Fides nostra quæ à quibus confirmata. Esa. 7.

Arianis non videatur) Dominum Iesum Christum esse in gloria Patris. Non enim caro ignominia attulit Verbo Dei, Absit. Sed potius caro per Verbum Dei glorificata est. Neque ideo, quia seruilẽ formã assumpsit filius, qui in forma Dei est, quicquã diminutus est in sua Deitate, sed potius vniuersẽ carnis rerumque creatarũ inde liberator & vindex effectus est. Neque si Deus emisit, Filium suũ genitũ ex fœmina, ex ea re nobis aliquid probri, sed potius honesta gloria & magna gratia obuinit. Factus est enim homo, vt nos in seipso Deificaret, genitũque à fœmina est, & procreatus à Virgine, vt nostri errabundã procreationẽ in se transferret, ac in posterũ efficeremur genus sanctum, ac participes diuinæ naturæ redderemur, vt ait sanctus Petrus Apostolus. Et imbecillitatem legis, qua languescerat propter carnem, misso Deus filio suo sub similitudine carnis peccati, de peccato condemnaret peccatum in carne. Carnem igitur à Verbo assumptã esse vides, ad omnium hominũ libertatem, & ad cunctorum hominum excitationem è mortuis, & redemptionem à peccatis. Qui igitur fieri potest, vt qui carnẽ eius rem nihili contemptibilemque esse volunt, atque ea de causa obtreçant Filio Dei, vt rei factitiæ aut conditæ, non ingratis apparet, & omni profus odio digni? quippe, qui propemodum ad Deũ loquantur, Ne mittas Filium tuum vnigenitum in carne, ne feceris eum ex Virgine assumere carnem, ne nos à peccato & morte eripiat, nolumus eum in carne nasci, ne pro nobis mortem excipiat: non cupimus Verbum carnem fieri, ne hic noster mediator & interpres fiat in aduendo & orando Deo, quò celestia domicilia inhabitemus. Claudantur portæ cælorum, ne Verbum Dei per velamen carnis suæ nobis renouet iter ad cælos. Hæ sunt eorũ voces, quas diabolica audacia proferunt, & cuius instinctu hæc insana comminiscuntur. Nam qui Verbum carnem factum adorare nolunt, ingratos se exhibent eius humanitati: qui verò distrahunt Verbum à sua carne, nullam omnino redemptionem peccati, aut mortis euasationem existimant. Vbi (quæso) tandem nefarij seorsum per se inueniunt illam carnem quam Saluator noster Iesus Christus assumpsit, vt audeant dicere, non adoramus Dominum cum carne, sed disungimus corpus, illique soli cultu inseruimus? Beatus certe Stephanus in cælis vidit Dominũ à dextris stantem: Angeli item dixerunt discipulis, ita veniet quemadmodum vidistis eum in cælum proficiscentem. Quin & ipse Dominus dixit alloquens Patrem, Volo, vbi ego sum, vt ipsi vbique nobiscum sint. Iam si omnino indiuisibilis est caro à Verbo, par est istos vel errore deposito adorare Patrẽ in nomine Domini Saluatoris nostri Iesu Christi, vel si non adorent, aut cultu prosequantur Verbum in carne genitum, vnde-
 cunque ab omnibus exturbari, neque vterius pro Christianis, sed pro Ethnicis haberi, & Iudæis adnumerari. Illorum enim (vt prædixi) istiusmodi insaniam est ac improbitas: nostra cõtrã fides recta est, & ex doctrina Apostolica & traditione Patrum. confirmata, & nouo & veteri testamento, cum & Prophetæ clamant, Mitte Verbum tuum & veritatẽ tuam: & Ecce, Virgo in vtero concipiet & pariet Filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est, nobiscum Deus: quid id aliud indicat, quam Deum in carne existere? Et Apostolica traditio common-

stret, Petro refente Christum in carne passum esse, Paulo item loquente: Expectantes beatam spem, 1. Petr. 4. & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri, Domini nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, vt nos liberaret ab omni peccato, purificaretque sibi populum peculiarem, æmulatorem bonorum operum. Qui igitur, quæso, seipsum tradere pro nobis potuisset, nisi carnẽ gestasset? Hanc enim cum gestaret, seipsum pro nobis tradidit, vt mortem recipiẽdo vinceret, demoliretũque eum, qui vim imperiũque mortis habebat diabolum: ideo vbique gratias agimus in nomine Iesu Christi, neque ipsius in nos gratiam reprobamus. Aduentus enim Saluatoris in carnem mortis liberatio est, & vniuersæ creaturæ salus. Quapropter dilecte, qui diligunt Dominum, istiusmodi admonitione instruatur: qui verò Iudæa mores imitantur, Dominumque relinquunt, vt Caiaphæ adhercant, id age, vt per ista dedocantur, si modo dedoceri velint, aut queant erubescere: ac tandem cognoscant, nos, qui Dominum in carne adoramus, non creaturam adorare, sed creatorem corpore creato indutum, quemadmodum prædiximus. Vellem porro tuam pietatem exquirere ab illis: cum Israëlitis edicebatur, vt ascenderent Hierosolymam, Dominum in templo adoraturi, vbi erat Arca, & super Arcam Cherubini, gloriæ propiciatorium inumbrantes, rectene fecerint, an cõtrã. Si male fecerunt, eòquod legi obtemperauerint, cur qui legem contemnunt, pœnis subiiciuntur? Scriptum est enim, quod, qui contempserit, & non ascenderit, exterminandus sit à populo. Sin verò recte fecerunt, atque ea re Domino placuerunt, qui, quæso, non digni sint qui sapius pereant, isti, inquam, nefarij deterrimæ hæreses Ariani, qui prisca illius populi reuerentiam erga templum laudant, dominum in carne, vt in templo suo, adorare recusant? Atqui, prisca illud templum lapidibus & auro constructum fuit, vt pote figura, quod superueniente veritate exolefcit, cuius secũdum Saluatoris vocem, ne lapis quidem super lapidem māsit, qui non sit disturbatus. Non tamen illi, qui templum videbant lapideum esse, arbitrati sunt, Dominum in eò oracula edentem, lapideum aut creaturam esse, neque templum vilipendebant procul inde adoratum abeuntes, sed illud ingressi, ritẽ ac legitimẽ Deum è templo oracula sua edentem, coluerunt. Quod quum ita se habeat, qui fieri posset, vt corpus Domini vndiquaque sanctissimũ, ab Archangelo euangelizatũ, à Spiritu Sancto formatum, amiculũque Verbi Dei, non sit adorabile, cum Verbum manum suam corporalem exporrigens, sanauerit febricitatẽ: & vocem humanam edens, excitauerit Lazarum: manibusque in cruce protensis, principẽ potestatis aëris, qui agit in filiis incredulitatis, proftrauerit: & viam ad cælũ puram nobis cõstituerit. Nõne igitur qui templũ vilipedit, vilipedit & Dominũ qui in tẽplo est: & qui distregat Verbum à corpore suo, reprobat gratiã in eò nobis datã? Quapropter impientissimi Ariani, ne ideo, quia corpus res creatitia est, verbũ quoque rem creatitiam esse sententis: nõne ideo, quia verbũ res creatitia nõ est, corpori eius obtretectis. Neque fieri potest, quin admireris eorũ animi prauitatem, qui omnia & miscent & turbant, cauillationesque excogitat non in aliud, quam vt cõditorem vnã cum re condita, vnus ordinis esse, gregalesque persua-

1. Petr. 4. Tit. 2.

Aduentus christi in carnem quid.

Exo. 30.

Templũ salomonis cuius rei figurã

Hæreticorum astutia.

Absurdū deant. Sed audiāt obsecro. Si res creatitia fuit Verbum, fateor, id non assumplisse corpus creatitium, vt illud viuificaret, Quid enim istiusmodi subsidij rei creatæ à rebus creatis, quum ipsæ salutis inopes alienam opem requirant? sin contrā, Verbum Dei conditor erat, opifexque rerum creatarum, vt fuit, ideo scilicet factum oportuit, vt in consummatione seculorum, id quod creabile erat, ipse indueret, quò illud iterum, vt conditor, instaurare & recuperare posset. Siquidem, quod creatum est, à creato feruari nequisset, non magis quam creaturæ à creaturis creari. Nihil igitur earum rerum fieri potuisset, nisi Verbum Dei non creatura, sed creator fuisset. Quapropter mendacia non instituant contra scripturas, neque simplices fratres scandalis offendant, sed potiùs, si velint, ipsi sententiam mutant, neque rei creatæ, citra Deum qui creauit omnia, cultu inferuiant. Sin verò in suis impietatibus perseuerare volunt, soli illis impleantur, & denti-

bus suis frendeant, vt ipsorum pater diabolus. Quoniam Fides Catholicæ Ecclesiæ, Verbum Dei conditorum & opificem rerum omnium agnoscit: & pro certo & indubitato ponitur, In principio Verbum fuisse, & Verbum fuisse apud Deum, illudque ipsum Verbum, hominem factum nostræ salutis gratia, adoramus: Non, vt parem in pari corpore, sed vt Dominum, in seruilis schemate: & opificem, conditorumque in re condita constitutum, vt in eo omnia in libertatem vindicans, mundum Patri reconciliaret, omniaque pacificaret, quæ in cælis, & quæ in terris sunt. Ita enim & Deitatem eius ex patre oriundam cognoscimus, & aduentum, & præsentiam eius in carne adoramus. Rumpantur igitur & pereat stultissimi. Salutate omnes qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum. Valete & memores nostri apud Dominum sitis. Optamus dilectæ & verè desideratissime, vt si necessum sit, ista recitentur Hieracæ presbytero.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, AD EPISCOPOS ÆGYPTII

ET LYBIÆ, CONTRA ARIANOS,

ORATIO PRIMA.



M N I A quidem quæ Dominus noster & Seruator Iesus Christus, vt Lucas ait, docuit & fecit, ad nostram omnino salutem pertinent. Venit enim, vt inquit Ioannes, non vt iudicaret mundum, sed vt mundus per eum seruetur. Sed tamē inter reliqua omnia, ea quoque in parte eius bonitas admirationi est, quod de hostibus nostris, quibus nobiscū prælia futura erant, silentium non tenuit, sed de ea re iam antea in longum prædixit, vt cum illa incidere, statim agnosceremus, animoque firmaremur ex illius præmonitionibus, ita inquit, Oborientur falsi Prophetæ & falsi Christi, edentque signa & prodigia magna adeo vt seducant (si fieri possit) etiam ipsos electos: ecce prædixi vobis. Disciplina quidem & gratiæ eius in nos collocatæ, magna haud dubie sunt, & supra hominem: vt est cælestis politiæ speciem, potestas contra dæmones, adoptio iusque filiorum, & quod transcendit sua excellentia omnia charismata, Patris, illa ipsiusque Verbi cognitio, & donatio Sancti Spiritus. Sed tamen hominis animus studiosè ad malum procliuus est, aduersarius item noster diabolus, tanta nobis bona inuidens, obambulat quærens vt rapiat, sementem verbi è nobis. Ea de causâ dominus disciplinas suas veluti thesauros quosdam in nobis recondens, denunciatione istorum verborum vti voluit, Videte ne quis vos seducat: multi venient in nomine meo, iactitantes sese eos esse, qui ego sum, & tempus in proximo est, multosque in errorem abducet: ne sequamini eos. Magnum beneficiū quoddâ contulit nobis iste sermo, cuius opera fit, vt nō à specie rerū, quæ apparet, decipiamur: sed potiùs quæ vera sunt, quantūcunq; illa se oculis ingerat discriminare tamen & internoscere queamus, idq; Spiritus Sancti gratia. Nam quia omnino abominabilis est scelerū inuētor diabolus, immēsus calūniator, & vel semel visus reiicitur ab omnibus, vt serpens, vt draco, vt

leo quærens quæ rapiat, & deuoret, ideo hoc ipsum quidem quod est, dissimulat, & occultat, nomē verò quod ab omnibus desideratur & expectatū est, callidè vt personam induit, vt specie deceptos iam deinde suis vinculis perstringat, non aliter quā plagiarius, qui quū auertere cupit alienos liberos longè à parentibus suis peregre agentes, assimulat speciem multumque parentum: quos vbi desiderio sui captos deceptosque longius abduxerit, iugulat & occidit. Eadem quoq; ratione sinuosus ille & mille doli fraudisque magister diabolus, nihil sibi fidens, vt pote qui sciat humani generis ad veritatem amores, veritatis speciem vultumque præterdit, suū tamen interim virus comitibus suis & affectis inspargit. Ita quoq; & Euam decepit, non sua loquens, sed Dei verba assimulans, & verborū sententiā refingens. Itidem quodque vxorē Iob persuasam instigauit, vt præ se ferret cōiugalem charitatē, sed doceret tamē blasphemias in Deū. Ita dolosus ille vanis & falsis imaginibus rerum, hominibus illudit, obrepens & prouocans vnūquenque nostrū ad vitij sui præcipitia. Iam olim, ex quo deceperat primum hominem Adam, persuasus omnes sese homines in sua ditione habiturū, ferociter insultabat dicēs, Ego vniuersum orbem terrarū mea manu veluti nidū comprehendam, & vt oua relicta tollam, nec est qui aufugiat, aut obloquatur mihi. Cæterū qui antea orbē terrarum se cōprehensurum iactauerat, post aduentum Domini, iam experimēto doctus, quid Dominus in rebus humanis ageret, & quā non posset eam quā Dominus gestabat carnē fallere, domitus fractusque iam inde, etiam à pueris veluti passerculus pro ludibrio habetur. Puer enim infantulus inferens manū suā in linguā aspidū, deridet eum, qui Euam deceperat. Et omnes qui legitime in Christū fiduciā habent, pedibus cōculcāt eum, qui hæc verba locutus est, Ponam solū meum supra nubes, ascendā, & similis ero Altissimo. Et has quidē contumelias ille patitur: est tamen, vbi rursus resumpta audacia,

audacia, mutata specie, versipellè se facit, sed tamē agnoscitur etiā tum denuo ab illis miser, qui signū in suis frontibus gestant, & maiori ignominia contemptūque reiicitur. Nam quemadmodum vt serpens reptilis se transformauerit in Angelū lucis, simulatio tamen eius sine profectu in vanū abit. Instituti enim sumus, quòd si vel Angelus è cælo aliter Euāgelizauerit nobis quā accepimus illud ipsum, anathema esse & execrabile. Quòd si rursus, occultatis mendacijs fingat se suis labijs veritatem loqui, nos tamen non ignari, quo sensu id faciat, possumus dicere, quæ à spiritu sancto in ipsum dicta sunt, Peccatori autem locutus est Deus, cur tu denarras iustificationes meas? Et, Non est speciosa laus in ore peccatorū. Non enim quum veritatē loquitur fide dignus est veterator: ille, quū id quoque scriptura declaret, enarras eius in paradiso aduersus Euam calliditatem. Cōiicit autem eum Dominus, primum in monte, explicās pectoris eius sinuosa volumina, ostēdēnsque qualis esset diabolus, palam declarauit eum nequaquam aliquem è numero esse sanctorū, sed sathanam tētatorē, idque his dictis, Facesse post me satana, scriptū est enim, Dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Itidem quodque demōnibus, quū è monumentis vociferaretur, ora obthurabat, tamen verū esset, quod ab illis diceretur, neque falsi quicquā in his verbis proferet, Tu es Filius Dei. Noluit tamen per os impurū veritatem enunciari, multò minùs verò per illos, ne per hanc occasionē admiscerent zizania suæ malæ voluntatis, eo tēpore superfeminarēt quo homines in somnis essent, Ea de causa nec ipse eos sustinuit talia loquentes, nec eosdem à nobis sustineri voluit, suosque admonuit his verbis, Obseruate falsos prophetas, qui veniunt ad vos in cultu ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Idemque facit per Apostolos, vbi inquit, Ne credideritis omni spiritui. Istiusmodi enim mores sunt aduersariæ potestatis, istiusmodi quoque hæreson conspirationes sunt. Cum enim vnaquæque hæresis sui cōmenti parentem habeat eum (qui ab initio peruersus, & homicida, & mendax fuit) diabolū, ac pudore tam exosi nominis teneatur, pulcherrimum, & quod super omnia est, nomen Saluatoris profiteretur, scripturarumque dictionibus amicitur, & verba quidē proferat, veram inde tamen sententiam suffuratur, ac deinde intellectu, quem ipse confinxit, dolis inumbrato, erroneorum homicida & efficitur. Alioqui quid Marcioni & Manichæo hæreticis cum Evangelio, qui legem abnegant? Ex veteribus enim noua & vetera nouis contestata reddūtur. Qui igitur ista inficiatur, quomodo illa agnoscet? Paulus certe eius Euāgelij Apostolus fuit, quod præannunciavit per prophetas suos in scripturis sanctis. Quin & ipse Dominus locutus est, Scrutamini scripturas, quoniam illæ sunt, quæ testimonium perhibēt de me. Quomodo igitur agnoscent Dominum, qui non ante de eo scripturas consuluerunt & scrutati sunt? Nam quem Moses descripsit & Prophetæ, eum se inuenisse discipuli affirmant. Aut quorsum Saducæis lex, non recipientibus Prophetas? quum qui legem edidit Deus, idem sit qui in lege Prophetas sese excitaturum promisit, adeo, vt idem Dominus sit legis & Prophetarum, & qui alterum neget, neget omnino & alterum. Aut quorsum Iudæis vetera, quum non agnoscant eum, qui inde ex-

peccabatur, Dominum? Si enim scriptis à Mōse fidem habuissent, fidem quoque habuissent Domini verbis, De me (inquit) ille scripsit. Aut quid Samaritanis cum scripturis abneganti Verbū Dei, eaque inficianti, quæ pariter & ex veteri & ex nouo testamenta significatur, ac Dei aduentum in carne monstrant? Quid item Arianis cum scripturis? aut cur eas proferunt, qui creaturam asserunt esse Dei Verbum? & (vt Ethnici solent) cultum exhibent creaturæ, omisso creatore? Et quotquot sunt hæreses, nihil habent in suis figmētis cōstituendis, quod commune sit cum sacra scriptura: Neque id eos laet, qui huiusmodi errores tuentur, quā lōge, imò quā omnino illa hæresis dissentiat à sacra scriptura: sed tamen ad dolum simpliciorum, de quibus Prouerbia mentionem faciūt, Simplex credit omni sermōni, illi verò veluti diabolus ipsorum pater transformationem vultus ad speciem Angeli conformant, eamque verborum indolem præ se ferūt, vt rectum sensum habere videantur, eumque vbi persuaferint, eò miseris deducunt, vt diuersa aliquid à scripturis sentiant. In singulis hæresibus ita transfiguratus diabolus, dictiones subicite plenas dolo. De illis enim Dominus dixit, quòd Pseudochristiani & Pseudoprophete excitabūtur, vt multi aberrarent. Quapropter diabolus venit dicens in vnaquaque: Ego sum Christus, & apud me est veritas: omnibusque tum publicè tum priuatim persuasit sycophanta ille, vt mendacijs niteretur. Illud quòque profus admirabile, omnes, quotquot sunt hæreses in fingendo diuersa pugnantiaque inter se adferre, nec alibi nisi in falsitate sibi inuicem consentire & copulari. Neque id mirum, quum vnum habeant autorem, qui ipsis vbilibet mendacia asserminat. Fidelis tamen Euangelij discipulus, cui gratia data est, vt discernat spiritualia, & qui super petram ædificauit fidei suæ domiciliū, citra vacillationem firmus consistit, & tutus permanet ab eorum imposturis. Simplex verò (vt dixi) & nō firmiter institutus, dum solummodo verba considerat, nec eorū mētem obseruat, statim illorum astutijs seducitur. Ideo bonum est, vel potiùs necessarium, optare gratiam discernēdorum spirituum, vt vnusquisque cognoscat secundū Ioānis præceptum, quos abiicere, quos, vt amicos & qui eiusdem sunt naturæ recipere oporteat. Plurima sane hac in parte scribēda, si quis ad plenū de illis disceptare instituat, quū tam multiplex & varia sit hæreson impietas & vesania, & tam inaudita mirabilisque impostorum vafrities. Cæterū, quia diuina scriptura cæteris omnibus instructior est, ideo, si qui velint, plura cognoscere, iis consilium dederim, vt sacra eloquia euoluant. Ego autem quod mihi vrgentioris curæ videbatur, id primo loco indicatum volui: siquidem ea causa me potissimum impulit, vt hæc ista ad istum modū cōscriberem. Audiui enim, dum in istis regionibus commoror, idque ex indicio verorū fratrum & orthodoxæ Fidei, aliquot iam coisse, qui Arianam sapiunt, eosque scripsisse de fide, quæ illis placuere, vel potiùs quæ illis inspirauit diabolus, volentes ea mittere ad vos, vt subscriberetis, aut si qui cōtradecere ausing, exilium ferāt. Atque hinc est quòd iam nunc episcopos istarum regionū vexare incipiunt: vnde satis abundēque animos suos morēsque produnt. Nam qui ista scribunt, vt finis scriptiōnis ad exilium, vel alias pœnas tendat, quales illos, quæso,

Ioan. 10.

Mat. 26.

Discipline et gratiæ dei sempiternales.

Luc 8.

Mat. 26. Christi exhortatio ad hereticos vitandos.

Diabolus scelerū inuentor, doli fraudisque plenus.

simile.

Gala. 1.

Eccle. 15.

Mat. 4.

1. Ioan. 4.

Nihil hæreticis cū scripturis Marcio et Manichæ legem abnegant. Ioan. 5.

Hier. 49.


Prou. 14.

Ioan. 8.

Hæretico secta inter se discrepant omnes.

Fidelis Euangelij discipulus quis.

Doctrina necessaria



nisi & alienos à Christianissimo, & diaboli eiusque dæmonū amicos sentias: Siquidem illi præter mentem Constantij Imperatoris humani & pij, pro libidine, quæ volunt, promulgant, & faciunt ea quæ libet, & in faciendis vtuntur magna vafricie, duabus potissimum de causis, vt mihi quidem videtur, quarum vna est, vt vobis subscribentibus, infamiam Arianici nominis interquiescere faciât, nec ipsi interrim sentiantur Arianicè sapere: Altera vero causa est, vt ista scribendo obliterent Nicænum Concilium, fidemque inibi contra Arianos æditam. Sed hoc ipsum imprimis eorum malitiam, & dissidentes ab Ecclesia orthodoxa opiniones redaguit: Si enim recte crederent, contenti essent fide Nicæna, ab vniuersi orbis concilio promulgata. Nam si arbitrantur se calumniam passos, & immerito Arianos appellatos, non debent ipsi operam dare, vt scripta in Arium, mutarentur quasi aduersus ipsos decreta sint, quæ contra Arium decreta fuere. Verum illi nequaquam ita faciunt, sed ita hic pro se, quasi ipsi Arii essent, anxij & solliciti sunt: iam mihi vide quam nulla illis veritatis cura, & quam omnia ob Arianam hæresim, & dicant & faciant: qui enim audent calumniari recte definita, molunturque alia diuersaque ab illis scribere, quid aliud faciunt, quam quod Patres accusant, ac propugnatores se præstet eius hæreseos, cuius illi aduersarij fuere, & decreta ediderunt. Nam quæ nunc scribunt, non cura veritatis scribunt, quemadmodum iam dixi, sed ludi causa technarumque gratia id faciunt, ad imposturam hominum, vt mittendis epistolis, animos populorum circa ista occupatos teneant, feriasque interim habeant, & intermissionem non dicendæ causæ, latentique ipsorum impietate, tempus locumque nanciscuntur prorogandæ suæ hæreseos canceris in modum omnia depascētis. Cuncta igitur mouent & turbant, neque vel ita suis ipsi decretis acquiescunt. Quotannis enim in vnum coeunt, veluti qui tabulas pactaque scribant, simulantque se pro fide scripta conficere, mire interim & fædi & ridiculi, quum scripta eorum non modo ab aliis, sed etiam ab ipsismet explodantur. Nam si fidere ausi fuissent prioribus suis scriptis, nõ secundo scripsissent, neque illis denuò repudiatis ad terriam scripturam profiliissent, prorsus studio habentes, vt rursus ea mutent, si vel pusillum temporis intercesserit, vel occasionem naçti fuerint pro ipsorum consuetudine insidiandi. Tunc enim cum insidiis student, maximopere se simulant de fide scribere, vt quemadmodum Pilatus manus lauit: ita & ipsi pios religiososque in Christum scribendo interficiant, ac dum de fide definienda negociosos se fingunt, vt iam sæpius dixi, crimen, intamiãque diuersæ alienæque à recta fide opinionis elabantur. Cæterum, ne sic quidem latere, aut effugere poterunt. Quandiu enim non aduersariis, sed sibiipsis causas reddunt, tandiu sese sui accusatores præbent, idque optimo iure. Siquidem illis, à quibus accusantur, non respondent, sed sibiipsis quiduis, vt libitum fuerit, persuadent. Quando igitur reo partes iudicandi sibi arrogante, criminis absolutio contigerit? Ergo dum perpetuo scribunt, suamet ipsi immutantes, incertam suam fidem, vel potius certam infidelitatem dementiamque ostendunt. Idque merito illis accidere videtur: quum enim semel veritatem vt transfugæ, deseruerint, Nicænamque Fi-

simile.
Hæretici scribunt nõ vt profint, sed vt noceant & interficiant.

dem recte scriptam euertere studeant, satis illis est, iuxta id quod scriptum est, vel pedes suos mouere, Quocirca & ipsi, vt olim Hierusalem, laborant, & delatigantur suis permutationibus, dum alia atque alia scribunt, solum in id intenti, vt tempora lucrentur, Christi que perduelliones remanentes, alios in errorem abducant. Quis igitur, cui maxime cura est veritatis, istos ulterius ferat? Quis eos scribentes non iure auerferet? quis non damnauerit eorum audaciam? Pauci enim numero quum sint, volunt tamen sua præ omnibus valere, & quæ ab ipsis in angulis conflata sunt, ac proinde suspecta, rata esse summam vim adhibentes, vt dissoluant & irritum faciant, totius orbis sedulum & syncerum Concilium, Qui ideo ab Eusebianis ad honores euecti sunt, quoniam hæresi in Christum hostili, patronos sese & aduocatos præstitere, audentque de fide definire: & quum ipsi sint rei ac iudicio obnoxij, veluti Caiphæ iudicandi munus inuadunt. Et Thalæ suæ, quam faciunt, fidem haberi volunt, qui ne ipsi quidem sciunt quid credat. Cui enim ignotum, Secundum Pentapoliten non semel exauctoratum depositumque gratia commendationeque Arianæ hæreseos ab ipsis designatum esse, Georgiū item qui nunc Laodicæ agit, & cum Georgio Leontium illum Spadonem electos esse, & ante illum Stephanum & Theodorum, qui iam Heracleæ est: qui quum antea ab ordine presbyterorum reuulsi essent, postmodum impietatis commendatione Episcopi appellati sunt. His accedit Vrsatius & Valens, à principio, vt nouitij, catechismo ab Ario instituti sunt. His cõnumerantur Acacius quoque & Patrophilus & Narcissus ad omnem impietatem audacissimi: qui in magno Concilio Sardinienfi ab Ecclesia reiecti fuere, vnaque cum iis Eustatius qui nunc Augustæ est, & Eudoxius & Basilii patrocinio impietatis ad istas fortunas subuecti. Nam iam de Cecropio, Auxentio & Epiçteto hypocrita superfluum est dicere, quum omnibus liqueat, quomodo, ob quas causas, & per quos inimicos Ecclesiæ, etiam isti promoti sunt, nimirum qui se calumniarum in Episcopos orthodoxos, quibus insidiæ parabantur, actores histrionisque præbuerunt. Hi quum essent non nisi in presbyteri ordine constituti, nec vulgo cogniti haberentur, tamen per impietatem episcopatus titulum sibi procurarunt. Eaque de causa Georgium Cappadocem quendam redemerunt, eo animo, vt cum ad vos mitterent: sed nec ille aliquo in numero aut precio habendus est. Dico enim cum istis in locis, non vt Christianum se, sed vt idololatram gessisse, eundemque moribus & instituto carnificem esse. Et quia istiusmodi ingenio erat, accitum ab illis, aggregatumque esse, vt pote hominem iniuriis, rapinis, & cædibus faciundis per quam idoneū. Ea enim sæpius exercuit, neque vlla ratione cognita habet, quæ sunt peculiaria Christianæ fidei. Illi quidem his machinis vtuntur contra veritatem, non tamen illorum animus lateret, etiãsi millies veluti anguillæ in sinus meandrosque lubricent, & sese occultare studeant, quasi non sint Christi perduelles. Igitur denuncio vobis, vt quisque caueat, ne ab illis decipiatur, aut furtum sui patiatur, sed potius ac si Iudaica impietas Christianam fidem inuaderet, zelum Domino zelate, & retenta Patrum fide, quam Patres, qui Nicææ cõnenerant, scripto professi sunt. Ne sustinueritis eos, qui con-

Hæreticorum abbitio.

Hæreticorum abbitio.

Georgii Capadocensis idolo-

Concilij hæreticorum audientis hæreticorum.

tra eam nouis rebus student, etiam si diæctiones ex facris literis scribât, ne sustinueritis hoc genus scriptorum, etiam si voces orthodoxæ fidei loquantur, ne ita quidem loquentibus attendite. Non enim recto animo loquuntur, sed veluti indumentum ouium hæc verba præferunt, intus verò, quæ Arii sunt, sapiunt, quemadmodum hereseon princeps diabolus. Nam & ille quoque loquebatur è facris literis, sed tamen æquè illi os obthuratum est à Salvatore. Si enim ea quæ dicebat, animo sensisset, nunquam excidisset è cælo: nunc autem veterator ille animo sensuque deciduus, honesti speciem verbis simulat. Subinde quoque, ethnica dicendi magnificentia, ethnisque sophismatibus, malignus ille seducere annittitur. Si igitur scripta ista ab orthodoxis proficisceretur, qualia sunt magni illius & confessoris Hosij, Maximini Galliæ, aut eius successoris, aut Philogonij, & Eusthatij Orientis Episcoporum, aut Iulij & Liberij Romanorum Pontificum, aut Cyriaci Mysiæ, aut Pisti & Aristei Græciæ Episcoporum, aut Syluestri & Protogenis Daciæ, aut Leontij, & Euplychij Cappadociæ Episcoporum, vel Ceciliani Aphricæ, vel Eustorgij Italiæ aut Capitonis Siciliae, aut Macarij Hierusalem, aut Alexandri Constantinopoleos, aut Pædarotæ Heracleæ, vel magni illius Meletij Basilij, & Longiani, cum cæteris Ponti Armeniæque Pontificibus, vel Lupi & Appiani Ciliciæ, vel Iacobi & reliquorum Mesopotamiæ Præsulum, aut nostri beati Alexandri, cæterorumque qui cum eo sunt eiusdem sententiæ, nihil esset quod in his scriptis suspicareret: syncera enim & simplicia Apostolicorum virorum ingenia sunt. Nunc autem, quia ab illis scripta sunt, qui pro patrocinio hæreseos gratiam mercedis receperunt, secundum Prouerbia, Sermones impiorum dolosi, & os impiorum mala respondet, & impij dolos gubernant, vigilandum est fratres & sobriè agendum, vt dixit Dominus, ne qua ex magnificentia verborum & veteratoria calliditate impostura fiat. Ne quis veniat cum his verbis, Ego quod Christum annuncio, ac paulò post Antichristus esse deprehedatur. Antichristi autem isti sunt, qui propter Arii vesaniam, ad vos accedunt. Quid enim deest vobis, vt aliunde quis ad vos proficiscatur: aut cuius indigent per Ægyptum, Aphricam, & Alexandriam Ecclesiæ: vt qui permutatione lignorum falsiumque cauponati sunt Episcopatus, transeant ad Ecclesias, quæ ad eorum ius curamque non pertinent? Quis ignorat, quis non clare conspiciatur eos ista agere pro statuenda stabiliendaque hæresi? Quapropter etsi sublimes magnificosque se faciunt, etiam maiores Phariseis simbrias sibi alligant, dilatantque se verborum sonitu, & vimi vocis tenoremque probe meditatam habent, nullam ob id fidem meruerint. Non enim dictio, sed mēs quæ religiosè agit, fidelem aliquem reddit: Eaque de causa Saducæi & Herodiani, quamuis legem in labris retinerent, pudenti facti sunt à Salvatore, audientes, Erratis, non scientes scripturas & vires Dei. Et apud omnes innotuit, eos, qui videbantur legem sonare, animo hæreticos & Dei perduelles esse. Alios illi quidem huiusmodi verborum lenociniis seduxerunt, Dominum autem iam hominem factum seducere nequaquam potuerunt: Verbum quippe caro factum est, quod cognoscit sapientum cogitationes, vanas esse. Ita quoque clanculum obre-

Prot. 12.

Mat. 22.

Ioan. 1.

pentes Iudæos refutauit dicens, Si Deus Pater vester esset, diligeretis me: ego enim è Patre prodij, & venio ad vos: Eadem ratione nunc quoque facere videntur. Occulant siquidem animum, ac deinde in scribendo scripturarum verbis, pro esca vtuntur, vt latenter in suam maliciam pertrahant ignaros. Dispicite, quæso, num ita est vt loquor. Si enim nulla suppetente causa de fide scribunt, superuacuum est quod tentant, fortasse etiam & noxium: eò quod nulla quæstione exorta, ipsi causam verbalis digladiationis suppeditant, subvertentes simpliciorum fratrum corda, asseminantes illa quæ alioqui nunquam in illorum mentem subiissent. Sin autem, vt ab Ariana hæresi sese excusent, scripto vtuntur, par est, vt malarum plantarum semina prius extirpent, eosque qui sementem hanc præbent, notis & infamia suggillent, atque ita in locum illorum meliora scribendo substituât. Quod si id nolint, propalam profiteantur, vendicentque sibi Arianam sectam non occultim, vt eos perduelles Christi esse innotescat, omnesque ab ipsis, tanquam à conspectu serpentis, fugiant. Nunc illa & in occultis habent, & alia præ se ferentes, scribunt, non aliter quàm si medicus ad faucium ægrotumque accersitus, omissis quæ rei præsentis sunt, de membris sanis disputationem instituat, quem ea de causa merito stuporis & infantiæ damnes quod de iis, quorum vltus ab eo non requiritur, verba faciat: ita quoque isti quæ sunt hæreseos prorsus omittentes, alia scriptis persequuntur. Atqui oportuit, si fides illis curæ esset, Christumque diligerent, prius blasphemias aduersus Christum sententias exterminare, ac ita in locum eorum sana salubriaque & dicere & scribere. Sed neque ipsi hoc præstant, neque eos qui id præstare velint, permittunt, impediuntque vel inciticia, vel dolo. Quod si inciticia id faciunt, crimini temeritatis obnoxij fuerint, quod, quæ ignota habent, asseuerationibus prosequuntur: contra, si scientiam sibi in istis rebus arrogat, maior illis multa infligi debet, quoniam, vbi de ipsorum rebus agit, nihil ociosum aut præter rem inculcat: contra, vbi de nostra Fide tractandum fuerat, scriptionibus ludant, & quiduis potius, quàm verum, tuentur, dissimulatis illis & in occulto habitis, ob quæ ipsorum hæresis male audit, cum interim verba sacrarum scripturarum in ore habeant. Est id quidem euidentis suppilatio veritatis, eademque distenta ac suffarcinata omni scelere. Nec dubito, quin vestra pietas facile vel isthinc totum negocium perspexerit. Siquidem nullus, vbi de adulterio postulatus est, de furto se excusat: neque si quis cædem imputet, reum patitur respondere, se non solum peierasse, sed etiam in deposito fidelem extitisse: Id enim ludibrium potius quàm purgatio criminis, aut certum rei documentum fuerit. Quid enim cædes ad depositum? aut quid adulterium ad furtum? Nam tamen si scelera à se inuicem dependeant, ex corde prodeuntia, attamen ad diluendum facinus, nullam inter se communionem habent. Achar igitur vt in Iesu Naue scriptum est, furti accersitus, non suam in bellis fortitudinem pro excusatione obtendit, sed conuictus de crimine, ab omnibus lapidatus est. Sauli quoque de negligentia mandatisque præuaticatione increpato, nihil profuit quod alia causificaretur. Non

Hæreticorum malitia & tergiversatio.

3. Reg. 12.

enim alterius criminis purgatio, in alio scelere documentum innocentiae suppeditat: sed contra, si ex iure & legibus agetur, par est, ut de eo reatu quo quis impetitur, respondeat, aut ostendere se non fecisse, aut confiteri delictum: ac polliceri, si conuictus sit, nihil tale amplius vel facturum vel moliturum. Sin autem & fecit & molitus est, nec tamen culpam agnoscat, sed alia pro aliis adferat, hic se ipsum manifestum facit, non quod recte fecerit, sed quod sceleris sui conscientia prematur. Quid igitur opus est multis verbis: quum isti ipsi prauidicium damnationemque inferre videatur Arianorum heresi, quippe qui eam ore profiteri non audeant: & quia abdunt & occultant blasphemias illius sectae, satis ea re ostendunt sese agnoscere, haeresim istam peregrinam alienamque esse a veritate fidei. Ceterum, quoniam in abstruso habent, nec audent suorum gregalium verba proferre, necessarium est ut nos istis huius impitatis tectoria detrahamus, haeresimque ipsam, in publicum traducamus. Conscij enim sumus, quid tum ab Arianis dictum sit, & quomodo ab Ecclesia & clericorum sorte reiecti sint. Veniam igitur verbis istis fordidis & lutulētis, quibus vtendum necessario est, praefari oportet. Vtemur autem iis, non quod ita sentiamus, sed quod ea ad usum refellendi necessaria arbitremur. Beatissimus igitur Episcopus Alexander Arium haec sententem & pariter verbis profitentem, ab Ecclesia reiecit, Non semper Deus erat Pater, non semper Filius. Nam quum omnia sint ex nihilo, etiam Dei Filius ex nihilo emerit: & cum omnia sint condita, ipse quoque conditum quiddam & opus haberi debet, & quum omnia prius non essent, sed postea extiterint, fuit profecto cum Verbum non erat. Et quia non erat, antequam fieret, principium existendi habuit: tum enim extitit, cum Deus eum conditum voluit. Nam inter omnia opera eius, ipse quoque connumerandus est, qui & natura mutabilis fuit, sed libero arbitrio bonus remansit: & quia pro voluntate sua verti mutarique potuit ut reliqua omnia: ideo Deus, quum praecognosceret illum bonum fore, maturavit ut illi hanc gloriam daret, quam postea ex virtute meriturus fuisset, ut qui de opere suo, quale futurum esset, praescientiam haberet. Id quoque dicunt, Non Deum verum Christum esse, sed participatu Deitatis Deum factum: eadem ratione qua ceteri quoque numina appellatur. Etiam id quoque addunt, eum non natura in Patre existere, nec proprium esse eius substantiae Verbum, nec propriam Sapientiam in qua mundum istum creauit: sed aliud esse in Patre proprium & peculiare. Verbum, aliamque item propriam Sapientiam in qua Sapientia istud Verbum fecit. Atque adeo ipsum Dominum Christum respectu rationalium quae verbis vtuntur, Verbum esse nuncupatum: & respectu comparationeque sapientum, Sapientiam dictum. Quin imo ut omnia aliena diuersaque sunt a Patris substantia, ita ipsum quoque per omnia diuersum aliumque esse a Patris substantia, sed ex genitis conditisque ipsum proprium & vnicum Patri Filium & sapientiam esse: cumque & creaturam esse, & opus Dei. Rursus idem ait, Deum, non nos propter illum, sed illum propter nos condidisse. Erat enim (inquit) solus Deus, nec erat Verbum cum eo, deinde quum vellet nos procreare, tunc quoque istum procreauit: quem postquam genitus est,

Arius ab ecclesia reiectus pro sua haeretica confessione.

appellauit & Verbum, & Filium & Sapientiam, ut nos per eum conderet: Et ut omnia voluntate filij subisterent, quum antea non essent, ita quoque ipse voluntate Dei, quum antea non esset, extitit. Non enim est Patris proprius & naturalis foetus Verbum, sed & ipsum gratia extitit. Addit insuper Deum qui erat, Filium qui non erat, voluntate fecisse, condidisse ac creasse, & existere voluisse. Quin & hoc quoque iactant, non esse Christum naturalem & veram potentiam Dei: sed sicuti eruca & bruchi potentiae omnipotentis Dei appellantur, ita ipsum quoque appellari potentiam Patris. His adiecerunt, Filio Patrem ineffabilem, arcanumque esse, neque conspiciere, neque cognoscere integre & exacte Patrem posse. Cum enim exordium essendi habeat, non potest eum, qui exordio essendi caret, cognoscere, sed quod cognoscit & videt: id iuxta proportionem suae mensurae, suaeque capacitatis cognoscit & videt: quemadmodum nos, qui singuli pro viribus nostris & cognoscimus & videmus. Etiam illud inter caetera adiunxit, Filium non solum non exacte cognoscere Patrem: sed ne suam quidem ipsius substantiam plene cognitam habere. Haec & huiusmodi quum diceret Arius haereticus declaratus est. Ego certe vel solum inter scribendum, cum & eius impietatum recordarer, verumque de religione sensum retinerem, non potui hominem non execrari. Nam & in Nicæno conuentu omnes, quotquot ibi aderant Episcopi, aures suas ad ista verba obthrauerunt, omnesque communi suffragio istam haeresim damnauerunt, & anathemate detestati sunt, dicentes esse alienam diuersamque ab Ecclesiastica Fide. Neque necessitas vlla censores ad id coegit, sed omnes sponte veritatem prosequuti sunt. Factumque est illud ab iis recte & bono quidem iure. Impietas enim istiusmodi opinionibus introducitur, vel potius praeter scripturas, Iudaismus, trahens secum proxime inter caeteros comites gentilitatem, adeo, ut qui ita sentiat, Christianus non debeat appellari, cum omnia ista scripturis sint aduersa, quippe, cum Ioannes dicat, In principio erat Verbum: Isti contra loquantur, prius quam crearetur, non erat. Idem quoque denuo scripsit, Et sumus in vero eius Filio IESU CHRISTO: hic est verus Deus & vita aeterna: Isti vicissim tanquam eius sententiae perduelles dicunt: non esse Christum verum Deum, sed participem ac partiarium ex aliqua portione deitatis, quemadmodum reliqua alia quae numina dicuntur. Et Apostolus quidem increpat Ethnicos, quod res conditas venerentur, & quod praeterito creatore Deo, creaturis inseruiat. Isti autem quum Christum esse creaturam pronunciant: illi tamen quanquam creaturae, religionis cultu ceremonisque inseruiunt. Quid igitur, quae, ab Ethnicis differunt? Qui fieri potest, si ita sentiunt, ut non verba iam de Paulo recitata, eiusque inculatio ad ipsos pertineat? Cum tamen Dominus de seipso loquatur, Ego & Pater vnum sumus. Et qui videt me, videt & Patrem meum, Et Apostolus ab eo in hanc legationem Euangelicam missus ita deprædicet, eum esse iubar gloriae eius, & characterem substantiae eius: Isti contra, audent separare eum, & alienum a substantia Patris aeternitateque asseuerare, illamque mutabilem fingere: non animaduertentes quum ista loquantur, quod eum iam non vnū cum Patre, sed

Arius reuera clarus.

Ipsi Arii sumus auctores creaturam.

Arius reuera clarus.

sed vnum cum rebus creatis faciāt. Quis enim non videt, iubar siue proradiationem apud lucem esse, & proprium illius substantiae, & coexistere, & non posterius superuenire? Caeterum, quum Pater dicat, Hic est Filius meus dilectus: scripturaeque asserant hunc esse Patris Verbum, & in eo caelos firmatos esse, omniaque per ipsum facta esse: isti tamen nouorum dogmatum figmentorumque auctores, aliud verbum inducunt, & aliam Sapientiam Patris esse: hunc autem respectu comparationeque rationalium, quae verbis vtuntur, verbum & Sapientiam dictum esse: nec vident quanta inde absurditas nascatur. Si enim propter nos, nobisque comparatus, per excellentiam Verbum & Sapientia dicitur, quidnam ipse sit, nunquam explicauerint. Si enim Dominum, illa ipsa esse scripturae pronunciant, illi contra, Dominum illa esse insciantur, certum est illos, eum ne existere quidem velle, & scripturis aduersos infestisq; sese gerere. Fideles autem, ex ipsa Paterna voce, ex Angelis qui illum adorant, & ex Sanctis qui de eo scribunt, eius naturam cognoscere possunt. Isti contra quibus mens impura est, quum nihil tale ex Diuinis Theologisque viris audire queant, relegandi mihi videntur ad Caedæmones, cum quibus similitudine congruunt, ut saltem ex eorum clamoribus audiant, non plures esse Filios Dei, sed hunc solum & vnicum esse Filium Dei, Tu, inquebant, es ille Sanctus Dei & Filius Dei. Quin & ille qui haeresim istis suggerit, tentator, inquam, ille in monte, non si & tu quoque es Filius Dei, quasi plures essent, sed si tu es Filius Dei, loquitur, ut intelligas vnum duntaxat fuisse. Sed mirifici isti viri, sicuti gentiles, qui vbi delapsi erant ab opinione vnus Dei, ad pluralitatem deorum praecipitati sunt: ita & ipsi quoque non credentes vnum esse Patris Verbum, ad multos intelligendos in praecipitum feruntur: cumque, qui vere est Deus & verum Verbum, insciantur: creaturam autem eum esse in animum inducunt, non animaduertentes quam plena impietatis sit ista opinio. Nam si creatura est, quomodo ipse aut creaturarum conditor, aut Filius, & Sapientia, & Verbum fuerit? Verbum enim non creatur, sed gignitur: & creatura non filius, sed opus certum est. Quod si creaturae per eum conditae sunt, ipseque creatura est, cuius quae creatura habenda est? Necessum est enim opera per aliquem fieri, vti per Verbum facta sunt omnia, eod quod Verbum opus non erat, sed Patris sui Ratio. Ac rursus, Si alia est in Patre sapientia, praeter eam sapientiam quae est ipse Dominus: & si Sapientia in sapientia facta est, & Sapientia est Dei Verbum, sequitur omnino Verbum in Verbo essendi naturam accipere. Iam si Verbum Dei est filius, colligeretur consequutio ratiocinandi, Filium in Filio conditum esse. Qua igitur ratione locus est Dominus: Ego in Patre & Pater in me, Si sit alius in Patre, in quo & ipse Dominus factus est, Aut quomodo Ioannes eo omisso, de isto refert? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod si omnia quae voluntate creata sunt, per eum creata sunt, quomodo is vnus creaturatum fuerit? aut quomodo Apostolo dicente, per quem omnia, & propter quem omnia, isti dicere non verentur, non nos propter illum, sed illum propter nos factum esse? Oportuit enim, si ita se res habebat, eum ad istum modum loqui propter quos

Ioan. 3.

Arius scripturis aduersis infestis.

Gentiliū Arii norū colatio.

Absurda Quod filij dei non est creatura.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Rom. 11.

factum est Verbum. Nunc autem non ita, sed propter quem omnia, & per quae omnia, elocutus est: clare ostendens istos haereticos & sycophantas esse. Alioqui, si audeant dicere, aliud esse in Deo Verbum, postquam claras demonstrationes scripturarum non habent; saltet vel vnum illius opus demonstrant; aut quippiam quod Pater egerit seorsum ab hoc nostro Verbo, ut aliquem videantur habere praetextum colorumque sui commentum. Veri enim Verbi opera manifesta sunt omnibus, adeo ut proportionabilitet eius virtutem ex operibus spectes. Ut enim ex contemplatione rerum conditarum, Deum conditorem intelligimus, ita videntes nihil indispositum in rebus creatis, sed omnia ordine & prouidentia moueri & gubernari, & in suo modulo permanere, animo colligimus, Verbum siue Rationem Dei in omnibus insistere & gubernatorem esse. Iam sacrae scripturae quoque testantur, ipsum esse Dei Verbum, & per eum omnia facta esse, & sine ipso factum esse nihil. Illius autem verbi de quo ipsi mentionem faciunt, neque dictum neque factum vllum ab ipsis osteditur. Nam quum ipse Pater dicit, Hic est Filius meus dilectus; multum alium sibi Filium esse significat: Ergo secundum istam rationem etiam Manichaeis aggregantur praecari isti viri. Nam & illi quoque nomine tenus bonum Deum induxerunt; cuius nullum omnino opus, vel visibile vel inuisibile ostendete queunt: verum interim re vera Deum creatorem caeli & terrae, omniumque inuisibilium insciantes, ad fabulas se conferunt. Idem quoque istis infani iudicij hominibus accidere videtur, quippe, qui veri Verbi, quod solum in Patre existit, opera videant, & abnegent: aliudque sibi verbum confingant, quod neque ex factis, neque ex fama demonstrare possunt: Nisi scilicet compositum aliquem Deum, hominum more nunc verba loquentem, nunc quae locutus est, immurantem, ac rursus ita sentientem cogitantemque, fabulose intelligant: nihil interim videntes, in quam stolidam sententiam praecipites eant. Si enim verba accidentaria habet, omnibus modis eum hominem constituant: sin autem verba ab eo proferri, & mox perire existimant, grauiore adhuc impietate laborant, quum ea quae prodeant ab existente, in non existens resoluant. Quod si vero Deum gignere opinantur, melius & magis pium est dicere Deum vnus Verbi genitorem esse, qui sit plenitudo Diuinitatis eius, & in quo reconditi sint thesauri omnis cognitionis, cumque & esse, vnaque cum Patre suo coexistere, per quem omnia sunt facta, quam si illum multorum verborum, quae nusquam apparent, genitorem esse confirmet: aut eum esse compositum, hominumque more patibilem existere, ac de simplici illum multiplicem faciant. Iam quum dicat Apostolus, Christus potentia & Sapientia Dei, isti multis aliis potentiis, eum, ut vnum ex illis, adnumerant, & quod teterrimum, erucis aliisque brutis ad cladem aliorum ab eo immixtis, ipsum sceleratissimi comparant. Et quum Dominus loquatur, Nemo cognoscit Patrem nisi Filius: ac rursus, Non, quod Patrem viderit quisquam, nisi ille, qui ex Patre est: qui fieri possit, ut isti non veri perduelliones numinis habeantur, iactitantes, Patrem a Filio neque videri neque cognosci ad plenum? Si enim Dominus dicit, Quemadmodum

simile.

Ioan. 3.

Deus est vni verbi genitor non multorum.

1. Cor. 1.

Luc. 10.

Ioan. 1.

cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem; neque ex parte cognoscit Pater Filium, qui igitur fieri potest, ut non insaniant isti nugatores, dum assentunt, ex parte & non solide Filium cognoscere suum parentem? Denique si principium habet filius existendi, & principium habent omnia quae creata sunt, quid primum inter ista, & a quo initio defluerunt caetera, mihi indicent: sed nequaquam id poterint dicere, neque unquam tale principium Verbo ostenderint veteratores isti: quippe qui Patris sit vera & genuina Soboles. In Principio enim erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Porro, de eo quod garrunt, Filium non cognoscere suam substantiam, ociosum ac superfluum est verba facere, nisi eatenus ut illorum vesaniam exagites. Nam si ipse sui ipsius cognitione destituitur, qui omnibus intellectum & de Patre & de seipso largitur, quid illos incusat, qui ipsum non cognoscunt? Atqui scriptum est, inquit Dominus creavit me ab initio viarum suarum, ad opera ipsius: insciti & mente attoniti. Quid? quod etiam servus in Scripturis nominatur, & ancillae filius, & agnus & ovis, & fatigatus esse, & sitibundus fuisse, vapulasse, & passus esse. Sed habent ista occasionem causamque legitimam. Siquidem continuo in sacris literis proditur, cur homo, & Filius hominis sub servili schemate factus sit, quod quidem nihil aliud est, quam humana caro: Verbum enim inquit caro factum est. Quod si homo factus est, non par est, quenquam in istis verbis scandalizari: hominis proprium est creari, gigni, fingi, fatigari, pati, mori, ex mortuis excitari. Et sicuti, quatenus est Verbum, & Sapientia Patris, omnia habet quae sunt Patris, aeternitatem, immutabilitatem, & per omnia & in omnibus eandem similitudinem, ut nec prius nec posterius sit, sed cum Patre coexistat, & ipsissima sit forma Paternae Deitatis, eademque ratione conditor sit rerum & non conditus. Cum enim secundum substantiam Patris, Patri sit similis, nullo pacto conditus esse potuerit, sed conditor permanet, ut ipse quoque prolocutus est, Pater meus etiamnum operatur, & ego operor, ita quoque homo factus & carne gestans, necessario creari fierique incepit, & omnia, quae sunt carnis, subiit: quantumcumque Judaici isti caupones vinum aqua misceant, humiliantes Verbum Verbiique Deitatem, dum eam subiiciunt iis opinionibus, quae de rebus creatis concipiuntur. Istis de causis merito ac summo iure Patres indignati sunt, & anathemate notauerunt impietissimam haeresim: cui haeresi isti male metuentes, ut nimis facile refutabili & prorsus friuolae, in tenebris eam habent & abstrudunt: Nos quidem pauca ista ad vituperationem illorum scripsimus. Quod si quis latiore refutatione uti velit, reperiet vitam haeresim non longe ab Ethnicis disunctam, reliquarum tamen haeresicon postremam & fecem. Siquidem caeterae haereses aut circa corpus Domini eiusque humanitatem, haec quidem ad istum modum, aliae rursus ad illum modum mendaces, aberrant: aut eum in corpus descendisse Judaica existimatione penitus pernegant. Haec autem sola omnium, in ipsam Deitatem impingit, cum Verbum ne semel quidem esse permittant, aut Deum Patrem existere. Caeterum, recte contra eos hanc Psalmum scriptum esse dixeris, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus: corrupti sunt, &

Ioan. 1.

Esai. 45. Christus cur servus dicatur in scripturis

Ioan. 5. Christus quatenus homo, quae carnis sunt subiit.

Psal. 52.

abominabiles facti sunt in studiis suis. Verum, inquit, valemus & possumus vafrie propugnare nostram haeresim. Atqui rectius sese haberet eorum apologia, si neque technis, neque sophismatis gentilibus, sed simplici Fide huius opinionioni patrocinarentur. Quapropter si fidunt, beneque sibi conscij sunt, hanc esse Ecclesiasticis dogmatis sententiam, mentem suam liquidò prodant. Nemo enim incensam candelam sub modio, sed super candelabrum ponit ut luceat omnibus introeuntibus. Quod si igitur eam sese autument posse defendere, scripto promulgent ea quae verbis asserunt, omnibusque accusent Alexandrum beatissimae memoriae Episcopum, quasi qui Arium ista dicentem cum iniuria eiecerit: incusentque Nicenum concilium, quod, ista impietate reiecta, veram Fidem scripto prodiderint. Sed id eos facturos non esse, compertum habeo: non enim usque adeo rerum suarum figmento-rumque ac sementis mala, quam aspergere conantur, ignari sunt: quippe, qui probe cognitum habeant, quod quamvis initio simpliciores recenti impostura seducere potuerint, postmodum tamen mentem suam veluti impiam quandam lucem eamque mox extinguendam, seque ubique infames futuros optime praesentiant, utpote veritatis inimicos atque aduersarios. Ideo quom omnia stulte faciant, stultaeque loquantur, in ea re tamen, ut filij istius seculi atque mundi, prudenter faciunt quod occultant sub modio suam lucernam, ne videatur lucere, aut ne visa lucere, condemnatione extinguatur. Siquidem & Arius haereseos princeps, ab Eusebio gregaliusque Eusebij euocatus ad felicitis memoriae Constantinum Imperatorem, ibique iussus ut scripto ederet suam fidem, callide per dolu suppressis suis impietatibus, praeratiisque uti diabolus solet sacrarum literarum simplicibus, uti scripta erant verbis, formulam suae fidei conscripsit, deinde ab Augusto interrogatus, nihilne aliud in animo haberet, & ane re sentiret quod profiteretur: Dominum enim periurij vindicem futurum: miser iureiurando respondit se nihil habere praeter ea quae scripto edidisset, neque dixisse aliter neque cogitasse, & egressus statim utpote poenam daturus corruit, atque ita superius medius discrepuit. Omnibus quidem hominibus communis vitae exitus, mors est, neque vlli defuncto, tamen si inimico insultandum, cum incertum sit, num ante vesperam ipse quoque a morte sis apprehendendus. Sed tamē exitus Arii, quia non vulgaris est, operae precium est ut narretur. Cum enim Eusebius cum suis iam minitaretur, se eum in Ecclesiam introducturum: & Alexander Episcopus Constantinopolitanus contra diceret, Ariusque magnam spem in Eusebij violentia minisq; collocaret: quippe, cum iam Sabbatum esset, & postridie se speraret in communionem recipiendum, ac magno certamine laboraretur, illis quidem interminantibus, Alexandro verò precibus incumbente, Dominus se iudicem, praemiatoremque contra impios praebuit: nondum enim sol exortus erat, quum necessitas Arium in eum locum detraxit, ubi collapsus est, utraque re simul & communionem & vita spoliatus, ibi felicitis memoriae Constantinus re statim audita, admiratione commouetur, quum vidisset ita hominem in periurio & deprehensum & oppressum, Omnibusque innotuit fractas esse Eusebij minas, Ariusque

Arius refertur a Alexandria episcopo Constantino imperatore

Deus inquit dicitur videri in scripturis 8. cap. Arius

Ariusque spem frustra fuisse: simulque iterum ostensum est a Domino, Arianorum dementia incommunicabilem esse, tum hic, tum in Ecclesia caelesti. Quis igitur admiratione non capiatur, quum videat istos ita iniuste contendere pro iis, quos Dominus reprobaui: ac eam haeresim defendere, quam Dominus Deus incommunicabilem ostedit, non permittens principem huius factionis in Ecclesiam intrare. Illi tamen, nec quod scriptum est, exhorrescunt: & quod impossibile est, aggrediuntur: Quod enim a Deo constitutum est, quis dissipabit? & quem Deus condemnauit, quis illum iustificabit? Illi igitur in suis phantasmatibus asserendis scribat, quod libet: vos autem contra fratres, ut qui gestatis vasa Domini, & ut assertores dogmatum veritatis adhortor & commoneo, ut sitis exploratores estimatorisque istius negocij: eosque si alias iam diuersasque ab Ario voces usurpent, vel ob id potissimum, ut simulatores hypocritasque, reicite, quod venenum mentis in abdito teneant, verborumque lenociniis ad serpentis similitudinem blandi sint. Nam in istis scribendis secum habent eos, qui tum cum Ario reiecti fuere, nimirum Secundum Pentapolitem, clericosque Alexandriae repudiatos. Istis Alexandriae scribunt, & quod admirare, opera dederunt, ut nos caeterisque, qui nobiscum sunt, persecutionibus diuexaremur: quanuis tum religiosissimus Imperator Constantinus cura egerit, ut pacifice in patriam & ad bonam Ecclesiam deduceremur, & in primis rationem concordiae populorum habuerit, illi tamen hoc effecerunt, ut istis Ecclesiae traderentur, omnibusque certum documentum edidere, insidias omnes in horum gratiam, & contra me, & contra caeteros institutas esse. Quomodo igitur, quum talia faciatur, in scriptis istis suis vlla fidem meruerint? Nam si fynceriter scriberent, deleuissent utique; Thaleiam quam Arius composuit, abieceruntque; haereseos stolones & affectas. Isti enim sunt discipuli & socij Arii, tum in impietate, tum in poena: atque ideo, quia eos non eiiciunt, satis sese omnibus produnt, quam sint prauis sensus, etiam si sexcenties scribant. Atque ea de causa aduigilandum est, ne amictu literarum, officia, atque imposturae fiant, & auehant nonnullos a pia Fide. Sin contra audacia ex rebus prosperioribus sumpta, ea quae sunt Arii non timeant scribere, nihil superest, nisi ut memores Apostolicae denunciationum, magna libertate iis verbis utamur, quae ob istas haereses iam antea Apostolus dixit: Scimus quod in vltimis temporibus deficiet nonnulli a sana Fide, intempesti aufcultantesque; spiritibus erroris, & disciplinis daemioniorum auersantium veritatem: & quicumque voluit viuere pie in Christo iesu, persecutionem patientur: mali autem homines & praestigiatores in peius proficient, seducti & seducetes. Sed nihil horum nos persuaserit, neque separauerit a charitate Christi, etiam si haeretici mortem interminetur: Christiani enim sumus, & non Ariani. Utinam illi qui ista scripserunt, non saperet quae sunt Arii. Sed nunc opus est istiusmodi verborum libertate: Non enim accepimus spiritum seruitutis rursus ad metum, sed ad libertatem vocauit nos Dominus. Estque re vera ingens probrum, si Fidem quam de Salvatore per Apostolos accepimus, ea ob Arium, aut eos qui cum Ario sentiunt, eiusque causam agunt, amittamus. Multi igitur istarum regionum cognita scribentium vafrie, usque ad sanguinem parati sunt

Rem. 8.

1. Tim. 4.

Rem. 8.

resistere aduersus illorum vafricies, idque praecipue quum audiunt vestram fortitudinem. Caeterum quia edita est nostra contra haeresim confutatio, haeresisque illa, veluti serpens e caernis in lucem protracta, & quia apud nos seruatur Puerulus ille, quem Herodes interficere satagebat, viuuntque; item in vobis ipsi veritas, Fidesque; apud vos sana est ac minime aegrotat, ideo auctor adhortatorque sum, ut gestantes in manibus vestris Fidem Nicenae a patribus traditam, eiusque cum magna alacritate fiduciaque in Dominum, vindices specimen exemplarque vos omnibus, qui ubique sunt, praebatis, declaretisque nunc pro Fide certam esse propositum aduersus haeresim, ac non vnus generis esse inimici oppugnationes. Siquidem non solum, in idolorum aris non adolere thus, martyrem ostendit, sed & non abnegare Fidem, luculentum conscientiae martyrium absoluit: neque solum qui sese idolis inclinauerunt, condemnatum ut alieni, sed etiam illi qui prodiderunt veritatem: Iudas enim, non ob sacrificium summo est ab Apostolica dignitate, sed ob prodicionem: neque item Hymenaeus, & Alexander, quia auerterat se ad idola, a Christo defecerunt, sed quia circa Fidem naufragium fecere. Abraham Patriarcha non morte ad coronam venit, sed fide in Deum, aliique; item Sancti, in re peccatorum metio est apud Paulum. Gedeon, Baruch, Samson, Iephtha, David, Samuel, sociique illorum, non effuso sanguine consummati sunt, sed per Fidem iustificati sunt, atque etiam admirationi sunt, eod quod etiam ad mortem sustinendam pro religione in Dominum parati fuerant. Quod si res quoque nostri temporis contemplandae iunt, nostris, quomodo beatus Alexander, usque ad mortem contra hanc haeresim depugnari, & quot tribulationes quantosque labores, quanquam iam senex, in decrepitate sustinuerit, qui & ipse ad patres suos appositus est. Quot item alij & quantis fatigationibus se delassarunt, dum doctrinas edunt contra hanc impietatem, & gloriam suam in Christo confessionis tuentur. Igitur & nos, ut in certamine de summa rerum prouocati, ubi Fides vel abneganda vel retinenda sit, eod studio propositoque sumus, ut & quae accepimus, retinere velimus, quum in manibus nostris sit monumentum Nicenae Fidei, & istas nouationes repudiare, & docere populos, ne attendant spiritibus erroris, & ut penitus refugiant ab impietate Arcomanitarum, & ab ea, quam cum Meletianis inierunt, coniuratione. Qui, quum antea inter se contentiosi essent, nunc ut Herodes & Pontius in blasphemias aduersus Christum consentiunt. Quapropter merito quis eos exosos habeat, quod quum de priuatis rebus inter se simulates gerant, odio tamē inimicitiaque communi aduersus veritatem conspirent, & in impietate aduersus Dominum foedera conglutinent, seseque mutuo amplexentur, securi quiduis & facere & pati, modo id, quod semel animo conceperint, tueantur. Melitiani quidem ambitione, ut rebus praesint, tum insano auaritia studio: Ariomanitae vero vltro sua ipsorum impietate incitantur, ut huiusmodi conspirationibus mutuo inuicem animi sui prauitatem promoueant. Et isti quidem horum impietatis personam induunt: hi vero illorum malitiae accedunt, & adstant pulantur, ac in commune scelera sua, veluti Babylonis poculum commiscetes, insidias illis necant, qui recte pieque de Domino nostro sentiunt. Erat

Hymenaeus et Alexander quaerunt. Abraham quomodo iustificatus

Alexander episcopus mortem sustinuit pro christi religione.

Ariomanitae et Meletianorum impietas fugienda.

Melitiani ambitione et auaritia laborant.

iam pridem malitia & calumnia Meletianorum omnibus nota: nec impietas Arianorum; Deoque infesta hæresis usquã obscura fuit: neque enim parum temporis intercessit. Nam illi, abhinc ante quinquagesimum quintum annum schismatici facti sunt: isti vero ante trigésimum sextum hæretici declarati, & ab Ecclesia summoti, idque iudicio synodi vniuersalis. Cæterum, ex iis quæ nunc fecerunt, clara iam in reliquum tempus documenta data sunt, eos non alia de causa, tum contra nos, tum contra reliquos Episcopos orthodoxos, iam ab initio insidias tetendisse, nisi ut impietatis suæ hæresim propagarent. Ecce enim quod olim struebat Eusebius, nunc tandem committitur: Dederunt enim operam, ut Ecclesiæ à nobis abriperentur: Et Episcopos vnâ cum presbyteris, communionem cum ipsis non vsurpantes, prout collibitum fuit, in exilium profligarunt, populosque qui ipsos auerfabantur, ab Ecclesiis excluderunt, easque Arianis antè tot annos condemnatis, regendas tradidere, ut confociata secum Meletianorum hypocrisi, tuto possint tetra suæ impietatis verba euomere, atque ita præinstruant, & communiant (ut arbitrantur) Antichristo, qui ipsis affeminat hæresim, perditionis viâ. Illi igitur, quasi somnium, istiusmodi frustra imaginentur. Nos enim scimus, humanissimum Imperatorem, vbi rem cognouerit, cohibiturum esse eorum malitias, ipsosque diuturnos in vita non fore, sed, secundum quod scriptum est: Corda impiorum breui deficiet. Nos vero apostatis, iisque qui conantur furias in domo Domini defigere, amictumque sacrarum literarum præ se ferunt, resistamus, mortem corporalem non expauescentes: & prauas istorum vias non æmulemur, veritatisque rationem in primis habeamus.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ CONTRA ARIANOS,

ORATIO SECUNDA.



CÆTERAS quidem hæreses transfugas veritatis, & insana dogmata sibi comminiscens, facile agnouerint omnes, ut quarum impietas iam pridem à nemine non comperita habeatur. Non enim in obscuro esse potest, istos istius hæreseos machinatores (ut Beatus Ioanes locutus est) à nobis recessisse, ut qui nec iam sint, nec olim vnus nobiscum aut animi aut sententiæ fuerint, ac proinde dictum esse à Salvatore, Qui nobiscum non colligunt, dissipant, ac vnâ cum diabolo dormientes obseruant, ut asperso suæ pestilentiae veneno, habeant qui secum vnâ moriantur. Sed tamen ista omnium hæreseon vltima, & nunc recens egressa, anteambulo, & præcuratrix Antichristi, cui nomen est ab Ario, dolosa & vafra, quum videret sorores suas, cæteras (inquam) hæreses etate grandiores, publicè palamque probrofas haberi, speciem suam dissimulat, & literarum sacrarum vocibus, quasi honesto cultu, induitur, ut pater eius diabolus: ac satagit denuo intrare in paradysum Ecclesiæ, quò sub specie Christianismi nonnullos seducat, vt credibilitate falsarum rationum persuasi, contra Christum sentiant. Veris enim rationibus nihil est apud illos firmum & stabilitum:

Nam cum & à nobis, ut omnes nouistis, per Eusebium cum suis, postulatam esset, vel ut ageremus sustineremusque eandem personam impietatis, vel expectaremus eorum insidias, nolimus illis, ut suffragatores, assidere, sed potius illorum infestationem præoptauimus, quam Iudæa mores imitari. Ergo fecere, quod ipsis collibitum fuit: & quod minis denunciauerant, opere compleuerunt: Ac similes Iezabeli, dolosos sibi Meletianos conciliarunt. Memores igitur ipsi, quomodo sese primum aduersus Beatum martyrem Petrum, ac deinde contra magnam Achillam, postremo contra Beatum Alexandrum gesserint, ut ita aduersus nos quasi præmeditationibus & exercitiis instructi, isti quidem dexterius, quicquid ipsis suggestum fuerit, quasi histiones agerent: illi vero persequendi mei occidendi que occasiones solertius aucuparentur: id enim faciunt, neque hæcenus conquiscere possunt, tanta est aueritas nostri sanguinis effundendi: verum eius rei mihi nulla cura. Scio enim & certum habeo, & præmium iis qui sustinent, retribuendum esse à Salvatore: Et quod vos, vbi sustineritis, ut Patres vestri, forma iam populis effecti, & subvertentes peregrinam & alienam hanc impiorum adinventionem, habebitis quidem gloriam, qua vobis istud ipsum gloriari licebit: Fidem seruauimus: recipietis autem coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se, atque vtinam mihi contingat vnâ vobiscum has repromissiones possidere, quæ non solum Paulo sunt addictæ, sed omnibus seruantur qui diligunt aduentum Domini & Salvatoris, & Dei, & Imperatoris IESV Christi, per quem Patri gloria, & potentia in Spiritu sancto in omnia secula seculorum: Amen.

Indò quod peius est, iam nonnullos insipientes circumuenerunt, tantoque errore compleuere, ut non solum auribus delirent: sed ad Euæ imitationem oblata degustent, & à degustatione cæci, captiue sensibus, amara, dulcia esse abitterent, & abominabilem hæresim, pulchram existiment. Ideo necessarium duxi, maximè, quum eò me vestra adhortatio impelleret, & huius linuosum pectus hæreseos explicare, & eius vesaniæ graueletiam ostendere, ut, qui procul adhuc agunt, eam defugiant, & qui peccata decepti sunt, respiciant, ac ad apertis cordium oculis dignoscant. Ut nec tenebræ, lumen, nec mendacium, veritas est: ita quoque Arianam hæresim bonam non esse: & qui Arianos Christianorum titulo insigniunt, plus nimio errare, ut qui declarèt se neque Scripturas legisse, neque cognitum villo modo habere, quid sit Christianismus, aut quæ eius fides. Quid enim in ista hæresi viderunt, quod simile sit cum pia & religiosa Fide, ut audeat blaterare, quasi nihil ab illis mali dicatur: Eadè enim ratione consentaneum, ut Caipham nominent Christianum: & proditorem Iudam adhuc connumerent cum Apostolis: & eos, qui Barrabam pro Salvatore postulauerunt, dicant nihil mali commisisse: & Alexandrum, & Hymenæum commendent, ut rectè sentientes:

Iob 17.

Ioan. 6.

Luc II.

Ariana hæresis vafra & dolosa quomodo.

Petrus d. Ariani martyris coronæ, Alexandri episcopi martyris.

Iacob.

simil.

Mala vna laudat hæretici, et ipsi abscondunt.

& Apostolum de iis mendacium dixisse affirmant. Cæterum, quis Christianus talia audire sustinerit: aut talia dicentem, sanum esse animo existimabit? Pro Christo enim apud illos, Arius est, ut apud Manichæos, Manichæus: pro Mose item & aliis Sanctis, nescio quis Sotades reperitur, homo etiã apud Ethnicos ridiculus, & filia Herodiadis: huius enim fratros & effœminatos mores, Arius in scribendo præsentat, & ipse eius liber, Thaleia, hoc est, coniuualium nomine inscriptus, istius puellæ saltationem æmulatur, choreas ductitans, & blasphemias in Christum lustrans, adeo, ut qui incidant in hæresim, mentis vertigine laborent, sapiantque ea, quæ non oportet sapere, immutentque nomen Domini gloriæ, in similitudinem imaginis hominis corruptibilis: & pro Christianis, deinceps Ariani nuncupentur, eamque notam characteremque referant suæ impietatis: Ne ergo cauficationes quærant, neque probroso nomine pulsari, dissimulent sese eos esse, qui sunt: doceantque Christianos à vocabulis magistrorum suorum nomina sortitos esse, quod se ipsos quoque declarent eadem ratione, quum Christiani sint, nomen tamen ab Ario obtinuisse. Cuius si pudore non tenentur, ne quærant eludere: sin pudori est, aut præ confusione abstand sese, aut resiliant à suis impietatibus. Nunquam enim populus ab Episcopis suis, sed à Domino, in quem creditum fuit, nomen accepit. Certe à beatis Apostolis præceptoribus nostris, ministrisque Euangelij Salvatoris nostri, appellationes adepti non sumus, sed à Christo, Christiani & sumus & nuncupamur: Illi vero, qui aliunde originem suæ fidei deducunt, merito authorum suorum cognometa, ut ad quos pertineant, præ se ferunt. Quapropter, quum omnes à Christo, Christiani & essemus & diceremur, explosus est Marcion inuentor hæreseos: reliqui autem qui cum explosore Marcionis remansere, Christiani titulum retinuerunt: qui vero sequuti sunt Marcionem, non iam inde Christiani, sed Marcionistæ appellati sunt. Ita quoque Valentinus, Basilides, Manichæus, & Simon Magus sectatoribus sua vocabula impertierunt, indeque factum ut alij Valentiniani, alij Basilidiani, alij Manichæi, alij Simoniani, alij Cataphryges à Phrygia, alij à Nouato Nouatiani vocitati sunt. Ita Melitius eiectus à Petro & Episcopo, & martyre, suos, qui ipsum sequebantur, non Christianos postea, sed Melitianos denominauit. Eadem iterum ratione beato Alexandro Arium eiiciente, ij qui Alexandro adhæserunt, remanserunt Christiani: illi verò, qui vnâ cum Ario recesserunt, nomen Salvatoris nostri, Alexandro cum suis relinquentes, Ariani deinceps appellati sunt. Quinimo, ecce etiam nunc post mortem Alexandri, qui eiusdem communionis sunt cum Athanasio Alexandri successore, & quibus ipse Athanasius communionem coniunctus est, omnes eundem pariter characterem habent, neque ille suis nomen indit, aut à suis recipit, sed omnes, ut antea, consueto more Christiani nominantur. Nam quamuis magistri inuicem sibi succedant, nosque illorum discipuli, ab illis acceperimus quæ sunt Christianæ fidei, nihil tamen inde obstaculi nascitur, quo minus ob id & titulo, & re, Christiani appellemur. Contra, qui hæreticos sequuntur, tametsi milles mille successores habeant, omnes tamen nomen eius, qui primus hæresim adinuenit, referunt. Certè è vita

Arius et Manichæus à suis sectariis pro Christo habentur.

Thaleia Arii qualis liber.

Christiani à quo nomen acceperunt.

Valentiniani à quo nomen receperunt.

Athanasius Alexandri successor. Christiani à Christo nomen accipiunt. Hæretici à suo hæresarcha denominantur.

exempto Ario, quum multi ex grege illo, eius vices successionemque susciperent, rament omnes qui eiusdem cum eo sententiæ fuerunt, ex Ario notas suas insigniâque habentes, Ariani nuncupantur, quod re vera eximium & admirabile argumentum est. Nam qui etiam nunc ex gentilibus, omnia idolorum superstitione, ad Ecclesiam veniunt, non catechizantium, Fideique rudimenta tradentium nomina, sed Salvatoris in se transferunt, & pro gentilibus Christiani incipiunt appellari. Qui vero ex eodem genere ad istos abeunt, aut ab Ecclesia ad hæresim transitum faciunt, nomen Christi derelinquunt, & Ariariorum vocabulo induuntur, quasi qui non amplius, Fidem Christi retineant, sed Arianae insanie gregales habentur. Quomodo igitur Christiani fuerint, qui non Christiani, sed Ariomaniæ appellantur: aut quomodo de numero Ecclesiæ catholicæ habeantur, qui Apostolicam Fidem excusserunt, & nouarum pestium inuētores se præbent: qui relictis Christi eloquiis, Thaleias Arii, hoc est, crapulas titulo nouæ sapientiæ cohonestant, ac bono iure eum titulum vsurpant: nouam enim hæresim annunciant. Quapropter non sine admiratione est, nusquam in multis multorum operibus & sermonibus tum in Vetus, tum in Nouo testamento cõscriptis, inter titulos librorum Thaleias, hoc est, crapularum nomē reperiri: imo ne apud Ethnicos quidem frugi & temperantes, sed apud istos duntaxat, qui istiusmodi res inter pocula ad risum captandum per plausum, iocum, lasciuiamque decantant. At eximius ille Arius quum nihil aut sanctum, aut graue imitandum desumeret, securus negligensque istiusmodi probitatis, depeculatis aliorum hæresibus, æmulum se in ridiculis vni Sotadæ præbuit. Quid enim aliud congruum illi, qui Christo Salvatore choreis suis insultare voluit, quàm vt miseris dictiunculas impietatis suæ metris dissolutioribus & elumbatoribus infonaret, vt, quemadmodum Sapientia loquitur, Ex eloquio verborum cognoscitur vir, ita quoque ex illis Sotadicis numeris, animi eius effœminatio & mentis putrilago deprehenditur. Nam tametsi subinde, serpentis more, sursum deorsumque sese voluat, non tamen effugere potuit, vt non caderet in errorem pharisæorum. Quemadmodum enim illi quum legem præuaricare vellent, legis tamen verba prætendebant: & quum eius animi essent, ut expectatum hæcenus, & iam præsentem Dominum abnegarent, Deum quidem in ore habebant, ipsum tamen blasphemare deprehenderentur, quum his vocibus uterentur, Cur tu, homo quum sis, Deum te facis? & dicis, Ego & Pater vnus sumus: Ita quoque fucatus & Sotadicus Arius simulat se quidem de Deo loqui, quum interponat verba Sacrarum literarum, deprehenditur tamen vndeuncque atheo, dum Filium negat, & illum rebus conditis adnumerat. Tale igitur exordium crapularum Arii & vaniloquentiæ, moribus numerisque effœminatum inuenias. Ex secundum fidem electis Dei, peritis Dei, pueris Sanctis, rectigradis, qui Sanctum Dei Spiritum acceperunt, ista didici ego, ex sapientiæ confortibus, ab hominibus Dei discipulis, per omnia sapientibus, horum per vestigia cum eadem dogmatum opinione incessi, ego ille perinclitus multa passus propter meâ de deo existimationem: à Deo autem sapientiâ condidici & cognitionem cognoui.

Thaleia Arii qualis liber.

Arius inuenerunt. Arius Sotadæ pocula imitator.

Sap. 6.

Arius in errore pharisæorum decidit.

Ioan. 10.

Arius atheos quomodo.

Arij scō- mata que eius θα- λέια do- cet. Scommata vero Arii fugienda & plena impietate, quæ in eo libro continentur, sunt ista: Non semper Deus erat Pater, sed fuit, quando Deus solum erat, & Pater nondum erat. Posterius aut factus est Pater: non semper fuit Filius: ipsumque Dei Verbum ex nihilo factum est. Quum enim omnia ex non entibus extiterint, & in vniuersum nihil sint, nisi creaturæ & opera, restat igitur ipsum quoque Dei Verbum ex non entibus factum esse: & fuit, quando non erat: neque erat antequam fieret, sed exordium, vt crearetur, etiam ipsum habuit. Erat enim (inquit) solum Deus; nec dum erat Verbum & Sapientia: deinde cum vellet Deus nos conde- re, tunc vnum aliquē fecit, quem Verbum, Sapien- tiam, & Filium nominavit, vt per eius operam nos architectaretur. Minimum certe duas sapientias statuit, vnam quidem propriam & coexistentem, cum Deo, & Filium verum ex ista sapientia ortum traxisse, ac tum demum, cum eius sapientiæ parti- ceptus factus esset, nomine tenus appellari sapien- tiam, & verbum. Sapientia enim illa huic sapientiæ initium præbuit Dei voluntate, & ita alterum ver- bum esse dicit in Deo præter Filium, & hunc illius participem factum, appellari deinde per gratiam Verbum & Filium. Hæc autē peculiaris istius hæ- reseos sententia, quæ etiam alibi in eius scriptis de- prehenditur, multas esse potentias, vnamque esse Dei propriam naturam, eamque æternam. Christum contra, non veram potentiam Dei, sed vnam ex vulgo earum quæ potentia appellatur, quales sunt locusta & eruca, eumque non simpliciter po- tentiam, sed potentiam magnam appellari: alias vero multas esse, & similes Filio, & Dauidem de iis mentionem facere, dum inquit: Dominus poten- tiarum, & vt omnes ex natura sua, ita quoque ipsum Verbum mutabilitati obnoxium esse, ac in libero eius arbitrio fuisse, quandiu velit bonum permanere, eiusque voluntatem nostro more mutari po- tuisse, quum fuerit mutabilis natura, eaque de cau- sa, quum Deus præcognosceret eum bonum futu- rum, anticipando, illi hanc gloriam dedisse, quam homo postmodum ex virtute mereretur, & quasi iam tum opera eius extarent, quæ prouidebantur à Deo, talem eum iam statim in præsentia voluit fieri. Idem rursus ausus est dicere, Verbum, Deum verum non esse: Nam quauis Deus nominetur, non tamen verum Deum existere, sed participatu gratiæ talem fieri, vt reliquos omnes, sic & ipsum titulo tenus deum vocari. Et vt omnia quæ longe diuersa sunt, ac nequaquam Deo similia, quantum ad naturam attinet, ita quoque & Verbum aliud diuersumque esse ac dissimile per omnia substantiæ Patris, eiusque æternitati: Sed tamen inter creata eorumque comparatione proprium id Verbum & vnicum existere. Præter ista autem veluti successor temeritatis diaboli, posuit in suis Bacchanalibus Patrem Filio abditum esse, neque eum ab eo aut videri aut cognosci posse ad plenum & exactè, sed quod cognoscit & videt, id intelligit pro mensura rationeque suarum virium, vt nos quoque intelli- gimus pro modulo nostrarum facultatū. Nam & Filius (inquit) non solum Patrem non exactè cog- noscit, vt pote impotens ad comprehendendum, sed ne ipse quidem Filius suam ipsius substantiam cognitam habet. Rursus diuisas & abunitas, dis- iunctasque esse, alienas item & vicissim incommu-

nicabiles substantias Patris & Filij & Spiritus San- cti, & prorsus (vt ipse ait) omnibus modis inter se dissimiles ratione substantiæ & gloriæ vsque ad infinitum. Certè, Verbum dicit, quantum attinet ad similitudinem gloriæ & substantiæ, aliud diuer- sumque esse omnino ab vtroque & Patre & Sancto Spiritu. Has voces impius ille emittit, Filiumque ex sua natura diuisum esse, & minime participem Patris asseuerat. Hæc sunt capita fabellarum, quæ in ridiculo opere Arii inuenias. Quis igitur talibus cantuunculis Thaleiæ, ac istiusmodi rebus auditis, non summo iure odet Arium, quasi in scena ad istum modum de tantis rebus ludentem? Aut quis non deprehendet eum, dum videtur Deum nomi- nare, ac de Deo verba facere, quasi serpentem mu- lieri consilia dare? Aut quis sequentia perlegens, non animaduertet illius impietatem à tergo subse- quentem ipsum, veluti serpentis dolum, quo mu- liercula seducta fuit: Quis igitur ad istas blasphe- mias præ stupore non sensibus alienetur? Cælum, vt Propheta loquitur, obstupuit, terra autem in- horruit super præuicatione legis: sol autem ma- gis indignabundus, & non ferens illas contra com- munem omnium Dominum corporales iniurias, quas sponte pro nobis patiebatur, auersus est, & radios suos contraxit, diemque illum illucem exhi- buit. At super Arii blasphemias, qui fieri potest, vt non omne hominū genus lingua præ stupore hæ- reat: aut non aures obstruat: & oculos claudat, ne talia loquentes audire, aut scribentes intueri cogatur? ac cur non potius Dominus ipse, summo iure contra homines impios, vel quod verius est, ingra- tos vociferetur ea, quæ per Prophetā Osæam præ- locutus est: Væ illis, quia resilierunt à me: miseri sunt, quia impiè aduersus me egerunt: Ego autem redemi eos, ipsi vero contra me oblocuti sunt men- dacia. Ac paulo post: Et consultarunt mala, & in me mala cogitauerunt, auersi sunt ad id quod nihil est, auertentes se à præsentī Dei Verbo: fingentes sibi eum, qui nō est, ad id quod nihil est, reciderunt. Ideo quoque vniuersale totius orbis concilium, Arium ista loquentem eiecit ab Ecclesia, & anathe- mate execratum est, nō ferens blasphemias, ex quo in reliquum tempus Arii error pro hæresi existima- tus, quæ plus mali in se haberet, quam cæteræ hæ- reseos, eod quod & perduellis Christi, & præambula- trix Antichristi cognominata sit: Iam, tametsi im- primis (vt modo dixi) tanta contra impiam hære- sim censura suffecerit ad omnibus persuadendum vt eius contactum refugiant, attamen, quia non- nulli, qui Christiani dicuntur, per ignorantiam aut per dissimulationē (vt superius dixi) hæresim istam, quantum ad veritatem attinet, indifferentem arbi- trantur: eosque, qui eius sensum retinent, Christia- nos vocant: Agite, sciscitemur ab illis, ad re Regen- dam scētæ vafriem: nam ita fortasse repressi & in silentium se dederint, & fugerint ab hæresi ista tan- quam à facie serpentis: Si igitur ea de causa, quod voculas aliquot sacræ scripturæ in Thaleia ab illis scriptas videant, arbitrentur blasphemias benedi- ctiones esse, prorsus futurum est, vt quum Iudæos nostri temporis videant legem & Prophetas euo- luere, vnā cum Iudæis Christum abnegent: forsitan quoque audientes Manichæos loqui particulas ali- quot Euangeliorum inficiabuntur cum illis & le- gem & Prophetas: Sin autem ex ignorantia ita æstuant

Arim summo odio inest habet.

Arij lidia: peritio lo sima

Ofa.

Ofa.

Arij resis per diuina Christi

Hæretici cum patre suo diabolo testimo- nis sacræ scripturæ videntur cur.

æstuant & garrunt, discant è scripturis excogita- torem inuentoremque hæreseon diabolum, metu sua: graueolentiæ, scripturarum voces vsurpare, vt illis obiectus, asperso vcneno suo simplices decipiat: ita enim Euam decepit, ita etiam alias hæreses confinxit, ita nunc quoque Ario persuasit, vt quasi sub specie aduersarij cōtra hæreses loqueretur, quod melius falleret, suam ipsius hæresim subiiciens. Ve- rum ne sic quidē veterator ille latuit: statim enim ex quo se impium erga Dei Verbum gessit, omni- bus excidit, notumque omnibus factum est, eum quoque in cæteris labi, neque quicquam sanæ mentis præ se ferre. Nam quanam ratione vera de Patre diceret, qui Filium negat Patre reuelare? aut quo- modo de Spiritu Sancto rectè opinaretur, qui blas- phemus est in Verbum, quod Spiritum suppeditat? aut quis porro crederet de resurrectione illi, qui Dominum negat propter nos primogenitum ex mortuis factum esse? Iam qui fieri potest, vt is qui ignoret genuinam Filij ex Patre & veram natiuita- tem, non planè aberrat circa præsentia eius in car- ne? ita enim & eius temporis Iudæi, Verbum Dei inficientes, his verbis, Non habemus regem nisi Cæsarem, omnibus bonis simul spoliati sunt, ac inopes facti sunt lucis, lucernæ, odoris, vnguenti, prophetiæ, cognitionis, ipsiusque adeo veritatis, imò etiam nunc quòque nihil intelligentes, quasi in tenebris oberrant. Quis igitur vnquam talia audiuit? aut vnde, aut à quonā isti adulatores, redem- ptisque ac nummarij hæreseos fautores, quicquam huiusmodi didicerunt, vt eius nomine, tanquam ab eo acceptum sit, sese venditare possint? Quis au- thor fuit, vt iamdudum oblitterato creaturarum cultu rursus operibus & creaturis inferuiretis? Quod si fateantur nunc se primum audiuisse, ne in- ficias eant, alienam & non ex Patribus oriundam esse hanc hæresim. Quod autē non à Patribus pro- fectum est, sed nuper inuentum, quid de eo aliud existimari debeat, quam illud ipsum cuius Paulus mentionem fecit: In nouissimis temporibus defi- cient quidam à recta Fide, adherentes spiritibus er- roris, & doctrinis dæmoniorum per hypocrisim falsa loquentium, eorumque quibus conscientia cauteriata est, & auersantur veritatē. Ecce iam nos ex Sacris scripturis fidenter loquimur de religiosa & pia Fide, & quasi candelam super candelabrum collocantes, hæc verba pronunciamus: Filiū istum verum natura & genuinum Patris sui propriū sub- stantiæ eius factum, sapientiā item, & vnigenitum Verbum verum ac vnicum Dei, non creaturā, non facturam, sed Sobolem propriam substantiæ Patris esse, ac proinde verum Deum Patrique suo vero consubstantialem: sed alios, quibus dictum est, Ego dixi dii estis, solummodo participatu Verbi per Spiritum sanctum hanc gratiam à Patre obtinuisse. Ipsum autem characterem naturæ Patris, lucem ex luce, Potentiam & Imaginem veram substantiæ Patris esse. Quod & Dominus his verbis expressit, Qui me vidit, vidit & Patrem. Semper igitur erat, & nunquam non erat, quum enim sit æterni Patris filius, sequitur, vt ipse quoque æternus fuerit, eiusque & Verbum & Sapientia. Quid igitur nobis ex ista vndecunque inclyta Thaleia adferunt? Primum (quæso) recitent illā imitantis scriptoris istius mo- res, quod saltem ab aliis irrisi, discant, quanto lapsu ceciderint, ac iam in posterum definiant, quid sibi

1. Tim. 4.

Psal. 113.

Ioan. 14.

illis verbis Thaleiæ velint, quum aiunt, Non semper Deum patrem fuisse, sed postea factum esse: ne- que semper Filium fuisse, nō enim erat priusquam fieret, eumque non ex Patre, sed ex non entibus emerisse: non esse proprium substantiæ Patris, crea- turam enim esse, & facturam: illūque non esse ve- rum Deum, sed participatu & ipsum quoque Dei- ficatum esse, non nouisse exactè Filium Patrem, ne- que Verbum Patrem perfectè contemplari, neque intelligere, neque cognoscere perfectè Patre suum, non esse eum verum & vnicum ex Patre Verbum, sed duntaxat titulo tenus verbum & sapiētiam ap- pellari: ex gratia esse quod nominetur Filius & Po- tentia: non esse inconuertibilem vt Pater, sed ver- tibilem creaturarum modo, ac deficere in compre- hendendo ad plenum, & exactè cognoscendo Pa- tre. Præclara nimirum hæresis, quæ ne credibilibus quidem rationibus suffulcitur, & imaginatur eum non esse, qui est, & pro bonis plausibilibusque vo- cibus, blasphemias in toto contextu præ se fert. Si quis igitur vtriusque rebus excussis, quærat, vtrius potius Fidem eligendam putet, aut vtrius verba conuenientiora esse Deo existimet, Quin ipsi lo- quantur impietatis parasiti, an non in Deum probe competat, si ad quæstionem de Verbo respon- deatur, Deus erat Verbum? inde enim, si vtrunque proponatur, intelligi poterit, quid congruum sit dictū, vtrumne hæc sententia? Semper erat: an illa, Non fuit, antequam fieret: illum æternum, an hunc ex aliquo tempore inceptum, verum Deum esse, an ex participatu & adoptione, & præstantia præ cæ- teris creatis: solummodo esse Verbū, an ideo quia Patri par sit & coaptandus: dissimilem illum esse quantum ad substantiam Patris, an similem, pro- priūque Patris existere: creaturam esse, an crea- torē: omnia per eum naturam obtinuisse: ipsumque esse Patris Verbum, an aliud ab eo, & istam ab illo alio procreatum esse, & per aliam sapientiam istum nomine tenus sapientiam, & verbum, nuncupatio- nem suam mutuari, & succedaneū, & illius primæ sapientiæ participatu tinctum esse. Quanam verba melius ad rationem diuinitatis sonent, & Deum ac Filium Patris Dominum I E S V M Christū osten- dere putentur: eāne quæ vos euomistis? an ea quæ nos ex Sacris literis deprompsimus & allegamus? Nam si Saluator noster vobis neque Deus, neque Verbum, neque Filius est, esto sit vobis liberum di- cere, sicuti & ethnicis, & nostri seculi Iudæis, quic- quid libuerit: sin autem Verbum Patris, & Filius verus existit, & Deus ex Deo, & præ omnibus be- nedictus in secula, qui (quæso) non æquum sit ex- terminare & oblitterare tum alia verba, tum Aria- norum Thaleiam, vt exemplar & imaginem malo- rum, & omnigena impietate scatentem, in quam qui inciderit, ignorat gigantes apud eam perire, & in laqueos orci impingere? Et hoc ipsum illos ne- quaquam latitat, ac proinde vafriter occultant, & suppressis istiusmodi sententiis alia ac diuersissima vocibus sonant. Nam si mentem eam verbis pro- derent, damnarentur: si eam sententiam fouerent, suspitione laborarent, lapidandi ab hominibus sa- crarum literarum argumentis. Ideoque, vt filij se- culi huius, callidè suam (vt sic dicam) lucernam ac- cendentes ex oleastro, veritque ne celeriter extin- guatur (lux enim impiorum, vt inquit scriptura, extinguitur,) absconsam tenent sub modio hypo-

crisis, longe alia sonantes, præsidia amicorum, & terrorem Constantij deprædicant, adeo, vt qui ad eos ingrediuntur, præ simulatione & iactantia illa præsidiorum, non videant Arii fordulentiam. Qui igitur ista hæresis non digna fuerit odio? quum illa per diffidentiam, id, quod suum est, occultim habeat, & clanculum foueat. Vnde enim illis hæ voces comportatæ sunt? aut à quonam eas acceptas habent, qui non verentur talia loqui? Nunquam certe eas dixerint ab homine profectas, ad se venisse. Quis enim est aut græcorum aut barbarorum, qui Deum quem confitetur, vnum ex rebus creatis audeat dicere: nec fuisse, antequam conficeretur? Aut quis est, qui quum Deo suo fidem habeat, loquenti ad istum modum non credat? Hic est Filius meus dilectus, dicatque cum non esse Filium, sed opus duntaxat. Magnopere enim indignarentur omnes aduersus eos, qui ad istum modum insanirent, Imò nec è scripturis has voces deprompserunt. Id enim ostensum est sæpius ac iam in præsentia ostendetur, istiusmodi voces alienas abhorrentesque esse à Sacris eloquiis. Ergo quum desit, vt in hos authores referant: superest, vt eas à Diabolo acceperint, cuiusq; furis affati sint: Solus enim ille talium verborum seminator. Agite ergo, illi resistamus, quoniam nobis cum illo, idque per istos, est colluctatio, vt auxiliante Domino eo solito suo more cadente diabolo, argumentis conuicti erubescant, dum vident, hæreere istius zizaniam asseminatorem, qui in ipsis hanc hæresim superseminauit, vt saltè vel sero addiscant, eo quòd Ariani sint, ipsos Christianos non esse. Dicitis enim, ac pro dictis vestris sentitis, eo suggerete, Erat, quando non erat Filius. Ergo primum, isto amictu commenti vestri spoliandi estis. Quid igitur? erat aliquando, quando Filius non erat? eanc sunt vestra verba o maledici & malè pij: Nam si de Patre hoc dicitis, adhuc improbius est vestra maledicètia: non enim fas est dicere, cum aliquando fuisse, aut hoc verbum aliquando in eum competere, quum ille & semper sit, & nunquam non fuerit, filiique, cuius natura essentia est, pater habeatur & existat, ipse interim quoque illa ipsa essentia. Sin autè dicitis, erat quando non erat Filius, fatua & stulta est huiusmodi responsio: Quomodo enim ipse erat, & ipse nõ erat? Quocirca hæsitantibus illis, destitutisque omni ratione respõdendi, necessum, vt nos pro iis id ipsum eloquamur. Erat aliquando tempus, quando Verbum non erat: id enim phrasis loquendi præ se fert: & illud ipsum, aduerbium aliquando, nobis significat: & quod scriptis protulistis, Non erat Filius, antequam fieret, planè idem est, cum hoc dicto vestro: fuit, quando non erat Filius: nam & id quoque tempus fuisse ante Filium significat. Vnde igitur vobis ista comparastis? cur & vos, veluti gentes, infremuistis, & meditati estis inania verbula contra Dominum & contra Christum eius? Nusquam enim Sacra scriptura tale quid de Domino locuta est, sed potius sempiternè eum, æternaliterque cum Patre coexistere pronunciat, dum dicit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et in Apocalypsi hæc dicit: Qui est, & qui erat, & qui venturus est: huic autem sententiæ, Qui est, & qui erat, quisnam adimeret æternitatem? Istiusmodi quoque verbis & Rom. 9: Paulus ad Romanos scribens, Iudæos redarguit:

A Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus Deus in secula. Ethnicos verò pudefaciens dixit: Inuisibilia eius per creationem mundi operibus intellecta perspiciuntur, simulque cum iis æterna eius potentia ac Diuinitas in cognitionem venit. Eum autem esse Dei potentiam, Paulus ostendit, cum dicit: Christus Dei potentia, & Dei Sapiencia. Non enim fieri potest, vt Patrem his verbis videatur innuere, vt aliquando inter vos confusurratum audio, Patrem scilicet esse sui ipsius æternam potentiam, verum id ita non est: Non enim dictum est ab Apostolo, Ipse Deus est illa potentia, sed eius est potentia. Clarum est omnibus id quod alicuius est, nõ esse hoc ipsum quod is est, cuius est: sed tamen ab eo nequaquam externum, sed potius proprium eius & suum: Perlegite ipsam consequentiam verborum, & videbitis ad Filium pertinere, quod ibi innuitur. De creatione enim mentionem faciens, consequenter scribit de creatoris in creanda potètia, quæ est Verbum Dei, per quod omnia facta sunt. Si igitur natura rerum sufficit ex se sola citra Filium, Deum notum reddere: videte ne ruatis, dum arbitramini etiam citra Filium rerum naturam conditam esse. Sin vero per Filium omnia sunt facta, & in eo omnia cõsistunt, necessario fit, vt qui rerum naturam rectè speculatur, speculentur quoque Rationem siue Verbum Dei, authorem conditorèque naturæ, atque iam inde incipiunt Patrem cognoscere. Sin vero secundum Saluatorem nostrum, nullus cognoscit Patrem, nisi Filius, & cui Filius reuelauerit, Philippoq; dicens, Ostende nobis Patrem, respõsum sit, non intueamini rerum naturam, sed qui me vidit, vidit & Patrem meum. Iure igitur Paulus inculcat Græcos, quòd congruentiam inter se partium ordinemque rerum naturæ contemplantes, nihil cogitauerint de naturæ Ratione siue Verbo. Res enim conditæ, conditorem ostendunt, vt per eum verum Deum intelligant, & cultum omittant, admirationemque creaturarum: additumque est ab eodem Paulo, æterna quoque eius potètia & Diuinitas, vt Filium significaret. Cæterum, quum ita loquuntur Sancti, ille qui est ante secula, & per quem fecit secula, nihilominus sempiternitatem Filij, eiusque æternitatem deprædicant, quibus verbis etiam ipsum esse Deum ostendunt. Esaias certe dicit, & Deus æternus qui construxit extrema terrarum. Susanna quoque locuta, Deus æterne. Baruch item: Iam iam clamabo ad æternum Deum, in diebus meis: ac paulò post subdit, Ego spem habui in æterno Saluatore nostro, & venit mihi gaudium à Sancto. Apostolus itidem ad Hebræos: Qui est splendor gloriæ, & character substantiæ eius. Et Dauid in Psalmo 89. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & in lumine tuo videbimus lumen, Quis ita est stolidus, vt in ambiguo illi sit, Filium æternaliter esse: vbi quis lucem sine radiis splendoris vidit: vt tum quoque de Filio dicat: Fuit aliquando, quando non erat: vel antequam fieret, non erat. Iam illud quod dicitur 140. Psalmo, Regnum tuum, regnum omnium seculorum, non permittit vllam vel qualemcunque intercapedinem temporis intelligi, in qua re non extiterit Verbum. Si enim omne spacium mensura seculorum colligitur, omnium autem seculorum rex est & conditor Verbum, necessum est, nullum fuisse quantulumcunq; antè eum spacium, vt furio-

Christus est æternus Dei potentia.

Ioan. 14.

Dan. 11.

Bar. 4.

Bar. 4.

Heb. 1.

Psalm. 89.

Psalm. 140.

Christus non incipit esse sed est ab æterno.

Ioan. 1.

Apoc. 11.

Rom. 9.

vt furiosum sit dictur: Erat aliquando, quando non erat æternus ille: aut ex non entibus esse Filium, quum ipse Dominus loquatur, Ego sum veritas, & non dicat, ego factus sum veritas: sed ego sum, non factus sum, vt etiam alibi: Ego sum pastor, ego sum lumen: ac rursus, Vos dicitis Domine & præceptor, & rectè dicitis, sum etenim. Quis (quæso) talè dictum à Deo audiens, & Sapienciam Verbúmque Patris hæc de se ipso loqui auscultans, vltèrius dubitaret de veritate? ac non statim crederet in hoc verbo, sum, æternitatem filij, eiusque antè omnes ætates naturam, nullo principio inchoatam significari. Quòd igitur æternitatem, existentiamque antè secula, nullo principio iniciatam Sacra scripturæ de Filio edoceant, ex superioribus dictis manifestò colligitur: quòd autem ea quæ Ariani sonant, dum aiunt, Non erat, antequam erat, & aliquando erat, Scripturas illa ipsa de creaturis loqui: hæc quæ mox subiiciam, satis superque indicabunt. Moyses in Genesi ait, Et omne virgultum agri, antequam nasceretur in terra, & omne fœnũ agri priusquam oriretur: non enim pluerat Deus super terram. Et in Deuteronomio, quum diuideret Altissimus nationes. Dominus autem per se ipsum loquitur: Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quoniam Pater maior me est, & nunc dixi vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis. De rebus item creatis per Solomonem mentionem facit, antequam terram faceret, & antequam abyssos conderet, antequam fontes aquarum prodirent, priusquam montes collocaretur, antequam vlli colles fierent, & antequam Abraham fieret, ego sum. De Hieremia quoque ad istum modum loquitur: Antequam formarem te in vtero, noui te. Dauid itidem: Domine refugium factus es nobis in generationem, & generationem, antequam montes fierent, & formaretur tellus, & orbis habitabilis, & à seculo in seculum tu es. Et in Daniele Susanna magna voce exclamauit, dicens: Deus æterne arcanorum cognitor, qui nosti omnia, antequam fiant. Igitur illud, non erat: & illud, priusquam fieret: & illud, quando, & quotquot istiusmodi dictiunculæ de rebus creatis & conditis, quæ ex nihilo prouenerant, congruè vsurpantur, aliene contra incongruèque de Verbo prædicantur. Quòd si ista de rebus creatis, illa autem semper scripturæ de Verbo personant, non igitur (ò perduelles Dei) ex non entibus factus est Filius, aut vlla ratione vnus ex rebus creatis, sed Patris Imago est, & æternum Verbum non aliquando non existens, sed semper existens, vt æternæ lucis æterna proradiatio siue splendor. Cur igitur tēpora ante Filium imaginamini? aut cur post tempora Verbum blasphematis incipisse, per quem ipsa secula ortum suum accepere: aut quonam modo tēpus & seculum extiterè, nondum prodito, exortòq; secundum vestram sententiam verbo, per què omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil? aut cur, si tempora innuitis, non apertè dicitis, erat tēpus, quado non erat Verbum, sed vocabulum quidem temporis suppressitis, ad deceptionem simpliciorum: sensum vero & mentem vestra non occultatis, nec occultando latere potestis: interualla etenim temporis innuitis his verbis: Fuit, quando non erat: & nõ erat, antequam fieret. Hac ratiocinatione collecta, ad maiorem impudentiam pergunt: Si inquit, non fuit, quando non

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Ioan. 17.

su, quid sibi velit.

Gene. 2.

Deut. 32.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Hierem. 1.

Psalm. 89.

Dan. 13.

Ioan. 1.

erat, sed ab æterno fuit, vnàque cum Patre existebat, non eum iam Filium Patris sui, sed fratrem debere dici. O stolidos & contentiosos, siquidem illud duntaxat coexistere æternaliter diceremus, nec additum esset eum & Filium esse, credibilis videtur eorũ simulacra obseruatio. Quod si eum æternum profiteamur, & Filium ex Patre, quomodo is qui genitus est, genitoris fratrem esse poterit? & si in Patrem & Filium nostra Fides est, quæ istic fraternitas existit? aut quomodo Ratio siue Verbũ, eius frater haberi poterit, cuius est Verbum? Non hanc contradictionem per inscitiam faciunt. Vident enim & ipsi veritatem, sed Iudaica eorum hominum calumnia, qui volunt (vt inquit Solomon) à veritate deficere, vt statuerunt. Non enim ex aliquo principio præexistente Pater & Filius procreati sunt, vt fratres existimari queant, sed Pater principium Filij & genitor est: & Pater, Pater est, neque vllius Filius fuit: & Filius, Filius est, & non frater. Quòd si id quod genitum est ex Patre, æternum dicitis, rectè dicitis: non enim Patris substantia vnquam imperfecta fuit, ita vt eius æternitas ipsi superueniat, neque vt homo ex homine genitus est Filius, vt Patri ratione existendi sit posterior, sed Dei proles est, & vt Dei semper existentis proprius Filius, idemque sempiternus. Hominibus enim proprium est in tempore gignere, ob imperfectitudinẽ ipsorum naturæ, Dei contra Soboles æterna est ob æternitatem naturæ. Si igitur Filius non est, sed opus aliquod quod prodiit ex rebus non existentibus, id antè omnia ab illis ostèdi oportet: ac tum demum vbi ostenderint, quantum libeat, pro suo ipsorum phantasmate garriant. Fuit, quando non erat. Nam quæ facta sunt, quum non essent, fieri inceperunt. Quòd si autè Filius est: id enim Pater dicit, & Scripturæ clamant, etsi Filius nihil aliud est, nisi hoc ipsum, quod è Patre genitum est: & quod genitum est ex Deo, Verbum eius, & Sapiencia, & iubar est, quid opus est verbis, aut cur dicitis Fuit, quando non erat Filius, quasi plagiarij, Deum Verbo suo spoliatis, & manifesto aduersus eum loquimini, quasi fuerit aliquando Deus, sine sua Ratione, sine sua Sapiencia: & lucem splendore caruisse, & fontem veluti sterilem exaruisse. Nam tametsi nomen temporis metu opprobrij videantur subterfugere, eumq; dicant antè tempora fuisse, tamen quia spaciosa aliqua dant, in quibus eum non fuisse comminiscuntur, nihilo tamen minus tempora innuunt, & ita de Deo absurda statuètes, mirum in modum sese impios præbent. Nunc autem quanquam nomen Filij agnoscunt, ne palam ab omnibus vituperentur, tamen Sobolem substantiæ Patris negant, quasi id fieri nequeat nisi intelligantur partes & diuisiones intercedere, eum tamen denuo aiunt, non esse verum Filium, nec nisi nomine tenus eum filium esse posse. Quomodo vero fieri potest, vt is non mirificè labantur, qui de incorporeo, corporea cogitant: & ob imbecillitatem suæ naturæ, adimunt Filio proprietatem Paternæ substantiæ. Superest igitur quum non intelligant, qua ratione sit Deus, aut qualis sit Pater, ipsum etiam Patrem inficientur, quandoquidem generationem Patris stulti ex se metiuntur. Cæterum, istos ad istum modum affectos, persuasosque non posse esse Filium Dei, æquum est quidem, vt misericordia prosequamur, consentaneum tamen, vt sciscitemur, & rationibus

Dei Soboles æternæ

Quid filius dei semper fuerit.

Absurda

conuincamus, forsitan vel eò modo ad sensum aliquem perducì poterint: Si pro vestra sententia ex non entibus factus est Filius, neque erat antequàm fieret, omnino sequitur, vt ex participatu essentia, nomen Filij, Dei, & Sapietia affecutus sit: ita enim in reliquis sit, quæ sanctificata glorificantur: cuius ergo rei particeps sit, à vobis explicandum est. Reliqua enim alia Spiritus communionem recipiunt: Filius autem pro vestra opinione, cuius, quæso, rei participatum sentit? Spiritusne? sed Spiritus à Filio potius accipit, vt ipse de se testatur: & absurdum est dictu, istum ab illo sanctificari. Patris igitur participatu id sit, id enim reliquum est, & necessarium est dictu. Sed quidnam illud est, aut vnde proficiscitur: si enim extraneum quiddam, & seorsum à Patre intelligitis, participationem Patris habere non poterit, sed rei extraneæ, atque ita ne secundus quidem à Patre erit, quum antè Patrè illud extraneum ordine præcedat, neque iam inde fuerit eius Filius, sed extranei illius, cuius participatu Filius est dictus. Quòd si hoc absurdum & impium est, præsertim quu Pater dicat: Hic est Filius meus dilectus: *Ioan. 3.* Filius quoq; itidem loquatur, Patrem suum omnipotentem Deum esse: liquidum & manifestum est, non ex rebus extraneis, sed ex substantia Patris esse, quod in participatum veniat. Id si rursus aliud fuerit præter substantiam Filij, eandem absurditatem pariet, quum medium aliquod inueniatur inter essentiam Patris & Filij, qualecunque illud sit. Istiusmodi igitur absurdis præter veritatem emergentibus, necessum est, vt id quod integre & solidè ex substantia Patris editum est, id eius esse proprium Filium. Nam integrè & solide impertiri Patrem, id idem est ac si dicas, ex Patre gigni: Iam genitum esse, quid aliud significat, quam Filij naturam? Filij autem participatum sentiunt omnia, ex eius per Spiritum gratia. Atque inde clarum ac euidentis fuerit, Filium nullius rei extraneæ, diuersæ quæ à Patre participatu imbui ac tingi, sed id ipsum, quod ex Patris participatu existit, Filiu esse, ac proinde ij, qui Filij participes sunt, etiam Dei participes fieri dicuntur, & hoc est quod Petrus dixit: vt Diuinæ naturæ efficiamini communicatores: ita quoque à Paulo dictum est, Non scitis, quod Dei templum estis: & Nos enim templum sumus Dei viuents, & ipsum Filium intuètes, intuemur & Patrem. Nam intellectus de Filio & comprehensio, cognitio est Patris, eò quòd ille proprium sit eius substantiæ germen, Sicuti nemo vestrum dixerit, participationem esse passionem aut diuisionem substantiæ Deitatis, quum demonstratum sit & pro confesso habeatur, Deum suæ deitatis participem reddere, & gignere idem esse: ita quoque id quod genitum est, non est accidens aut quiddam diuisum ex Diuina substantia. Quapropter non incredibile est, Deum habere Filium suæ naturæ, nò ergo vllum accidens aut diuisionem substantiæ Diuinæ indicamus, cum dicimus eum Filium & germen, sed potius genuinum & verum vnigenitum Dei intelligimus, & credimus: Re igitur ad istam rationem demonstrata, germen Patris Filium esse, nihil amplius dubij relinquatur, sed omnia sunt clara, eundem esse Sapientiam & Verbum Patris, in quo, & per quem condit & facit omnia: & hoc ipsum esse eius splendorem siue iubar, in quo omnia illuminat, & reuelatur quibus vult: eundem rursus esse characterem

A eius, & imaginem in quo spectatur & cognoscitur. Quapropter & ipse & Pater vnum sunt. Nam qui hunc videt, videt & Patrè: is ipse est Christus, *Ioan. 14.* in quo omnia in libertatem asserta sunt, & qui nouam creaturam operatus est. Iam quum Filius istiusmodi sit, non congruum est, imò valde periculosum dictu, cum ex nò entibus opus quoddam esse: aut cum non fuisse priusquam fieret. Qui enim de proprietate substantiæ Patris ita loquitur, iam in ipsum Patrem sua blasphemiam euehitur, quum talia de eo sentiat, qualia de eius Prole, concepta inani phantasmate, emittitur. Est igitur vel hoc vnum *Cōtra.* sufficiens, ad subuertendam Arianam hæresim, veruntamen etiam vel hinc deprehenderis istius hæreseos absurditatem. Si Deus factor & conditor rerum est, Per Filium autè opera sua condit, nec potest videre ea aliter fieri, quam per Verbum, siue Rationem, qui (quæso) non blasphemum, Deum creatorem agnoscere, & eius Rationem opificem rerum, eiusque Sapientiam aliquando non fuisse asserere? quod tantundem est, ac si dixeris, Deum non esse conditorem, quum non habeat ex se opifex Verbum siue architectatricem Rationem, sed aliunde eam mutuo sumat, eamque proinde externam, & dissimilem suæ substantiæ, in qua omnia creauerit & architectatus sit. Quin iam dicant nobis, vel potius ipsi ex istis rebus animaduertat impietatem suam dum aiunt: fuit, quando non erat & non erat antequàm fieret. Si enim Patri non aeterna est sua Sapientia siue Verbum, sequitur vt Trinitas aeterna non fuerit: Sed principio non nisi vnitas fuit, secundum eos, postea vero ex additamento superuentuque nouarum personarum, Trinitas effecta est, ac tēporis circa illas progressu increuit & coaliuit Diuinæ Rationis cognitio. Rursus, si non est Filius proprium substantiæ Patris germen, sed ex non entibus emerit, ex non entibus quoque conflata est Trinitas, ipsa quæ aliquando non integra, aliquando autem plena fuit: non integra quidem, quum nondum esset Filius: plena autem, quum Filius esse incepisset, quo concessio, sequitur vt fas videatur esse, id quod creaturæ est, cum creatore connumerari: & quod aliquando non erat, cum eo qui semper fuit, in Diuinitatis rationem admitti & conglorificari. Et quod grauius est, inæqualis sibi ipsi Trinitas inuenietur, quippe, quæ externis & alienis naturis coalita sit. Id non aliud dictu est, quam creatam esse Trinitatis constitutionem. Quale igitur illud numen est, quod simile sibi non est, sed temporum additamētis ad integritatem peruenit, & aliquando non ita est, aliquando hoc genere existendi incipit esse? Verisimile est enim, illud iterum atque iterum recepturum esse in sese additamentum, idque in infinitum, vtpote, quod semel circa initium ex additamentis sui constitutionem accepit. Neque id quoque in dubio relinqui potest, quin possibile sit illud quoque aliquando diminui posse: quæ enim additamentis crescunt, ea quoque detractionibus diminui posse, certum est. Ceterum, id nequaquam ita se habet, absit, non enim creatitia res est Trinitas, sed aeterna, atque vna Deitas in Trinitate, vnæque Maiestas sanctæ Trinitatis, tamen cam in diuersas alienasque naturas rescindere audetis, quippe, qui, quum Pater aeternus sit, de eius tamen Verbo ipsi coassidente, pronuntiatis fuisse quando non erat, quumque Filius con-

141
fors sit eiusdem solij cum Patre, illum tamen summo studio quam longissimè à Patre segregatis. Et cum Trinitas conditrix sit & rerum opifex, eam tamen non timetis è sublimi detrahere ad ea, quæ ex nihilo emerferunt: neque pudori vobis est, mancipia exaquare nobilitati Trinitatis; & regem Dominum Sabaoth, cum subiectis in ordinem redigere. Desinite permiscere impermixtabilia, vel potius: ea quæ non sunt, cum eò qui est: fieri enim nequit, vt qui ista loquantur, gloriam ferant & honorem Domino, sed ignominiam & contumeliam: quum is qui ignominiosè tractet Filiu, ignominiosè tractet & Patrem. Si enim nunc in Trinitate numen perfectum est, idemque & solum & verum numen, idque rectum à Fide subnixum est, oportuit eam ita semper fuisse: aut si id perpetuo non fuit, ne nunc quidem ita esse, sed eò modo sese habere, quo ab initio à vobis fingitur sese habuisse, vt ne nunc quidem Trinitas sit. Sed nemo Christianorū istiusmodi hæreticos vnquam sustinuerit. Ea enim peculiaris sunt ethnicorum, vt creatam introducant Trinitatem, eamque rebus creatis adæquet: rerum enim creatarum est, defectus & augmenta accipere, Christianorum contra Fides, immutabilem, perfectam, & semper vnus conditionis, beatam illam Trinitatem agnoscat, neque vnquam plus Trinitati apponit, neque illam vlla ex parte diminutam fuisse arbitratur: vtrumque horū impium censendum est. Ideoque eam rebus creatis misceri non posse, certum habetur, eiusque Diuinitatis vnitatem integram sine diuisione adorat, fugitque Arianorum blasphemias, confitetur autem & certo illi persuasum est, Filium semper extitisse. Est enim aeternus, vt & ipse Pater, cuius etiam Verbum aeternum est. Nam & id quoque rursus videamus, an Deus fons sapientiæ & vitæ appelletur, quemadmodum per Hieremiam loquitur, Me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ. Atque iterum: Thronus gloriæ excelsus, sanctificatio nostra, expectatio Israël Domine, omnes derelinquentes te confundentur: & qui defecerint, in terra scribantur, eò quòd dereliquerint Dominum fontem vitæ. In Baruch item: Relinquebatis fontem vitæ Dominum, & relinquebatis fontem sapientiæ. Consentaneum igitur fuerit, vitam & sapientiam non habere alienam à fonte suo conditionem, sed eas aeternas esse, neque vnquam inexistentes fuisse, sed à sempiterno subsistere. Quæ quidem res est ipse Filius, qui dicit, Ego sum vita, & ego Sapientia, habitas in consilio. Qui igitur non nefaria loquatur, quum ait, fuit, quando non erat filius? Siquidem hoc idem est dictu, fuit, quando ipse fons aridus erat, sine sapientia ac vita: quod autem talè est, fons esse non poterit. Quod etenim ex se scatebras nò gignit, fons appellari minime debet. Proh, quanta absurditas in isto sermone, quando volumus quum Deus ipse promittat, eos qui ipsius voluntatem faciunt, quali fontes futuros esse, cui nūquam aqua defecerit, dum dicit per *Esa. 26.* Esaiam: Et adimpleberis quemadmodum desiderat anima tua, & ossa tua impinguabuntur, futuraque sunt veluti hortus ebrius, & sicut fons, qui non destituitur aqua: Isti contra, Deum sapientiæ fontem & re & nomine, sterilem aut destitutum fuisse aliquando sua sapientia, calumniis non verentur diffamare, sed vanum hoc falsumque quod dicunt, quum ipsa veritas attestetur, Deum aeter-

A num perennemque fontem esse suæ sapientiæ. Aeternus autem quum fons sit, necessum est, & Sapientiam aeternam esse: in ea enim omnia sunt facta, vt à Dauide cantatum est: Omnia in Sapientia fecisti: nec aliter Salomon, Deus sapientia fundauit terram, expediuit caelos in prudentia. Sapientia ista Verbum est, & per illud (vt Ioannes inquit) facta sunt omnia, & sine eo factum est nihil, & idem Verbum illud est ipse Christus. Vnus enim Deus pater, ex quo omnia, & nos in eo, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per eum. Si ergo omnia per eum, ipse in grege ordinèque aliorum connumerari non debet. Qui enim non audeat dicere eum, per quem omnia, vnu omnium Deum esse, consequitur etiam, vt vnigenam filium proprium existentem patris substantiæ, alium esse ab omnibus dicatur. Iam si ille vnus non est è reliquorum cætu, nefariè de eo dicitur, fuit quando non erat: & non erat, antequàm fieret. Siquidem istiusmodi voces in rebus conditis congruentiam suam habent, quum contra Filius talis sit, qualis est Pater, cuius substantiæ est proprium germen, nimirum Verbum & Sapientia: id enim proprium Filio erga Patrem, & hoc ipsum ostendit Patrem proprium esse Patrem Filij, adeo, vt non liceat Patrè vnquam fuisse sine Ratione siue Verbo, neque Verbum vnquam sine ea substantia, qua existit: alioqui, cur Filius, nisi ex Patre sit, aut cur Verbum & Sapientia, nisi semper sit, ac proprium quiddam ipsius. Quando igitur Deus sine eo quod illi proprium est, fuit: aut qua ratione quispiam de proprio, quasi de externo & alieno mentionem faciet? Reliqua enim omnia, vt quæ facta sint, nihil simile habent ratione substantiæ cum suo creatore, sed extra eum sunt, gratia & voluntate per Verbum eius cõdita, adeo, vt rursus possint desinere, vbi ille qui fecit, voluerit. Huiusmodi enim naturæ sunt ea quæ condita sunt: è diuerso, quod proprium est substantiæ Patris, id iam in confesso est, esse ipsum Filium. Qui igitur (quæso) non audax & impium dictum, eum emeruisse ex non entibus, ac non extitisse, priusquam fieret, sed postea in rerum naturam superuenisse, rursusque non existere posse? Quod si quis secum cogitet, & rationes quærat quomodo fieri possit, vt perfectitudo & plenitudo substantiæ Patris diminutionem capiat, statim sentiet absurditatem hæreseos, & potissimum, si ei in mentem veniat, Filium esse Imaginem, & Splendorem, & Formam, & Veritatem Patris sui. Nam si eo ipso, quo lux est, fieri non potest, quin statim sit splendor, qui eius imago est: & eo ipso quo hypostasis est, fieri non potest, quin sit eius integra forma, & eo ipso quo Pater est, fieri non potest, quin ibi quoque vna sit & eius veritas: Videant isti qui imaginem & speciem Deitatis tempore metiuntur, in quantum impietatis barathrum prolabantur. Si enim non fuit Filius priusquam fieret, non fuit semper in Deo veritas, sed id nefas est dictu: siquidem patre existente existeret semper in eo veritas, quæ Filius est, qui dicit: Ego sum veritas: & substantia Patris existente, omnino statim oportuit & characterem & imaginem sui ipsius existere: Non enim extrinsecus depicta est imago Dei, sed Deus ipse eius imaginis generator est, in qua seipsum contuendo exhilaratur: vt ipse Filius dicit, Ego eram in quo gaudebat. Quando igitur seipsum non cõtractur Pater in sua ipsius

Ioan. 3.
2. Pet. 1.
2. Cor. 3.

Trinitas creatrix dicere ethnicorum est.

Deus fons sapientiæ & vitæ. Hier. 2. Hier. 2.

Baruch 3.

Absurda

Esa. 26.

Trinitas aeterna.

Psal. 103 Sap. 8. Ioan. 1.

Creatura nihil simile habent ratione substantiæ cum suo creatore.

Christus est imago, splendor, forma et veritas Patris.

Absurda

imagine? aut quando inde non exhilaratur, vt quis audeat asserere, ex nihilo eius imaginem ortum traxisse, & non exhilaratum fuisse Patrem, antequam imago eius fieret? Quomodo vero factor & conditor seipsum videre potuit in facta & condita substantia? Oportet enim talem esse imaginem, qualis est Pater, imaginis author. Age igitur, videamus ea quæ sunt Patris, vt & imaginem diiudicemus, an vere sit Patris. Aternus est Pater, immortalis, potens, lux, rex, Imperator, Deus, Dominus, conditor, & factor: Ea omnia inesse oportet in ipsius Imagine, vt re vera qui Filium videt, Patrem videat. Quod si non ita est, sed, vt Ariani sentiunt, factitius est & non aternus Filius, fieri non potest, vt sit vera imago Patris, nisi iam quod reliquum est, absterfa verecundia arguentur, nihil iis verbis, quibus imago Patris nominatur, indicari, quo intelligas eum con similis substantiæ cum patre esse, sed nomen tantummodo obtinere. Sed heus Christi oppugnatores, hoc numquam fuerit imago aut character & expressio Patris. Quæ enim congruentia eorum, quæ ex non entibus creata sunt, cum illo qui creatur non entia, vt entia essent? aut quomodo ei, qui est, id quod non est, & deficit, vt aliquando non sit, & quod inter res creatas suum censum & ordinem habet, simile esse poterit? Vnum ex horum numero quum filiū cupiāt esse Ariani, istiusmodi cauillationes instituerūt. Si enim (inquiunt) genitū quiddam ex Patre est Filius, & imago eius, similisque ei per omnia, debet omnino quemadmodum ipse est genitus, ita quoque de se gignere, ipsumque fieri alicuius Filij Patrem, vicissimque, qui ex eo genitus est, etiam ipsum quoque liberos procreare, idque per ordinem in infinitum vsque. Ea enim res genitum similem ostendit genitori. O inuentores blasphemiarum, ac verè Christi perduelles, qui, ne Filium imaginem patris esse confiteantur, corporalia ac terrestria de ipso Patre sentiunt, defecationes, effluxus item & influxus aduersus Deum causificantur. Siquidem igitur Filius homo est, fiat etiam genitor vt homo, fiat, quoque Filius alterius filij pater, atque ita vicissim ex se mutuo procreentur, vt in multitudinem deorum ea inuicem prolis successio, secundum eorum opinionem, sese propaget.

Quod si Deus talis non est, qualis homo, vt certè non est, non debent ea quæ hominum sunt, illi imputari. Nam cætera animalia, vnâque cum iis homo, ex opifice principio per successionem mutuo à se inuicem progignuntur, & genitus, ex patre olim genito naturam accipiens, meritò & ipse quoque alterius pater efficitur, possidens ex Patre in se, ex quo & ipse est genitus, ideòque in istis nihil est propriè aut pater aut filius, neque in illis stabilem locum habent persona Patris & filij. Nam qui filius est, pater efficitur, filius quidem eius qui ipsum genuit, pater verò illius qui ex ipso genitus est. Verum id in Diuinitate se ita non habet: non enim Deus vt homo, neque Pater ex Patre originem traxit, vnde fit vt gignat non progeniturum, atque ita Filius neque est ex effluxu parentis, neque ex patre genito genitus est, ideòque non genitus est ad gignendum. Quapropter in sola Deitate Pater propriè Pater est, & Filius propriè Filius est, & in illis solis consistit: vt Pater semper sit Pater, & Filius semper sit Filius. Quocirca, qui percunctatur, cur non prolificus sit filij filius, hoc ipsum percuncta-

tur, cur non Pater patrem habuerit. Cæterum, ambo illa sunt absurda, & plena omni impietate: vt enim Pater semper est Pater, neque vnquam fuerit filius: ita quoque Filius semper, Filius, neque vnquam fuerit Pater. In eo enim sigillum & imago Patris euidentissime ostenditur, quia id manet quod est, & non immutatur, retinetque ex Patre identitatem. Si igitur pater mutatur, mutetur & imago: pro ratione enim genitoris, imago & splendor genitoris se habet. Quod si inuariabilis est Pater, & hoc ipsum quod est, permanet, necessario & imago, id ipsum quod est, permanet, & non variabitur. Est autem Filius ex Patre: non igitur aliud fiet, quàm id quod est proprium substantiæ Patris. Frustra igitur & ea dementes excogitarunt, quibus imaginem Patris eraderent, vt Filium rebus creatis adæquarent. In horum enim numero Ariani Filium ex doctrina Eusebij statuentes, talèque eum esse arbitrati, quales sunt res ab ipso creatæ, à recto & veritate resiliunt, atque vbi sibi accumularant sententiolas versipelles, principio circuncirca ambulabant, quum istam hæresim comminiscerentur, atque etiam nunc in occursum pupis & puellis sese per forum ingerunt, sciscitantes ab iis, non ex sacris literis, sed ex redundantibus animi sui, quas ex corde cruciant, ad istum modum: An is qui est, non existètem ex non ente fecit? an cum iam esset, fecit? certum enim aut existentem condidisse aut non existentem. Ac rursus, increatum vnūme, an duo: & liberine arbitrij est, vt tamen sua voluntate non mutetur, quū sit alioqui mutabilis natura: non enim lapis est, & sua inertia immobilis. Deinde quoque & ad mulierculas sese insinuantes istiusmodi verba effæminata sonant: Quid, an habebas filium, antequam pareres? sed sicuti tum temporis non habebas, itidem quoque & Dei Filius nō erat, antequam gigneretur. Hoc genere verborum famosi nebulones propemodum tripudiandi lasciuunt, Deum hominibus adæquantes, ac interim sese iactitantes semper Christianos fuisse, qui gloriam Dei in similitudinem imaginis hominis corruptibilis immutant. Oportuit quidem ad ista tam stulta & phanatica nihil responderi, ne quid firmi eorum hæresis habere videretur: sed tamen absurdum non est, eos obiter in istis nugis refutari, præcipue ob mulierculas, quæ faciliè ab iis in fraudem abducuntur. Cæterum, non inscitum fuerit istiusmodi verbis architectum percunctari: Dic obsecro, an possis sine materia ædificare? certum est te non posse, sed vt non potes, ita nec Deus potuit sine materia hanc vniuersitatem rerum exædificare. Imò à singulis hac quæstione pulsandi essent: Potèrne tu alicubi sine loco subsistere? sed quemadmodum tu non potes, ita quoque Deus in loco est, vt ita saltem pudore ab auditoribus in ruborem adigantur. Cur enim, dum audiunt Deum habere Filium, in sese respicientes id negandum putant: quum autem audiunt eum condere & creare, & non itidem opponunt ea quæ sunt humanæ facultatis: atqui par erat, eos etiam tale quid in condendo cogitare, ac Deo materiam suppeditare, vt existentia rerumque conditorem eum negent, quò in simili luto cum Manichæis volutentur. Sin autem ea consideratio altior est quàm oportet, agite ergo vel solo auditu, dum nomen Patris aut filij dicitur, ad fidem inducamur, vt credamus eum non talem esse,

Christus
create di-
citur non
vt homo
sed vt
Deus.

esse, quales nos sumus, quippe qui sit qualis Deus est: neque cum creare, vt creant homines, siquidem creat vt Deus: neque gignere, vt homines gignunt, siquidem gignit vt Deus. Nec enim humana imitatur Deus, cum homines contra ad diuina per imitationem sese effingant, & à similitudine vnicuius Patris, ac vere Patris relatu liberorum suorum, & ipsi quoque parentes appellentur. Siquidem ex eo omnis paternitas in cælo & in terra, nomen suum accipit. Sed tamen, si ista, quæ isti loquuntur, indiscussa manerent, laudem quasi scitum aliquid & prudens in medium proposuissent, referre viderentur, quorum si dicta probe examines, mire eos, & ridiculos, & ludibriosos deprehendas. Prima siquidem illorum sciscitatio fatua simul, & perquam obscura est, Non enim planum faciunt, quæ nam intelligant in sciscitando, vt habeat interrogatus quod respondeat, sed simpliciter sine expressione personæ dicunt, qui est, cum qui non erat. Quis igitur ille est, o Ariani, qui est? & rursus, quæ sunt illa, quæ non sunt? quis est, qui est? & quis est, qui non est? & quæ non entia appellatis? Possibile enim est, eum qui est, facere tam non entia, & quæ sunt, quàm iam pridem entia: faber enim lignarius, figulus item & fundendi auri peritus, materiam quæ iam est & ante ipsos fuit, pro suo artificio exercet, ac vasa quæ illi collibitum est, efficit. Ipse contra rerum omnium Deus, tam quod est, quàm quod nondum est, sed proditurum aliquando est, operibus suis occupat, quippe qui è terra argillam sumens, hominem finxit: terramque, quæ prius non erat, fecerit per Verbum suum, vt esset. Si igitur ad istum modum percunctantur, vt ex aliquo aliquid fiat, certum est, rerum naturam non fuisse priusquam conderetur, nec tamen minus certum homines in condita materia operam suam explicare. Instabilis igitur eorum ratio apparet, quum quædam sint, quædam fiant, quemadmodum diximus. Sin autem ista de Deo & Verbo intelligunt, addant reliqua suæ quæstioni, atque ita concludant, Ille qui est Deus, fuit aliquando irrationalis, hoc est sine Ratione siue Verbo: & quum lux esset, splendore caruit: Id si verentur dicere, fateantur ergo Deum Verbi Patrem semper fuisse: vel si libet, rursus ad istum modum: Ille qui est Pater, Verbum quod non erat, fecit. Quod si reformidant & hanc vocem, dicant in contrariam partem, Deum Verbum quod est proprium suæ substantiæ germen, in aeternum secum habere, vt sentiantur plane de Deo & eo qui ex substantia Dei existit, curiosè cauillationes affectare, neque pudescere sophisticando. Quis enim eos sustinuerit dicentes, irrationalem aliquando Deum fuisse? Eodem enim hæc dicta, quo prius tendebant, reuoluuntur: quantumcunque illud subterfugere & dissimulare suis cauillationibus studeant, sed frustra laborant. Nemo enim eos disceptantes audire velit, Deum non semper Patrem fuisse, sed postea factum esse: vt ementiantur aliquo tempore eius Verbum non extitisse. Cæterum, multæ quum sint ex superioribus dictis refutationes, tum ex verbis Ioannis, qui dicit, Erat Verbum: tum ex Pauli scriptis, cuius hæc sententia est: Qui est splendor, & qui est super omnes Deus benedictus in secula: melius quidem esset, si sese ocio & quieti traderent: cæterum quando ocium nolunt, superest vt

Rom. I.

contra impudentem eorum sciscitationem, vicissim alias sciscitationes pari audacia opponamus. Forsitan ex similibus absurditatibus se conclusos irretitosque animaduertentes, recelluerint à studio oppugnandæ veritatis. Multis igitur precibus numine inuocato, ita quispiam iis occurreret: Is qui est Deus, quum non esset, extitit, aut antequam fieret, extitit: igitur vel seipsum fecit, vel ex nihilo extitit, & quum nullus antea esset, de repente apparuit. Absurda est illiusmodi interrogatio, absurda haud dubie & referta blasphemis, sed tamen similis istorum percunctatiunculis: vtrumcunque enim dixerint, semper id æquè omni impietate redundat. Quod si talia de Deo sciscitari blasphemum est, & plenè impietate, blasphemum quoque fuerit, talia de Verbo sciscitari, necessarium tamen est responderi ad stultam eorum interrogationem opprimendam, verum ad istum modum: Qui aeternaliter est, Deus est, aeternaliter igitur existente Patre, aeternaliter quoque existit eius splendor, quod ipsum est Verbum eius. Ac rursus, Deus existens, ex se existens Verbum habet, neque Verbum superuenit quum prius non esset, neque Pater vnquam irrationalis, hoc est, sine Ratione & Verbo fuit: nam iniuria in Filium, in Patris blasphemiam contumeliâque redundat: siquidem ille foris ac aliunde sibi accersuit Sapientiam siue Verbum, siue Filium: quicquid enim horum dixeris, nihil eo ipso designaris quàm germen Patris, vt superius dictum est: quapropter istiusmodi interrogatio constare non potest, idque merito. Qui enim inficiantur Verbum, hoc est, Rationem, eo ipso irrationalem faciunt interrogationem. Nam quemadmodum si quis sole viso, de splendore eius dubitet, & dicat, qui est, cum qui non erat, fecit, aut cum erat, fecit, is non animo sapere dicat, sed attonitus esse diiudicabitur, eo quod id quod omnino ex luce est, id aliunde superuenire imaginetur, ac de eo inquirat, quando & vbi, & ex quo tempore, an sit factus. Ita quoque qui talia de Patre & Filio cogitat, atque ita percunctatur, multo maiore insania laborauerit, quum Verbum ex Patre oriundum aliunde illi superinducat, & de naturali eius germine, vt de opere facto, vmbra tili sermone fabuletur, non erat (inquiens) priusquam fieret. Audiant tamen quod ad ipsorum interrogationem pertinet. Pater qui est, Filium qui erat, fecit. Verbum enim caro factum est, eumque iam existentem Filium Dei, in consummatione seculorum, filium hominis fecit, Nisi secudum Samosatensem, illum non antè fuisse dicant, quàm homo esset factus. Et ad primariorum interrogationem ista suffecerint. Vos autem Ariani vestrorum verborum memores, dicite mihi (quæso) Is qui erat, cōne qui non erat, indigebat ad rerum naturam condendam? an eo, qui erat? dictum enim à vobis, Patrem Filium sibi in instrumentum fecisse, vt per eum omnia conderet. Quid igitur melius est, id quod altero indiget, an quod alterius indigentiam adimplet? an ambo, quod deest, mutua opera sibi inuicè suppeditant? Ad istum enim modum sermocinantes, maiorem imbecillitatem in eo ostenditis, qui instrumentum fecit: Si non solus sufficiebat ad omnia creanda, sed instrumentum sibi aliunde comparare voluit, perinde vt faber, aut nauium ædificator, quibus nulla facultas absque ferrâ & bipèni. Quid igitur istis magis impium, aut quid

Samosatensis error: Christus non fuisse antequam homo factus esset.

opus est iis immorari tanquam quæ alicuius ponderis aut momenti sint? quum superius dicta sufficere queant ad edocendum, nihil in istorum verbis nisi mera phantasmata & deliria contineri. Ad alteram porro quæstionem simplicem admodum & faruam, qua ad mulierculas vtuntur, ne ad illam quidem par erat quicquam responderi, nisi id solum, quod & superius dictum est, non esse generationem ex Deo dimetiendam pro hominum natura, sed tamen quod vel hinc sibi ipsis displicere incipiant, rectum est, vt iisdem rebus illis denuo occurramus. Si omnino ex parentibus quærat, unde ipsis sit proles, responderi possit, & si non habebat filium parens, antequam genuisset, tamen habuit eum, non extrinsecus neque alienum, sed suum, & ex sua substantia, habuitque eum minime dissimilem sui imaginem: adeo, vt istum ex illius, illum ex istius specie contempleris. Si igitur ex rebus humanis exemplisque, tempora gignentium mutuantur, cur igitur non indidem quoque conuenientiam naturæ & proprietatem substantiæ patrum in filiis, & cogitant & ratiocinantur: sed serpentum more, solummodo id quod ad veneficium esse vile, è terris deligunt. Oportuit autem eos, dum ex parentibus sciscitantur, & aiunt, non habebas filium priusquam gigneret, & id quoque adiungere, cæterum, ubi iam habes filium, eum extrinsecusne & aliunde veluti ædificium aut alterius generis possessionem nundinatus es? an non? vt tibi respondeant, non extrinsecus, sed ex me meus est. Quæ enim sunt externa, possessiones sunt, & ab vno ad alterum transeunt: filius autem ex me est, meæque substantiæ proprius ac similis, neque alterius opera ad me peruenit, sed ex me profatus est, ac propterea totus in eo sum, Et minues hoc ipsum quod sum. Ita enim res habet, tametsi is parens ratione temporis à Deo diuersum quiddam habeat: neque id mirum, quum & ipse in tempore sit editus homo. Haberetque etiam homo coexistentem sibi perpetuo filium, nisi natura eius vires impediret. Nam & Leui etiã tum in lumbis proauit erat, quum nondum ipse genitus esset, aut aus prolem edidisset. Quum igitur ad eam ætatem peruenerit homo, in qua istius rei facultatem natura suppeditat, statim per naturam liber, & nequaquam impeditus, sui ex se filij pater efficitur. Quocirca si parentes de liberis interrogati fuerint, agnoscunt sibi suos liberos naturales, non aliunde, sed ex ipsis existere: agnoscant igitur & isti, Dei Verbum totum ex Patre existere: ac dum de tempore percunctantur, respondeant vobis, quid nam illud esse possit, quod Deum impediatur. Par enim est, unde ipsi calumniosas interrogationes desumunt, inde quoque eos in ea impietate refutari. Dicant igitur, quid illud est, quod Deum remoratur, quo minus perpetuo sit sui filij pater. Nam genitum ex genitore esse in confesso est. Verum, vt plane illi, qui istiusmodi de Deo ratiocinantur, seipfos condemnent, petendum ab illis, quemadmodum interrogaunt mulieres de ratione temporis, ita solem quoque interrogent de ipsius iubare, & fontem de ipsius aqua, vt addiscant, quod tametsi ista genita prolesque sint, vna tamen cum illis coexistere, unde originem naturamque traxere. Si igitur ex natura & semper istiusmodi genitores ita se habent erga genita sua, cur igitur Deum minorem creaturis lu-

spicantes, non apertius suam impietatem efferrunt? Quod si illud non audent ex professo dicere, & extra controuersiam est, Filium non aliunde, sed ex Patre esse naturale genimen, neque quicquam est quod impediatur Deum: Non enim Deus vt homo est, sed maior sole est, In quo potius Deus solis, nimirum ex eo & semper cum eo coexistit Verbum, per quod Pater omnia quum non essent, vt essent, fecit: Quod igitur filius non ex entibus, sed æternus sit, & ex Patre, & ipsa res ostendit, & hæreticorum interrogatio coarguit, qua ad parentes malitiosè vtuntur. Norunt enim, quid naturæ consentaneum sit, ac deinde fit, vt super ratione temporis pudeant. Cæterum, Dei generationem comparandam non esse cum hominum natura, aut Filium non deberi partem aliquam sui Patris existimari, aut in procreando vllam passionem significari, & antea à nobis dictum est, & nunc denuo hoc ipsum dicimus: Non est, vt homo, Deus: homines enim patiendi gignunt, vt pote fluxili natura præditi, temporisque maturitatem ratione suæ imbecillitatis expectare coguntur. Verum id de Deo sentiendum non est, quippe qui nullis partibus constat, sed imparibilis ac simplex, imparibiliter simpliciterque; Filij sui Pater existat. Eiusque rei denuo magnum argumentum, documentumque ex sacris literis, eo ipso quo Verbum Patris sui est Filius, & Filius Verbum est Patris, eiusque Sapiencia. Sapiencia porro & Ratio, siue quod idem est Verbum, nec pars eius fuerit, cuius est Sapiencia & Verbum: neque secundum passionem germen. Vtrunque scriptura in vnum coaptans, Filium quidem cum ea de causa appellauit, vt naturalem & verum Patris substantiæ factum declararet, sed tamen ne quis humanitus aliquid editum genitumque intelligeret, denuo etiam substantiã definiens, Verbum illud & Sapienciam, & Splendorem nominauit. Ex illis enim vocabulis, imparibilitatem in gignendo, æternitatem item, & decorum illud quod in Deum conueniat, cogitatione apprehendimus. Qualis igitur passio? aut quæ pars parentis Verbum aut Sapiencia, aut Splendor fuerit? Et sane id à vecordibus istis intelligi potest. Vt enim ex fœminis percunctati sunt de partu ipsarum, ita quoque viros percunctentur super ratione verbóque mentis eorum, vt cognoscant neque passionem neque partem aliquam mentis esse id verbum quod enunciant. Quod si in hominibus quanquam & partibilibus & diuisioni idoneis, tale ipsorum verbum existit: cur in Deo minime corporali, impartibilique passiones & partitiones imaginantur: vt sub specie istius obseruationis & cautionis, inficientur veram & naturalem Filij procreationem. Iam, quod gignere Deum, non sit cum passione coniunctum, satis per superiora declaratum est: monstratum quoque est, nascenciam Verbi ex Deo, liberam esse ab omni passione. Audiant autem eadem quoque de Sapiencia. Non est Deus vt homo, ne humanitus hac in parte de eo imaginentur. Homines sapiencie capaces sunt. Deus contra, qui nihil aliunde in se recipit, suæ Sapiencie Parens existit, cuius Sapiencie participatu, cæteri sapientes nuncupantur. Estque illa ipsa Sapiencia non passio, non portio, sed proprium sui Patris germen. Ideoque ille semper est Pater: neque res superuentitia est in Deo Paternitatis ratio, ne simul quoque mutabilis intelligatur.

Nam

Nam si bonum est eum Patrem esse, nec semper tamen Pater fuit, sequitur ergo bonum non semper illi adfuisse. Sed ecce (inquiunt) eadem ratione semper est conditor, neque illi postea accessit condendi facultas, quapropter quum creator sit, æternæ quoque creaturæ existant. Neque fas est vel hic dicere, non erat, priusquam fieret. Vecordes Ariani, quid simile inter Filium, & rem cõditam, vt quæ sunt in Patre, ea ad res cõditas transferatis? aut qui sit, quum tantum sit discriminis pro superiori nostra demonstratione inter factum & opus, vt in vestra inscitia pertinaciter hæreatis? rursum igitur eadem dicenda sunt, vt opus extrarium quiddam est ab opifice, quemadmodum dictum est, ita contra Filius paternæ substantiæ partus est. Quocirca non est necessariũ opus eius perpetuo consistere: quum enim vult opifex, operatur: factus autem nõ est res obnoxia voluntati, sed est quiddam proprium ac suum paternæ substantiæ. Opifex quidem & dici & esse poterit, etiam si nondum opera existant: pater vero nec esse nec dici poterit, si non sit ei Filius. Quod si autem curiosè inquirant, cur Deus, in cuius potestate est operari, non semper operatus sit? furiosorum est ista audacia. Quis enim cognouit mentem Domini, aut quis cõsiliarius eius fuit? aut quomodo dixerit signum ad suum figulum, cur me ita fecisti? Sed tamen ne vel tenui ratione suppetente consilescamus, audiant obsecro, quod tametsi Deo possibile fuerit, ab æterno opera facere, non tamen poterint, ea, quæ facta sunt, ab æterno fuisse: Siquidem ex non entibus emerferunt, nec erant priusquam fierent. Quæ autem non erant, antequam fierent, quomodo illa coexistere poterant cum Deo semper existente? Quapropter ad eorum emolumenta commodaq; respiciens Deus, quum intelligeret creaturas subsistere posse, tunc omnes creaturas produxit. Ac sicuti, quum posset ab initio sub Adamo aut Noe, aut Moise Verbũ suum emitte re, non tamen emisit nisi in consummatione seculorũ: tum enim id vile esse nouerat vniuersæ creaturæ: ita quoque creata, cum voluit & ipsis vile fuit, procreauit. Cæterũ, Filius, quum non sit opus, aut factitium quiddam, sed quiddam æternum substantiæ Patris, æternaliter existit: Semper enim subsistente Patre, semper quoque subsistere oportet eum, qui est proprium quiddam illius substantiæ, quod est ipsius Ratio siue Verbũ, & Sapiencia. Porro res cõditæ, si nondum sint in rerum natura, non diminuunt conditorem. Habet enim facultatem cõdendi, quando volet: Proles autem, si non æternaliter coexistat cum Patre, detrimentum adfert perfectitudini illius substantiæ. Quapropter opera, quando voluit, operatus est per Verbum suum, Filius contra æternus factus est substantiæ Patris. Hæc fideles lætificant, hæreticis autem molestiæ sunt, quum videant suas hæreses ita subuerti. Quin ista quoque illorum percunctatio, dum aiunt, vnumne ingenitum an duo? non rectam neque simplicem eorum mentem, sed plenam esse fraudis & suspitionis coarguit: Non enim ad honorem Patris, sed ad calumniã Verbi, tales interrogationes proponunt. Quod si quis inscius, eorum vasticiei responderit, vnum esse ingenitum, statim suum venenum euomit, dicentes: Igitur Filius vnus est ex rebus creatis, & recte à nobis dictum est, non erat, priusquam fieret. Omnia enim miscent turbantque, vel ob id

solum, vt Filium à Patre disingant, & conditorem omnium, rebus conditis adnumerent. Digni igitur sunt qui condemnentur, primum, quia inculantibus Episcopos, qui ad Nicænum concilium coierunt, de vocibus in scriptura non vsurpatis; quam neutiquam blasphemis, sed ad tollendam hæresim institutis, ipsi ad eandem culpam vltro confugerunt, vocibus scripturæ incognitis sermonem contextentes, & commentantes conuicia contra ipsum Dominum, neque quæ loquantur, neque de quibus affirmant, satis intelligentes. Quærant igitur ex Ethnicis unde ista hauserunt: non enim Scripturæ sunt, sed eorum inuenta, vt audientes, quot significata hac vox ἀγέννητον possideat, intelligere queant, ne hoc ipsum quidem sese recte intelligere, quod interrogant. Ego enim ab Ethnicis didici το ἀγέννητον id dici, quod nondum factum est, fieri tamen potest, vt lignum quod nõdum abiit in formam scaphæ, sed tamen vt scapha aliquando fieri possit. Rursum id esse ἀγέννητον quod non factum est, neque vlla ratione fieri potest, quale est triangulum & numerus par, quum triangulum nunquam quadrangulum, aut sit, aut fuerit: neque numerus par, impar vnquam vel extitit, vel extiterit. Rursus, ingenitum appellari, quod quidem iam est, sed natum ab aliquo non est, neque vlla ratione suæ originis patrem habet. Addidit callidus sophista Asterius, & hæreseos patrocinator in suo libro, Ingenitum esse quod factum non sit, sed quod æternum sit, In quem igitur sensum intelligant hoc vocabulum ingenitum, oportebat ab illis interrogado explicari, vt is qui interrogatus fuerit, recte respondeat. Si autem recte se credunt interrogare dum dicunt, vnumne ingenitum an duo? audiant primum quidem vt homines insciti, plurima esse ingenita, & ingenitum esse nullum: plurima quidem quæ fieri poterint, & nullum quod tale est, vt non poterit, vt dictum est prius: Sin autem vt Asterio placuit, ea ratione interrogent: quod ingenitum id habeatur, quod factum non est, & semper est, audiant non semel, sed sæpius etiam Filium pro ista acceptione ingenitum dici: non enim ex genere factitiorum est, neque opus aliquod, sed æternaliter cum Patre coexistit, vt iam demonstratum fuit, etiam si subinde sese immutent, vt solum habeant, quod contra Dominum loquatur, eum nimirum ex non entibus esse incepisse, nec fuisse priusquam fieret. Ex omnibus igitur & excussi & deturbati, si de integro interrogationes faciant, vt vni ingenitum id dicant, quod iam est, sed tamen, vt genitum aliunde non sit, neque sui patrem habeat, audient à nobis eum qui tali significato innuitur, vnum & solum Patrem esse, qui ea ratione ingenitus dicatur. Neque ex eo responso quicquam commodi ad res suas comparauerint. Non enim, si eodem modo Deus ingenitus appellatur, hoc est increatus, sequitur necessario, Filium esse genitum, hoc est, creatum, quum ex superioribus argumentis notum sit, tale esse Verbum, qualis est ille, qui illud genuit. Quapropter si ingenitus Deus, non propterea genita, hoc est facta est eius imago, sed proles est ac factus, qui ipse est Verbum siue Ratio ac Sapiencia eius. Quid enim simile est creato ad increatum? Nam eadem repetere, grauari non debemus contra eos, qui creatum increato simile esse volunt, vt qui istud videat, illud quoque obtueatur.

Arj & Eusebii impudens. conuertibilis est natura. Talia nec dicere, nec scriptis prodere puduit Eusebium & Arium: eorumque affecta, nihil veriti sunt ea loqui, vel in medio foro, securi negligentique interim tanta suae in suis mercedi dictionibus insaniam. Si enim mercedem voluntati recta deligētis ea accepit, quae accepit, non accepturus alioqui, nisi opere precium dignumque aliquid eo munere designasset, nimirum ob virtutem meliorationemque sui, eadem illa consecutus est, meritoque illi dictum fuit, propterea filius & deus factus est, neque verē Deus fuerit. Quod enim secundum naturam ex aliquo gignitur, id vera eius progenies censendum est, qualis fuit Isaacus Abrahamo: & Ioseph Iacobo, & splendor soli. Contra, qui ex virtute & gratia nomen solummodo filiorum obtinent, & non natura, sed gratia ad ius liberorum nituntur, diuersi sunt ab eo quod ipsi datum est, quales sunt homines quibus Spiritus Sanctus communicatus est, de quibus scriptum est: Filios genui & exaltaui eos, ipsi autem spreuerunt me, ac propterea, quia non ex natura filij erant, & ad peiora se contulissent, ablato spiritu reiecti abdicati que fuerunt: quos tamen ubi penitentiam egerint, recepturus est Deus, datoque lumine, filios nominaturus est Deus, qui ab initio eis hanc gratiam dederat. Si igitur istiusmodi Seruatorem esse volunt, clare apparebit, eum neque verum Deum, neque Filium, neque similem Patri extitisse, neque vlla ratione suae essentiae Deum Patrem habuisse, sed tantummodo ex gratia quae illi data fuit, Filium appellari, Deumque illius substantiae non Patrem, sed conditorem esse, iuxta communem omnium rationem. Iam si talis sit, qualem eum esse volunt, euidenter constabit, eum neque ab initio nomen Filij obtinuisse. Si enim illud illi pro praemio concessum est, & pro remuneratione profectus, non alio tempore profectus, quam quum homo factus erat, & serui speciem acceperat. Tunc enim id contigit, quum obediens factus usque ad mortem, exaltatus fuisse, & in munus illud nomen accepisse dicitur, vt in nomine IESV flectatur omne genu. Qualis igitur antea fuit, si nunc demum exaltatur, & nunc primum incipit adorari, & nunc tandem Filius nominatur, quum homo factus est? videtur enim non carnem meliorem reddidisse, sed ipsum per carnem meliorem esse redditum: siquidem pro illorum vecordia, tunc primum exaltatus, & Filius dictus est, quum homo iam erat. Quid igitur ante ista tempora fuit? necessum est enim vt eos denuo interrogem, quod summa finisque eorum impietatis in conspicuo sit. Nam si Dominus nunc est & Deus & Filius & Verbum: nihil autem horum erat, antequam homo fieret, aliud erat praeter illa, & postea merito virtutis istorum particeps factus est, quemadmodum diximus. Si aliud (quod in capita illorum resiliat), necessum est eos dicere, eum antea non extitisse, ac in summa, hominem eum ex natura fuisse, ac praeterea nihil. Atqui, istiusmodi sentire, non est Ecclesiae, sed Samosatensis & Iudaeorum. Cur igitur, si eadem quae illi sentiunt, non etiam vt Iudaei, circūciduntur, sed Christianismum simulant, & contra Christum in pugnam descendunt? Si enim non erat, aut si erat quidem, sed melioratus est postea, quomodo per cum facta sunt omnia? aut quomodo, si perfectus non erat Pater, in eo sibi gratulabatur? aut si nunc tandem melioratus est, quomodo antea potuit oble-

ctari coram Patre? aut quomodo, si post mortem adeptus est vt adoretur, visus est Abrahamus eum in tabernaculo, & Moses in rubo adorare? aut quomodo vidit Daniel decies mille myriades, & mille chiliades ei inferuuisse? Aut quomodo, si nunc pro eorum opinione meliorationem sui adeptus est, antemundanā & supramundanā gloriae suae mentionem faciens, locutus est ad istum modum ipse Filius: Gloria me Pater gloria illa quam habui apud te, antequam mundus fieret. Quod si vero secundum eos nunc demum exaltatus est, quomodo fieri potuit, vt iam antē cælū inclinaret, & descenderit: Ac rursus, Dedit Altissimus vocem suam? Quapropter, si antequam mundus fieret, gloriam habuit Filius, & Dominus gloriae erat, Altissimusque iam tum fuit, & e cælo descendit, ac semper adorandus fuit, fieri ergo non potest, vt ubi descenderat, melioratus sit: sed ipse potius ea quae melioratione indigebant, meliora reddidit: sin autem vt meliora faceret, cælitus descendit, nequaquam illi pro mercede datum est, vt Filius & Deus nuncuparetur, quum ipse potius nos & filios Patri reddiderit, & homo factus Deificauerit. Non igitur, quum homo esset, postea Deus factus, sed quum Deus esset, postea homo factus est, vt nos potius Deificaret: Nam si, quum homo factus esset, tum demum filius & Deus appellatus est, & antequam homo fieret, veterem illum populum Deus filios suos nominauit, Moysenque constituit Deum Pharaonis. Id ipsum quoque plurimis in locis Scriptura ostendit, quum inquit: Stetit Deus in concilio deorum. Certum igitur est, hunc post illos Filium & Deum appellatum esse. Quis igitur potest, vt omnia per illum, & ille ante omnia sit? aut quomodo primogenitus omnis creaturae, quum eum tempore antecederent, qui Filij & dei appellati sunt? aut quomodo, qui in participando sunt primi, non participant ex Verbo? Non est vera istiusmodi opinio, sed commentum eorum qui nunc iudaizant. Qui enim fieri potuit, vt Deum Patrem esse cognouerint? Nam si id admittas, ipsa adoptio qua filij efficitur, sine vero Filio efficeretur: Dicente eo, Nemo cognoscit Patrem nisi Filius aut cui Filius reuelauerit. Quomodo autem adoptio fieri potest sine Verbo & sine Patre eius? cum ipse ad fratres istos Iudaeorum dicat: Si illos Deos appellauit ad quos Verbum Dei factum est, &c. Porro si omnes quotquot & filij & dij nuncupati sunt, siue in terris, siue in caelis, per Verbum Dei, Filij Dei sunt redditi & Deificati, ipsumque Verbum Filius est, manifesta res est, omnes per eum, ipsumque ante omnes, vel potius illum solum verum Filium, & solum ex vero Deo verum Deum subsistere, neque hæc tanquam virtutis mercedem obtinuisse, neque alium praeter ista esse, sed ex natura secundum substantiam illa ipsa esse, quum sit Paternae substantiae Progenies. Quamobrem minime ambiguum, quin ad similitudinem immutabilis Patris, & ipse quoque sit immutabilis. Haec tamen igitur his rationibus in Filio asserendo vtentes, vt Dominus dedit, haereticorum brutis figmentis occurrimus. Iam deinceps non improbum fuerit sacra quoque eloquia adiungere, vt tanto magis & Filij immutabilitas, eiusque inalterabilis ex Patre natura, illorumque deliria euidentia & conspicua reddantur. Apostolus igitur ad Philippenses scribens ita loquitur: Ea modestia animi sit in

Abrah. mose et daniel. ser. christi adorant.

Ioan. vi.

Cur dicitur deus esse.

Luc. iii.

Quod dicitur in eph. i. immutabilis. Phil. i.

sit in vobis, quae in Christo IESV, qui quum in forma Dei existeret, non rapiendum arbitratus est, vt esset aequalis Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominis factus, specieiue inuentus vt homo, humiliavit seipsum obediens factus usque ad mortem, & quod magis est, ad mortem crucis: ideo quoque Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est supra omne nomen: vt in nomine IESV omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & subterrestrium, & omnis lingua confiteatur, Dominum IESVM esse in gloria Patris. Quid hoc clarius aut probatius esse poterit? non enim ex deteriore melior factus est, sed potius quum Deus esset, serui speciem assumpsit: neque in assumendo melioratus est, sed humiliavit seipsum: vbi ergo in istis rebus virtutis praemium? aut quis profectus? aut melioratio in humiliatione? Si enim ideo, quia ex Deo homo efficitur, & ex alto descendit, exaltari dicitur, quod exaltari potuit, qui Deus erat? quum in conspicuo sit, ex eo quod Deus altissimus est, necessario colligi, eius quoque Verbum altissimum esse. Quod igitur magis exaltari potuit, qui in Patre erat, ac per omnia similis Patri, ac proinde nullius additamenti indigus? Neque est vt suspicantur Ariani. Si enim exaltaretur, demisit se Verbū, atque id ita scriptum est, quae nam vlla denique necessitas fuit, sui ipsius humiliandi, vt quaereret nancisci quod haberet? aut quam gratiam accepit, qui gratiarum donator est? aut quomodo accepit nomen vt adoraretur, qui semper in suo nomine adorabatur? Certe priusquam fieret homo, clamabant Sancti, Deus in nomine tuo saluum me fac: &, Isti in curribus, & illi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur: a Patriarchis igitur adorabatur: de Angelis autem ita scriptum est: Et adoretur eum omnes Angeli Dei. Si igitur Dauid in septuagesimo primo Psalmo ita canit: Ante solem permanet nomen tuum, & ante lunam in secula seculorum: quomodo illud accepit, quod semper habuit, antequam acciperet? aut quomodo exaltabatur, qui priusquam exaltaretur, altissimus erat? aut quomodo accepit, vt adoraretur, qui antequam hoc acciperet, semper adorabatur? Non est aenigma, sed mysterium diuinum. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Postmodum autem in gratiam nostri Deus caro factus est, & illud quod nunc dicimus: Exaltauit eum, non substantiam Verbi exaltatam significat, fuit enim & semper est aequalis Deo, sed ad humanitatem eius spectat. Neque ista prius dicta fuere, quantum, quum iam Verbum caro esset factum, vt palam fieret, illud humiliavit, & illud exaltauit, de homine dictum esse: cuius enim est humile esse, eius quoque fuerit exaltari, & si ob assumptionem carnis, hoc verbum (humiliavit) est scriptum, clarum manifestumque est, propter eandem carnem illud (exaltauit) usurpatum esse. Eius enim exaltationis indigus erat homo ob humilitatem carnis suae, & mortis. Quoniam autem Verbum, quod erat imago Patris & immortale, serui formam accepit, & propter nos, vt homo, sua carne mortem sustinuit, vt ita seipsum pro nobis per mortem Patri offerret: ideo, vt homo propter nos, & pro nobis dicitur superexaltari: vt quemadmodum morte eius nos mortui sumus in Christo, ita in eodem Chri-

Psal. 53.

Heb. i. Psal. 71.

Ioan. i.

sto vicissim exaltaremur, & ex mortuis resurgentes, & in caelum ascendentes: in quod praecursor pro nobis IESVS, intrauit, non in exemplaria aut simulacra verorum caelorum, sed in ipsum caelum, vt se praesentem exhiberet pro nobis conspectui Dei. Quod si nunc pro nobis caelum ingressus est Christus, quum & antea erat Dominus & opifex caelorum, nihil dubium, quin nostra causa illud ipsum (exaltauit) in scripturis constitutum sit, eadem ratione qua omnes sanctificans, ipse Patri suo se pro nobis sanctificare ait, non quo Verbum Sanctum efficiatur, sed quod ipse in se ipso omnes nos sanctificet, ita quoque illud (superexaltauit eum) non ideo est, vt ipse exaltaretur, quum sit altissimus, sed vt ipse quidem pro nobis iustitia fiat, nos vero in eo exaltemur, portasque caelorum ingrediamur, quas ipse pro nobis iterum adaperuit, quo tempore ita dictum est ab anteambulonibus: Attolite portas principes vestras, & eleuamini portae aeternales, & introibit Rex gloriae. Illi enim portae clausae non erant, vt pote Domino & conditori omnium, sed propter nos hoc ipsum scriptum est, quibus porta paradisi occlusa fuit, ideoque humano quidem more, ob carnem quam gestabar, dictum est de eo: Attollite & introibit, veluti homine introeunte: Diuino autem more, eundem, quia Verbū Deus est, dictum est ipsum esse & Dominum & regem gloriae. Deque nostri istiusmodi exaltatione Dauid quoque vaticinium Psalmo 88. edidit: In iustitia tua exaltabuntur, quoniam gloriatio virium ipsorum tu es. Porro, si Filius iustitia est: non utique Verbum, quasi iustitia indigeat, exaltatur: sed nos sumus, qui in iustitia, quae ille ipse est, exaltamur. Iam quoque & illud (donauit illi) non propter ipsum Verbum scriptum est: erat enim etiam antequam homo fieret (vt diximus) adorandum & ab Angelis, & ab vniuersa creatura, secundum suam e paternam substantiam proprietatem: sed propter nos, & pro nobis, id de eo scriptum est. Sicut enim homo mortuus est, & superexaltatus: ita quoque id, vt homo, accipere dicitur, quod vt Deus semper habuit, quo gratia ista semel accepta ad nos perueniret: Non enim diminutum est Verbum carnem assumendo, vt gratiam quoque desideret accipere, sed potius Deificauit quod induerat, & id ipsum humano generi superaddidit: vt quemadmodum semper adorabatur quatenus Verbum erat, & in forma Dei existeret: ita quoque ille idem iam homo factus & IESVS appellatus, nihilominus haberet omnem creaturam pedibus suis subiectam, sibi que in suo nomine genua flectentē, pariterque consistentem Verbum carnem factum, mortemque in carne sustinuisse, non ad ignominiam Deitatis, sed ad gloriam Dei Patris. Gloria autem Patris est, hominem iam conditum & amissum recuperari, emortuumque viuificari, templumque Dei effici. Gloria enim nostra est, nostraeque sublimatio, quod quum Potestates, Angeli, Archangeli, cum semper adorauerint, nunc adorent sub nomine IESV Christi, eo quod Filius Dei homo sit factus. Neque percelluntur stupore, dum vident nos Christi concorporeos in ipsorum sedes patriasque induci. Quod nulla vnquam ratione contigisset, nisi ille, qui in forma Dei est, formam serui accepisset, ac sese humiliasset, sinens corpus suum usque ad mortem deuenire. Ecce, quod stultum erat Dei apud homines propter crucem, id

Exaltant illi quid.

Psal. 12.

Psal. 88.

Gloria Patris quae. Gloria nostra quae.

*Deus exal-
tauit Chri-
stū quid.*

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Philip. 2.

*Incarna-
tionis ver-
bi dei vri-
litat.*

omnium longe honestissimum est factum, eò quòd resurrectio nostra in cruce sit sita: nec iam duntaxat Israëlita, sed & omnes gentes (vt vaticinatus est Propheta) idola sua relinquāt, & Deum verum Christi Patrem agnoscant, demonumque iam præstigia abolita sint: vnus autem verus Deus in nomine Christi adoretur. Quòd autem Dominus in corpore natus est, inditòque nomine IESV adoratur, habeturque Filius Dei, ac per eum agnoscitur Pater: id euidenti ratione commonstrat, non Verbum quatenus Verbum est, cuiusmodi gratiam, sed nos illam ipsam accepisse, eò quòd per corporis illius cognationem, & réplum Dei, & filij Dei simus effecti: adeo, vt & in nobis iam Dominus adoretur: renunciantque illi qui hoc viderint, vt Apostolus dixit, Re vera Deus in illis est, Sicuti quoque & ab Ioanne in Euangelio scriptum est: Quotquot eum acceperūt, dedit eis potestatem vt filij Dei fierent. Ac rursus in epistola eiusdem: Inde cognoscimus quòd in nobis manet, eò quòd de Spiritu suo nobis dederit. Indicium id quoque eius erga nos bonitatis, in eo apparet, quòd nos ob Altissimum in nobis habitantem exaltamur, & gratia nostri conceditur, eo quòd dominus suppeditator istius gratiæ, homo sit factus ad similitudinem nostri. Ipse autem Saluator humiliavit seipsum, quoniam humile nostrum corpus assumpsit, seruiq; speciem induit, amictus carne peccatis mancipata. Et vt ipse nihil ad sui meliorationem à nobis adeptus est: Verbum enim vtpote perfectum & absolutum, nullius rei indigū est: ita nos contrà, ab eo meliores sumus redditi. Ipse enim est lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Frustra igitur innituntur Ariani coniunctioni isti, Ideo, dum à Paulo dicitur: Ideo & Deus exaltauit illum. Non enim præmium virtutis, neque præstantiam eius in proficiendo iis verbis significauit, sed causam sublimationis in nos redundantis. Nam quid hic aliud in istis verbis significatur, quàm generosi Patris Filium, qui in forma Dei erat, seipsum humiliasse? & seruum pro nobis, & nostri gratia factum esse? Si enim Dominus homo factus nõ fuisset, nunquam nos à peccatis vindicati ex mortuis resurrexissimus, sed sub terris mortui relinqueremur: neque ad cælos subuecti essemus, sed adhuc in orco remaneremus. Propter nos igitur & de nobis dictū est (exaltauit & donauit). Hanc ego arbitror istius dicti sententiam, eamque in primis Ecclesiasticam. Quin hoc dictum ita rursus tractari liceat, vt aliis, sed paribus verbis, idem exponas, non eo conceptu vocum indicari, Verbum ipsum quatenus Verbum est, exaltari. Est enim (vt dictum est) altissimum, simileque suo Patri: sed resurrectionem ex mortuis in corpore eius significari. Quapropter quum dixisset, humiliavit seipsum vsque ad mortem, statim subintulit, ideòque (superexaltauit) cupiens ostendere, quòd & si sicut homo mortuus fuerit, attamen, vt vita, exaltatus sit resurrectione. Is enim qui descendit, idem ille est qui ascendit. Descendit quidem corporaliter, resurrexit autem vt Deus in corpore. Atque illud ipsum est, cuius gratia subintulit in hac sententia coniunctionem (ideo) non mercedem virtutis aut profectus, sed causam significandam, ob quam resurrectio facta esset: Et cur alij quidem homines ab Adamo vsque in præsens tempus morerentur, & mortui perma-

nerent: Iste vero solus integer ex mortuis resurrexerit, causa ea est quā ipse priori loco statuit, quòd quum Deus esset, homo factus sit. Ceteros quidem homines ex solo Adamo oriundos, vitā cum morte commutasse, mortisque tyrannidem in se passos esse: Secundum autem Adamum e cælo esse, quippe, qui caro factus sit: Atque iste homo e cælo & cælestis appellatur, eò quòd Verbum e cælo descenderit, ideòque sub imperio mortis detineri non potuit: Nam etsi humiliavit seipsum, sinēs suum corpus vsq; ad mortem procedere, quoniam moriendi capax esset, nihilo minus tamē illud e terris exaltauit, propterea quòd in eo erat Filius Dei. Par igitur est quòd hīc dicitur, Ideo & Deus exaltauit illum, cum eo quòd in Actis à Petro dicitur, Quem Deus exaltauit solutis doloribus inferni, quatenus impossibile erat eum sub eius imperio detineri. Vt enim apud ipsum Paulum scriptum est: Quoniam quum in forma Dei esset, homo est factus, & humiliavit seipsum vsque ad mortem, ideo etiā Deus exaltauit illum: ita quoq; à Petro dictum est: Ideo quum Deus esset, homo factus est. Signa autem & prodigia, Petro aliisque qui ea viderant, ipsum esse Deum ostenderunt, ideòque fieri non poterat, vt sub morte detineretur: homini contrà impossibile erat, sese itidem instaurare: propriū enim quiddam est homini sua mors, atque ea de causa quum Verbum esset Deus, caro factum est, vt corpore mortificatus, viuificaret omnes sua præsentia. Cæterum, quia dum mentio fieret de eius exaltatione, Deumque illi donasse, creditum est ab Arianis, in eo detrimentum aut passionem substantiæ Verbi sitam esse, necessarium dictū est, quo sensu ista & mente referatur. Exaltari enim dicitur ab inferioribus locis terræ, quia mors quoque ipsius exaltatio appellatur, & vtrunque de eo dicitur, quoniam eius erat, ac nõ alterius corpus, quòd exaltatum fuit ex mortuis, & in cælos subuectum. Iam vero quum eius sit corpus, neq; Verbum sit extra suum corpus, merito exaltato corpore, ipse, vt homo, ratione corporis exaltatus esse memoratur. Si enim homo factus non est, ne dicantur ista de eo: sin autem Verbum caro factum est, necessum est de eo, vt de homine, pariter referri & resurrectionem & exaltationem, vt mors, quæ illius dicitur, redemptio sit peccati hominū, & abolitio mortis: & vt resurrectio & exaltatio, per illum in nobis firmitudinem & stabilitatem habeat. De vtroque autem simul mentio habita est, & Deum illum exaltasse, & Deum illi hoc donasse, vt denuo palam faceret, neutiquam eum Patrem esse qui homo factus erat, sed Verbum Patris, quòd pro humanitatis ratione à Patre accipit, & ab eo exaltatur, vt dictum est. Cæterum, manifesta res est, nec est quòd dubites, ea quæ à Patre dantur, per Filium dari. Estque admirabile, & quòd hominem plane attonitum reddat, quòd gratiam quam Filius à Patre largitur, eandem ipse in se recipere dicatur: & exaltationem quam Filius à Patre facit, ea ipsa est qua filius exaltatur. Idem enim ipse est & Dei filius, & Filius hominis: Nā, vt Verbum, quæ sunt patris, donat: omnia enim quæ donat & facit Pater, per Filium donat & facit: ita e diuerso, ipse quum sit Filius hominis, humanitas dicitur à se ipso accipere, quia aliunde non accipit, eò quòd corpus illa recipiat, quòd accipiendæ gratiæ naturam idoneam capacemque sortitum est, vt dictum est: Acce-

Actu.

Heb.

Christe exaltati dicitur.

patre quod modo.

psal. 44.

Israëlita quomodo reges fiebant.

Ioan. 10.

Christus sanctificat seipsum

Descensio spiritus in Iordane ad nostrā sanctificatione facta.

Christus quomodo vnctus.

est: Accepit enim, quatenus homo exaltabatur: illiusque exaltatio erat, eum hominem Deificari: sed tamen Verbū hoc ipsum semper possidebat secundum suam ex Patre Deitatem & perfectitudinem. Certe, quòd ab Apostolo dictum est, talem habet interpretationem, impiòsq; redarguit. Etiam illud Psalmographi eundem intellectum prodit, eumque rectum, quem prauè isti interpretatur. Psalmus tamen illum piū esse demonstrat, quū inquit: Thronus tuus Deus in secula seculorum, virga rectitudinis, virga regni tui. Dilixisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participatoribus tuis. Videte Ariani, & saltē vel hinc cognoscite, participatores Domini ceteros omnes Psalmistam appellasse. Hic, si vnus ex non entibus & creatis esset, fuisset & ipse vnus ex istis participatoribus. Atqui, quum eum, vt Deum æternū, suo hymno celebrarit, dum inquit, Thronus tuus Deus in secula seculorum, & reliqua omnia ex eo partem capere declararit, quid aliud intelligendum, quàm alium illum esse à rebus creatis? Patrique solum ac verum Verbum, Splendorem & Sapientiā ex qua omnia creata participant, & sanctificatur ab eo per Spiritum, & hic quidem vngitur, non vt Deus fiat, nam antea id erat: neque vt rex efficiatur, quū iam ab æterno regnaret, quippe, qui erat Imago Patris, quemadmodum ex hoc elogio ostenditur, sed pro nobis quoque hoc inter cætera scriptum est. Nam reges Israëlita vnungendo reges fiebant, quum antea priuati homines essent, vt Dauid, & Ezechias, vt Iosias, cæterique alij. Saluator autem quauis Deus esset, & in regno patris perpetuo regnaret, ipseque munerator Sancti Spiritus esset, tamen nunc in præsentia inungi dicitur, vt iterum, cum sicuti homo Spiritu inungitur, nobis hominibus, quemadmodum in exaltado & resuscitando fecit, ita quoque isthic Spiritus incolatum contuberniumque conciliet. Atque id indicans suis verbis Dominus in Euangelio dixit: Ego emisi eos in mundum, & pro illis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Hæc verba vsurpans satis indicauit, se non esse eum qui sanctificatur, sed qui sanctificat. Non enim ab alio sanctificatur, sed ipse seipsum sanctificat, vt nos in veritate sanctificemur. Qui autē seipsum sanctificat, Dominus est sanctificationis. Qua ratione igitur id fit, aut quo pacto id dicit, nisi ad istum modum? Ego qui Verbum Patris sum, mihi iam homini tribuo Spiritum, ac me iam hominē factum sanctifico, vt deinceps in me, qui Veritas sum: sermo enim tuus (vt ille ait) veritas est, vt inquam in me omnes sanctificentur. Si autem in nostram vicem seipsum sanctificat, atque id agit quum homo factus erat, satis constat & euidentis est, descensionem Spiritus in eum in Iordane ad nos pertinere, eò quòd ipse ferebat nostrum corpus: neque id ad meliorationem Verbi, sed ad nostri sanctificationem factum esse, vt ipsius vnctionis participes essemus, ac de nobis diceretur, An ignotum est vobis, quòd templum Dei sitis, & Spiritus Dei habitet in vobis? Cum enim Dominus vt homo in Iordane lauaretur, nos illi ipsi eramus, qui in Domino & à Domino lauabamur. Et quum ille reciperet Spiritum, nos eramus illi ipsi, qui per Dominum ipsius spiritus capaces reddebamur. Quapropter, non quemadmodum Aaron aut Dauid, aut reliqui omnes, ita

quoque & ipse oleo inunctus est, sed aliter supra omnes confortes sui oleo lætitiæ. Quòd oleū, Spiritum sanctum esse per Prophetam exposuit: Spiritus Domini super me, eò quòd vnxit me: quem admodum & ab Apostolo dictum est, quòd Deus illum vnxit Spiritu Scto. Quando igitur ista de eo pronunciata sunt, nisi tum cum in carne constitutus baptizabatur in Iordane, ac Spiritus in eum descendebar? Quin & ipse Dominus loquitur discipulis, Spiritus de meo capiet: & Ego illum mitto: & Accipite Spiritum Sanctum. Attamen is qui aliis donat, vtpote Verbū & Splendor Patris, nunc dicitur sanctificari, postquam homo factus est: & ipsius est corpus, quòd sanctificatur. Ex illo igitur & nos incepimus vnctionem & signaculum adipisci, dicente quidem Ioanne, Nos vnctionem habemus: A Sancto Apostolo verò, vos signati estis Spiritu illo sanctæ repromissionis. Igitur propter nos, & de nobis est, quòd isthic narratum est. Quisnam igitur ex istis rebus meliorationis profectus? aut quòd nam virtutis aut facti alicuius præmiū ostenditur? Si enim, quum non esset Deus, Deus factus esset: aut quum rex non esset, ad regnum euectus esset, haberet vester sermo aliquam vmbra verisimilitudinis. Contrà, si & Deus est, & thronus regni eius æternus est, quid habet Deus in quo proficiat, siueque meliorascendi progressiones faciat? aut quid defuit illi in solio Patris sedentis? Iam, si (vt ipse quoque; Dominus locutus est) suus est Spiritus, Spiritusque de eo capit, & ab ipso emittitur, non vtiq; Verbum, quatenus Verbum & Sapiencia est, à Spiritu inungitur, quum is ab eo donetur: sed caro assumpta ab ipso, illa est, quæ in eo, & ab eo inungitur, vt sanctificatio quæ in Dominum, vt in hominem, infertur, in homines deinde ab eo dimanaret. Non enim à se (vt ille ait) Spiritus loquitur, sed Verbum est, à quo Spiritus in dignos confertur. Simile est & id quoque superiori dicto. Vt enim Apostolus dicit: Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, ita quoque & Dauid, æternum eum Deum & Regem missum ad nos, & assumpto nostro corpore, quòd mortale est, mortalem appellauit: id enim ab eo istis verbis indicatur: Myrrha & stacte & casia à vestimentis tuis: simulque hoc ipsum à Nicodemo, & iis quæ comitabantur Mariam, ostenditur, quo tempore ille veniebat deferens miscellam myrrhæ & aloes quasi libras centum: Istæ autem apportabant aromata, quæ adornauerant ad sepulturam corporis Domini. Quid igitur in hoc aut commodi aut profectus ei, qui immortalis erat, dum mortem assumit? aut quæ melioratio ei, qui æternus erat, dum, id quòd temporariū erat, amicitur? aut quòd præmium inde fuerit æterno Deo & Regi, recubantique in sinu Patris? Iamne ergo videtis ea ipsa pro nobis, & propter nos acta & scripta esse, vt Dominus homo factus, nos, qui mortales & temporarij eramus, immortales faceret, & ad æternum regnum cælorum introduceret? Iamne igitur erubescitis ita mentientes contra sacram scripturam? Aduertent enim præsentiaque Domini IESV Christi, nos quidem meliores redditi sumus, vtpote liberati à peccato, ipse tamen idem est: neque vbi homo factus est (quia hoc iterum dicendum) mutatus fuit, sed vt scripto proditum est, Verbum Domini

Esa. 61.

*Ioan. 15.
Ioan. 20.*

philip. 2.

psal. 44.

Aromata an profuerint corpori Christi in sepulcro.

manet in æternum: nimirum, quemadmodum ante incarnationem quum Verbum erat, donauit Sanctis spiritum vt suum & peculiarem: ita quoque iam homo factus, omnes sanctificans, ita suos discipulos alloquitur, Accipite Spiritum Sanctum: ita quoque Mosi dedit, & cæteris illis septuaginta.

Mat. ult. Ac propterea Dauid apprecatus Patri in hæc verba erumpit: Et Spiritum tuum, Spiritum illum Sanctum ne auferas à me. Et quum homo iam factus erat, locutus est: Mittam vobis consolatorem Spiritum illum veritatis: idque quod dixit, præstitit. Missus enim est Spiritus à Verbo Domini, qui mentiri non potest. Igitur IESVS Christus heri & hodie idem est in secula incommutabilis permanens, & ipse idem ille est, qui dat & accipit: dans quidem vt Verbum Dei, accipiēs vero vt homo. Non ergo Verbum quatenus Verbum, meliorationem accipit, habuit enim omnia & perpetuò habet: sed homines sunt, qui initium accipiendi in illo & ab illo obtinuerunt. Quapropter, quum ipse humano more inungi memoratur, vos estis, & nos sumus, qui in eo inungimur: ideo quum ille baptizaretur, nos eramus in quos ille baptismus perueniebat. Omnia ista clara, manifestaq; Saluator noster reddit, dum Patri dicit: Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi & illis, vt vnum sint, quemadmodum nos vnum sumus: propter nos igitur gloriam postulabat, & illud (accepit) & illud (donauit) & illud (exaltauit) ideo dictum est, vt nos acciperemus, vt nobis donaretur, & nos exaltaremur in eo: quemadmodum seipsum sanctificat, vt nos sanctificemur in eo. Quod si idcirco, quia additum est in Psalmo: Ideoque vnxit te Deus Deus tuus, ex vocula (ideo) causificandi sibi prætextum ad quæuis instruunt, sciant isti Sacrarum literarum imperiti, impietatiquæ inuētores: quanquam hoc vocabulum ideo, hic occurrit, non mercedem tamen virtutis, aut operis Verbi Dei significari, sed causam eius aduentus ad nos, eiusque vnctionis, quæ in illo pro nobis fiebat. Non enim dixit, ideo vnxit te, vt Deus, aut Rex, aut Filius, aut Verbum fieres: nam & antea hoc ipsum erat, sempërque est, vt argumentis demonstratum est: sed potius propterea, quia & Deus, & Rex es, ideo inunctus es. Non enim alterius erat coniungere hominem cum Spiritu Sancto, quam tuiphius, qui es Imago Patris, ad quam ab initio creati eramus, quoniam tuus est Spiritus. Neque enim rerum conditarum natura digna erat aut idonea ad id negocium, quum & angeli præuaricati essent, & homines inobediētes fuissent, ideo opus erat ipso Deo (Verbum autem est Deus) vt eos qui sub maledictione essent, assereret. Si igitur ex non entibus extitisset, Christus esse non potuisset, vt pote vnus è vulgo rerū ac participator cum cæteris futurus. Cæterum, quia Deus est, quia Rex æternus & Splendor, & Character Patris, ideo ipse est qui expectabatur Christus, quum Pater hominibus annunciat, dum cum Prophetis reuelat, vt quemadmodum per eum facti sumus: ita quoque in eo omnium à peccatis redemptio conficetur, & omnia ab illius imperio regerentur. Atque hæc est causa vnctionis, qua ille imbutus est, aduentusque Verbi in carnem: cuius intuitu Psalmographus & Deitatem eius, & regnum Paternum hymno celebrat: Thronus tuus (inquiens). Deus in secula seculorum, virga rectitudinis, virga regni

Mat. ult.
Psal. 50.
Ioan. 14.
Ioan. 17.
Hæc Grecus textus nō habet.
Psal. 44.
soli Christi erat hominē coniungere cum Spiritu Sancto.
Psal. 44.

tui, & eius ad nos descensum his verbis exponit: Ideo vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Quid igitur miri, aut quid incredibile, si Dominus, qui Spiritum dat, ipse nunc dicitur Spiritu inungi: qui, vbi necessitas requirebat, non recusauit ratione humanitate, quippe, Iudæis loquentibus in Beelzebub eum eiicere dæmonia, respondit & dixit illis, postquam eos conuicisset falsa & impia dicere: Si ego in Spiritu Dei eiicio dæmonia, Ecce tibi Spiritus datorum, in Spiritu se asferentem eiicere dæmonia, quæ verba nihil aliud sibi volunt, nisi ratione carnis id dictum fuisse, eò quod non idonea satis neque efficax erat humana natura, vt per se dæmonia, sine præsidio Spiritus eiiceret: ideo veluti homo hoc verbum prolocutus est, Sin autem ego in Spiritu eiicio dæmonia. Quin & blasphemiam in Spiritum Sanctum, maiorem quam in suam humanitatem hoc dicto indicauit, Quicumque dixerit aliquod verbum in Filium hominis, habebit remissionem. Cuius generis sunt quum de illo fabularēt: nōne hic est fabri filius? Contrà, qui in Spiritum Sanctum blasphemantes opera Verbi Dei, diabolo ascribunt, illis pœna indeprecabilis infligetur. Hæc quidem Iudæis vt hominibus locutus est Dominus: discipulis contrà, Diuinitatem & Maiestatē suam exhibens, non iam minorem se Spiritu, sed parē ostendit. Dabat enim Spiritum ac dicebat: Ego illum mitto, & ille glorificabit me, & quæcunque audiet, loquetur. Quemadmodum igitur hic ipse Dominus munerator Spiritus non grauatur dicere, se in Spiritu Sancto eiicere dæmonia, vt homo: ita quoque ad eundem modum, non grauatur idem ille Sancti Spiritus largitor de se prædicare: Spiritus sanctus super me, quoniam vnxit me, idque respectu carnis quam induerat (vt ait Ioannes) vt vtrumque in nobis ostenderet, & nos esse qui in sanctificando gratia Spiritus Sancti indigeremus, & qui impotentes essemus ad eiicienda dæmonia absque viribus Spiritus Sancti. Per quem autem, & à quo tandem conueniens erat Spiritum Sanctum donari, nisi per Filium, cuius Spiritus est? Quando autem nos accipere potuissēmus, nisi quum Verbum (vt Apostolus ait) homo erat factum? neque fieri potuisset, vt liberaremur aut exaltaremur, nisi is qui in forma Dei erat, formam serui accepisset. Idem à Dauide declaratur, nos extra spem participandi Spiritus & sanctificationis futuros fuisse, nisi donator ille Spiritus Verbum, dixisset se Spiritu pro nobis sanctificari. Ideoque nos firmiter accepisse cognouimus, quia ipse professus est se in carne inungi. Dum enim caro in illo primum sanctificatur, & ipse dicit sese, vt hominem propter carnem eam gratiam Spiritus suscepisse, factum est, vt nos illam ex plenitudine dimanantem acceperimus: ideoque dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, additum est in Psalmo, non, vt vos intelligitis, mutabilem Verbi naturam declarans, sed potius eius immutabilitatem ostendens. Quum enim rerum conditarum natura conuertibilis esset, aliisque præuaricatione, alij inobedientia peccassent, vt dictum, neque in studiis vlla firmitas subsisteret, subinde, bono in alio mutato: adeo, vt qui in præsentia esset iustus, paulo post talis non appareret: ideo inconuertibilis natura requirēbatur, quo homines immutabilem

Luc. 11.
Matth.
Matth.
Matth.
Ioan.
Psal. 44.
Ioan.
Christi à spiritu sancto eiicere dæmonia.
Psal. 44.

Serpēs viribus destituitur cur.

lem Verbi iustitiam pro formula & exemplaria ad virtutem capeffendam haberent. Istiusmodi intellectus probæ rationis esse à prudentibus censebitur. Primo enim homine mutato, & morte per peccatum in mundum introgressa, necesse omnino fuit secundum Adam immutabilem esse, quo, si denuo serpens eum inuaderet, impostura illius vim nullam aut efficaciam haberet. Ideo enim serpens in conatibus suis elanguescit, & viribus destituitur, quia Dominus est inconuertibilis & inalterabilis. Sicut enim præuaricante Adamo, in omnes homines peccatum dimanauit: ita quoque Domino homine iam facto, & serpentem euertente, in omnes homines istiusmodi vigor transmeauit: adeo, vt singulis nostris liceat dicere: Non ignoramus illius cogitationes. Quocirca merito Dominus, qui semper & ex natura immutabilis est, diligitque iustitiam, & odio habet iniquitatem, inungitur & emittitur, vt idem subsistens idemque permanens, mutabili carne assumpta peccatum in carne condemnaret, & liberam ipsam assertamque redderet: quo deinceps iustitia legis in ea adimpleatur, & fas sit, bonoque iure liceat dicere: Nos autem non sumus in carne, sed in Spiritu, quum Spiritus Dei habitet in nobis. Frustrà igitur vobis, Ariani, opinio concepta est, frustraque ex scripturis Sacris cauillationes queritis. Verbum enim Domini incommutabile est, & semper se eodem modo habet, neque id simpliciter, sed eadem ratione, qua Pater suus. Alioqui, quomodo similis fuerit, si non ita se habeat: aut quomodo omnia quæ Patris sunt, Filij fuerint, nisi & immutabilem & inalterabilem naturam parentis possideat? Non, vt obnoxius legibus: non, vt in alterutram partem deflexibilis, vt hoc amet, illud auerfetur: metuque excidendi, alterum potius desumat, & ita mutabilis iudicetur, sed potius vt Deus, & Verbum Patris, & iudex ac virtutis studiosus, vel potius choragus suppetitorque virtutis ostendatur. Iustus ergo natura & Sanctus quum sit, iustitiam diligere pronunciat, & odisse iniquitatem, quod idem est ac si dicas, illum probos diligere & sibi adiungere: Iniustos autem auersari, & odio persequi. Quum scripturæ sacræ hoc ipsum quoque & de Patre loquantur: Iustus est Dominus, & iustitiā dilexit, & odio habuit operantes iniquitatem. Et portas Sion diligit, tabernacula Iacob magni facit: & Iacob quidem amaui, Esau vero odio habuit: ac secundum Esaiam vox Dei est rursus dicētis: Ego sum Dominus odio habens iniustitiam, odio persequens rapinas iniustitiæ: ne igitur hic verba eadem prauitate qua illa, excipiant: quum illa sint de imagine Dei conscripta, hæc de Deo Patre. An hic quoque eadem prauitate in intelligendo vtentes, Patrē etiam commutabilem esse interpretabuntur? quod certe vel ex alijs audire, non est vacuum à periculo. Si ergo istud recte de Patre intelligimus, diligere illum iustitiam, & odisse rapinas iniustas: nō tamen ita vt in alterutram partem vergat, aut contrarium sit capax, & in delectu hoc sumat, illud auerfetur (id enim proprium rerū creaturarum) sed quod, vt censor & Iudex, iustos diligit & sibi confociet: à malis autem procul se auferat. Consequens igitur fuerit, etiam de Imagine hæc verba de odio eius & dilectione in eandem mentem interpretari: talem enim naturam esse Imaginis oportet, qualem esse

Verbū Domini immutabile
Psal. 44.
Psal. 86.
Rom. 9.
Esa. 45.

Patris intelligimus, etiam si Ariani vt cæci, neque hoc neque aliud quippiam in Sacris literis vident: excidentes enim à mente cogitationum suarum, vel potius stultitiarum suarum, rursus ad verba Sacrarum literarum confugiunt, in quæ ipsa solito suo more prauo sensu incurrentes, mentem quæ inibi latet, non conspiciunt, & ad impietatem ipsorum quasi ad regulam omnia dicta Sacrarum literarum contorquent; quibus etiam si tantummodo ore sonarent, dicendum esset, Erratis, non intelligentes scripturas, neque potentiam Dei, in quibus si pertinacius hæreant, digni sunt, qui pudore gergillentur, & audiant, Reddite; quæ sunt hominis, homini, & quæ Dei, Deo. Sed scriptū est, inquit, in Prouerbijs: Dominus creauit me principium viarum suarum, ad opera manuum suarum. Et in epistola ad Hebræos ita Apostolus loquitur, Tanto præstantior Angelis factus, quanto præstantius nomen præ illis sortitus est: & paulò post, vnde fratres Sancti, Vocationis supercælestis participes animaduertite Apostolum & Pontificem confessionis nostræ IESVM, fidelem existere ei, qui ipsum creauit. Et in Actibus: Notum sit igitur omnibus vobis & populo domus Israël, quod Deus hunc IESVM dominum & Christum fecit, quem vos crucifixistis. Ex his verbis sursum deorsumque iactatis, errabundi in intelligendo hanc sententiam colligunt, Verbum Dei creaturam esse, & opus, & vnum ex rebus conditis: atque ita decipiunt stultos, dum quidem in speciem veri voces scripturæ prætexunt: pro vera tamen sententia, venenum suæ hæreseos aspergant. Nam si cognouissent, non impiè egissent aduersus Dominum gloriæ, neque quæ recte scripta sunt, prauè interpretarentur. Si igitur palam iam deinceps, moribus Caiaphæ susceptis, iudaizare decreuerunt, vt ignorent quod scriptum est, Deum re vera in terris habiturum fuisse, ne argumenta colligant ex verbis Apostolorum: id enim nequaquam Iudæorum est. Quod si impijs Manichæis sese admiscentes, non agnoscunt Verbum carnem esse factum, aut eius in carne præsentiam, ne mihi allegent Prouerbia Solomonis: id enim alienum est à Manichæis: sin autem simulandi Christianismi gratia, & eius qui inde prouenit quæstus, & famæ causa, non audent inficiari, Verbum (quia id scriptum est) carnem esse factum: aut voces de corporali Saluatoris præsentia recte intelligant, aut si mentem eorum inficiantur, inficientur quoque Dominum hominem esse factum. Indecorum est enim, confiteri quidem Verbum carnem esse factum, pudere tamen interim eorum verborum, quibus id pronunciat: & quia pudet, Scripturæ mentem corrumpere. Scriptum est enim, Tanto melior Angelis factus, quod primum examinandum est. Opus autem hic est, vt obserues, quod vbi que in scripturis faciundum, ad quænam tempora Apostolus sua verba direxerit, quæ sit in legis persona, quod item exemplum, & qua de causa sit scriptum, fideliter excerpere: ne seiuncta sint ista à suis rationibus: ac diuersum aliquid ab ipsis imperitior aliquis legens, à recto intellectu deuius abeat. Id enim eunuchus ille discendi studiosus cognitum habens, adhortabatur Philippum, Obseruato te, inquit, de quonam istud Propheta loquitur, de seipso ne, an de alio quopiam? metuebat si quidem, ne prætermissa persona verba excipiens,

Esa. 47.
Heb. 3.
Heb. 3.
Act. 1.
Ex quibus testimonij colligerunt. Ariani verbū dei creaturā esse.
Quid obseruandum
Act. 8.

Matt. 24 à recto intellectu aberraret. Discipuli item cupientes intelligere rerum futurarum tempora, rogabant Dominum his verbis, Dic nobis quando ista futura sunt? & quod nam signum aduentus tui? & ipsi quoque audientes de fine mundi, tempus eius cognitum habere voluerunt, quod certiores facti, non errarent, sed alios instruere possent. Instructi igitur eius rei scientia Thesalonicensis alioqui erraturos in viam reduxerunt. Cum igitur quis ista probe intellecta & obseruata habet, rectum quoque & sanum Fidei intellectum habuerit. Contrà, si diuersa ab istis seiunctaque à veris personis, temporibus, causis, ex scripturis colligit, statim in hæresim delabitur. In tempore errauerunt Hymenæus & Alexander cum suis gregalibus, quum dicerent, resurrectionem iam contigisse: post tempora autem Galatæ, amplectentes etiam nunc circuncisionem. In delectu personæ laborant & cæcutiunt vsque in hodiernum diem Iudæi existimantes de vno ex suorum numero dictum esse: Ecce, Virgo & vocabunt nomen eius Emanuel, quod est ex interpretatione, nobiscum Deus. Atque itidem illud, Prophetam vobis excitabit Dominus, arbitrantur de aliquo Prophetarum dici: Illud vero, Veluti ouis ad mactationem ductus est, non didicerunt à Philippo, sed opinantur de Esaia memorari, aut de aliquo superiorum Prophetarum. Idem passi Christi perduelles, in sceleratam hæresim exciderunt. Si enim personam, rem, tempus Apostolici dicti cognoscerent, nunquam humana in Deitatem transferentes, tam impie & stulte aduersus Christum sese habuissent. Id intueri licebit, si initium lectiois denuo repetitum probe excipias. *Heb. 8. Ibidem.* Dicit enim Apostolus, Multifariam multisque modis olim Deus locutus est Patribus nostris per Prophetas: vltimis autem diebus locutus est nobis in Filio: atque ita paulò post dicit, Perfecta ab eo nostrorum peccatorum purificatione, ipsum sedere ad dextram Maiestatis in excelsis, tanto superiorem Angelis factum, quanto præstantius nomen præ illis sortitus est. De eo igitur tempore quo nobis per Filium locutus est, quum peccatorum purgatio fieret, Apostolicum dictum mentionem facit. Quando autem nobis locutus est in Filio: aut quando purgatio peccatorum facta? aut quando hatus est homo? nisi post Prophetas, idque in vltimis diebus. Deinde, quum narratio haberetur de nostri cura ac dispensatione, deque vltimis temporibus, ad contextum argumenti pertinebat, vt diceret, Deum neque superioribus atatibus tacitum fuisse, sed locutum esse per Prophetas, & vbi Prophetæ suo officio perfuncti essent, & lex per Angelos sua edicta pronunxisset, & Dominus ad nos immigraisset, & ad ministrandum accessisset, tunc demum necessario subintulit, Tanto melior Angelis factus, ostendere volens, Quanto Dominus præ seruo excellat, tanto functione officioque seruatorum, Filij administrationem meliorem fuisse. Functiones igitur discriminans Apostolus, veterem & nouam libere & cum fiducia ad Iudæos in hæc verba scribit: Tanto melior Angelis factus. Quapropter illa sententia, tanto maior Angelis factus, non in totum per comparisonem dicta est, quod maior aut preciosior esset, ne quis quasi de cognatis eiusdemque generis rebus hæc verba in-

telligat: sed ideo præstantiorem illum dixit, vt discrimen naturæ Filij ad res creatas indicaret: cuius rei certum documentum ex literis Sacris habemus, vbi David loquitur in hanc sententiam, Melior vna dies in atriis tuis supra milenos præsentis: Salomone item suffragante: Sumite disciplinam & non argentum, & cognitionem præ auro probate: Melior enim sapientia lapidibus sumptuosis: omneque quod preciosum est, non est ea dignum. Quid: an non sunt diuersi generis, sapientia, & lapilli ex terra? Quæ autem cognatio cælestibus, atriis, & domiciliis terrestribus: aut quid simile æternitatibus & spiritualibus, ad temporalia & mortalia: Id enim est, quod Esaia ait: Hæc Dominus noster eunuchis dicit, quotquot seruauerint sabbata mea, & elegerint quæ ego volo, & adherent testamento meo, dabo illis in ædibus meis, & in manibus meis, locum memorabilem, & præstantiorem filiis & filiabus, nomen æternum dabo eis, & non deficiet. Est ergo eadem ratione nihil cognationis Filio cum Angelis: & quia nihil cognationis est, non per comparisonem dictum est illud (melior) sed per distinctionem, & ad differentiam notam, & vt diuersitas naturæ Filij cum Angelis ostenderetur. Quin ipse Apostolus illud (melior) exponens, non in alia re, quam in distinctione Filij, rerumque conditarum vsurpat: dum hunc quidem Filium, illos vero mancipia appellat: & hunc vt Filium Patri à dextris assidere, illos vero vt seruos apparitorum & nunciorum munere, aliisque ministeriis fungi. Quum res igitur ad istum modum descripta sit, non creatus inde, ô Ariani, Filius ostenditur, sed alius à rebus creatis: quippe, qui sit proprius sui Patris, & in Patris sinu recumbat. Nà quod hic scriptum est (factus) non creatum Filium significat, quemadmodum à vobis existimatur. Si enim simpliciter dixisset, factus, ac reticuisset illud, erat, occasio aliqua Ariani data fuisset: verum, ille eum Filium iam antè dixit, ac toto tenore tractatus illum declarauit diuersum esse à rebus creatis, neque illud (factus, siue natus) seorsum disiunctimque posuit, sed copulauit vnà cum hoc verbo (melior): promiscuam enim indifferentemque eam vocem arbitratus est, intelligens eam de Filio ex confesso, & citra controuersiam legitimo dici, quum factus, hoc loco id ipsum sit, quod fuit, siue extitit. His accedit, quod vox melior statim adiuncta est. Quod enim creatum est, nihil refert, siue illud factum esse, siue conditum appelles, eò quod quæ creata sunt, genita esse nequeant, quum sint opera, nisi postmodum participantia de Filio, ipsa quoque genita & nata, vocitentur: neque tamen id ex propria sua vi aut natura, sed ex communione essentia Filij in Spiritu Sancto. Et id quoque cognitum habent Sacra scripturæ: de rebus enim creatis dicunt, Omnia per ipsum facta sunt, & omnia in sapientia fecisti: Cæterum de liberis genitis, facti (inquit) sunt Iob filij septem, & filia tres: Et, Abraham erat centum annorum, quando factus est ei Isaac filius suus. Moyses item dixit, Si alicui liberi facti fuerint. Si igitur Filius alius est à rebus factis, & Patris sui proprium germen, euauit Ariani sua occasio in hoc verbo (factus.) Quod si iterum atrita frôte violenter obiciant, verba ista per comparisonem esse dicta, ac propterea comparata eiusdem generis esse debere, atque inde colligi, Filium

Filium habere genus ad naturam Angelorum, saltem eos pudebit: quod si Valentis, & Carpoeratis imitatores se præbeant, atque eadem sonent: quorum Valentianus, Angelos congeneres Christo pronunciauit: Carpoctas autem, eos mundi conditores appellauit: A Magistris nimirum eiusdem farinae & isti instituti sunt, qui Verbum Dei cum Angelis in comparisonem mittunt: sed confundentur, in istis euapidis suis imaginationibus à Psalmita, qui ita loquitur, Quis comparabitur domino in filiis Dei: aut quis inter deos assimilabitur tibi Domine? Sed tamen audiant, modo vel sic intelligant, in congeneribus ex confesso, solere comparationes fieri, non autem in iis quæ genere disconueniunt. Nemo enim Deum cum homine contulerit: † aut hominem cum Deo: † aut hominem cum brutis: aut lignum cum lapidibus, ob dissimilitudinem naturæ, quum Deus sit res incôparabilis: id quod contra se habet in homine ad hominem, in ligno ad lignum, in lapide ad lapidem: nec est qui dicat, quid inter ista sit melius, sed quid magis ac plus est. Ita Ioseph speciosus erat magis quam fratres sui: & Rachel quam Lya: stella verò non stella melior, sed magis differt in fulgore: contra autem se res habet in genere diuersis: Quum enim ea inter se commiseris, tum quid superius, quid inferius sit indicas, quemadmodum in comparatione sapientia cum lapidibus. Si igitur loquutus fuisset Apostolus, Tanto magis Filium Angelos autecedit, aut tanto maior est, esset vobis data aliqua occasio, ex comparatione Filij ad Angelos: nunc autem quum dicit eum meliorem esse, ac tantum distare, quantum distat Filius à seruis, declarat eum alium diuersumque esse ab Angelorum natura. Cæterum, quum rursus dicit, eum fundasse vniuersa, ostendit illum alium esse à rebus creatis. Quare, quum alius sit & diuersæ essentia præter rerum creatarum naturam, quæ quæso comparatio aut similitudo eius fuerit ad res creatas? Quod si hic rursus aliquid cõminiscatur, non deerit Paulus qui eos refutet, hæc eadem loquens: Cui enim Angelorum dixit vnquam, Filius meus es tu, ego hodie genui te: & de Angelis longe aliter, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flammantem. Ecce res creatas Deum facere pronunxiat, easque nominibus operum appellat: in Filio contra, non opus aut creationem constituit, sed æternum illum, & regem, & rerum opificem prædicat dicens: Thronus tuus in secula seculorum: Et, Tu initio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: Ipsi peribunt, tu autem permanes. Ex quibus verbis modo voluissent, intelligere potuissent aliud esse architectum rerum, alias esse res architectatas, illumque esse Deum, istas verò creaturas, & ex non entibus conditas. Nam quod dicitur, Ipsi peribunt, non ita dictum est, quasi in perniciem sit abitura rerum conditio, sed vt ex mentione finis, initium & naturam rerum conditarum demonstraret. Nam quæ interire queunt, etiam si per gratiam conditoris non intereant, ea ipsa sese ex non entibus procreata esse, & aliquando non fuisse, suo testimonio produnt. Quapropter istud de istis, vt eiusmodi natura præditis, dictum fuit: de Filio contra: Tu autem permanes, vt æternitas illius demonstraretur. Quum igitur nequeat perire sicuti res creatæ, eò quod præditus sit vi in æternum permanendi, aliena nimirum

habenda sunt ea verba ab ipsius natura non fuit, antequam fieret: proprium enim illi est, semper esse, & permanere cum Patre. Si igitur ista Apostolus non scripsisset in epistola ad Hebræos, tamen vel ex aliis epistolis eius, atque adeo ex vniuersa scriptura impedimenta illis obiciiebantur, ne talia de filio comminiscerentur: Cæterum, quandoquidem ipse scripsit, & in verbis superioribus demonstratum est, Filium esse substantiæ Patris, illumque condere omnia, & omnia condita ab ipso gubernari, eundemque esse & splendorem, & imaginem, & Sapientiam Patris: creaturas contra inferiores Trinitati assistere, ac inferuire: fieri non potest, quin diuersi sit generis Filius, alteriusque substantiæ, quam res creatæ, ac potius substantiæ Patris proprius, ac eiusdem naturæ: Atque eam ob causam non est dictum à Filio, Patrem suum se meliorem esse, ne seipsum externum alienumque ab illius natura existimarent: sed Pater (inquit) maior est, non quidem magnitudine aut ætate, sed quia ex illo ortum habebat. Quinimo in his ipsis verbis, Pater maior me est, suæ substantiæ proprietatem demonstrat, atque adeo Apostolus ipse non substantiam Verbi principaliter in comparisonem cum rebus creatis deducere volens, hæc verba locutus est, Tanto præstantior factus: Incomparabile enim est, ac potius aliud atque aliud existit: sed ad Verbi in carnem aduentum, eiusque functionem, quem tum administrabat, respiciens, illum non similem esse prioribus nunciis ac legatis ostendere voluit: vt quantum natura discreparet ab illis, qui antea missi erant, tãto magis gratia per eum, & ab eo data, intelligeretur eximia & excellentior esse præ Angelorum ministeriis. Seruatorum enim erat, reposcere duntaxat fructus: Filij ac Domini, gratiam debiti facere, & vineam ad alios transferre. Certe, quæ subiiciuntur ab Apostolo discrimen inter Filium & creaturas ostendunt, quum ita loquatur: Quapropter oportet nos tanto abundantius intendere in ea quæ nobis Euangelizata sunt, ne nobis præterfluant. Si enim sermo per Angelos pronunxiatus firmus ac ratus fuit, & omnis præuaricatio & obauditio accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugerimus, negligenter contempnimque habita tanta salute Verbi, quod quum initium suæ promulgationis à Domino accepisset, ab iis quæ ab ipso audierat, in nobis confirmatum fuit. Si igitur creatura filius esset, ac non melior creaturis, nequaquam maior pœna aduersus ipsius refractarios ac contumaces reposita fuisset. Non enim ex ministerio singulorum Angelorum oriebatur illud minus & maius in delicto vel supplicio, aduersus eos qui præuaricati erant, sed vna erat lex, vnâque legis in contumaces vindicatio: verum, quia non est ex numero creaturarum Verbum, sed filius Patris, ideo, quanto ipse est melior, melioraque ea sunt quæ instituit, tanto quoque punitio terrior atque grauior fuerit. Spectent saltem gratiam per filium datam, & cognoscant ipsum ipsis rebus probari, cõtestatumque reddi, alium diuersumque esse à rebus creatis, solumque verum filium in Patre, & Patrem in ipso existere, Lex quidem per Angelos locuta est, sed nihil absoluit, quum opus haberet præsentia Domini, vt Apostolus dixit. Verbi, contra, præsentia absoluit opus Patris, ac tunc quidem ab Adam vsque ad Moysen mors dominata est: sed

Hymenæus & Alexander quid absurdum stuerint. Iudæorum de Christi aduentu error unde obortus. Esai. 7. Deut. 18. Esai. 53.

Heb. 8. Ibidem.

Psal. 81. Psal. 103. Psal. 44. Psal. 101.

Psal. 81.

Comparatio quomodo fieri debeat. In Græco textu non habentur.

Christi meliora quædam.

Ioan. 14.

Verbi dei incomparabile.

Mors quando dominata est.

psal. 18.

ioan. 6.

serm. in se...

Hebr. 8.

ioan. 1.

ioan 12.

ioan. 1.

Gratia melior quam lex

Verbi superuentus mortem destruxit: neque iam amplius in Adam morimur, sed in Christo omnes viuificamur. Ac tunc quidem Adam vsque ad Bersabæam lex promulgabatur, & in sola Iudæa Deus erat cognitus: nunc contra, in omnè terrâ exiit sonus ipsius, & omnis terra adimpleta est cognitione dei, discipulique ea disciplina instructi, docuerunt omnes gentes. Et impletum est nunc, quod scriptum est alibi, Erunt omnes dociles Dei. Et tum quidem nihil nisi formulæ delinationisque erant, quæ ostendebantur: nunc autem veritas exhibita est, quod ab Apostolo iterum planissime exponitur: Tanto melioris testamèti auctor promissiorque fuit I E S V S: Ac rursus, Nunc autem tanto adeptus est excellentiorem functionem, quanto melioris testamenti mediator est, ac interpres, utpote quod sub melioribus repromissionibus sancitum sit. Lex etenim nihil absoluit, sed melioris spei præinstructio fuit. Et rursus: Necessarium igitur fuit, ut exemplaria eorum quæ in cælis erant, illis cælestibus purificarentur: ipsa autem cælestia, vnde exemplum mutatum est, melioribus, quam quæ nostræ sunt, victimis colerentur. Istud igitur (melius & nunc) & per totum verborum contextum accommodat domino, qui & rebus creatis & melior est, & alterius naturæ: melior enim eius sacrificatio, meliorque in eo spes, meliores item per eum repromissiones: nõ quali magna cum paruis, sed quali diuersa cum rebus diuersæ naturæ in comparationem mittantur, eò quod is, qui ista gessit, melior sit rebus creatis, iam & id quod dicitur, Sponsor factus est, sponsionem ab illo pro nobis factam significat. Vt enim quum Verbum esset: caro factus est, & quod factus esse incepit, carni imputamus: ea enim creabilis est, & ut fiat condaturque, naturam habet: ita hic quoque sponsorem esse factum intelligimus, ut illum sponsorem in secundo Adamo, qui his vocibus inuitur, accipiamus, eò quod homo sit factus. Et ut sentiant isti contentiosi, se quoque ab isto malitioso commento deturbari, neque ibi pedem sistere posse, audiant Paulum, non substantiam eius nasci creatique, significare, quippe, qui cum sciret sapientiam, & splendorem, & imaginem Patris, sed secundum dispositionis decretique functionem illum nasci, fierique indicare, secundum quam mors, quum regnaret, abolita est: ideo enim administratio illius melior extitit, eò quod impossibilitas legis, quatenus infirmabatur per carnem, Deus misso Filio suo sub specie carnis peccati, de peccato condemnauit peccatum in carne, depulso ab ea delicto quo omnino captiuabatur: non quia diuina mens delictum in se receperit, sed quia carnem Verbi capacem reddiderit, quia effectum est ut non amplius secundum carnem, sed secundum spiritum ambulemus. Ac subinde loquitur, nos non sumus in carne, sed in spiritu: & quoniam Filius Dei venit in mundum, non ut iudicet mundum, sed ut omnes liberet, & seruetur mundus per eum. Tum enim veluti obnoxius iudicabatur mundus à lege: nunc autem Verbum iudicio in se translato, & corpore pro nobis excruciato, salutem omnibus comparauit. Id respiciens, exclamauit Ioannes, Lex per Mosem data est, gratia & veritas per I E S V M Christum obuenit. Melior porro gratia, quam lex: & veritas præstantior quam umbra. Illa autem melioritas, non poterat per alium, nisi per Filium, qui sedet ad

dextram Patris, effici. Quid autem id significat, nisi germanitatem Filij: & ac deitatem Patris, eandem quoque esse Deitatem Filij. Filius enim in regno Patris regnans, in eodem solio cum Patre considet: & quia Deitate Patris æstimatur: & expenditur, ideo Verbum Deus habetur: & qui vidit Filium, vidit Patrem, ut qui vnus idemque sit Deus. Et ad dextram sedens, non ad sinistram sedentem Patrem habet, sed ideo hoc dictum, quia quod dextrum ac magnificum est, ac Patri adscribitur, hoc ipsum quoque Filius habeat. Atque inde est quod dicit: Omnia quæ habet Pater, mea sunt: Ideoque & ad dextram residens, & homo factus de se loquitur: Prouidebam Dominum coram me semper, quoniã à dextra mihi est, ne cõcutiar. Iam rursus eo dicto palam sit, Patrem esse in Filio, & Filium in Patre, dextro siquidem Patre, in dextra est Filius: ac sedente ad dextram filio, Pater quoque dexter est, hoc est in filio. Et Angeli quidẽ sursum deorsumque comueantes, ministros se præbent: de Filio, contra, ad istum modum loquitur, Et adorent cum omnes Angeli Dei: & Angeli quidem, quum in ministerium abeunt, ita de se mentionem faciunt, Missus sum ad te: & Dominus præcepit: Filius verò, quanuis ratione humanæ naturæ dicat, missus sum, & veni ad opus consummandum: & ut administrem: Verbum tamen quum sit, & Imago Patris, de se ita loquitur: Ego in Patre, & Pater in me est: & Qui videt me, videt & Patrem meum: & Pater in me manens, ipse facit opera illa. Ista quidem sufficiunt ad confundendum eos, qui veritatem oppugnant. Quod si autem, quia scriptum est (melior factus) illud verbum (factus) ita de Filio dictum noluerint audire, ut inde intelligant, eius ministerium melius fuisse (quemadmodum à nobis dictum est) sed ex hac uocula arbitrantur significationem dari, Verbum creatum esse, superest, ut audiant ista compendiosis verbis, quum superius dicta obliuioni tradiderint. Si Filius vnus est ex numero Angelorum, habeat suam vim & significationem, ut in cæteris, ita & in eo, hoc vocabulum (factus) nihilque per naturam ab iis differat, sed sunt, vel illi quoque filij, vel iste Angelus, & in commune omnes sedent à dextris Patris, aut pariter cum cæteris filius quoque adsistat, ut spiritus ministratorius, qui pari ratione cum illis ad negocia amandetur. Contra, si Paulus filium à rebus creatis distinguat, quum inquit, Cui enim dixit Angelorum, filius meus es tu? Et, Iste quidem cælum & terram creat: illi verò ab illo creantur: & si iste cum Patre sedet, illi verò ut ministri & apparitores assistunt, cui (quæso) non liquet illam dictiunculam (factus) non de substantia Verbi pronunciatam esse, sed de functione ministerioque, quod ipse in corpore humano adimpleuit? Vt enim Verbum quum esset, homo factus est: ita quoque homo iam factus, tanto melior extitit sua functione Angelorum functionibus, quanto filius seruis præstantior est, & opifex operibus. Quapropter desinant de substantia filij, illud verbum (factus est) intelligere, quum factus non sit, agnoscantque eam uocem, ad œconomiam functionemque à filio adimpletam pertinere. Quomodo autem factus sit melior functione, quum melior esset natura super res creatas, indicant ea quæ superius dicta sunt: Arbitror

psal. 30. psal. 93.

math. 11.

Arbitror vel saltem hoc modo eos ad pudorem detrudi posse. Quod si post ista quoque contumaces fuerint, reliquum erit contra illorum irrationabilem improbitatem, in aduersum cum istis sententiis tendere, aliâque consimilia quæ de Christo dicta sunt, eorum proteruitati opponere, ut vel ita pudefacti compellant labia sua à malo, intelligantque in quod barathrum ignoratiæ præcipientes abierint. Scriptum est, Fias mihi in Deum protectorem & in munitionem refugij, ut serues me: & Factus est Dominus refugium pauperi: & quæcunque istius generis in sacris scripturis reperiuntur. Quod si ista de Filio dicta esse assueuerint, quod fortasse uerius fuerit, agnoscant, Sanctos non à creato postulare ut auxiliator sit: ac deinceps uerba ista (factus, fecit, & condidit) transferant ad eius aduentum in carne, quum peccata nostra suo corpore in lignum sustulit, & dixit: Venite ad me omnes laborantes ac onerati, & ego refocillabo vos. Quod si ea uerba ad Patrem pertinere dicant, eò quod isthic scriptum sit, fias, & factus es: eòne vsque profiliant, ut blaterent, Deum creatum esse? audebuntque quod consequens est, ut de Filio, ita quoque de Patre cogitare? absit precor, nec vnquam tale quid in alicuius fidelium mentem cadat. Neque enim Filius creatus est, neque id quod scriptum est fias & factus es, initium aliquod existendi denunciat, sed tantummodo opitulationem factam illis, qui eam sibi postulabant. Deus enim semper est, & idem est: homines verò, ubi Pater voluerat, per Verbum eius sunt facti: Deus autem inuisibilis, inaccessus rebus creatis, ac imprimis terrestribus hominibus. Cæterum quum homines aut in morbis aut in persecutionibus auxilium implorant, aut in iniuriis supplicat, tunc Deus, quia humanus est & misericors, suis beneficiis se repræsentat, quæ per suum Verbum in illos confert, & pro cuiusque necessitate diuina præsentia semet ostendit, & efficitur imbecillibus, fortitudo: & agitat, refugium ac domus salutis: & iniuriam passos ita affatur, Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum. Quod igitur in defensionem sui vnicique per Filium suppeditatur, hoc Deum sibi factum esse gloriari solet, eò quod auxiliatio Dei per Filium efficiatur, idque ita esse nouit etiam homi-

num in loquendo vsus & consuetudo, & nemo non idem genus sermonis approbauerit. Sæpe enim ab homine homini facta est opitulatio, & hic quidem iniuriam passo opem operamque suam impertitus est, ut Abraham, Loth: alius porro ueraxus persecutionibus domum aperuit, ut Abdias filiis Prophetarum: alius peregrinum refocillauit, ut Angelus Loth: alius indigis suppeditauit, ut Iob omnibus, qui ab ipso postulabant. Vt igitur is qui supplicibus opitulatur, si se dicat ipsis opitulatore factum: aut si hi qui auxilium sensere, cum dicant vnde hoc beneficium descendit, auxiliatorem sibi esse factum, non initium natiuitatis, quo homo esse cœpit, neque substantiam eius significant, sed beneficium, quod ab illo factum est: ita quoque, quum de Deo loquuntur sancti, fuit, & factus est, non initium ipsius creationis insinuât: increatus enim Deus, & nullo initio inchoatus, sed salutem ab illo hominibus itrogatam denotant. Quum igitur hæc forma loquendi eum intellectum habeat, consequens fuerit, etiam de Filio, quomodocunque & quotiescunque istiusmodi proferuntur (factus est, & fias) eandem sententiam obtinere, ut quum audiant hoc vocabulum (melior Angelis factus aut redditus fuit) non initium existendi in Verbo imaginari, aut vlla ratione eum idem creatum esse coningere, oportet: sed de ministerio, œconomiâque, quum homo factus esset, ea Pauli uerba interpretanda sunt. Quum enim caro factus erat, & habitabat in nobis: venerat enim ut administraret, & omnibus salutem præberet, tum nobis salus factus est, & vita factus est, & factus est propitiatio, tum eius functio pro nobis, & administratio melior facta est Angelis, & factus est via, & factus est resurrectio: Et, ut fias mihi in protectorem, non fientiam Dei, initiumque eius existendi præ se fert, sed misericordiam, quemadmodum dictum est: ita nunc quoque illud (melior Angelis factus: Et, Factus erat, & tanto melior Angelis factus est assertor I E S V S) non substantiam Verbi creatam ostendit, absit, sed dotes quæ nobis ex illius incarnatione prouenerunt, etsi hac in parte ingrati sunt hæretici, & aduersus veritatem contentiosi.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, CONTRA ARIANOS, SERMO TERTIVS.



EXISTIMABAM Arianicæ vecordie hystriones superioribus illis aduersus ipsos refutationibus, documentisque veritatis contentos fore, ac quietos in posterum penitentiam acturos, super iis, quæ de Salvatore nostro prauè vel cogitarunt, vel elocuti sunt: verum, illi nescio quo pacto, ne ita quidem cohibentur, sed veluti fues & canes in vomitus sui volutabra sese versantes, alia atque alia adinueniunt, commenta impietas. Imò, ne illud quidem recte intelligunt, quod in Prouerbiis scriptum est,

Dominus creauit me principium viarum suarum, ad opera sua: aut illud saltem quod ab Apostolo dictum est, fidelem ei, qui ipsum creauit. Sed temere peruicaciterque intelligunt, quasi opus aliquod aut res condita est Dei Filius. Et poterant ipsi ex superioribus verbis satis perspicere, nisi plane sensus amisissent, attestante hoc ipsum veritate, non esse ex non entibus Dei Filium, aut aliquem ex numero rerum conditarum. Deus enim quum sit nulla ratione opus haberi poterit: neque fas esse, ut illum creaturam appelles: creaturarum enim & operum proprium est & peculiare, ut dicantur ex non

Homines se mutuo inuuant.

simile.

Hebr. 8.

Prou. 8.

Creaturarum proprium.

entibus extitisse, neque fuisse, antequam fierent. Cæterum, postquam tergiuersantur à suis fabulamentis & affaniis ablistere, & suo more calūniantur superiora verba sacrarum literarū adeo manifestè scripta, quæ ab ipsis malitiosè violantur, age, denuo in manus resumètes, sententiã eorūdem verborum fidelibus hominibus exponamus, illòsque ostendamus, nequaquam Christianismum scire. Si enim sciuisent, non seipsum inclusissent intra Iudæorum infidelitatem, sed percunctando didicissent, quòd Verbum erat in principio, quòdque Verbum erat apud Deum, ac Deum fuisse Verbum: & quum ex placito Patris, Verbum homo factum erat, tum non iniuria de eo dictum fuisse, à Ioanne quidem: Verbum caro factum est: à Petro vero: Dominum & Christum eum fecit: Et per Salomonem sub persona Domini: Dominus creauit me initium viarum suarū, ad opera sua: à Paulo item: Tanto melior Angelis factus: ac rursus, Exinaniuit seipsum formam serui accipiens: atque iterum: Vnde fratres Sancti cœlestis vocationis participes, cōsiderate Apostolum & Pontificem confessionis vestræ Christum fidelem esse ei, qui ipsum fecit. Omnia enim ista verba eandem vim habent, eandemque intellectionem ad pietatem, ostenduntque simul & Diuinitatem Verbi, & quæ humanitatis de eo prædicantur, eò quòd natus sit, & Filius hominis effectus. Quæ tametsi suffecerint ad eos argumentis euincendos, attamen quia Apostoli dictum non intelligentes (vt primum eius mentionem faciam) arbitrātur Verbum Dei vnum ex factitiis esse, eò quòd scriptum sit, eum fidem esse creatori suo, qui ipsum fecit, necessarium duxi eos denuo, quia denuo idem dicunt, pudescere, sicuti in superioribus orationibus feci. Sumamus igitur eorum lemma. Si non est Filius, nihil causæ, quin dicatur & opus: & quæcunque de operibus prædicantur, prædicentur & de illo ipso: solum id expiatur, ne tum Filius nuncupetur, aut Verbum, aut Sapientia. Atque adeo ipse Deus ne appelletur Pater, sed solummodo architectus, & creator eorum quæ ab ipso condita sunt, & sit ipsa creatura imago & character architectoriæ voluntatis eius, ipsèque secundum eos non sit genitabilis naturæ, adeo vt nec Verbum, nec Sapientiam, imo ne imaginem quidem habeat suæ substantiæ. Si enim non est Filius, neque imago, fuerit: si verò non sit Filius, quomodo Deus creator esse dici poterit: siquidem per Verbum in Sapientia omnia fiunt, sine quo nihil fieri poterit. Nam vt vestra sententia est, non est ille in quo, & per quem omnia faciat. Quòd si non fecunda, sed sterilis est Diuina substantia, vt lux non lucens: aut fons, qui amissis fluentis exaruit: Quis fit vt vim condendi illum habere dicentes, nullo pudore suffundantur: & adimentes quæ sunt naturæ, non vereantur id ei attribuere, quod ex voluntate dependet? Iam, si ea quæ extranea sunt, neque antea existunt, vbi tamen voluit ea esse, creat & eorum conditor efficitur: quanto prius citiusque Pater fuerit Prolis suæ ex sua ipsius substantia prodeuntis? Nam si velle attribuunt Deo circa non entia, cur non id, quod supra voluntatem in Deo est, atque antè non agnoscunt? nimirum, ex natura Patrem esse sui Verbi, prius quiddam esse, & sublimius voluntate. Si igitur quod prius est, secundum

naturam non extiterit pro illorum stoliditate, quomodo id quod posterius est, & ex voluntate originem trahit, existere possit? Prius siquidem est Verbum, deinde creatura. Est autem Verbum, etiamsi omnia impij moliantur: per illud enim creatura facta est: clarum igitur manifestumque fuerit, Deū, quum sit conditor, architectusque rerum, habere quoque architectoriam Rationem siue Verbum, non forinsecus aut aliunde, sed intrinsecus ex seipso. Rursus enim idem dicendum, si velle in se habet Pater, eiusque voluntas efficax est, & architectrix, eaque per se sufficit ad res procreandas, & Verbum eius vim faciendi creandique in se possidet: dubium non fuerit, quin Verbum sit Patris viuida voluntas, Paternæque substantiæ insita efficacia & Ratio, in quo omnia bene & constituit & gubernat. Nemo verò addubitauerit; quin coaptator coaptationi, rebúsque coaptatis anterior sit, posterioremque in Deo creationem, quam generationem esse: quippe, quum filius proprium quiddam sit ex beata illa & æterna substantia: Ista verò contra ex voluntate eius, non ex ipso, sed forinsecus creentur ac fiant per ipsius proprium germen ac sobolem. Igitur cum in eorum verbis quibus aiunt, eum non filium, sed opus esse ratio magnam absurditatem ostendat, reliquum est vt contineantur Dominum nostrum esse Filium Dei, & quia Filius sit, vt omnino est, non foris aut aliunde, sed ex genitore existere. Ne igitur ex verbis controuersias capent, si sancti alicubi pro vocabulo gignere, creare subiiciunt, quum in istiusmodi locis significatio non variet, sed id quod secundum naturam est, insinuet. Non enim dictiones naturam perimunt, sed potius natura dictiones ad se trahit & commutat: Siquidem verba substantiis non priora sunt, sed primum existunt substantia, deinde dictiones superueniunt. Quapropter quum opus aliquod aut creatura prodierit, tunc propria idoneaque voces sunt (operatus est, cōdidit): quum autem germen est, aut filius de quo mētio habetur, tum (fecit & creauit) improprie de ea re pronunciantur: neque iam hoc posito opus significant, sed indifferenter altera vox pro altera sumitur. Certe, non infrequēter patres liberos ex se genitos, seruos appellant: neque tamen eo verbo negatum volunt, eos ex se natos esse: subinde etiam seruos per comitatem loquendi, pueros suos denominant, non tamen eo dicto dissimulant illos iam olim à se possideri. Illud enim prius, pro autoritate sua, vt patres dicunt: secundum istud, blandiendo pronunciant. Atque adeo Sara Abrahamum Dominum vocat, non ancilla eius, sed vxor. Et Apostolus, dum commendat Philemoni domino seruum suū Onesimū, eum fratrem appellat. Quin & Bersabæa, tametsi mater filium suum seruum nominat, dum patri dicit, Salomonem seruum tuum. Deinde & Natham loquitur, & inter loquendū Salomonem serui nomine appellat: nihilque pensi habuere, quod filium suum nuncuparent. Ille enim talia audiendo æquè filium agnoscerebat: isti vero ita loquēdo non ignorabant eum genuinum filium esse, quinimo, vt hæres patri institueretur, sollicitabant, quum tamen illum vt seruum nominarent. Erat enim natura filius Dauidis. Quemadmodum igitur dum ista legimus, recte intelligimus, & audientes Salomonem seruum dici, seruum non putamus: ita quoque si de Saluatore

Ioan. 1.
i. Petri 3.
Proib. 8.
Hebr. 1.
Hebr. 2.
Hebr. 3.

Arianorum
argu-
mentum.

Absurdū

Distin-
naturam
non per-
mutat
eam
quædam

Filius
quædam
in appo-
larum
suis
tribus

Exempli
philem.

simile.

2. Reg. 16

simile.

Eze. 14.

Facio pro
gigno.

Gen. 4.
Comparare
pro parere

Saluatore verè & ex confesso Filio, & naturaliter Verbo dixerint Sancti, fidelem eum ei, qui ipsum creauerat: aut si ipse de seipso loquatur, Dominus creauit me: aut rursus, Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ, & quotquot istiusmodi sunt locutionis, ne ob hoc detrahant illi suam ex Patre proprietatem, sed vt de Salomone ac Dauide, ita rectas intellectiones de Patre ac filio cōcipiant: quippe, quum audient Salomonem seruum dici, filium tamen eum esse agnoscant. Qui igitur non maiori quàm simplici exitio digni fuerint, quod eam rationem intelligendi, non eodem modo in filio obseruant: sed quum audiunt eum sobolem, Verbum, Sapientiam, vi in prauum detorquent eorum verborum interpretationem, abnegantque naturā genuinamque filij ex Patre natiuitatē? Contrā, quum auscultant creationis voces & dictiones, statim eò feruntur, vt filium ex natura genuinū, opus quoddam factitiūque existiment, & Verbum esse inficiantur, quum liceat illis, eo quod homo sit factus, omnes istiusmodi voces ad eius humanitatē reicere: Qui (quæso) non abominabiles isti fuerint apud Dominum, quum duplicia pondera penes se retineant: taliæque ratiocinentur, & cōtra Dominum blasphemias dicant? Sed fortasse vocabulum (serui) pro animi affectione dictū, de manibus remittunt: illud autem (qui fecit illum) mordicū retinent, vt rem magni momenti ad ipsorum hæresim: Sed tamen illud fulcimentum nihil illis est, nisi arundo contracta: statim enim seipsum condemnabunt, si fenserint scripturæ proprietatem ac peculiare phrasim. Nam quemadmodum seruus appellatur Salomon, licet filius existeret: ita quoque, vt superiora repetamus, & si factos, conditos creatosque; ex se suos liberos appellent parētes, non tamen eò magis naturam abdicant. Ezechias certe, vt in Esaia scriptū est, in precibus suis dixit, Iam ex hodierno die liberos faciam, qui prædicabunt iustitiam tuam Domine salutis meæ. Esaia quoque itidem dixit, Faciam: Propheta autem in eodem libro, & in quarto Regum ait, Et filij tui qui egredientur ex te, vbi pro gignere (faciam) subiicit, & ex eo nascituros, faciendos nominauit, nec est qui controuersia faciat, quin de naturali prole habeatur mentio. Atque adeo Eua partu soluta, edito iam Caim, ita locuta est, Comparauit hominem per Deum, (comparare) scilicet pro parere vsurpās, & posteaquam partum vidisset, hoc verbum (comparauit) subiicit: hinc peregrinus facile eam opinionem conceperit, Cain ab Eua emptū esse, neque eum ex Eua editum esse. Quin & Patriarcha Iacob dixit ad Iosephum: Nūc filij duo qui tibi facti sunt in Ægypto, antequam ad te venire in Ægyptum, mei sunt Ephraim & Manasses. Scriptura quoque de Iob dicit, Facti sunt illi filij septem, & filiarum tres, quemadmodū à Mose dictum est in lege. Si vero facti fuerint alicui filij, & si fecerit filium: ecce iterum, genitos quasi cōditos factitiosque appellauerunt. Certe, quum diu extra cōtrouersiam est, eos filios esse, tametsi quis dixerit de iis, facti sunt, siue possedi, siue feci, nihil ex ea re discriminis affertur. Natura enim & veritas ad se trahunt rationē loquēdi. Ideoque ex disceptatoribus, an conditum quiddam factitiūque sit Dominus, primitus sciscitandum est, an Filius sit, an Verbum, an Sapientia. Nam vbi ea demonstrata sunt, statim excluditur & conqueiscit opinio, an condi-

tum ille quippiam ac factitium sit. Neque enim quod factum est, Filius aut Verbum fuerit. Contra, si ista subsistat, statim ad liquidum omnibus patet, dictum illud. (Qui fecit eum) nihil proficere ad eorum hæresim, sed ad condensationē hæreseos. Ostensum enim est hoc vocabulum (fecit) etiam de genuinis & naturalibus liberis in scripturis dici. Vnde, quum probatū sit, Dominum naturalem & genuinum filium esse, Verbum item & Sapientiam, etiamsi de eo mentio fiat, quòd Deus fecerit eum, aut quòd ipse factus sit, non tamen ita de eo intelligendum est, quasi opus aliquod conditum sit, sed Sancti viri eam vocem promiscuè ac indifferenter vsurparunt, quemadmodum factum est in Salomone & Ezechia liberis. Nam quum illi per generationem patres essent, dictum tamen est de iis (fecit, possedi, & factus est.) Quapropter istiusmodi dictiunculis subinde cauillabūdi Ariani, Dei perduelles, debent vel sero tandem ob rationes iam superius dictas, impiam suam sententiam deponere, ac sentire de Domino, ipsum verum esse filium, Verbum & Sapientiam Patris, non opus aliquod, non vllam rem conditam. Si enim opus est filius, in quo Verbo, aut qua tandem Sapientia iste filius conditus est. Omnia enim per Verbum & Sapientiam condita sunt, & sine eo factum est nihil. Quòd si Filius est ipsum Verbum, ipsa Sapientia, in qua omnia facta sunt, non haberi poterit aliquis è numero ac grege factitiorum siue creatitiorum, sed Patris sui soboles existimanda est. Vide igitur, quale præcipitium habeat, Verbum Dei opus aliquod nominare. Salomon præterea alicubi dicit in Ecclesiastico: Omnia quæ facta sunt, adducet Deus in iudicium, in omnibus dispiciens quid boni aut mali sit. Quapropter si factitium quiddam est Verbum, ducetur & ipsum nostro more in iudicium: & vbi tandem iudicium, si ipse iudex in reatu futurus sit? aut quis iustis benedictiones, aut quis iis qui digni sunt, meritas pœnas retribuet? quum Dominus, vt vnus nostrum, vnà cum reliquis ad iudicium sistetur? aut cui legi legislator subiicietur? Rerum enim creaturarum est vt iudicentur, benedicantur à Filio, & præmiis condignis afficiantur. Timete igitur iudicem, & credite Salomoni. Si enim omne quod factum est, adducet Deus in iudicium, & filius non est ex numero eorum qui iudicandi sunt, sed potius omnium rerum creaturarum iudex, qui, quæso, non clarius sole patuerit, Filium rem factitiam non esse, sed Patris Verbum, in quo omnia fiunt, & iudicantur? Quòd si, quia scriptum est, eum fidelem fuisse illi, qui ipsum fecerat, perturbetur, existimantes id de eo, vt de omnibus, accipiendum esse, quòd credendo scilicet, acceperit Fidei meritum, opportunum iam fuerit, vt eos reprehendamus, quum à Mose quidem dicatur, Deus fidelis & verus: à Paulo verò itidem scribatur, fidelis Deus, qui non sinet vos tentari vltèrius quàm potestis. At quum ista loquebantur Sancti, non humana de Deo sentiebant, sed certum habebant, duplicem esse significationem in scripturis, in hoc verbo (fidelem esse): cum fidelis nunc, vt credens, nunc, vt qui dignus sit, cui fides habeatur, capi soleat: & alterum in homines, alterum in Deum congruere. Fidelis igitur Abraham, quoniam loquenti credit Deo: fidelis item Deus, quoniã vt canit Psalmita, fidelis est in omnibus verbis suis Dominus: &

Quod
Christus
non sit
creatura.
Ioan. 1.

Eccle. 12.

Fidelem
Deum
duplicem
habere
significationem

quum loquitur, dignus est cui habeatur fides, & impossibile est illi vt mentiatur: & si qua est fidelis vidua, ob bonā fidem, fidelis appellatur. Fidelis est sermo, eò quòd qui eum dixerit, idoneus sit cui fides habeatur: verus enim est, nec aliter esse poterit. Quod igitur scriptum est, fidelem eum esse ei, qui ipsum fecerat, non cum aliis similitudine congruit, neque hunc sensum habet, quasi credēdo gratiofus sit factus, sed quia ipse est veri Dei filius, & dignus cui habeatur fides, in iis q̄ dicit, aut facit, quum immutabilis persistat, & sine vlla variatione in negotio humanitatis suæ, & immigratione in carnē nostrā. Ita aliquis contra eorum impudentiam occurrens, posset ex sola dictione (fecit) eorum errores conuincere, dum existimant, Verbum Dei quiddam factitium esse. Cæterum, quia sententia scripturarum recta est, ostendēs quo sensu dicitio (fecit) accipienda sit, eamque aliquando ad relationem dici necessum est, vt inde quoque hæreticorum ostendamus absurditatem, maxime si id quod principio admonuimus, dictorum sacræ scripturæ tempus & occasionem respiciamus. Non enim ante creationem rerum, Apostolus ista verba induxit, sed tum demum, quum Verbum caro factum esset: Ita enim scriptū est, vnde fratres sancti cælestis vocationis participes, animaduertite Apostolum siue Legatum & Pontificem confessionis vestræ Iesum fidelem ei, qui fecit ipsum. Quando igitur legatus fuit? aut quando nostram carnem induit? quando Pontifex nostræ confessionis factus est? nisi quum se obtulit pro nobis, excitato è mortuis corpore: atque etiamnum accedentes ad eum per Fidem, ipse Patri offert, redimens omnes, & pro omnibus expians ea quæ ad Patrem spectabant. Non substantiam Verbi, neque à Patre naturalem generationem indicare volens, Apostolus dixit eum fidelem fuisse conditori suo, absit. Condit enim Verbum, non conditur, sed descēsus eius ad homines, & Pontificatum respexit, quem Pulchre ex lege & Aaronis historia expressum videas. Aaron enim non genitus est Pontifex, sed homo: & tandem progressu temporis, quum voluerat Deus, factus est Pontifex, neque id simpliciter aut quouis modo, neque vulgaris cultus eam notam insigniāque addidit, vt Pōtifex agnosceretur, sed quum superinduisset Ephod, & Ephodidem, & rationale vestemque talarem, quæ fœminæ elaborauerant iussu Dei. Cum istis enim ingrediens in Sancta Sanctorū hostiam pro populo offerebat, per ista se mediator inter visiones Dei & populi victimas præbebat. Itidem igitur & Dominus noster in principio quidem erat Verbum: quando autem voluit pater eum pro omnibus in redemptionem offerri, ac omnibus donari, tum scilicet Verbum, vt Aaron vestem talarem, ita carnem è terra assumpsit, Mariamque vice rudis illaboratæque terræ matrem sui corporis habuit, vt iam habens quod offerret, ipse Pontifex seipsum Patri in victimam daret, & omnes suo sanguine à peccatis ablueret, & è mortuis excitaret. Id enim sibi voluit vetus illa vmbra: & quod à Domino factum est in suo aduentu, id secundum legem Aaron, qui eius rei vmbra fuit, prædelineabat. Vt igitur Aaron nō immutabatur quū indueret Pontificalem habitū, sed idem permanebat, ac tantūmodo tegebatur: quo tēpore si quis illū tum primū victimis operantem cernens locutus fuisset. Ecce

Hebr. 3.

Hebr. 2.

Interpretatio verborū Apostoli.

In Græco non habentur. Vestis talaris Aaronis typus carnis christi.

simile.

tibi hodie Aaronem Pontificem factum, non id significaret, eum eo tempore hominem esse factum: nam antequam Pontifex fieret, homo erat, sed functione, officioque Pōtifcem iam esse redditum, eò quòd vestimēta facta destinataque ad sacrificia gestaret. Ad eundem modū quoq; de Deo scite intelligendū est, non quòd alius factus sit ex assumptione carnis, sed quòd idem manens, carnem pro velamine habuerit: istæque dictiones (factus est, & conditus est) non hunc intellectum habent, quasi Verbum, quatenus est Verbum factum esse pronuncietur, sed quòd Verbum opifex conditorque rerum, postmodum factus sit Pontifex, quum induisset corpus creatum & factum, quod pro nobis offerre potuit: Atque inde est, quòd factus creatusue dicitur. Si enim Dominus homo factus non esset, nihil causæ relinqueretur, quo minus infesti sint Ariani: sin autē Verbum caro factū est, quid oportebat de homine facto pronunciare, nisi illum fidelem esse factum creatori suo? Vt enim proprie dicitur de Verbo, In principio erat Verbū, ita propriū est de hominibus, si dicas eos fieri & creari. Quis igitur intueēs Dominum, vt hominem quidem ambulātem, sed tamen se Deum factis declarantem, non interrogaret ad istum modum: quisnam hunc tantum hominem fecit? aut quis vicissim ita interrogatus non responderet, Patrem eum hominem fecisse, & emisisse eum nobis Pontificem? Eandem illam sententiam idem tempus, eandem personam Apostolum indicare, dum scribit, eum fidelem esse factum, liquidius apparebit, si superiora repetatur: ita enim cum superioribus eodem ductu tenoreque cohærebunt. Scribit igitur in epistola ad Hebræos: Vbi ergo pueri sanguinis & carnis participes erant, & ipse quoque se earundem rerū participem voluit, vt per suam mortem eum destrueret, qui habebat vim mortis hoc est, diabolus: & liberaret eos, quotquot formidine mortis per omnem vitam obnoxij erāt seruituti: siquidem non Angelorum, sed semen Abrahamæ assumit, vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis rebus diuinis, ad expianda peccata populi. In quibus enim ipse tētationes passus est, in iis potest aliis, qui tentantur, opitulari: vnde fratres Sancti vocationis cælestis participes, animaduertite Apostolum & summum Pontificem confessionis nostræ Iesum fidelem ei, qui ipsum fecit. Quis igitur ductum tenoremq; perlegens, nō reiiciat Arianos, ac non summi admittetur Apostolum tam probe congruentēque locutum: Quando enim factus est? & quando eum Apostolum esse contigit? an non quādo itidem, vt nos, sanguinis & carnis particeps erat? aut quando misericors effectus est, & fidelis Pontifex? nisi quum per omnia fratribus assimilatus fuit. Similis porro tum factus est, quum carnem nostrā indutus homo inceperat esse. Nōne igitur de eius functione humana Apostolus scribens, ista locutus est? fidelem eum fuisse creatori suo, ac nequaquam de substantia Verbi. Desinite igitur per furorem dicere, opus quoddam esse Dei Verbum, quum Filius natura sit vnigenitus. Tunc autem habuit fratres quum similem nostri carnem induerat, quam offerens ipse per seipsum, Pontificis nomen obtinuit, & factus est misericors, & fidelis: misericors quidem, quia seipsum pro nobis offerens, nostri misertus est: fidelis autem, nō quòd

Ioan. 1.

Sacrificia legalia nihil perfectū in se habebat. Christi hostia fida.

Fidelis christus.

Malach. 3.

1. Thessal. 5.

Mosis & Christi collatio.

fidem habuerit, aut cuiquam crediderit, vt nos facimus, sed quòd dignus fide esset, in iis quæ ageret aut diceret, & quia fidelem obtulit victimam, perdurantem scilicet & non intercidentem. Quæ enim secundum legem offerebatur, nihil fidem in se possidebant: quippe, caducæ prætereuntesque quotidie, & quibus noua purgatione opus erat. Contrā, Saluatoris hostia semel oblata absoluit omnia, fidaque in omne tempus perdurat. Et Aaroni quidē successores dati sunt: & omnino legale sacerdotiū, mortis & tēporis progressu alios atque alios Pontifices accepit: Dominus autem sine transitione, & sine successore sacerdotium obtinens, fidus firmūque Pontifex factus est in perpetuū perseuerādo, & in suis promissis fidelis extitit, vt exaudiret & non frustraretur supplices. Illud ita esse denuo ex epistola Petri ita dicentis cognoueris: Vt & illi qui pariuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori suas animas commendent: fidelis enim est, vt pote qui non mutetur, sed semper permaneat, & reddet ea quæ pollicitus est. Ethnicorum, ediuerso, falsa numina, neque soliditate naturæ, neque promissis fidelia sunt. Non enim iidem vbique sunt, quin & illa ipsa, quæ in singulis locis sunt, tēpore consumuntur, & per se diffluunt, ideoque cōtra ea Verbum clamat, nihil in illis fidei subsistere, ipsaq; falsam aquam esse, neque quicquā fidei in illis reperiri. Cōtrā, solus ex omnibus, Deus verus & fidelis est, quia semper idē est: ac proinde dicit, Videte, videte, quia ego idem sum, & non mutor, Eademq; de causā Filius quoque Dei fidelis est, quia semper est & non accipit variationem: neque vanus est, vel existēdo, vel pollicitādo, Quemadmodum iterum Apostolus Thessalonicensibus scribens dicit: Fidelis enim est, qui nos vocat, & faciet etiam: & quia præstat quod promittit, fidelis est in verbis suis. Hebræis porro vocabulum hoc (fidele) significatum habere immutabilitatis, tali scripto ostenditur: Quòd si nos diffidētiores sumus, ille tamen fidelis manet, abnegare seipsum non potest. Quocirca merito Apostolus, dum recenset corporale Verbi aduentum, hæc verba attexit, Apostolum & fidelem ei, qui fecit ipsum indicās hominem factum Iesum Christum, ipsum eundem heri & hodie esse, immutabilemque in secula. Et sicuti de humanitate eius per sacerdotium mentionem facit in scriptis suis Paulus, ita non in longum silentium tenuit, sed statim de Deitate mentionem subiūxit, vbi que securitati & cautioni addictus: hic autem maxime, vbi humilitatem nominat, vt cōtinuo altitudinem illius & Paternam magnitudinē cognosceremus. Moses igitur famulus erat, sed Christus Filius: Moses fidelis in domo, Christus super domo, vt qui eā ipse constituerit, dominūque eius & architectus sit, & vt Deus eam sanctificet: Moses enim, quum homo esset, fidelis extitit, credens Deo, qui ei per Verbum loquebatur. Verbū porro non veluti aliquid creatum in corpore, neque vt conditum in re condita, sed vt Deus in carne, & vt opifex & constructor in re ab ipso constructa. Homines enim vt sint & consistent, carne amiciuntur: Dei autem Verbum vt carnem sanctificaret, homo factus est: & quū Dominus esset, in serui specie apparuit: formula siquidem Verbi est omnis creatura, quæ per Verbum creata est & condita. Hinc tibi constare potest, vocem illam Apostoli (fecit) non ostende-

re Verbum, sed corpus Verbi factum esse, quod simile nobis assumpsit: ideoque quum homo factus esset, frater noster appellatus est. Iam, si constat vel de ipso. Verbo hanc vocem (fecit) intelligi posse eo significato, vt idem sit cum hac dictione (genuit) mirabor, si etiam hic aliquid malitiosè cōminisci queant, vbi sermo liquido ostendit, non esse Deum quiddam factitium, sed ratione substantiæ Fœtum progerminationemque Patris: & dispositione ad arbitrium Patris, hominem esse factum. Atque ideo nimirum ab Apostolo dictum est, eum fidelem extitisse ei qui eum fecerat. In Prouerbiis item, conditus esse nominatur. Quatenus enim in cōfesso est, eum hominem esse factum, nihil discriminis attulerit (vt superius dictum est) siue genitus, siue factus, siue conditus, siue fictus appelletur, siue item seruus, siue filius ancillæ, siue filius hominis, siue constitutus, siue peregrinus, siue sponsus, siue patruelis, siue frater nūcupetur. Omnes enim istiusmodi voculæ in rationē humanitatis bene & proprie competunt, illaque omnia non substantiam Verbi, sed hominem eum fuisse demonstrant. Eundem quoque habet intellectum id quoque, quod de eo in Actibus à Petro recensetur, Dominum illum & Christum fecit, quem vos crucifixistis. Non enim hic scriptum est, fecit eum sibi Filium: aut fecit eum sibi Verbum, vt istiusmodi deliriis locus esset. Si igitur obliti non sunt, se de Filio Dei loqui, perscrutentur, num alicubi scriptum sit, fecit sibi Filium Deus, aut condidit sibi Verbum, & an vsquam clare dictum sit. Verbum opus aliquod esse aut creaturam, ac tum denique cauillationes instituant, vt etiā sic quoque stolidi esse redarguantur. Sin autem nihil tale inueniant, & sicubi tantūmodo scriptum est (fecit) aut (factus est) obseruant, & captant: vereor ne paulatim audiētes, In principio fecit Deus cælum & terrā, & fecit solem & lunam, & mare: cælum quoque hunc ipsum esse dicant, aut lucem quæ primo die condita fuit, aut terram denique & quicquid nunquam factum est, vt deinceps in posterum Stoicis similes habeantur: quum hi Deum quidem extendant ad omnia, isti vero Dei verbum ad quodlibet creatum cōditumque referāt. Sin vero præoccupato sermone, ipsum dicant non nisi vnum ex rebus creatis existere, audiant rursus eadem, & discant primū ipsum Filiū esse: & Verbum, opus non esse, neque istiusmodi voces in Deitatem recipiendas esse, sed inuestigandum esse, cur & qua de causā illæ sint scriptæ. Nam fieri non potest, quin, illis ita indagantibus, humanitatis æconomia functioq; occurrat, quā nostri gratia suscepit. Quum enim Petrus dixisset, Dominum & Christum eum fecit, statim subintulit, hunc Iesum quem vos crucifixistis, & omnib⁹ innotuit: innotesceret & istis, si seriem verborum, consequentiāque obseruarent, non de substantia Verbi, sed de homine facto mentionem fieri: quid enim est aliud, id quod crucifixum est, quā corpus? Corporalitem deinde Verbi qui potuit aliter denotare, quā per hoc vocabulum (fecit) quum alioqui id vocis, fecit, rectam in hoc loco obtineat sententiā. Non enim locutus est (vt superius dixi) fecit eum Verbum, sed fecit eum Dominum, idque non simpliciter, sed apud nos, & in medio nostrum eum fecit, quod idem est, ac si dixisset, declarauit eum Dominum: Et hoc ipsum Petrus in principio suæ in-

Voces creationis quæ Christo ueniunt.

Act. 2.

ialis doctrinæ cum magna libertate expressit, quæ ad ipsos diceret: Viri Israëlitarum, audite hæc verba, Iesum Nazarenum virum à Deo vobis potentiis, miraculis, & signis declaratum & exhibitum, quæ per eum Deus fecit in medio nostri, quemadmodum vobis compertum est. Nam illud vocabulum (fecit) quod in fine dicebatur, id sub alia voce, nempe declaravit, in principio posuit. Ex signis enim istis quæ fecit Dominus, declaratum est, non simplicem eum hominem fuisse, sed Deum & Dominum in corpore, eundemque Christum fuisse. Ac simile est illud quod à Ioanne in Euangelio dictum est: Ideo magis persequebantur eum Iudæi, quia non modo Sabbatum abrogaret, sed & Deum Patrem suum esse diceret, seipsum Deo parem faciens. Non enim Dominus seipsum tum temporis Deum finxit neque Deitatem captavit, sed factis declaravit se ipsum Deum esse: quum dicit, Quod si mihi non credideritis, operibus credite, ut cognoscatis, quod ego in Patre sum, & Pater in me. Ad eum modum igitur illum Dominum & Regem fecit Pater in medio nostrum, & apud nos antea incredulos. Certumque est, eum qui nunc Rex & Dominus declaratur, non id initium habere iam primum regni accepti, sed nunc demum declarati, eamque declarationem pertigisse ad eos, qui hæc antea increduli erant. Si igitur existimant eum antequam homo fieret, & crucem sustineret, Deum & Regem & Salvatorem non fuisse, sed tum demum Dominum esse incepisse, agnoscant sese, idque manifesto verba Samolatenensis loqui. Sin autem (ut iam recitavimus, & superius dictum est) Dominus æternus est Rex, quum & Abraham eum ut Dominum adoravit, & Mose dicente, Dominus in Sodomam & Gomorrhæam sulphur & ignem à Domino è cælo pluerit: David quoque Psalterium canat, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec tuos hostes suppresseris: & Thronus tuus in seculum seculi, virga rectitudinis, virga regni tui, & regnum tuum, regnum omnium seculorum: in conspectu est, eum priusquam homo fieret, Regem & Dominum æternum fuisse Imaginemque & Verbum Patris extitisse. Iam, quum æternus sit & Rex & Dominus, manifestò sequitur, Petrum non substantiam Filij, sed Dominationem in nos factam inchoatamque pronunciasse eo tempore, quo homo natus, hominibusque per crucem liberatis, omnium Rex & Dominus effectus est: Sin vero ideo, quia scriptum est (fecit) cõtumaciter instant, negentque similia esse (fecit & declaravit) vel quia non intelligunt, vel quia suam ita amplectuntur hæresim Christo inimicam, audiant etiam ita rectum sensum in verbis Petri contineri: Qui enim aliorum Dominus efficitur, is eos qui iam in rerum natura existunt, suo iuri & dominio acquirit. Si igitur Dominus conditor omnium, & æternus Rex, ex quo factus est homo, tum demum nos possidere incepit, clarum omnino fuerit, vel ea quoque ratione id quod à Petro dicitur, nullum adferre significatum, unde Verbi naturam tum demum factam esse colligas, sed potius omnium rerum sub illius potestate subiectione. Atque illud ipsum cum superioribus dictis similitudine congruit. Ut enim illic statuimus verba ista, Sis mihi in Deum protectorem: & factus est Dominus refugium pauperum, non ostendere ex se Deum factum esse, sed quale sit illud beneficium, quod in vnumquemque ab

eo collatum sit: ita hic quoque Petri vox eandem habet sententiam: Verbum enim, quatenus est ipse Dei Filius, Dominus est totius vniuersitatis. Nos autem prius ab ipso initio vsque obnoxij eramus seruituti corruptionis, & execrationi legis: deinde paulatim progressu temporis fingentes ea, quæ non erant, inseruiebamus (ut dixit Apostolus) diis, qui in rerum natura non subsistebat, & ignari veri numinis, vana, quæ non erant, præferrebamus veritati. Postmodum autem sicuti vetus ille populus in Ægypto oppressus ingemiscebat, ita nobis quoque, quibus erat inicitia & naturalis lex, per tacitas Spiritus ingemiscencias has preces fundebamus: Vindica nos domine Deus noster: & factus est in munitionem refugij, & in Deum protectorem: Ita quoque Dominus noster ista ipsa factus est. Neque tum sui existendi, sed dominandi in nobis initium habuit. Postea Deus ut bonus, & Pater Domini nostri nostram vicem dolens, cupiensque sui apud omnes notitiam inualescere, author fuit Filio suo, ut induto corpore humano, homo fieret, Filiusque appellaretur, atque in eo corpore seipsum offerens pro omnibus, omnes liberaret ab ignorantia Deitatis & corruptione. Atque ita factus est omnium Dominus & Rex. Quocirca eo modo eum factum esse Dominum & Regem, id est, quod Petrus suis verbis significavit, quum ait, fecit eum Dominum & Christum demisit, quod perinde est, ac si diceret, à Patre eum hominem esse factum. Fieri enim homini proprium est, verum non simpliciter eum hominem fecit, sed ut omnium dominaretur, omnemque chrisinate sanctificaret, hominem fecit. Nam quauis speciem serui acceperit Verbum quod in forma Dei subsistebat: non tamen assumptio illa carnis, Verbum, seruum aut mancipium reddidit, quod natura rerum dominus erat, sed potius inde omnium hominum libertas confecta est. Verbum autem naturaliter Dominus, postquam homo natus esset, per formam serui Dominus & Christus omnium factus est, hoc est, ut omnes sanctificaret Spiritu factus est, Non aliter quam supra diximus, Deum esse factum, in Deum & protectorem. Eadem ratione quum dicit: Ero illis Deus, non eo tempore Deus efficitur, sed, id ipsum quod semper est, illud efficitur indigentibus, quum illi placuerit: Ita quoque & Christus natura Dominus, & Rex æternus, non quando mittitur, magis sit Dominus, neque tunc initium sumit, ut sit Dominus & Rex: sed quod semper est, hoc ipsum, quum secundum carnem gignitur, omnibus liberatis efficitur, atque ita fit viuorum & mortuorum Dominus, eò quod illi deinceps omnia seruiant. Et hoc est quod carmine suo modulatur Dauid: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Non enim cõueniebat per alium quempiam istam redemptionem fieri, sed per eum qui natura Dominus erat, ne, tametsi per Filium creati essemus, alium tamē nobis Dominum agnosceremus, lapsique in Arianorum gentiliumque deliria, creaturæ potius, quam deo omnium creatori cultum seruitiumque præstaremus. Hanc pro mea imbecillitate eius dicti sententiam puto, Petri quoque vocē vera ac bona ratione aduersus Iudæos instructam esse: Iudæi contra, decerrantes à veritate, expectationem quidem venturi Christi habent, sed illum passurum non arbitrantur, dicuntque prout

Ioan. 10.

Ioan. 10.

Samofatenensis hæresis.

Abraham Christum adoravit.

Gen. 19.

Psal. 110.

Psal. 44.

Christus Rex & Dominus antequam homo fieret.

Gal. 3.

Psal. 77.

Psal. 77.

Miserere.

Act. 17.

Gen. 1.

Matth. 23.

Christus.

quomodo.

1. Cor. 1.

Christus.

dominus.

et.

omnium.

factum.

Leuit. 24.

Psal. 110.

Deum corpore humani assumpsisse.

sentiunt: Nos scimus, Christum ubi venerit, in æternum permanurum esse, cur igitur tu dicis, quod eum oporteat exaltari? Deinde, non Verbum in carne genitum, sed quales omnes reges merum eum hominem futurum esse, suspicantur. Dominus igitur, ut Cleopham pudefaciens, docebat Christum primum debuisse pati: ita eadem ratione ceteros quoque Iudæos pudefecit, quum Deum adesse indicaret. Si illos appellauit, inquit, deos, ad quos sermo Dei factus est, neque potest dissolui Scriptura, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, eum dicitis blasphemare, eò quod dixerit de seipso, Filius Dei sum. Hæc igitur, quum Petrus didicisset ex Salvatore, in vtramque partem Iudæos castigaturus ait, O Iudæi, Christi aduentum denunciant Sacra scripture, & vos eum merum hominem, ut quemlibet, ex genere Davidis, arbitramini: sed tamen scripta de eo, non illum talem nobis depingunt, sed potius Dominum & Deum, & immortalē, & choragum suppeditatoremque vitæ. Moses enim dixit, videbitis vitam vestram suspensam coram oculis vestris. Dauid item ad istum modum locutus est Psalmo 109. Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. In Psalmo decimo quinto: Non relinques animam meam in inferno. Neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Quod autem talia verba ad se non pertineant, ipse Dauid pro teste est, cum eum qui vêturus erat, suum Dominum vocet. Nam & vos quoque conspiciatis Dauidem mortuum esse, reliquiasque eius apud vos seruari. Quod autem Christum talem esse oportet, qualem Scriptura prædicant, omnino & vos quoque confitemini: à Deo enim profecta sunt hæc verba, neque potest falsi quicquam in illis esse. Quod si aliquem talem venisse, Deumque esse, signis & miraculis quæ fecit, probare potestis, recte quidem nobiscum pugnam conferitis: contra, si talem venisse probare non potestis, sed illum adhuc venturum expectatis, inspicite tempora vsque in præsentem diem à Daniele descripta. Quod si hoc tempus est, quod olim prædictum fuit, ac ea quæ pronuntiata sunt, vestro seculo iam apparēt, agnoscite huc ipsum esse Iesum, quem vos crucifixistis, Christum esse illum expectatum. Dauid etenim ceterique Prophetæ mortui sunt, eorumque omnium monumeta apud vos consistunt: istaque resurrectio clare demonstrat, ea quæ scripta sunt, in hunc solum competere. Nam in crucifigendo, representatur id quod dictum est à Mose, videbitis vitam vestram pendere: & ex lateris vulnere per lanceam, conficitur illud Propheticum dictum: Ut ouis ad mactationem ductus est. Iam, quod non solum resurrexerit, sed & olim mortuos ex monumentis excitari (hos enim plerique nostrorum viderunt: idem cum eo est, Non relinques animam meam in inferno, & mors inualescens deglutit: ac rursus, Abstulit Deus. Porro, signa quæ ab illo sunt edita, documento sunt, Deum in corpore fuisse, illumque ipsum esse vitam, & dominum mortis. Congruum enim erat, Christum qui aliis vitam dabat, non detineri sub mortis tyrannide. Id autem non contigisset, si (ut vos arbitramini) nudus & merus homo Christus fuisset: quapropter ille est Filius Dei: alioqui omnes mortales morti obnoxij remanerent. Ne mihi igitur quisquam ambigat, sed pro certo habeat omnis domus Is-

Psal. 109

Psal. 15.

Dauidis reliquias seruari.

Propheta mortui.

Psa. 53.

Psal. 15.

Deum corpore humani assumpsisse.

rael, istum Iesum, quem vidistis specie hominem, facientem signa, ac huiusmodi opera, quæ nullus vnquam vlllo in tempore fecit, Christum esse, & dominum omnium. Nam & homo factus, ac Iesus vocatus (ut superius diximus) non diminutior est redditus humana passione, sed potius in eo ipso, quod homo genitus est, viuentium & mortuorum declaratus est Dominus. Postquam enim (ut inquit Apostolus) in sapientia Dei mundus Deum non cognouit, placuit deo per stultitiã prædicationis seruare credentes. Ita quoque & nos homines, postquam nolimus per Verbum eius cognoscere deum, & seruire naturali domino nostro Verbo dei, placitum est deo in homine ostendere dominicã suam potestatem, & omnes trahere ad se: sed nudum merumque hominem id facere prorsus indecorum erat, ne hominem habentes dominum, hominis cultores efficeremur: ea de causa ipsum Verbum caro factum est, & vocauit nomen eius Iesum, atque ita vocauit & fecit eum dominum & Christum ipse ipse Pater, quod perinde est ac si dicas, fecit illum dominum & regnatorem, ut in nomine eius, quem vos crucifixistis, quemadmodum omne genu se flectit, ita & Dominum & Regem, eundemque esse Filium cognosceremus, & per eum, Patrem. Iudæi autem plerique, ista audientes, victi cõuersique sunt, ac deinceps agnouerunt Christum (ut in Actibus scriptum est.) Ceterum, quia Ariano furore exagitati, Iudæi statuit permanere, & pugnare cum Petro. Age, similes istis dictiones apponamus, forsitan vel ita intellecta Scripturarum consuetudine, conuerti poterint. Quod autem æternus sit Rex Christus ex superioribus patet, neque est, qui super ea re controuersiam moueat: quum enim sit filius Dei, sequitur, ut sit similis Deo, quum vero sit similis Deo, omnino necesse est, ut sit Dominus & Rex. Ipse enim inquit, Qui vidit me, vidit & Patrem. Quod autem illud dictum Petri (Dominum eum fecit & Christum) non opus aliquod, aut quod factum sit, Filium esse demonstrat, licitum est cognoscere ex benedictione Isaac, tametsi tenuis quedam & minus expressa figura sit ad rem præsentem. Dicit igitur Isaac ad Iacob, Efficiare Dominus fratrum tuorum: ad Esau vero, Ecce, illum Dominum tuum feci. Si igitur hæc dictio fecit, substantiam & initium natiuitatis in Iacobo significasset, ne ita quidem eos oportebat de Verbo dei talia cogitare. Non enim est Filius Dei, opus factitiumque aliquid, ut Iacob, sed tamen poterint aliquo modo, si rationes istas audiant, à delirio suo abduci. Quod si hæc verba de substantia Iacobi, aut initio natiuitatis eius, quanquam & creaturæ & operis, non intelligunt, qui (queso) non peius diabolo insanierint, si ea, que ne rebus quidem creatis ex istiusmodi genere verborum ausint attribuere, attribuunt Filio Dei, eum asserentes rem conditam esse, quum Isaac dicens (Efficiare) & (feci) neque substantiam, neque initium nascendi Iacob significari? Post annos enim triginta aut eo amplius, ex quo natus esset, ista ad eum dicta fuere, sed Dominum eius in fratrem, quod posterius obuenerit, innuerit. Multo igitur magis Petrus ista locutus est sine vlla significatione naturæ substantiæque Verbi, creatiæ aut operis confectæ: quippe, qui nouerat eum Filium Dei, ut ex ipsius confessione apparet: Tu est Christus Filius Dei viuentis, sed gratiam eam quæ fa-

Christus quando declaratus est dominus & quomodo. 1. Cor. 1.

Ioan. 14.

Fecit quod.

cta erat & obuenerat, indicare voluit, eiusque in nos regnum ac potestatem. Nam quum hæc diceret, non reticuit de æterna Paternaque deitate Filij & Dei. Nam iam antè præmiserat, illum, Spiritum Sanctum in nos effudisse. Certe pro arbitrato suo Spiritum dare, non rei creatiæ est, non operis ab aliquo facti, sed Dei munus. Creaturæ siquidē sanctificantur à Spiritu Sancto: Filius autem, quia nō sanctificatur à Spiritu, sed eum omnibus largitur, manifeste ostendit se non creaturam, sed verum Patris Filium existere. Veruntamen & eum qui donat Spiritum, factum esse Scriptura pronunciat, sed factum inter nos, idque assumptæ humanæ naturæ ratione: datorē tamen interim Spiritus, quia Verbum Dei est. Semper enim & est, & erat, & quemadmodum Filius est, ita quoque & dominus, & vniuersalis Rex omnium, Patrique per omnia similis: & qui omnia, vt ipse professus est, quæ Patris sunt, possideat. Age iam de illo quod in Prouerbiis dicitur (dominus creauit me initium viarum suarū ad opera sua) introspeciamus, tametsi iam clare demonstratum sit, Verbum nequaquam opus esse, aut conditum aliquid existere. Idem enim est id quod conditum est, & quod factum, & quod alio vocabulo, opus dicimus: adeo vt probatio istius sententiæ, eum opus non esse, probatio quoque sit eius, illum nihil ex conditis rebus existere. Quapropter non possum non admirari, eos comminisci huiusmodi cauillationes impietatis, & non pudeferi ad singulas redargutiones. Primum igitur ad fraudem ex simplicioribus sciscitantur. Is qui est, nō entem, ex non ente fecit? an quum iam existeret? Ac deinde, habebatne filium antequam genueras? quod vbi demonstratum fuit futile esse & nugatorium, aliud deinde excogitauerunt. Vnumne scilicet ingenitū, an duo? vbi & hic quoque, confutati sunt, connectūt statim: Sui arbitriæ est & conuertibilis naturæ? Quum id quoque repudiatum esset, denuo commenti sunt vt hanc sententiam arrodere: Tanto præstantior Angelis factus. Vbi, cum etiam illud veritas refutasset, iam inde omnia illa in vnum cōtrahentes, per vocabulum operis & rei conditæ, existimant se suam hæresim stabilire posse. Eadem enim illa denuo insinuant, nec abistit à suis vafriiciis, quum idem subinde, sed multipliciter interpolatum in medium proferant, vt varietas ea quocūque modo saltem aliquos circunueniat. Cæterum, quanquam superius dicta clare ostendunt, eorum commenta futilia esse, tamen quia hoc prouerborum schemate, sese vbiq̄ue venditant, & apud plerosque, quibus Christiana Fides incognita est, aliquid videntur dicere, necessarium est, vt illud superius, nempe (fidelem eum fuisse ei, qui ipsum fecit) ita quoque hanc vocem (creauit) siue (condidit) excuti & examinari, vt, quemadmodū in omnibus, ita hic quoque falsi redarguantur, & nihil habere nisi inania phantasmata. Sed ante omnia illa inspiciamus quæ per id temporis, quum ista hæresis ab iis fingeretur, apud Beatum Alexandrū suis scriptis ediderunt. Scripserunt enim in hæc verba: Creatura est, sed non, vt vlla ex rebus creatis. Opus est, sed non vt vllum ex operibus. Rex condita est, sed non, vt vlla ex rebus conditis. Iam scilicet videtis vafriiciam & dolos istius hæresis, quæ non ignara, quam amarulenta sit ista sua malitia, fucos quærit, & lenocinium sibi mutuat ex verborum disertitudine,

vt quum dicat: quod sentit Filium creaturam esse, lateat tamen ob hunc prætextum verborum: quod tametsi creatus sit, non tamen esse eum, qualis vlla ex creaturis est. Atqui cum ad istum modū scribūt, multo magis ea ratione suam impietatem produūt. Si enim omnino nostro more opus existit, cur à vobis ad dissimulationem additur, sed non, vt vllum ex operibus? Nam si omnino opus est, qui, quæso, non fuerit vnū ex operibus? in qua parte venenū istius hæreseos intueri licet. Nam, quum dicūt eum creaturam esse, sed non ita, vt vnum ex creaturis, siue rebus genitis, multos cum & filios eiusdē ordinis constituunt: & Dominum vnum ex ista classe filiorum censent, vt iam vnigenitus æstimandus non sit, quum multos habeat fratres: interim pro blandimento eum Filium & germen nominantes, sed frustra. Quorsum igitur ista hypocrixis, vt cum creaturam appelleris? Nam si pro appēdice à vobis statim apparebit delirium vestri sophismatis, quū eum etiam ita creaturam pronuncietis: neque alia, quàm quæ de aliis creaturis quispiam dixerit, de Filio dei sentiat, vt prorsus simul & deliri, & cæci. Quæ enim creaturarū talis est, qualis alia, vt hoc tāquam eximium de Filio prædicetis? Siquidem tota rerum natura intra sex dies condita est, & primo quidem lux: quod spacium diem appellauit: secundo autem, firmamentum: tertio vero in vnum congregans aquas, aridam exhibuit: quarto, solem & lunam fecit, cæterarūque stellarum chorum: quinto, animalium in aquis, & volucrum in cælo nationē procreauit: sexto, quadrupedia in terris, deinde hominem fecit. Et inuisibilia eius à creatione mūdi ipsis operibus intellecta perspiciuntur, neque lux sicuti nox, neque sol vt luna, neque irrationalia vt rationalis homo, neque Angeli vt throni, neque throni vt potestates. Quæ tamen omnia sunt res creatæ, sed ita, vt vnumquodque secundum suum genus propria sua substantia potiatur, & prout genitum est, ita existat & permaneat. Aut igitur Verbum eximatur è numero rerum conditarum, & vt conditor, Patri suo proprius attribuatur, agnoscatque natura Filius esse, aut si omnino res condita est, eundem illi ordinē cum cæteris creaturis ascribite, dicaturque vnaquæque illarum creatura, sed tamen, vt nulla alia tale sit *γεννημα* aut opus. Idem enim dicitis *γεννημα* & *ποιημα*, scribentes illum creatum aut factum. Nam tametsi excellit comparatione inter cæteros Filius, nihilo tamen minus illum quàm reliquos omnes opus esse censendum: quoniam in aliis quoque per naturam creatis, licitum est reperire aliud alio præstantius. Siquidem stella à stella splendore differt. Cæteraque omnia inter se cōparata, discrimen habent: non ideo tamē hæc, quia meliora, Dominatū habent: aut ista, quia deteriora, melioribus seruiunt: aut illa vim efficiēdi possident: ista contrā ab illis efficiuntur, sed omnia æquē nascendi fiendique naturam obtinent, suum opificem authoremque, sui procreatu cōstantia, vt à Dauide cantatū est: Cæli enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annunciat firmamentum: quemadmodum & Zorobabel ille sapiēs dicit: Omnis terra veritatem clamat, & cælum ei benedicit, & omnia opera quassantur & tremunt. Quod si omnis terra opificem & veritatem deprædicat, & encomiis effert, & contremiscit, & opifex eius

Christus quomodo factus.

Prouer. 8.

Hypocri- sis hæreseos Ariarum.

Creata- nis multo orda.

Rom. 1.

γεννημα & ποιημα

Psal. 18.

3. Esai. 4.

Ioan. 14. eius

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Creatura non possit creare.

absurdū.

eius Verbum est, qui & ita de se loquitur, Ego sum veritas: non igitur conditum aliquid fuerit Verbū, sed solus proprius sui Patris, in quo omnia inter se certo modulo sunt coaptata, idemque ab omnibus vt opifex celebratur. Erām enim, inquit, apud eum omnia cōcinnans: &, Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Illud autem (vsque nūc) significat eum æternaliter in Patre existere. Rationis enim siue Verbi proprium est, operari opera Patris, & non esse extra eum. Si autem quæ Pater operatur, eadem & Filius operatur: &, quæ Filius creat, ea sunt Patris creaturæ, & tamen Patris Filium, opus creaturamque censeris vis, sequitur vt aut ipse seipsum operetur & creet: quandoquidem quæ operatur Pater, ea sunt & Filij, opera, quod absurdū fuerit & impossibile: aut vt dum creat & operatur opera Patris, ipse non fuerit opus aut creatura, ne ipse author rerum causaque effectrix in rebus creādis reperiat id efficere, quod effectus est, aut potius non posse efficere. Quomodo enim, si secundum vos ex non entibus exitit, potis est non entia, vt entia sint, condere atque architectari? Quod si, quanuis creatura sit, creaturas tamen eum cōdere velis, idem in omnibus rebus creatis intelligēdum erit, vt & ipse se creare possint. Quod si id à vobis admittatur, qui vsus erit Verbi, quum possint inferiora à superioribus procreari? aut quomodo singula, quum fierent in initio rerum, audire potuissent vocem Dei, Esto & efficiare, si eo modo conderentur? Sed neque scriptum est, neque possibile est. Eorum enim quæ creantur, nullum est sui causa efficiens: omnia siquidem per Verbum effecta sunt, neque illud operatum fuisse omnia, si ipsum ex numero operum aut rerum conditarum fuisse: neque enim vel Angeli quicquam creare possunt, quum & ipsi sint creaturæ, quanuis in diuersam sententiam Valentinus, Marcion, & Basilides eant, & vos vnā cum iis, vt asseclas decet & emulatores. Quinimo, ne sol quidem, quum sit res creatitia, vnquam effecerit, vt quod nihil est, aliquid fiat, neque homo hominem finxerit, neque lapis lapidem excitauerit, neque lignum ligno augmentum dederit: Sed deus est, qui in vtero fingit hominem, & qui montes collocat, & qui ligno proceritatem addit: homo vero mentis scientiæque capax, hanc materiam concinnat & modificatur: & quæ iam sunt, operatur pro ratione suæ scientiæ, & contentus est, quod ipse duntaxat sit genitus: suamque naturam agnosces, vbi alicuius rei indigus est, deum inuocat. Si igitur Deus, non nisi ex materia operatur & componit, (vt Ethnicorum sententia habet) artifex, non conditor appellari debet, quum ad eum modum, in materia etiam Verbū operatur, & pro ministro sit inseruiatq; Deo. Sin autem per Verbū Deus, quæ entia non sunt, euocat ad essentiā, fieri nequit, vt Verbū sit ex numero non entium, aut eorū que euocātur vt sint aut que ministeriū seruitiūque Deo de se præbeāt, ne aliud Verbū requiramus, per quod Verbū euocatū sit: Verbo enim, ea quæ non sunt, facta sunt, & si per illud condit & facit, non potest fieri, vt illud ipsum in eorum grege numeretur, quæ conduntur & fiunt: sed potius conditoris Dei ratio habeatur, quod quia extra opera Patris consistens, operatur, notitiam de se præbet, & ipsum in Patre, & Patrem in ipso esse: adeo, vt qui viderit illud, viderit & Patrem, idque ob proprieta-

tem substantiæ, & similitudinem quæ illi per omnia cum Patre est. Quomodo igitur Pater per Verbum cōdiderit, si non sit Verbū Patri suo sua ipsius Sapiencia: aut quomodo eius Verbum fuerit & Sapiencia, si non sit propriū illius genimen ac Soboles, sed quiddam quod ex nihilo prodierit? Quī igitur sit, vt cum omnia ex nihilo sint, & creaturæ habeantur: Filiūque secundū eos vnus ex rebus conditis, & ex eorum classe, quæ aliquando non erant, quī sit (inquām) vt is solus Patrem reuelet? Nam si possibile est, id quod factitium est, Patrem cognoscere, cognoscatur Pater etiā ab omnibus factitiis & creatis, pro modulo cuiusque: Omnia enim opera sunt, quemadmodū & ipse. Quod si rebus creatis Patrem aut videre aut cognoscere impossibile est, quum tale spectaculum, eiusmodique cognitio omnis transcendat, quemadmodum Deus de se locutus est: Nemo inquam, videbit faciem meam, & viuet: quod ipsum quoque à Filio dictum est: Nemo cognoscit Patrem, nisi Filius. Aliud igitur fuerit à rebus creatis Verbū, vt quod solum ex omnibus cognoscat, solum conspiciat Patrem, vt ex ipsis verbis colligere licet: neminem videre Patrem, nisi eum qui est ex Patre: & nullū cognoscere Patrem, nisi Filium, tametsi id Arianis non videatur. Quomodo autem cognosceret solus, nisi esset suo Patri proprius? aut quomodo proprius illi fuerit, si creatura, & non verus ex eo Filius sit? Eadem enim subinde dicere pietatis causa, tædio esse non debet. Nefarium igitur est, sentire vnum ex numero isto vniuersitatis Filiū esse: blasphemū item & stolidū creaturam illum appellare, quanquam non talem, quales cætera creaturæ: opusque illū esse, sed non quale vllū inter opera: ac genimen esse, sed vt nullum aliud genimen tale sit. Qui enim non tale fuerit quale vllum ex istis? siquidem iuxta eos, non erat, priusquam fieret. Proprium enim id in rebus conditis, & operibus, vt non sit, priusquam fiant: & ex non entibus, ad naturam entium perueniant, etiam si gloria cæteros omnes antecellant. Id enim vbiq̄ue in omnibus rebus creatis ex mutua inter ipsas differentia deprehenditur, vt ante oculos apparet. Atqui, si iuxta hæreticos, res condita quidem aut opus esset, sed non tamen eiusmodi, cuiusmodi sunt condita, ob suam præ cæteris excellentiam, oportuit id ipsum, quibūnam melior esset, à Sacris literis indicari: quale est, si Archangelis maior dicitur, aut preciosior thronis, aut splendidiore sole & luna, aut spaciosior cælis. Nunc autem ille ad istū modum non describitur, sed Filiū eum sibi esse & solum, & propriū ostendit Pater, idque his verbis: Filius meus es tu. Et rursum: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi congratulor. Ideoque inseruiabant illi Angeli, vt diuerso alieno que ab illorū natura: & adoratur ab illis, non vt gloria maior, sed vt alius, discretus, seiunctusque à cōditione tum creaturarum reliquarum, tum etiam ipsorum Angelorum, Patri tantummodo æqualis secundum rationem substantiæ. Si enim ideo, quia gloria sublimior est, adoratur, par erat, vt omnia inferiora superioribus se in adorando inclinarent: Sed id ita non est: creatura siquidem creaturam non adorat, sed quæ seruilis sunt conditionis, Dominos: & quæ creaturæ sunt, Deum adorationibus colunt. Petrus vero adorare volentem Corneliū inhibuit, dicens: quoniam niam & ego homo sum. Angelus quoque Ioannē

Exod. 33.

Ioan. 14.

Creaturæ propriū.

Psal. 2.

Matth. 3.

Adorari solius Dei esse.

Act. 10.

Apocal.
22.

Iudic 13.

Christus
adorandus.

Psal. 96.
Esa. 45.

Sap. 12.

Ioan. 17.

Ioan. 20.

Psal. 45.

Filius
cedit au-
thoritati
patris.

Interro-
gatio.

in Apocalypsi se adorare volentem, non admisit, dicens, vide ne feceris: conseruus enim sum fratrum tuorum Prophetarum, & seruantium verba codicis huius, Deum adora. Quocirca solius numinis est adorari, neque id ab Angelis ignoratur, qui quanquam ceteros gloria transcendunt, creaturas tamen se esse, neque in classibus adorandorum, sed adorantium agnoscunt se computari debere. Patrem certe Samsonis Manue volentem sacrificium offerre Angelo, Angelus prohibuit his verbis: Non mihi, sed Deo offerro. Dominus contra etiam ab Angelis adoratur. Scriptum est enim: Et adorent eum omnes Angeli Dei, idemque illi fit ab omnibus gentibus, vt ab Esaia dictum est: Defecit Aegyptus & mercatus Aethiopum, & Sabaei viri excelsi ad te transmeabunt, tibi que erunt serui: deinde continuo, Et adorabunt, & tibi supplicabunt: & Non est Deus praeter te: & discipulos se adorare permittit, & plene illos instruit, dum indicat quisnam sit: Nonne vos me dicitis Dominum & Magistrum? & recte dicitis, sum etenim. Thomam item, ita ipsum alloquentem, Dominus Meus & Deus meus, verbis illis vt concedit, quin potius gratum acceptumque habet, nihilque impedimenti opponit, quo minus haec verba pronunciat. Est enim ipse, vt & alij Prophetarum dicunt, & Dauid psallit, Dominus virtutum nobiscum & Sabaoth: quod ex interpretatione est, Dominus exercituum, & Deus verus & omnipotens: Etiam si Ariani rumpantur, non ipse adoratus fuisset, non ista de eo dicta fuissent, si villo modo creatura fuisset. Nunc autem, quia creatura non est, sed proprium ex substantia Dei adorandi germen, & naturalis Filius, ideo adoratur & Deus creditur, & dominus exercituum est, & author & omnipotens eadem ratione qua Pater ipsius: Eius enim verba sunt: Omnia quaecunque Pater meus habet, mea sunt: Filij enim proprium ea quae Patris sunt, possidere: ac tale esse, vt in eo pater spectetur, & per eum omnia fiant, & in eo omnium salus perficiatur & constituitur. Quin & ista ab iis sciscitari non incongruum fuerit, vt refutatio haereseos clarius appareat: Quomodo omnia sint condita, omniaque ex nihilo constituta sint, atque adeo ipse Filius pro vestra sententia sit res condita, & vnus ex non entibus, quid ita per eum solum fecit omnia, & sine eo factum nihil: aut cur, quum omnia ibi facta nominentur, nemo in eo numero Filium intelligit, sed creaturas duntaxat? quomodo autem de Verbo loquuntur Scripturae, ne hic quidem illum vnum ex omnium numero esse sentiunt? sed eum cum Patre in eodem ordine constituunt, in quo omnium curam & salutem operatur Pater, praesertim quum in potestate eius erat, eodem precepto, quo Filius creatus est, creare vniuersa. Non enim fatigatur Deus praecipiendo, neque viribus destituitur ad vniuersitatis procreationem, vt nusquam nisi ad solum Filium procreandum par sit: ad reliquorum autem architectationem, ministerio & auxilio Filij indigeat. Neque in moram conicitur, quodcumque ille vult fieri. Statim enim, vt voluit, extitere omnia, & voluntati eius nemo restitit. Quae de causa igitur non omnia facta sunt a Deo, eodem precepto quo factus est Filius? aut cur per Filium, qui & ipse factus erat, facta sunt omnia? respondeant mihi (quae so) ad has percunctationes. Destruuntur quidem omni ratione, sed tamen ista in medium adferunt in disputando de Filio: Deum vo-

lentem creaturam naturam producere, quum vidisset eam puritatis suae, & architectationis participem esse non posse, condidit primus & fecit vnus vnum, eumque appellauit suum Filium & Verbum, vt illo condito reliqua deinde per eum condita posset. Haec non solum dixere, sed & scribere ausi sunt Eusebius & Arius, & qui idolis sacrificauit, Asterius. Quis igitur ob ista eos non plane impietatis condemnauerit? quam, vbi cum multa stulticia citra omnem pudorem miscuerunt, nihil verendum ita contra veritatem debacchari. Si enim dixerint ob fatigationem non suffecisse Deum ad reliquorum procreationem, ac ideo Filium condidisse, occlamabit aduersus eos tota rerum vniuersitas, quod nefaria & indigna de Numine loquatur, quod scriptis suis attestatur Esaia, Deus aeternus, qui construxit fines terrae, non esuriet neque desat, neque est inuestigatio cogitationis eius. Quod si Deum quasi fastidiosum dedignabundumque creandi, vnum duntaxat Filium condidisse velint, eique condito reliqua deinde condenda mandasse quasi vicario & succenturiato, id & indignum Numine in quo nihil est fastus, & ab ipso domino refellitur, cuius ea verba sunt: Nonne duo passeres assue veniunt? non tamen vnus quidem ex iis in terram cadet sine Patre vestro, qui est in caelis. Ac rursus, Ne anxii sitis pro anima vestra quid comedatis, aut pro corpore vestro quid induamini, nonne anima pluris est quam alimentum? & corpus quam indumentum? Respicite ad volucra caeli, quod nec seminat, nec arcat, neque congregat in horrea sua, & Pater vester caelestis pascit illa: nonne vos illis multo praestantiores estis? Quis potest ex vobis sollicito cogitando adiciere ad staturam suam cubitum vnum? & cetera quae sequuntur. Quod si Deo non indignum videtur, vsque ad illa minuta curam suam extendere, capillos scilicet capitis, passeres, foenum, non indignum quoque illi visum fuerit ea procreare. Quorum enim curam tutelamque suscipit, horum etiam conditor est per suum Verbum: alioqui ista dictibus gratior adhuc absurditas occurrat. Diuidunt enim mundi architecturam, & creaturas mundi, partimque eas Patris, partim Filij operibus attribuunt, cum oporteret aut omnia cum Filio a Patre fieri: aut si per Filium omnia fiunt, nequaquam dicere Filium vnum ex iis esse, quae facta sunt. Iam & ista ratione eorum vesaniam redargueris: Si verbum quoque factitiae naturae est, & factitia natura impotens est recipere in seipsam Dei operam, quomodo, Verbum solummodo, ex omnibus potuerit ab ingenita purissimaque substantia dei (vt vos dicitis) procreari? Necessum enim est, si in eo id potuit fieri, idem in omnibus quoque potuisse fieri: aut si id in nullo possit fieri, eandem impossibilitatem in Verbo existere: nam & ipsum illud secundum vestram opinionem ex rebus creatis est. Rursus, si ob id, quia nequibat creatura natura participes esse Diuinam in se impensam operam, opus fuit interuentu administratoris & vicarij, profusum necessum est, quum Verbum factitia & creatura res sit, ipsum quoque, vt fieret, mediatore indiguisse: quippe, quum & ipsum sit creaturae naturae, quae Dei operam in se recipiunda idonea non est, sed mediatorem requirit. Iam si huius mediator reperitus sit, statim & huic ipsi mediatori alius mediator reperiendus est, atque ita semper altiora petendo, inuenies ingentem affluxum mediatorum, ac proinde impossibile fuerit subsistere rerum naturam, semper mediatore indigentem quum mediator esse non possit sine mediatore, eod quod omnia sint creaturae naturae, quae participes esse nequit, prout vos dicitis, diuinam operationis. Quanta igitur dementia scitent, quae eos ita infatuat, vt quae iam facta sunt, nequiuisset fieri arbitrentur, aut fortasse ne nunc quidem ea condita esse imaginabuntur, vt pote etiamnum mediatorem illum requirentes. Nam secundum istam impiam tantopere & deliram sententiam, ne extiterit quidem rerum natura, eod quod nusquam inuenias istiusmodi mediatorem. Ceterum, illud dicent, ecce per Moysen eduxit populum ex Aegypto, & per eundem, qui homo fuit, legem dedit, vt possibile sit per similem similia fieri. Id illos obiecta fronte dicere conueniebat, ne magnum pudorem confusionemque referrent. Moyses enim non ad condendum missus est, neque vt quae non essent, ad essentiam euocaret, aut conderet homines secum eiusdem generis, sed vt tantummodo minister esset sermonis ad regem Pharaonem & ad populum Israeliticum. Ceterum, isthic immane discrimen est, quum administrare creaturarum vt seruorum sit: condere vero & creare solius sit Dei, eiusque Verbi & Sapientiae. Ideoque in condendi ratione non alium inuenies, nisi solum Dei verbum: Siquidem in Sapientia, facta sunt omnia, & sine Verbo factum est nihil. Ad ministerium autem non vnus, sed ex omnibus plures ad manum praesto sunt, quos Dominus, si velit, amandet. Multi enim Archangeli, multi Throni, multae Potestates, & Dominationes, millies millia, & decies millies centena millia ministrorum adstant & apparent, qui se promptos offerant vt emittantur. Et Prophetarum item multi, Apostoli duodecim, & Paulus atque adeo Moyses ipse, & Aaron cum eo; & post eos alij septuaginta qui impleti fuere Spiritu Sancto, quemadmodum Moysi Iesus Naue, Iesu vero Naue iudices, iudicibus porro non vnus aut alter, sed multi reges successere. Si igitur creatura erat, & vnus ex conditis rebus Filius, sequeretur plures esse huiusmodi filios, vt plures habeat ministros Deus, quemadmodum ad alia negocia ingens turba superpetit. Quod si id nusquam sub oculis cadit, & multae sunt creaturae, sed Verbum duntaxat vnum, quis non vel inde contuetur Filium eminere praeter ceteris, & non aequalitatem cum rebus creatis, sed cum Patre proprietatem suam habere? unde non plura, sed vnum solummodo Verbum vnus Patris, vnaque vnus Dei Imago credenda est. Sed ecce, inquit vnus solus est, & vna terra. Dicant stolidi, & vnam esse aquam, vnum ignem, vt vicissim audiant, eorum quae creantur, vnumquodque singulum esse, atque vnum ratione suae substantiae: sed tamen secundum ministerium officiumque illis demandatum, vnumquodque per se solum non idoneum satis ac sufficiens habetur. Dixit enim Deus, Fiant luminaria in firmamento caeli ad illustrationem terrae, vt discrimen adferant inter diem & noctem: & ad signa, consistent, & ad tempora, & ad dies, & annos. Deinde ait, Et fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius ad exordia diei: luminare minus ad exordia noctis, & stellas: & persequit ea in firmamento caeli, vt illuminarent

Num. 23.

Quod ad-
ministra-
re sit crea-
turae, Dei
vero soli
creare.

Daniel. 7

Gen. 1.

Gen. 1.

terram, & initia diei ac noctis facerent, Ecce tibi plura luminaria, non solem duntaxat aut lunam solummodo, quae quidem singula vnica sunt ratione suae substantiae; sed tamen omnium vnum & commune ministerij officium; & quod in vno deficit, in altero adimpletur, vsusque illuminandi ab omnibus conficitur. Sol enim diturno spacio ius facultatemque habet illustrandi: luna autem per noctem stellae deinde vna cum istis temporibus & annos perficiunt, & vnumquodque illorum pro signo constituitur ad rerum usum ac necessitatem. Ita quoque terra non ad omnia destinatur, sed solummodo ad fructus procreandos, & ad ingressum animantium sustinendum. Firmamentum item vt diuidat inter aquas & aquas, sitisque luminarium in eo deputatus est. Eodem modo quoque ignis & aqua cum ceteris omnibus, naturam accipere, vt corpora inde componerentur. In summa, nihil omnino sibi solum, sed singula veluti membra, istum mundum, quasi vnum corpus absoluunt. Si igitur ita quoque de Filio sentiunt, lapidentur ab omnibus, eod quod Verbum partem aliquam vniuersitatis existiment; camque non idoneam aut sufficientem ad demandata officia, sine aliorum viribus. Si autem illud euidenter impium est, agnoscant Verbum non aliquod ex numero creaturarum rerum; sed Patris proprium: & vnicum Verbum, & rerum creaturam opificem esse. Negant id isti, aiuntque cum creatura esse, & vnum ex rebus conditis, a magistro & opifice didicisse condendi, creandi; rationem, atque ita quoque ministerium praebuisse magistro suo Deo. Hac enim persuasione imbutus Alterius sophista, ausus est in scriptis inficiari Dominum, non animaduersa eius rei absurditate: Si enim creandi ratio doceri potest, videant ne ipsum Deum referant, non natura, sed scientia conditorem rerum esse factum: adeo, vt ab ea facultate excidere queat. Postremo, si sapientia Dei discendo, sibi usum rationemque creandi comparauit, qui Sapientia esse possit, quum adhuc indigeat institutione? & quidnam erat antequam in disciplina proficeret? Sapientia enim nondum erat, vt pote, destituta legitima institutione. Vanum igitur quiddam erat, ac neuitquam substantialis sapientia, quippe, quae ex profectu nomen sapientiae obtinuit, neque diutius sapientia futura est, quam id quod didicit, memoria retinuerit. Quod enim non ex natura alicui, sed ex doctrina obuenerit, id aliquando dedisci potest. Talia autem dicere de Verbo Deo, Christianorum non est, sed ethnicorum. Si enim per doctrinam, creandi facultas comparatur, imbecillitatem & inuidiam in Deo vecordes isti constituunt: Inuidiam quidem, quod non multos conditores erudiunt, vt quemadmodum multi sunt Archangeli & Angeli, ita quoque multi conditores circa ipsum versentur: Imbecillitatem vero, quod non solus potuit opus efficere, sed cooperatore & ministro indiguit, cum tamen extra controuersiam sit, creaturam naturam a solo Deo creari posse: siquidem pro illorum sententia, Filius creatitius a solo Deo potuit creari. Ceterum, nullius indigus est Deus absit: ipse enim dixit, plenus sum: neque ex doctrina Verbum conditor factum est, sed quum sit Imago & Sapientia Patris, quae Patris sunt facta: neque ad ministerium creatorum rerum a Patre est conditus. Ecce enim, iam subsistente Filio,

terram, & initia diei ac noctis facerent, Ecce tibi plura luminaria, non solem duntaxat aut lunam solummodo, quae quidem singula vnica sunt ratione suae substantiae; sed tamen omnium vnum & commune ministerij officium; & quod in vno deficit, in altero adimpletur, vsusque illuminandi ab omnibus conficitur. Sol enim diturno spacio ius facultatemque habet illustrandi: luna autem per noctem stellae deinde vna cum istis temporibus & annos perficiunt, & vnumquodque illorum pro signo constituitur ad rerum usum ac necessitatem. Ita quoque terra non ad omnia destinatur, sed solummodo ad fructus procreandos, & ad ingressum animantium sustinendum. Firmamentum item vt diuidat inter aquas & aquas, sitisque luminarium in eo deputatus est. Eodem modo quoque ignis & aqua cum ceteris omnibus, naturam accipere, vt corpora inde componerentur. In summa, nihil omnino sibi solum, sed singula veluti membra, istum mundum, quasi vnum corpus absoluunt. Si igitur ita quoque de Filio sentiunt, lapidentur ab omnibus, eod quod Verbum partem aliquam vniuersitatis existiment; camque non idoneam aut sufficientem ad demandata officia, sine aliorum viribus. Si autem illud euidenter impium est, agnoscant Verbum non aliquod ex numero creaturarum rerum; sed Patris proprium: & vnicum Verbum, & rerum creaturam opificem esse. Negant id isti, aiuntque cum creatura esse, & vnum ex rebus conditis, a magistro & opifice didicisse condendi, creandi; rationem, atque ita quoque ministerium praebuisse magistro suo Deo. Hac enim persuasione imbutus Alterius sophista, ausus est in scriptis inficiari Dominum, non animaduersa eius rei absurditate: Si enim creandi ratio doceri potest, videant ne ipsum Deum referant, non natura, sed scientia conditorem rerum esse factum: adeo, vt ab ea facultate excidere queat. Postremo, si sapientia Dei discendo, sibi usum rationemque creandi comparauit, qui Sapientia esse possit, quum adhuc indigeat institutione? & quidnam erat antequam in disciplina proficeret? Sapientia enim nondum erat, vt pote, destituta legitima institutione. Vanum igitur quiddam erat, ac neuitquam substantialis sapientia, quippe, quae ex profectu nomen sapientiae obtinuit, neque diutius sapientia futura est, quam id quod didicit, memoria retinuerit. Quod enim non ex natura alicui, sed ex doctrina obuenerit, id aliquando dedisci potest. Talia autem dicere de Verbo Deo, Christianorum non est, sed ethnicorum. Si enim per doctrinam, creandi facultas comparatur, imbecillitatem & inuidiam in Deo vecordes isti constituunt: Inuidiam quidem, quod non multos conditores erudiunt, vt quemadmodum multi sunt Archangeli & Angeli, ita quoque multi conditores circa ipsum versentur: Imbecillitatem vero, quod non solus potuit opus efficere, sed cooperatore & ministro indiguit, cum tamen extra controuersiam sit, creaturam naturam a solo Deo creari posse: siquidem pro illorum sententia, Filius creatitius a solo Deo potuit creari. Ceterum, nullius indigus est Deus absit: ipse enim dixit, plenus sum: neque ex doctrina Verbum conditor factum est, sed quum sit Imago & Sapientia Patris, quae Patris sunt facta: neque ad ministerium creatorum rerum a Patre est conditus. Ecce enim, iam subsistente Filio,

Gen. 1.

Ariano-
rum Im-
pietas qua
dicunt fi-
lium Dei
esse crea-
turam
absurdum.

Absurdum.

Inuidiam
& imbecillitatem in
deo Ariani
constituunt quo-
modo.

1. Cor. 1.

ipse Pater operari conspicitur, vt à Domino nostro dictum fuit: Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Si igitur secundum vos ideo conditus est Filius, vt cetera, vbi ipse iam creatus erat, crearet, & Pater tamen post editum Filium operetur, ociosa superuacuaque fuerit Filij istius in rerum naturam introductio. Nam cur alioqui, quum cōdere hanc rerum vniuersitatis fabricam vellet, mediatorē conquisiuisset, quasi eius voluntas non satis potens sit ad ea constituenda, quæ ipsi placuerint? quum tamen inquit Scripturæ: Omnia quæ voluit, fecit: voluntati enim eius quis est qui restitit? ecce tibi voluntatem parem sufficientemque ad vniuersitatis architecturam. Superuacua ergo hic iterum mediatoris vsus. Nam illud exemplum vestrum de Mose, & sole, & luna, iam ostensum est frivolum esse. Illud quoque vos denuo redarguet: si Deus volens creaturam naturam producere, ac super ea re deliberans, Filium in eos vsus procreauit, pro vestra opinione, vt per eum nos ædificaret: animaduertite, quàm audax sit impietas in vestris verbis: primum, quia apparebit Filium propter nos, non nos propter Filium cōditos esse. Non enim nos eius causa creati fuimus, sed ille nostri: adeo, vt ipse nobis, non nos illi gratiam debeamus, quemadmodum mulier viro. Non enim inquit Scriptura, vir creatus est propter mulierem, sed contrā, mulier propter virum. Igitur sicuti vir imago est & gloria Dei, & mulier gloria viri est, ita & nos quidem Dei imago, & ad gloriam eius creati fuimus: Filius contrā nostri imago fuerit: & ad nostram gloriam existere inceperit. Et nos quidem vt essemus, creati sumus: Filius vero propter nos, non ipsius causa vt esset, sed ad nostri vsus, veluti instrumentum quoddam conditus fuerit: adeo, vt nos non ad eius vsus, sed ille ad nostri vtilitatem necessitatemque in rerum naturam produceret: qui (quæso) non omnium stoliditatem transcendant, qui istiusmodi vel duntaxat in cogitationem admittunt? Nam si propter nos Verbum factum est, prius illud quam nos apud Patrem non fuerit. Non enim quum illud in se haberet, de nobis, sed quum nos haberet, de illo cogitauit, quemadmodum isti dicunt. Iam, si illud cōceditur, plane sequitur, vt Pater Filium sibi noluerit: non enim volens eum creauit, sed quum nos vellet, nostri gratia eum instituit: post nos enim de eo cogitauit, adeo, vt secundum impios superuacue sit Filius editus, qui in hoc editus est, vt esset instrumentū eorum, quorum gratia creatus est. Sin autem Filius, vt solus potens à solo Deo conditus est, nos autē vt impotentes ab eo facti sumus, cur non potius ante omnia de Filio vt potente, quam de nobis cogitat ac deliberat? aut cur potentem imbecillibus non anteponit? aut cur eum primū faciens, non primū de eo deliberabat? aut cur de nobis primū deliberans, non primo quoque tempore nos produxit, quū ad omniu rerum constitutionē eius voluntas sufficiebat? Sed illum quidem primum condit, de nobis autem primum cogitat: & quum nos velit ante mediatorem, nos tamen create volens, ac de nobis deliberans, creaturas appellat: illum autem, quem propter nos architectatur, Filium & suum heredem appellat. Atqui oportebat nos, quorum gratia illum producit, filios potius appellari: aut illum qui re vera Filius est de eo

Psal. 113.

I. Cor. II.

Christus an nostri causa factus sit homo.

prius cogitare, cumque velle, per quem omnes nos facit. Istiusmodi quidem sunt vomitus & naufragia hæreticorum, non tamen veritatis sententia obtineri debet, sed magna imprimis voce enūcianda est: Dei scilicet Verbum non propter nos, sed nos propter ipsum extitisse, & in eo cōdita esse omnia. Neque enim ob nostram imbecillitatem, is qui potens erat, à solo Deo creatus est, vt Deus nos per eum, veluti per instrumentum ædificaret, absit, nō ita est. Nam si Deo placuisset nullas creaturas producere, nihilominus tamen Verbum apud Patrem, & Pater in eo fuisset. Creaturas certe impossibile erat sine eo fieri, atque ideo per eum factæ sunt, idque non immerito. Quum enim Verbum proprius sit substantiæ Dei Filius, & ex eo extiterit, & in eo consistat, vt ipse dixit: fieri non potuit, quin omnia per eum opera efficerentur. Vt enim lux suis radiis omnia illuminat, & sine eius radiis nihil illustrari quiverit: ita quoque & Pater veluti per manum in Verbo suo operatus est omnia, & sine eo nihil facit. Dixit igitur Deus (vt inquit Moses) fiat lux, congregetur aqua, & producat terra, & faciamus hominem. Dauid quoque modulatur, Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Dixit, non vt in rebus humanis minister aliquis audiret, auditamque loquentis voluntatem opere præstaret: id enim proprium est rebus creatis: de Verbo autem id cogitare aut dicere absurdum fuerit. Est etenim Verbum Domini architectus, & rerum author, & est Patris voluntas: atque inde est quod non relatum est à Scriptura, eum vel audisse aliquo modo vel respondisse, aut qualia tandem fieri ea vellet, percunctatum fuisse: sed potius dixit Deus, fiat, & subintulit, & ita factum est: nam quod placuit & voluit, id statim Verbo perfectum atque absolutum fuit. Quum enim Deus vel Angelis vel aliis præcipit, vel cum Mose loquitur, aut Abrahæ promissiones facit, tum is qui audit, ita respondere inducitur, vt alius dicat, quomodo id scire potuero: alius vero, quæso, alium deligas. Et rursus, Si ex me scicitati fuerint, quod nomen tibi sit, quid respondebo illis? Et Angelus Zachariæ dixit, Hæc dicit Dominus: Zacharias Dominum vicissim percunctatur, Domine, qui in omnia imperium & potestatem habes, quousque tandem non misereberis Hierusalem: & datur illi audire verba bona & consolatoria. Habet enim vnusquisque istorum mediatorem, Verbum scilicet, & Sapientiam Dei indicantem, quæ sit voluntas Patris. Quum autem ipsum Verbum operatur & creat, non est illic aut pereūctatio aut responsio: in Verbo enim est Pater, & Verbum in Patre: sed sufficit velle, & opus perficitur: vt illud dicere patrem, iudicium nobis sit voluntatis diuinæ: illud autem, & factum est ita, opus significet, quod perfectum fuit per Verbum & Sapientiam, in qua est voluntas Patris: & illud ipsum quod Deus dixerit, in Verbo cognoscitur: omnia enim in Sapientia fecit, quippe, quum & Verbo Domini cœli firmati sint, & vnus sit Dominus IESVS Christus, per quem omnia, & nos per illum: Ex istis scilicet spectare licet, Arianos non contra nos pugnam habere super hæresi sua, sed id quidem eos simulare, quasi nobiscum ipsis bellum sit, quum tamen re vera contra deitatem hostilia faciant. Si enim nostra illa vox esset, Hic est Filius meus

Hæreticorum naufragia

Simil.

Gen.

Psal. 113.

Verbo quid.

Job.

Zach.

Verbu patris patri esse cōsubstantiale. Probatio ab exēplo iubaris solis.

meus dilectus, non magni momenti esset nostra de illis inculcatio: nunc quum Patris sit sermo, & discipuli audiant, atque adeo ipse Filius de se loquatur, Ante omnes colles genuit me: qui, quæso, nō vt fabulosi gigantes, & ipsi quoque cum numinibus bellum conferere videantur? Linguam habent (vt ait Psalmographus) quasi gladium acutum ad impietatem, neq; ad Patris vocem tremiscunt, neque Patris Verbum reuerentia prosequuntur, neque Sanctis fidem accommodant, quum alius scribat, eum esse splendorem gloriæ & characterē substantiæ Patris, Christumque esse Dei Potentiam, ac dei Sapientiam: Psalmographus autem modulerur: Apud te fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen: Et, Omnia in Sapientia fecisti: Prophetæ item loquantur, Et factum est Verbum domini ad me: Ioannes quoque in hanc sententiam prorumpat, In principio erat Verbum. Lucas itidē alleuerans, Quemadmodum tradiderunt nobis ab initio ipsi, qui suis oculis viderunt, Verbiq; administri extiterunt, nec à Dauide silentium habeatur, sed rursus dicat: Emisit Verbum suum, & sanauit eos. Hæc omnia vt Arianam hæresim vbique mulctant & infamant, ita Verbi sempiternitatem indicant, illudque non externum diuersumque à Patris substantia, sed plane eiusdem naturæ esse. Quando enim quis vidit lucem sine radiatione? aut quis audebit characterem alienum dicere ab ipsa hypostase? aut qui (quæso) non maxime insanit, qui vel in cogitationem suam admittit, Deum aliquando irrationalem, hoc est, sine Ratione & Verbo, & insipientem fuisse? Istiusmodi enim exempla, & istiusmodi similitudines edidit Scriptura, vt quauis impotens sit humana natura intelligere Deum, saltem tamen ex istis minutim & obscuriter, quatenus datur, de eo intelligentiam colligeremus, & quemadmodū Deum existere, & prouidentia mundum administrari, satis documento est rerum natura, quum ex magnitudine & pulchritudine creaturarum, proportionabiliter conditor spectetur, adeo vt vocem naturæ id suis verbis approbantis non requiramus, sed nunc audiendo scripturas, ad fidem inducimur, nunc ordinem vniuersitatis, & coaptitudinem inter se partium contemplando, agnoscimus horum omnium Dominum & conditorem Deum esse, eiusque in omnia prouidentiam & admirabile imperium intellectu allequimur: ita quoque cum in adstruenda Filij Deitate sufficiant superius dicta, superfluum mihi esse videtur & insaniam plenum, eam rem in dubium vocare, & hæretico more sciscitari, quomodo scilicet possit æternus esse filius? aut quomodo possit ex substantia Patris esse, vt non sit pars eius? quod enim ex aliquo est, id eius pars est: quod autem in partes diuiditur, integrum esse nequit. Istiusmodi sunt dissentientiū ab orthodoxis callida vafraimenta, quos tametsi antea in istis suis vaniloquiis redarguerimus, istiusmodi tamen dictorum accurata sedulitas, & exemplorum intellectus probè reuincit vanam speciem, ac præstigia scelerati dogmatis. Videmus enim Verbum semper esse, & ex Deo esse, & quiddam proprium eius substantiæ esse, vnde ortum duxit, cuiusque Verbum existit: neque in eo esse prius aut posterius: Videmus enim iubar è sole identitatem solis habere, & tamen non diuidi substantiam solis, sed eam solidam & integram

persistere: & iubar, quod inde profluit, ipsum quoque perfectum & integrum esse, nec lucis essentiam diminuere, sed vt verè inde genitum, sese habere. Conspicimus Filium non aliunde, sed ex Patre genitum, & Patrem tamen integrum perseverare, & characterem personæ Patris semper existere: & Filium Similitudinem & Imaginem Patris incommutabilem in se conferuare, vt qui hūc videat, videat in eo ipsam personam Patris, cuius character est: & ex efficacia characteris intelligimus personæ ipsius veram Deitatem: id enim ipse Saluator docendo expressit, quum inquit, Pater meus qui in me manet, ipse ea opera fecit quæ ego facio: & ego & Pater vnū sumus: & Ego in Patre, & Pater in me. Quapropter primum ab hostili ista in Christum hæretū petendum est, vt in exemplis quæ de rebus creatis adduximus, istiusmodi diuisionem ostendant, vt dicat Erat aliquando sol sine splendore: aut splendorem, proprium quiddam, ex substantia lucis non esse: aut esse quidem proprium quiddam, sed vt partem lucis disinctumque ab eius natura: ac tum demum diuidant Verbum, & dicant illud alienum quiddam esse à mente, aut quod aliquando non erat, nec proprium quiddam, ac idem ex substantia eius esse, aut partem eius esse per diuisionem. De characterē quoque & luce, & potentia, ita distinctiones diuisionisque faciant, vt inter lucem, & splendorem fecerunt, ac tum demum de quibuscunque rebus velint inania phantasmata concipiant. Quod si impossibile est vt tale quid audeant, qui, quæso, non magnificè insaniant, qui se in iis quæ supra res creatas, atque adeo supra ipsorum naturam sunt, frustra extendunt, atque ea, quæ fieri nequeunt, aggrediuntur? Si enim in rebus creatis & corporalibus inueniuntur genita, quæ partes eorum non sunt, ex quibus sunt genita, neque per passionem inde abscessere, neque substantias parentum diminuerunt: qui, quæso, non iterum insaniant, qui de incorporali & vero Deo sciscitantur, suspiciosque cogitant partes ibi & passiones locum habere, atque iterum diuisiones attribuunt impassibili & inuariabili Deo, vt hoc genere verborum, simpliciorum aures perturbent, & à veritate abducant. Quis enim audiens Filium, non statim de eo cogitat, eum esse Patris sui proprium quiddam & natura generæque eundem? Quis item, qui audiuit in prima Christianismi sui institutione, Deum habere Filium, & omnia suo Verbo fecisse, non in eam sententiam, hoc ipsum excepit, vt nos iam nunc in præsentia sentimus? Quis, cum primum exorta fuit scelerata Arianorum hæresis, non statim ad eorum verba ostupuit, velut aliena loquentium, & præter seimentem verborum quæ in catechismo acceperat, alia superfementiū? Nam principio infematum fuit cuiusque animo, Deum habere Filium, Verbum & Sapientiam, & Potentiam suam, istaque ipsa esse Imaginem & Splendorem eius, vnde statim oboriebatur mentibus nostris ea cogitatio, Filium semper esse, & ex Patre esse ac similitudine eius existere, & æternum quiddam ex substantia Patris esse, adeo vt inter hæc nihil de creatitia conditione Filij in mentem veniat. Ceterum, inimicus homo dormientibus cæteris, eam imaginationem, qua eum creaturā opinatur: & fuisse quādo non erat: aut quomodo esse

Ioan. 10.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Arijstrans in suis erroribus superferendis.

poterit, animis mortaliū clanculum superfeminat: quod vbi factum est, malefica, & in Christum perduellis hæresis quasi lolium suppullulat: mox deinde qui eo furore afflati sunt, ac mente orthodoxa spoliati instar prædonum curiosissimè per insidias captant; audentque tandem dicere: Quomodo potest Filius coæternus existere suo Patri? quū inter homines filius post patrem suum nascatur: & subinde, quum pater sit triginta annorum, tum demum filius initia vitæ auspicetur: & in summa, nullus vnquam filius erat, antequam fieret: rursusque obmurmurant, quomodo potest filius Verbū esse? aut Verbum, Imago Dei? quum hominum verbū syllabis constans, nihil sit, nisi indicium mentis, nihilque agat nisi quod prodat voluntatem loquentis, quod vbi factum est, statim euanescit. Ita quasi obliuī superiorum aduersus ipsos refutationum, istiusmodi vinculis impietatis sese rursus innodāt. Cæterum, id frustra faciunt: vincit enim eos soliditas veritatis, idque istiusmodi rationibus. Si de homine quopiam loqui se credunt, loquantur de Verbo & Filio Patris, quantūlibet humano more: Sin contra de Deo illis sermo est hominū conditor, iam mihi nihil humani, sed ea quæ supra humanam naturā sunt, eos cogitare velim. Qualis enim est genitor, tale esse quoque id quod genitum est, necessarium est: & qualis est Verbi Pater, tale etiā fuerit Verbum eius. Homo igitur in tempore genitus, & in tempore quoque & ipse prolem gignit: & quia ex non ante factus est, ideoque & Verbū eius definit, & nō perseverat. Deus autē, non vt homo, sic enim loquitur Scriptura, sed ens est, & semper est, ideoque & Verbum eius ens est, & semper est cum Patre, vt splendor siue iubar lucis. Contrā, hominum verbum, vt syllabis constat, ita neque viuūt, neque agendi vires possidet, sed solummodo est in loquente index mentis, & statim vbi enunciatum est, præterit, neque vltèrius apparet, quia nihil erat, priusquam enūciaretur, ideoque neque viuūt, neque agendi vires habet, neque hominis naturam possidet, idque ita accidit, quoniam homo est qui illud gignit, ex nō ente sortitus est naturam: Dei autem Verbum, non (vt sic dicam) enunciatorium est, aut sonus vocum, aut complexio dictionum, qua Deus singulis rebus præcepit vt existerent, sed quale ex luce splendor, tale & ipsum est genitum quiddā & perfectū ex perfecto, ac proinde Deus est, & Imago Dei. Deus enim (inquit) erat Verbum. Verba cōtrā hominum nihil efficacitē habent ad agendum, ideoque non Verbis, sed manibus homines operantur, quoniam manus existunt, verba autem non existūt. E diuerso Dei Verbū (vt inquit Apostolus) viuū est & efficacē, & penetrabilius omni gladio ancipiti, & pertingēs vsque ad diuisiones animæ ac spiritus ac compaginum, & medullarū, & cœnfor consiliorumque; cordis, neque est vlla creatura incōspicua corā eo, omnia autē nuda & aperta oculis eius, ad quod nobis est sermo. Opifex igitur est & conditor, & sine eo nec factum est quicquam, nec fieri potest. Neque querendū est, cur non tale sit Dei Verbum, quale nostrum est, quum Deus nequaquā talis sit, quales nos sumus, quem admodū dictū est, imo indecorū est querere, quomodo ex Deo Verbum sit, aut quomodo sit Dei splendor, aut quomodo gignat Deus, & quis sit modus generationis Dei. Insanierit enim qui talia auderet, quoniā rem

Ariano- rum qua- siones.

Refutatio

Duplici modo lo- quentis de Chri- sto.

Inter Ver- bum Dei & verbū hominis differen- tia.

Dei Ver- bum.

Heb. 4.

ineffabilem, & propriam Diuinæ naturæ, & duntaxat ipsi ac Filio suo cognitam, verbis interpretari conatur. Simile est, ac si iidem quærent, vbi Deus, aut quomodo Deus sit, & quantus sit Pater. Sed vt talia sciscitari impium est, & eorum qui Deum ignorant: ita quoque fas non est, vt de Filij Dei natiuitate ad istum modum percunctationes facias, aut ad tuam naturam & imbecillitatem modificare studeas Deum, ac Dei Sapientiam. Non tamen ob id præter veritatem aliquid cogitandum est: neque si te in quæstione non explices, diffidendum est Sacris scripturis, quoniam melius est, hæsitabundos ignorata causa tacere & credere, quàm ideo non credere, quia hæsitat: ea potissimum de causa, quod qui hæsitat, potest aliquo modo veniam mereri, quod quanuis quæscrit, intra quietem tamen maneat. Qui autem, eò quod in explicanda causa hæsitet, fingit animo quæ nequaquam decent, atque ita de Deo indigna eloquitur, indeprecabilem reportat suæ audaciæ punitionem. Potest enim in istiusmodi perplexitatibus aliquid lenimenti, quodque animo sufficiat, sibi ex Sacris literis colligere, vt sumat in manus recte scripta, atque inde in nostro Verbo exemplum mutuetur: quod, quemadmodum illud proprium est nobis, & ex nobis existit, non autem genus aliquod operis extra nos à nobis factum: ita quoque Dei Verbum proprium esse Deo, & ex Deo existere, sed non tamen vt tale sit quale hominum verbum est: alioqui necessum esset, vt ratiocineris etiam Deum hominem esse: Ecce rursus, hominibus multa & frequentia quotidie verba enascuntur, & prætereūt, eò quod priora non maneant, sed euanescent: quod ideo contingit, quia mortales istorum verborum patres, lubricas & prætermeabiles habeat ætates. Cogitationes vero quæ in mentem subeūt, ex quibus ratiocinantur, & aliud ex alio colligunt, tales sunt, sunt qualia illa, quæ loquuntur: vnde sit, vt multa verba habeant, & post multa verba nihil eorum incolume possideant. Simul enim, vt desit quis loqui, absumptum, consumptumque est Verbum. Contrā vero, Dei Verbum vnum est ac idem, & vt scriptum est, in æternum permanet, sine omni immutatione, non primum aut secundum, sed idem semper existens. Conueniebat siquidem vnus Dei, vnam esse Imaginem, atque vnicum Verbum, vnicam item Sapientiam. Quapropter admiror, cur isti, quum vnus sit Deus, plures secundum sua excogitata imagines, sapientias, & verba introducant, alterumque adhuc proprium & naturale Verbum patris existiment, in quo hunc Filium procreauit, quem verum Filium per metaphoram ac secundarium intellectum appellari censent: non aliter quàm & vitis, & via, & ianua, & lignum vitæ, sapientiaque nomine tenus nuncupatur: esse tamen nihilo ob id minus & alteram sapientiam, propriam & veram Patris ingenitam illam & coexistentem cum ipso, in qua, quum hunc alterum creasset, nominauit cum ex participatu naturæ illius sapientia, sapientiam. Neque ista duntaxat in verba cruperunt, sed & Arius ea in sua Thaleia scriptis commendauit. Sophista quoque Asterius eadem illa voluminibus in suo complexus est, vt superius recensui, idque ad istum modum: Non dictum est à beato Apostolo, se Christum prædicare illam Dei virtutem, sed sine

Simile

Allo- tante: fidecip- lum.

Simile

verbi- vni- & de- numis- per.

Ariani- erms.

Quæ e- reuere- sed menda- rit hinc in suo Thaleia Asteri-

prono-

pronomine aut emphasi, Dei virtutem. Sed aliam esse Dei virtutem eamque propriam insitamque Deo, & cum eo existentem, ingenitā quidem, sed tamen genitabilem, vt pote, quæ Christum genuerit & architectatricem totius mundi, cuius idem in epistola ad Romanos inter docendum commemorat, dū inquit, Inuisibilia eius ex creatione mundi operibus animaduersa perspiciuntur: perspicitur quoque eadem ratione æterna eius Potentia & Diuinitas. Quemadmodum enim in hoc loco Diuinitatem (de qua hic mentio est) nemo dixerit Filium esse, sed Patrem: ita quoque arbitror æternam eius Potestatem & Diuinitatem, non vni- genitum Filium esse: sed ipsum genitorem Patrem esse. Atque ideo Apostolum, aliam Virtutem Dei & Sapientiam narrare, quæ sub nomine Christi intelligitur. Ac populo post ipse Asterius dicit: Atqui æterna eius Potestas & Sapientia, quam sine initio esse, & increatam veritatis rationes demonstrant, vna haud dubie eademque habenda est, sed tamen multa singulatim ab ea sapientia sunt condita, quarum primogenitus & vni- genitus est Christus. Cæterum illæ quotquot sunt, a principe Dominaque pendent, & omnes virtutes conditoris, in cuius ministerio sunt, appellantur, quemadmodum Propheta, locustam in pœnam scelerum à Deo vt diras illa tam, non simpliciter potestatem, sed magnam potestatem ab ipso etiam Deo appellatam scribit. Dauid quoque in multis Psalmis, non Angelis solummodo, sed & Virtutibus præcipit, vt Deum collaudent. Talia, si vel tantummodo ore sonuerint, an non digni sunt habendi quouis odio? Si enim, vt ipsi arbitrantur, non ex eo, quod è Patre sit genitus: neque ex eo, quod proprium quiddam ex eius substantia sit, Filius nuncupetur: sed ob rationalia, ratio: & ob ea quæ erudiuntur, sapientia: & ob ea quæ fortificantur, fortitudo censetur, omnino sequitur, vt solum propter eos, qui in filios adoptantur, Filius sit appellandus. Et fortasse ob ea quæ sunt, id habet, vt sit, secundum mentis conceptionem. Quid igitur illi sit reliqui? nihil enim horum solide esse poterit, quum ea in eo nomine tenus duntaxat inhæreant, & essendi inane simulachrum addāt, dum istis vocabulis à nobis cohonestatur. Atqui, ista diabolica vecordia est, & fortasse deterior quàm diabolorum, quoniam eos re vera subsistere volunt: Dei autem Verbo non nisi nomine tenus essentiam tribuant. An non hæc monstra prodigiāque verborū, Sapientiam censere coexistere cum Patre, nec tamen eam fateri Christum esse, sed multas esse creaturas virtutes, & sapientias: & ex eorum numero Christum vnum esse, & eruce & locustæ cōparabilem? An non hæc summa vafricies, quod quum ex nobis audiissent, Verbū cum Patre simul coexistere, statim obmurmurent, ergo duos pariter ingenitos pronuntiatis? Nec vident quum ipsi dicant ingenitam esse Sapientiam, id genus querelæ in ipsos competere. Nam & illa quoque eorum sententia est prorsus stolidā, qua dicunt, vni- genitam Sapientiam & coexistentem cum Deo, Deum esse. Quod enim coexistit, non secū, sed cum altero coexistit: quemadmodum & domini nostri Euangelistæ loquuntur, quod coexistebat siue aderat discipulis suis, ac proinde non sibi, sed discipulis adfuit, nisi compositum aliquem Deum introducere velint: in

Rom. I.

psal. 148

Scriptoris Asterij re- futatio.

cuius naturam coinserta sapientia fuit, & ad eom- plementum integritatemque ipsius substantiæ data, cæque ipsa ingenita: quam scilicet & opificem mundi volunt, vt mundi opificio Filium dispolierit. Omnibus enim vim adhibent & torquent, ne verum sensum de Filio concipiant. Nam vbi in Sacris literis repererunt, aut ex quo tandem audiuerunt, alterum adhuc esse Verbum, aut alteram sapientiam, præter Filium, vt ista sibi aliquo iure comminiscerentur? Scriptum est siquidem, nōne verba mea veluti ignis, * & securis incidens petram? † Et in Prouerbiis: Docebo vos verba mea: sed ista quoque mandata & præcepta æstimanda sunt, quæ per proprium suum, & vnicum, & verum Verbū locutus est Deus, de quibus mentionem fecit Psalmista: Ab omni via mala coercui pedes meos, vt seruarem verba tua. Istiusmodi igitur verba diuersa esse à se etiam ipse Saluator per se indicat, quum inquit: Verba quæ ego locutus sum vobis. Non enim istiusmodi verba soboles aut filij sunt, aut tot rerum opifices, neque tot imagines vnus Dei, neque tanto numero sunt ij, qui pro nobis homines facti sunt, neque ex multis vnus conflatur, qui secundum Ioannem carō factus est: sed is, qui vnicum est Dei Verbum, ab Ioanne euangelizatur carō esse factus, & omnia per illum condita esse. Ideoque de solo Domino nostro I E S V Christo, & de eius cum Patre vnitare scripta exhibitāque sunt testimonia, dum & Pater declarat sibi vnicum esse Filium, & Sancti discipuli qui id didicerant, oratione profitentur, vnum esse Verbum, & hoc ipsum venigenitum, & opera ab eo edita pro testimonio sint, omnia visibilia & inuisibilia per illum condita esse, & sine ipso conditum esse nihil. De secundo autem verbo, aut vllō alio, nulla prorsus apud illos cogitatio, neque sibi verba aut sapientias confingunt, quorum neque nomina, neque acta à Scripturis produntur, sed tantummodo ab istis hæreticis nominantur: Ipsi enim authores sunt huius commenti, hostilisque in Christum adinventionis, qui nominibus Verbi & Sapientia abutuntur, aliaque sibi confingentes, inficiantur verum Dei Verbum esse, & veram & vnicam Sapientiam Patris, Et sese Manichæis æmulos præbent. Nam & illi, inspectis Dei operibus, abnegant vnicum & verum Deum existere, aliumque sibi comminiscuntur, cuius tamen neque opus vllum, neque testimonium ex Sacris literis producere queunt. Quare, si neque intra verba reperitur alia sapientia præter ipsum Filium, neque à Patribus quicquam tale accepimus, à quibus & confessione agnoscitur, & scriptis proditur, Sapientiam ingenitā esse, vnaque cum Patre coexistere, ac propriam illius esse, mundi que architectatricem habendā, nimirum ea ipsa fuerit Filius, qui vel secundū istos æternaliter cum Patre coexistit: ipse enim est opifex rerum, vt scriptum est, Omnia in Sapientia fecisti. Quin & ipse Asterius veluti eorum oblitus quæ prius scripserat, in sequentibus itidem vt Caiphas inuitus dum gentilibus oblectatur, non multas sapientias numerat, aut eruce mentionem facit, sed vnam sapientiam agnoscit, ad hunc modum scribens: Vnus quidem Deus Verbum siue Ratio: multa tamen rationalia, & vna quidem Sapientia & bonitatis substantia & natura, multa tamen sapientia &

Ariano- rum per- tinacia et in veritate obruend. d. * In Graeco non habentur.

Verba in plurali quid.

Ariani Manichæorū æmuli.

psal. 103.

Asterius vnam sapientiam agnoscit sibi que cō- tr. dicit. Ioan. 8.

Asterij scripta.

Ariani sibi dissidentes.

Ariani & Manichaei in quo conueniunt.

Cur cum patre in baptisima te conuocantur quoque et filius.

Ioan. 14.

bona. Ac paulo post iterum : At quoniam sunt quos filios Dei appellare non dedignantur? num & hos quoque esse uerba asseuerabunt, aut Sapientias plures introducent? Siquidem impossibile est, ut quum unum sit Verbum, unaque Sapientia multitudini filiorum, Verbi substantia impertiat, aut nomen sapientiae indulgeatur. Miri igitur nihil, si contra ueritatem Ariani pugnent, quum in sua quoque offensantes, alij in alios impingant, interdum multas sapientias, interdum unam esse asseuerantes, ac nunc crucae Sapientiam comparent, nunc Patri coessentialem esse, & propriam illius ipsius uirtutem, eamque ingenitam dicant. Et quum nobiscum depugnant, eod quod asseueremus semper Dei Verbum fuisse, ipsi quoque suorum obliti, Sapientiam cum Deo increatum coexistere dicunt. Ita per omnia in tenebris uolunt, dum & ueram Sapientiam abnegatam uolunt, & eam quae non est indagant, alium, sicuti Manichei deum sibi comminiscunt, & uerum Deum inficiantes. Sed audiant & ceterae haereses una cum Manichaeis, Christi Patrem unum esse naturae conditorem & opificem, per suum Verbum, Audiant priuatim & Ariomania, unum esse Dei uerbum, & solum, & proprium & genuinum, eundemque ex ipsius Dei substantia filium, habereque cum Patre suo inseparabilem deitatis unionem, ut sepius iam diximus, utpote ita edocti ab ipso saluatore. Alioqui, si ita se non habeat, cur per eum pater creat, & in eo reuelatur, cui uult, eoque illuminat? aut cur, dum initiamur Baptismate, una cum Patre Filij quoque nomen recensetur? Nam ut Pater sit insufficientis, nefaria vox est: ac si sufficiens est, quae priorum hominum sententia est, quis usus Filij, uel ad creationem, uel ad Sanctum lauacrum? Quae enim congruentia coaptitudoque cum creatore? aut cur id quod factum est, connumeratur cum factore, ad initiandi perfectionem? aut cur secundum uos, Fides in unum creatorem, & in unam creaturam traditur? Si enim, ut coaptemur deitati: quid opus est creatura? sin autem, ut conuocamur Filio, quem creaturam uultis, superflua secundum uos in Baptismatis ratione, Filij nuncupatio. Nam Deus, qui illum Filium reddidit, satis potens est, ut nos quoque sibi filios reddat. Alioqui, si creatura est Filius, cum una sit natura rationalium creaturarum, nulla omnino creaturae a creatura opitulatio inferri poterit, eod quod omnes indigeant gratia Dei. Paucis quidem superius diximus, congruenter per eum facta esse uniuersa: sed tamen quia series dicendi nos ad mentionem Sacri Baptismatis adduxit, necessum est ut de ea re, quemadmodum & sentio & credo, uerba faciamus. Non enim, quasi non sufficiat Pater, ideo una conuocatur & Filius, neque id temere fit, aut fortuito: sed quoniam filius est Verbum Dei, & propria Sapientia, Splendorque illius, & cum eo, utpote cum Patre suo semper existit, ideo impossibile est, ut praesente Patre, non praebat in Filio id ipsum quod praebet: In Patre enim est Filius, ut splendor in luce: Siquidem Deus, non ut impotens, sed ut Pater in sua sapientia fundauit terram, & suo Verbo condidit omnia, & Sacrum Baptisma in Filio confirmat. Vbi enim Pater, ibi & Filius: ut ubi lux, ibi splendor: & ut Pater operatur, ita & Filius, quemadmodum Saluator fuisset ipsius uerbis indicat: Quae uideo Patrem facientem, ea quoque & ipse facio. Eadem ratio-

ne, ubi Baptismus datur: quem baptizat Pater, baptizat & Filius: & quem Filius baptizat, is in Spiritu Sancto initiatur. Rursum, sicut sole lucente, dixeris splendorem illuminare: una enim eademque hic lux est, quae neutiquam a sole diuidi aut abscindi potest: ita rursus, ubi Pater est uel nominatur, ibi omnino & Filius existit. Nominatur autem Pater in Baptismate, necessarium ergo est, & Filium unum nominari. Ea quoque de causa, ubi Christus ad Sanctos promissiones edit, ita locutus est: Venimus ego & Pater, & mansionem apud eum faciemus. Et rursus, ut quemadmodum ego & tu unum sumus, &c. Una quoque eademque gratia est quae in munus uenit, & per Filium a Patre in nos confertur, ut Paulus scribit: Gratia uobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Necessum est enim, lucem cum splendore esse, & radios uideri una cum luce. Quapropter Iudaei una cum Arianis filium abnegantes, ne Patrem quidem habent. Obstant enim fontem Sapientiae (ut illis exprobrat Baruch) abiecerunt etiam a se Sapientiam inde promanantem, Dominum nostrum Iesum Christum. Siquidem Christus (ut ait Apostolus) Dei uirtus & Dei Sapientia. Iudaei igitur, dum affirmant se non habere regem nisi Caesarem, pro ista inficiatione egregium superpondium auctariumque suae poenae adiecerunt. Perdiderunt enim una cum ciuitate ratiocinationem. Ariani autem in periculum ueniunt, ne amittant integritatem mysterij: loquor autem de Baptismate. Si enim in nomine Patris & Filij datur perfectitudo plenaque initiatio, Patrem autem uerum illi non pronunciant, eod quod negent aliquid ex ipso existere & simile esse illius substantiae, negant quoque uerum Filium aliumque ex non entibus conditum sibi comminiscunt in Baptismate proferunt: qui (quasi) igitur non plane uanum ac inutile fuerit baptisma, quod ab illis datur, quum id non nisi species sit & inane simulachrum, ipsique ea re nihil solidae opis adferant ad pietatem? Non enim in Patre & Filio tribuunt baptisma Ariani, sed in creatore & creatura, in factore & factura. Sicuti igitur creatura diuersum quiddam est a Filio: ita diuersum quiddam a uero Baptismate est, quod ab illis existimatur dari tamen nomen Patris & Filij, quia illa in Scripturis uident, simulent sese nominare. Non enim, qui simpliciter ait Domine, is est qui donat legitimum Baptisma, sed qui nomen exprimit, & fidem rectam habet. Ideoque Saluator non quouis modo baptizandum praecipit, sed primum dixit, Docete, ac deinde baptizate in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, ut ex doctrina recta Fides oriretur, & cum Fide Baptismatis integra initiatio perficeretur. Certe, aliae etiam haereses eaque numero non exiguae, nomine tenus ritum istum pronunciant, sed non recte sentientes, ut dictum est, neque sanam fidem retinentes, inutilem possident aquam, quam impertiant, nimirum numine & religione destitutam: adeo, ut qui ab illis adspargatur, sordescant potius praua religione, quam redimantur. Ita quoque & Ethnici, quanquam Deum in ore habent, impietatis crimini subiiciuntur, eod quod uerum Deum non agnoscant Patrem domini nostri Iesu Christi. Itidem quoque Manichaei & Phryges, ac discipuli Samosatensis, nomina ipsa pronunciantes, nihil ob id sunt minus haeretici: ita quoque deinceps & reliqui,

Simili.

Ioan. 14.

Roma.

Iudaei.

Ariani.

linn.

negant.

Patris.

scimus.

Baruch.

1. Cor.

Ariani.

baptis.

se in.

min.

condidit.

absq.

Baptis.

form.

Manichaeorum.

et aliorum.

reuerentia.

causis.

rationes in.

deum.

Manicheorum in Christum blasphemata.

Prou. 8. Prouerbiis sensum non uerba respicienda esse.

Ioan. 4.

reliqui, & qui cum Ario sentiunt, etiam si recitent scripta, proloquanturque ipsa nomina, frustrantur illuduntque iis, qui ab ipsis baptisma accipiunt, homines nimirum improbiore quam ulli haereti, quos indies magis ac magis superant, haeresesque omnes propemodum iustas oris sui effrenitate reddunt. Ille enim supra ueritatem aliquid admentuntur, & uel circa corpus errant, inquietes, Dominum ex Maria carne non habuisse, aut mortuum non esse, aut hominem re uera non fuisse, sed speciem duntaxat hominis ostendisse, uisumque habuisse corpus aliquod cum nullum haberet, & inane simulachrum humanae formae praese tulisse, qualia sunt uisa quae in somnis apparent. Isti uero non ita, sed manifeste in Patrem scelerati sunt, cuius Diuinitatem in Filij imagine contestatam blasphemant: quippe, qui eam dicant creaturam esse: & illud, fuit, quando non fuit, ueluti caenum in marsupio circumferant, & hoc, ueluti uirus serpentes, obiciant. Deinde, quia abominabile est apud omnes eorum dogma, statim ueluti fulcrum quoddam ruinosae haeresi, excellentiam humanitatis Christi subiiciunt, ut eam suspiciens admiransque simplicior non deprehendat noxam uesaniae illorum. Quid? an non misericordia digni sunt, qui tam misere ab istis decipiuntur? an non digni lachrymis, qui praesentis praestigij uoluptate deliniti, suafmet ipsi uilitates produnt, & a futura spe excidunt? Quum enim eum esse credant, qui non est, haeque persuasione suscipiant, nihil suscipiunt, creaturaeque coaptati nullam ex re creata opem sentiunt: & dum in id quod dissimile est, & alienum a substantia Patris, fidem habent: fit, ut Patri non coaptentur, ut qui non habeant Patris naturalem & genuinum Filium, qui est in Patre, in quo & Pater est (ut ipse dixit), sed illorum fraudibus circumuenti, nudi inopesque deitatis relinquuntur. Non enim illos, ubi uita defuncti fuerint, terrenum istud & euandum praestigij figmentum sequetur. Neque, quum uiderint eum, quem inficiati sunt, Dominum sedere in folio Patris sui, & iudicare uiuos & mortuos: in auxilium aduocare poterint quenquam eorum, a quibus decepti sunt: quippe, quos ipsi reos uisuri sunt, & sese praedolore afflictae ob ea, quae iniuste uel impie fecerunt. Haec uisus ista pro defensione dicti illius Prouerbiorum tractauimus, insistentes contra istorum bruta & fabulosa cordium figmenta: ut, ubi cognitum habuerint, nomen creaturae non congrue in Filium Dei, & recte legant, & inter legendum rectam esse in Prouerbio isto sententiam deprehendant. Scriptum est enim: Dominus creauit me initium uiarum suarum ad opera sua. Sed quia Prouerbia sunt, & Prouerbiali schemate dicuntur, non conuenit, ut quaeque obuia est dictio, ita eam statim excipere, quum personam prius expendere oporteat, & ita ad pietatem sententia accommodanda sit. Quae enim in Prouerbis dicuntur, non de plano dicuntur, sed aliquid abstrusi subindicant, quemadmodum & ipse Dominus suis uerbis testatus est: Haec in Prouerbiis locutus sum uobis, sed uenit hora, quum non amplius uobis in Prouerbis loquar, sed palam. Retegenda est igitur mens uerborum, & ut abstrusior, inuestiganda: nec quasi per se simpliciterque dicta sint uerba, arripienda sunt: ne male interpretantes a ueritate aberremus. Si igitur de Angelo, aut alio quopiam creato, quales nos su-

mus, hic sermo instituitur, concedamus hoc uerbum (creauit) simpliciter dictum esse. Sin autem de uera Sapientia Dei sit mentio, in qua quicquid rerum est, conditum est, eaque illa ipsa est, quae ista de seipso loquitur: quid intelligendum aliud, dum illa de se hoc modo loquitur, quam si seipsam genitam esse dixisset? quippe, quae non immemor inter dicendum se creatricem & opificem rerum esse: aut ignara, quid differentiae sit inter creatorem, & creaturam, inter creaturas tamen sese adnumeret: sed sensum certum, ut in Prouerbiis solet, non apertum quidem illum, sed abstrusum insinuet, quem filiis suis ad prophetandum inspirabat. Eadem illa paulo post, ex mutua similitum inter se comparatione, illud uerbum (creauit) aliis dictionibus interpretata est, dum inquit Sapientia edificauit sibi domum: certum enim est, domum Sapientiae esse nostrum corpus, quo assumpto, Sapientia ista homo facta atque ideo merito ab Ioanne dictum est, Verbum caro factum esse. Et per Salomonem ipsa de se Sapientia cautim cum certa uerborum formula mentionem facit, dum se nequaquam creaturam nominat, sed duntaxat ait, Dominus creauit me initium uiarum suarum ad opera sua, neque addit in suis uerbis, ideo ut essem, creauit me: neque in id, ut creationis initium & ortum haberem. Istic enim uerbum per Salomonem loquens, non substantiam suae Deitatis, aut aeternam ex Patre genuinamque sui ipsius natiuitatem expressit, sed contra, humanitatem & dispensationem suam, qua in rebus nostris functus est, significauit. Ideoque, quemadmodum praedixi, non ita de se pronunciat, creatura sum, aut creaturam me fecit, sed duntaxat creauit. Creaturae certe, quae factitiam substantiam habent, ex numero rerum conditarum habedae sunt, eaque condi merito dixeris, & quicquid creatura est, creari nominaueris: non tamen per se haec unica dictio (condidit) aut (creauit) omnino substantiam aut ortum significat, sed aliud quippa circa eum, de quo hoc profertur, geri aique denotat. Neque plane, quicquid condi pronunciat, statim naturaliter & essentialiter opus aut creatura fuerit. Neque hoc genus discriminis incognitum scripturae est: De creaturis enim loquens, Impleta est (inquit) terra creatura tua, Et ipsa creatura congemiscit nobiscum, & condolet. In Apocalypsi porro perit tertia pars creaturarum marinarum quae animas habebant: quo genere locutionis etiam Paulus usus est: Omnis creatura Dei bona est, nihilque est abominabile, modo id cum gratiarum actione sumatur. Et in sapientia scriptum est, In sapientia tua instruxisti hominem, ut dominaretur creaturarum, quas tu fecisti. Et quia istae creaturae erant, fieri condique appellantur. Ita quoque uicissim audire licet, & Dominum loquentem, Ab initio qui condidit, marem & feminam fecit eos: & Moisen itidem in suo carmine modulantem: Interrogate dies qui ante te fuerunt, ab illo die in quo condidit Deus hominem in terra, & ad summum caeli. Nec non Paulum ad Colossenses: Quis est Imago Dei, inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, quia in eo condita sunt uniuersa, & quae in caelis sunt, & quae in terra, tum uisibilia, tum inuisibilia, siue sint Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per illum & in illo sunt condita, & ipse est ante omnia. Quod igitur, quae ex natura creaturae essent-

(Creauit) apud salomonem quomodo intelligi debeat. Ioan. 1.

(Creauit) non ad substantiam diuinam, sed ad humanitatem Christi referendum.

Creare uox ambigua, diuersoque sensu sumpta.

1. Tim. 4.

Sap. 9.

Marc. 10.

Deut. 3.

Coloss. 2.

psal. 101
psal. 50.
Ephes. 2.

tiam habeant, creaturæ & creati appellentur, ista pro admonitione sufficiunt, quum alioqui plena sit scriptura istarum rerum. Quod autem ista vox (condidit) siue (creauit) neque vbique substantiam aut ortum significet, vel ex Dauide psallente cognoueris: Scribatur ista in aliam ætatem, & populus qui creabitur laudabit Dominum. Ac rursum, Cor mundum crea in me Deus. Et ad Ephesios Paulus, Legem præceptorum in dogmatibus ociosam reddidit, vt duos conderet in se in vnum & in nouum hominem. Et iterum: Induite nouum hominem conditum secundum Deum in iustitia & sanctitate veritatis. Neque enim Dauid de populo essentialiter condendo locutus est: neque aliud cor, quam quod habebat, optauit accipere: sed eam quæ secundum Deum est, inuentionem instaurationemque votis quæsiuit. Neque item Paulus essentialiter duos condendos in Domino, significauit, neque re vera alium hominem nos induere iussit, sed per hominem secundum Deum, innuit nobis vitæ secundum virtutem, ac per duos in Christo condendos, duos populos in eo renouandos indicabat.

Hiere. 31.

Quin & illud Hieremias tale est: Creauit Dominus nouam salutem ad plantandum, in qua salute ibunt homines: quibus verbis, non essentiam alicuius creaturæ denotat, sed in hominibus instaurationem salutem vaticinatur, quæ in Christo IESU nobis obuenit. Quum igitur tale sit discrimen in vocibus istis (creatura) & (creari) si inuenistis aliquo modo Dominum in scripturis creaturam appellari, ostendite, & quantulibet pugnate: quod si tale nil de eo scriptum est, sed ipse de seipso in Prouerbiis loquitur: Dominus creauit me, suffundamini pudore, quod istiusmodi differentiam, & ista prouerbiali schemate dicta non intellexeritis, & in posterum illud (creauit) non ita intelligite, vt inde creaturam faciatis, sed, id dictum esse de eius humanitate, sentite. Humanitatis enim proprium est, creari. Quid? an non iniurij estis, quod vbi ex Dauide & Paulo auditis illud verbum (creauit), non essentiam inde aut ortum intelligitis, sed renouationem: Contra, vbi ex Deo auditis idem illud verbū (creauit) essentiam eius cum creaturis in eodem grege statuitis. Rursum quum auditis, Sapientia edificauit sibi domum, & pro fulcris substituit septem colūnas, domum illam allegorice interpretamini: illud autem verbum (creauit) ad creaturæ significationem transfertis. Neque quod opifex rerum sit, vos pudefacit: neque quod vnicum & proprium Germen sit sui Patris, in timorem vos conicit, sed veluti ad id nomina vestra professi essetis, aduersus eum in bella descēditis, minoraque de illo quam de hominibus sentitis. Ipse tamen verborum conceptus satis declarat falsum esse, quod dicitis Dominum creaturam esse. Suam enim naturam Dominus cognitam habens, eamque esse vnigenitam Sapientiam, & Sobolem Patris ac diuersæ substantiæ a genitis & creatis, humano more loqui voluit: Dominus creauit me initio viarum suarum, quod idem dictum est, ac si ita loqueretur: Pater mihi corpus perfecit, & inter homines me creando constituit pro hominum salute. Nam quemadmodum ex Ioanne audientes, Verbum caro factum esse, non totum Verbum carnem esse factum intelligimus, sed carnem induisse, & hominem esse factum: atque audientes, Christum pro nobis piaculum siue maledictum esse factum, eumque qui peccatum non nouit, peccatum pro nobis factum esse, non in totum illud piaculum aut peccatum factum esse credimus, sed illud piaculum quod in nobis fuit, suscepisse, vt Apostolus ait: Redemit nos à piaculo siue maledictione, & peccata nostra (vt Esaias loquitur) baiulauit, & (vt Petrus inquit) extulit cum corpore suo in crucē: ita quoque si audiamus in Prouerbiis hanc vocem (creauit) non debemus in totum Verbum naturaliter creaturam esse existimare, sed creatiū corpus induisse, Deumque illum pro nobis creauisse, nostri causa id corpus creatiū perficiens, vt scriptum est, vt in eo instaurari & Deificari possemus. Quid igitur, ô stulti, vos seduxit, vt hunc qui creator est, creaturam diceretis? aut vnde comparatis vobis hunc nouum sensum, & in eo quasi triumphum ducitis? Nam Prouerbia quidem loquuntur (quod creauit) sed tamen non dicunt filium creaturam esse, sed genitum quiddam: Et pro hoc discrimine in his vocibus (creauit) & (creatura) sacræ literæ simul quod est proprium in natura filij agnoscunt, vnigenitum scilicet illum Sapientiam, & opificem rerum esse, simul & illud verbum (creauit) vsurpāt: non quum de eius essentia loqui volūt, sed quum eum ex multis viis initium viarum ostendere cupiunt: vt contrarium sit illud verbum (creauit) huic voci (germini) siue (soboli): & illud alterum (initium viarum) huic dicto (eum vnigenitum esse Verbum) Nam si germen est & quiddam natum, qua ratione illum creaturam dicitis? Nemo enim, ea quæ creat, gignere dicitur: neque ex se nata, creaturas vocat. Rursum si vnigenitus est, quomodo initium viarum eius efficitur? Necessum est enim, si ita sit, eum ante omnia creatum, non amplius vnicum permanere, quum post eum alij subnascatur. Nam & Ruben initium filiorum effectus non erat vnigenitus, sed duntaxat tempore primus, natura tamen & congermanitate vnus eorum qui postea sunt geniti. Igitur, si Verbum initium viarum est, sequitur, vt Verbum sit tale quales sunt viæ: viæque tales, quale est Verbum, etiam si tempore anteriori omnium primum condatur. Nam & initium ciuitatis eiusmodi est, cuiusmodi sunt & reliquæ partes ciuitatis, æque inter se cum ipso initio coaptatæ, vnam integram ciuitatem absoluit, non aliter quam multa membra vnum corpus: neque vna pars illarum est ex numero condentium, altera verò ex numero conditorum, aut alia aliis inseruiunt, sed omnes pari cura à conditore reguntur & conficiuntur. Si igitur, ita Dominus initium omnium viarum conditur, necessum est, eum vnà cum omnibus intra vnam summam mundi creationisque contineri, ac non differre ab aliis, etiam si omnium primus fiat: neque propterea eum esse aliarum partium quàm mundi, quod tempore sit antiquissimus: quâdoquidem cum cæteris creatis æque operam opificis sui dominique agnoscat. Quomodo autem, si creatura est, potest & solus & primus condi, vt sit initium omnium, quum ex verbis superioribus liqueat, nihil esse in rebus creatis ex se diuturnum, aut quod per se sit conditum? Omnia enim pariter cum omnibus ortum suum originemque adepti sunt: quâquam inter se alia ab aliis gloria differunt. Non enim vllum ex astris aut ex magnis luminaribus ita apparuit, vt hoc prius illud posterius in rerum naturam emergeret, sed omnia eodem die, eodemque iussu ad ef-

Prov. 8.

sentiam vocata sunt. Eadem quoque ratione quadrupedum, volucrum, natalitium, pecorum, & stirpium natura formata est, neque aliter ea similitudo quæ est ad Imaginem Dei in hominibus condita est, Nam quâquam Adam solus è terra est formatus, fucte tamen in eo etiam tum rationes successione posteritatisque; humani generis. Et ex creatione mundi visibilis, inuisibilia eius hoc genere operum intellecta contuemur colligimusque, ne illic quidem quicquam seorsum in suo genere, aut prius aut posterius creatum esse, sed omnia simul, quæ eiusdem conditionis sunt, extitisse. Non enim singulas res enumeravit Apostolus, vt ad istum modum diceret, siue Angelus quispiam, siue Thronus aliquis, siue dominatio illa, vel illa, aut hic vel ille ex potestatibus, sed vniuersos simul, qui eiusdem ordinis erant comprehendit, siue (inquiens) Angeli, siue Archangeli, siue principatus, neque id immerito, quum in rebus creatis istiusmodi origo sit. Si igitur Verbum (quemadmodum prædixi) creatura esset, necesse esset id non primum, sed vna cum aliis virtutibus simul editum fuisse, quanuis gloria præ cæteris antecelleret: ita enim se rem habere, etiam in aliis inuenis, nimirum ea simul esse condita, neque primum ibi quicquam aut secundum tempore, gloria tamen inter sese differre, quum isti à dextris, illi in orbem, hi à sinistris, cuncti simul Deum collaudent, & præsentem se exhibeant ad Domini ministeria. Quapropter, si Verbum creatura censendum esset, nec primum fuerit, nec initium aliorum: Contra, si ante omnes est, vt re vera est, sequitur, vt solus ipse & primus & Filius sit, non igitur, neque principium omnium ratione suæ substantiæ fuerit. Nam in omnibus etiam principium omnium connumeratur. Iam si neque initium est, neque creatura est, certum est eum substantia & natura differre à rebus conditis, ac diuersum esse, ac solum eum solius veri Dei simulachrum & imaginem habendum esse, ac proinde, scripturæ eum rebus creatis non adnumerant. Imo, à Dauide increpantur, qui de eotalia non verentur cogitare: Quis (inquiens) tibi similis inter deos Domine? aut quis coequabitur domino inter filios Dei? Baruch item: Iste est Deus noster, non reputabitur alius præter eum. Ille enim creat, ista creantur: ille substantiæ Patris proprium Verbum cuiusque Sapientia est: Ista contra, quum prius non essent, per Verbum sunt condita. Iam dictum illud vestrum toties iactitatum, creaturam esse Filium, falsum esse conuincitur, ac non nisi figmentum esse vestri animi. Quin & Salomon vos mendacij accusat: nō enim ille eum creaturam, sed Sobolem dixit, Deus (inquiens) Sapientia fundauit terram: & Sapientia ædificauit sibi domum: atque illud ipsum dictum si expendatur, redarguit impietatem eorum. Scriptum est enim, Dominus creauit initium viarum suarum ad opera sua. Igitur, si ante omnes est, quū tamen dixerit (creauit me) non vt facerem opera eius, sed ad opera: aut posterioris temporis est illud ipsum dictum (creauit me) aut ipse posterior est operibus, quippe, qui ea cum ipse conderetur, iam condita repererit, ad quæ condenda creabatur. Quod si illud ita est, qui fieri potest, vt ante omnia extiterit? Ecce enim quatum ad vos attinet, ante eum ipsa opera iam costabant, ad quæ creabatur & mittebatur: verum ita non est, absit, falsa est hæreticorum sententia: non enim creatura

Prov. 8.

Ioan. 1.

Esai. 53.

Esai. 53.

Rom. 1.

est, sed creator Dei Verbum. De eo enim tempore (Creauit me) prouerbialiter dictum est (creauit me) quum creaturam induebat carnem, idque rursum licet ex ipsis vobis deprehendi: vt qui quum filius sit, & Deum habeat Patrem cuius ipse est propria Soboles, tamen per id tempus Deum non Patrem suum, sed Dominum appellat: non quia seruus, sed quia serui specimen assumpserat. Alioqui par erat, qui erat Verbum ex Patre, vt Deum Patrem suum appellaret: id enim proprium est Filio erga Patrem: Cæterum, quum venisset ad opus Patris absoluentum, & speciem serui accepisset, conueniens fuerat vt Patrem suum Dominum vocaret: eamque differentiam ipse docuit, cum pulcherrima interpunctione dicens, Confiteor tibi Pater: deinde, Domine cæli & terræ, vbi illum & Patrem suum dixit, & rerum creatarum Dominum, vt liquido constaret eum à tempore indutæ carnis, Patrem suum Dominum appellare. Quin & in oratione Dauidis, eandem differentiam Spiritus sanctus demonstrat, dum inquit, Da fortitudinem puero tuo, & serua filium ancillæ tuæ. Alius siquidem est naturalis & verus puer Dei, alij autem filij ancillæ, in quibus consistit creatiæ naturæ ratio: ideoque ille quidem habet, vt filius, Paternam fortitudinem: isti contra, salutis indigi sunt. Quod si ob id, quia hic puer vocatur, caullationes deblaterare cōstituunt, agnoscant Isaacem quum puer esset, puerū Abrahæ esse vocatum: & Sunamitidis filium, puellulū esse dictum. Merito igitur, quia nos serui quum talis effectus erat quales nos eramus, seruis appellatus, atque id studio humani generis ita fecit, quod nobis ex natura, seruis, vbi suscepissemus Spiritum filij, fiducia esset, eum qui naturalis dominus noster erat, Patrem ex gratia nominare. Cæterum, quemadmodum nos, quum dominum nostrum Patrem vocamus, non inficiamur nostram naturalem seruitutem: quippe, qui eius opera sumus: ipse enim fecit nos, & non ipsi nos: ita, quum Filius, serui specie suscepta, has voces edit (Dominus creauit me) inficiari non debet diuinitatis in illo æternitatem, aut eum in principio Verbum fuisse, omniaque per eum orta esse, & in ipso vniuersa creata esse. Illud autem Prouerbiorum dictum, vt iam prius admonui, non substantiam Verbi, sed humanitatem declarat. Nam quum ait, eum ad opera creatum esse, in eo videtur non substantiam eius voluisse significare, sed illius circa opera, negotiationem, & curam, quod quantum ad rationem existendi pertinet, sequentis temporis est. Quæ enim sunt & conduntur, primum essendi existendique causa in rerum naturam proueniunt: secundario deinde, vt aliquid faciant, quod Verbum præceperit, ac tale aliquid in omnibus aliis videre licet: Adam enim creatus est, non primum vt operaretur, sed vt homo existeret: postea autem, mandatum operandi accepit. Noe item creatus est, non ob arcam primum, sed vt homo fieret, deinde illi iniunctum vt operi incumberet, & arcam construeret. Et in singulis vbique hoc ipsum inuenis. Nam & Moses ille magnus, primitus homo natus est, deinde illi imperium suæ gentis concreditum est. Quapropter eadem ratione hoc quoque intelligendum est: nec mirum, quum videas eum creari, non vt in rerum natura esset (In principio enim erat Verbum) sed ad opera mitti, & ad eorum curam destinari. Nam priusquam opera

Conclusio
Refutatio

psal. 85.
Bar. 3.

Prov. 8.
Prov. 9.
Prov. 8.
Contra-
dictiones
ex argu-
mentis A-
rianorum
sumptæ.

est, sed creator Dei Verbum. De eo enim tempore (Creauit me) prouerbialiter dictum est (creauit me) quum creaturam induebat carnem, idque rursum licet ex ipsis vobis deprehendi: vt qui quum filius sit, & Deum habeat Patrem cuius ipse est propria Soboles, tamen per id tempus Deum non Patrem suum, sed Dominum appellat: non quia seruus, sed quia serui specimen assumpserat. Alioqui par erat, qui erat Verbum ex Patre, vt Deum Patrem suum appellaret: id enim proprium est Filio erga Patrem: Cæterum, quum venisset ad opus Patris absoluentum, & speciem serui accepisset, conueniens fuerat vt Patrem suum Dominum vocaret: eamque differentiam ipse docuit, cum pulcherrima interpunctione dicens, Confiteor tibi Pater: deinde, Domine cæli & terræ, vbi illum & Patrem suum dixit, & rerum creatarum Dominum, vt liquido constaret eum à tempore indutæ carnis, Patrem suum Dominum appellare. Quin & in oratione Dauidis, eandem differentiam Spiritus sanctus demonstrat, dum inquit, Da fortitudinem puero tuo, & serua filium ancillæ tuæ. Alius siquidem est naturalis & verus puer Dei, alij autem filij ancillæ, in quibus consistit creatiæ naturæ ratio: ideoque ille quidem habet, vt filius, Paternam fortitudinem: isti contra, salutis indigi sunt. Quod si ob id, quia hic puer vocatur, caullationes deblaterare cōstituunt, agnoscant Isaacem quum puer esset, puerū Abrahæ esse vocatum: & Sunamitidis filium, puellulū esse dictum. Merito igitur, quia nos serui quum talis effectus erat quales nos eramus, seruis appellatus, atque id studio humani generis ita fecit, quod nobis ex natura, seruis, vbi suscepissemus Spiritum filij, fiducia esset, eum qui naturalis dominus noster erat, Patrem ex gratia nominare. Cæterum, quemadmodum nos, quum dominum nostrum Patrem vocamus, non inficiamur nostram naturalem seruitutem: quippe, qui eius opera sumus: ipse enim fecit nos, & non ipsi nos: ita, quum Filius, serui specie suscepta, has voces edit (Dominus creauit me) inficiari non debet diuinitatis in illo æternitatem, aut eum in principio Verbum fuisse, omniaque per eum orta esse, & in ipso vniuersa creata esse. Illud autem Prouerbiorum dictum, vt iam prius admonui, non substantiam Verbi, sed humanitatem declarat. Nam quum ait, eum ad opera creatum esse, in eo videtur non substantiam eius voluisse significare, sed illius circa opera, negotiationem, & curam, quod quantum ad rationem existendi pertinet, sequentis temporis est. Quæ enim sunt & conduntur, primum essendi existendique causa in rerum naturam proueniunt: secundario deinde, vt aliquid faciant, quod Verbum præceperit, ac tale aliquid in omnibus aliis videre licet: Adam enim creatus est, non primum vt operaretur, sed vt homo existeret: postea autem, mandatum operandi accepit. Noe item creatus est, non ob arcam primum, sed vt homo fieret, deinde illi iniunctum vt operi incumberet, & arcam construeret. Et in singulis vbique hoc ipsum inuenis. Nam & Moses ille magnus, primitus homo natus est, deinde illi imperium suæ gentis concreditum est. Quapropter eadem ratione hoc quoque intelligendum est: nec mirum, quum videas eum creari, non vt in rerum natura esset (In principio enim erat Verbum) sed ad opera mitti, & ad eorum curam destinari. Nam priusquam opera

Matth. 11.

1. Reg. 25.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Christus
puer ap-
pellatus
quid.

Esai. 49.

simile.

Prou. 8.

Psal. 8.

Psal. 2.

Ad qua opera constitutus est Christus.

Ioan. 8.

existerent, erat quidem ille iam tum ab aeterno Filius, sed necdum erat vlla necessitas, vt idem crearetur. Cæterum, quum iam opera extarent, & necessum erat ea alicuius administratione castigari, tum demum Verbum sese dedit, vt condescenderet, & operibus simile efficeretur, quod nobis per hanc vocem (creauit) indicatum voluit. Et per Esaiam Prophetam simile quiddam ostendere cupiens, denuo in hac verba erupit: Et nunc ita dicit Dominus, qui formauit me ex vtero seruum sibi, vt congregem Iacob & Israel ad eum. Congregabor & glorificabor coram eo. Ecce etiam hic non vt sit, formatur, sed vt congreget tribus, quæ, antequam ipse formaretur, existebant. Nam vt illic (creauit) ita hic (formauit) & vt illic (opera) ita & hic (vt congregem) collocatum vides, quod ex omni parte conitaret: vbi iam Verbum Dei esset, tum demum illud (creauit) & (fixit) locum sui & mentionem inuenisse. Sicuti enim ante formationem extabant tribus, quarum gratia formatus est: ita quoque opera extitisse vides, ob quæ Filius postmodum creatus fuit. Neque à principio, cum Verbum extabat, operaque nondum cõdita erant, quemadmodum prædixi, sed quum iam subsisterent, & necessitas postulare, tum demum ea vox (creauit) in mediũ adducta est. Ac, veluti si filius seruis per suimet negligentiam amissis, & apud hostem detentis, necessario illuc à Patre mittitur, vt eos sua manu assertos recolligat, isque in eo itinere seruili schemate se induat, cultuque se dissimulet, ne, ipso agnito, plagiarij sese in fugam dent, atque inde prohibeatur, quod minus ad eos descendat, qui in locis subterraneis suppressi conduntur: atque si tum ab eo quæras, cur ea specie & habitu vti voluisset? isque responderet, patrem suum se ita deformasse, & adornasse ad opera sua: non ille quidem ex suis verbis intelligi vellet, se seruum aut opus esse, aut tum primum natalem initiumque sui habuisse, sed hæc omnia suscepisse, quod Patris mandata commodius impleret. Eodem modo Dominus noster indutus humana carne, & habitu inuentus vt homo, si interrogaretur ab iis, qui cum admiratione eius habitum cultumque viderent, probe responderit. Dominus creauit me initium viarum suarum, ad opera sua, & formauit me vt congregem Israël: quod prorsus idem est cum eò quod Spiritus sanctus in Psalmis enunciat, Constituisti eum super opera manuum tuarum. Quin & Dominus quoque hoc ipsum ostendit, quum inquit: Ego constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius. Itidem porro, quum corporaliter lumen suũ affudit monti Sion, non tum demum regni vel nascendi initium sortitus est, quum Verbum Dei æternus sit Rex: sed tum tandem sub humana specie regnum suum & ditionem in Sion inuisere ac illustrare dignatus est, vt illos nobiscum vindicatos à tyrannide peccati, Patris sui ditioni restitueret: Ita quoque constitutus est ad opera, non quæ nondum erant, sed quæ iam erant, & emendatione indigebant. Nam illud verbum (creauit) nec non & illud (formauit) & (constituit) quum sint eiusdem intellectus, non initium ortus ipsius aut creabilem eius substantiam denotant, sed nostram ex eius beneficio renouationem. Quinimo, quum ista ipsa loqueretur, iam tum docuit se ante opera fuisse, inquit: Priusquam Abraham fieret, ego sum: &

quum cælum instruebat, aderam vnà cum eo, & in harmoniam coaptabam. Cæterum, quemadmodum ex eo, quod ipse erat antequam Abraham fieret, quem deinde Iacob nascendo insecutus est, manifeste colligitur, eum, qui tum iam erat, postea formatum fuisse, eamque formationem non ipsius existendi initium, sed ab ipso assumptæ humanitatis exordium significare, in qua Israël em in vnum congregat: ita quoque ex eo, quod semper suo Patri adest, & rerum natura Dominus intelligitur: & quia extra controuersiam situm est, opera post illud condita esse, etiam illud verbum (creauit) certo deprehenditur, non ipsius essendi principium, sed curam præfecturamque eius in operibus, quam corpore obiuit, significare. Par siquidem fuit, vt ipse, qui alius diuersusque erat ab operibus & operum conditor, eorum instaurationem in se suamque curam reciperet, quod ille in nobis creatus, omnia in se recrearet & asserebat. Certe, quum hoc verbũ (crearet) loqueretur, statim subintulit causam mentionem de operibus faciens: vt illum creati ad opera, hominem fieri, ad hominum instaurationem intelligeres, eaque consuetudo est sacre scripturæ. Vbi enim innuit Verbi ortum in carne, substituere solet causam, cur homo sit factus: e diuerso, quum ipsum de sua deitate loquentem introducit, aut quum eius famuli de ea renunciant, omnia simplici dictione absolutaque sententia, nulla inserta causa, promulgantur. Patris enim est splendor: iam autem vt Pater non ob aliquam causam Pater est: ita neque splendoris, cur splendor sit, causa requirèda est: In principio igitur (inquit) erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: neque adiungitur isthic, cur Verbum factũ sit. Cæterum vbi Verbum caro factum erat, tunc causa apponitur, ob quam homo sit factus, quum dicit, Et habitauit in nobis. Rursum vbi Apostolus dicit, Qui quum in forma Dei existeret, sine additamento causarum, id dixit, nisi tum denique, quum subiungeret, speciem serui assumpsit: tum enim subintulit, Humiliauit se ipsum vsque ad mortem, & eam crucis: eorum enim rerum gratia caro factus est, & serui formam assumpsit. Ipse quoque Dominus plura in Prouerbiis locutus, quum de ipso loquitur, absolute loquitur, Ego in Patre, & Pater in me. Et, Ego & Pater vnum sumus. Et, Qui vidit me, vidit & Patrem meum. Et, Ego sum lux mundi, ego sum veritas: nusquam isthic causam, aut, cur ita esset, rationem subnexuit, ne secundus posteriorque ab illis esse videatur, quorum gratia talis esse incepisset. Necessum est enim, causam illo priorem esse, sine qua ipsum illud nunquam extitisset, Paulus igitur segregatus ad Euangelium, quod promiserat Dominus per Prophetas, Euangelij, quod ante ipsum fuit, minister factus est. Ioannes quoque delectus, vt esset præcursor Domini, ante se habuit Dominum. Cæterum, Dominus non habuit causam vt esset Verbum, nisi quod Patris esset germen & Sapientia vnigenita: quum tamen homo efficitur, tum causa substituitur, cur cum oporteat carnem gestare. Necessitas quippe indigentiaque hominum, anterior est quam illius natiuitas, qua sublata, carnem non induisset. Quæ autem fuerit ea necessitas, quæ causam attulit vt homo efficeretur, ipse dominus istis verbis palam fecit: Descendi e cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me. Voluntas est

Christi creatum ad hanc natiuitatem. Quia in mente inuenitur. Quia in mente inuenitur. Quia in mente inuenitur.

Ioan. 1.

Ioan. 1. Ioan. 1. Ioan. 1.

Necessitas causæ carnis. Ioan. 1.

porro

Ioan. 10.

Ioan. 12.

Ioan. 18.

Rom. 8.

Ioan. 9.

Christus non est creatura, quia non venit sui gratia, sed nostri.

simile.

Absurdũ

porro eius qui misit me, ista est, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est voluntas Patris mei, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et rursum, Ego lux in mundum veni, vt omnis qui crediderit in me, non maneat in tenebris. Et rursum apud Ioannem inquit, Ego ad hoc genitus sum, & ad hoc in mundum veni, vt testis sim veritati. Iam si Ioannes dicat, Ad id apparuit Filius Dei, vt demoliretur opera diaboli, pro martyrio igitur, & vt pro nobis mortem suscipere, & vt homines excitaret, Saluator venit, atque illa est causa aduentus ipsius: resurrectio alioqui non obtigisset, nisi mors fuisset: mors porro, quomodo in eo locum habuisset, nisi mortale corpus gestasset: id vbi ab eo Paulus didicerat, in hæc verba prorupit: Quoniam pueri consortes erant carnis & sanguinis, ipse quoque itidem earumdem rerum particeps esse voluit, vt per mortem aboleret eum, qui vim mortis habebat, diabolum, & liberaret eos qui metu per omnem vitam obnoxij erant seruituti, & quia per hominem mors, ideo & per hominem resurrectio mortuorum. Ac rursum, Nam impotentia legis, quatenus læguebat propter carnem, Deus misso Filio suo sub similitudine carnis peccati, de peccato peccatum in carne condemnauit, vt iustificatio reintegraretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulamus. Ioannes item, Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicaret mundum, sed vt mundus seruetur per eum. Saluator quoque idem de seipso loquitur, Ad iudicium ego in mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Non igitur propter seipsum, sed propter nostram salutem, & ob demolitionem mortis, & condemnationem peccati, & vt cæci visum reciperent, & vt omnes e mortuis excitarentur, aduenit. Si igitur non sui gratia, sed nostri venit, neque in sui ipsius vsum conditur, sed ad nostrum, fieri non potest vt sit creatura: verum vbi nostram carnem induerat, ita loquutus est. Iam, quod istiusmodi intellectum habeant scripturæ, ex Paulo discas: ait enim, vbi soluisset intermedium parietem septi, nimirum inimicitiam in carne sua, legem præceptorum in edictis aboleuit, vt duos crearet in seipso in vnum hominem nouum, pacem faciens. Quod si duo in eo creantur, isque sunt in corpore illius, merito igitur duos in se gestans creatos, ipse creatus esse dicitur. Atque ita duobus in eo creatis, congruenter dici potest: Dominus creauit. Nam quemadmodum ipse, nostris susceptis infirmitatibus, dicitur infirmari, quauis ipse infirmus non sit, vt pote qui sit potètia dei: & peccatum pro nobis factus esse & maledictio, quanquam ab eo peccatum non sit, sed quia gestauerat peccata nostra & maledictionem: sic & nos in seipso creans, de seipso dicit, creauit me ad opera, quum ipse creatura non sit. Quoniam, si secundum illos, de creabili essentia Verbi hoc putaretur dictum (Dominus creauit me) & Verbum pro creatura agnosceretur, propter nos vtique creatum nõ esset: quod quidem si concedas, sequetur, nos in illo creatos non esse, eum nõ in nobis, sed extra nos forisque haberemus, veluti doctrinam quandam, quæ ex magistro à discipulis accipitur. Quod si res ita se habet, nihilo minus peccatum carnis in nobis

remanens, regnũ suum vetus & tyrannidem obtinet, vt pote, nuquam inde ciectum. Cæterum, istis verba Apostoli paulo antè citata aduersantur. Eius enim (inquit) opus sumus, creati in Christo IESU. Quod si in Christo creati sumus, ergo ille creatus nõ fuit, sed nos in eo creati sumus. Et propter nos illata est metio istius vocis (creauit): Nam propter nostram necessitatem, Verbum quauis conditor esset, sustinuit vocem conditi in se referri, neque tamen vox illa quatenus Verbũ & Deus est, in eum quadrat, sed in nos, qui in eo creati sumus: & sicut Patre existente semper, semper quoque existit Filius, & quia semper extiterit, inquit: Ego eram in quo exhilarabatur, quotidie oblectabar in conspectu eius. Et ego in Patre, & Pater in me: ita quoque, quum pro nostra necessitate factus esset homo, congruenter, vt nos, quæ nostra sunt, loquitur: Dominus creauit me, vt eo in carne habitante, peccatum omnino eiiceretur, & nos liberos haberemus spiritus. Quid autem? eum iam hominem factum oportebat loqui? In principio eram homo: at illud minime in illum congruebat, neque verum erat: Quemadmodum autem non congruebat, vt hoc diceret: ita proprium & peculiare fuit de homine dici, eum creatum esse & factum esse: certe, ob id causa creationis adiuncta est, quæ lectionis difficultatem explicat ac dissoluit. Nam & isthic hoc verbum (creauit) causam cur creatus sit, subsequenter habet, quia ad patrem esset (ad opera). Contra, natiuitatem suam ex patre absolute exprimens, statim subintulit: Ante omnes colles genuit me: non, cur genitus esset, quemadmodum in hoc dicto (creauit) subiunxit ad opera sua, sed simpliciter & absolute, genuit me: quemadmodum & hoc, In principio erat Verbum. Nam etiam si opera cõdita non fuissent, æque tamen erat Verbum Dei, & Deus erat Verbum. Cæterum, vt fieret homo, nunquam destinatum fuisset, nisi hominum necessitas, eius rei causam præbuisset. Non igitur creatura Filius haberi poterit. Si enim creatura esset, nunquam dixisset, genuit me: nam creaturæ nihil essentia creatoris habent: quippe, quæ duntaxat sint opera. Verum, genitum esse, non extrarium quiddam quale esse quid. opus est, denotat: sed quiddam proprium, quod Genus, substantia Patris emerit, idcoque hæc opera nimirum inter res conditas numeres: Verbum contra, Creatum Dei vnigenitum Filium esse censeas. Imo, in mundi creatione non dixit Moses, In principio genuit Deus, neque in principio erat: sed, In principio fecit Deus cælum & terram. Neque ad eum modum Dauid, Manus tuæ genuerunt me: sed, fecerunt me, & formarunt me, locutus est: vbi que hoc verbum (fecit) in rebus creatis vsurpans. Omnia contra in diuersum obseruantur, vbi de Filio sit mentio. Non enim ibi dicitur, fecit, sed genuit? &, Eructauit cor meum verbum bonũ. Et in rerum creatione, In principio (inquit) fecit: de Filio autem, In principio erat Verbum. Est autem ea in istis differentia, quod creaturæ mox post initium condantur, & quod illud, In principio fecit, exordium essendi intercapedinatũ afferat: In filio contra, In principio erat Verbum: Est enim tale ac si diceres, ab initio fecit: eadem ratione, qua Dominus conscius suorum operum, Pharisaeos sub his verbis docuit: Ab initio qui creauit eos, marem & feminam ipsos fecit. Ab initio siue post initium, quum nondum Math. 19.

Ioan. 14.

Prou. 8.

Ioan. 1.

Genitum esse quid. Genus, fecit, & differunt. Gene. 1

Psal. 44.

essent, facta & condita sunt creatura. Id ipsum spiritus Sanctus per Dauidem eloquitur, Et tu ab initio Domine fundasti terram: & Recordare congregationis tuae, siue Synagogae, quam ab initio condidisti. Manifesto autem liquet, id quod per initium fit exordium habuisse ut fieret, & ab aliquo initio Deum congregationem condidisse. Iam, quod dicitur, In principio Deum fecisse, idem esse cum eo, quod est, incepisse facere, ipse Moses clarum facit, quum post omnia opera perfecta subiungit, Et benedixit Dominus septimae dici, ed quod in illa ab omnibus operibus requieuisset Deus, quae facere inceperat. Quapropter, quae sunt condita, ea aliquando esse inceperunt: e diuerso Dei sermo, quum non fortitus sit initium essendi, merito quoque non incepit esse, neque incepit fieri, sed semper erat. Et opera quidem in fiendo initium sui adipiscuntur, & principium semper res faciendas antecedit: Verbum autem non est, ex numero eorum quae fiunt, sed potius eorum quae principium habent, & opifex & conditor, & rerum factarum essentia. Nam quae ex eo ipso quod fiunt, mensuram modumque accipiunt, & ab aliquo initio initiantur, has per Verbum suum facit Deus, ut ea non existere, priusquam fiant, intelligere posses. Verbum autem ut sit, id non in vlllo principio, sed in Patre constitutum habet, qui etiam secundum illos principio caret, ut & ipse sine principio in Patre existat, ut Soboles, non ut creatura. Ita scilicet sacra scriptura differentiam geniti & creati accipit, & id quod est genitum Filium, nullo vnquam initio inchoatum, sed sempiternum esse declarat. Id autem quod factum est opus factoris, non ex factore naturam trahere ostendit. Ita quoque Ioannes de filio theologicis, agnoscensque vocum discrimina, non dixit, In principio factus est, aut conditus est: sed, In principio erat Verbum, ut per geniti naturam haec vox (erat) subaudiretur: id cauens, ne quis interuallum temporis intercessisse cogitaret, sed semper & aeternaliter Filium existere crederet. Istis ad istum modum probatis, qui sit, o Ariani, ut non intellectis Deuteronomij verbis, etiam illic denuo vos impios in Dominum exhibeatis, dicentes illum vel opus, vel creaturam, vel denique quiddam genitum existere? Idem enim, genitum & factum affirmatis significare, etiam isthic non minus quam alibi indocti & impij deprehendendi. Istud enim est, quod primu ibi dicitur, Nonne ipse est Pater tuus qui creauit te, & fecit te? Et paulo post in eodem cantico, Deum qui te genuit, dereliquisti: & Dei, qui te educavit, oblitus es In quibus verbis, mens scripturae, plane admirabilis: quippe, quae non in priori dicto posuit illud verbu (genuit) ne vox ea id discriminis, quod cum voce (fecit) habet, deperderet, & cauillationem aliquam ita dicendi isti nancisceretur. Moses certe, vbi statim ab initio Deum ita loquentem introduxisset, Faciamus hominem, postea ad istum modum verba fecit: Deum qui te genuit, dereliquisti, vocabulis istis ut promiscuis & nullo discrimine variatibus vsus: Idem enim id quod genitum est, & quod factum. Atqui, post hoc verbum (condidit) & (fecit) tum demum (genuit) adiecit, ut ipse locus sui aliquam interpretationem habere videretur. Nam in hoc vocabulo (fecit) verè declarat id quod est humanae naturae, nimirum, quod opera sunt & res creatae: in voce autem (genuit) ostendit

creatura esse inceperit, sed verba dei non inceperit esse.

Ioan. 1.

Deut. 32. Ibidem.

Condidit, fecit, et genuit quid

Dei erga homines, ex quo creati erant, humanitatem: & postquam ingratos se super iis rebus exhibuissent, iam inde Moses per improprium dicit: Hanc vicem Domino redditis: deinde subinfert, Nonne ipse est Pater tuus, qui creauit te, & fecit, & possedit te? Ac rursus, Sacrificauerunt daemones & non Deo, diis quos non nouerant quosque incognitos habebant Patres eorum, Deum qui te genuit, dereliquisti. Deus enim, non solum eos homines fecit, sed & filios appellauit, quasi qui illos genuisset: nam ea vox (Filius) hic eam significationem habet, quam hoc vocabulu (genuit) in se possidet: quemadmodum per Prophetam loquitur, filios genui & extuli. In summa, vbiunque scriptura Filium significare proponit, non per (creauit) sed omnino per vocabulum (genuit) denotare solet. Et hoc ipsum Ioannes videtur ostendere, dum inquit, Dedit iis potestatem filios Dei fieri qui credunt in nomen ipsius, qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: etiam hic pulchre se tuente vocabulorum obseruatione. Nam illud gigni, significat hic non naturales, sed adoptatitios nominibus filiorum appellari: Illud porro verbum (geniti sunt) ideo vsurpatum est, quod plane illis nomen, filij, esset inditu. Sed populus, ut propheta ait, vilipenderunt benefactorem. Caeterum, Dei beneuolentia est, quod quorum sit conditor, horum postmodum per gratiam Patrem se faciat: Facit autem se Patrem, qui iam conditi sunt (ut inquit Apostolus) suscepterint in cordibus suis Spiritum Filij, Abba Pater. Isti sunt qui suscepto Verbo, acceperunt potestatem filios Dei fieri. Aliter enim nunquam efficerentur filij, quum natura res creatitiae sint, nisi eius qui natura est Filius, Spiritum susceperint. Quapropter ut hoc fieret, Verbum caro factu est, ut hominem capacem Deitatis faceret. Eundem hunc intellectu & Malachias adfert: Nonne Deus creauit nos? & nonne vnus Pater omnium nostru? Etiam hic primo ordine consistit (creauit) & secundo ordine (Pater), ut & ipse ostenderet nos quidem ab initio creaturas esse, Deumque per Verbum suum esse nostru conditorem: postmodum vero liberos effici, & ex eo tempore Deus, qui conditor noster est, Pater noster appellatur. Pater igitur proprie ad Filiu refertur, non ad creaturam: adeo, ut inde certum sit, Filium esse: ac vicissim Deum non esse ex natura nostrum Patrem, sed eius qui in nobis est, Verbi: in quo, & per quem clamamus Abba Pater. Quemadmodum autem illud verum est: ita & Pater, in quibus viderit Filium suum, illos & ipse filios vocat, & dicit (genuit) quando quidem gignere, filij: facere autem, operum significationem insinuat, eaque de causa nos non primum gignimur, sed creamur. Si quidem scriptum est, Faciamus hominem, postmodum recepta Spiritus gratia, dicimur quoque tandem & generari. Quinimo & magnus ille Moses in cantico suo cum probo intellectu primum (creauit) deinde (genuit) subiunxit, ne, si audirent se genitos esse, obliuiscerentur suae primordialis naturae: sed ut cognoscerent se ab initio quidem creatos esse: & quanquam per gratiam generari dicuntur, quasi filij, aequè tamen ipsos homines ex natura esse, creaturasque permanere. Porro, quod non idem sit, id quod creatum & genitum, sed à se inuicem

Deut. 4. Reg.

Gen. 1. Gen. 2. Gen. 3. Gen. 4. Gen. 5. Gen. 6. Gen. 7. Gen. 8. Gen. 9. Gen. 10. Gen. 11. Gen. 12. Gen. 13. Gen. 14. Gen. 15. Gen. 16. Gen. 17. Gen. 18. Gen. 19. Gen. 20. Gen. 21. Gen. 22. Gen. 23. Gen. 24. Gen. 25. Gen. 26. Gen. 27. Gen. 28. Gen. 29. Gen. 30. Gen. 31. Gen. 32. Gen. 33. Gen. 34. Gen. 35. Gen. 36. Gen. 37. Gen. 38. Gen. 39. Gen. 40. Gen. 41. Gen. 42. Gen. 43. Gen. 44. Gen. 45. Gen. 46. Gen. 47. Gen. 48. Gen. 49. Gen. 50. Gen. 51. Gen. 52. Gen. 53. Gen. 54. Gen. 55. Gen. 56. Gen. 57. Gen. 58. Gen. 59. Gen. 60. Gen. 61. Gen. 62. Gen. 63. Gen. 64. Gen. 65. Gen. 66. Gen. 67. Gen. 68. Gen. 69. Gen. 70. Gen. 71. Gen. 72. Gen. 73. Gen. 74. Gen. 75. Gen. 76. Gen. 77. Gen. 78. Gen. 79. Gen. 80. Gen. 81. Gen. 82. Gen. 83. Gen. 84. Gen. 85. Gen. 86. Gen. 87. Gen. 88. Gen. 89. Gen. 90. Gen. 91. Gen. 92. Gen. 93. Gen. 94. Gen. 95. Gen. 96. Gen. 97. Gen. 98. Gen. 99. Gen. 100.

Verba (genuit) & (creauit) conuictum posita quid.

Deus est Pater factor & creator filij sui quomodo simile.

cem dissideant; & natura vocum; & discrimine significationum, in Prouerbiis ostendit: quum enim dixisset, Dominus creauit me initium viarum suarum, subiunxit, Ante omnes colles genuit me. Si igitur natura & essentia alicuius generis creaturarum Verbum fuisset: ac non potius distantia inter genitum & creatum reperiretur, non subiunxisset, genuit me: sed satis fuisset, creauit me, utpote, ea dictione tantundem significante, quantum in verbo (genuit) intelligere potuisses. Nunc autem quum dixisset, creauit me initium viarum suarum ad opera sua, superinduxit non simpliciter, genuit me, sed cum appendice coniunctionis: tanquam qui cauere & consulere vellet huic verbo (creauit) addidit hunc comitatum, ante omnes colles genuit me. Nam (genuit) coniunctim illatu cum (creauit) vna eandemque sententiam conficit, declaratque hoc verbum (creauit) ad certum quid referri, & causam ipsam cur creauerit. Illud autem (genuit) prius est significatione, quam hoc verbum (creauit). Quemadmodum vicissim si dixisset, Dominus genuit me, ac deinde subiungeret, ante omnes colles creauit me: omnino illud dictum, creauit me, praecederet tempore, & si hoc dictum, genuit me, posito non praecederet: ita, quum dixit primo loco, creauit, deinde substituit, ante omnia genuit me, necessario demonstrat, ipsum hunc prius genuisse, quam creauisse. Nam quum dicit, ante omnia genuit me, aliu se esse & diuersum à reliquis omnibus ostendit, quum superius probatum sit, nihil ex rebus creatis ante alia sui generis conditu fuisse, sed omnia simul vno eodemque mandato facta esse. Atque ideo, ea quae adhærent post hac vocem, creauit, addita non sunt huic sententiae, vbi dicit, genuit me: sed vbi creauit, dixerat, ibi subiunxit initium viarum. Contra, vbi ait, genuit me, non apposuit initium viarum, sed illam appendicem, ante omnia. Iam, si is qui ante omnia existit, non est primus omnium, sed alius diuersusque ab omnibus, in quoru numero etiam primus ille ceteris, satis liquet eum alium esse à rebus conditis, & plane constat, Verbum, quum aliud esset ab omnibus, & ante omnia, postea incepisse creati initium viarum ad opera, per assumptionem humanae naturae, ut (quemadmodum dixit Apostolus) qui est initium & primogenitus ex mortuis, in omnibus primatum habeat. Tali igitur subsistente differentia, inter creauit me, & genuit me, & inter initium viarum, & ante omnia, ille qui est omnium hominum creator, is (ut dixi) postmodum etiam Pater hominum efficitur, ob constitutum in hominibus domicilium sui Verbi. Caeterum, in Filio id in contrariam vicem retorquetur. Deus enim quum natura Pater sit sui Filij, postea eius factor & creator efficitur, quum factitiam Filius & creatitiam carnem homo factus inducat. Quemadmodum enim homines accipientes Spiritum Filij, filij per eum efficiuntur: ita quoque Verbum Dei, quum induerit hominem carnem, creati & fieri dicebatur. Si igitur nos naturales filij sumus, certum est & illum naturaliter esse creaturam, & factitium quiddam: sin autem nos per gratia & adoptionem efficiamur filij, clarum manifestumque est, etiam Verbum in nostri gratiam hominem factum de se merito hac verba dixisse, Dominus creauit me. Deinde, re creatitia indutus, quum secundum corpus similis nostri factus esset, merito iam inde frater noster & pri-

mogenitus ob similitudinem corporis appellatus est. Et si enim post nos, nostri gratia homo factus est, & frater noster ob corporis similitudinem, sed tamè inde primus est, & dicitur, ed quod omnibus hominibus perditis ex praeriaricatione Adae, eius caro ante alios seruata sit & liberata: nec mirum, quum ea esset corpus ipsius Verbi: deinde nos, utpote illi concorporales, per illud corpus in salutem vindicamur. Corpore enim illo Dux & Dominus noster in regnum caelorum ad suum Patrem accedit, dum inquit: Ego via & ianua, & per me omnes necesse habent introire. Unde etiam primogenitus ex mortuis dicitur, non quod primus: non primogenitum sit mortuus: nos enim praemortui eramus, sed quod pro nobis suscepta morte, eaque abolita, primus inter homines resurrexerit, & pro nobis suu corpus excitauerit: quo excitato, nos quoque; deinde ab illo & per illum excitamur ex mortuis. Quod autem primogenitus naturae rerum appellatur, id non ideo fit, quasi ipse caeteris creaturis coequaretur, aut quod primus illarum ratione sit temporis: qui enim id fieri queat, quum vnigenitus sit Deus, sed ob Verbi ad nostram humilitatem demissionem, id nomen illi inditur, qua ratione etiam plurimorum efficitur frater. Siquidem vnigenitus, ed quod nulli alij sunt fratres, vnigenitus nominatur: primogenitus autem contra, quia plures supersunt fratres. Ideoque nusquam in scripturis appellatur primogenitus Dei, neque creatura Dei, sed ista omnia vnigenitus, & filius, & Verbum, & Sapientia ad Patrem referuntur, ibique suam proprietatem habent. Vidimus enim gloriam eius, ut gloriam vnigeniti Patris sui. Et, misit Deus Filium suum vnigenitum: & In aeternum Domine Verbum tuum permanet: & Verbum erat apud Deum: & Christus Dei Virtus, Dei Sapientia: &, Hic est Filius meus dilectus: &, Tu es Christus Filius Dei viuentis. Porro, quod primogenitus dictus est, id ad eius demissionem, qua se ad genus creaturarum humiliavit, respectum habet: creaturarum enim primogenitus nominatur. Istud autem verbum (creauit me ad opera) causam, cuius gratia creatus sit complectitur: operum enim gratia creatur. Si igitur vnigenitus est, ut est, ne pro primogenito interpretentur. Sin vero primogenitus est, ne habeatur vnigenitus. Non enim idem potest vnigenitus & primogenitus esse, nisi alio atque alio referatur, ut vnigenitus quidem habeatur, ob generationem ex Patre, ut dictum est: primogenitus vero, ob condescensum ad creaturas, & multorum fratrum, quae inde efficitur congermanitatem. Quum igitur duo ista inter se ita contraria sint, merito quis dicat obtinere potissimum in Verbo proprietatem vnigeniti? ed quod non sit aliud Verbum, aut alia Sapientia, quam ipse, qui solus vnicus ac verus est Patris sui Filius: & non cum causa adiuncta, ut in superiori distinctione tractauimus, sed simpliciter vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris appellatus: primogenitus autem dictus cum additamento causae: creaturarum enim gratia primogenitus est factus: quam causam Paulus etiam suis verbis implicuit, dum ait, In eo creata sunt omnia. Quod si omnia ab eo creata sunt, aliud ipse à creaturis, & nequaquam creatura fuerit, quum sit creator omnium: neque ideo, quia ex Patre est, primogenitus appellatur, sed quia in eo rerum natura est condita.

Ioan. 10. Coloss. 1. Christus primogenitus ex mortuis dicitur quomodo.

Cur Christus vnigenitus dicatur.

Ioan. 1. Ioan. 3. Psal. 118. Ioan. 1. I. Cor. 1. Math. 3. Math. 16.

Vnigenitus et primogenitus quomodo possint esse idem.

Rom. 11. Qua ratione Christus dicitur primo primogenitus.

Et, quemadmodum ante rerum naturam ipse erat Filius, per quem rerum natura condita est: ita quoque antequam vocaretur primogenitus omnis creationis, nihilo minus ipse erat Verbum apud Patrem, & Deus erat Verbum. Verum istud minime intelligentes impij, circumagantur, & his Verbis se ingerunt, si primogenitus est omnis creationis, certum est eum unum esse ex rebus creatis. Stulti, si omnino omnis creationis primogenitus est, diversum ergo quiddam à rebus creatis fuerit: non enim dixit, primogenitus est omnium aliarum creaturarum, ne veluti vnus ex creaturis, ob cognationem haberetur, sed vniuersæ creationis, vt diuersum quiddam esse à creaturis intelligeretur. Ruben certe non primogenitus omnium liberorum Iacobi, sed tum ipsius Iacobi, tum fratrum est dictus, ne aliis à liberis Iacobi existimaretur. Apostolus autem non ita de Domino loquitur, vt sit primogenitus omnium, ne aliud quam nostrum corpus circumferre crederetur: sed vt sit primogenitus ob multos fratres, frater nimirum inter multos fratres futurus ob similitudinem carnis. Si igitur Verbum, vnum ex rebus conditis esset, diceret scriptura eum primogenitum esse aliarum creaturarum: nunc, quum sancti eum appellent primogenitum totius creationis, manifesto ostenditur, Filium Dei diuersum esse ab omni creatura, & nequaquam rem conditam. Nam si res condita sit, ipse quoque sui ipsius primogenitus fuerit. Quomodo igitur, ô stulti, idem primus & secundus esse poterit? Deinde, si creatura est, & omnis creatura per illum facta est, & in eo consistit, quomodo potest creare creaturam, atque vnus esse eorum, quæ in ipso consistunt? Veritas ipsa tam absurdam opinionem refutat, docetque eum primogenitum inter multos fratres appellatum fuisse ob carnis nostræ cognationem: primogenitum quoque ex mortuis, ed quod per eum, & cum eo resurrectio mortuorum inceperit. Primogenitum porro omnis creaturæ, ed quod pater suo in homines amore, per Verbum suum non solû omnia condere, verum etiam, quia creaturam, de qua loquitur Apostolus, accepta reuelatione filiorum Dei, liberare voluerit ab omni seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Atque ita creatura in libertatem vindicata, futurum est, vt & sit Dominus noster & istius & omnium adoptiuorum filiorum primogenitus: & vt in ipso qui primus dicitur, ij qui post ipsum subsequuntur, quasi suo principio conseruati coaptatique perdurare queant. Arbitror iam ipsis impijs hanc suam sententiam pudori esse: aut si ea nondum pudori est, & pro creatura eum omnino inter creaturas primogenitum appellari velint, animaduertant se illam brutis & inanimatis germanum & æqualem facere: nam & illa rerum naturæ partes sunt, & necessum est, eum qui primogenitus nûcupatur, tempore duntaxat primum esse, genere autem & similitudine congruere cum omnibus. Quum igitur talia dicant, nonne omnium impietatem longe transmittunt? aut quis eos ferat, talia loquentes? aut quis eos, vel ea tantummodo cogitantes non odio habuerit? Omnibus enim liquet illum non propter se, quasi & ipse creatum quiddam esset: neque, quia cognatam essentiam affinemque habebat cum rebus creatiis, nomine primogeniti vocatum esse, sed quia, quum primû conderet creaturas, attempauit & demisit se ad earum

rationem, vt illæ ad essentiam peruenire possent, quæ alioqui nõ tulissent eius naturam, indilutum illum scilicet & patrum splendorem, nisi pro Patris sui in homines amore, accommodans sese eas arripuisset, & ad existendi facultatem protraxisset; altera deinde causa est huius nominis, quod, vbi sese demio creatis condescendendo attempararat, ipsa creatura in ius filiorum adoptata sit, vt ita per omnia eius primogenitus efficeretur, tum in creando, tum in inferendo seipsum pro omnibus in mundum. Ita enim scriptum est, Quum induxerit primogenitum in mundum: additum deinde, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Audiant Christi perduelliones, & seipfos dirumpant, eo quod eius ingressus in mundum causam dederit, vt primogenitus omnium appelletur, ita vt Patris quidem vnigenitus, quoniam ex eo solus & vnicus est: creaturæ autem primogenitus, quoniam omnes per eum ius filiorum adoptionemque adipiscuntur. Quemadmodum porro, inter fratres primogenitus, & ex mortuis primitiæ dormientium factus est: ita quoque, quia oportebat eum in omnibus primatum habere, etiam principium viarum efficitur, vt qui in ea inistimus, perque eum (qui ita de se loquitur, Ego sum via & ianua) ingredienti participesque redditi cognitionis de Patre, audiamus & nos quoque, Beati immaculati in via: & Beati mundo corde. Iam, quum ipsa veritas declaret, Verbum non esse ex natura rem conditam, consequens est, vt deinde dicamus, cur principium viarum appellatur. Quoniam prima per Adam & via, & ianua perierat, & ex paradiso ad mortem deuegebamus, dictumque nobis fuit, Terra es, & in terram abibis: ideo Verbum Dei hominum amore, & Patris voluntate induit creaturam carnem, vt eam quam mortalem reddiderat primus homo præuaricatione, ipse proprio sanguine sui corporis viuificaret, & renouaret nobis viam recentem & viuam, per velum (vt Apostolus dixit) hoc est, per carnem suam. Quod etiam alijs verbis significat: vbi ait, Si qua in Christo noua creatura: & Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Quod si creatio innouata fuit, oportuit in hoc genere aliquem esse primum: merus igitur homo & puluereus, quales nos facti eramus, ex præuaricatione, is esse non poterat, ed quod in prima creatione fides ab hominibus seruata non fuit, eorumque culpa prima creatio perierat. Opus ergo fuit instauratore prioris creaturæ, & qui nouam creaturam cõseruaret. Non igitur ex genere hominum alius quispiam, sed ipse Dominus vt principium esset, condi voluit, quo efficeretur via nouæ creaturæ, ac de se merito diceret: Dominus creauit me principium viarum suarum, ad opera sua, ne vterius secundum primam illam viam homo viuere, sed quasi subsistente nouæ creaturæ exordio, Christum in se possidens huius nouæ creaturæ principem, in reliquum tempus se ei comitem præberet, qui ita de se loquitur, Ego sum via: idque in erudientis Collossensibus Apostolus dixit, Ipse est caput Ecclesiæ, qui est exordium primogenitum ex mortuis, vt in omnibus primatum haberet. Si enim (quemadmodum dictum est) ob resurrectionem mortuis ipse nuncupatur principium: tunc autem resurrectio facta est, quum nostram carnem gestans dedit seipsum pro nobis in mortem: manifesto patuerit, id quod ipse de seipso dicit, Dominus creauit

Exempli Coloss. 1. Apoca. 1.

Absurda

1i Cor. 3.

Heb. 9. Exh. 1. 11.

Simila

Psal. 13. Math. 1.

Corpus opus vnus vnus vnus vnus

Ioan. 17. Ioan. 17. Ioan. 5.

Prout. 8.

Prout creati vnus vnus vnus vnus

Ioan. 14. Ephe. 5.

Prout

Simile.

Psal. 101. Psal. 101. Psal. 70.

Gene. 2. Ioan. 14.

Immortalitas et via ad paradysum deerant homini.

Ioan. 17. Ioan. 17. Ioan. 5.

Prout. 8.

Christus humanitate assumptalangores nostros curare suscepit.

Ephe. 5.

uit me principium viarum suarum, non substantiam, sed eius aduentum in carne significare. Corpori enim mors peculiaris est, & quemadmodum ipsa mors peculiare quiddam & proprium est corporis: ita quoque aduentui carnis proprium & peculiare fuerit illud dictum: Dominus creauit me initium viarum suarum. Ita enim Domino iam secundum humanitatis rationem creato, primoque eorum authore effecto, qui denuo recuperabantur, primitiisque nostras ea quam assumpsit carne obtinente, bono consequio & ordine fit, vt post eum populus ille futurus procreetur, loquente Dauid: Scribatur ea in generationem alteram, & populus qui creabitur laudabit Dominum. Et rursus, Et renouabitur Domino generatio quæ ventura est: Et, Annunciabunt iustitiam eius ei populo, qui nascetur, quem fecit Dominus. Siquidem non amplius audituri sumus: In quacunque die comederitis ex ea, morte moriemini: Sed, vbi ego sum, ibi etiam & vos futuri estis: adeo vt nos ipsi de nobis hæc verba proferamus, Eius opus sumus conditi ab eo ad bona opera. Ceterum, quia homo opus dei, perfectus quidem ex creatione, sed defectuosus tam ex præuaricatione, per peccatum mortuus erat, indecensque fuit Dei opus in ea imperfectitudine manere: ideo super ea re obseruationes factæ sunt ab omnibus sanctis: quod apud Dauidem inuenias Psalmo 137. Dominus retribuet pro me. Domine, opus manuum tuarum ne despicias. Atque hinc est, quod perfectum Dei Verbum, imperfectum corpus sibi circumponit ac creati ad opera pronunciat, vt pro omnibus nostro debito soluto, ea quæ deerant homini, perficeret. Deerat autem homini immortalitas, & via ad paradysum: Et hoc est, quod à Salvatore dicitur: Ego te glorificaui in terra, opus absolui, quod dederas mihi, vt facerem. Et, Opera quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea: Rursus, Ipsa opera quæ facio, testantur de me. Quæ autem hic dicit opera sibi tradita esse à Patre ad perfectionem, ea sunt ad quæ ipse creatur, dum in Prouerbijs dicit, Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua. Idem enim vtrobique in verbis est: Dedit mihi Pater opera: &, Creauit me Dominus ad opera. Quo tempore igitur suscepit opera perficienda à Christo perduelles? inde enim illud (creauit) intelligitur, num in ipso initio, quum ex non entibus ad essentiam ea produxit? Id si dixeritis, falsum dixeritis: nondum enim tum vlla opera erant, & sermo indicat, eum, quæ iam erant, tractanda suscepisse. Sed neque pium est in id tempus referre, quod prius fuit, quam Verbum caro fieret, nõ superfluum reddatur eius aduentus, quum horum causa ille suum aduentum instituerit. Restat igitur, vt dicamus eum, tum quum homo factus erat, opera curanda suscepisse. Tum enim ea perfecit, curatis vulneribus nostris, donataque ex mortuis resurrectione. Si autem tum, quum Verbum caro factum esset, data sunt ei opera, manifesta res est, eum, quum homo fieret, tum ad opera creatum fuisse. Non igitur illud verbum (creauit) significatorium fuerit, eius substantiæ, vt iam sapius dictum est, sed corporalis natiuitatis. Tum enim, quia ex præuaricatione opera mutila erant, & clauda reddita, dictum fuit, eum corporaliter creati, vt iis absolutis & integritati restitutis, repræsentaret Patri Ecclesiam (vt inquit Apostolus) non habentem maculam aut rugam, aut

aliquid huiusmodi, sed sanctam & incontaminatam. Perfectum igitur in eo est, & restitutum, quemadmodum ab initio fuerat humanum genus, imo potius maiori gratia imbutum est. Excitati enim ex mortuis, nõ vterius mortem formidamus, sed in Christo regnabimus perpetuo in cælis. Id autem tum factum est, quum Dei Verbû Deo propriû, & ex patre natum, quod ex patre existit, induerat carnem, & homo effectus erat. Si enim ille quum iam creatura esset homo fuisset redditus, mansisset homo, ita vt erat, nihil coaptatus & coalescens cum Deo. Qui enim, si ille creatura fuisset, per creaturam creatori coaptari & conseruari potuisset? Aut quod subsidium à similibus ad similia peruenisset, quum & illa æquè subsidij egestate laborassent? Quomodo porro, si creatura fuisset Verbum, sententiam Dei abrogare potuisset, aut dimittere peccatum? quum sit scriptum apud Prophetas, id Dei esse opus. Quis enim Deus sicuti tu, auferens peccata, & superans iniquitates? Lata enim sententia à Deo fuerat: Terra es, & in terram abibis. Si igitur mortales facti erant, quum fieri potuit, vt à rebus creatis peccatum solueretur? liberauit ergo eos Dominus, vt ipse suis verbis professus est: Nisi vos Filius liberauit, eoque quia liberauit, certum indubitarumque reddidit, se non esse creaturam, aut quippiam aliud ex rebus conditis, sed proprium Verbum & imaginem substantiæ Patris: qui ab initio hanc sententiam tulerat, quique solus peccata remittit. Quoniam igitur loquutus erat in Verbo, Terra es, & in terram abibis, probe & congruenter per idem illud Verbum & libertas, & rescissio condemnationis perfecta est. Sed poterat (aiunt) Deus, etiam si Saluator creatura existeret, vel loqui tantummodo, & ita soluere maledictionem. Illud ipsum etiam iis ab alio quopiam obtrudi poterit. Poterat etiam sine villo aduentu Christi, solummodo loqui Deus, & soluere maledictionem. Cæterum spectandum est isthic quid hominibus sit vtile, non, quid situm sit in viribus Dei. Si quidem poterat etiam ante exedificatam arcam Noë, eos qui præuaricati fuerant, interimere: sed tamen non, nisi ædificata arca, illud facere sustinuit. Poterat etiam sine Mose duntaxat loqui, & sic educere populum ex Ægypto, sed vtile erat id per Mosen fieri. Poterat sine iudicibus conseruare populum, sed erat ex re populi, suis temporibus iudicem exurgere. Poterat etiam ne semel quidem venire Deus: aut si venisset, non tradi Pilato, sed tamen sub summationem seculorum venire, & quum ad mortem quæreretur, seipsum indicauit: Ego sum (inquiens). Quod enim facit, id ipsum & vtile est hominibus, & aliter fieri non decuit. Porro, quod vtile & decorum est, id cura sua & prouidentia instruit. Venit igitur, non vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret, nostramque salutem operaretur. Quinimo, qui poterat ex ipso cælo legem dicitare, non rat vtile esse hominibus, si è Sinai eam promulgaret, idque ideo fecit, vt & Moses ascendere posset, & illi de proximo sermonem audientes, melius crederent. Atque adeo ipsa rei ratio, negociique conditio, hac in parte spectare debuit. Si enim ob vires suas, per quas id potuit, verbo edixisset, & ita maledictio aboleretur, imperatis quidem potetia in conspicuo pateret, homo tamè eiusmodi effectus fuisset, qualis Adam ante præuaricationem fuerat, extrinsecus accipiens gratiam, non autem eam suo corpori

Absurda

Mich. 7. Gene. 3.

Gene. 3. Obiectio. cur Deus nõ soluerit maledictionem sine aduentu Christi. solutio

Omnia opera Christi vtilia hominibus Ioan. 12.

Exo. 19.

coagglutinata tenens. Talis siquidem antea fuit, quam in Paradiso collocaretur: forsitan etiam deterior euassisset, utpote qui iam prauaricari didicerat. Quod si euenisset, ut à serpente deciperetur, iterum opus fuisset Dei loquentis imperio, ut ita maledictio solueretur, atque eo modo necessitas eius rei in immensum recurrisset, & nihilo ob id minus remansissent homines obnoxij, seruientes peccato: ac proinde semper peccantes, semper opus haberent veniæ condonatore, neque vnquam illis à vindice fatisferi posset, semper legi ob carnis infirmitatem succumbentibus. Rursus, si Filius creatura esset, nihilo minus homo mortalis remaneret, utpote non coaptatus Deo: Non enim creaturâ per creaturam Deo coaptata fuisset, quum ipsa coaptatorem requisisset. Neque pars rerû creatarum, salus esse poterit rerum creatarum, quum illa ipsa quoque salutis sit indiga. Ne igitur illud fieret, mittit Deus Pater Filium suum, & ille efficitur Filius hominis creaturam carnem assumens, ut quoniam omnes obnoxij erant morti, ipse autem alius atque diuersus ab omnibus, pro omnibus suum corpus morti offerret. Ac deinceps veluti omnibus per eum mortuis, sermo eius sententiæ impleretur: Omnes enim mortui sunt in Christo: omnes item per eum renascuntur, ut liberi iam inde à peccato, & ea quæ per peccatum sit, maledictione verè permanent in æternum à mortuis excitati, & immortalitate & incorruptibilitate induantur. Verbo siquidem amictio indutoque carne, quemodmodum sapius ostensum est, omnis morsus serpentis penitus in carne extinctus est, & si quid ex carnalibus motibus suppellabat rescissum est, pariterque sublata est peccati assecla mors, ut ipse inquit: Venit princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquã. In hoc enim manifestatus est (scripsit Ioannes) ut solueret opera diaboli, quibus solutis, omnes ob cognitionem carnis Christi, à carne in libertatē vindicati sumus, ac iam deinde & nos quoque coaptati sumus Verbo. Coaptati autem Deo, non amplius in terra permanemus, sed vt ipse loquitur est, vbi ipse est, ibidē & nos futuri sumus, neque iam in reliquū tēpus serpētem formidabimus. Confectus enim in carne persequente eum Salvatore, audit deinceps, vade post me sathana: atque ita ex paradiso eiectus est in ignem æternū: Neque nobis cauendum erit à maleuada fœmina. In resurrectione siquidē neque in matrimoniū ducunt, neque ducuntur: sed tales sunt, quales ipsi Angeli: & in Christo I E S V noua creatura erit; neque vel masculus, vel fœmina, sed omnia in omnib⁹ erit Christus. Vbi porrò Christus, quod genus ibi metus aut periculi fuerit? At qui illud fieri non potuisset, si Verbū creatura fuisset. Aduersus enim creaturam creaturę cōiunctam, diabolus perpetuo vires pugnandi habuisset, & homo intermedius formidine mortis semper laborasset, non habens in quo, & per quem Deo coaptaretur, & liber ab omni metu euaderet. Quapropter ipsa veritas declarat non esse Verbum rem creaturam, sed potius rerum opificem. In hoc siquidem assumptum est ab illo creaturam & humanum corpus, quod illud vt opifex & conditor renouaret in se, ac deificaret, atque ea ratione nos omnes in regnum cœlorum itidem ac seipsum introduceret. Rursus, deificationem in se nō sensisset homo creaturæ coaptatus, nisi filius, verus deus extisset, neque

Recōsiliatio fieri per creaturam nō potuit inter deū et homines.

1. Cor. 9.

Ioan. 5.
Ioan. 9.

Luc. 10.
Mat. 12.

adstitisset Patri homo, nisi naturaliter verum Patris Verbum fuisset, quod carnē induerat. Et quem admodum neque à peccato, neque à maledictione v indicati fuisset, nisi verè ea naturaliterque humana caro fuisset quam Verbum sibi induerat: nihil enim nobis cōmune cum re aliena: ita quoque non Deificatus fuisset homo, nisi naturaliter ex patre verum ac proprium illius Verbum fuisset, quod caro factū est. Ideo enim ea coaptatio instituta est, vt deitas vera, & vt sic dicam, naturalis, verum & naturalem hominem sibi confereret, & stabilis efficeretur hominis salus ac deificatio. Quapropter, qui negant eum ex patre esse, naturalēque eius & substantiæ ipsius propriū Filium, negent quoque eundem veram, & humanā carnē assumpsisse ex Maria semper virgine. Nihil enim nobis hominibus inde emolumenti, aut commodi, nisi Verbum naturalis sit ac verus Dei Filius, nisi que vera sit caro, quam assumpsit. Sed assumpsit veram carnem, etiam si insanat Valentinus. Est quoque naturaliter Verbum verus Deus, etiam si rabiant Ariani, & in illa carne factum est initiū nouæ creaturæ, eò quod ipse creatus sit homo pro nobis: & viam illam nobis renouauit, vt dictum est. Verbum igitur ex natura, neque creatum aliquid, neque opus fuerit. Idem enim sunt, & creatura, & factum & opus: & si creatura, vel factum quiddam esset, utique etiam opus esset. Eaque de causâ non dixit, creauit me opus, neque cum operibus fecit, ne aut naturâ, aut substantiâ, creatura videretur esse: neque vt faceret opera, ideo eum creauit, ne denuo iuxta vesaniam impiorum, quasi organum quoddam videretur propter nos creandos institutum: neque item dixit, ante opera creauit me, ne, vt est genitum quiddam ante omnia, ita quoque creatus ante omnia opera, nihil discriminis statuere crederetur inter gigni & creari: sed cum summa cautione locutus est, ad opera creauit me, quod idem est ac si diceret, Pater me ad carnem fecit, authorque fuit, vt homo fierem: vt rursus istinc demonstrari possit, illum non esse opus, sed genitum quiddam: Vt enim is qui ingreditur ædes, non est pars aliqua ædium, sed diuersum quiddam ab ædibus: ita quoque qui ad opera creatur, alius natura fuerit, quàm opera: Si ergo pro vestra sententiâ Verbum Dei opus censendum est, agite quæso, dicite mihi vos Ariani, qua manu, aut quânam sapientia opus istud confectum est? Omnia enim opera, quæ facta sunt, manu & Sapientia Dei facta sunt, loquente ipso Deo, Manus mea fecit hæc omnia. Dauide quoque attestante, Tu Domine ab initio fundasti terram, & opera manuum tuarum sunt cœli: ac rursus Psalmo centesimo quadagesimo secundo, Memor fui dierum priscorum, meditatus sum in operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. Ergo, si in manu Dei omnia quæ facta sunt, absolutionem perfectitudinēque suam acceperunt, & scriptum est, omnia per Verbum facta esse, & citra cum factum esse nihil: Et rursus, Vnus Dominus I E S V S, per quem omnia, in quo omnia, euidentis conspicuumque est, illum opus esse non posse: quippe, qui ipse sit manus & Sapientia Dei. Id cognoscentes etiam Martyres illi Babylonij, Ananias, Azarias, Mizaël, refutant Arianorum impietatem: dicentes enim, benedicant omnia opera Dominum, tum ea quæ in cœlo sunt, tum ea quæ in terris degunt:

Similitudo Christi Deus & homo.

Valentinus hæreticus asserit Christum verum carnem assumpsisse.

Esai. 64. Psal. 103.

1. Cor. 1.

degunt: in ea summa, omnes creaturas vt opera adnumerarunt, sed in numero eorum Filium ipsum non constituerunt. Non enim dixerunt, & tu Verbum benedic, & hymnum cane tu sapientia, vt ostenderent alia omnia esse ex eorum catalogo, quæ & opera sunt, & hymnum cantant: Verbum contra, non esse opus aut ex cœtu canentium, sed potius cum Patre decantatur, adoratur, & Diuinis laudibus celebratur, quum sit & Verbum illius, & Sapientia & operum architectus. Id quoque Spiritus in Psalmis cum pulchra obseruatione elocutus est: Rectum est Verbum Domini, & omnia opera eius in fide. Quemadmodum & in alio Psalmo recensuit, Quam magnifica sunt opera tua, omnia in Sapientia fecisti. Iam si Verbum opus esset, plane Verbum in Sapientia factum fuisset, neque illud ab operibus discriminaisset scriptura, neque ista quidem opera dixisset, illud vero Sapientiam Dei nominasset: nunc illud ab operibus segregans scriptura, probe ostendit, Sapientiam opificem esse: non opus. Eadem quoque distinctione & Paulus vsus est scribens ad Hebræos, Viuidum est enim Verbum Dei, & efficax & penetrantius omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad internodia animæ & spiritus, compaginesque simul & medullas, facultatēque habet iudicandi de cogitationibus, ac nulla creatura est inuisibilis coram illo: omnia autem nuda sunt & conspicua oculis eius, apud quem nobis sermo. Ecce, tibi res conditas creaturam appellat: Filium autem pro Verbo Dei agnoscit, ac talem qui sit aliud à rebus creatis: ac rursus quum ait, Omnia esse nuda & aperta oculis eius, ad quem nobis est sermo, alium illum à rebus omnibus ostendit, ac proinde ille iudicandi potestatem habet: creata autem obnoxia sunt singula pro se, vt illi rationē reddant. Atque ita vniuersa creatura nobiscum congemiscēte, pro liberatione ex seruitute corruptionis, satis ostenditur aliū esse Filium à creaturis. Si enim creatura esset, & ipse quoque vnus ex numero gementium esset, opusque haberet eo, qui ipsum & Filium redderet, & à seruitute cum cæteris vindicaret. Quod si omnis creatura vna gemiscit & suspirat libertatem à seruitute corruptionis, nec filius vnus ex catalogo suspiratium est, aut eorum qui libertate indigēt, sed potius est qui filios nos reddit, & liberat omnia, cum dicat Iudæis eius temporis: Seruus non manet in æternum in familia, sed Filius in æternum manet. Si igitur Filius vos liberaret, verè liberi eritis: luce clarius ex istis deprehenditur non esse creaturam Verbum Dei, sed Filium verum & genuinum Patris sui. De hoc igitur dicto: Dominus creauit me initium viarum suarū, tametsi pauca ista sint, tamen sufficere arbitror, quæ doctoribus occasionem præbeant maioris copię ad tollendam hæresim Arianam. Cæterum, quoniam proximum deinde versiculum lectitantes hæretici, prauiter de eo quodque sentiunt, in quo scriptū est: Ante æuum fundauit me, arbitranturque illud ad deitatem Verbi, non ad aduentum eius in carne referendum esse, necessum, vt hoc quoque versiculo explicato, eorū errorem aperiamus. Scriptum ita habet: Deus Sapientia fundauit terram. Si igitur Sapientia terrā fundauit, quū sit, vt ille fundator fundamentum fiat: sed prouerbiale opificem & illud quoque dictum habet, eiusque sensus inuestigandus est, vt cognoscamus, Patrem quidem Sapientia ar-

Psal. 32.
Psal. 103.

Hebr. 4.

Ioan. 8.

Psalm. 8.

Psalm. 3.

chitectari & fundare terram, vt sit firma & permanent: Sapientiam verò fundari propter nos vt initium fiat, & fundamentum nouæ nostræ creaturæ, & instaurationis nostræ. Certe non dixit, ne in istis quidem verbis ante æuum Verbum aut Filium me fecit, ne quasi initium fieri videretur adipisci: id enim ante omnia exquirendum est, an Filius sit, & principaliter super ea re scripturæ excutiendæ sunt. Hoc siquidem ita esse, post interrogationem Apostolorum Petrus sua responsione declarauit, quum ait, Tu es Christus Filius Dei viui: illud quoque pater Arianæ sectæ imprimis percunctatus est, Si tu es Filius Dei, &c. Nam hoc nouerat verum esse, & columē nostræ Fidei: & si filius esset, iam finem instare suę diabolicę tyrannidi: contra, si creatura esset, fieri nō posse, quin vnus ex posteris Adæ esset à se decepti: ac proinde si res ita se haberet, nihili eum esse faciendum: Et hoc ipsum fuit, cur eius temporis Iudæi stomacharentur, quum Dominus se Filium Dei, & Deum sibi Patrem esse pronunciaret. Nam si se vnum ex creaturis nominasset, aut aliquid ex operibus Dei, non obstupuisset hæc audientes, neque pro blasphemia talia verba imputassent, quum scirent, & Angelos ad Patres profectos esse: sed quia se Filium dicebat, satis animaduertebant, non esse in iis uerbis notam aliquam aut characterem creaturæ, sed esse indicium deitatis, & naturæ paternæ. Oportuit igitur Arianos, quanquam imitatores patris sui diaboli curiose obseruare, vt si dixisset, Verbum aut filium me fundauit, sentirent ea quæ sentiunt: quod si ita locutus non esset, absterent ea admentiri & comminisci, quæ non sunt. Non enim dixit, ante æuum Verbum aut Filium me fundauit, sed simpliciter, fundauit me, vt denuo ostenderet (quemadmodum dixi) se non sui causa, sed propter eos qui ipsi inædificandi erant, ita de seipso prouerbialiter locutū esse, idque quū cognitum haberet Apostolus, dixit: Aliud fundamentum nemo potest collocare præter id quod positum est, quod est I E S V S C H R I S T V S: quisque autem videto, quomodo superinædificet. Necessum autem est fundamentum tale esse, qualia ea quæ superinædificantur, vt congruant inter se. Verbum igitur quatenus Verbum est, non habet aliquos qui secum congruant, vnigenitum enim est: cæterum, quatenus homo factus est, similes sibi & congruentes habet, utpote, cum quibus etiam similem carnem induerit. Quocirca quantum ad humanitatem, fundatur, vt & nos super eum veluti preciosi lapides inædificemur, efficiamurque templum habitantis in nobis Spiritus Sancti. Vt autem ipse fundamentum est, nos autem lapides super eam inædificati, ita ipse rursus vitis est, nos autem palmites cohærentes, & conferti, non substantia Deitatis, id enim impossibile, sed ratione humanæ conditionis: palmites siquidem cōsimiles esse oportet viti. Iam, quia nos similes secundum carnem illi sumus, & quia alioquin hæreticos humana sentientes, ex eplis humanis refutare oportet, iisdem verbis, quibus supra, vtendū existimo. Non dixit igitur, fundamentum me fecit, ne veluti operis, & rei principio aliquo inchoatæ, in hoc dicto improbam occasionem ad impietatem expiscarentur: sed, fundauit me, inquit: Iam, quod fundamentū sit, fundatur quidem per lapides illi superinædificatos, sed non simpliciter: tū enim proprie fit, quū

Mat. 16.

1. Cor. 3.

Christus quatenus homo fuit fundamentū Ecclesiæ. Christiani sunt lapides adificij Christi.

Simile.

Fundavit me quid.

Tit. 2. Christi incarnatio preparata et designata ante mundi constitutionem.

Dei bonitas erga genus humanum.

2. Tim. 1.

Eph. 1.

Spes salutis a Deo nobis in Christo preparata ante aevum.

pro saxo é monte tollitur, & in imis terræ collocatur: Hactenus enim, dum in monte saxum est, nondum adhuc vel fundamentum, vel fundatum esse dici potest, sed quum vltus postularit, & in effossa terra collocatum fuerit, tum denique, si ei loqui concederetur, diceret de seipso, fundavit me, quum ita ex monte in istum locum transfectum esset. Ita quoque & Dominus, quum fundatus esset, non initium existendi accepit, utpote iam antea Verbum, sed quum nostram carnem induisset, quæ ex Maria decisam accepit, tum inquit, fundavit me, quod idem valet, ac si diceret, Verbum cum essem, terreno corpori me iniecit: ita enim nostri gratia fundamentum efficitur, cum, quæ nostra sunt, accipit, ut nos veluti incorporales, coaptatiq; & colligati in eo per similitudinem carnis, in virum perfectum euadentes, immortales incorruptique permaneamus. Illud porro, quod scriptum est, ante eum, & antequam terra conderetur, & antequam montes firmarentur, neminem perturbet: pulchre enim & illud cum istis verbis coniunctum est, fundavit me, & creavit me: Id enim rursus dispensationem incarnationis eius attingit: Gratia siquidem Patris erga nos nuper apparuit (ut Apostolus inquit) quum ad nos Christus devenisset: sed tamen illa antè preparata, destinataque fuit, quam nos efficeremur, quin potius ante constitutionem mundi. Causaque eius rei quodammodo & bona & admirabilis. Non congruum enim erat Deo, postea tandem de nobis deliberare, ne aliquid nostri videretur ignorasse. Creans igitur nos per suum Verbum omnium rerum Deus, cognita habens nostra melius quam nosmet ipsi, prospiciensque nos bonos quidem creatos, sed postea tamen præuaricatores futuros præcepti sui, eiiciendosque ex paradiso ob contumaciam, ipse ut humanus & bonus, iam antea instituit in Verbo suo nostræ salutis procuracionem: ut, quanuis decepti à serpente excideremus, non tamen penitus extincti maneremus, sed habentes in nobis per Verbum iam antè preparatam redemptionem & salutem, iterum resurgentes immortales perseveraremus, cum filius pro nobis initium viarum creatus fuisset: & qui primogenitus est creaturæ, primogenitum se fratrum reddidisset: & qui primitivus est mortuorum, resurrexisset. Id Divus Apostolus ille Paulus scribendo ita esse docet, dum illa Prouerbij dicta (ante aevum) & (priusquam terra fieret) exponit in sua ad Timotheum epistola, Collabora Euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit & vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quæ data est nobis in Christo IESU, ante tempora æterna. Manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri IESU Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam. Ad Ephesios item: Benedictus Deus & Pater domini nostri IESU Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus in Christo. Quemadmodum elegit nos in se ante iacta fundamenta mundi, ut sancti essemus & incontaminati coram ipso, quum iam animi benevolentia prædestinasset, ut nos sibi in filios adoptaret per IESUM CHRISTUM. Quomodo igitur elegisset nos antequam fieremus, nisi ut ipse dixit, in eius animo iam antea præfigurati delineati que fuisset: aut quomodo omnino, priusquam homines crearemur, nos designasset in adoptiuos filios, nisi ipse fi-

lius ante aevum fundatus fuisset, suscepta nostri procuracione? aut quomodo, ut Apostolus ait, hæc des participes prædestinati fuisset, nisi ipse Dominus ante aevum fundatus fuisset, ut ipse iam tum propositum haberet, ut omnem pro nobis, quæ contra nos erat, iudicij hæreditatem, in se per carnem reciperet, ut ita iam nos in illo filij redderemur? Aut quomodo ante æterna tempora acciperemus, nondum conditi, nisi in Christo IESU dona gratiæque reposita fuissent, quæ ad nos pervenirent? Ideoque in iudicio, quum unusquisque pro ordine suo meritisque quod æquum est, recepturus est, dicit, Agite benedicti Patris mei, pro hæritate vestra possidete regnum vobis preparatum à primis mundi fundamentis. Quomodo igitur, aut in quo, antequam nasceremur, id preparatum esset, nisi in Domino ante aevum in hoc ipsum fundato? quo nos, quasi super eum inædificati, ut lapides bene coaptati, participes redderemur eius, quæ ab illo deriuatur, vitæ & gratiæ. Eaque res ita acta est (quatenus pio homini utcumque in mentem venire potest) ut, quemadmodum iam antea loquutus sum, resurgens à morte non diurna, æterna vita frui possemus: quod nulla ratione fieri licuisset, quatenus è terra oriundi sumus, nisi ante aevum preparata fuisset nobis in Christo salutis spes. Verbum igitur in nostram carnem ingrediens, creatumque ut esset principium viarum, ita fundatur, quemadmodum Pater voluit (sicuti dictum est) ante secula, & antequam terra fieret, & montes collocarentur, aut fontes emicarent, ne, quum terra & môtés speciesque rerum, quæ ante oculos est, præterierint in consummatione instantis seculi, simili ratione & nos quoque inueteralceremus, sed postea viueremus habentes in nobis in ipso Verbo quod nos elegit, preparatam ante secula vitam & benedictionem spiritualem: Ita enim poterimus non vitam quidem hanc nostram temporariam habere, sed in posterum viui in Christo perseverare. Cæterum, quia ante ista omnia, vita nostra fundata fuit & preparata in Christo (non enim in alio quopiam vitam nostram fundari decuit, nisi in Domino ante secula existente, per quem & secula condita sunt) ideo fit, ut vita nostra in eo nitente & constabilita possimus & nos quoque vitam æternam obtinere. Deus enim utpote bonus, semper hoc voluit, cognoscens nostram infirmam naturam egere suo auxilio & conseruatione. Ac quemadmodum sapiens architectus secum destinans domicilium ædificare, simulque cupiens id denuo instaurare, si post ædificationem vitium fecerit, præparat inter hos cogitatus materiam, eamque opifici suppeditat ad instauracionem: atque, ut ibi apparatus renouationis tempore ædificationem antecedit, eodem pacto nostræ ante nos salutis renouatio fundatur in Christo, ut in Christo, nostri recuperatio instauratioque fieri possit. Voluntas certe destinatioque eius rei ante secula instituta fuit: res tamen ipsa tum demum perfecta est, cum necessitas hoc ipsum requirebat, & ipse Saluator aduenisset. Ideo enim Dominum pro nobis oportebat in cælo esse, ut nos eò reciperet in vitam æternam. Sufficiunt igitur ista ad documentum, non esse creaturam Verbum Dei, & rectam istius proloquij sententiam. Veruntamen, quia hoc ipsum scrutinio expensum ponderatumque, rectam in omnem partem significationem habet, consequens

Psal. 103

Ratio nostra Imago verbi Dei. Sapiencia nostra Imago sapientie Diuinae. Ioan. 14.

Cur sapientia se creari dicat. Matt. 10. Simile.

Rom. 1.

consequens fuerit, ut mentem verborum explicemus. Quid scis? an tam multis refutationibus in pudorem erubescerentiamque redigi queant? Opus igitur denuo superioribus verbis: de eodem enim intellectu Prouerbioque & Sapiencia tractandum. Quippe, qui non dixerit seipsum naturaliter creaturam, sed sub prouerbiali schemate, se creatam à Domino, certumque est ibi mentem aliquam latere: non ea quidem quæ in præsentia sese offert, sed abstrusam penitus, quam tamen reperire liceat, si velamen phraeos & prouerbij detraxeris. Quis enim creatricem Sapienciam de se ipsa audiens loquentem, Dominus creauit me ad opera sua, non statim quærat, quid sibi hoc velit: aut qui fieri possit, ut creatrix creetur? Quis item audiens, vnigenitum Filium Dei, initium viarum creati, non expiscatur eius rei intellectum? secum admirans, qui fieri possit, ut vnigenitus, multorum aliorum primus & principium fiat? ænigma nimirum est. Sed tamen ingeniosus parabolas, & tenebricosum sermonem, dictaque & ænigmata sapientum facile intellexerit. Vnigenita igitur, ipsaque ex se Sapiencia Dei, opifex est & creatrix rerum omnium: Omnia enim (ut inquit) in Sapiencia fecit, & impleta est terra creaturis tuis. Cæterum, ut res non solum condita essent, sed & bene condita essent, placuit Deo, ut sua ipsius Sapiencia se creaturis accommodaret, quod formula aliqua, speciesque saltem imaginis suæ omnibus rebus tum publice, tum priuatim inferri possit, ut illæ eo modo scitæ sapienteq; effectæ dignæ videri possent, quæ opera Dei censentur. Ut enim Verbi siue Rationis Dei, nostra ratio simulachrum existimandum est: ita quoque eius Sapienciæ hæc nostra sapientia Imago quaedam existimari debet, in qua vim sciendi sentiendique adepti, capaces efficiamur creatricis Sapienciæ, & per eam cognoscimus Sapienciæ Patrem. Nam qui habet, inquit, Filium, habet & Patrem: & qui accipit me, accipit & illum, qui me misit. Quia igitur istiusmodi sapiencia & in nobis, & in omnibus operibus inserta est, non iniuria ea quæ vera est Sapiencia & architectrix rerum, quæ ad ideam suam congruunt, sibi ipsi inter loquendum imputans, hunc verborum modum concepit, Dominus creauit me in operibus. Quæ enim nostra sapientia loqueretur, ea Dominus tanquam propria sibi suis verbis usurpar. Non enim creatur creatrix, sed propter imaginem sui rebus creatis ingenitam, ipsa se creari dicit. Et quemadmodum ipse Dominus locutus est, qui vos excipit, me excipit, eò quod formula eius in nobis sit: ita quoque, tamen res creatæ id ipsum non sint quod ille est, tamen ob simulachrum Dei, & formulam, quæ in creatis est, veluti ipse crearetur, ad hunc modum loquutionem moderatur, Dominus creauit me initium viarum ad opera sua. Eadem ratione etiam in operibus indita est Sapienciæ effigies, ut (quemadmodum dixi) mundus per eam agnosceret suum opificem, Rationem videlicet siue Verbum, & per verbum Patrem. Et illud ipsum est, quod Paulus ait: Id quod intelligibile est Dei, manifestum est illis: Deus enim illis manifestauit, siquidem inuisibilia eius, ex creatione mundi operibus animaduersa perspiciuntur. Quapropter ratione suæ essentia, Verbum creatura haberi non potest, sed de nostra, quæ in nobis est, sapientia, in Prouerbiis sermo habetur, Quod

si illud non credunt, agite mihi iam respondeant; si illud aliqua sapientia in creaturis, an non? quod si non sit, quid est quod Apostolus ita reprehendit & inculcat mundum? Quoniam in Sapiencia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum. Aut, si sapientia non est, quomodo multitudo sapientum in Scripturis reperitur? Sapiens enim perterritus declinavit à malo, & cum sapientia ædificatur domus. Et Ecclesiastes, Sapientia hominis faciem ipsius illustrabit: & temerariis increpat dicens, Ne dixeris, qui fit, ut dies priores fuerint meliores, quam isti sunt? quoniam non in sapientia super ea re percussatus es. Sin autem est Sapientia, eamque, ut Sirach dicit, effudit super omnia opera sua, & pariter in omnem carnem pro ratione suæ donationis, & subministrauit eam iis, qui ipsam diligebant, istiusmodi effusio non substantiam vnigeniti effusam indicat, aut eius quæ ex se est, & ipsissima sapientia, sed illius quæ ad huius imaginem in mundo est delineata, an incredibile videbitur, si ipsa opifex rerum, & vera Sapiencia, cuius simulachrum præ se fert, ista in mundum effusa sapientia, rerumque scientia, ita de se loquatur quasi condita sit, Dominus creauit me ad opera sua? Non enim sapientia quæ in mundo est, creatrix est, sed ipsa creata est in operibus, secundum quam cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Eam, si homines in seipsis habeant, cognoscet veram Dei Sapientiam, & ipsi agnoscentur, quoniam Dei Imaginem in se possident, Et quemadmodum, si quis regis filius, patre eius volente ædificare ciuitatem, in singulis operibus præscribat nomen suum tutelæ causa, quo simul & inuiolata permaneant titulo reuerentiaque nominis, simul ut ex ea inscriptione in memoriam veniant ipsius & patris sui, & ab eo rebus iam ex sententia confectis, percunctetur quis de ciuitate, quomodo eam condiderit: Itaque tum respondeat, se bene eam exædificasse: nam secundum patris voluntatem, suam imaginem singulis operibus impressam esse, eò quod nomen suum ubique sit inditum, & quasi inædificatum. Id si dicat, non substantiam suam singulis iniunctam significat, sed simulachrum sui, sub nominis sui titulo: Ita quoque ad similitudinem istius exempli, ad eos, qui in rebus creatis sapientiam admirantur, vera Sapientia in hæc verba responderit: Dominus creauit me in operibus suis: mea siquidem formula est in eis, & ego me ita attemperavi opificio. Neque in admiratione ponendum est, si imaginem illam quæ in nobis est, pro sua sibi arroget in loquendo filius, quæ etiam alibi hoc ipsum non vereatur dicere, quippe, qui Paulo tum temporis Ecclesiam persequebatur, in qua formula eius & imago residebat, quasi ipse persequeutionem pateretur, in hæc verba locutus sit, Saule, quid me persequeris? ac proinde, ut si dixisset, ea quæ imago archetypæ Sapientia est, quæque in creatis sita est, Dominus creauit me in operibus suis, nemo in admirationem raperetur: Ita si vera & opifex rerum Dei Sapientia, vnigenitumque Dei Verbum de iis loquatur, quæ sunt simulachri sui, quasi de se ipsa: Creauit me ad opera nullus omissa ea sapientia, quæ est in mundo, & rebus ingenita, existimari hoc ipsum de archetypæ, exemplarisque Sapientia natura esse intelligendum, ne vinum aqua miscendo veritatem circunueniat, Ea enim Sapientia creatrix & opifex

1. Cor. 1.

Eccle. 8.

Homini non est creatrix sed creata Pal. 18. simile.

Christus imagine illa quæ in nobis est pro sua sibi arrogat in loquendo.

Persecutione patitur in mēbris suis Christus. Act. 9.

rerum est, cuius simulachrum rebus conditis impressum est, vt effigiata illa, & imitatitia cum effigie & exemplo archetypo similitudinem haberet. Principium autem viarum appellat, quia ista imitatitia sapientia est, veluti rudimentum elementūque ad cognoscendum Deum. Huic enim primitus aliquis quasi viæ insistens, eamque obseruans metu Dei, qui, vt ait Salomon, principium sapientiae est: deinde magis ac magis animo ac mente ascendens, animaduertensque in rebus tantum artificij, rādem eō peruenit, vt in initio Patrem deprehendat, sicuti Dominus testatur, qui vidit me, vidit & Patrem meum: Et vt Ioannes ait: Qui confiterur Filium, etiam Patrem habet. Porro ante æuum fundauit me, inquit, quoniam in hac forma imitatrice Diuinæ Sapientiae, opera firmitudine accipiunt: deinde, ne quis audiens de huiusmodi sapientia rebus ingenita & inserta persuaderet sibi veram eam Dei Sapientiam esse, ipsumque Filium Dei creaturam esse, necessario subintulit, Ante mōtes, & ante terrā, & ante aquas, & ante colles genuit me, vt sub his vocibus (ante omnē creaturā) quibus omnes res conditas cōpletur, declararet se nō ipsa sui essentia rebus creatis inditā esse. Si enim ad opera creata est, & ante opera existeret, euidens nimirum, eam, antequam crearetur, fuisse. Sequitur igitur illam natura essentiaque rem creatitiam non esse, sed vt ipsa subintulit, genitum quiddam existit. Quid autem inter se discriminis habeant, genitum & creatum esse, in superioribus ostensum est. Iam quod subiungitur, cum praepraret cœlum, aderam illi sciendum est, non ideo hæc Sapientiam dixisse, quasi non per eam Pater cœlum fecerit, quum ambiguum non sit, omnia per Sapientiam facta esse, & sine ea factū esse nihil, sed hanc esse mentem verborum, omnia quidem in me & per me facta sunt: sed tamen quū necessitas postularet, sapientiam ingigni inferique operibus, ipsa quidem substantia eram cum Patre: cæterum, condescensu attemperacioneque mei ad res creatas, concinnabam mei imaginem in meis operibus, vt quasi iam vnus corporis membra nulla pars mundi seditione laboraret, sed omnibus inter se mutuus parilisque cōsensus esset. Quotquot igitur recto intellectu, pro data ipsis sapientia, se spectatores præbent rerum cōditarum, poterint dicere etiam ipsi, dispositione tua permanent omnia. Contrā, qui hac in parte oscitabundi negligentisque sunt, audient hoc in se congruere, prædicātes sese sapientes esse, infatuati sunt: quoniam, quod intelligibile est Dei, manifestū est illis: Deus enim ipsis manifestauit, quippe, quum inuisibilia eius ex creatione mundi, animaduertis operibus perspicentur, perspicitur quoque æterna eius Potentia ac Deitas: Ita fit, vt careant omni excusatione, quod, quum Deum cognitum haberent, non vt Deum venerati sunt, sed seruierunt creaturis potius, quā creaturarum conditori, qui est benedictus in secula: Quin & pudore, quum ista audierit, perfundantur. Quandoquidem in Sapientia Dei (prout superius dictum est) non cognouit mūdus

Prouerb. 1.

Ioan. 14.

Roma. 1.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

per sapientiam Deum, placuit Deo, per stultitiam prædicationis seruare credentes. Non enim amplius, vt superioribus ætatibus, per imaginē & vmbra eius sapientiae, quæ in rebus deprehenditur, voluit Deus innotescere, sed ipsam veram Sapientiam carnem iussit assumere, & hominē fieri, mortemque crucis sustinere, vt per Fidem quæ in eum est, omnes iam deinceps credentes seruari possint. Eadem illa ipsa Sapientia est Dei, quæ prius per imaginem sui rebus creatis inditam, qua de causa etiam creati dicitur, manifestauit se ipsam, & quæ per se suamque indolē Patrem nobis manifestum reddidit, postmodum ipsa & Verbum & Ratio Dei caro facta est, vt ait Ioānes, & post abolitam mortem, & seruatum genus nostrum, magis ac magis semetipsam, & per se, suum Patrem declarauit, vt his verbis innuit: Des eis vt cognoscant te solū verum Deum, & quem emisisti Iesum Christum. Impleta est igitur vniuersa terra cognitione eius. Vna enim eademque cognitio est, & Patris per Filium, & Filij per Patrem. Et hoc est quod gaudet Pater, eoque gaudio exhilaratur in Patre ipse quoque Filius, quum dicat: Ego eram cui aggratulabatur: quotidie autem exhilarabar in conspectu eius. Hæc rursus ostendunt, Filium non esse alienigenā, sed propriam ex Paterna substantia & genuinā Sobolem. Ecce non nostra causa (vt asserunt impij) genitus est, neque ex non entibus ad essentiam emerfit. Non enim extrarium quippiam aliunde sibi acquisiuit Deus, quod gaudium illi conciliaret: sed in eo dicto nota est indiciumque proprij & sibi consimilis Fili. Quando enim fuit, quum pater non lætabatur? si autem semper lætabatur, semper erat in quo lætabatur. In quo porro lætatur Pater, nisi quū intuetur seipsum in sui ipsius Imagine, quod est Verbum eius: Quod si etiam in filiis hominum exhilarabatur absoluto terrarum orbe, vt in Prouerbijs scriptum est, nimirum eadem quoque & illud superius intelligentiam habuerit. Exhilarabatur enim eo modo, non ex superuentio gaudio, sed quum quoque videret ad sui Imaginem opera esse condita: adeo, vt illa exhilaratio Dei, ex Imagine ipsius causam trahat. Aut, quomodo porro Filius exhilarari posset, nisi eo modo quo se intuetur in Patre? Idem enim inter se valent hæc duæ sententiæ: Qui vidit me, vidit & Patrem meum: Et, Pater in me, & ego in Patre. Inanem igitur esse vestrā gloriationem vndecunque ostensum est, o Christi perduelles, & frustra triumphum simulastis, & iactantū vbiq; a vobis, Dominus creauit me initium viarum, deprauantes intellectum verborum, ac potius vestra commenta, quā mentem Salomonis depromentes, Ecce enim vestra sententia, non nisi merum & inane phantasma apparet. Illud contrā, quod in Prouerbijs habetur, & reliqua prius dicta, Filium commonstrant non esse ex sua substantia & natura rem creatitiam, sed stirpem Patris, Sapientiam & Verbū verum, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil.

ATHANASII

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ CONTRA ARIANOS, SERMO QVARTVS.

Ariano- rum per- simacis.



Prouer. 18.

Heb. 8.

Ioan. 14. Verba do- mini irri- dent & suggillāt. Ariani.

1. Cor. 2.

Ioan. 14. Expositio verborū (Ego in patre & Pater in me est.) Filius est plenitudo Deitatis, fortitudo & sapientia.

Quomodo Filius sit in Patre. Asterij Ratiocinationes.

Semel Ariani statuente (vt ex re apparet) defectores sese præuicatorisque veritatis exhibere, in se traducere omnino velle videntur, quod scriptum est: Impius quum in profundū malorum deuenerit, con- temnit. Neque enim confutati quiescunt, neque perplexi inopesque quod respondeant pudefiunt, sed plane meretricis vultu depuduerunt aduersus omnes in impietatibus suis. Nam quæ cauillabantur verba: Dominus creauit me: & Tanto præstā- tior Angelis factus, & primogenitus: &, Fidelem illi, qui ipsum fecerat: quum rectæ essent sententiæ, & piæ in Christum, nescio quo pacto iterum atque iterum quasi serpentis veneno perfusi, neq; intuentes quod oportuit, neque quæ legunt intelligentes, cœperunt, verbis tanquā ex barathro impij sui pectoris eructatis, suggillare & irridere id, quod Domino dictum est: Ego in Patre, & Pater in me: dicentes, Quomodo potest iste in illo, ille in isto recipi? aut quomodo omnino potest pater cum sit maior, in filio, qui minor sit, comprehendi? Er quid miri, si Filius in Patre sit, quum etiam de nobis scriptum sit, in eo viuimus, mouemur, & sumus? Cæterum, id merito illis pro ipsorum vesania pectoris accidit, cum Deum arbitrentur corpus esse, neque intelligunt quidnam sit verus Pater, verus Filius, neque quid sit inuisibile lumen & æternum, & iubar eius inuisibile, neque quid sit inuisibilis substantia, character, & imago incorpō- ralis: Nam si cognouissent, non Dominum gloriæ fannis & ludibrijs nefarie tractauissent, neque incorporalia corporaliter excipientes, quæ probe dicta erant, interpretationibus deprauassent: par erat certe, vel solum id audientes ex Christo, eius verbis fidem adhibere. Quandoquidem simplex Fides præstantior est quā curiosa probabilitas. Verum, quia & istud ad suam hæresim prophanare aggressi sunt, necessitas nos cogit, vt horum mali- tiosam vecordiam refutemus, & veritatis sensum aperiamus ad cōfirmationem hominum fidelium. Neque enim vt illi arbitrantur, vicissim in se trā- uasantur: dum ait, Ego in Patre, & Pater in me quasi in vasa inania alter in alterum refusus, vt Fi- lius impleat Patris capacitatem, & Pater vicissim Filij, & neuter sit ex se vel plenus vel integer. Id enim proprium est corporū: quapropter id vel solo dicto profus nefarium haberi debet. Plenus siquid- em & integer est Pater: & plenitudo Deitatis est Filius: neque tamen rursus vt in sanctis homini- bus, intra quos receptus Deus, ipsos fortificat: ita quoque ac simili ratione in Filio agitur: Ipse enim Filius, patris est Fortitudo ac Sapientia: & res qui- dem conditæ eius participatu in Spiritu sanctifi- cantur, quum tamen ipse, qui Filius est, non istius- modi communicatu Filius efficiatur, sed genitura. Neque rursus ita Filius est in Patre, vt nos in eo vi- uimus, mouemur, & sumus, quia ipse est Vita, & è Patre quasi ex fonte dimanat, in qua omnia viuifi- cantur & constant: siquidem vita non per vitam uiuit, alioqui omnino vita non esset, sed ipsa po- tius omnia viuificat, Age, inspiciamus nunc Asterij

A sophistæ, istius hæreseos patroni, ratiocinationes. Istius enim generis sunt, in quibus se aliquo modo æmulum Iudæis præbuit. Liquidum, inquit, mani- festumque est, ideo illum dixisse, se in Patre esse, ac Patrem vicissim in ipso, quoniam ne sermonē qui- dem quem exordiebatur, sui ipsius aciebat esse, sed Patris: neque sua item opera esse, sed Patris, qui eam ei potestatem faciendi dederat. Id si puer ali- quis simpliciter dixisset, veniā ex ætate mereretur, sed in eo cui nomen sophistæ est ex sapientia, cuius- que professio omnium rerum scientiam promittit, quantopere (quæso) vituperandum, & qui fieri po- test, vt non se istis rationibus alienum ostendat ab Apostolo, elatus disertis sapientiae verbis, sibi que persuadens, iis sese decipere posse, quum interim ipse non intelligat quæ dicat, neque de quibus asse- uerationes faciat. Quæ enim Filij propria con- gruentiaque sibi vt Filio, vt Verbo Sapientiaeque; & Imagini substantiæ Patris prolocutus est, ea iste ad res conditas transmittit, ea que promiscuè & Filio & creaturæ associat, Verbumque quod est Patris sui Potentia, potetiam accipere sceleratus inducit, vt consequentiam habeant impia ipsius verba, quū ait, Filium in filio ius filij adoptionemque; obtinuisse, & Verbum a verbo potestatem mutuatum esse: neque vult illum vt Filium ista de se pronuntiasse, eumque vt discentem & eruditione proficientem, cum aliis creaturis in ordinem cogit. Si enim ea de causa, quod hæc verba sua non esset, quæ referebar, sed quia Patris etiam erant opera quæ patrabat, in hunc sermonem prorupit, Ego in Patre, & Pater in me, quur est, quod Dauid quum verba facit, ita sermone moderatur: Audiam, quid in me loqua- tur Dominus Deus: & Salomon quoque itidem, prophetis Mei sermones dicti sunt a Deo: Et Moyses verba sua, vt a Deo accepta, subministrabat, singulique Pro- phetarum non sua, sed quæ Dei erant, eloqueban- tur: Sanctique itidem, opera quæ faciebant, non si- bi quasi propria ipsorum, sed Deo qui eam potesta- tem concesserat, vendicabant. Atque hinc est, quod Helias & Eliseus Deum inuocabant, vt mortuos suscitarent: & ex eadem ratione idem ad Naaman Syrum loquitur, quem purgabat a lepra, vt cognos- cant Deum esse in Israël: ita & Samuel quoque in diebus messis precatus est Deum vt pluuiam largi- retur: ita & Apostoli professi sunt, non suis se viri- bus miracula, sed Domini gratia designare: colligi- que ex tot exemplis, communem esse hanc vocem omnibus, vt quilibet possit dicere: Ego in Patre, & Pater in me: & non vnum esse Filium Dei Ver- bum & Sapientiam, sed istam ex multis vnum esse. Atqui, si res ita habuisset, nequaquam ita Dominus locutus fuisset, neque oportuisset illum ad hunc mo- dū verba concipere: Ego in Patre, & Pater in me, sed potius, & ego quoque in Patre, & Pater quoque in me, vt nihil sibi proprium eximiumque apud Pa- trem habere declararet, sed communē cum omni- bus gratiam possidere. Sed non ita est, vt illi arbi- trantur, qui, quum non cēscent eam esse genuinum Filium, in Filium genuinum mendacia fingunt, cui soli competit illud dictum: Ego in Patre, & Pater in me. Est enim Filius in Patre, quatenus intelligere quomodo

Ioan. 14.

Deus in prophetis loquutus.

Deus operatus est in sanctis.

Deus mortuos suscitauit helia & Elisei precibus.

Miracula que ex tot exemplis, communem esse hanc vocem omnibus, vt quilibet possit dicere: Ego in Patre, & Pater in me: & non vnum esse Filium Dei Verbum & Sapientiam, sed istam ex multis vnum esse.

Ioan. 14.

Filius est in patre in me. Est enim Filius in Patre, quatenus intelligere quomodo

conceditur, eò quòd quicquid est Filius, id vniuersum sit proprium substantiæ Patris: veluti ex lumine, proradiationem: & fluuiũ, ex fonte, vt qui Filium videat, id videat quòd est Patri suum ac proprium, ac intelligat, quòd Filius sit, eam essentiam ex Patre esse, atque ita eum in Patre existere. Estq; vice versa Pater in Filio, eò quòd id, quòd est Patri propriũ ac suum, id ipsum sit Filius, vt in radiis sol, mens in ratione, fons in flumine, atque ita quis videns Filium, videt id quòd proprium est substantiæ Patris, & intelligit Patrem in Filio esse. Nã quum species Deitatisque Patris, essentia sit Filij, bene consequitur, vt Filius in Patre existere dicatur, & Pater in Filio. Ideoque merito, quum antea dixisset: Ego & Pater vnũ sumus: subintulit ista, Ego in Patre, & Pater in me, vt identitatem Diuinitatis, vnitatem essentiaẽ demonstraret. Vnum enim sunt, non veluti vnum in duas partes diuisum, vt nihilo plus sint quàm vnum, aut vnum duobus nominibus geminatum, vt idem nunc Pater, nũc suipsum sit Filius. Id enim, quum Sabellius sentiret, hæreseos dånatus est: sed duo sint, eo qd Pater, Pater sit, non Filius: & Filius vicissim Filius, & non Pater, sed tamẽ eadem natura: nihil enim dissimile inter genitum, & genitorem, quippe, qui sit eius Imago, & eo quòd omnia Patris sunt & Filij, ac proinde Filius nõ alius Deus est: non enim aliunde existere intelligitur, alioqui complures essent dij, si præter Deitatem Patris, aliam Deitatem excogitaremus. Nam, quãquam alius est Filius, quatenus est genitus: attamen idem existit, quatenus est Deus. Siquidẽ vnum sunt Pater & Filius, sicutate & proprietate naturæ & identitate vnius Deitatis, vt modò dictum est. Quippe, quum & ipsum iubar lumen sit, neque diuersum à sole, neque alia lux, neque secũdum participatum, sed proprie quiddam ex eo genitum. Iam quòd ita genitum est, necessum est, vt sit cum gignente eadẽ lux. Neque est vt quispiam ea dixerit duo lumina, duo tamen sunt sol & iubar, vna tamen solis lux in ipso iubare vbique illuminans. Eadem ratione Filij Diuinitas, Patris est: vnde & indiuisibilis est, atq; ita vnus Deus, & non alius præter ipsum. Cum igitur ad eum modum vnum sit, vnãq; sit, illis Deitas, eadem dicuntur de Filio, quæcunque de Patre dicuntur, excepto, quòd Pater non appellatur: qualia sunt, Deus, vt Deus erat Verbum, vt omnipotens, vt hæc dicit, qui erat, qui est, & qui venturus est, & Dominus, & vnus dominus Iesus Christus, & qd lux sit, vt ego sum lux, & quòd deleat peccata, vt videatis, inquit, quòd Filius hominis habeat potestatem in terra dimittendi peccata, & quæcunque alia inueneris. Omnia enim (inquit ipse Filius) quæcunque habet Pater, mea sunt, ac vice versa, omnia mea tua sunt, & qui audit ea quæ sunt Patris de Filio dicta, is videbit Patrem in Filio, & Filium in Patre, cum ea quæ dicuntur de Filio, eadem quoq; dicantur de Patre. Qui autem, ea quæ sunt Patris, de Filio pronuciari possent, nisi quia Filius ipsius natus est: aut qui vicissim ea quæ sunt Filij, propria Patris fuerint, nisi quia Filius propria factura est & partus substantiæ Patris: Iam, quũ substantiæ Patris proprium germen sit Filius, merito Filius, quæ sui patris sunt, sibi addicit: vnde rite & congrue post hoc verbum, Ego & Pater vnũ sumus, subintulit, vt cognoscatis & me in Patre esse, & Patrem in me: Huic dicto illud rursus adiunxit, Qui vidit me, vidit & Patrem meum: atque ita est vbique vnus & idem intellectus in tribus istis sententiis. Qui enim eo modo cognitum habet, Patrem & Filium vnũ esse, ille quoque cognitum habet Patrem in Filio & Filium in Patre esse: nam Filij Diuinitas Patris est, illaque ipsa in Filio consistit, & qui illud cõprehendit, is quoque sibi persuasum habet, quòd qui vidit Filium, viderit & Patrem, quippe, cum in Filio sit, & cõspiciatur Patris, diuinitas, id ab exemplo regis imaginis commodius intelligas: quandoquidem in imagine, species regis & forma apparet, & in rege imaginis species: sine enim omni discrepantia, vultus regis in imagine expressus est, vt qui videt imaginem, videat in ea regem: & vicissim, qui regem intuetur, agnoscat illum ipsum eundem esse, qui in imagine representatur. Cæterum, quia in ambobus nulla est dissimilitudo, si quis post cõspectam imaginem, velit regem videre, huic ad eum modum ita imago iure loqueretur: Ego & rex vnũ sumus: ego enim in illo sum, & ille in me: & quòd in me animaduertis, id quoque in eo animaduertas: & quòd videris in illo, videris & in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adoratur ipsum regem, quippe, cum ipsa imago nihil aliud sit, quàm regis forma ac species. Quoniã autem Filius est Imago Patris, necessum est vt cogites Deitatem & proprietatem Patris, ipsam essentiam Filij constituere. Et hoc est, quòd ait, Qui quũ in forma Dei esset: Nec non & illud, Pater in me. Non autem ex parte aliqua forma Deitatis conficitur, sed ex integra Deitate Patris, essentia Filij confurgit, & solidus Deus: ideoque, quum par esset Deo, non rapinam arbitratus, esse se æqualem Deo. Ac diuerso, quoniam Filij Deitas & species, nullius alterius est quàm Patris, inde est illud, quòd dixit, Ego in Patre. Ita Deus fuit in Christo, mundum sibi reconcilians: nam propria substantia Patris, Filius est, in quo creatura Deo recõciliabatur: ita fit, vt quæ operatur Filius, opera sint Patris: quippe, quum species Deitatis Paternæ, quæ author fuit talium operum, Filius existat: ita quoque qui vidit Filium, vidit Patrem: In Paterna siquidem Deitate subsistit & cõspicitur Filius: & eius Paterna species ostendit in ipso ipsius Patrem. Atq; ad istum modũ existit Pater in Filio & Patris in Filio proprietates & Diuinitas ostendit Filium existere in Patre, & semper indiuisibilem ab eo esse. Cæterum, qui audit & videt ea quæ dicuntur de Patre, illa ipsa quoque de Filio dici: non ideo scilicet, quòd per donationem, aut participatum Paternæ substantiæ ista Filio superueniãt, sed quia ipsa essentia Filij proprium sit germen Paternæ substantiæ, is recte intelliget, quòd superius dictum est: Ego in Patre, & Pater in me: &, Ego & Pater vnũ sumus. Est enim Filius, qualis Pater, eò quòd omnia Patris habeat, ideoque vnã cum Patre cõsignificatur: nemo enim quenquam Patrem appellat, cui non sit Filius. Qui igitur Deum, conditorem nominat, non omnino secundum superius dicta rem declarat: est enim etiam ante res conditas, conditor. Qui autem Patrem dicit, statim vnã cum Patris vocabulo, Filij naturam significat. Ideoque, qui in Filium credit, in Patrem credit: In eum enim qui proprius est Patris substantiæ, credit, atque ita est vnã Fides in vnum Deum: & qui adoratur, & veneratur Filium, in Filio adoratur & veneratur Patrem: quando

Pater est in Filio quomodo.

Ioan. 10. Ioan. 14.

Sabellij error in vnitatem patris et filij. Vnitatem patris & filij in duobus personis quæ.

Luc. 7. Luc. 10.

Ioan. 10. Ioan. 14.

Exemplum probatum in rege.

Dei forma et imago.

Ioan. 14.

Dei forma et imago.

quãdoquidem vna est Deitas, ac proinde vna veneratio, vna adoratio in Filio, eaque per Filium confertur in patrem: & qui ita adoratur, vnum Deum adoratur. Vnus enim Deus est, & non est alius præter eum. Cum igitur solus pater dicitur Deus, vel cum vnus Deus esse Deus pronuciatur, aut quum illud, Ego sum, & præter me non est Deus: aut quũ istud, Ego sum primus, & post hæc futurus, recte illa omnia dicuntur. Vnus enim solus Deus & primus est. Neque ea ad demolitionem filij referuntur, absit: est enim ille ipse in vno primo & solo, vt vnus solus & primus vnicum Verbum, Sapietia & Splendor. Est autẽ ipse & primus & plenitudo primæ & vnice Deitatis, in totum interim ipse plenus ac integer Deus. Nõ igitur ea verba ad illius abnegationem spectant, sed ad tollendum, ne quispiã existimetur talis, qualis est Pater, aut quale Patris Verbum, ipsaque Prophetæ sententia omnibus patet. Cæterum, quia impij & ista quoque verba abripiunt ad blasphemiam Domini, nobisque conuictose obiiiciunt, En, inquentes, quum vnus, & solus, & primus appelletur Deus, qui sit, vt vos Christũ Deum nominetis? Si enim esset alius Deus, non se solũ, aut vnicum Deum appellasset. Necessum est igitur, vt & horum verborum intelligentiam recludamus, quatenus fas est, vt omnes inde cognoscant, Arianos nil nisi Dei perduelliones esse. Si igitur Filio certamen cum Patre & hostilitas: aut si eo modo, quo Dauid de Adonia & Absolone renunciatum fuit, pater filium vicissim obtuetur: legatur & proferantur istiusmodi Arianorum voces, ne si quando dicat filius se ipsum Patrem, per defectionem nonnullos ad se à suo Patre abducatur. Sin autem qui cognoscit Filium, melius inde cognouerit Patrem, cum ipse Filius Patrem manifestet, & prædicet, & in Verbo Patrem liquidius visurus sit, quemadmodum dictum est: cumque veniens Filius, non se ipsum, sed patrem glorificavit, ita verba faciens ad eum qui ipsum conueniebat: Quid me bonum dicis: nemo bonus, nisi vnus Deus: respondensque item interroganti, Quod præceptum in lege maximum esset? ad istum modum loquutus sit: Audi Israël, Dominus qui est Deus tuus, solus est dominus: rursusque turbis verba faciens, Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem patris, qui misit me: Ac discipulos instruens, Pater (inquit) meus maior me est: & qui me honorat honorat eũ qui misit me. Quòd si Filium talem se erga patrem exhibet, quidnam inter illos inimicum aut contrarium, vt talem intellectum ex istis verbis colligas? Quinimo, si Verbum est filius patris, quis ita demens, exceptis Christi perduellis, vt existimet Deum ita hæc verba de solo & vnico Deo fecisse, vt Verbum criminetur, ac tolleret? Non ea est sententia Christianorum, absit: quoniam non ob Filium ista sunt scripta, sed ad demolitionem falsorum, & ab hominibus fictorum numinum: dictaque istius sententia recta & iusta ratione nititur. Quandoquidem, illi qui supplices sunt falsis numinibus, deficiunt à vero Deo, ideo Deus, qui bonus est, & hominum curam gerit, reuocans istos palabundos erroneos, ait: Ego solus sum Deus, & præter me non est Deus; & quæcunque sunt istius generis dicta, nihil aliud sibi volunt, quàm ea quæ non sunt, vituperent, & ad Deum conuertant: non aliter quàm si quis per diurnum tempus sole iam

Deut. 3.

Apoc. 1.

Arianorum blasphemiam.

Deus vnus quæ ratio ne dicatur.

Luc. 18.

Deut. 16.

Ioan. 16.

Deut. 3.

lucente, lignum temere depingat, in quo ne imaginaria quidẽ species lucis appareat, asseratque hoc lignum authorem esse diurni luminis: sol contra, id videns, occlamet: ego solus sum diurna lux, neque est alia lux præter me, non respectu sui iubarum illud dixerit, sed ob lignæ imaginis imposturam, & dissimilitudinem vanissimæ apparentiæ. Eadem ratione dictum est: Ego sum Deus, & non est alius præter me, vt à falsis numinibus homines abduceret, quo deinceps cõdiscant ipsum esse verum Deum. Certe Deus hæc loquens, per Verbum suum loquutus est, nisi & hoc quoque adiiciant nostri temporis Iudæi, eum non per Verbum suum loquutum fuisse. Imo sic dictum est, quantumcunque etiam insaniant diabolici isti factum est enim verbum ad Prophetam, istaque ipsa auditu ab illis percipiebantur. Iam se per eum sermo ille fiebat, & per eum illa ipsa dicebantur; nec est inter ea quæ dicuntur aut fiunt à deo, quòd non in Verbo & dicatur & fiat: sequitur igitur, vt Prophetæ illi, eorum verborum authores non fuerint, õ Christi perduelles, sed per alium, eumque profusus ab ipsis diuersum, eos sermones habitos fuisse: Nam pro similitudine superiore, si sol ea loqueretur quæ superius finiximus; ideo haud dubie loqueretur, non vt à se suum iubar segregaret; sed vt in iubare lucem suam declarans, refelleret errores. Non igitur ad demolitionem Filij, neque propter eum istiusmodi verba pronuciata sunt, sed ad ignominiam refutationemque mendacij. Ab initio siquidem non talia verba ad Adamum protulit, quàm tũ verbum apud ipsum erat per quòd omnia fiebant: nec mirum, quum per id temporis nulla idola colerentur: verum, cum iam homines contra veritatem insurrexerant, sibi que pro libidine deos instituebant, tũ demum istiusmodi verbis opus fuit, quòd falsa numina tollerentur: Quia & ego hoc libens addidero, istiusmodi verba ob Christomastigas iam tũ antea prædicta fuisse; vt cognoscerent eum Deum esse, quem alienum extraneumque à Patris substantia, nec verum Deum, nec vnus & primi. Imaginem aut Filium esse volunt. Quapropter, quum Pater solus Deus & verus appellatur, non ad exauctorationem eius appellatur qui dicit, Ego sum veritas; sed ad demolitionem eorum qui ex natura tales non sunt, qualis est Pater & Patris Verbum, neque veri dij sunt. Ita enim illi in more est, in mensione alterutrius se cum Patre coniungere: quale est quum dicit: Et quem misisti Iesum Christũ, qui si creatura esset, non ita coaptasset se aut connumerasset cum suo creatore. Quæ enim cõmunio aut societas vero: & nõ vero? Nunc autẽ, qui se coaptat patri, ostendit se naturæ Patris esse, deditque nobis, vt illũ cognosceremus esse veri Dei verum germen. Id ipsum quoque in epistola sua diserte expressit: Et sumus in vero Filio eius Iesu Christo, hic est ille verus Deus, & vita æterna. Iam quum Prophetæ dicat de creatione mundi, Qui solus extendit cælos: & quum ipse Deus ita de se verba faciat, Ego solus extendi cælum, cuius liquet ac in manifesto est, sub hoc vocabulo vnus, vnum quoque eius Verbum intelligi, in quo omnia sunt facta, & sine quò factum est nihil. Quocirca, si illa omnia per Verbum facta sunt, nimirum in hoc dicto: ego solus extendi cælos, Filiusque intelligitur per quem etiam

Deut. 3.

Cur pater deus & filius deus in scripturis dicatur.

Iob 9.

cælum sit conditum : Ita quoq; cum dicitur, Vnus Deus : & Ego solus : & Ego primus, in vno, solo, & primo significatur, & cointelligitur Verbū ipsius : ita vt sub nomine lucis, radij quoque lucis subaudiuntur. Cæterū, ista subintellectio nusquam locum habet, nisi in solo Verbo, eò quòd reliqua ex nihilo emerferint conditore Filio : qua in re immensum discrimen, quum Filius sit ex substantia patris, eiusque verissima proles. Quocirca sententia ea quam pro hæresi sua adferunt stulti, dum allegant, Ego primus, &c. illa potissimum eorum vesania redarguit : Ego (inquit Deus) sum primus, & postea : Si igitur Filius quasi connumerandus cum posterioribus se, primus dicitur, vt illa ab eo proxima sequentisq; ordinis habeantur, erit ipse nimirum pro vestra sententia creatura, & tantummodo tempore prior, atqui illud omnem impietatem transcendit : contra, si verba ea, Ego sum primus, reliquaque istiusmodi eò diriguntur, vt declaretur, eum non ex aliquo esse, neque aliquam ante illum existisse, sed ipsum esse primordium, & causam omnium, & vt subuerterentur ethnicorum fabulæ, certum est, quum Filius appellatur primogenitus, non ideo appellari primogenitū, quòd vnus sit e numero creaturarum, sed ad declarationem ipsam esse architectum rerum omnium, quiq; ius filiorum, adoptionemq; cæteris conciliauit. Nam quemadmodum Pater primus est, sic & ipse quoque primus est, vt pote Imago primi, & in quo qui primus est, consistit, & germen ex Patre, & in quo omnis creatura creatur, & ius filiorū, adoptionemque nanciscitur. Verum, contra ista rursus obnituntur suis commentitiis fabulis, dum aiunt, non ea ratione Patrem, & Filium vnum esse, aut ea similitudine coniunctos, quam Ecclesia agnoscit, sed eo duntaxat modo, quem ipsi adferunt. Aiunt enim, quandoquidem ea quæ vult Pater, vult & Filius, neque cogitationibus eius, neque iudiciis refragatur, sed vbiq; cum eo consentit : & quia iisdem dogmatibus imbuitur, rationesque illius coherent cum Patris doctrina, ideo ipse & pater vnum sunt. Certe, ista nonnulli ex eorum grege non solum dicere, sed scriptis quoque committere ausi sunt, quo quid improbius aut importunius? Si enim ea ratione idem habendi sunt pater & filius, atq; eo pacto Verbum patri simile existimatur, nimirum necesse est & Angelos, aliaque nobis excellentiora, principatus, potestates, thronos, dominationes, cæteraque quæ in cælo apparent, solem, lunam, stellas, ita filios habenda esse, vt Christus est Filius, ac de illis quoque hoc dictum pronounciari, & ipsa & patrem, vnum esse, & vnūquodque eorum & Imaginem Dei & Verbū esse, cum ea quæ velit Deus, & ipsa quoque velint : cum neque in iudiciis, neq; in placitis quicquam differant aut dissentiant, sed in omnibus se obsequentia præstent creatori suo. Non enim in sua gloria permanerent, nisi quæ pater vult, & ipsa vellent. Siquidem ille, qui non mæsit, sed diuersi animi & factionis fuit, audiuit. Quomodo cecidisti e cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Qui ergo sit, vt cum ista istiusmodi sint, solus tamen Filius vnigenitus & Verbum & Sapientia appelletur : aut cur, cum tot sint similia patri, solus hic sit Imago? cum etiam hac ratione complures inter homines patri similes reperiuntur. Multi enim Martyres extiterunt, & ante Martyres

Apo. 1.

Exponitur hæc verba. Ego sum primus.

Primus est filius sicut Pater.

Arianorum opinio seu argumentum de unitate Dei.

Absurdum.

Apostoli, & Prophetæ, & ante Apostolos & Prophetas, Patriarchæ, plurimique etiamnum sunt, qui seruant præcepta patris, misericordes videlicet, qualis est pater cælestis, & qui hoc ipsum moribus præstant, Estote imitatores Dei, vt Filij dilecti, & ambulate in dilectione sicuti Christus dilexit vos : nec pauci sunt qui se præbent imitatores Pauli eodem modo, quo ille fuit Christi : quorum nemo ratiōem neque Verbum, neque Sapientia, neque vnigenitus Filius, neque Imago fuerit. Neque quisquam eorum ausus est dicere, Ego & pater vnum sumus : aut, Ego in patre, & pater in me : sed ab omnibus dicitur, Quis similis tibi inter deos Domine? aut quis æquabitur Domino inter filios Dei? Nam quominus ille solus sit Imago vera & genuinus patris sui, nihil inde obstaculi nascitur, quòd & nos ad imaginem Dei creati recitemur, & quòd gloria & imago Dei, nuncupati sumus, cum id non ex nostra indole fiat, sed ob Imaginem Dei, & veram eius gloriam in nobis habitantem, quæ quidem ipsa est Ratio siue Verbum Dei, quod nostri gratia postmodum caro factum est, inde enim datum est, vt hoc nomine dignati simus. Cum igitur tam indecora & absurda sit eorum sententia, necessum est similitudinem hanc & unitatem solummodo ad naturam Filij referri : Nam si ita hæc verba non tractes, nihil quicquam supra conditionem creaturarum habebit Filius, neque Patri suo, sed dogmatibus patris similis erit : patrisque dissimilis, eò quòd pater, pater sit, dogmata vero præcepta patris sint. Si igitur, quantum ad dogmata & doctrinam, similis est patri filius, pater ergo pro eorum opinione nomine duntaxat pater erit, neq; Filius fuerit vndiquaque indifferens Imago patris, imo prorsus nihil proprium cum patre, nullam omnino similitudinem habebit. Quid enim similitudinis aut proprietatis mutabili cum patre? Atqui Paulus similia cum Christo docens, non est, quantum ad substantiam attinet, Christo similis. Isti igitur qui talia sentiunt, mentiuntur: Filius autem & pater ea ratione vnum sunt, qua antea declarauimus, atque ita similis est patri, & ex patre, & vt ad patrem comparatus Filius, mutuo relatu inde spectetur & agnoscat, non aliter quam splendor ad rationem solis æstimatus : ac proinde cum res ita se habeat, operante Filio, pater operari intelligitur, & veniente Filio ad Sanctos, pater is est, qui in Filio venit, quemadmodum ipse in suis promissis ostendit : Veniemus ego & pater meus, & mansionem apud eum faciemus, quoniam in imagine conspicitur pater, & in splendore Lux consistit, atque ideo dante patre gratiam & pacem, eandem ipsam Filius est qui donat : vt Paulus subindicat in epistolis, Gratia (inquiens) vobis & pax à Deo patre nostro, & Iesu Christo. Vna enim atque eadem gratia est patris in Filio, sicuti vna lux est solis in iubare, cum illuminandi vis à sole per radios proficiscatur. Idem rursus bene precatus Thessalonicensibus, Ipse autem, inquit, Deus & pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos : vbi unitatem patris & Filij cōseruauit. Non enim dixit, dirigant, quasi à duobus id donaretur, duplexque gratia esset, sed dirigat (inquit) vt ostenderet patrem per Filium eam gratiam dilargiri : Fieret omnino, vt hinc impij crubescerent, nisi obstaret frontis voluntatisque contu-

Idem. Idem. Idem.

Ex hoc non sequitur.

Arianorum mentes.

Idem.

Rom. 1.

2. Tim. 4.

contu-

contumacia. Nam si vnitas non esset, nec proprius substantiæ paternæ partus esset, vt iubar solis, sed discreparet natura à patre, sufficeret patrem ista solum dare, nulla ex creaturis in ratione dandi in societatem admissa : nunc ipse donandi modus clare demonstrat unitatem patris & Filij : Nunquam enim quispiam precaretur accipere à Deo, & ab Angelis, aut ab vllis rebus creatis. Neque quisquam hanc verborum formam concepit, Det tibi Deus & Angelus, sed contra, à Patre & Filio propter unitatem, vniformemque rationem dandi. Siquidem per Filium dantur ea quæ in dationem veniunt: Nihil autem est omnium, quod non per Filium efficiat pater: ita enim qui accipit, tutā & certam gratiam adipiscitur. Iam si Iacob in benedicendis nepotibus Effraim & Manasse ad istum modum locutus est : Deus qui aluit me à pueritia mea vsque in hunc diem, Angelus qui liberauit me ex omnibus malis, benedicat pueros istos: non tūc aliquem Angelorum creatorum, & qui natura Angeli erant, in vnum copulauit cum creatore Deo, neq; omisso nutritio suo Deo, ab Angelo benedictionem suis nepotibus postulauit : sed quia disertè locutus est de Angelo qui illum ab omnibus malis liberauerat, satis præ se tulit, non ex creatitiis Angelis aliquem, sed Filium fuisse Patris, quæ Patri in suis precibus consociauit, per quæ Deus liberat quos vult. Hunc enim magni consilij Patris Angelum nouerat, nec alium, nisi illum ipsum qui benedicit & liberat ex malis, suis verbis expressit. Non enim ille sibi à deo, nepotibus autem ab Angelo benedictionem dari voluisset, sed eundem illum quæ interpellabat, Non dimittam te (inquiens) nisi benedixeris mihi. Is enim erat Deus, vt verba Iacobi clare testantur: Vidi Deum facie ad faciē, illum ipsum (inquam) precatus est, vt nepotibus benediceret. Angeli enim proprium est, Dei mandatis inseruire, ac proinde aliquando progreditur, vt eiiciat Amorrhæos : aliquando amandatur vt tueatur populum in itinere, Cæterum, illud ipsum quod sit, non est opus eius, sed Dei, qui imperat & emittit eum: eiusdem quoq; est, vt liberet quos vult liberari. Non igitur alius, quàm ipse Dominus Deus fuerit, qui ei apparet ita locutus est. Ecce ego tecum sum, conseruans te in via, quacumq; ieris, & non alius. Idem denuo apparēs repressit invidias Laban, interdicens Labani, ne cum Iacobo verbis asperioribus ageret: neque Iacob quæquam præter Deum inuocabat: Eripe me (inquiens) Domine e manibus fratris mei Esau: Idem cum vxoribus verba conserens, locutus est : Non datum est Labani à Deo, vt malefaceret. Dauid quoque nullum alium, quàm deum pro sui liberatione inuocabat : Ad te Domine in tribulatione mea clamaui, & exauidisti me: Domine libera animam meam à labiis iniquis & à lingua dolosa. Huic quoque hoc beneficium acceptum ferens, locutus est verba oðæ suæ in decimosextimo Psalmo, In die qua liberauit eum Dominus ex manibus omnium inimicorum suorum, & e manibus Saul. Et dixit, Diligam te domine fortitudo mea & corroboratio mea, & refugium meum, & liberator meus. Postremo Paulus, Dominus me ex omnibus liberauit, & liberaturus est, in quem sperauimus. Porro, non alius fuit quàm Deus, qui benedixit Abraham, & Isaac, & Iacob. Isaac quoque Iacobi in hæc verba bene precatus est Deus meus benedi-

Nemo precatus accipere à deo et ab Angelis aut creaturis. Deus oia largitur per Filium.

Gene. 48.

A quoniam Angelo liberatus fuit Iacob.

Gen. 33.

Angeli proprii.

Psal. 119.

Psal. 119.

Psal. 17.

2. Tim. 4.

cat te, & augeat te, & multiplicet te, & eris in cœtus populorum, & dabit tibi benedictionem Abrahamæ patris mei. Vides non alterius quàm Dei esse benedicere aut liberare : Neque alius fuit, qui liberauit Iacob, quàm Dominus : liberator è autem Patriarcha inuocabat super nepotibus suis. Clarum igitur est Patriarcham non alium in suis precibus copulasse cum Deo, quàm hoc Verbum, quod Angelū ideo nominauit, quia solus is est, qui Patrem reuelat, quod etiam ab Apostolo factitatum est, cum inquit, Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Iesu Christo : ita enim certa & firma efficitur benedictio, ob indiuisibilitatem Filij cum Patre: & quia vna eademque gratia est, quæ donatur, & siue Pater det, per Filium datur hoc ipsum quod datur : siue rursus Filius muneretur, pater tamen est, qui per Filium, & in Filio hoc ipsum munus præstat. Gratias ago, inquit Apostolus ad Corinthios scribens, Deo meo vndiquaque vestro nomine super gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu. Illud ipsum quoque in luce & proradiatione lucis conspexeris. Siquidem, quod illustrat lux, hoc ipsum quoque irradiat iubar, illustratio autem qua irradiat iubar, ex luce proficiscitur: Ita quoque conspecto Filio conspicitur Pater : Filius enim Patris iubar est, atque ea ratione Pater & Filius vnum sunt: Cæterū, tale quid de rebus creatis haud quaquam dixeris: non enim operante Patre operatur aliquis Angelorum, aut quisquam alius ex rebus creatis: Nec mirum, quum nihil istorum agendi vim causamque possideat: sed ipsi potius sint, qui conduntur, maxime quia segregati sunt, dissidentque ab eo qui solus natura est & existit : tum quia ipsi ex genere operū sunt ac proinde operari nequeant quæ Deus operatur. Nam quanquam omnia operari videntur, non tamen donante Deo, simul cum eo condonare: aut conspecto Angelo, quispiam dixerit se Deum conspexisse. Angeli enim (quemadmodum scriptum est) administratorij sunt spiritus, qui ad negocia obeunda emittuntur, & Patris donationes per Filium elargitas, renūciant illis qui accipiunt. Quin & ipse Angelus visus conspectusque, se miti à domino confitetur, quemadmodum & apud Zachariam, & apud Deiparam confessus est Gabriel. Et qui Angelum viderat, nouerat quid viderat, eumque Angelum esse intellexit, & non Deum. Nam & Zacharias Angelum vidit : Esaias autem Dominum, Manue rursus Angelum, & Moyses dominum: Gedeoni rursus Angelus, & Abraham Deus apparuit, neque tamen is qui deum vidit, Angelum viderat : neq; qui Angelum vidit, deum se conspexisse arbitratus est. Plurimū siquidem, imo potius in vniuersum naturis dissident res creatiæ cū creatore suo deo. Quòd si autem misso aut conspecto Angelo, is qui hoc vidit, Dei vocē audierit: quemadmodum in rubo euenit : siquidem ibi Angelus dei è rubo cōspectus est, & vocauit dominus Moyses è rubo his verbis : Ego sum Deus patris tui Abrahamæ, Isaac, & Iacob, non tamē ob id Angelus ille erat Deus eorum, sed in Angelo loquebatur Deus: & is quidem qui sentiebatur oculis, Angelus erat: Deus autem in ipso loquebatur. Nam quemadmodum in columna nubis verba ad Moysen in tabernaculo faciebat, ita quoq; in Angelis apparens, per Angelum loquebatur. Cæterum, ea quæ loquitur deus, manifestū est eum loqui per Verbum suum &

Angelum pro Verbo Dei nominavit Iacob. cur Rom. 1.

2. Cor. 2.

Simile.

Operante Deo patre creatura non cooperantur.

Hebr. 2. Angeli emittuntur à Deo ad negocia obeunda. Luc. 1.

Exod. 3. Deus loquitur Moysi per Angelum in Rubo.

Verbum à non per alium. Verbum autem, utpote non segregatum à Patre, neq; dissimile, neque alienum, quacumq; ab eo opera fiunt, ea quoq; opera Patris astanti mandata sunt, idemq; amborum opificiū: & quæ dat Filius, Patris donatio est: & qui Filium vidit, nequaquam Angelum, aut aliquid quod maius est Angelis, aut ullam denique creaturam, sed ipsum Patrem vidit: & qui Verbum audit, cognitum habet se Patrem audisse: quemadmodū qui à iubare irradiatur, eertum habet, se à sole illuminari. Hocque ita à nobis intelligi volēs, Sacra scriptura istiusmodi exempla in medium produxit, quibus & proditores Iudæos pudefacere, & Græcorum calumnias refellere possumus, qui dicunt, & simul arbitrantur, nos, quia Trinitatem agnoscimus, plures deos agnoscere. Non enim, quemadmodum exēplo supradicto similitudinēque ostenditur, tria principia aut tres patres introducimus, sicuti Marcionista, cum non tres soles ad comparationem adducamus, sed unicum solem eiusque splendorem, vnicamque ex ambobus lucem: ita vnum principium agnoscimus, conditorēque dicimus non aliū modum quam vnus numinis rationem habere, eo quod ex ipso soboles nata sit. Iustius ergo Ariani de multis, siue de nullis numinibus crimen sustinerint, quippe, qui Filium aliunde quam ex Patre profatum, & creaturam velint: & Spiritum Sactum, quum non esset, ad essentiam peruenisse deblaterent. Si enim Verbum aut Deum esse negent, aut ob Scripturas lingua duntaxat profiteantur, sed tamen non proprium quiddam esse ex substantia Patris concedent, fieri non potest, quin plura numina introducant, ob diuersitatem naturarum, quas in personis Trinitatis constituunt: Nisi scilicet, quemadmodum ex participatu cætera quoq; omnia numina appellatur, ita quoq; Verbum non vereatur numen facere. Quod si statuunt, maiori adhuc impietate laborauerint, quum vnū ex vulgo & promiscuo grege Verbū esse opinentur. Sed absit, vt vnquam huiusmodi cogitatio alicui ex nostris in mentem veniat. Vna enim forma Deitatis, quæ est etiam in Verbo: & vnus Deus Pater in seipso, vt tamen in omnibus sit: & in Filio appareat, & ex Filio agnoscibilis deprehensibilisque sit: nihilo tamen minus per omnia penetret, idemque ita in Spiritu Sancto consistat, vt tamen in omnibus per Verbum in Spiritu operetur & agat. Atq; ita vnum per Trinitatem confitemur Deum, multoque pientius loquimur, quam si hereticorum multiformem, multiformemque Deitatem reciperemus, eò quod vnā simplicemq; in Trinitate Diuinitatem sentiamus. Nam, si tale Verbum non est, sed ex non ente, ens euasit, creaturāq; facta est, & opus quoddā existat: relinquatur, vt vel non sit verus Deus, quum sit ex numero creaturarum: aut si pudore confusioneque fracti à Sacris scripturis, deum illum verum esse confiteantur, necessario fit, vt duo simul numina agnoscant, alterum creatorem, alterum creatum: duobusq; dominis inferuant, alteri ingenito, alteri genito & creato, & vt duas fides habeant, vnā in verum deum, alterā in conditum & fictum ab ipsis, quem ipsi deum vocant. Necessum est quoque eos ita obsecratos, eum adorant increatum, depugnare cum creato: & cum addunt se creaturæ, auertari creatorem. Non enim fieri potest, ob eam quæ in ipsis est naturarum diuersitatem, & dissimiles in agendo vires, vt hunc

simile.
Marcioni starum in trinitate error.
Ariani multa numina introducūt.
Ariano riu de filio & spiritu sancto error.
simile.
Ariano riu impietas.
Deitatis forma vna, in Verbo deprehensibilis.
Quomodo sit vnus Deus per trinitatē.
Absurdū

in illo, aut illum in hoc agnoscas & videas. Quapropter, cum Ariani eiusmodi sententiæ sint, vitari omnino non potest, quin plura numina cōsociant: Id enim facinus eorum, qui ab vno deo desciscunt. Cur igitur Ariani cum hoc sensu sint, sese non adnumerant gentilibus? siquidem ambo, omisso creatore deo, creaturæ inferuiant. Sed illi, ad circunueniendos simpliciores, vocabulum ethnicorum subterfugiūt: similem tamen cum illis sententiam fouent. Etenim sophistia illud quod soliti sunt dicere (Non proferimus duo ἀγῶνται) id deprehendantur ad simpliciorum imposturam dicere. Nam quum inquirunt se non duo ἀγῶνται statuere, duo numina constituunt, eaq; diuersæ naturæ: alterum increatum, alterum creatum. Iam si Ethnicici vni increato & alteri creato, ne ita quidem quicquam discriminis inter ipsos & Ethnicos fuerit, quum is qui ab ipsis creatus censetur, vnus sit ex multitudine gentiliū deorum: & vicissim gentiles dii eandem cum isto vnico naturam possideant, itidemq; sint creature miseri, & quā maximo damno multati, dum de Christo male sentiunt: Exciderunt enim à veritate, & Iudæorum prodicionem transcendunt, abnegantes Christum, & cum ethnicis voluntantur, creaturis diuersisque numinibus inferuientes. Vnus enim est deus, & nō plures: & vnum istius Verbum, & non plura. Nam deus est Verbum, solūmq; illud habet Patriam formam, quod ipsum cum esset Saluator noster, confudit Iudæos, dicens, Pater qui misit me, ille testimonium dedit de me, neq; vocem eius vnquam audiuitis, neque formam conspexistis, neque Verbum eius habetis in vobis permanens, quoniam ei, quem misit ille, fidem non habetis. Pulchre hic Verbum coniunxit forme, vt palam faceret, se esse Verbum Dei, & Imaginem, & Characterem, & Speciem sui Patris, Iudæosque qui loquentem non receperant, non recepisse Verbum, quod est Forma Dei. Hoc cum Patriarcha Iacob vidisset, benedictionem meruit, & pro Iacobo Israël appellatus est ab eo, quemadmodum Sacra scriptura testatur. Sol autem illi exortabatur, cum transiret Species Dei. Hoc autem erat quod dicebat, qui vidit me; vidit & Patrē meum: & Ego in Patre, & Pater in me est: & Ego & Pater vnum sumus: ita enim vnus est Deus, & vna in Patrem & Filium Fides: & quia Verbum est Deus, fit vt & Dominus & Deus noster sit; quandoquidem vnus proprius est & indiuisibilis Filius, idque secundum proprietatem & peculiaritatem substantiæ. Sed ne ita quidem ad pudorem coguntur Ariani, quibus hæc verba in ore sunt: Non vt vos dicitis, sed vt nos volumus: inuenimus enim interea aliquid noui, quod dicamus, ex quo priores nostras sententias subuertistis. Ita enim Patrem & Filium vnum esse dicimus, & ita Patrem in Filio esse; & Filium in Patre, sicut & nos in illo esse possumus. Hoc enim in Euangelio Ioannis Christus de nobis dignatus est loqui: Pater Sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum, quemadmodum & nos. Et Paulo post, Non pro illis rogatum, sed etiam pro his, qui credunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, quemadmodum tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum fiant, vt mundus credat te me misisse: & ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, vt vnum sint,

Ariani gentilibus plurimum minime quomodo.
Ariani et Ethnicorum Latini.
Ariani deus dicitur vnus.
Luc. 13.

sint, quemadmodum & nos vnum sumus, ego in illis, & tu in me, vt sint perfecti in vnum, vt cognoscat mundus, quod me miseris. Imo, vt inuenirent cauillationē dolosi, ista adiecerunt: si, quemadmodum nos in Patre vnum sumus: ita ipse & Pater vnum sunt, & ita in Patre ille ipse existit: qui fit vt ex istis verbis, Ego & Pater vnum sumus: & Ego in Patre, & Pater in me: propriū & similem substantiæ Paternæ eum esse colligatis? Necessè siquidem est, & nos quindam proprium substantiæ Patris esse, aut illum ita esse alienum ab ea re, quemadmodum & nos alieni sumus. Istiusmodi illi per deliriū garriunt. Ego autem in illorum peruersitate animi nihil video, nisi irrationabilem improbitatem & diabolicam vecordiam, ac par est, vt & ipsi pro diaboli more loquantur. Alcendamus in cælum, & similes erimus Altissimo: quippe, qui ea quæ promunere & gratia donatur hominibus, paria velint esse cum donatrice Diuinitate. Audiētes siquidem homines appellari filios dei, arbitrati sunt se pares esse, æqualēque vero & naturali Filio Dei. Idem rursum audiētes ex Salvatore, vt sint vnum, quemadmodum & nos, sumpta per errorem nimia ferocitate, existimant sese ita futuros, vt Filius est in Patre, & Pater in Filio, nihil interim videntes, ex istiusmodi opinione ruinā patris sui diaboli esse conciliatam. Si enim (vt sapius iam dixi) idem Verbum est in nobis, quod est in Deo, neque id vllam præter quàm ex modulo temporis differentiam habet, esto, sit simile Verbū Dei nobis, & eundem locum nobiscum apud Patrem possideat, neque vnigenitum, neque solum Verbum aut Sapientia Patris appelletur, sed sit illud nomē omnibus nobis, qui illi similes sumus, ex æquo commune: Equum enim est, vt quibus vna natura, illis quoque commune sit vocabulum, etiam si temporibus à se inuicem discrepent: homo enim Adam, homo & Paulus, homo etiam is qui iam nascitur, neque interualla temporum generis naturam immutant: Si igitur Verbum tempore duntaxat à nobis differt, equum erat & nos tales esse, qualis est ille. Atqui, neq; nos Verbum, aut Sapientia: neq; ille creatura, aut opus existimari potest: alioqui, cur omnes ex vno sumus, cum tamen ille solus sit Verbum? Cæterum, si illis decorum est talia audire, nobis tamen quā maxime indecorum est, vel semel de illorum blasphemis cogitare. Quod si huiusmodi dicta minime curiose excuti oportuit, quum se oculis vltro ingerat tam clara & pia sententia, & tam recta Fides: tamen vt etiam hic declarentur impij esse: age compendio, vt à Patribus didicimus, ex ipso dicto, illorum in opinando diuersitatem refutemus. Mos est Diuinæ scripturæ, res naturales hominibus in similitudinem & exempla proponere: id autē facit, vt ex illis naturalibus, motus hominum qui vltro voluntate suscipiuntur, manifestius appareant: eorumque mores, vel mali, vel iusti, magis in conspectu sint. In malis quidem moribus, vt cum dicit: ne sitis sicuti equus & mulus, in quibus non est intellectus: aut cum eos inculsat, qui tales facti sunt: Homo (inquiens) quum esset in honore, non intellexit: comparatus est iumentis nullo intellectu præditis, & similis factus est illis: aut rursus, equi fallaces facti sunt. Saluator quoque Herodem, qualis esset, declarans, ad istum modum locutus est: Dicit vulpi illi. Discipulos item his verbis admonuit:

245
Ariano riu calumnia Ioan. 10. Ioan. 14.
Ariani se æquales Filio Dei faciunt.
Quibus vna est natura, illis etiam communis appellatio.
Scriptura sacra rerum naturalium in similitudinem proponere cōsuevit quomodo.
Psal. 31. Itē psal. 48.

Ecce emitto vos, vt oues, in medio luporum: sitis igitur prudentes vt serpētes, & simplices sicuti columbæ. Quæ quidem verba ideo locutus est, non vt naturaliter iumenta efficeremur; aut serpentes, & columbæ: non enim tales ipse nos condidit; ac proinde nihil tale ipsa natura recipit: sed vt nos luporum quidem impetus affectusq; irracionales defugeremus, serpentis autem prudentiam animaduertentes, non sineremus nos fraudibus circunueniri: & ex columba mansuetudinem mutuaemur. Ex rebus autem Diuinis similitudines vicissim hominibus decerpens, Saluator ait: Sitis misericordes vt Pater vester cælestis misericors est. Et, eritis perfecti vt Pater vester cælestis perfectus est. Dixit illud, non, vt essemus tale aliquid, quale Pater est, quod fieri nequit, quum creaturæ simus, & è nihilo conditi, sed quemadmodum, ne iumenta efficeremur, sub his verbis interdixit: Nolite fieri sicut equus & mulus, ne eorum irrationabilitatem æmularemur: ita & hoc quoque, non vt essemus, qualis Deus est, prolocutus est, Sitis misericordes vt Pater vester: sed vt respectu beneficiorum eius, quæcunq; bona facimus, non propter homines, sed propter illum faciamus, ab eo, & non ab hominibus mercedem captantes: & vt nos, quamuis ipse solus sit Filius naturalis & verus, & vnigenitus, filij quoque efficiamur, non quidem vt ille, naturales & veri: sed per gratiam eius qui nos vocat: & vt nos quam homines terreni sumus, Dei tamen appellatione cohonestemur: non, quod tales simus, qualis verus Deus aut illius Verbū: sed pro ea ratione & modo, quo voluit is qui hoc largitus est, Deus: itidem quoque vt Deus, misericordes efficeremur, non adæquati Deo: neque naturales aut veri benefactores redditi: non enim ex nostris rebus est, quod benefacimus, sed ex Dei, vt quæ per gratiam Dei ad nos perueniant, ea & nos aliis impertiamur sine curiositate delectus, sed simpliciter studio benefaciendi in omnes porrecto: Hac enim ratione saltem aliquo modo eius imitatores effici poterimus, & non aliter, quatenus ea quæ à Deo sunt, inuicem in nos mutuo subministremus. Vt igitur bene & recte eo sensu hæc verba intelliguntur, ita quoque in verbis Ioannis similis intellectus constituendus est, & non prout Filius est in Patre, ita & nos simus. Qui enim, aut vnde id fieri poterit, cum ipse sit Verbum & Sapientia Dei, nos autem terreni: ipse natura & essentia Verbum, & verus Deus: ita enim loquitur Ioannes: Scimus venisse Dei Filium, & dedisse nobis intellectum, vt cognosceremus verum Deum, & sumus in vero, nimirum in Filio eius IESV Christo. Hic est verus Deus & vita æterna: nos contra, non natura, sed adoptione & gratia filij reddamur per eum, idque participatum ipsius Spiritus: quotquot enim (inquit) receperunt eum, dedit illis, qui crediderunt in nomine ipsius, potestatem vt efficerentur filij Dei. Quapropter ille quidem est veritas, quæ ita loquitur, Ego sum Veritas: ideoque quum Patrem suum alloqueretur, dixit, Sanctifica eos in veritate tua: tuus sermo veritas est. Nos autem contra, per imitationem virtute imbuimur, & reddimur filij. Non igitur vt nos essemus, qualis ipse, dictum est ab eo, vt vnum sint, quemadmodum & nos sumus: sed vt quemadmodum ille, utpote Verbum in Patre suo est, ita quoque, & nos aliqua similitudine & rudi formula,

Matth. 10.
Matth. 7. Quomodo nos oporteat perfectos esse vt Pater noster cælestis.
simile.
Non sumus in Deo patre vt Dei Verbum.
Ioan. 5.
In deo sumus non natura sed adoptione et gratia
Ioan. 1.
Ioan. 14.
Ioan. 17.
simile.

Mutua in ter nos cordia, animi & spiritus unitate nos facit unum cum deo.

Verbu nobis distimile.

Matt. 11.

simile.

Explicatio.

Dei natura immutabilis hominum vero natura inconstans.

Arianoru argumetu dissoluitur per sententia ab illis proposita.

dum in eum respicimus, efficeremur vnum, vna inter nos & mutua concordia animi & spiritus unitate: nec dissentiamus vt Corinthij, sed ita concordemus, vt quique illa milia in Actibus Apostolorum, qui quasi vnus homo censerent poterant. Vt enim filij, non autem vt ille Filius, & vt dij, non autem vt ille ipse Deus, & misericordes, veluti Pater, non vt Pater, sed ita vnus sitis quemadmodum Pater & Filius, non, quod futuri simus ita vt Pater naturaliter est in Filio, aut Filius in Patre: sed pro nostra natura & quatenus fieri potest, vt inde formulam similitudinemque mutuemur, discamusque; nos oportere vnum esse, ea ratione quam in miserendo paulo ante didicimus. Similia enim cum similibus naturalem quandam coniunctionem & coadunitionem habere solent: siquidem omnis caro secundum suum genus in vnum conciliatur. Nobis quidem igitur dissimile est Verbum, quod tamen simile est suo Patri. Quapropter, illud quidem natura & ex vero vnum est cum suo Patre: nos autem inuicem inter nos cognati, & ex vno omnes progeniti, & vna omnium hominum natura, vnum inter nos affectu & animo efficitur, habentes pro archetypo exemplari Filij cum Patre naturalem unitatem. Vt enim mansuetudinē de se docuit his verbis: Discite a me quod mitis sum, & humilis corde: non quidem vt coauequatur illi, quum hoc sit impossibile: sed vt in eum respicientes, mansueti perseueremus in omni tempore, ita etiam isthic volens nos vero & firmo, & indissolubili inuicem affectu conciliatos esse, ex sese mutuatus est exemplum, & dicit: Vt sint vnum quemadmodum & nos, vt que in nobis est indiuisibilis vnitas, ita quoque & ipsi addiscentes ex nobis indiuisibilem nostram naturam, inter se perpetuo concordiam seruent: certior enim imitatio hominibus, quae ductum rerum naturalium sequitur. Ceterum, nos quidem ij sumus, nec vlllo vnquam tempore ratione generis immutamus: mores contra hominum inconstantes sunt, possunt tamē ad immutabilem naturam respicientes, mala desigere, & ad bona se ipsos reformare: nam ita hoc dictum (vt & ipsi in nobis vnum sint) rectam accipit interpretationem. Certe, si possibile esset, vt ita essemus, vt est in Patre Filius, verba illa ad istum modum concipienda fuissent, vt & ipsi in te vnum sint, sicuti Filius est in Patre: nunc autem ad istam formam locutus non est, sed quum dixisset (in nobis) rei discrimen differentiāque expressit: nimirum, ipsum solummodo in solo Patre esse, vt vnicum & solum Verbum, & vnicam & solam Sapientiam: nos autem in Filio esse, & per Filium in Patre, id nihil aliud sibi vult, quam homines quoque pro nostra unitate tales inter se fieri posse, quales nos inter nos vnum sumus natura & veritate, quod alioqui nunquam fieret, nisi exemplum unitatis in nobis didicerint. Hoc autem verbum (in nobis) hanc habere significationem audias ex Paulo ita loquente: Hæc quidem figuratē transluli in me, & Apollo, vt in nobis discatis non inflari, spiritūque turgescere, super id quod scriptum est. Illud igitur verbum (in nobis) non est idem cum eo, vt est Filius in Patre: sed exemplum est & similitudo, quasi si dicas, ex nobis condiscant: vt enim Paulus est forma Corinthiis, ita Patris & Filij vnitas præscriptum quoddam & documētum est omnibus, secundum quod possunt discere, dum re-

spiciunt naturalem unitatem Patris & Filij, quomodo & ipsi debeant inter se vnum fieri per concordiam animorum. Quod si aliter respondendum est super hoc dicto, potest hoc verbum (in nobis) idem valere significatu, ac si dicas, Patris & Filij viribus effici, vt vnum fiant. Sine Deo enim hoc fieri nequit, idēque videre licet in Diuinis eloquiis: vt, In Deo faciemus potentiam, & in Deo transgrediemur murum, & in te inimicos nostros cornu ventilabimus. Liqueat igitur, nos in nomine Patris & Filij vnum factos, posse retinere firmum dilectionis vinculum. Rursus eandem sententiam extendens Dominus: Ego (inquit) gloriam, quam dedisti mihi, dedi illis, vt sint vnum, quemadmodum nos vnum sumus. Recte quoque & hic non dixit, vt vnum sint in te, quemadmodum ego sum: sed quemadmodum nos sumus. Qui enim dicit, quemadmodum, non identitatem, sed similitudinem & exemplum eius, de quo loquitur, significat. Verbum igitur, iure & essentialiter identitatē naturæ cum Patre obtinet: nobis autem datum est, vt imitemur, quemadmodum dictum est: nam statim subintulit, Ego in illis, & tu in me, vt absolute in vnum perficiantur. Quo loco in posterum maius quiddam, & perfectius a nobis Dominus postulauit. Certum enim est Verbum in nobis esse factū, quippe quod nostum corpus induerit, Tu autem in me Pater: tuum enim suum Verbū, & quia tu in me, eo quod tuum sim Verbum, ego porro in illis per corpus meum: & quia per te in me hominum salus perficitur, rogo te, vt & ipsi fiant vnum, secundum rationem mei corporis, & secundum eius perfectitudinem, vt & ipsi perfecti reddantur, quum habeant cum corpore meo unitatem, & in eo vnum fiant, & quasi, quos ipse gestem, pariter vnum corpus fiant, & vnus spiritus, & in virum perfectum euadant: Omnes enim eiusdem participes, vnum efficiuntur corpus, vnum Dominum habentes. Hunc intellectum, quum hæc verba possideant, magis ac magis redarguitur peregrina ista opinatio perduellium Christi. Rursus eandem voces repeto: Si simpliciter & absolute pronunciaisset, vt vnum sint in te, vel vt ipsi & ego in te vnum sumus: habuissent isti Dei oppugnatores aliquam improbam occasionem: nunc autem non simpliciter dictum est, sed quemadmodum tu in me, & ego in te, vt omnes vnum sint. Hic, quum rursus inferat hanc vocem, quemadmodum longissime eos abesse declarat, quā vt fiant, qualis ipse est in Patre, eamque longinquitatem metiendam esse non loco, sed natura. Nihil enim ratione loci procul est a Deo, sed dumtaxat qualitate naturæ omnia longe ab eo consistunt: & vt superius dixi, nō identitatem, non paritatem ostendit, quum vsurpat hoc aduerbiū (quemadmodum), sed exemplum eius rei de qua loquitur, aliqua in parte spectandum præbet, vt ex ipsis Seruatoris verbis cognoscere licet. Quemadmodum enim Ionas erat in ventre balenæ tribus diebus & tribus noctibus, ita erit & Filius hominis in corde terræ. Non igitur Ionas vt Dominus fuit, neque Ionas ad inferos descendit, neque balena infernus fuit, sed egressus est, neque deglutitus Ionas reduxit deglutitos iam antea a balena: sed solus ex ceto, cui hoc iniunctū fuit, egressus est, neque vlla isthic identitas, aut paritas denique in hac voce (quemadmodum) significatur: sed aliud atque aliud: similitudinem tamen quandam ostendit

Ioan. 17.

Altera explicatio.

Ioan. 17.

Arianoru hæresis a Ioanne Apostolo refutata.

Quomodo simus in deo et deo in nobis. Ioan. 5.

ostendit in Iona, ob triduanum illud tempus: ita nimirum & nos quoque (dicente Domino quemadmodum) non, vt Filius in Patre, neque vt Pater est in Filio, ita nos sumus: sed quemadmodum Pater & Filius inter se vniuntur, ita nos inter nos per spiritus concordiam vnumur. Seruator porro, quemadmodum & Ionas in terra fuit, non vt inde Ionam Seruatorem fuisse, aut Seruatorem vt Ionam deglutitum ad inferos descēdisse intelligas, quum longe alia res fuerit: ita quoque, si nos vnum efficiamur, quemadmodum Filius in Patre, tamen non ita erimus vt ipse Filius, neque pares illi, quippe, qui longe aliud sumus: ideoque illa vox (quemadmodum) addita est, quoniam quæ talia ex natura non sunt, quæ illa illa, cuius imitationem affectant, non eadem, sed similia redduntur: atque inde est, quod Filius simpliciter sine additamento in Patre existat: quippe, cui illud natura competat: Nos contra, qui id non habemus ex natura, indigemus imagine & exemplo, vt de nobis loquatur, vt sint quemadmodum tu in me, & ego in te: cum autē (inquit) isti ita perfecti fuerint, tunc cognoscet mundus, quod me miseris: si enim non venissem, & gestassem horū corpus, nullus illorum ad perfectionē adduci potuisset, sed omnes corruptibiles permansissent: Operare igitur (quæso) in illis Pater, & quemadmodum dedisti mihi, vt hoc corpus ferrem, ita dones tuum Spiritum, vt & ipsi in eo vnum fiant, & perficiantur in me: Siquidem illorum perfectio documento & indicio est, Verbum aduenisse. Mundus porro videns istos consummatos, Deoque plenos, plane crediturus est, quod tu me miseris, & quod ego illinc profectus sim. Vnde enim illis perfectio obtingeret, nisi ego qui Verbum tuum sum, istud corpus assumpsissem, hominēque factus essem? & absolui opus, quod iniunxeras mihi Pater, eō quod homines redempti a peccato, iam non vltius in morte permaneri sint: sed Deificati, quatenus ad nos respiciunt, vinculū charitatis inter se habituri sint. Ego igitur, quatenus datum est simpliciter intueri, prolixiori commētatione ista interpretatus sum. Ioannes autem Apostolus in epistola sua breuius & absolute, scripti mentem manifestaturus est, refutabitque impiorum sententias, docebitque qua ratione nos in Deo sumus, & Deus in nobis: & quomodo rursus nos in eo vnum efficiamur & quantopere disiungatur Deus sua natura a nobis, reprimetque; Arianos, ne in posterum existiment sese futuros, vt Filium, ne & ipsi quoque audiant: tu autem homo es, & non Deus: & Ne extendas te cum pauper sis, ad paritatem cum opulento. Scribit igitur Ioannes ad istum modum: Per hoc cognoscimus nos in eo manere, & illum in nobis, eō quod ex Spiritu suo largitus est nobis: Ex gratia Spiritus nobis data, nos in eo sumus, & ille in nobis: & quia ille Spiritus Dei est, & in nobis est, merito & nos cum habeamus Spiritum, existimamur in Deo esse: atque is modus eaque ratio est, qua Deus in nobis existit. Non igitur, vt est Filius in Patre, ita & nos sumus in Patre. Non enim Filius particeps est Spiritus, vt ita per Spiritum in Patre subsistat, neque accipit Spiritum, sed potius Spiritum omnibus largitur, neque Spiritus Filium Patri coaptat, sed Spiritus potius id a Verbo accipit. Et Filius quidem in Patre est, vt Ratio eius propria & Iubar: Nos contra, sine Spiritu externi sumus, & longe semoti a Deo, sed

Ioan. 17.

Arianoru hæresis a Ioanne Apostolo refutata.

Quomodo simus in deo et deo in nobis. Ioan. 5.

tamen Spiritus participatu coaptamur Diuinitati, vt nos esse in Patre, non hoc nostrū esse sit, sed spiritus eius qui in nobis est, & in nobis manet, quādiu illū in nobis confessione Fidei retinemus: Rursus, ita loquente Ioanne: Quicumque confessus fuerit IESVM esse Filium dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Quæ igitur similitudo aut paritas est nobis cum Filio? Aut qui (quæso) non vndiquaque refellantur Ariani & imprimis a Ioanne, quum aliter Filius sit in Patre, aliter nos, neque vnquam nos, vt ille, futuri simus: neque Verbum ita est, quemadmodum nos, nisi hic quoque per summam improbitatem: vt vbique audebunt dicere, Filium etiam participatu Spiritus & præstantia operū obtinuisse, vt ipse quoque sit in Patre. Ceterum, illud nimis est impium vel in cogitationē admittere. Ipse enim Spiritum largitur, & quæcūque habet Spiritus, ea a Verbo accipit. Igitur quum Saluator dicat de nobis hæc verba: Quemadmodum tu in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, non eadem nos in eo manentes habere significat: ostensum est enim etiam illud satis claro exēplo Ionæ: sed quod intercessu gratiæ & dignitatis acceptæ Patri conciliemur (vt Ioannes inquit) vt Spiritum per eum creditibus largiatur, per quem videmur in Deo existere, eaque ratione in illo coaptari. Nam, quoniam Verbum est in Patre, & Spiritus a Verbo donatur, ideo voluntas eius est, vt nos accipiamus Spiritum, quo accepto, cum habeamus Spiritum Verbi qui est in Patre, videamur & nos per Spiritum vnum esse in Verbo, & per eū in Patre. Iam, quum dicit (vt nos) nihil aliud significare voluit, nisi vt istiusmodi Spiritus gratia in discipulis inconcussa & irreuocabilis permaneat: quod enim per naturam (vt dixi) Filio concessum est in Patre esse, hoc nobis irreuocabiliter per Spiritum condonari exoptat: Quod quum Apostolus cognatum haberet, Quis (inquit) nos separabit a charitate Christi? Irreuocabiles enim sunt donationes Dei, & gratia vocationis. Spiritus ergo is est, qui est in Deo, & non nos per nos. Quemadmodum enim filij & dij, ob Verbum quod in nobis est, existimamur, ita in Filio & in Patre futuri sumus: existimabimurque in Filio, & in Patre vnum esse facti ob Spiritum habitantem in nobis, & re vera in Patre existentem. Cum igitur quis ob scelera sua ab isto dono exciderit (quod firmum est, & sine reuocatione in iis qui illud retinere volunt) & in peius mutata sententia illud amiserit, deficit ab eo homine Spiritus paracletus, ac iam inde in eo spiritu est, cui se inter peccandum subiecit: quemadmodum in Saul contigit. Recessit enim ab eo Spiritus Dei, & affligebat illum spiritus malus. Hæc quum audiant Dei rebelles, par erat illos in reliquum tempus pudore consopiri, neque in posterum sese fingere pares Deo. At illi mentem non animaduertunt: Impius enim (inquit) intelligentiam non nouit, neque sermones pios sustinet: graues enim illi sunt, vel solo auditu. Vide, quā illi non deficiant in suis impietatibus: sed potius Pharaonis more indurentur. Nam dum Saluatoris acta humana audiunt, eaque in Euangeliis conspiciunt, obliuiscuntur platanē iuxta Samofatensem Paternæ in Filio Deitatis, & audaci lingua ferocientes, dicunt: Quomodo potest Filius ex Patre natura similis illi esse ratione essentia? quum ipse de se dicat, Data est mihi pote-

Ioan. 17.

Absurdū

Ioan. 17.

Cuius intercessionē gratiæ deo conciliamur.

(vt nos) quid.

Rom. 8. Dona dei irrevocabilia.

Quomodo futuri sumus in patre & filio.

Quomodo a donis dei seiungimur et maligno spiritui subijcimur. Exēplū.

Authori- tates quibus vtebā tur Ariani potest Filius ex Patre natura similis illi esse ratione ni contra essentia? quum ipse de se dicat, Data est mihi pote- catholico

Ioan. 20. stas, & Pater iudicat neminem, sed omne iudicium dedit Filio: & Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus eius: qui credit in Filium, habet vitam æternam: & omnia tradita sunt mihi à Patre: & nullus agnoscit patrem, nisi Filius, & cuicumque voluerit Filius reuelare: & omne quod dedit mihi Pater, ad me veniet. Hic ita inferunt: si erat ipse (vt dicitis) Filius, nulla fuit illi necessitas accipiendi, sed iam habebat ex natura, nec laborabat eius rei indigentia, vtpote Filius: aut quomodo ille fuerit vera ac naturalis Potestas Patris, qui sub tempus passionis hæc verba vsurpauit? Nunc anima mea turbata est, & quid nam dicam? Pater serua me ex hac hora: sed ideo ad istam horam deuenit: Pater glorifica Filium tuum: venit igitur vox è cælo, & te glorificauit, & glorificabo: & rursum tale quippiam dixit, Pater, si possibile est, transeat calix iste: & ista dicens, conturbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit, Amen dico vobis, vnus ex vobis traditurus est me. De istis omnibus ita loquuntur malitiosi hæretici, si Dei potentia fuisset, nihil illi timoris inhæsisset, sed potius aliis vim potestatemque tribuisset. Aiunt igitur, si vera Sapientia, & propria Sapientia erat Patris, cur quæso scriptum est: *I E S V S* profecit sapientia, & proceritate, & gratia apud Deum & homines? & progressus in fines Cæsariæ Philippi, percõctatus est ex discipulis, quem nam ipsi homines dicerent: progressus item in Bethaniam, interrogauit, vbi Lazarus situs esset: quæsiuit itidem ex discipulis, quõtnam panes haberent. Quomodo igitur (aiunt) hic Sapientia fuerit, qui in sapientia creuit progressusque facit? eaq; ignota habebat, quæ ab aliis voluit condiscere? Quin etiam & illud ab ipsis dicitur, Quomodo potest proprium illud Verbum Patris esse, sine quo nunquam Pater fuit, & per quod omnia (vt vos dicitis) fabricatus est, quum in cruce dicat, Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti? & ante hoc orauerit, Glorifica nomẽ tuum, & glorifica me Pater ea gloria, quam habui apud te priusquam mundus fieret: Precatus est quoque in solitudine, & præcepit discipulis, vt orarent, ne intrarent in tentationem: & spiritum promptum esse dixit, sed carnem infirmam: & de die illa aut hora nemo nouit, nec Angeli, nec Filius. Ex istis verbis hanc sententiã inferunt: Si pro vestra sententia, vt æternus Filius apud Patrem existeret, neutiquam illi ignorantio fuisset de illa die, sed eam cognita habuisset, vtpote Verbum & Rationis Patris: Neque quicquam illum celasset Pater, vtpote, qui cum Patre coexisteret: neque glorificationem postulasset, quum in Patre haberet, neque vlla habendi vota fecisset: nullius enim quum Verbum sit, indigere poterit: sed quia creatura erat, istiusmodi verba locutus est, & indiguit illis, quæ non habebat: creaturarum enim proprium est, indigere, & opus habere quibus carent. Istiusmodi sunt sermones quos impij inter loquendum eructant. Atqui par erat in talibus cogitationibus adhuc improbius loqui, nempe illa, cur vlla ratione Verbum caro sit factum? ac deinde hæc verba adii-cere, Quomodo potuit is, qui Deus erat, homo fieri? aut quomodo potuit qui incorporeus erat, corpus gestare? & adhuc maiori Iudaismo cū Caiapha dicere, cur, cum plane esset homo Christus, Deum seipsum faceret? Hæc enim istisq; similia tum temporis Iudæi inspicientes, murmure strepitabant:

nunc autem eadem ista legentes Ariani, Fidem abnegant, & in blasphemias præcipitantur. Quod si quis è diuerso, hoc aut illorumque verba excuteret; deprehenderet eos omnes simul in eandem infidelitatem concurrere, similemque impietatem, bellumque aduersum nos fouere. Siquidem Iudæi dicebant, Quomodo homo cum sit, Deus esse possit? Ariani verò, Si deus verus ex Deo, quomodo potuit homo fieri? & Iudæi quidem scandalizabantur, & per cauillum dicebant, Si Filius Dei iste fuisset, non perpeffus esset crucem: Ariani vero ex aduerso è regioneque consistentes, loquuntur nobis: Quomodo audetis dicere proprium illum esse Verbum substantiæ Patris, quum corpus habeat ad talia sustinenda? Deinde, Iudæis quærentibus interficere Dominum, ed quod Patre suum Deum esse pronunciaffet, seque illi parem faciebat, operando quæ Pater operatur: didicerunt Ariani & ipsi quoque dicere, eum nõ esse parem Deo, neque Patrem proprium aut naturalem Verbi esse Deum: & qui cum iis non ita sentiunt, eos requirunt ad necem. Rursum Iudæis ita loquentibus: nõne iste filius Ioseph, cuius nos patrem & matrem nouimus? Quomodo igitur dicit, priusquam Abraham esset, ego sum? & de cælo descendit? Ariani quoque istorum asseclæ, paria reddunt: Quomodo potest aut Verbum aut Deus esse, qui dormit vt homo? qui in lacrymas prorumpit & percõctatur? Ambo enim isti, contemplatione affectionum humanarum quas sustinuit Saluator ob carnẽ quam habebat, inficiantur proprietatem & Deitatem Verbi. Quum igitur sit ista Iudaica vesania, eaque proditoris Iudæ, aut ex aperto profiteantur sese Caiaphæ, & Herodis discipulos esse, nihil occultantes Iudaismũ sub Christianitatis titulo, & penitus abnegent, vt antea dixi, carnalem Saluatoris aduentum: id enim illorum hæresis peculiariter sentit: aut si verentur propagam Iudaizare & circuncidi, vt Constantio placetur, iisque quos fraudibus deceperunt, ne loquantur quæ sunt Iudæorum: æquum enim esse, sententiarum nomina deprecantur, eorum quoque sententias refugere. Christiani enim sumus, o Ariani, Christiani inquam sumus, & propriè ad nos pertinet, bene ex Euangelio de Saluatore sentire: neque cum Iudæis cum lapidare, si eum de Diuinitate & æternitate sua audiamus loquentem: neque vnà cum illis scandalizari, vbi, vt homo, nostri causa humilibus verbis vtitur. Si igitur & vos vultis Christiani esse, deponite vesaniam Arii, vestraque aures sordentes blasphemiarum verbis, eluite pietatis sermonibus, pro certo habentes omisso Arianismo, reiectaque Iudæorum peruerfitate, statim vobis è tenebris veritatis lucem orituram esse, neque iam inde nobis opprobriatos esse, quasi qui duo æterna statuamus: cognoscerisq; etiam ipsi vos, Dominum nostrum verum & naturalem Filium dei esse, & non simpliciter æternum, sed ex Patris sui proprietate spectandum esse. Sunt enim & alia æterna, sed quorum ipse conditor sit: nam & Davidis verba sunt, Attollite portas principes vestras, & eleuami portæ æternales. Iam, quum certum sit etiam illas per eum conditas esse, ipsumque æternorum esse conditorem, quis nostrum vnquam dubitaturus est, quin istis æternis ipse sit anterior, illumq; non tam æternitate, quàm ex eo, quod Filius sit dei, spectari considerarique debere? Filius enim quum sit, separari

Arianorum argumta scublasphemie de Christi afsectionibus.
Matt. 16.
Ioan. 11.
Marc. 6.
Pfal. 22.
Ioan. 17.
Matt. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.
Marc. 13.
Matt. 24.
Arianorum uentum.
Arianorum in quaestione bus impiis consensu.

rari à Patre non potest, neque fuit vnquam, quando non erat, sed erat semper: quippe, qui & Imago erat, & Iubar sui Patris. Male igitur eos ea dicta, quæ cauillabantur intelligere, ex paucis verbis quæ superius tractata sunt, deprehendere licet. Quin & iam quoque in verbis Euangelicis ad calumniam detortis, eos rectum sensum non tenere, facillime perspicias, si vel nunc scopum Christianæ Fidei ante oculos ponas, eoque pro regula vsus, lectioni Scripturæ diuinitus (vt inquit Apostolus) inspiratæ animum intendas. Quem scopum quum Christi perduelliones incognitum haberent, à via veritatis decerrauerunt, lapidique offensionis impacti sunt, sentientes diuersa ab iis quæ sentienda erant. Scopus igitur iste & formula Sacræ scripturæ, quem admodum dixi, vt sentias ibi duplicem esse de Saluatore historiam, eumque semper & Deum, & Filium esse, quia Verbum sit, & Iubar & Sapientiam sui Patris: postea autem propter nos assumpta carne ex Maria virgine eundem hominẽ esse genitum: Atque id vbique per omnem Scripturam significari deprehendas, vt dominus ipse dixit, Scrutamini Scripturas, quoniã illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: sed ne omnia verba in vnum coaccumulans prolixior in scribendo efficiar, contenti erimus pro omnibus vnus duntaxat Ioannis verbis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factũ est in ipso, & Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam vt vnigeniti ex patre. Paulus item, Qui quum in Forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, vt esset equalis Deo, sed seipsum exinaniuit, serui formam accipiens, in similitudinem hominum factus, & specie inuentus est vt homo, humiliavit seipsum, obediens factus vsque ad mortem, atque adeo mortem crucis. Nam ex istis, si quis eodem animo perambulet vniuersam Scripturam, videbit primum hunc fuisse, cui dixerat Pater, fiat lux, & fiat firmamentum, & faciamus hominem: eundemque deinde sub consummationem seculorum missum à Patre fuisse in mundum, vt ser uaretur mundus per ipsum. Scriptũ est enim: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet Filiũ, vocabuntque nomen eius Emanuel: quod ex interpretatione significat, nobiscum Deus. Qui igitur Sacras literas in manus sumit, is ex veteri quidẽ Testamento has sententias colligat: ex Euangelis autem, Dominum spectet hominẽ esse factum. Verbum enim (inquit) caro factum est, & habitauit in nobis. Cæterum, homo factus est: & non in hominem, qui iam erat, superuenit: Nam & hoc quoque cognitu necessarium est, ne quando, qui hic ruinam passi sunt impij, etiam alios secum eodem præcipitent: quippe, qui existimant eum, quemadmodum patris temporibus in vnumquemque ex Sanctis descendit: ita tum quoque in Mariæ Filium descendisse vt eum sanctificaret, & in eo sese ostenderet, vt in cæteris sanctioribus hominibus fecit. Nam si ita esset, & duntaxat in hominẽ venisset, quid nam ea res miri habebat? certè, non obstupuisset illi, qui eum videbant, neq; in hæc verba prorupissent, vnde & quantus est iste: rursumque, cur tu quum homo sis, Deum temetipsum facis? Siquidem iam assueti erant audire verbum Domini esse factum,

trialis coæternus patri.
scop scriptura sacra de Christo.
Ioan. 5.
Ioan. 1.
Philip. 2.
Gen. 1.
Esa. 7.
Ioan. 1.
Filius dei non in hominẽ iam ante existẽtem superuenit vt putant Ariani sed carne ipse induit.
Ioan. 10.

nunc ad hunc, nunc ad illum Prophetam. Iam autem, quia Verbum Dei, per quem omnia facta sunt, sustinuit etiam Filius hominis fieri, humiliavitque semetipsum serui formam accipiens, inde nimirum euenit, vt crux Iudæis in scandalum cesserit: nobis autem Christus Virtus sit Dei, & Sapientia. Verbum siquidem (vt inquit Ioannes) caro factum est, Scriptura pro consueto more hominẽ carnem appellante, vt apud Iohelẽm Prophetam deprehendas: Effundam super omnem carnem de Spiritu meo. Daniel quoque Aftyagi ita locutus est: Non colo idola manufacta, sed Deum viuum conditorem cæli & terræ, qui dominatũ habet in omnem carnem quippe & ille & Iohel humanum genus appellarunt. Olim igitur ad vnumquemque; Sanctorum verbum factum est, eosque sanctificauit, qui illud legitime recipiebant, nec tamen quum illi nascerentur, dictum est Verbum esse carnem factum, neque dum illi patiebantur, scriptum est Verbum passum esse. Contrã, vbi semel Verbum natum ex Maria prodiisset sub consummationem seculorum ad peccata abroganda (ita enim Patri visum fuit Filium suum mittere, factum ex Muliere, factum sub lege) tum denique scriptum est, Verbum assumpta carne hominem esse factum: & in ea carne passum esse pro nobis, vt Petrus testatur: Christo enim, inquit, pro nobis passo in carne: vt palam fieret, omnẽsq; crederemus, eum, quum semper Deus esset, & sanctificaret ad quos accedebat, dispõneretque omnia pro arbitrio Patris, postmodum in gratiam nostri hominem esse factum, & corporaliter, vt inquit Apostolus, habitauit Diuinitas in carne. Quæ verba idem valent, ac si dicas, quum Deus esset, proprium quoddam corpus cepit, eoque vtēs vt organo, homo factus est propter nos. Ideoque quæ propria sunt carnis, etiam de illo referuntur: nimirum, quia in carne consistebat: qualia sunt esurire, sitire, pati, fatigari, aliisque id genus, quæ caro in se recipit. Quin & ea opera, quæ sunt propria Verbi, qualia sunt, mortuos excitare, cæcis visum reponere, hæmorrhoidiam sanare, ea quoq; omnino corporis ministerio peragebantur: Et quemadmodum Verbum carnis infirmitates baiulabat vt suas, neque id mirum, erat enim caro ipfius: ita rursus, quum caro suo ministerio Diuinitatis operibus inferuebat, illa opera in carne fiebant, quia caro illa erat corpus Dei. Probe autem Propheta locutus est, Gestauit infirmitates nostras, non autem curauit, ne quasi extra corpus humanum cõsistens, corpusq; sanans vti semper fecit, obnoxios iterum morti homines relinqueret. Cæterum, infirmitates nostras ipse baiulat, & peccata nostra ipse gestat, vt in conspicuo sit, eum hominem propter nos esse factum, & corpus; quod peccata ferebat, illi esse proprium. Et ipse quidem nihil lædebat, efferens peccata nostra in crucem vnã cum corpore suo, vt Petrus dixit, vt nos mortales ita à nostris passionibus liberaret. Quocirca, quum eius caro patiebatur, ipse non erat extra corpus, ideoque ea ipsa passio illius nuncupatur. Et quum diuinitus designaret opera Patris, non erat seorsum à sua carne, sed in ipso suo corpore hæc opera patrabat. Ideoque, quum homo esset factus, hæc verba vsurpauit, Si non facio opera Patris mei, ne credideritis mihi: sin autem facio, etiam si mihi non credatis, saltem ex operibus credite, vt cognoscatis Patrem in me

Philip. 2.
Dani. 14.
Verbum factum ad scerentur, dictum est Verbum esse carnem factum, quomodo.
Verbum factum ex muliere.
Gal. 4.
1. Pet. 2.
Colof. 2.
Christus carne indutus ei quoque in firmitates sustinuit.
Verbum dei humanitate velatum miracula (quæ dei sunt) faciebat.
Simile.
Esa. 55.
Infirmitates nostras portauit Christus.
1. Pet. 2.
Ioan. 10.

Miracula Christi. esse, & me in Patre. Certe, quum necessitas requirebat, ut focrum Petri febrientem excitaret, humano quidem more manum extendit, diuinitus autem morbum compefcuit: & in cæco à natiuitate, humanum è carne emisit sputum, diuinitus autè oculos aperuit per lutum: in Lazaro autem vocem quidem ut homo edidit, diuinitus tamen vt deus eundem è mortuis excitauit. Ista autem eo modo facta sunt, eaq; ratione adhibita, ne imaginarium ac non verum corpus habere crederetur. Congruum enim erat, vt Dominus, quum indueret humanam carnem, eam solide cum omnibus suis passionibus indueret: vt enim hoc proprium eius corpus, ita & corporis passiones, ipsius passiones appellatur, etsi eæ non pertingerent ad diuinitatem: nam si id corpus alterius fuisset, passiones quoque illæ alterius dici debuissent. Sin autem contrà, Verbi erat ea caro (Verbum enim caro factum est) necessum est, passiones carnis, eius quoque dici, cuius est illa caro. Cuius porro dicuntur passiones esse, quales imprimis sunt condemnari, flagellari, sitire, crux denique, & mors ipsa; aliæque corporis afflictiones, eius quoque virtus & gratia, in iis quæ per corpus gesta sunt, haberi debet. Ea de causa igitur recte & congruenter non alterius, sed ipsius Domini passiones appellantur, vt & gratia ab illo descendisse intelligatur, & non alterum coleremus, sed veram & sinceram pietatem tueremur. Quod autem neminem ex rebus creatis, neque vulgarem hominem, sed naturalem & verum Dei Filium, eumque hominem factum ac nihilo minus Dominum & Deum & Saluatorem inuocamus, hoc ipsum quis nõ admiraretur? aut quis non statueret, rem plane Diuinam esse? Nisi enim opera Deitatis Verbi per corpus patrata fuissent, nunquam homo Deificatus esset: rursus, nisi quæ propria sunt carnis, Verbi dicerentur, nunquam ad plenum homo ab illis liberatus fuisset. Nam tametsi paulisper quasi datis feris interquieuissent, peccatum tamè & corruptio æque ita in homine remansisset, quemadmodum in primis hominibus vim suam & tenorem retinuit: eaq; res ita demonstrari potest. Per multi fuere viri Sancti, puri omnis criminis. Siquidem Hieremias ex vtero sanctificatus fuit, & Ioannes dum adhuc à grauida matre gestaretur, exultauit in gaudio ad vocem Deiparæ Virginis, mors tamen æque regnauit ab Adam vsque ad Moysen, & in eos qui non peccauerant, ad similitudinè prauaricationis Adæ. Atque ita manserunt homines nihilo minus mortales & corruptibiles, capaces interim affectionum naturæ. Nunc autem, postquam Verbum homo factum est, sibi quæ vt propria vendicauit ea quæ sunt carnis, non vterius illa corpus humanum, eò quòd ibi Verbum Dei consistat, attingunt, sed ab eo absumuntur, nec iam inde homines secundum suas passiones peccatores & mortui permanent, sed secundum Verbi potentiam resurgentes, immortales & incorruptibiles perseverant. Vnde, nascente carne ex Deipara Virgine, ipse dicitur natus esse, qui aliis ortum initiumque existendi præbet, vt nostram originationem in se transferat, nec deinceps, quasi in terra manentes, in terram abeamus, sed vt Verbo cælesti coaptati coaliti que, in cælos subuehamur. Eadem igitur ratione etiã cæteras affectiones corporis non incongruenter in seipsum transposuit, vt iam deinceps nõ vt homines, sed vt ij, quos vt pro-

prios & pro suis agnoscat Verbū, æternæ vitæ confortes efficeremur. Non enim vterius secundum priorem originem Adæ intermorimur, sed deinceps nostra origine cum omni carnali infirmitate in Verbum translata, è terra excitamur, dissoluto peccati piaculo per eum, qui in nobis & pro nobis piaculum factus est. Ac non immerito: quemadmodum enim in Adam ex terra deriuati morimur, ita denuo ex aqua & Spiritu Sancto regenerati in Christo omnes viuificamur, quasi caro nostra non amplius terrestris, sed rationalis facta sit, & vt sic dicam, verbificata ob Rationè siue Verbum, quod in nostri gratiam caro factum est. Vt autem impassibilitatem naturæ Verbi, eiusque ob carnem infirmitates cognoscamus, operæpretium est, vt maiori diligentia audiamus beatum Petrum. Is enim dignus testis cui de Saluatore habeatur fides, qui ita scribit: Christo igitur pro nobis carne passio. Quocirca, quum dicitur aut esurire, aut sitire, aut fatigari, aut nescire, aut dormire, aut plorare, aut postulare, aut fugere, nasci item & deprecari calicem, & simpliciter quæcunq; sunt corporis, tolerare, recte ea omnia de Christo esuriente, sitiente pro nobis, colâphis cæso, laborate, exaltato, nascente, crescente, metuente, latente, atque ad istum modum loquente: Si possibile est, transeat à me calix iste, calicemque pro nobis, quantum ad carnem attinet, accipiente, ea inquam, omnia recte de eo dici ac prædicari possunt. Nã & ipse Apostolus propterea ad istum modum locutus est: Christo passio non Deitate, sed carne, idque pro nobis, vt non ipsius Verbi proprias istiusmodi passiones & naturales, sed carnis esse cognosceremus. Ne quis igitur hominum scandalizetur, sed potius cognoscat Verbum ipsum ex natura sua impassibile esse, sed tamen ob carnem quam induit, ista de eo prædicari, quia & illa propria sunt carnis, & caro illa proprium est corpus Saluatoris. Et ipse quidem impassibilis ex natura perseuerat, nullam noxam ex istis rebus sentiens, sed illas in se profligat: homines autem, in eum, qui impassibilis est, translatis passionibus suis ibique peruentibus, impassibiles, & ipsi deinde & liberi ab istis calamitatibus in æternum redduntur, vt ipse suis verbis docuit Ioannes, cum inquit, Et scitis illud manifestatum esse, vt tolleret peccata nostra, & peccatum in eo non est. Iam, cum res ita se habeat, non exprobrabit hæreticus aliquis, qui resurgere possit caro mortalis naturæ? aut si resurgat, cur non denuo sitim & esuriam percipit, & mortalis remanet? ex terra enim orta est, & quod illi naturale est ex carne, quomodo in ipsa sopiri poterit? Huic tam contentioso hæretico vel ipsa caro responderit: Eram quidem ego ex terra secundum naturam mortalis, sed postmodum facta sum Verbi caro, & ipse ille qui Verbum est & omnino impassibilis est, tulit passiones meas. Ego autem libera facta sum ab illis, utpote, cui non permissum sit, vt istis obnoxia sim, idque per Dominum qui me ab istis rebus vindicauit. Si igitur obiicis, quòd liberata sum à naturali corruptione, vide ne obiicias, quòd Dei Verbum meæ seruitutis speciè assumperit. Vt enim Dominus, induto corpore, factus est homo: ita & nos homines ex Verbo Dei deificamur: eò quòd illud receptum sit in carne, & iam inde vitam æternam adipiscimur. Hæc necessario prius excutienda fuerunt, vt si viderimus diuinitus

*Infirmi-
tes carnis
cur vnâ
eâ carne
induerit
Christus.*

Ioan. 1.

*Homo quo
modo dei-
ficatus.*

*Sanctorū
virorū nu-
merus.*

Luc. 1.

*Incarna-
tionis
Christi v-
tilitas.*

*Christus
cur natus
esse dica-
tur.*

*Infirmi-
tes nostras
portauit
Christus.*

1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

Col. 2.

1. Tim. 2.

Ioan. 14.

Luc. 10.

Ioan. 5.

*Preceden-
tū autho-
ritatū in-
terpreta-
tio.*

Ioan. 14.

*Hæ voces
(datū est,
traditum
est) Filij
diuinita-
tem nõ di-
minuunt.*

1. Tim. 2.

1. Pet. 2.

1. Tim. 2.

1. Pet. 2.

1. Tim. 2.

1. Pet. 2.

1. Tim. 2.

*Christū
considera-
re quate-
nus ex deo
& homi-
ne consti-
tuitur ve-
ra est si-
des.*

*Manichei
Iudæi &
Ariani
quomodo
defecerūt
à fide.*

eum per organum sui corporis agere quippiam vel dicere, vt tum in mentem veniat, Deum esse qui ista operatur: & vicissim, si viderimus eum humanus loqui aut pati, nõ ignari simus, eum, quia carnem gestet, hominem esse factum, atque inde fieri vt ista vel dicat vel faciat: rectam enim Fidem bene tuebimur, si, quod vtriusque naturæ proprium est, consideremus, & ab vno vtrumque præstari animaduertamus: id si à nobis fiat, nunquam in errorem prolabemur. Contrà, si quis ea quæ à Verbo diuinitus patrantur; respectu obtuitūque corporis, Verbi in carne præsentiam inficietur, vel ex rebus humanis similia mutuetur, quæ de Verbo sentiat: idem ille profecto veluti Iudaicus caupo admiscendo vinum aquæ, aut scandalum existimabit crucem, aut vt gentilis, stultitiã arbitrabitur Euangelij prædicationem, quod istis Dei perduellionibus, rabiosis inquam Arianis, vides cõtigisse. Nam humana Saluatoris nostri præ oculis habentes, in eam opinionè venerunt, vt illum existimarent creaturam. Ergo vicissim oportebat, dum diuina illius opera contuentur respectantes, vt abnegarent corporis illius natiuitatem, ac sese iam inde Manicheis adnumerent. Cæterum, ipsi vel fero tandem condiscant Verbum carnem esse factum: nos autè scopum Fidei retinentes, cognoscamus quæ isti male interpretantur, recto sensu prædita esse. Nam hoc dictum, Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius: &, Omnia mihi tradita sunt à Patre: &, Ego non possum quicquam facere ex meipso, sed quemadmodum audio, ita iudico: & quæcunq; sunt istiusmodi generis sententiæ, non id indicant, quasi aliquando ea non habuerit Filius. Quomodo enim quæ habet Pater, non habuerit æternum & vnicum Patris ex substantia Verbum & Sapientia, cuius ista sunt verba? Omnia quæ habet Pater, mea sunt: & mea, sunt Patris. Si enim quæ Patris sunt, ad Filium pertinent, & semper illa Pater habet: certum est Filium semper habere ea, quæ sunt Patris: quippe, qui semper in eo sit. Quocirca, non ideo quòd aliquando non habuerit, istiusmodi locutus est: sed quæ possidet vt Deus, ea postulat vt Filius. Nam quæ habet, à Patre habet: Sed ne quis videns Filium habere omnia quæcunq; Pater habet, ex indiscreta similitudine eorum quæ habentur, Sabelliano more deceptus impie sentiat, existimetque Filium etiam Patrem esse: ea de causa hoc verbum prolatum est, Datum est mihi, & accepit: & traditum est mihi: nulla alia de causa, quàm vt ostenderet se Patrem non esse, sed Patris Verbum, & æternum Filium: qui quidem ob similitudinem Patris, quæcunq; habet, perpetuo ab eo habet. Verum, quia Filius est, ideo perpetuo ex Patre habet, quæcunq; habet. Quod autem hæ voces (datum est) & item (traditum est) aliæque similia, non diminuunt Deitatem Filij, sed potius ostendant eum plane Filium, possis vel ex ipsis verbis intelligere: Si enim omnia illi tradita sunt, primum quidem alius est, diuersusque ab illis quæ accepit. Quum enim omnium sit hæres, intelligendum est solum illum esse Filium, Patrîque suum ac proprium ratione substantiæ. Si enim vnus esset ex numero vniuersitatis, nequaquam vniuersitatis fuisset hæres: sed & quisque accepisset pro libito, & Pater dedisset.

set. Nunc, cum ipse omnia accipiat, alius est diuersusque ab omnibus, & solus proprius sui Patris. Quod autem illæ voces (datum est) & (traditum est) nusquam ostendant illum aliquando non possedisse, licitum est ex simili dicto in vniuersum hoc ipsum prospicere. Ait enim Saluator, Quemadmodum Pater habet vitam in semetipso: ita quoque Filio dedit vitam habere in semetipso. Nam ex hac voce (dedit) indicat sese Patrem non esse: ex isto autem dicto (ita) Filij similitudinè proprietatemque cum Patre significat. Si igitur aliquando fuisset, quum Pater non haberet: certū est etiam fuisse, quum Filius non haberet: vt enim Pater, ita quoque & Filius habet. Quòd si illud impium dictum est, piū autem illud, Patrem semper habuisse, quæso, non absurdum, dicente Filio, vt Pater habet, ita & Filium habere, istos dicere, nõ ita ipsum habere, sed aliter? Syncerior igitur, ac maioris fidei sermo Verbi est, quo dicit se ea accepisse, quæ semper habet, quia à Patre habeat. Et Pater quidem à nemine, Filius autè à Patre habet. Vt enim, si ipsum iubar loquatur, omnia mihi donauit lux vt illustrarem, & ex meipso lucem non præbeo, sed vt lux voluit: ea (si diceret) non indicaret se aliquando non habere, sed lucis se quiddam esse proprium, lucisq; omnia sua esse: ita id quoque multo magis in Filio intelligendum est: nam omnia Pater dedit Filio: & rursus, Omnia Pater in Filio possidet: Filiusq; possidente, Pater vicissim ea retinet. Vt enim Filij Diuinitas, Patris Diuinitas est: ita Pater in Filio vniuersitati rerum prouidentia consulit: Horum igitur verborum istiusmodi intellectus est. Cæterum, ea quæ humanitus de Saluatore referuntur, & illa quoque piam sententiam in se complectuntur. Ea enim de causa iam prius illa excussimus, vt si audierimus eum percunctantem de Lazaro, vbi nam situs esset: & interrogantem, Quémnam me dicunt homines esse: &, Quot panes habetis? &, Quid vultis vt faciam vobis? cognoscamus ex superioribus dictis veram inibi esse sententiam, & non scandalizemur, quemadmodum Christi oppugnatores Ariani. Primum igitur, iis ita impie sentientibus hoc proponendum est, vndenam colligant, eum ea quæ percunctatur, ignorare? Non enim quisquis interrogat, statim ignarus est eorum, quæ interrogat: sed fit, vt de illis percunctetur, de quibus plenam scientiam habet: certe Ioannes, qui inducit interrogantem Dominum, quot panes haberent, nouerat illum earum rerum ignarū non esse, sed consciū: ait enim, Hoc autem locutus est, vt tentaret Philippum: ipse enim norat, quid facturus esset. Si igitur norat id quod faciendum sibi erat, vtique ignorantia laborare non potuit, sed cum scientia interrogationè fecit. Ex ista re, cætera quæ similia sunt, intelligas, nimirum, quòd cum percontatur, vbi Lazarus iaceat: aut dum interrogat, quémnam ipsum homines dicant, non quasi ignarum, sed vt certum percontationes suas facere: quippe, qui sciret quid destinauerat facere: & celerrime eorum sophisma ita excluderet. Quòd si contentiosius premant istas interrogationes, audiant, in Diuinitate ignorantiam non esse, sed id proprium esse carnis, vt iam superius dictum est. Quòd autem id verum sit, vide (quæso) Dominum interrogantem vbi Lazarus iaceat, & quū inde adhuc procul ageret, dixisset, Lazarum esse mortuum. Atq; idem ille qui secundum

*Interpre-
tatio ver-
borū quæ
humani-
tati Chri-
sti conue-
niunt.*

Ioan. 5.

Simile.

Ioan. 14.

Matt. 16.

Marc. 10

*Cur Chri-
stus inter-
rogauerit
Philippū.*

*Ignorare
Christus
nõ potuit.*

Christus nonit abscondita cordis omnium hominum.

Ioan. 14. Humanitas Christi non minuit eius diuinitatem.

Ioan. 17. 1. Pet. 2. Interpretatio verborum D. Ioan.

Quatenus homo potestatem accepit Christus a Patre.

Absurdum

istos existimatur ignorantia laborare, is est, qui cogitationes discipulorum prae cognoscebat, certiorque erat quae in cordibus singulorum latebant, & quid in homine esset. Et quod magis est, ipse solus cognoscit Patrem, & dicit: Ego in Patre, & Pater in me. Cuius igitur manifestum est, ignorantiam ad carnem pertinere: ipsum autem Verbum, quatenus Verbum est, & omnia antequam fiant, scientia prae cognoscere. Non enim ideo quia homo factus est, desinit esse Deus: neque quia Deus subsistit, abducit se ab eo quod humanum est, absit: sed potius, quum Deus erat, assumpsit carnem: & in carne existens, deificat carnem: & quemadmodum in ea interrogationes faciebat, ita quoque; & in ea mortuum excitabat: omnibusque ostendit, se, qui mortuos viuificaret, & animam reuocaret, multo facilius omnium occulta sibi cognita habere, eiq; certum esse, vbi Lazarus iaceat, sed tamen interrogationibus insistere: faciebat enim & illud optimum vnde cunq; Verbum Dei, quod omnia propter nos sustinuit, vt nostram ignorantiam diuulans, donaret nobis cognitionem veri sui ipsius Patris, scientiamque ipsum propter nos ad salutem omnium esse missum, quo dono nunquam quicquam fuerit maius. Cum igitur ista verba calumniantur: Data est mihi potestas: &, Glorifica filium: dictumque item Petri, Data est illi potestas: hoc intellectu ista omnia interpretemur, humanitas illum ob corpus suum ista omnia loqui, non quod necessitate adigeretur: Sed tamen ipse sibi quasi data confitetur, quatenus humanitas accepit, vt eo, qui Dominus erat, accipiente, & in ipso donatione istarum rerum residente, gratia ipsa firma permaneret. Nam quod merus homo accipit, id ei eripi potest, cuius rei specimen in Adam vidimus: quippe, qui illud, quod accepit, perdidit. Vt autem gratia inademptilis esset, firmaque hominibus custodiretur, ea de causa hanc donationem, vt propriam sibi arrogat, dicitur se potestatem accepisse, vt hominem, quam semper habet vt deus: diciturque, glorifica me, qui alios glorificat, vt ostenderet carnem se habere istarum rerum indigam. Ac proinde carne suae humanitatis hanc glorificationem accipiente, ita loquitur, quasi ipse ea accepisset. Si igitur, vt saepius dictum est, Verbum homo non est factum, agnoscamus has voces contra nos esse, quod accepit, quod gloria indigerit, quod ignorauerit. Sed cur de datore ita sentimus quasi non daret, sed acciperet, eumque qui aliis suppeditat, indigere arbitramur? & Verbum segregamus a Patre, quasi quod imperfectum sit, & quadam necessitate laboret? humanitatem autem donatitia illa gratia spoliamus? Si enim Verbum ipsum, quatenus Verbum est, accipit, & glorificatum est, & secundum Deitatem suam sanctificatum est, & resurrexit, quae spes (obsecro) hominibus relinquitur? permanent enim quales erant, nudi, miseri, & mortui, nullum consortium habentes in eis, quae data sunt Filio. Aut quid aduenit? aut cur Verbum caro factum? Si ideo factum est, vt ea sibi acciperet, quatenus se accepisse dicit: carebat igitur istis prius, & gratiam potissimum debet corpori suo, eo quod, quum in corpus venisset, tum demum illa accepit a Patre, quatenus non habebat, antequam in carnem descenderet. Quippe, qui iam inde melioris feliciorisque conditionis sit factus per corpus, quam corpus per ipsum: At illa Iudaica sen-

tentia est. Sin autem Verbum, vt liberaret hominum genus, descendit: hominesque sanctificaret, Deificaretque, caro factum est: quum ea de causa caro factum sit, cui iam quales obsecro fuerit, cum quae dicit se accepisse, tum demum accepisse, quum caro factum esset? neque sibi accepisse, sed carni? In qua enim erat, quum hoc diceret, huius illa dona aestimanda sunt, quatenus per ipsum a Patre conferebantur. Quatenus autem postulauerit, videamus: aut quatenus tandem sunt, quatenus se accepisse dicebat, vt salutem vel inde illi ad pudorem deducantur. Gloriam igitur postulabat, & dixit: Omnia mihi tradita sunt: & post resurrectionem, omnem potestatem se accepisse dicit: sed tamen antequam diceret, omnia mihi tradita sunt, omnium erat Dominus: siquidem omnia ipsius erant, solusque; Dominus erat, per quem omnia. Et quum gloriam peteret, etiam tum erat gloriae Dominus, vt Paulus dicit: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Habebat enim quatenus postulabat, id quod ex his verbis apparet: Glorifica me (inquiens) gloria quam habebam apud te, antequam mundus fieret: potestatem autem quam dicebat se post resurrectionem accepisse, eam habebat priusquam acciperet, etiam ante resurrectionem. Ipse enim per se increpabat satanae, dicens: Faceffe a me Satana: suisque discipulis contra Satanam potestatem dedit, quum ipsis reuertentibus aiebat, Videbam Satanam tanquam fulgur e caelo cadentem. Quinimo, quod dixit se accepisse, hoc, priusquam acciperet, ipsum possedisse in demonstrato est: quippe, qui daemones expellebat, & quatenus ligauerat Satanas, dissoluebat, vt in Abrahamica filia patet, & peccata remittebat paralytico, & mulieri, quatenus pedes vnixerat, dicit: Dimittuntur vobis peccata vestra: & mortuos excitauit: & caeco oculos restituit, donans ei videndi facultatem: istaque faciebat, non super sedens donec acciperet potestatem: sed statim faciebat, vt qui iam tum potiretur ea potestate: adeo, vt inde clare innotesceret, eum quatenus habebat, vt Verbum, eum tum demum quum homo factus esset, & postquam resurrexerat, humanitas accepisse: vt per eum homines in terra quidem quasi confortes diuinae naturae potestatem haberent contra daemones: in caelis vero vt liberati a corruptione, in aeternum regnarent. In summa, id vbiq; animaduertendum est, nihil eorum quatenus dicit se accepisse, ita se accepisse, quasi non habuisset: habebat enim illa, vt potestatem semper & Deus, & Verbum: Nunc autem dicit humanitas se accepisse, vt carne eius in ipso accipiente, in posterum ea ex carne illius in nos firmiter possidenda traderentur. Nam quod a Petro dictum est, accepisse illum a Deo gloriae & honorem, eo quod Angeli ipsi subiecti sunt, talem in se mentem complectitur: Vt enim interrogabat humanitas, excitabat autem diuinitas Lazarum: ita quoque hoc vocabulum (accepit) humanitas intelligendum est: ipsa autem Angelorum subiectio, Deitatem Verbi demonstrat. Desinite igitur, o Deo odibiles, & ne humilietis Verbum, neue adimatit eius Diuinitatem quatenus Patris est, tanquam illius, qui aliqua necessitate, vel ignorantia laboret, ne, quatenus vestra sunt, in Christum coniciatis, vt tum Iudaei faciebant, qui illum lapidabant. Non enim Verbi quatenus Verbum est, ista sunt propria, sed hominum: & quemadmodum spuerit illo, manumque extendente,

Quatenus autem dicitur, vt salutem vel inde illi ad pudorem deducantur.

Ioan. 2. Deum & hominem se declarauit Christus, quomodo.

An iudicij die cognouerit Christus.

Marc. 13. Diluit Arianorum obiectione.

simile.

Miracula non sunt hominis sed Dei.

dente, & Lazarum euocante, non dicimus illa hominis esse miracula, etiam si per corpus conficiebantur, sed Dei: ita quoque cum humana de Salvatore in Euangelio referuntur, perpensa considerataque indole eius dicti, si aliena abhorrentiaque videbuntur, non Diuinitati eius, sed humanitati attribuenda sunt. Si enim Verbum caro factum est, ergo carni & sua qualitas, diuersaeque; a Verbo affectiones sunt: rursum si caro in Verbo Deum gestat, gratiam inde commodaque percipit. Certe, quantum opera Patris per carnem faciebat, nihilo tamen minus affectiones carnis in eo apparebant. Quale est, quod interrogabat, & excitabat Lazarum: increpuit Matrem, Nondum (inquiens) venit hora mea: & statim aquam in vinum mutauit, quia verus Deus erat in carne, & vera caro in Verbo: ideoque ex operibus quidem prodebat suam diuinitatem, ex carnis vero affectionibus declarabat se verum corpus gestare, quod illi suum ac proprium erat. Cum igitur res sese ita habeat, agite, dictum illud de die, & horam quam nemo nouerat, ne Angeli quidem aut Filius, excutiamus. Hic imprimis & magnopere ignari & caecutientes, magnam existimant se in eo dicto habere suae haereseos causam. Ego autem eos hoc ipsum causificantes, & sese instruentes veluti gigantes, iterum Deum oppugnare conspicio. Dominum enim caeli & terrae, per quem omnia facta sunt, reum ignorantiae faciunt de die illa & hora: & Verbum, quod omnia nouit, condemnatur ab eis, quasi qui diem illum ignotum habeat: & Filius, qui cognoscit Patrem, incessit de incertitia diei & horae: huic insaniae, quam (quatenus) parem inuenias? Per Verbum omnia facta sunt, & tempora & rerum agendarum articuli, nox item & dies, & vniuersa rerum natura: & opifex ab istis fertur suum opus non intelligere? At qui ipsa series lectionis ostendit, Filium Dei illam diem & horam probe scire, etiam si Ariani sua incertitia in praecipua ruant. Vbi enim dicit, (ne Filius quidem,) ibi discipulis recenset ea, quatenus diem illam antecedunt, dum inquit, ista & ista futura sunt, ac tum denique finis. Iam, qui ea, quatenus diem illam antecedunt, eloquitur, omnino in cognitione sua diem habet, quatenus post res praenunciatas subsequutura est. Si enim diem nesciret, nunquam ea, quatenus diem anteueniunt, designasset: quippe, ignarus quando ea hora futura esset. Ac veluti, si quis domum aut ciuitatem ignaro, certis signis describere cupiens, ea quatenus ante domum vel ciuitatem consistunt, percenscat: & post omnia designata loquatur, iam deinde in proximo tibi est ciuitas aut domus, certe fieri non potest, vt is, qui ita rem demonstratam tradit, incognitum habeat, vbi nam locorum domus aut ciuitas illa consistat: nam si id eum lateret, profecto nunquam indicauerit ea quatenus prioribus locis consistunt: quin potius per ignorantiam auditores suos procul a recto diuerterit, aut inter loquendum non animaduertent se in re significanda limites transmittere: Ita quoque Dominus enarrans ea, quatenus praeterea sunt ante illam diem & horam, exacte nouerat, nequaquam ignarus quatenus illa hora & dies immineret. Caeterum, quatenus de causa, quum rem cognitam haberet, non deserit eam, dilucidaque discipulis exprefert, nefas quiddam arbitror in id arcanum curiosius inquirere, quod ipse tacitum celatumque esse voluit. Quis enim norit mentem Domini? aut quis

cuius consiliarius fuerit? Sed tamen, quatenus ita sermonem temperarit, ne Filium quidem hoc cognitum habere, quum hoc omnium optime cognosceret, ne id quidem infidelibus obscurum arbitror, eum hic per carnem hominis more, & ex persona hominis locutum esse. Neque est vt aliquid detrimenti Verbo Dei accidisse putes, quum ignorantia ista ad humanam naturam, cui id peculiare est, solummodo pertineat. Et hoc ipsum eleganter deprehendas, si quo tempore id Dominus locutus est, cum bona conscientia expendas. Non enim in creando caelo, neque quum apud Patrem omnia disponebat, neque antequam homo fieret: sed cum Verbum caro factum esset, hoc sermone usus est: Atque ideo quicquid post hominem sumptum humanitas loquitur, ea omnia par est humanitati ascribi. Verbi enim proprium est, cognoscere quatenus fecerit, horumque principium & finem non ignorare, quum eius sint opera: noritque, quot & quam diuturna ea in condendo esse voluerit: quapropter si nec rerum singularum principia, nec terminos ignoret, omnino etiam nouerit vniuersalem & communem omnium finem. Certe in Euangelio, vbi de se humano more loquitur, Pater (inquiens) venit hora, glorifica Filium tuum: clare praese tulit de vltima hora vniuersitatis eiusque; sine, vt Verbum quidem, se cognitionem habere, vt hominem vero, in ignorantia versari. Siquidem hominis proprium est, ignorare, ac praecipue ea, quatenus sunt istius generis, & in eo ipso proprium quiddam est beneuolentiae Saluatoris nostri aduersus nos homines. Siquidem homo factus, non erubuit propter carnem ex natura istarum rerum incertiam, se ignarum fateri, vt ostenderet se eius rei conscium, vt deum, sed tamen carnaliter ignorare. Quapropter non dictum est ab eo, ne Filius quidem Dei, ne Diuinitas ignorare videretur, sed simpliciter ne Filius: vt Filij hominis ista ignorantia remaneret. Atque ea de causa, quum de Angelis loquitur, non addidit altiore gradum, vt diceret (neque Spiritus Sanctus) sed illud obtulit, duplici ratione rei fidem adstruens: nam si admittas Spiritum scire, multo magis Verbum quatenus est Verbum, a quo etiam Spiritus accipit, id non incognitum habere admittas. Hic autem, quum de Spiritu taceat, manifesto prodit se de humano suo ministerio locutum fuisse has voces (ne Filius quidem,) eaque res argumento est, eum humanitas isthuc loqui, cum ait, ne Filius quidem nouit: aequae tamen clare ostendit sese diuinitus omnia scire: quum enim dicit: Filium diem illam ignorare, hunc eodem tempore Patrem cognoscere affirmat: Nemo enim (inquit) cognoscit Patrem, nisi Filius: Nemo autem, non, praeter Arianos, confiteretur, eum qui Patrem cognoscit, multo magis cognoscere vniuersitatem rerum: in qua omnium finis & exitus continetur: quod si iam definita est dies & hora a Patre, certum est, eam destinationem definitionemque; per Filium decretam esse, nouitque ille ipse suum ipsius statutum, quum nihil sit omnium, quod non per Filium & factum & definitum sit. Quapropter ipse vt conditor vniuersitatis, cognitum habet, qualem, & quantum, & quam diuturnam, & quouisque eam Pater durare velit: & quouisque status iste rerum in sua magnitudine & latitudine sese immobiliter sit habiturus. Rursum, si omnia quatenus Patris sunt, Filij sunt: Patris autem est cognoscere diem illam, vt in

Humanitati Christi ascribitur sunt omnia quae humanitas loquitur est.

Ioan. 17.

Christus vt homo ignorare dicit. Christi diuinitas nihil ignorare potest.

Luc. 10.

Cocclusio.

Christus nouit extremum iudicij die.

verbis Christi testatum videas: in manifesto est igitur & Filium cognoscere, quum id vt suum & proprium habeat ex Patre. Rursus, si Filius in Patre, & Pater in Filio, nouitque Pater diem & horam: clarum est, & Filium in Patre existentem, cognoscendumque ea quae in Patre sunt, diem & horam non ignorare. Iam, si Filius vera Imago est Patris, nouitque Pater diem & horam, cui dubium, quin istius scientiae Paternae Imaginē Filius quoque possideat: Miriūq; nihil est, si, quum omnia per Filium creata sint, & in eo omnia consistant, norit ea quae condita sunt, quando aut in singulis priuatim, aut publice in omnibus finis immincat. Ceterum, temeritas Arianorum cum summa absurditate coniuncta, nos ad hanc apologiam descendere coegit: quidum adnumerat Filium Dei Verbum aeternum rebus creatis, eō assuetudine blasphemandi ducuntur, vt etiam Patrem ipsum, minorem rerum vniuersitate videantur pronuntiare. Si enim verum est, eum qui Patrem nouit, non nosse diem & horam, maior ergo (quod abominor) sublimiorque ea cognitio fuerit (quod rabiosi illi non abhorruerint dicere) qua non solum tota rerum natura, sed vel minima eius particula cognoscitur, quam qua Pater intelligitur. Verum, illi ita in Spiritum Sanctum blasphemantes, certi sint, se nunquam huius impietatis remissione condonandos esse, prout Dominus locutus est: nos autem Christi amatores qui Christum gerimus, certum habemus, Verbum quatenus est Verbum non quōd ignoraret, ista dixisse, conscius enim erat omnium: sed vt hominis conditionem praeseferret, in quam istiusmodi generatio competit. Et quia carnem induerat ignoratio obnoxiam, carnaliter locutus est, se nescium esse. Certe, is qui hic dicit, ne Filium quidem id scire, & ignorationem hominum temporibus Noe habitam pro exemplo adducit, statim subintulit: Vigilate igitur, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit: Et rursus, Ea hora qua nō putatis, Dominus vester veniet: propter vos enim ego factus sum, quales vos estis. Atque inde est quod dixi neque Filium scire. Oportuit enim cum si diuinitus ignorabat, in hanc formam locutum esse: Vigilate igitur, quoniam non noui, & qua hora nō expecto. Nunc autem, nequaquam in eum modum locutus est, sed dum ait, vos nescitis, & qua hora non expectatis, satis declarauit, hominum esse ignorare, in quorum gratiam ipse similem hominibus carnem gestans homoque iam factus, haec verba protulit ne Filium quidem id scire: si quidem carne non nouerat, quamuis vt Deus, illam ipsam horam bene cognitam haberet: quin & exemplum de Noe allegatum, Christi perduellium impudentiam ostendit: nam & illic non ita locutus est, non noui, sed non nouerant, donec veniret diluuium. Homines quidem non norant, at ille qui illis superinducebat eluuium, Pater nouerat & diem & horam, in qua cataractas caeli adaperuit, & abyssos egurgitauit, Noeque dixit: ingredere tu & filij tui in arcam. Iam si ignorasset, non denunciasset Noe, adhuc septem dies & ego immittam inundationem super terram. Quod si ex similitudine de Noe mutuata, designat diem illam, ac norat tempus diluuij, nouerat ergo diem sui ipsius aduentus. Et in comparatione de septem virginibus clarius indicauit, qui nam sint qui ignorarent diem & horam, inquit: Vigilate

Arianorum blasphemiam, qua in Deum Patrem pronuntiare videtur.

Matt. 24

Gen. 7.

igitur, quia non scitis neque diem neque horam, *Matt. 24* Qui paulo ante dixerat, Nemo nouit, ne Filius quidem: nunc, non inquit, ego non noui: sed vos non nouistis. Eadem igitur ratione percontantibus discipulis de fine mundi, recte tum temporis haec verba prolocutus est, neque Filium scire, idque carnaliter respectu sui corporis, vt palam fieret, se vt hominem ignorare, quia hominum est, ignoracione laborare. Nam si Verbum est, & ille ipse est qui venturus est, idemque & iudex & sponsus, latere eum non potest, quando, & qua hora venturus sit, & quo tempore dicturus est: Excitare qui dormis & resurge ex mortuis, & illustrabit te Christus. Nam sicuti vt homo cum hominibus esurit, & sitit & patitur, ita cum hominibus, vt homo, non nouit. Ceterum, quatenus in Patre diuinitus existit, vt Verbum & Sapientia, eatenus certe eum non subterfugit, nec est quippiam omnium, quod illi in occulto sit ita vicissim humanitatis de Lazaro querit, quo cum accessisset, cum excitat, non ignotum habens, vnde & ex quibus locis eius animam reuocari oporteret. Maius certe grauiusque scire, vbi anima erat, quam vbi corpus situm esset, sed humanitas percontatur, vt diuinitus excitaret: ita quoque a discipulis, vbi in partes Caesareae progressus esset, percontatur, quamuis id sciret, priusquam a Petro responderetur. Si enim pater reuelauit Petro de quibus Dominus percontabatur, res manifestaria est per ipsum Dominum hanc reuelacione Petro contigisse: si quidem ipse dicit, Nemo nouit Filium, nisi Pater: vel Patrem, nisi filius, & cuiusque Filius reuelauerit. Iam, si per Filium, Patris Filiique cognitio reuelatur, in ambiguo non est, quin ipse Dominus, qui percontatur, cum prius reuelasset Petro, ea quae ex Patre cognouerat, postea humanitas ista interroget, vt & illud ostenderet, quod qua carnaliter sciscitabatur, ea quum Petrus dicturus esset, diuinitus cognosceret. Nouerat igitur istud Filius, qui nouit omnia, & Patrem suum cognitum habet: qua cognitione nec maius, nec perfectius quicquam fuerit. Haec quidem sufficiunt ad eorum refutationem: mihi tamen libido est, vicissim interrogare, quod veritatis hostes, Christi que perduelles magis appareant. Apostolus in secunda ad Corinthios epistola in hunc modum scribit, Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio: Deus autē scit. Quid igitur dicitis? nescitne Apostolus, quid sibi acciderat in visione? quantumcunque dicat se nesciuisse: quod si illum affirmetis nesciuisse, videte ne qui non assueti estis cadere, in Phrygū iniquitatem decidatis, qui asseruerant nesciuisse Prophetas, Verbiq; ministros, quid facerent, aut de quibus renuntiarent. Contra, si pronuntietis Apostolum dicentē se nesciuisse, nulla isthac ignorantia laborasse, quum haberet in se Christū sibi omnia reuelantem, qui (quae) non fueritis peruersissimo & reprobiissimo animo quum asserueritis Apostolum dicentem se ignorare, scire? & Dominū itidem dicentem se ignorare, nescire? Nā si ideo quia Filius Dei in Paulo erat, nouerat Paulus, quae dicit se ignorare: quur nō multo magis ipse Christus norit, quantumcunque dicat se se ignorare? Apostolus igitur reuelante Domino norat, quid sibi acciderat: nā ideo locutus est, Noui hominē in Christo, & quum nouisset hominē, nouerat quomodo ille raptus esset. Certe

4. Reg. 2. Certe Helizaeus nouerat quomodo Elias assumptus esset, verum quāuis rem certam haberet, tamē discipulis Prophetarum existimantibus Eliam in aliquem motum abiectum esse, principio quidem conscius eorum, quae viderat, operam dabat, vt persuaderet id quod res esset: sed vbi illi acius instarent, silentium tenuit, suavitque eos ad inuestigationem digredi. Quid igitur? an quia tacuit, rem incognitam habebat? minime genitium, sed tamen quasi ignarus id illis concessit, vt ita negocij fide percepta & rebus exploratis, nihil vterius ambigerent de Eliae assumptione. Igitur multo magis Paulus, qui ipse raptus fuit, nouerat quomodo raptus fuerit: siquidem & Elias idem cognitum habebat: a quo, si interrogatus fuisset, dixisset forsitan quare ratione assumptus esset: sed tamen se nō nouisse Paulus dicit, duabus, vt ego existimo, de causis: quarum alteram ipse elocutus est, ne propter excessus reuelationū alium quis eum arbitraretur praeco quem videbat; altera deinde causa, ne, quum Saluator se nescire dicat, si ipse se scire fateatur, seruis supra Dominum suum, & discipulis supra Magistrum esse videretur. Igitur qui Paulo dederat, vt sciret, multo magis ipse scientia instructus fuit. Nam cum diceret ea quae diem illam praecedebant, nouerat vtiq; quando dies illa & hora ventura esset: eius tamen rei quum conscius esset, inquit: ne Filius quidem nouit. Qua gratia igitur dixit per id tempus se nescire, quod ipse, vt Dominus, in sua potestate & cognitione habebat? Ego rem peruestigans, quatenus per coniecturam licet, existimo nostrae utilitatis causa id ab illo factum esse, sed vtiā praebear ille nostrae intentioni intellectum veritatis: pro mea ergo opinione, vtrobiq; Seruator id quod nobis vtile erat, procurauit: quippe, qui omnia quae finem antecederent, praedidicauit, ne, vt ipse quoque verbis suis praemonuit, ad prodigia illa obstupesceremus, aut turbati percelleremur, sed ex illis finem qui subsequeretur, expectaremus. De die vero & hora, quum diuinitus omnia sciret, carnaliter tamen ob carnem ignoratio obnoxiam, dixit, se eius rei ignarum esse, ne percontantes discipulos, si nulla responsione dignati essent, molestia afficeret, aut reddito responso, contra illorum nostrorumque omnium utilitatem id faceret. Illud plane pro nobis est, quod propter nos caro factus, dixerit, ne Filium quidem id scire. Nec enim in eius verbis falsi quicquam fuerat, pro hominis enim ratione loquebatur, Non noui: neque reliquit discipulis occasionem, qua se ad dicendum premerent. Eo enim quod dicebat se ignorare, refrēnauit illorū curiositates. Certe in Actis Apostolorum scriptum habetur, quando uehebatur ab Angelis, hominum more ascendens efferensque in caelum quam gestabat carnem, quo tempore discipuli hoc intuentes, rursus percontabantur, quando finis futura esset, & quando eius aduentus expectandus, diserte illis & expresse locutus est: non est vestrum cognoscere tempora & rerum agendarum articulos, quos Pater collocatos habet in sua potestate, neque per id tempus dixit, ne Filium quidem scire, quemadmodum antea humanitus dixerat, sed non est vestrum scire: iam enim quum caro illius resurrexerat, deposueratque mortalitatem, ac Deificata esset, non deceuit eum carnaliter respondere, vt pote iam in caelum ascendentem, sed vt diuitus nos doceret, non nostrum esse scire tempora & articulos rerum, quos posuit Pater in sua potestate, sed accipietis virtutem: Quae autem potestas est Patris, nisi Filij? Christus enim ipsum suis verbis satis praeseferbat, minime se eius rei ignarum esse, non aliter quam si ad istū modum dixisset: Noui quidem illud, sed non est vestrum scire. Propter vos enim in monte sedens carnaliter locutus sum, ne Filium quidem scire, idque propter vestrum & omnium commodum. Vtile est enim vobis tum de Angelis, tum de Filio istiusmodi negationem scientiae audire, idque propter errores, qui alioqui postmodum suboriri possent, ne daemonebus Angelorum figurā assumptibus, & de consummatione seculi inceptantibus loqui, vllam fidem haberetis, vt pote earum rerum ignaris. Et si Antichristus transformata specie asserit se Christum esse, ac de futura consummatione instituit loqui, quo audientes in errore abducatur: vos contra, nostra praemotione instructi, quod ne Filius quidem id sciat, omnem illi fidem abrogetis. Est & alia ratio, cur inutile sit finem, aut finis diem praesciri, ne si immature praenoscatur, tempora intermedia neglectim habeantur, & cōperhensionibus vtantur vsq; ad dies fini conterminos, ac tum demum causam se habere existiment, cur vigilantes sint. Ideoque & finem cuiusque quae per mortem obuenit, silentio texit: ne occasione istius scientiae inflati, pro maiori parte temporis, sese negligentē habeant. Ergo vtrunque, & vniuersitatis rerum mundique finem, & vniuersitatis exitum celatum voluit. Nam in vniuersitatis fine, finis quoque singulorum: & in singulorum fine, vniuersitatis finis consummatur: vt rerum incerti, & semper expectatione suspensi, quotidie quasi citati proficiamus, enitamurque ad ea quae a fronte sunt, obliuati interim eorum quae a tergo relinquuntur. Quis enim certus dici, in quem finis destinatur, non medijs temporibus supersedere solet? contra, qui eius rei ambiguus est, singulis diebus se promptum exhibet, eaque de causa dictis istis subiunxit Seruator: Vigilate igitur (inquit,) quoniam neque a vobis scitur, qua hora Dominus vester venturus sit. Et, Qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Ergo, ob utilitatem quae in ignoracione sita erat, dictum est hoc a Salvatore. His enim verbis hoc egit, vt semper accincti & expediti essemus: quasi diceret, Vos quidem nescitis, ego tamen qui Dominus sum, cognitum habeo, quando statuerim aduenire, etiam si Ariani me, qui Patris sum Verbum, non expectent. Dominus igitur cui melius quam nobis exploratum fuit, id ad nostrum commodum cedere, ea ratione discipulos suos cautiore reddidit, atque inde postea factum est, vt ipsi ea admonitione instructi, reliquorum errores emendauerint, & imprimis in eo ipso Thessalonicensium. Ceterum, quia Christi perduelles ne ita quidem in se subsidētes contrahuntur: libet, quauis certum mihi sit ipsos habere cor Pharaone obduratius, rursus super his rebus interrogare. In paradiso percunctatur Deus ex Adam, vbinam esset? a Cain itidem exquirat, vbi Abel frater ipsius esset? Quid igitur isthac dicitis? Si enim eum ignorare arbitrāmini, atque ea de causa interrogationes facere, iam

Duplici ratione se ignorare sui excessus formā dicit apostolus.

diem & horam Christus se nescire dicit quatenus est homo.

nihil falsi habetur in verbis domini.

Act. 1.

tem, sed vt diuitus nos doceret, non nostrum esse scire tempora & articulos rerum, quos posuit Pater in sua potestate, sed accipietis virtutem: Quae autem potestas est Patris, nisi Filij? Christus enim ipsum suis verbis satis praeseferbat, minime se eius rei ignarum esse, non aliter quam si ad istū modum dixisset: Noui quidem illud, sed non est vestrum scire. Propter vos enim in monte sedens carnaliter locutus sum, ne Filium quidem scire, idque propter vestrum & omnium commodum. Vtile est enim vobis tum de Angelis, tum de Filio istiusmodi negationem scientiae audire, idque propter errores, qui alioqui postmodum suboriri possent, ne daemonebus Angelorum figurā assumptibus, & de consummatione seculi inceptantibus loqui, vllam fidem haberetis, vt pote earum rerum ignaris. Et si Antichristus transformata specie asserit se Christum esse, ac de futura consummatione instituit loqui, quo audientes in errore abducatur: vos contra, nostra praemotione instructi, quod ne Filius quidem id sciat, omnem illi fidem abrogetis. Est & alia ratio, cur inutile sit finem, aut finis diem praesciri, ne si immature praenoscatur, tempora intermedia neglectim habeantur, & cōperhensionibus vtantur vsq; ad dies fini conterminos, ac tum demum causam se habere existiment, cur vigilantes sint. Ideoque & finem cuiusque quae per mortem obuenit, silentio texit: ne occasione istius scientiae inflati, pro maiori parte temporis, sese negligentē habeant. Ergo vtrunque, & vniuersitatis rerum mundique finem, & vniuersitatis exitum celatum voluit. Nam in vniuersitatis fine, finis quoque singulorum: & in singulorum fine, vniuersitatis finis consummatur: vt rerum incerti, & semper expectatione suspensi, quotidie quasi citati proficiamus, enitamurque ad ea quae a fronte sunt, obliuati interim eorum quae a tergo relinquuntur. Quis enim certus dici, in quem finis destinatur, non medijs temporibus supersedere solet? contra, qui eius rei ambiguus est, singulis diebus se promptum exhibet, eaque de causa dictis istis subiunxit Seruator: Vigilate igitur (inquit,) quoniam neque a vobis scitur, qua hora Dominus vester venturus sit. Et, Qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Ergo, ob utilitatem quae in ignoracione sita erat, dictum est hoc a Salvatore. His enim verbis hoc egit, vt semper accincti & expediti essemus: quasi diceret, Vos quidem nescitis, ego tamen qui Dominus sum, cognitum habeo, quando statuerim aduenire, etiam si Ariani me, qui Patris sum Verbum, non expectent. Dominus igitur cui melius quam nobis exploratum fuit, id ad nostrum commodum cedere, ea ratione discipulos suos cautiore reddidit, atque inde postea factum est, vt ipsi ea admonitione instructi, reliquorum errores emendauerint, & imprimis in eo ipso Thessalonicensium. Ceterum, quia Christi perduelles ne ita quidem in se subsidētes contrahuntur: libet, quauis certum mihi sit ipsos habere cor Pharaone obduratius, rursus super his rebus interrogare. In paradiso percunctatur Deus ex Adam, vbinam esset? a Cain itidem exquirat, vbi Abel frater ipsius esset? Quid igitur isthac dicitis? Si enim eum ignorare arbitrāmini, atque ea de causa interrogationes facere, iam

Potestas Patris filij est.

Iudicij diem nescire vtile est, quomodo.

Alia Ratio.

Math. 24

Deus interrogat non quasi inscius. Gene. 3. Gene. 4.

hoc ipso vos Manichæis adiungitis: horum enim est istiusmodi temeritas: Sin autem publice mendacis Manichæi appellari, necessitas ipsa è vobis extorquebit, vt fateamini, illum minime ignarum interrogasse. Quid absurdi igitur hic, aut quid miri vestris oculis apparet, cur ita vos in ruinam detis, si Filius Deus carnem indutus, vt homo, ex discipulis seisciterat? nisi scilicet vobis iam vt Manichæis obtrectare libeat, etiã illi interrogationi quæ cum Adamo est habita? Credo id quoque (quæ est vestra pernicacia in vestris erroribus) quippe, qui vbi quæ videt, tandem etiam verbis quæ Lucas habet, incepteritis obmurmurare, recte dictis mala & peruersam sententiam affingentes. Sed proferamus ea in medium, vt vel ita eorum peruersus animus innotescat. Ait enim Lucas: Iesus profecit sapientia & proceritate & gratia coram Deo & hominibus. Verba quidem ita se habent, sed tamen necessum, vt eos, qui hic offenduntur, vicissim quasi Pharisæos, aut Saducæos interrogeti, de quonam hic Lucas verba faciat? facit autem de Iesu Christo, sed quid estne ille homo, vt vulgus hominum? an deus humanitate & carne indutus? Quod si vulgaris est homo, esto, vt pro conditione aliorum hominum profectus capiat: At istiusmodi est Samosatensis sententia, quam vos toto animo & ope fouetis, titulo duntaxat Samosatensium, ob merum hominum, repudiato. Quod si non simpliciter homo est, sed Deus carne indutus, quod omnino verum est: Verbum enim caro factum est, & Deus cum esset in carnem descendit, quemnã potuit habere profectum, quum par æqualisque Patri existeret? aut vbinam (quæso) habuit incrementum Filius, qui semper est in Patre? Si enim cum semper sit in Patre, proficiat, quidnam (quæso) ulterius Patre est, vt inde suam profectum capiat? Pulchrum est hic eadem repetere, quæ de capiendo & glorificando superius tractauimus. Quod si, quum homo esset, tum tandem incepit proficere: certum est, cum, antequam homo fieret, imperfectum fuisse, & carnem ipsum potius meliorem reddidisse, quam ipse carnem. Rursum, si Verbum quum esset, proficiebat, qui maior effici potuit, quam Verbum, & Sapientia, & Filius, & Virtus Dei est? hæc enim ostinia Verbum existit. Cuius, si quis, quasi Radij alicuius, particeps quoquo modo esse potuit, is statim inter homines omnino profectus est, & per Angelis efficitur. Nam & Angeli, & Archangeli, Dominationes, Throni, & reliquæ potestates Verbi participes affecti, vident perpetuo faciem Patris eius. Quomodo igitur, qui aliis profectitudinem præbet, ipse inferior posteriorque illis profectus capiat? Angeli enim humanæ illius natiuitati inseruierunt, & quod à Luca refertur, post Angelorum ministeria gestum refertur. Quomodo igitur vlla ratione in hominis cogitatum descendere potuit? aut quomodo Sapientia in Sapientia progressus fecit? aut quomodo is qui aliis gratiam donat, vt Apostolus Paulus testatur per vniuersam epistolam, gratiam ab illo donari pronuncians: Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis: ipse in gratia profecit? aut enim mentiri Apostolum dicant, aut Filium Sapientiam esse negent: aut si Sapientia est, vt Salomon loquitur, & Paulus scribit: Christus inquis Dei Virtus, & Dei Sapientia, quem (quæso) Sapientia profectum cepit? ho-

mines certe, neque id mirum, quum ex numero creaturarum sint, & extendi aliquo modo ampliatique & progressus: favorem in virtute possunt, ac proinde Epochæ translatus est, & Moyses crescens proficiebat. Itaque quoque etate proficiens, reddebatur magis: & Apostolus dicit, vt quotidie proficeremur ad ea quæ ante nos sunt. Quisque enim habuit in quo proficeret, respiciens ad ulteriorem gradum: contra vero Filius eius, qui solus est Deus, qui (quæso) habere potuit, quod ulterius porrigeretur? siquidem omnia in ipsum respicientia progressus faciunt, ipse vero cum vnus sit, in vno Patre existit, extra quem extendi non potest: sed quia in eo manet, in æternum existit. Hominum igitur est proficere. Filius autem Dei quandoquidem non habebat quod proficeret, vt potest profectus existens in suo Patre, humiliavit seipsum pro nobis, vt in illius humilitate nos magis ac magis incretoremus. Incrementum autem nostrum non aliud est, quam vt à sensibilibus absistamus, & in ipso Verbo gignamur. Siquidem illius humilitas nihil est aliud quam caro nostra ab illo suscepta. Non igitur Verbum quatenus Verbum proficiebat: quippe profectum ex profecto Patre, nulliusque rei e-gens, sed quod alios ad proficiendum euehat. Ceterum, etiam hic humano more de profectu locutus est, eo quod hominum sit proficere. Nam & Euangelista accuratè cauteque, verbis istis vsus, profectui magnitudinem etate comparatam associauit. Verbum autem Deus quantitate non mensuratur, sed quantitates corporibus attributa sunt: corporis igitur erat proficere, quod proficiente, profecit in eo exhibitio Deitatis, coram illis qui ipsum videbant. Quanto autem magis diuinitas reuelabatur, tanto plenius gratia crescebat, hominibus apud homines. Infantulus enim gestabatur, puer autem factus remansit in templo, sacerdosque interrogauit de lege: paulatim autem corpore adolecente, Verboque seipsum in corpore manifestante, factum est deinde vt agnosceretur pro Filio Dei, primum quidem à Petro, postea deinde ab omnibus. Iudæi autem tum prisca, tum neoterici isti, vltro oculos suos conuienter claudunt, ne videant illud proficere in sapientia, id non esse ipsam Sapientiam proficere, sed humanitatem potius in sapientia progressus facere. Iesus autem profecit sapientia & gratia. Quod si disertè, sed tamen cum fide loquendum est, ipse in seipso profecit, siquidem sapientia in se ipsa domum edificauit, & in se vt domus proficeret, auctor fuit: quidnam autem iste profectus est, nisi vt superius dixi, Diuinitas & gratia, quæ à Sapientia hominibus datur, expuncto in hominibus peccato, deletaque corruptione ad similitudinè cognationemque corporis Verbi. Ita enim augete magnitudinè corporis, vnà crescebat in eo Diuinitatis manifestatio, innotescebatque apud omnes ipsum esse templum Dei, Deumque in eius corpore existere. Quod si vero cauillantur Verbum carnem effectum, Iesum nuncapatum fuisse, & in eum referant istud vocabulum, profecit, audiant ergo, ne ita quidem id diminuere Paternam lucem, hoc est Filium: quum potius ostendat Verbum hominem esse factum, & Verbum carnem gestasse: id est, quemadmodum carne passus est, & carne estus, & carne fatigatus fuit: ita quoque pro ratione condi-

Luc. 2.

Samosatensis sententia ab Arianis amplexa. Ioan. 1.

Quomodo profiebat Christus sapientia, etate et gratia.

Christus quatenus est sapientia in sapientia non profecit.

1. Cor. 1.

Humanitas christi in sapientia profecit.

simile.

Testimonia quibus innuntur Ariani.

Psal. 22. Ioan. 17.

Solatio per interrogationem.

Esa. 43.

Psal. 55. Psal. 117. Mortem non exhorruit Christus.

Ioan. 19.

conditioneque suæ carnis, in sapientia profecisse. Non enim segregato Verbo abiunctoque à corpore, profectus iste, qualis is est de quo loquimur, obuenit: sed quia in carne erat quæ proficiebat, ideo eius, quod in carne ipsius contingebat, fuisse dicitur. Quod tamen ideo factum est, vt hominū profectus inoffensus & sine lapsu ob societatem Verbi permaneret. Non igitur ille Verbi profectus fuit, neque item caro Sapientia, sed Sapientia corpus facta est caro. Ideoque, vt prolocutus sum; non Sapientia quatenus ipse Sapientia est, progressus fecit: sed humanitas in Sapientia profecit, transcendens paulatim humanam naturam, deificata nimirum & organum Sapientia facta, vt per eam suam energiã exerceret, sapientiaque inde eluceret, omnibusque innotesceret: ac proinde nequaquam locutus est, Verbum, quod Filius Dei est, profecit, sed Iesus, quo nomine Dominus iam homo factus nuncius patus fuit, vt sit humanæ naturæ istiusmodi profectus, quemadmodum superius admonuimus. Igitur, quemadmodum proficiente carne, ipse dicitur proficere, idque ob proprietatem eius cum corpore: ita quoque ea, quæ circa mortem obtigerunt, vt conturbari, lachrymari, eodem sensu accipienda sunt. Sed illi fursum deorsumque circuncursitates, & quasi inde heresim suam constituere possint, Ecce, inquit, lachrymatus est, dixitque spiritum suū turbatum esse, deprecatusque est vt calix transfret: quomodo igitur is, qui ista locutus est, Deus fuerit? aut Verbum Patris? Scripta sunt ista quidem quod fleuerit, o dei produelles, & quod turbatus fuerit, dixeritque: Deus meus Deus meus- vt quid me dereliquisti? & Transfert à me calix iste: scripta inquam sunt ista, quis negat? Sed ego vellè vicissim & vos respondere: nam singula vestra elidenda sunt, si homo merus est, qui ista loquitur: lachrymetur & horreat mortem, vt homo: sin autem Verbum est in carne (nam eadem dicere non debemus grauari) qui potuit Deus timere? aut vnde mortē timeret, quum ipse Vita esset aliisque è morte liberaret? aut qua ratione dicere potuit, ne timeatis eos qui corpus occidunt, si ipse timebat? aut quomodo cum Abraham colloquium conferens ita locutus est: Noli timere, quia ego tecum sum. Mosmque audacia corroborans contra Pharaonem, aut verba faciens cum Iesu Naue, ausus est dicere, fortificare & vir esto: cum ipse expauerit Herodem & Pilatum, & quum aliis se opitulatorem præbuisset, ne metum cōciperent? Dominus enim, inquit, adiutor meus, non timebo quid mihi faciat homo: si ipse qui Dominus est mortalium, mortales præsidens expauerit? & vadens contra mortem, mortem exhorruerit? Qui (quæso) non absurdum impiumque hunc dicere mortem aut infernum exhorruisse, ad cuius conspectum ignitiores inferorum metu se contraxerunt? Quod si pro vestra opinione, expauerit Verbum: cur, quum multo ante denunciaret sibi à Iudæis insidias fieri, non maturè sese in fugam abripuit? sed contra, quum ad mortem quæreretur, sua semet ipsum voce indicauit, Ego sum, inquit: poterat enim non mori, vt ipse professus est, quum diceret, Habeo potestatem deponendi animam meam, & habeo potestatem desumendi eam, & nullus eam aufert à me. Verum ista quæ exprobratis, non propria sunt naturæ Verbi, in quantum Verbum est, sed eatenus eius sunt, quatenus Verbum

in carne erat, quæ istiusmodi affectus patiebatur. O Saluo Christi perduelles, ingratique Iudæi. Quippe cum ista referantur acta non ante carnem sumptam, sed tum denique cum Verbum iam caro factum esset, & homo iam existeret. Tum demum inquam, scriptum est, cum ista humanitas dixisset, quamuis interitum & Lazarum à mortuis excitari, & ex aqua vinum fecerit, & cæco à natura visum restituerit. Atque adeo qui hæc humanitas dixit, idem quoque est, qui hæc verba protulit. Ego & Pater vnus sumus. Si igitur ex humanis rebus causam ducuntur, cur humilia sentiant de Filio Dei; vel potius illum ex toto hominem putent, & è terra & cælo constare arbitrentur, cum non ex diuinis operibus cum Verbum illud esse percipiunt quod in Patre est: vt tandem abiigent suam impietatem. Datur enim illis videre eum qui ista faciebat, eundem esse qui corpus patibile exhibebat, quatenus permittebat sibi, vt lachrymaretur, vt esuriret, & ea quæ sunt propria corporis in se apparerent. Inde enim innotescebat, eum, quum Deus esset impatibilis, carnem patibilem assumpsisse. Ex operibus autem palam faciebat, se Verbum Dei esse, ac postmodum hominè esse factum, quasi qui de se dicere vellet, Si, quia videtis humanum corpus mihi circumpositum, non potestis credere saltem operibus credite, vt cognoscatis quod ego in Patre sum, & Pater in me. Planè mihi videntur impudētiam simul & blasphemiam induisse isti Christi perduelles: audientes enim, Ego & Pater vnus sumus, vim faciunt sententiæ, quo eam male interpretando corrumpant, dirimantque vnitate Patris cum Filio: Contra, cum audiunt eum fleuisse, passum esse, sudauisse, nihil omnino hic ad corpus respiciant, sed prorsus ob ea eum creaturis adnumerandum putent, per quem rerum natura condita est. Quid igitur isti à Iudæis differunt? vt enim Iudæi, Dei opera blasphemantes Belzebub ascribebant, ita quoque & isti Dominum istiusmodi operum Authore creaturis adnumerantes, eandem cum illis inexpressibilem sustinebunt cōdemnationem: Atqui decebat eos dum audiunt, Ego & Pater vnus sumus, animaduertere ac intueri, vnã esse in illo Diuinitatem proprietatemque substantiæ Paternæ, & vicissim dum aiunt de fletu illius, aliisque id genus, ea agnosce-re ad corpus pertinere, corporisque propria esse: maxime cum suppetat in vtroque genere proba distinctio qua offensam declines: quatenus illa, vt de Deo scripta sint, ista vero vt de homine. Non enim in incorporeo ea quæ corporis sunt locum habere potuissent, nisi corpus putrefactile & mortale assumpsisset. Maria enim mortalis fuit, vnde corporis naturam suam accepit, ac proinde fieri non poterat, quin quum esset in corpore patiente, lachrymante, fatiscente, sibi quoque vnã cum corpore ea dicerentur accidere quæ propria sunt solius carnis. Siue igitur prolatum fuit, siue conturbatio facta est, nihil id ad Verbum, quatenus Verbum, quod neque conturbatum fuit, sed propriè ad carnem pertinebat. Siue preces fudit, vt calix transfret, alienum id quoque à Diuinitate, quæ nullo metu tenebatur, sed proprium id humanitati. Idem censendum vbi dicit, cur me dereliquisti? nam id quoque quasi eius est, ad eam rationem, quam superius tradidimus: Quamquam re vera ipsum Verbum nihil

Saluo altera. Ioan. 11. Ioan. 2. Ioan. 9. Ioan. 10. Ioan. 14. Ioan. 20. Ariani et Iudæi similes Ioan. 10. Distinctio est, qua uti licet in Arianos.

Quomodo patitur, cum nullis passionibus obnoxium sit, sunt tamen omnia ista de eo ab Euangelistis dicta, quia homo erat factus, ac proinde ad eum ut ad hominem referuntur, ut hæc mala carnis alleuans & atollens, cæteros tutos & liberos ab eorum contagione redderet: Neque enim à Patre relinqui potuit, qui semper in Patre est, & antequam hanc vocem ederet, & postquam edidisset: neque par est illum timuisse, quem ianitores inferorum præ metu ex orco, abire permiserunt, ad apertis monumentis, multisque corporibus Sanctorum resurgentibus, quæ suis apparuerunt. Igitur obturentur ora omnium hæreticorum, vereanturque statuere in Domino pauorem, quem mors quasi draco refugit, quem tremunt dæmones, & mare extimescit, per quem cæli scinduntur, & omnes potestates cõcutiuntur. Ecce enim dicente eo, cur me dereliquisti? ostendit Pater se, ut semper antea, ita tum quoque in Filio fuisse. Siquidem terra Dominum suum loquentem sentiens, statim intremuit, velut rescissum est, sol sese in tenebras abdidit, saxa dissilierunt, & qui in faxis mortui siti erant, excitati fuere: & quod in primis admirabile est, illi qui tum aderant, quauis antea increduli, postea tamen verbis professi sunt, verum eum esse Filium Dei. De eo porro quod dixit, si possibile est, transeat à me calix iste. Disce eum qui ista loquitur, antea Petro increpuisse, cum diceret, eum ea non sapere quæ Dei, sed quæ hominum essent. In votis erat hoc ipsum quod deprecabatur, ut qui eius rei gratia venerat. Cæterum, ut eius erat id velle, qui ea de causa venerat, ita carnis erat expauescere, ac proinde ut homo hanc vocem edidit, utrumque tamen ab eo dicebatur, ut ostenderet se Deum esse, quatenus mortem volebat: hominem autem, quatenus carnem gestaret metu cõcitatum, propter quam attemperauit suam voluntatem humanæ infirmitati, ut metu mortis abolito, audacem redderet hominem aduersus mortem. Ecce tibi rem planè admirabilem: quem enim veluti per pauorem loqui existimèt Christi perduelles, iste alios homines in consueto alioqui pauore interritos reddit. Certè, Beati Apostoli postea istinc animati, ita mortem contempserunt, ut non curarint iudices à quibus damnabatur, sed dicerent, obediendum esse potius Deo, quam hominibus. Aliique item martyres ea fiducia audaciaque fuere, ut crederent sese potius ad vitam transire quam mortem sustinere. Qui (quæso) non absurdum fuerit, famulos Verbi de fortitudine admirationi esse: Verbo autem ipsi timiditatem ascribere, cuius vi & ope ita illi mortem vilipenderunt, Cæterum, ex Sanctorum Martyrum tolerantissimo proposito, & fortitudine ostenditur, Deitatem non fuisse in timore: sed nostrum illum fuisse timorem, quem sustulit Saluator. Ut enim morte mortem abrogauit, & humanitus omnia humana: ita solito pauore nostrum pauorem ademit, illudque effecit, ne homines mortem timerent. Ista igitur simul & dixit & egit, quia humana erant, ut hanc vocem æderet: Trāseat à me calix iste, & Cur me dereliquisti? sed tamen diuinitus idem ille solis deliquium induxit, & mortuos excitauit. Rursum humanitus inquiring, nunc anima mea turbata est: illud autem diuinitus dixit, Potestatem habeo ut ponam animam meam, & potestatem habeo ut sumam illam: Nam turbari carnis est proprium: potestatem autem ha-

Christus passionibus fuerit obnoxius.

Psal. 22.

Quid significet Christus his verbis (ut quid dereliquisti me?) si possibile est transeat à me calix iste, quid simile.

Mors Christi fecit nos mortem non expauescere.

Absurdum.

Ioan. 19. Proprietates Dei et hominis in Christo extitisse.

bere ponendæ aut sumendæ animæ pro arbitrio & vbicunque placuerit, non proprium est hominum, sed Potentiæ Verbi: homo quippe non ex sua potestate, sed ex necessitate naturæ idque inuitus ac nolens mortem obit: Dominus contra, ipse quidem immortalis, sed tamen carnem mortalem gestans, potestatem habuit ut deus, segregandi se à corpore, illudque rursus assumendi quando veller, de quo & Dauid cecinit: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ut Sanctus tuus videat corruptionem, Decuit enim corruptibilem carnem, non ut eius natura erat, mortalem permanere, sed ob Verbum quod ipsam induerat, incorruptibilem perseverare. Ut enim ipse constitutus in corpore nostro, nostra imitabatur: ita & nos, illo suscepto, eius immortalitatis participes reddimur. Nulla igitur de causa scandalum Ariani cauillantur, minimeque sentiunt de Verbo Deo, sicubi scriptum inueniant, vel quoddam conturbatus fuerit, vel lachrymas effuderit, qui mihi hac in parte videntur humano sensu carere, cum ignota sit illis humanæ naturæ conditio, & quid hominibus proprium ac domesticum sit. Ideoque magis admirationi esse debuit, quur, quum in carne talibus passionibus obnoxia cõsisteret Verbum, non prohibuerit insidiatores, neque vindictam sumpserit de intersectoribus, quum ea res in ipsius potestate esset: ut pote, qui ab aliis mortem depelleret, & extinctos è mortuis excitaret: sed permiserit corpus suum affligi. Sed ille ea de causa venerat (quemadmodum prædixi) ut corpore pateretur: quod deinde caro impatibilis immortalisque redderetur, & ut vbi in eum cõtumeliæ, cæteraque huiusmodi indignitates illatæ essent, nunquam huiusmodi mala humanum genus attingerent, sed plane per eum abolerentur, ac iam deinde in æternum incorruptibiles, ut templa Verbi permanerent. Quod si Christi perduelles ista cogitasset, scopumque Ecclesiasticum, ut ancoram Fidei, agnouissent, neutiquam naufragium circa Fidem fecissent, neque tanta impudentia vti fuissent, ut resisterent etiam illis, qui ipsos à lapsu excitare conantur, nec eos potissimum pro hostibus haberent, qui ipsos pietatis admonitos volunt. Sed hæreticus, ut res ipsa docet, prauum omnino & vndiquaque corruptum animum ad impietatem habet. Ecce enim vbique refutati, declaratque nullius scientiæ esse, erubescere tamen nequaquam possunt: sed quemadmodum in fabulis Ethnicorum celebrata hydra, sublati prioribus serpentibus, aliisque pullulantibus, peruicaciter contendeat nouo semper obiectu anguim contra eum, qui ipsi suos serpentes tollebat: ita quoque isti execrabiles homines animo ethnico, deiecti ab illis, quæ obiiciebant, alias reperiunt Iudaicas & stultas controuersias, & quasi veritatem hostem haberent, comminiscuntur noua, ut ita se magis Christi perduelles & oppugnatores declarent: quippe, qui post tot refutationes, quibus vel diabolus ipse horum pater reiectus confususque retro abiisset, rursus ex peruerso corde noua alia comminiscuntur, & his quidem admurmurant: istis vero insulurrat, alios rursus veluti culices bombo circumstrepunt his vocibus vtentes. Sint ista ad istum modum interpretanda, & vincite rationibus, & demonstrationibus, sed tamen necessum est, ut dicamus ex voluntate & arbitrio genitum esse Filium à Patre, eaque

Psal. 113.

simile.

simile.

Voluntas & arbitrii verba sunt Ariani inuenta. Math. 3. Psal. 44. Ioan. 1. Psal. 35. Colo. 1.

Ptolomæus Valentini discipulus.

Quid à Ptolomæo hæretico mutauerint Ariani.

Voluntas & decretum animi diuinitus creatus præcesserunt. Psal. 113. Psal. 110. Psal. 134. Asterij Arianorum aduocati de voluntate Dei Scripta.

cauillatione voluntatis & arbitrii, multis dolo circumueniunt. Hoc autem si quis ex orthodoxis simpliciter diceret, nihil esset quod male suspicaretis de hoc dicto: quippe, vbi bona mens superaret simpliciorem loquendi modum. Nunc, quia hæreticorum ea vox, omniaque hæreticorum verba suspecta sunt, & ut scriptum est, impij insidias tendunt, dictaque impiorum dolosa: etiam vel solui innuant, non tamen id faciunt sine peruersitate animi. Age & illud excutiamus, quomodo in omnibus vbique coniuncti, nihil habeant nouæ alicuius sententiolæ, quod in posterum veluti hydræ exogitent, ut honesta ista loquendi ratione, & calliditate in speciem credibili, suam impietatem de integro assument. Idem enim significat, qui dicit voluntate filium factum esse, & qui dicit, fuit, quando non erat: & è nihilo extitit, creaturaque habenda est: sed quia istud palam dicere subuerentur, homines dolosi, alia ratione rursus idem significare conantur, idque sub prætextu colloreque voluntatis, ut quemadmodum sepia atramentum, ita simplicioribus tenebras offundant, ipsi interim suæ hæreseos nequaquam obliui. Vnde enim illis hoc vocabulum, voluntatis, aut arbitrii, aut ex qua denique scriptura ea depromunt, dicant mihi isti, qui verborum suspicione laborant, & commentatores impietatis se præbent. Pater enim cœlitus suum Verbum reuelans, his vocibus cum notum esse voluit. Hic est Filius meus dilectus: per Dauidem quoque locutus est, Eruet aut cor meum Verbum bonum, per Ioannem item: In principio erat Verbum, rursusque per Dauidem, Quoniam apud te fons est vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Paulus quoque ad istum modum dixit, Qui est Imago inuisibilis Dei, Omnes denique omnibus in locis Verbum esse, existereque deprædicant, neque ex voluntate aut alia vlla ratione factum esse referunt. Isti vero, vbi nam voluntatem, priorem Verbo Dei anterioremque inuenerunt? nisi fortasse omissis Scripturis dissimulanter adhibent Valentini errorem? Ptolomæus enim ille discipulus Valentini author est, increatum habere biugum quiddam, cogitationem videlicet & voluntatem, ut qui primum cogitarit, deinde voluerit, & quæ cogitabat non potuit producere, nisi cum voluntatis efficacia superuenisset, inde mutuati hanc doctrinam Ariani, voluntatem arbitratamque Verbo priorem esse volunt. Illi igitur Valentini sectantur: nos autem legentes Diuina eloquia de Verbo quidem, quod erat, inuenimus, cumque solum audiuimus in Patre esse, Imaginemque Patris existere. Verum de rebus creatis, quæ quia natura aliquando non fuere, sed postmodum superuenerunt, præcessisse voluntatem, decretumque animi diuini cognouimus, Dauidem in centesimo decimo tertio Psalmo ita loquente, Deus noster in cælo & in terra, omnia quæ voluit, fecit: & in 110. Magna opera Domini, requisitæ ad omnia voluntates eius: & in centesimo trigesimo quarto: Omnia quæ voluit Dominus, fecit, in cælo & in terra: & in mari, & in omnibus abyssis. Si igitur opus, aut aliquid quod factum est, aut vnus ex rerum vniuersitate est, age dicatur & ipse voluntate creatus esse: ita enim Scriptura ea quæ creata sunt, fieri docuit. Asterius autem aduocatus hæreseos his aditipulatus, ita scripsit: Si indignum indecorumque est rerum opifici, ut volens faciat,

vbicunque ex omnibus tolatur eius voluntas, ut ita integrius illi sua dignitas conseruetur: Sin autem congruum est Deo velle, etiam in primo genito recipiatur id, quod melius est. Nō enim possibile est vni eidemque, Deo in rebus faciendis congruere, ut velit, & nolit. Immane est, quantum impietatis suis verbis implicuit hic sophista, cui *γέννημα* & *πρωίμια* idem, cuique vnus ex cæteris genimatis est Filius, ita rem concludens: par esse scilicet, ut opera siue *πρωίμια* voluntate placitōque animi dicantur, facta. Sed contra, si aliud est diuersumque à cæteris operibus Filius ut in superioribus demonstratum est, & potius opera per ipsum facta sunt, ne dicatur voluntate extitisse, ut non & ipse ita factus habeatur, quemadmodum cætera quæ per ipsum facta sunt. Nam & Paulus, quum antea non esset, postmodum tamen voluntate Dei Apostolus factus est, eodemque modo nostri vocatio, ut quæ aliquando non erat, postmodum autem superuenerit, antecedentem voluntatem habet: ut ipse Paulus ostendit, qui pro placito voluntatis eius factus est Apostolus, iam, quod per Moysen dicitur, fiat lux, & producat terra, & faciamus hominē, superius demonstratum est, eas voces voluntatem facientis præ se ferre. Nam quæ aliquando non fuere, sed postmodum aliunde fiunt, in illis, ut fiat, opifex rerum voluntatem faciendi habet: suum autem Verbum ex natura gignens, & non prædeliberat, quum Pater in Verbo reliqua omnia, quæ voluntate decernit, & faciat & condat. Quemadmodum Iacobus Apostolus docuit, volens progenit nos (inquiens) Verbo veritatis. Ergo de omnibus regeneratis, atque adeo, semel condendo generatis Dei voluntas in Verbo cõsistit, in quo, quæ illi placere, facit & regenerat, quod ipsum à Paulo Thessalonicensibus scribitur: Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu erga nos. Quod si in eo, per quem facit, voluntas ipsius est cõstituta, & in Christo est voluntas Patris, quomodo potest ipse per voluntatem aut animi destinationem fieri? Si enim ille ipse nostro more voluntate factus est, necessum est, voluntatē de eo cõceptam in alio Verbo sedem habuisse, per quod & ipse factus sit: quum demonstratum sit, voluntatē Dei non in creatis consistere, sed in eo, per quem, & in quo fiunt creata. Iam quia idem ex voluntate extitisse, & fuit quando non erat, contenti sint suis istis solennibus verbis, fuit quando non erat, ut pudore confusi, quoniam iis verbis tempora significantur, cognoscant se, quum de voluntate mentionem faciunt, tempora, quæ Filium antecesserint, constituere. Nam in illis, quæ ipsa aliquando non fuere, voluntas præcedit, ut in omnibus rebus conditis videas. Iam si Verbum rerum conditor simul est cum Patre, eique semper coexistit, Quæ potest sempiternè existentem, veluti non existentem, antecedere voluntas? nam si prior est voluntas, quomodo per eum omnia? ita enim Filius vnus eorum fuerit, quæ voluntate facta sunt, quemadmodum & nos Verbo veritatis facti sumus filij, nihilque iam inde superest, nisi ut quæramus aliud verbum, per quod & iste cum reliquis omnibus quæ voluit Deus, sit conditus. Si igitur est aliud verbum Dei, sit hoc Verbum eo verbo creatum: sin autem aliud non est, ut omnino non est: nam omnia per eum facta sunt, quæ Pater voluit: qui (quæso) non clare

Refutatio

Paulus apostolus factus voluntate dei

Gen. 1.

Iac. 1.

1. Thess. 3. Voluntas Dei in quo consistat.

Ariatorum verba & argumenta ex iis nata.

Cõstitutio

Absurdum

Ariano- rum astu- tia et cal- liditates.

simile.

De filio suo non deliberat Deus.

Ariani inuere- cundi.

An Deus sit bonus et miseri- cors ex vo- luntate nec- ne.

Christus est Dei- filius natu- ra no au- tem volun- tate.

Argumē- tum ab- surdum.

Quid de Deo dicitur que filio cognoscere intelligere- reque sus- ficiat.

videas istorum multiplicitem calliditatem? qui quā vereantur illum opus esse dicere, aut factum quip- piam, aut hanc sententiam proferre, non erat Ver- bum priusquam nasceretur, alias formulas loquen- di concipiunt, eum videlicet voluntate extitisse, ac proinde nisi voluntate extiterit, colligi necessario, quod Pater nolens, Filium adeptus sit. At à quonā Deo necessitas ascribitur o sceleratissimi, qui om- nia ad hæresim vestrā trahitis? Id enim quod op- positum est voluntati, animaduertentur: id autem quod maius est altiusque, non conspexerunt. Vt enim opponitur voluntati id, quod est præter animi sententiam: ita altius est priusque voluntate, id quod secundum naturam est. Domum enim volēs quis ædificat. Filium vero gignit secundum natu- ram: & quod voluntate conficitur, fieri incipit, & aliunde est quā ex illo, qui facit: Filius autem proprium Germin substantiæ Patris, non aliunde est, sed à Patre, ideoque de illo non deliberatur, ne & de se ipso deliberare videatur: quanto igitur re cō- dita Filius est altior, tanto etiam volūtate id quod ex natura gignitur, præstantius est. Atqui par erat eos in iis quæ genitura & natura existunt, nihil de voluntate cogitare. Illi vero obli- ti de Filio Dei sese audire non verentur humanas contrarietates Deo superinducere, necessitatem scilicet, & præter ani- mi sententiam, vt inficiantur eum esse verū Filium Dei. Alioquin dicant nobis ipsi, quod bonus est, & misericors Deus ex voluntate ne hoc illi adest, an non? Si ex voluntate, ergo ante oculos patet eum incepisse bonum esse, ac fieri posse vt nō sit bonus. Nam deliberare deligereque in vtrāque partē mo- menta sua habet, & ea affectio in naturam rationa- lem cadit. Quod si propter ista absurda, concedi non debet, vt ex volūtate bonus aut misericors ha- beatur, audiant ipsi ergo, quorsum illorum ratio- nationes tendant: sequitur enim, vt ex necessitate inuitusque, bonus sit. At quis est qui illi hanc neces- sitatem imposuerit? Quod si absurdū est dicere in Deo esse necessitatem, ac propterea illum natura bonum esse, multo magis veriusque Filij sui Pater natura extiterit, & non voluntate. Iam rursus nobis dicant (nam aduersus eorum improbam argu- tationem, ipse aliam superinducere volo, audacio- rem quidem, sed tamen quæ ad pietatē spectet. Tu mihi autē Domine propitius sis.) Paternē ipse post deliberationē, ac vbi iam hoc destinato voluisset, talis factus est, qualis nunc est? an etiam antequam deliberaret? necessum est enim, quum talia amsint de Verbo cōstituere, vt has voces audiant, quō co- gnoscant suam temeritatem etiam ad ipsum Patrē pertingere. Si igitur dixerint, semel recepta ista vol- untate, & quam sibi excuti non patiantur, etiam ipsum voluntate extitisse, qui igitur esse potuit, an- tequam voluit? aut quid plus sui habuit ex quo vo- luit? Quod si istiusmodi argutatio minime consi- stit, & plane absurda est, nec fas est vlla ratione talia proferri (satis enim est, si vel semel audiamus cognoscamusque Deum esse, qui est) qui, quæso, non irrationabile fuerit de Verbo Dei istiusmodi cogitare, voluntatemque & cupidinem in eius na- tura constituenda cauificari? Sufficit enim vel so- lum audientes, de Verbo cognoscere intelligere- que, Deum, qui non voluntate sua factus est, Ver- bum habere sibi non ex voluntate factum, sed ex natura genitum. An non exuperet omnem insanā

vel solum id in cogitatum admittere quod Deus velit, consideret, eligat, & se, vt velit, esse instiget & cohortetur, ne irrationalis sit & insipiens: sed vt Rationem siue Verbum & Sapientiā habeat, eum- que de sua essentia cogitationem concipere, velle- ne esse, an non? Iam, qui plurimū abominabilis sit istiusmodi opinio, rite ac pie dici potest, creaturas placito & voluntate creatas esse: Filium autem non volūtate cōditum esse quemadmodū cæteras, crea- turas sed naturaliter Paternæ substantiæ propriam ac legitimam Sobolem esse. Nam cum ipse sit pro- pria Patris Ratio, fieri nō potuit, vt ante ipsum vlla volūtas ratiocinata sit: quippe, qui ipse sit viua vo- luntas Patris, ac Potestas, architectusque eorū quæ Patri videntur, & placent, quod ipse in Prouerbiis restatum facit, Mea est (inquiens) voluntas & cautio, mea prudentia est, meumque item robur. Ve- rum, vt ipse est prudentia in qua cælos præparauit expediuitque: ipse item robur & potestas: Chri- stus enim Dei Potentia, nunc nonnihil inflexa mu- rataque ratione dicendi, mea inquit prudentia, & Dei Sapientia, & meum robur: ita cum ait, mea voluntas, ipse quoque viua volūtas fuerit: Quem- admodum à propheta didicimus, illum esse magni consilij Angelum & voluntatem Patris appellatū. Ita enim necesse est, vt redarguamus eos, qui huma- na de Deo cogitant. Ergo si opera, voluntate, pla- citoque emerferunt, vniuersaque rerum natura cu- pidine, qua cupit hoc Deus, cōdita est, cumque Paulus per volūtatem Dei Apostolus sit vocatus, ipsa- que vocatio nostri placito voluntateque conci- liata sit, omniaque per Verbum facta sunt: sequi- tur ergo vt ipse exemptus sit è numero eorum, que per volūtatem condita sunt, illumque potius esse viuam sui Patris voluntatem, in qua omnia sunt fa- cta, vt Dauid in gratiis agēdis dicit: Tenuisti dextrā meam, & in volūtate tua deduxisti me. Qui igitur potest Verbum, quum sit voluntas expetitioque Pa- tris, voluntate & expetitione, vt cætera fieri, nisi denuo, vt prædixi, insanientes dicant, ipsum vel per se factum esse, vel per alium quempiam? At quis est igitur iste per quem Verbum factum est? si- gnat aliud verbum, & Valentiniana æmulantes, a- lium Christum nominent: Nihil enim de ea re in Scripturis: veruntamen si fingant, semper etiam ille Christus per aliquem alium creatus fuerit, atque deinde nobis ita in ratiocinando pergentibus ex- cutiendaque rerum veritate, deprehendas istam hæresim impiorum multiplicitem, & ad multos deos, & in immanem insaniam vergere, in qua cum creaturam, & ex nihilo conditum Filium esse volunt, aliter hoc ipsum significant sub prætextu voluntatis & placiti, quæ probe in rebus creatis & conditis suum locum habent. Qui igitur non im- pij quum ea quæ sunt rerum conditarum, ad opi- ficem rerum conuertant? aut qui quæso non blas- phemant, qui dicunt voluntatem ante Verbum in Patre fuisse? Si enim eum volūtas in Patre præce- dit, mentitur Filius, quum dicit: Ego in Patre. Quod si ipse quoque in Patre sit, posterior certe & secundus in Patre esse deputabitur. Nec con- ueniebat illi vt diceret, Ego in Patre: quum an- te eum voluntas in Patre fuisset per quem omnia sunt facta, ipseque propter nos sit conditus. Nam tamen si gloria excellat, nihilo tamen minus vnus quoque eorum est, qui ex voluntate creati sunt.

Vt au-

Creatu- volūta- creati- line om- Dei na- item.

Prouer. 8 simile.

Ex q.

Credet- creati- line om- Dei na- item.

Ab surdū ex propo- sitione A- rianorum desumptū

Ab surdū

Ab surdū

Eni om- nis crea- tura sit serua & ancilla.

Prouer. 8 simile.

Chri- Val- entini hæ- resim tu- rantur Ariani. Sapient. 8.

Psal. 32. Psal. 113. 1. Thes. 5. Voluntas viua dei Patris est Christus. Absurdū ex propo- sitione A- rianorum desumptū

Heb. 2.

Filius Pa- tris essen- tia com- munitat.

Mat. 17. Marc. 9. Luc. 9.

Luc. 10.

Vt autem superius admonuimus, si res ita se ha- beret, cur ille Dominus est, & cætera serua man- cipiāque existunt? ipse enim omnium Dominus, eod quod Patris Dominatui coniunctus adunitusque sit. Siquidem omnis creatura ideo famula & an- cilla habeatur, quod extra Patris vnitatem con- sistat, & cum aliquando non esset, esse inceperit. Oportebat certe eos, dum aiunt Filium voluntate extitisse, id quoque adiicere, eum cogitata factum esse. Idem enim cogitatum, animiq; sensum, & vo- luntatem arbitror. Quod enim quis vult, hoc om- nino sentit & cogitat: & quod sentit, hoc ipsum & vult. Ipse igitur Saluator hæc, vt germana inter se mutuāque ratione coniuncta, recensendo copula- uit sub his verbis: Mea voluntas & cautio, meus sensus siue prudentia, mea fortitudo. Vt enim for- titudo & tutatio idem cum potentia est, eandem- que rem significat: ita quoque idem est prudentia & voluntas, quod ipsum est Dominus. Sed impij non admittunt Verbū & viuam voluntatem filium esse, & de Dei sensu & volūtate humano more, qua- si quæ nunc adsit, nunc absit, fabulantur: Omnia- que commouent, & Valentini excogitationem vo- luntatemque prætendunt, duntaxat in hoc vt Fi- lium disingant à Patre, illumque negent Patris sui Verbum esse, sed potius creaturam. Illi igitur au- diant, vt Simon Magus audiit, Impietas Valentini sit vobiscum in perditionem. Et quisque potius Sa- lomoni credat, dicenti, ipsum Verbum esse Sapien- tiam & prudentiam: Ait enim, Deus Sapientia fun- dauit terram, & præparauit cælos in prudentia. Vt autem hic in prudentia, ita & in Psalmis: Verbo Domini cæli firmati sunt: omnia quæ voluit Do- minus, fecit. Et vt Apostolus scribit Thessalonif- sensibus, Voluntas Dei in Christo I E S V est: Est ergo Filius Dei ipsum Verbum & Sapientia, & pru- dentia, & viua voluntas, & in eo desiderium Pa- tris, idemque Veritas & Lux, & potentia Patris est. Quod si Sapientia & prudentia est voluntas Dei, & filius est illa ipsa Sapientia, sequitur ergo, vt qui dicat, Filium voluntate Patris ad essentiam venisse, tantundem dicere, ac si affirmaret Sapientiam in Sapientia factam esse, Filiumque in filio conditum esse, & Verbum per verbum procreatum esse. Cæ- terum, illud cum Deo pugnat, illiusque scripturis aduersatur. Siquidem Apostolus non voluntatis, sed ipsius Paternæ sustantiæ proprium splendorem & sigillum Filium deprædicat his verbis: Qui cum esset splendor gloriæ, & forma substantiæ eius. Quod si igitur, vt prædiximus, ex voluntate, Pater- na substantia & essentia non existit, clarum quoque est, neque proprium illud & quod Paternæ essen- tiæ suum est, ex voluntate ortum habere. Qualif- cunque enim fuerit beata illa essentia, talem quo- que esse oportet propriam illius Sobolem. Certe, ipse Pater non dixit, iste est Filius voluntate geni- tus, neque quem ex placito, quod ita mihi videretur, obtinui: sed simpliciter, Hic est Filius meus: & quod magis; In quo mihi complacui: clare de- monstrans, hoc genere verborum, istum natura si- bi Filium esse, & in eo voluntatem eorum, quæ si- bi placerent, repositam esse. Ergo, cum ex natura & non voluntate Filius ei sit, sequitur iam vt præ- ter voluntatem, patrique inuito ac nolenti Filius sit. Nequaquam id verum est. Siquidem ille à Patre mittitur, & vt ipse loquitur, Pater diligit Filium, &

omnia Filio suo ostendit. Vt enim bonus esse, non ex voluntate incepit, cum tamen non inuito no- lēnsque bonus sit: nam hoc ipsum quod est, cum voluntate sua est: ita quoque quod Filius ille sit, & si non ex voluntate principium ductum est, non ta- men inuito illi, & præter sententiam Filius extitit. Sicut enim volens cupitorque est suæ essentia: ita quoque Filius qui illi ex substantia proprius est, non est illi inuito superductus. Diligatur igitur Fi- lius à Patre, sitque is, quem Pater velit: atque ita velle & non velle in Deo cum pietate constituen- dum est. Nam & filius, volūtate qua vult illum Pa- ter, ea & ipse diligit & vult & honorat Patrem: est- que vna eademque voluntas illa quæ Patris est in filio, vt etiam inde spectetur filius in Patre, & Pa- ter in filio. Ne quis igitur secundū Valentinum an- tecedentem voluntatem introducat, neue quis me- dium seipsum intrudat inter vnicum Patrem, Pa- trisque vnicum Verbum sub titulo volendi aut cō- sultandi. Insanierit enim, si quis inter Patrem & fi- lium, voluntatem aut considerationem constituat. Aliud enim est, si dicas eum voluntate esse factum: aliud autem si dicas, quod eum qui iam ex natura est filius, diligit ac velit. Nam si dicas eum ex vo- luntate esse factum, primū, eum aliquando non fuisse significas: deinde rem vtroque paribus mo- mentis librari & vrgere, adeo vt liceat cogitare de Patre quod posset non velle sibi filium esse, & de fi- lio vicissim, quod & is potuisset nō esse. Impia ista audacia est, quæ pertingit vsque ad Patris substan- tiam. Simile enim est ac si dicas, poterat enim Pa- ter non esse bonus, sed quemadmodum bonus sem- per natura: ita semper genitabilis natura Pater. Cæ- terum, illud dictum, Pater vult filium, & filius Pa- trem vult, non voluntatem antecedere, & priorem tempore esse significat, sed naturæ qualitatem de- nunciat: nihil enim nisi ingenuitatem proprietati- tēque substantiæ hæc verba præ se ferunt. Vt enim de splendore ac luce dixeris, splendorem in sui ortu non habere priorem se, & tempore præuiam vo- luntatem, sed esse ipsum fœtum germēque volun- tarium lucis, non voluntatis respectu, aut vi, sed na- tura & veritate: ita quoque de Patre & filio recte di- xeris, Patrem diligere filium & velle, non tamen, vt filius opus effectūque voluntatis pronuncietur, ne Valētiniana hæresis se immittat in Ecclesiā, sed vt in confesso sit, viuam illum voluntatem & verē naturalem filium esse, quasi lucis splendorem. Ita enim ille dixit: Eructauit cor meum Verbum bo- num. Filius quoque congruenter locutus est: Ego in Patre, & Pater in me: si autem Verbum est in corde, vbi deliberatio? & si filius est in Patre, vbi voluntas? & si ipse voluntas est, quomodo volun- tas in voluntate fuerit? absurdum id quippe, ne sci- licet etiam Verbum in Verbo, & filius in filio, & Sapientia in Sapientia dicatur facta esse: quemad- modum sapius iam diximus: Omnia enim est Fi- lius Patris, & nihil in Patre ante Verbū, sed in Ver- bo siue Ratione voluntas, & per Rationem ea que sunt voluntatis opere consummantur, quemad- modū docuerunt sacræ scripturæ. Vellem ego qui- dem impios in hanc absurditatem delapsos, & de voluntate disceptantes, non quidem ex suis vxori- bus grauidis quærere, quas ita interrogare solebāt, an haberes filium, antequam gigneret: sed à Patri- bus quærere, Volendone patres facti sunt, an secun- rogandis.

simile.

Filius nō extitit præter sen- tentiam Patris.

Apra di- stinctio. Explana- tio distin- ctionis.

simile.

simile.

Psal. 44. Ioan. 14.

Ab surdū

Correlio- erroris A- rianæ in vxoribus suis graui- dis inter- rogandis.

dum naturam suæ voluntatis? & an liberi ipsorum
 ipsis natura & substantia similes sint, vt saltem à pa-
 rentibus in confusionem dentur, à quibus respon-
 sum de voluntate in gignendo postularunt, ea spe,
 vt inde aliquid probationis rebus suis adiungerent.
 Respondebitur enim illis à parentibus: Quos ge-
 nuimus, non voluntatis sunt, sed nostri liberi spe-
 cie nobis similitudinèque congruentes, neque præ-
 deliberando parentes efficitur, sed naturæ vi, ad
 quam proprie spectat opificium gignendi: ex qua
 fit; vt liberi parentum imagines similitudine refe-
 rant. Aut igitur damnent se sui erroris, & desinat
 vxoribus quæstiones proponere de Filio Dei: aut
 discant ab ipsis non voluntate generari filium, sed
 natura & veritate: congrua enim ista competens-
 que aduersum hos homines ex hominibus muta-
 ta refutatio est: qui non verentur, vt sunt vesani,
 humana de diuinitate ratiocinari. Quid igitur est,
 cur vterius insaniant Christi perduelles? quum vi-
 deant istam suâ quæstionem, vt cætera omnia quæ
 obiiciunt, manifestò apparere nihil aliud esse, nisi
 merum fucum & imposturam, ideòque deberent

Quomodo
 respondendum sit
 Ariani
 suas vxo-
 res inter-
 rogantibus

vel sero tandem conspicientes in quantum vesania
 præcipitium delapsi sint, referre sese & refugere à
 diaboli laqueo, nostris super ea re verbis admoniti.
 Mitis enim & clemens veritas est, quæ vbiq; ita
 clamat, Si mihi non creditis ob amictum corporis
 mei, saltem operibus credite, vt cognocatis quòd
 ego in Patre, & Pater in me: quòdque ego & Pa-
 ter vnum sumus: & quod, qui viderit me, viderit
 Patrem. Dominus quidem solito suo more clemen-
 ter agit, cupitque omnes à lapsibus suis erigi, vt
 Dauidis modulis decantatur, impij tamen refugi
 ab audienda Dominica voce, quibus ægré est, & vi-
 su triste, Dominum ab omnibus haberi Deum &
 Dei filium, circumeunt, vt scarabæi, cum patre suo
 diabolo causas iniquitatis vndecūque aucupantes,
 sed frustra: quas enim vterius aut vnde poterint
 calumnias istiusmodi conquirere, nisi à Iudæis, & à
 Caiapha blasphemias mutuentur, & ab Ethnicis
 desumant deitatis abnegationem? Nam sacra scri-
 pturæ istis plane clausæ sunt, còsque vndiquaque
 ostendunt, & stolidos & Christi perduelles esse.

Ioan. 14.
 Ioan. 14.

simile.

simile.
 Sabellij
 hæresis.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, CONTRA ARIANOS,
 IN HOC DICTVM, EX DEO DEVS
 est Verbum, &c. Oratio.



X DE O Deus est Verbum, & Deus erat Verbum, itidemque rursus quorum Patres, ex quibus Christus qui est Deus super omnia, benedictus in secula, Amen. Cæterū, quia Christus ex Deo Deus, & Ratio Dei, & Sapientia, & potentia, & Filius, ideo vnus Deus in sacris scripturis renunciatur. Quum enim Ratio sit vnus Dei, ideo filius in eum refertur, cuius est filius: ita vt duo quidem sint, Pater & filius, sed tamen vnitas deitatis remaneat, eaque & indiuisibilis & minime discissa. Poterit autem & ad istum modum dici, vnum esse principium deitaris, non duo: vnde proprie monarchia vnus Dominatus haberi debet. Ex ipso deinde principio, per naturam existit Filius, qui est Verbum, non quasi alterum principium seorsum subsistens, neque aliunde genitus, ne ratione secundi duo principia pluriūque principatus orientur: sed vnus Principij suus propriūque Filius, propria Sapientia, proprium Verbum, ex ipso Principio ortum habens. Nam secundū Ioannem in hoc principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Deus enim principium est, & quia ex principio Verbum est, ideo quoque Verbum erat Deus. Quemadmodum autem vnum principium, & pro eo principio vnus Deus, ita plane ac re vera vna est essentia & hypostasis, quæ dicit: Ego sum qui sum, & nō duplex, ne duo sint principia. Ex vna porro natura verus est filius & Verbum, quod ipsum est Sapientia & Virtus ipsius essentia propria, atque inde inseparabilis eaque vt alia non est, ne duo sunt initia: ita quoque Verbum quod ex vno est, non fluxibiliter & caducè aut simpliciter vox significatiua est, sed substantiale quiddam est, & substantialis Sapientia,

Pater & filius due sunt persone in vnitae essentia. Quomodo existat filius. In Trinitate vnu est principium.

simile.

Exod. 3.

Verbu Pa tris est substantiale & incorporeu.

quæ quidem re vera est filius Dei. Nam si substantialis non sit, sequetur Deum in aërem Verbum suum profundere, Verbumque corpus habere, nihilque eximium vltra humanam sortem possidere. Cæterum, quia Deus homo non est, fieri non potest, vt Verbum eius quicquam commune habeat cum hominum imbecillitate. Sicuti enim vnum principium, & vna est substantia, ita quoque huius vnum est substantiale subsistensque Verbum & Sapientia. Quemadmodū enim ex Deo Deus est, & ex sapiente Sapientia, & ex rationali Ratio siue Verbum, ex Patre Filius: sic ex subsistentia subsistens, & ex essentia essentialis, & ex existente existens. Nam si simpliciter & vulgaris sapientia aut ratio filius esset, ac non potius substantialis Sapientia, Verbum essentiale & filius existens in Patre, Pater ipse compositus fuerit ex Sapientia & Ratione, siue quod idem est, Verbo. Iam si ad istam rem absurda ea sequantur, de quibus dictum est: erit ipse sui ipsius Pater, ipseque se ipsum gignens, genitusque à seipso: aut id sequetur vt mera sint nomina, Verbum, Sapientia & filius, nec quicquam sit in iis solidum, de quibus ista prædicantur, imo quæcūque ipse est, inane habebunt. Qui, si non subsistat, ociosa fuerint ista & vana vocabula, nisi quis dicat, Patre esse, eam quæ ex se est, Sapientiam, & ipsam ex se Ratione. Quod, si iam admittamus, còsequens erit vt ipse fuerit sui ipsius, & pater & filius, pater quidem cum sapiens, filius vero cum sapientia nominabitur: sed nō sunt ista vt qualitas aliqua in Deo, apage, indecorum enim hoc ipsum: sic enim reperietur Deus compositus ex substantia & qualitate. Siquidem omnis qualitas in substantia est, ac proinde isto modo Diuina vnitas, cum sit indiuisibilis, composita apparebit, eò quòd sectilis sit in substantiam,

simile.

simile.

conclusio

simile.

tiam, & accidens. Quærendum igitur ex temerariis istis hominibus quum contestatum sit, Filium esse Sapientiam & Verbum Dei, quānam ratione illum esse velint, an ne vt qualitatem: atqui demonstratum est, quanta inde absurditas sequatur: an ne vt Sapientiam ex Patre, quæ ipsa pater sit: cæterum quid ex ea re absurditatis emergat, in iis, quæ aduersus Sabellium edidimus, scriptis comprehensum est. Superest igitur cum esse proprie vt Germen ex ipso Patre ad similitudinem & speciem lucis. Vt enim ex igne lux, ita ex Deo Verbum, & ex Sapientia Sapietia, & ex Patre filius. Hoc modo enim vnitas integra & impatibilis manet, huiusque Filius Verbum scilicet non inane quiddā sine substantia constituitur, sed quod solidum sit ac verum & substantiale. Nisi enim res ita se habeat, omnia fuerint, quæ de eo feruntur, per subintellectionem cogitata, & meræ voces, non re subsistentia: quod si euitanda est subintellectionis absurditas, ergo verus & substantialis filius extiterit, non animi imaginatione intellectuque formatus. Vt enim verus est Pater, ita quoque verè est Sapietia: atque ita fit vt duo sint, non autem secundū Sabellium idem Pater & Filius: sed Pater, Pater est: & Filius, Filius est: inde autem vnum sunt, quia filius naturaliter substantia Patris est, eiusque proprium Verbum, quemadmodum Dominus loquutus est: Ego & Pater vnum sumus. Neque enim Ratio segregata à Deo Patre est, neque Pater vnquā irrationalis aut est, aut fuit: Est igitur Ratio Dei, neque Pater vnquam sine Ratione, ac proinde ab illo dictum est: Ego in Patre, & Pater in me. Et rursus alibi Christus Ratio Dei est. Vtrum igitur per se extiterit, & vbi extiterat, coagglutatus sit Patri: an Deus illum fecerit, suumque Verbum & Rationem appellarit? Quòd si ex duobus istis, quod prius est, concesseris, vt videlicet ipse sibi subsistat, & Deus sit, duo ergo fuerint principia, neque iure censetur Patris sui proprius, eò quòd non sit Patris, sed sui ipsius. Sin aliunde est conditus, creatura fuerit. Reliquum igitur est, Verbum ex Deo existere: quod si concedas, aliud haud dubie fuerit, quod ex aliquo naturam accepit: & aliud quod sui alteram naturam dedit, ac proinde duo sunt. Nam si duos esse non admittas, sed vtrumque de eodem prædicari, erit eadem res, causa & causatum, gignens & genitum, quæ absurditas in Sabellianis relidere demonstrata est. Quòd si ex Patre quidem sit, non tamen aliud à Patre, futurum est vt gignat, & non gignat. Genuerit autem, quia ex se profert: non genuerit autem, quia id quod profertur, non aliud fuerit à proferente. Quod si ita est, intellectu animique fictione idem dicitur & pater & filius. Quòd si illud perabsurdū, duo igitur fuerint pater & filius: vnum tamen, quia filius non aliunde, sed ex patre deo sit genitus. Quòd si quis hic fugiat vocabulum geniturae, solūque cupiat dici, Verbum cum Deo existere: videat ille, ne dum fugit id quod à scriptura dicitur, illabatur in eam absurditatem, vt bigenerum duplicisque naturæ Deum introducat. Quum enim non concedat ex vnitate Verbum esse, sed simpliciter & vulgariter ratione coagglutinatum esse Patri, duas substantias introducit, quarum neutra alterius est parens: Idem quoque in potentia fiet. Cæterum, hoc clarius videas, si de Patre tractes: vnus enim Pater, & non duo, sed ex vno est filius. Quemadmodum

igitur non duo patres, sed vnus: ita quoque non principia, sed vnum: & ex vno principio substantialis filius. Sed rursus hic Ariani percontandi sunt. Sabelliani enim de fictione animi qua filium subsistere dicunt: Ariani contra de eo, quod Patrem ratione spoliant, referri debent. Dicendum igitur: Deus sapiens & nequaquam irrationalis est? an contra, insipiens, & irrationalis censendus est: quòd si istud quod secundum est probas, indidem statim absurditas emergit: quod si illud alterū quod prius est, arripet, quo sapiens esse censetur, & non expertationis, vtrum aliunde sibi rationem & sapientiam conquisiuit, an ex se adeptus est? si aliunde, erit aliquis qui eam ipsi prius in munus concessit, ante cuius munificentiam insipiens & irrationalis fuit. Sin autē ex se habet, certū est, quòd eam non ex nihilo adeptus sit, neque fuit quādo non erat: vt pote qui semper fuerit, eò quòd ille, cuius est imago, semper sit. Hic, si mihi dixerint sapientem quidem Patrem, & non expertem Rationis esse, sed tamen propria in se sapientiam, & propriam rationem possidere: verum illam non Christū esse, sed eam in qua Christum condiderit. Si ergo Christus in illo verbo conditus est, dubitare non debet omnia per illud condita esse, idque ipsum esse de quo Ioannes locutus est, omnia per eum facta esse, & de quo Propheta David: Omnia in sapientia fecisti, Christusque mendax fuerit, quum ait: Ego in Patre, cum alius sit in Patre, & Verbum carnem factum esse, falsa res est pro eorum opinione, neque Christus fuerit in Patre Verbum illud per quod omnia facta sunt: ergo Christus scilicet non factus est caro, & fortasse nomine tenus dictus est Verbum. Quod si admittas, alius fuerit, diuersusque à suo nomine, deinde omnia per eum facta non fuerint, sed per eum in quo ipse Christus est conditus. Quod si dixerint sapientiam qualitatem in Deo, aut ipsum suam ex se Sapientiam esse, sequentur absurda, quæ prius dicta fuerunt. Erit enim ex partibus conflatus, & ipse sibi pater & filius. Sed tamen refellendi & confundendi sunt ex eo, quòd Ratio in Deo creatura esse nequeat: aut ex non ente prodierit, cum ab æterno sit in Deo, eademque Christus fuerit, qui ait de se: Ego in Patre, & Pater in me. Qui ideo vnigenitus est, eo quod nullus alius ex Patre sit genitus. Vnus iste filius est Verbum, Sapientia, potentia, quū deus Pater ex istis rebus non componatur, sed genitabilis sit. Vt enim creaturas & condit & gubernat, ita naturaliter suæ substantia prolem Verbum progenuit, per quod creat, condit & gubernat vniuersa Verbo enim & Sapientia facta sunt omnia, & ordinatione eius permanent vniuersa. Idē illud & de Filio censendum, si sterilis & inefficax Deus fuerit: Partus enim illius est, per quem Deus operatur. Quòd si illud non admittes, eadem controuersia similesque importunitates impudentibus istis occurrent. Nos autem, qui Deo appositi addicimus sumus, quæramus eum in hoc ipso die. Iam isthinc intelligas hanc differentiam, & cognoueris Filium Dei rem conditam esse, quum filius dicat, Ego & Pater vnum sumus, & Ego in Patre, & Pater in me: Creaturæ autem cum proficiunt, apponuntur Domino, nec mirum, quum Verbum quod proprium est, sit in Patre: creaturæ vero quia foris sunt, apponuntur, vt per naturam extranea, sed per voluntatem adiuncta. Filius qui genuinus est, vnus est cū

Ex vno principio substantia filius.

Arianorū opinio mediocri Christi arguit

psal. 103. Absurda

Quod sapientia nō sit qualitas in deo

Ioan. 14.

simile.

Quod Christus non sit creatura. Ioan. 10. Ioan. 14.

genitore: qui autem aliunde adoptatur, generi apponitur. Ideoque statim subinfert, qui fecit gentem magnam, cui appropinquat Deus. Creatis enim, ut diuersis à se, approximat: Filio autem, utpote suo, non approximat, sed in eo consistit: neque filius ei apponitur, sed vna cum Patre coexistit: Et ait in Deuteronomio, Vocem eius audietis, eique apponemini, Quod autem apponitur, aliunde apponitur. Aduersus autem infirmam humanamque opinionem Arianorum, qua suspicantur Dominum indigum fuisse cum ait, Datum est mihi, & accepi, & cum Paulus loquitur, superexaltauit eum Deus, & sedit ad dextram, aliaque similia, dicendum est Christum nostrum, Verbum Filiumque Dei corpus gestasse, Filiumque hominis factum esse, ut mediator sequesterque Dei & hominum factus, ea quae Dei sunt, nobis, & quae nostra sunt, Deo subministraret. Cum igitur refertur esurire, lachrymari, fatigari, vociferari Heloi Heloi: quae humanae sunt, & nostrae passiones, ea ipse à nobis accipit, & patri refert intercedens pro nobis, ut in se deleantur. Cui autem loquitur, Data est mihi potestas, & accepi: & Ideo superexaltauit eum Deus, ea sunt munera Dei in nos, quae per ipsam Filium nobis largiuntur: Non enim aut indignum erat Verbum, aut vniquam fuit alicuius rei egenum. Neque est diuerso, homines ad id sufficiebant, ut sibi ista suppeditaret: verum, quia id per Verbum nobis elargitum est, ideo tanquam quae sibi data essent nobis impartit. Idcirco enim homo factus est, ut quae illi data essent, in nos transirent. Homo enim merus, non dignus fuisset istiusmodi muneribus: Verbum est diuerso, solum & merum istis non indigisset. Coaptatum igitur nobis est Verbum, potestatemque suam nobis impartit, & superexaltauit. In homine enim existente Verbo accepit homo. Quoniam igitur Verbo existente in carne, exaltatus est homo, & accepit potestatem, Ideo ista ad verbum referuntur, quia propter Verbum data sunt: ideo enim, quia Verbum in homine erat, ista gratiae donatae sunt. Et ut Verbum caro factum est: ita quoque homo per Verbum ea accepit. Quaecunque enim homo accepit, omnia dicitur Verbum accepisse, ut ostenderetur non fuisse hominem dignum ut acciperet, quaecunque in illius naturam delata perueniebant: veruntamen, per Verbum carnem factum, istiusmodi accepit: quapropter si audias certum aliquid donatum esse Domino, aut aliud quod est istiusmodi, intelligere debemus datum illi, non veluti indigo, sed homini per eum datum esse. Nimirum, omnis qui pro alio intercedit, gratiam quoque & ipse accipit, at non quasi indigus, sed illius nomine pro quo intercedit. Sicut enim infirmitates nostras recepit, ipse non infirmus, esuriit ipse non esuriens, sed nostra ista alio transfert, ut deleantur: ita quoque imbecillium nomine Dei munera ipse vicissim accipit, ut coaptatus homo particeps esse queat. Ideoque locutus est Dominus, Omnia quae dedisti mihi, dedi eis, & rursus pro eis rogo. Rogabat enim pro nobis, quae nostra sunt suscipiens, & donabat quae perceperat. Quoniam igitur coaptato Verbo homini, ad Verbum respiciens Pater, largitiones has in hominem contulit, ut exaltaretur, ut haberet omnem potestatem, & quaecunque sunt istius generis. Ideo omnia isto Verbo imputantur, & perinde sunt quasi ipsi sint data, quae nos per illum acquisiuimus. Nam

Dant. 1.

An indigum fuerit Verbum dei Philip. 2.

Verbum corpus indit cur.

Mat. 28. Philip. 2.

Cur Verbum caro factum sit.

Simile.

Quicquid Christus accepit à Patre datum est illi, non veluti indigo, sed homini per eum datum est simile.

Ioan. 17.

quemadmodum propter nos homo factus est, ita nos per eum exaltamur. Nihil igitur absurdi, si quemadmodum semetipsum propter nos humiliavit, ita propter nos quoque dicatur exaltari. Dedit igitur illi, pro eo quod est, dedit nobis per eum: & superexaltauit eum, pro eo quod est, exaltauit nos in ipso. Siquidem ipsum Verbum nobis sublimatis accipientibusque; & adiutus quasi ipse sublimaretur, acciperet, adiuuaretur, Patri gratias agens, ea quae nostra sunt sibi imputat, ac dicit, Omnia quae dedit mihi Pater, dedi eis. Ariani autem qui Eusebium sequuntur: dum filio inchoationem attribuunt, ita agunt, quasi qui pati nequeant eum habere principium regni, quod perquam ridiculum est: Qui enim attribuit filio principium existendi, certum est, illum filio quoque principium regni attribuere. Quapropter dum quae consistunt, negent; plane caecutiunt. Rursumque, illi qui dicunt, merum esse nomen filij appellationem, utpote sine essentia, sine subsistentiaque esse filium Dei, hoc est Verbum Patris. Simulant se quidem, quasi indignentur contra eos, qui hanc sententiam usurpant, tuit aliquando cum non erat. Caterum id ipsum quoque risu dignum est, Qui enim ei penitus detrahunt ne sit, indignanturque contra eos, qui saltem aliquo in tempore eum fuisse concedunt, ij, hoc ipsum quod negant, dum alios obiurgant, confitentur. Rursum Eusebius cum suis, qui consentunt illum filium esse, non admittunt ipsum naturale esse Verbum, sed ratione tantummodo viribusque intelligendi filium appellari censent. Alij rursus, qui eum verbum agnoscunt, inficiantur illum ipsum esse filium, & secundum *επινοιαν*, Filium nuncupari cum, qui Verbum est, existimant, ex quo exhaurientes & ad inanitatem redigentes, quod his verbis innuitur: Ego & Pater vnum sumus. Duo vnum esse dicitis, aut vnum quod binomine sit, aut vnum quod in duo dispartiat. Si igitur vnum in duo diuisum est, necessum est corpus esse, quod hanc diuisionem exceperit, & neutrum ex diuisis perfectum esse, vtrumque enim partis naturam, non integritatis obtinet. Sin vero vnum est binomine, id ex factione Sabellij est, eundem & filium & Patrem dicentis, & vtrumque tollentis, ut nunc filius Patrem absumat, nunc Pater filium. Quod si autem duo vnum sunt, necessum est, duos quidem esse ratione personarum, vnum tamen secundum deitatem: tum quia filius consubstantialis est Patri: tum quia ex ipso Patre Verbum existit: adeo ut duo quidem sint, quia & Pater & filius est, qui idem est Verbum: vnum tamen sunt, quia vnus sit Deus. Nam si ita non sit, ad istum modum dicendum fuerat: Ego sum ille qui Pater est: aut ego, & qui pater, sum. Nunc contra per hoc vocabulum (ego) Filium denotat, & in hoc vocabulo (Pater) is qui genuit significatur: sub voce autem vnum, vnam deitatem & consubstantialitatem eius intelligimus. Non enim pro gentiliū opinione idem sapiens & Sapientia est, aut idem Pater & Verbum: absurdum quippe eundem sui ipsius Patrem esse. Aduersatur enim huic opinioni sacrarum literarum constitutio quae Patrem & filium, sapientem & Sapientiam, Deum & Verbum: vbi que tamen quenque in sua natura indiuisibilem, indiueptamque & impartibilem per omnia agnoscit & seruat. Quod si quis audiens Patrem & filium, duos ex duobus nominibus per calumniam deos facere velit, tale

Simile.

Simile. Fides Catholica de Patre & filio.

Heretica propositio Arianorum Ariani plus creaturis quam creatori tribuunt. Calumniae propositioes Arianorum.

Absurdum.

Ioan. 14.

283
talem enim quidem sibi ipsi fungunt, statimque ridicule obiciunt, duos deos à nobis predicari, aduersus istos hoc sermone vtendum est. Si is qui Patrem & Filium agnoscit, duo numina inducere videtur, tempus etiam est, ut qui vnum dicat, nullat Filium & Sabellium imiteretur. Si enim is qui duos dicit, ethnicizat: ergo qui dicit vnum, Sabellizat. Caterum, id ita non est, absit: sed quemadmodum qui Patrem & Filium vnum Deum esse dicit, ita qui nominat vnum Deum, duos intelligit, nempe Patrem & filium, qui vnum sunt ratione Deitatis, & quod ex eo existit, indiuisum tamen & indiuisum, nec partitione anulum, hoc ipsum esse. Verbum ex Patre. Si autem ex rebus humanis tale exemplum: ignis & qui ex eo relucet splendor, duo quidem sunt, & duo esse conspiciuntur, quum tamen splendor ab igne sit, indiuisibilis. Isti quidem in eandem temeritatem cum Ariani praecipites eunt, quum & illi dicant, propter nos eum esse conditum, ut nos conderet, quasi Deus expectet nostram creationem, ut vel proferat secundum illos, vel condat secundum istos. Ariani igitur plus nobis quam Filio largiuntur. Non enim (inquiunt) nos propter illum, sed illum propter nos factum esse: siquidem ea de causa conditus est, ut nos per eum Deus crearet. Isti vero ex aequo, vel etiam amplius se se impiantes, minus Deo quam nobis tribuunt. Nos enim subinde silentiosi, tamen cogitatio aliquid agimus: adeo, ut ex nostra cogitatione imagines intellectuales fiant. Deum contra, isti tacentem nihil agere posse: loquentem autem valere existimant, siquidem tacens non potuit facere, loquens autem creatae exorsus sit. Patrem enim est, ut eos interrogemus, an Verbum in Deo existens, perfectum erat, ut vim faciendi haberet: quod si imperfectum erat, cum in Deo existeret, genitum autem perfectitudinem adeptum est, in nobis causa est ipsius perfectitudinis: siquidem propter nos genitum est, & propter nos facultatem faciendi acquisiuit. Sin autem perfectum erat in Deo, ut etiam creare posset, superflua & otiosa fuerit eius natiuitas. Poterat enim, cum adhuc in patre esset, architectari. Natiuitas enim eius non nostram creationem demonstrat, sed illud tantummodo, quod ex Deo fuerit: quippe quam esset ante nostram creationem. Eadem temeritate aduersus Patrem vtitur: si enim tacens non potuit creare, necessum est, eum hanc potestatem gignendo, hoc est loquendo, adeptum esse: at unde adeptus est, aut per quem? Sin autem poterat creare eod quod haberet in seipso Verbum, superuacue gignit, cum posset etiam tacendo creare. Postremo, si antequam gigneretur, in Deo erat Verbum, ergo genitum extra forisq; à Deo est. Si autem id recipitur, qui fit, ut dicat: Ego in Patre, & Pater in me? Sin autem nunc in Patre est, erat igitur etiam tum in Patre, quemadmodum nunc est, & superuacaneum est causificari illud propter nos genitum esse, & postquam nos condidi essemus, recurrisse in Patre, ut fieret tale quale antea fuit. Non enim id erat, quod iam non est: neque iam id est, quod tum non erat, sed ita est, ut semper fuit, eodemque se modo habet: alioqui imperfectus & mutabilis videretur. Si enim quod erat, postmodum futurus est, quum id iam non sit: videri potest, neque id omnino esse, quod vel fuit, vel futurus est. Verbum autem, si prius in deo erat, & postea deuo-futurum est, certum est, id in pra-

284
sentiarum in Deo non esse. Sed refutat eos Dominus his verbis: Ego in Patre, & Pater in me: ita enim nunc est in Patre, ut antea semper fuit. Porro, si ita nunc est in Patre, quemadmodum fuit, semper euidens res est non contigisse, ut aliquando gigneretur, aliquando non: & aliquando in Deo silentium fuisse; aliquando loquelam: sed semper esse Patrem, & Verbum huius filium, non quidem nomine tenus Verbum, neque ex intellectu cogitationumque imaginibus filium, sed ex ita esse eum consubstantialem Patri, neque propter nos genitum esse. Nos enim propter illum creati sumus, quoniam si propter nos genitus esset, eoque ipso quod genitus esset, nos conditi sumus, & ex eius natiuitate, rerum natura constaret, illa quae eodem vnde prodit, requirit, ut sit, quod prius erat. Primum quidem, futurum est, ut si de nouo non genitus, qui genitus est, si enim progressus eius ex Patre natiuitas est, restat ut regressus eius in Patrem sit, pausa cessatioque natiuitatis: siquidem in Deum regresso taciturus esset iterum Deus: qui si tacuerit, fieri quemadmodum antea fuit, cum ille adhuc in silentio vocaretur: nimirum ut cesset rerum natura, sicut quae otium à rebus procreatis. Sicut enim progredientem Verbo facta est rerum vniuersitas, naturam quoque suam accepit: ita recurrensem in patrem verbo, non substiterit eadem ista vniuersitas. Quis igitur vnus est in eo, ut nascatur, si natus desiturus est? aut quae gratia loquitur Deus, si postea sese in silentium dabit? aut cur illum emittat, quem reuocat? aut cui gignit, cuius natiuitatem abolita vult? Quis, quid de illo futurum sit, incerto habetur: aut enim perpetuo taciturus est, aut de nouo loquendo geniturus: & alteram rerum naturam instituet non eandem reficiet, quippe, quae in suo statu permanens erat, si hoc voluisset: quare omnino aliam condiderit, & ex eodem rationis obsequio etiam istam nuperam abolebit, & ita esse atque iterum nouam condiderit, & id ad infinitas vicissitudines progressurum est. Hoc genus opinionis fortasse à Stoicis accepit, affirmantibus Deum contrahi, & rursus expandi cum rerum vniuersitate, & infinitis desistere. Quod enim dilatatur, ex arctitudine dilatatione accipit: & quod extenditur, ex antea contracto in latitudinem explicatur, id sibi ipsi idem est, nihilque seipso maius, nisi quatenus extensionem sustinuit. Si igitur vnitas dilatando facta est Trinitas, Trinitas vnitasque vti que pater est: Trinitas autem Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Siquidem principia dilata vnitas, vbi passionem huiusmodi sustinuisset, facta est hoc ipsum quod non erat. Dilatata enim est, cum lata non erat: deinde quae vnitas fuit, extensa est in Trinitate, Trinitasque est Pater & filius & Spiritus Sanctus. Idem ergo ipse Pater secundum Sabellium factus est filius & Spiritus Sanctus, nisi vnitas apud Deum aliud sit praeter Patrem, neque vocabulo dilatationis sit vltterius vtendum, scilicet quia sola vnitas trium personarum sit effectrix, ut primo loco recipienda sit vnitas, deinde Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Si enim illa dilatata esset, extendissetque seipsam, ipsa nimirum hoc ipsum fuerit, quod extensum est: & ita vbi istiusmodi expansu dilatationeque in Trinitatem se extendisset, non vltterius remansit vnitas, vni-tasque vicissim ante sui explicationem nondum erat Trinitas: & Pater cum esset, nondum erat apud PP

Propter filium creati sumus, et non ille propter nos. Absurda.

Simile.

Stoicorum opinio de Deo.

Sabellij opinio de Trinitate.

lius aut Spiritus Sanctus, in quos cum ille mutatus abierat, Patris naturam iam deinde non retinuit. Hæc solummodo ab illo per mendacium dici poterint, quicumque est tantæ audaciæ, vt Deo non vereatur corpus adscribere, eumque passibilem esse pronuntiare. Quid enim aliud est dilatari, quam passio eius rei quæ dilatationem accipit: aut quidnam aliud est, id quod dilatatum est; nisi quod antea nõ ita spaciosum, sed angustius fuit? Idem enim est, ac tantummodo tempore à seipso differt. Hoc enim Apostolus Corinthijs scribens indicauit, Ne, inquit, coarctemini in vobis Corinthij, sed dilatamini potius: adhortatur vt iidem sese ab angustia in latitudinem mutant. Sicut autem si dilatati fuissent ex sua angustia Corinthij, non alij fuissent, sed iidem qui antea Corinthij: ita quoque si pater dilatatus fuisset in Trinitatem, ac iam Trinitas effectus fuisset, æque idem remansisset. Iterum ille hæc verba usurpat, Cor vestrum dilatatum est. Noë quoque itidem locutus est: Dilatet Deus Iaphet: idem enim cor, idemque Iaphet est in latitudine, qui antea in arctitudine fuerat. Ergo si vnitas se dilatat, eadem fuerit iam dilatata, quæ ante dilatationem fuerat. Quid igitur aut filium aut Spiritum sanctum esse velint, non incite ab iis interrogari potest, quæ talia non vereantur in sermonē proferte: aut quis effectus sit istiusmodi dilatationis, aut vt eos ad id quod verum est, urgeamus, cūue vilo modo dilatatio recipitur? Quod enim non in eodē statu perueniat, sed sequenti tempore exporrigitur, necessum est causam habere, propter quā exporrigitur: sicut vt Verbum & Spiritus coexistat, superfluum est mentionem facere de Vnitate postmodum dilatata. Siquidem non postea tandem Verbum, siue quod idem est Ratio & Spiritus Sanctus extiterit, vt pote, qui semper ab æterno fuerint, ne concedendum sit Deū aliquādo Rationis expertem fuisse, vt Ariatorum opinio est. Quapropter si ab æterno fuit Verbum, & ab æterno Spiritus Sanctus, ab æterno quoque dilatatio fuerit, non autem vt primum Vnitas existeret, deinde ex dilatatione Trinitas resurgeret. Nam si posterius dilatatio introducta fuit, posterius Verbum emergerit: sin autem ob assumptum hominem dilatata est Vnitas, eoque expansu Trias effecta est, ergo ante assumptionem humanæ naturæ fuit Trinitas, quin & Pater ipse videbitur caro esse factus: siquidē ipse quum Vnitas esset, in homine assumendo dilatationem accepit, & fortasse in posterum in Vnitatem coibunt, & contrahentur ipse & caro, & quod tertium est, Spiritus. Ipse enim est qui ita expanditur, sequeturque vt duntaxat nomine tenus censetur Trinitas. Si autem vt cōderet, dilatationem in se recepit, absurdum id quoque. Poterat enim cum adhuc Vnitas esset, omnia condere, cum Vnitas ipsa istiusmodi virium non inops esset, neque imbecillitate laboraret, priusquam ita distenderetur. Absurdum enim & impium, tale quid de Deo vel sentire, vel loqui. Huic absurditati alia absurditas in comitatu adheret. Si enim ob rerum creationem dilatatio facta est, & quandiu Vnitas subsisteret, rerum creatio non procedebat, rursus futurum est, vt post cōsummationem seculi ex dilatatione ad Vnitatem redcat, quum ipsa rerum procreatio abolēda sit. Sicut enim ob creationem dilatatio recepta est, ita quoque cessante rerum natura, cessabit & dilata-

Deus in se non patitur extentionē aut contractionem.

2. Cor. 6.

Gene. 9.

Conclusio est quæ doctet nihil preter absurdam se- qui ex pro- positione proposita.

tio. Istiusmodi igitur absurda ex dilatatione Vnitatis in Trinitatem sese in occursum dabunt. Ceterum, quia, qui ista dicunt, non verentur distinguere Verbum à Filio, dicerēque aliud quidem esse Verbum, aliud autem Filium, primumque fuisse Verbum, deinde Filium: age de istis dispiciamus. Est autem istorum hominum diuersa temeritas. Isti enim, hominem quem assumpsit Saluator, Filium esse volunt: hi contrā, vtrumque simul hominem & Verbum Filium tunc genitum fuisse cum ista in vnum coaluissent. Alij rursus sunt, qui affirmant Verbum tunc Filium effectum esse, cum hominem induisset: ex Verbo enim (aiunt) factus est Filius, cum antea filius non esset, sed Verbum duntaxat. Stoicorum igitur ambo ista sunt dogmata, si deum dicas dilatari, & Filiū inficeris: deinde superfluum id simul & stultum, quod cum Verbum nomen, illum tamen Filium esse non admittant. Si enim ex Deo non est Verbum, iure abnegauerint illum esse filiū: Sin vero ex Deo est, cur non contuentur cum qui ex aliquo est, eius filium esse, vnde est? Deinde si Verbi Pater est Deus, cur Verbum non fuerit Filius sui Patris? Pater enim is dicitur, cui Filius est: Filius is est, & illius filius dicitur quem Patrem habet. Si igitur Christi Pater non est Deus, neq; Verbum Filius fuerit. Sin vero Pater Deus est, iure quoque Filius eius Verbum fuerit. Quod si postmodum tandem Pater factus est, prius autem Deus erat, prout Ariani sentiunt, absurdissimum est in Deo hanc mutationem conuincere: est enim mutatio Corporale quiddam: An vero, vt in rerū creatione, posterius creator est quam Deus? Sciendum omnino, ea quæ postmodum creantur, hanc mutationem sentire, non autem Deum. Quod si filius creatura est, recte posterius Deus illius Pater effectus est: Sin autem filius creatura non est, sequitur ergo vt Pater semper Pater fuerit, & Filius semper filius. Nam si semper filius fuit, quid causæ est, cur minus Verbum habendum sit? Sin autem filius Verbum non est, & hoc quisquam ausit dicere, is quæ est temeritate, aut Patrem Verbum dicet: aut filiū præstantiorem Verbo? Filio enim existente in sinu Patris non potuit Verbum ante filium fuisse, quum nihil ante eum sit, qui est in Patre: aut si Verbum aliud est à filio, ipsum Verbū fuerit Pater, in quo est filius: Sin autem Verbum non Pater, sed Verbū est, sequitur, vt verbum extra Patrem consistat, quum filius occupauerit patris sinum. Non enim ambo simul Verbum & filius in Patris sinu cōsistant, sed necessum est, vnum tantummodo ibi consistere, illum nimirum, qui filius est & vnigenitus. Rursus, si aliud est Verbum, aliud Filius, præstantior deprehendetur Filius Verbo. Nullus enim cognoscit Patrem, nisi filius, non autem Verbum. Si igitur non nouit Verbum, aut si nouit, falsum est neminem alium, nisi filium nosse. Idem etiam super hoc dicto cōsendum, Qui vidit me, vidit Patrem meum: & Ego & Pater vnum sumus: voces enim istæ Filij sunt, non Verbi: quod ex Euangelijs constat ita loquēte Domino, Ego & Pater vnum sumus. Portantibus siquidem Iudæis lapides, vt eum lapidarent, respondet I e s v s: Multa bona opera ostendi ex Patre vobis, ob quod ergo opus me lapidatis, responderūt Iudæi, de bono opere non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quod tu, cum homo sis, te ipsum Deum facias: I e s v s respondit, In lege ve-

stra scriptum est, Ego dixi, dij estis. Si illos deos appellauit ad quos sermo Dei factus est, nec potest scriptura solui: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis me blasphemare, eod quod dixerim, Filius sum Dei: si non facio opera Patris mei, ne credatis mihi: sin autem facio, saltem si mihi non creditis, operibus credite: vt sciatis & cognoscatis, quod in me pater sit, & ego in Patre. Atque, quantum attinet ad euidentiam expressionemque sermonis, neque quod Deus esset, neque quod Filius Dei esset, locutus est: sed tantummodo, Ego & Pater vnum sumus. Iudæi igitur dum audiunt, vnum sumus, arbitrati sunt pro Sabellij opinione ipsum sese appellasse Patrem: Noster autem Saluator illorum peccatum ratiocinando collegit, nimirum, etiam si me Deum appellassem, tamen æquum erat, id à vobis cognitione perceptum esse, quod in scripturis reperitur, Ego dixi, dij estis & filij, &c. Deinde dum illud dictū, Ego & pater vnum sumus, exponit, filij cum patre vnitatem declarauit, idque sub his verbis: Quia dixi, filius sum Dei: nam estis voce id nõ elocutus est, attamen sententiā & mentem huius dicti, vnum sumus, deo siue filio assignauit. Nihil enim vnū cum patre est, nisi quod ex Patre est. Quod autē ex illo extiterit, quid fuerit (queso) si non filius? infert ergo, vt cognoscatis, quod ego in Patre, & Pater in me. Quid sit vnum esse, interpretans, non in eo cōsistere voluit, quasi in eodem sit illud quod cum altero est vnum, sed quod ipse in Patre & Pater in ipso esset, coaptationem, inseparabilitatemque demonstrans. Etenim Sabellij eo verbo subuertit, quo dicit, se non Patrem, sed filium Dei. Ariarum quoque hoc verbum subruit (vnum sumus). Si igitur filius aliud & Verbū aliud fieri non potest, vt Verbum vnum sit cum patre, sed filius, neque vt qui viderit verbum, viderit Patrem: sed qui filium viderit. Istis declaratis, aut maior est filius Verbo: aut Verbum nihilo plus habet, quàm filius. Quid enim maius aut perfectius quàm hoc, vnum sumus? aut quàm illud, Ego in Patre, & Pater in me? aut quàm istud, Qui vidit me, vidit Patrem meū: istæ enim voces sunt filij. Et rursus, Qui vidit me, vidit Patrem, qui misit me: & qui me excipit, excipit illū qui misit me: & Ego lux in mundum veni, vt omnis credens in me, non in tenebris maneat. Et si quis audierit sermones meos, & non seruaerit, ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt seruarem mundum. Ita sermonem quem audit ille, iudicabit eum in extremo die: quoniam ego ad Patrem abeo. Prædicationem suam (ait) eum, qui non seruat mādāta iudicaturam esse. Si enim non venissem (inquit) & illis locutus non fuisset, peccatum non haberent: nunc autem prætextum purgandi sui non habent; cum audierint verba mea, salutaria illis qui ea seruant. Forsitan hic igitur impudentissime dixerint, non filij, sed Verbi hanc vocem esse. Atqui ex superioribus dictis clarum est, filium fuisse, qui ista loqueretur. Quum enim hic dicat, Non veni iudicare mūdum, sed seruare, in confesso est, non alium esse, quàm vnigenitum Filium Dei. Dicit enim superius Ioannes: Ita Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum traderet, vt quisquis in eum credat, non pereat, sed habeat vitam æternam: non enim misit Deus filium suum vt iudicet mundum, sed vt seruetur mundus per ipsum: qui credit in eum non iu-

Ioan. 10. Vnum sumus secundum Sabellium quid. Interpretatis.

Sabellius e sua sententia deturbatus hoc verbo filius Dei sum.

Arius hoc verbo (vnum sumus) subuertitur.

Ioan. 14. Ibidem.

Ioan. 12.

Ioan. 15.

An hæc verba præ scripta sint filij? Ioan. 12.

Ioan. 3.

dicatur: qui autem non credit iam iudicatus est: eod quod non crediderit in nomen vnigeniti filij Dei. Hoc autem iudicium est, quoniā lux venit in mundum, & homines dilexerunt magis tenebras quam lucem: erant enim opera eorum mala, Si is, qui dicit, non veni, vt iudicem mundum, sed vt seruem, ille ipse est, qui dicit: Qui vidit me, vidit & eum qui misit me: nam qui dicit, qui credit in me: & si quis audierit verba mea, ego non iudico eum: de eo qui filius est, ista loquitur, Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, eod quod non crediderit in nomen vnigeniti filij Dei. Ac rursus hoc iudicium eius, qui non credit in filium, eod quod Lux in mundum venerit, & non crediderunt ei, filio scilicet: ipse enim Lux est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et quandiu in terra versatus est, per humanitatem assumptam, Lux erat in mundo, vt ipse testatur. Quamdiu lucem habetis, credite in eum, vt filij lucis efficiamini. Ego enim Lux veni in mundum. Hoc ita ad istum modum demonstrato clarum fuerit, filium esse Verbum: & quia filius Lux est, quæ in mundum venit, sine omni contradictione relinquatur, mundum per filium conditum esse, vt Ioannis Euangelistæ verba aperte demonstrant, vbi de Ioanne Baptista loquitur: Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de luce. Erat enim, vt iam antea diximus, ipse Christus vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: in mundo erat, & mundus per eum factus est. Necessum igitur, ipsum esse Verbum Dei, de quo testatus Ioannes est, omnia per ipsum facta esse. Aut enim cogentur duos mundos statuere, vt alter per filium, alter per Verbum habear conditus: aut si vnus est mundus, & vna rerum natura, ex consequio patet, vnum eundemque & filium & Verbum ante conditam naturam extitisse: siquidem per eum conditus sit. Ergo, si vt per Verbum, ita quoque per filium omnia sunt condita, nihil cōtrarij apparebit, si idem dicas, vt in principio erat Verbum, ita in principio erat filius: sin autem quia non dictum est à Ioanne, In principio erat filius, nihil ea quæ verbi sunt, filio competere asseuerabunt, restat scilicet vt asseuerent, quæ filij sunt, non competere Verbo. Ad filium autem pertinere demonstratum est: Ego & pater vnū sumus: vt etiam illud, qui est in sinu Patris: & illud quoque, Qui vidit me, vidit eum qui misit me. Cōmune autem est & verbo & filio: mūdum per eum creatum esse, vt inde demonstreretur, ante mundum filium extitisse. Necessum enim est, opificem ante opera sua subsistere: iam quod Philippo responsum est, non verbi fuerit, pro ipsorum opinione, sed filij, vbi ait, Tantum temporis vobiscum sum, & non cognouistis me: Philippo, qui vidit me, vidit patrem meum. Si igitur hominem, quem gessit Verbum, ipsum inquit filium Dei vnigenitum esse, non autem verbum filium esse, sequitur vt homo sit ille ipse qui in Patre est, & pater in eo homine, & homo sit ille qui ipse & Pater vnū est: & qui est in sinu Patris, & qui est lux vera. Et necessario cogentur vt dicāt, per eum hominem mundum esse factum, cūmque hominem esse qui venerit, non iudicare mundum, sed eum seruare: eum denique esse, qui prius extiterit quàm Abraham gigneretur. Amen amen dico vobis, loquutus est I e s v s ad Iudæos, antequam

A
B
C
D
E

Ioan. 3.

Ioan. 12.

Ioan. 1.

Conclusio Argu. à disiunctis docet verbum et filium esse idem.

Simile.

Ioan. 10.

Ioan. 10. mundum creasse & verbo & filio simili modo conuenit.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Abraham fieret, ego sum. Et qui (quæso) non absurdum est eum, qui genitus est ex semine Abrahæ post quadraginta duas ætates, hæc verba sibi vsurpare: sese antequam Abraham fieret, extitisse? Qui autem non absurdum, si caro quum gestauit Verbum, ipsa habeatur Filius, eamque ex Maria genitam illa ipsam esse pronunciemus, per quam sit mundus conditus, aut quomodo tuebuntur dictū illud, In mundo erat. Euāgelista enim id quod ante natiuitatem carnis Filij præcesserat, significans, subintulit hæc verba, In mundo erat. Quomodo autē, si filius non est Verbum, sed homo, mundū seruare potuit, cum & ipse vnus sit ex mūdo? Quod si ad ista impudenter agere velint, quæredum est ex illis, vbi erit Verbum, cum homo sit in Patre, eumque occupet, aut quo tum numero erit Verbum apud Patrem, si homo & Pater vnum sunt? Quod si homo vnigenitus est, cuius tunc ordinis erit Verbum? Aut enim secundæ dignitatis illud dixerint, aut si superior vnigenito sit, habeatur pro Patre. Sicuti enim vnus est Pater: ita vnus ex illo vnigenitus. Quid autem plus habet Verbum quam homo: si Verbum non est Filius. Siquidem per Filium & Verbum, mundus esse conditus describitur, & commune est Verbo & filio mundum ædificare. Cæterū, videre Patrem non itidem de Verbo scriptum est, sed de filio, & seruari mundum non per Verbum dictum est, sed per vnigenitum filium. Dixit enim Iesus, tantum temporis vobiscum sum, & non gnouisti me? Philippe, qui vidit me, vidit Patrem meum: Patrem autem non describitur Verbum agnoscere, sed dictum est non Verbum, sed vnigenitum filium, qui est in sinu Patris, videre Patrem. Quid autem Verbū plus quam filius ad nostram salutem confert? vt pro ipsorum opinione aliud habeatur filius, aliud Verbū, quippe, cum credere iubeamur non in Verbum, sed in filium? Ait enim Ioannes, Qui credit in filium, habet vitam æternam, qui autem discredidit filio, non videbit vitam, quin & Sacrum Baptisma in quo vnuerse fidei nostræ ratio cōsistit, non in Verbo, sed in patre & filio, & spiritu sancto traditur. Si igitur pro ipsorum sententia aliud est Verbum, & aliud est filius, nec est Verbum filius, nihil ad verbū Baptisma spectat. Quomodo igitur secundum illos verbum cum Patre coexistere potest, cum illi non adsit in datione Baptismi? Sed dixerit aliquis, sub nomine Patris continetur & Verbum: cur etiam non Spiritus Sactus: an extra patrem Spiritus sanctus consistit? Et homo quidem, si non admittas Verbum filium fuisse, post Patrem nominatur, & post hominem Spiritus Sanctus. Iam non vere in Trinitatem vnitas pro ipsorum opinione dilatatur, patre videlicet & filium, & Spiritum sanctum, sed in quaternionem. Hic autem confusi ad aliud confugiūt, dicuntq; non hominem per se, quem gestauit Dominus, sed vtrumque simul verbum scilicet & hominem, filium esse. Coniuncti enim ambo simul filius (vt ipsi volunt) nominatur. Quid igitur, & quæ de causa, & vter vtrum filium constituit? aut, vt clarius loquar, an propter carnem, Verbum est filius: an propter verbum, caro filius appellatur, an neutrum istorum in causa est, sed potius amborum congressus coalitusque? Si igitur Verbum propter carnem, necessum est, carnem filium esse, & sequentur tot absurda, quod prius enarrauimus ex eo si dicas hominem filium: Sin autem propter Verbum

Christus ex semine Abrahæ genitus post 42. ætates. Absurda.
Si Verbum non esset filius nihil plus haberet quam homo.
Ioan. 14. Ioan. 14.
Ioan. 3. In nomine verbi non baptizatur. Absurdū.
Non Trinitate sed quaternionem statuant Ariani.
Quis filius apud Arianos dicitur.
Absurda.

caro Filius efficitur, & ante carnem Verbū omnino existebat, nec Filius erat: quomodo possibile est illum ius filiorum aliis impetrare, qui ipse filius nō est, maxime cum subsistat Pater? Si igitur sibi filios efficit, Pater ipse fuerit: sin autem contrā, necessum est, ipsum esse filium, per quem & alij filij efficiuntur. Alioqui, si eo non existente filio, nos filij sumus, non iam Deus eius Pater, sed noster tantummodo fuerit. Quomodo igitur hoc ipsum vt proprium sibi potissimum vendicat, dum dicit: Pater in me, & ego in Patre? Si enim communis omnium Pater est, non illius duntaxat Pater est, nec ille solus egressus est ex Patre: sed æquum est, vt & nos aliquando cum Patrem vocitemus, eō quod communicauerit se nostræ carni. Ideo enim Verbum caro factum est, vt per Verbum, qui filius est, & habitat in nobis, filij efficeremur: Ideo & noster Pater dicitur, Emittit enim (inquit) Spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba Pater. Igitur in nobis filius suum Patrem inuocans, efficit, vt noster ille Pater appelliteretur. Certe, in quorum cordibus non est filius, horum Pater Deus nominari non potest. Si igitur propter Verbum homo appellatur filius, necessum omnino, & ante susceptam humanitatem, quum ex priscis aliqui filij appellentur: & ante aduentum Verbi in terras, filium extitisse, cum inquit, Filios ego genui: & in Noë videntes filij Dei. & in Cantico, Nonne ipse est Pater tuus? erat igitur reuera filius, per quem & illi filij appellantur: Sin autem secundum istos neutrum horum est filius, sed per amborum coalescentiam congressumque filius constituitur, necessus est, ne alterutrum quidem filium esse, non verbū inquam non hominem, sed eam ipsam causam propter quā coaptati sunt: & ita causa coaptatione prior erit, quæ filium efficit, ergo secundum hoc, ante carnem filius extabat. Istis ad istum modum disputatis, ad aliud defugiant, dicentes, non hominem esse filium, neque vtrumq; simul coniunctū, sed in principio verbum simpliciter appellari: ex quo autem homo factus esset, iam inde eum filium esse nominatum: non enim antequā homo apparuisset, filius fuisse, sed verbum duntaxat. Et vt verbum caro factum est, cum ante caro non esset, ita verbum filius effectum est, cum antea filius non esset. Talia sunt illorum nugamenta, sed refutatio clara in promptu est: si enim omnino inde quod hominem induisset filius effectus est, aut illa ipsa susceptio humanitatis pro causa, cur filius sit, habenda fuerit. Et si homo in causa, vt verbum sit filius, aut vtrumque coniunctim id efficiunt, eadem absurda rursus occurrerent. Deinde si Primum verbum, & postea filius, apparebit posterius cognouisse Patrem, & non prius: siquidem non verbum cognoscit, sed filius. Nemo enim cognoscit Patrem, nisi filius. Porro & illud offensabit, eum postea in sinu patris fuisse, & postmodū ipsum & patrem vnū esse factos, & posterioris temporis esse, Qui vidit me, vidit Patrem meum. Hæc enim omnia de filio dicta sunt. Atque ita cogentur dicere, verbum nihil fuisse, sed duntaxat merum nomen. Non enim in nobis neque cum patre, neque qui verbum vidit, patrem vidit, neque omnino cognitus factus est pater: siquidem per filium cognoscitur Pater: ita enim scriptum est, Et carnis cui filius reuelauit. Quum igitur Verbum nondum erat Filius, nondum quisquā Patrem cognoscebat.

Exemplū Luc. 10. Ariano-rum Ratio falsū. Maniche-orū & Iudeorū hæresis contraria. Ion. 10. Ioan. 14. Psal. 2. Psal. 109. Pron. 8. Dan. 3. conclusit Verbum Filij appellatione habuisse in veteri testamento. Obiectio Psal. 92. Psal. 44. Vnigenitus & dilectus. Idem Matth. 3.

Quomodo igitur Mosis, quomodo Patribus visus est, quum ipse tamen in libris Regnorum dicat, reuelando reuelatus sum ad omnes patres vestros? Si verò reuelatus est Deus, nimirum erat Filius, qui illum reuelaret, vt ipse inquit, & cuicumque Filius reuelauerit. Impium igitur & stultum est dicere, aliud esse Verbum, & aliud Filium. Vnde autem, hæc opinionem sibi parauerint, pulchrum est quærere. Aiunt autem, quia nulla sit mentio in veteri testamento de filio, sed de Verbo, ideo filium verbo etate minorē assueuerunt, quod illius sit mentio in veteri testamento: Istiusmodi sunt quæ impij illi crepant. Primum igitur diuidere testamenta, & alterum sine altero accipere, Manichæorum & Iudaicæ factionis est, cum illi veteri testamento, isti nouo obtrectent: deinde secunda, tempore præcedunt, & ea quæ in nouo testamento memorantur, recentiora æstimanda sunt, & ex scriptis tempora iudicanda: necessum est vicissim, recentiora ista esse: Ego & Pater vnum sumus, & vnigenitus qui est in sinu Patris: & qui vidit me, vidit Patrem meū: non enim ex veteri testamento, sed ex nouo ista contestata sunt. Atqui re vera multa de filio in veteri testamento referuntur, vt in Psalmo: Filius meus es tu, ego hodie genui te: & in titulo noui Psalmi in finem, super occultis filij, psalmus Dauidi, & in quadragesimi quarti inscriptione, in finem, super rebus mutandis filij Choræ ad prudentiam: Canticum super dilecto, & in Esaia, Cantabo dilecto, canticum dilecti ad suam vineam, vinea fuit dilecto. Iam dilectus ille quis fuerit, nisi filius vnigenitus, vt in Psalmo centesimo nono patet: ex vtero (inquit) ante luciferum genui te, de quo in sequentibus dicitur: Et in Prouerbiis itidem: Et ante omnes colles genui me: & in Daniele, species quarti quæ apparebat similis filio Dei, aliæque compluria. Si igitur ex veteri testamento verustas rerum colligitur, vetustus etiam fuerit filius, cuius mentio est, declaratioque frequens in veteri testamento. Sed mihi hic dixerint: est quidem in veteri testamento de eo habita mentio, sed prophetico more in futurū rem gerendam significans. Igitur & de Verbo quoque Prophetice istiusmodi dicta fuerint: non enim hoc Prophetice, illud alterum non Prophetice. Si enim illud: Filius meus es tu, ad futuras actiones pertinet, certum est, etiam istud: Verbo Domini cæli firmati sunt, ad futuram rerum configurationem pertinere: quippe, qui non dixit, facti sunt, aut fecit. Quod autem firmavit, de futuro locutus sit, indicat illud alterum, Dominus regnauit, quod primo loco positum est, cui deinde subiungitur, Firmavit orbem terræ qui non commouebitur. Sic autem in quadragesimo quarto, de dilecto in futurum locutus est. Certum est, & eo ipso quod subsequitur, ea in futurum locutum fuisse, dum ait: Eructauit cor meum Verbum bonum. Iam si ex vtero de homine dicitur, nimirum & ex corde de homine dicitur, Nam si vterus hominis est, etiam cor hominis fuerit, & ad corpus referendum est. Quod si ex corde æternum quiddam, etiam ex vtero æternum quiddam in fructu suo significare debet. Et si vnigenitus in sinu æternum quiddam denotat, etiam dilectus in sinu sua significatione idem sibi obtinuerit. Eadem enim res est vnigenitus & dilectus, sicuti & ibi: Hic est filius meus dilectus. Non enim, quo suam

in eum dilectionem ostenderet, dilectum illud appellauit, ne ea ratione cæteros se odisse indicaret: sed ea voce vnigeniti naturam ostendere voluit, quo palam faceret illum solum ex se esse genitum: Certe, Abrahæ demonstrare volens vnigenitum se petere, ita locutus est: Offer Filium tuum dilectum illum. Iam cuius constat Isaacum vnigenitum esse ex Sara. Est igitur Verbum Filius non nuper factus, aut nominatus filius: sed semper filius. Nam nisi sit filius, Verbum non fuerit. Et si non sit Verbum, nō est filius etiam Filius fuerit. Nam ex Patre esse, Filium est esse. Quis enim ex Patre est, nisi Verbum ex corde progressum? & ex vtero genitum? Non enim Pater Verbum est, neque Verbum Pater est, sed ille Pater est, iste autem filius: & ille genuit, iste autem gignitur. Insanit igitur Arius, qui dicit Filium e nihilo extitisse, & fuisse aliquādo cum ipse non esset, Insanit quoque Sabellius, cum dicit Patrem esse filium, & vice versa Filium esse patrem. Essentia personarūque esse vnum eos, sed nomine duos. Insanit autem dum pro eius rei similitudine gratias vitur spiritus sancti. Ait enim, Quemadmodum discrimina sunt gratiarum, idem autem Spiritus: ita quoque pater, quum idem sit, dilatatur in filij & Spiritum. Cæterum illud plenum est absurditatis. Si enim vt in spiritu se habet diuersitas gratiarum, ita quoque se habet triplicitas personarum in Deo, sequitur, vt pater & Verbum sit, & Spiritus sanctus, vt qui hoc modo pater, illo modo Verbum, isto modo Spiritus sanctus haberi possit, dum se accommodat ad vniuscuiusque necessitatem, atque ita fieri, vt nomine duntaxat filius, & spiritus, reuera tamen non nisi Pater existat, vt pote, qui ex se habeat principium sui vt nascatur: desinens autem nasci, pater appellatur: & hominem quidem nomine tenus factum esse, reuera tamen non aduenisse, & in eo eum falsum dixisse, Ego & pater vnum sumus: cum ipse solus pater sit: & quæcunque alia absurda apud Sabellium inueniuntur. Atqui ita necessum est, desinere nomen filij & Spiritus Sancti impleto eo vsu, cui destinabantur, actaq; omnia ridicula erūt, eō quod nō reuera, sed nomine tenus perpetrata sint. Iam verò, desinente nomine filij pro ipsorum opinione, desinet quoq; esse Baptismatis gratia, quippe, quod in filio dabatur. Et quid aliud sequetur, quam abolitio rerum naturæ? Si enim, vt nos conderemur, prodiit Verbum, eoque progresso, subsistimus, certum est, eo regresso in Patre, vt ipsi aiunt, nos vltorius superstitites futuros nō esse. Ita enim erit, quemadmodū fuit: & ita non futuri sumus, vt antea non eramus. Nam eō vltorius non prodeunte, non erit vltorius rerū natura: absurda igitur sunt ista. Quod autem filius principium existendi non habuit, sed semper & ante susceptum hominem, in patre erat, declarat Ioannes in prima epistola, dicens: Quod erat ab initio, quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod contemplari sumus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & manifestata est in nobis. Quo in loco dixit, non quod vita facta erat, sed quod erat apud Patrem: in fine epistolæ ipsum filium hanc vitam esse ait, dum scribit, Et nos sumus in vero, nepe in Filio eius Iesu Christo: ipse enim est verus Deus, & vita æterna. Quod si Filius est Vita, & Vita erat apud Patrem, ergo,

294
Dilectum Verbum appellatur cur.
Exemplū Gen. 22. Verbum est filius patris ab æterno.
Insanit Arius quomodo.
Insanit Sabellius quomodo.
Similia Sabellij quib' affirmat patrem esse verbum & spiritum sanctum.
Absurda.
Ioan. 10.
Incōmoda ex assertionē Sabellij collecta.
Filius existendū principium nō habuit Ioan. 1.
Ioan. 9.

& Filius quoque erat apud Patrem. Vt enim Filius Verbum est, ita Deus quoque fuerit Pater, Filius autem secundum Ioannem non quouis modo aut simpliciter, sed verus Deus appellatur, cum ait, & Deus erat Verbum: Ipseque adeo Filius dixit: Ego sum vita. Eaque de causa filius est Verbum, & vita quae est apud Patrem. Idem Ioannes rursus ita his verbis: Vnigenitus filius qui est in sinu Patris, declarat eum filium esse. Quem enim Ioannes filium appellat, hunc Dauid manum appellauit: Vt quid auertis manum tuam & dexteram e medio sinus tui? Ergo si manus est in sinu, & filius est in sinu, ipse filius fuerit manus, & ipsa manus fuerit filius, per quam pater omnia fecit. Tua enim manus, inquit, fecit haec omnia: & manu tua eduxisti populum. Ergo hoc ipsum per filium fecit. Iam, si ipsa mutatio dextrae excelsi: & etiam illud, in finem pro mutandis, canticum super Dilecto: Dilectus scilicet manus illa est, quae mutatione accepit, de qua etiam loquitur vox illa diuina: Hic est filius meus dilectus, idem ergo manus mea, ac si diceret, filius meus. Ceterum, quia nonnulli insciti homines tollentes filium: sordidum esse volunt hoc dictum, Ex vtero ante luciferum genui te: quasi illud in Mariam competat, affirmantes scilicet eum ante exortum stellae matutine ex Maria natum esse: non enim congruere in Deum veteri vocabulum. Necessum est, ut hic pauca disputemus. Si igitur, quia vterus humanum quiddam sapit, alienum id a Deo esse volunt, certumque est, etiam vocabulum cordis aliquid humani significare: sequitur enim ut qui cor habeat, ventrem etiam habeat, cum ambo aequae ad homines pertineant: aut necessum erit, vtrumque simul tolli: aut requiri oportet, quid sibi ambae dictiones velint. Vt enim ex corde Verbum: ita & ex vtero factus, & sicuti dum mentio fit de corde Dei, non humanum cor intelligimus: ita quoque dum scriptura loquitur de vtero Dei, non ita excipiendum est, quasi corporeus sit ille vterus. Consuetudo enim est sacrae scripturae humanitas ea, quae supra hominem sunt, eloqui & significare. Certum, de creatione verba facies, Manus tuae (inquit) fecerunt me, & plasmaverunt me, & Manus tua fecit haec omnia: & ipse mandauit & creata sunt, cogruenter admodum singula denotauit, dum & filij genitatem, proprietatem, & creaturae primordia describit. Quaedam enim pater facit & condit: quaedam gignit ex se, Verbum nimirum & Sapientiam. Vterus enim & cor, id quod proprium est & genuinum demonstrat: nam & nos, id quod nobis genuinum est in prole, ex vtero habemus: opera autem manu perficimus. Quid igitur garrunt de genitura ante luciferum? Ego autem libens dixero. Si illud de genito ante luciferum, partu Mariae mirabilem demonstrat, multos etiam alios ante exortum eius stellae in lucem esse editos. Quid igitur miri in his verbis, vbi tamen quasi de eximio aliquo mentionem facit, quum ista ratio nascendi vulgaris sit? Est quoque discrimen inter gignere & edere. Nam gignere principium iacti sementis indicat: edere autem nihil est aliud, quam quod iam est, in lucem producere. Si igitur de corpore vox ista cogrua & apta est, sciendum est non tum principium generationis eum assequutum esse, quum pastoribus id noctu euangelizatum fuit, sed tum cum Angelus loquebatur ad virginem, quo tempore vox non fuit, quae tum erat,

Ioan. 1.
Ioan. 14.
Ioan. 1.
Psal. 73.

Mat. 3.
Mar. 9.
Psal. 109

An vterus sit a Deo alienus.

simile.

Scripturae sacrae consuetudo quae.
Psal. 118.
Esa. 66.
Psal. 32.

Gignere & edere quomodo differunt.

cum ex vtero prodit. Hanc differentiam ponit scriptura, & genicum esse ante luciferum dixit: ex vtero autem prodire, egressum nominat, ut in psalmo vigesimoprimo: Tu es qui extraxisti me de vtero, alioqui non dixit ante exortum luciferi, sed simpliciter ante luciferum. Si igitur istud de corpore accipiendum est, necessum est, ut istud corpus ante Adam sit genitum: quippe, cum ante Adamum stellae fuerint. Aut quae sit sententia istius scripti, requirenda est, quam ex Ioanne desumere licitum est. Is enim ait in Apocalypsi: Ego sum alpha & omega, primus & nouissimus, principium & finis: Beati qui lauant stollas suas, ut sit illis facultas ad lignum vitae: & per portas in ciuitatem introeant: foris canes & veneficij, & scorta, & homicidae, & idolorum cultores, & omnis qui facit & amat mendacium. Ego Iesus misi Angelum meum, ut haec testaretur vobis in Ecclesia. Ego sum radix & genus Dauidis, & stella illa lucida & matutina, & spiritus & sponsa, cuius ea sunt verba, Veni, & qui audit, dicat veni: & qui sitit, veniat: & qui velit, accipiat aquam vitae gratis. Si igitur genus Dauidis est, si stella illa lucida & matutina est, certum est Seruatore ratione carnis suae luciferum dici, quem antecessit Dei natiuitas, ut idem sit cum verbis Psalms: Ex me ipso genui te, antequam in carne appareres. Illud enim, ante luciferum, idem est ac si dicas, ante incarnationem Verbi. Est igitur in veteri testamento, vbi clara mentio filij habeatur, tamen si superuacaneum sit de illis disputare. Si enim ea quae posita non sunt in veteri testamento recentiora habenda sunt, dicant isti contentiosi vbi in veteri testamento de Paraclito Patris mentio habita est. De Spiritu quidem Sancto dictum inuenias, de Paraclito autem nihil. An igitur aliud est Spiritus Sanctus, & aliud Paraclitus ac nouitium magis, quia non in veteri testamento sermo de eo est habitus, iamne ideo alterum ab altero distinguere oportebit, aliudque dicere Spiritum sanctum esse, & aliud Paraclitum, quum tamen vnus idemque Spiritus sit, & qui tum, & qui nunc sanctificat, & consolatur eos qui ipsum recipiunt? quemadmodum vnum & idem Verbum & Filius, qui etiam tum ad ius filiorum adoptionemque promouebat dignos? Erant enim & in veteri testamento filij, non per alium, quam per Filium adoptati. Nam si ante Mariam Filius Dei non fuisset, quomodo ille ante omnes fuerit, quum eum iam alij filij tempore antecesserint? Quomodo autem primogenitus, quum deprehendatur in gradu nascendi post multos sequi? Sed neque Paraclitus inter secundos numerari debet, quum ante omnes fuerit, neque filius numerus, aut nouitius, quippe cum in principio Verbum extiterit. Sed ut idem est Spiritus & Paraclitus: ita quoque idem Filius & Verbum, ut ait Saluator: Paraclitus ille Spiritus veritatis, quem mittet Pater in nomine meo, eundem esse pronuncias citra vllam distinctionem: itidem quoque Ioannes de Verbo referens, & Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius ut vnigeniti ex Patre. Neque enim istie eos distinxit, sed identitatem in vtroque posuit, & ut non aliud Paraclitus, & aliud Spiritus Sanctus, sed vnum & idem: ita quoque non aliud Verbum est, & aliud Filius: sed Verbum vnigenitus Filius habendum est. Non enim de gloria ipsius carnis locutus

Psalm.

Apoc.

Apoc.

Psalm.

Ante

Apoc.

In v

stano

Filij

adip

erat

simile

Ioan.

Ioan.

cutus est, sed de gloria Verbi. Qui igitur audeat distinguere Verbum & Filium, distinguat quoque & diuidat spiritum a Paraclito. Quod si Spiritus a Paraclito diuidi non potest, indiuidibile quoque sit Verbum, quod ipsum est filius, & Sapientia, & Virtus. Quin & ethnici literarum periti, sciunt hanc vocem Dilectum idem valere cum hoc vocabulo vnigenito, quum Homerus Telemachum vnigenitum Vlyssis dilectum appellet, idque in secunda Odyssea. Quidnam haec clare tuo voluis sub pectore fili? Aut cur nam statuis peregrinas visere terras? Solus dilectus, si quidem praclarus Vlysses, Ignotos inter perit, procul vrbe domoque. Nimirum quia vnicus erat. Patri suo, Dilectus appellatur. Quidam ex discipulis Samosatensis diuidentes Verbum a Filio, dieunt Filium quidem esse Christum, Verbum tamen alium: cuiusque occasionem arripunt ex actis Petri, dicentes: Verbum emisit filiis Israel, pacem Euangelizans per Iesum Christum. Hic est omnium Dominus. Aiunt enim Verbum ita locutum per Iesum Christum, quemadmodum etiam in Prophetis loqui solet, ac proinde aliud Prophetam esse, aliud Dominum. Sed possumus contra hanc obiectionem aliquid simile reperire, idque ex Epistola ad Corinthios: Expectantes reuelationem Domini nostri IESU CHRISTI, qui & confirmabit vos inculpabiles vsque in diem domini nostri IESU CHRISTI. Vt enim non alter Christus, diem alterius Christi expectantes confirmat, ita quoque Verbum misit Pater carnem factum, ut quum iam homo esset, ipse per seipsum euangelizaret. Atque ideo statim subnexuit, Hic est omnium Dominus. Dominus autem omnium Verbum est. Eadem ratione dixit Moses ad Aaron: Accede ad altare, & sacrificia pro peccatis, & incensum offer, & propitiationem facias pro teipso, & pro domo tua, & offer munera populi, & fac expiationem pro eis, quemadmodum praecipit Dominus Mosi: Ecce tibi etiam hic quanquam de vno Mose, tamen veluti de altero Mose mentionem fecit. Eodem igitur modo de Diuino Verbo, si dicat Petrus illud missum esse filiis Israel per Iesum Christum, non intelligendum est, aliud esse Verbum, aliud esse Christum, sed vnum eundemque ob susceptam humanam naturam conditionem, & pro nostro modulo sui attemperationem. Iam, tamen si duplex relatio in intelligendo fiat, non tamen ita ut Verbum segregetur, quemadmodum ex diuino loquio Ioanne patet, cuius hoc dictum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod igitur probe & recte dictum est a Beato Petro, hoc isti Samosatenses, quia in veritate non manent, praeuertuntque intelligunt. Christus enim id esse intelligitur, quod ex vtroque constat, quare Verbum etiam intelligi debet, quum dicitur, Christus Dei virtus, & Dei Sapientia. Si igitur dicat Petrus, Verbum per IESUM CHRISTUM missum esse filiis Israel, id ita accipiendum est, verbum incarnatum filiis Israel apparuisse, ut consonet cum hoc dicto, Verbum caro factum est. Sin autem aliter illud intelligant, & verbum quidem, quemadmodum etiam est, Numen confiteantur: hominem tamen ab eo assumptum, cum quo vnitus est, disseparant: dicentes per IESUM CHRISTUM verbum missum esse, ipsi sibiipsis contraria, in hac sententia pronunciant. Qui enim isthic eum segregantes a diuina incarnatione Diuinum esse volunt,

iidem illi vilipendunt eum carnem factum esse, & quae gentilium sunt, sapiunt. Quemadmodum & hic sentiunt, dum ante verbum, incarnationem diuinam fuisse suspicantur, sed ita non est, apagefis. Nam quemadmodum ineffabilem natiuitatem Ioannes isthic depredicat deglutito assumptoque eo quod mortale est a vita, & ab ipso, qui est ipsa Vita. Quemadmodum ad Martham Dominus locutus est: Ego sum Vita: ita quoque dum dicit Petrus illam cognitionem eius significat. Vt enim dum quis audit Verbum carnem factum esse, nequaquam existimat, non iam inde superesse Verbum, quo quid absurdus: ita Verbum audiens coniunctum carni, vnum diuinum & simpliciter intelligat mysterium. Manifestius autem & submota omni controuersia dicta Archangeli ad Deiparam virginem, vnitatem Diuini Verbi & hominis indicauerint. Ait enim; Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideo quod natum ex te fuerit Sanctum, vocabitur filius Dei. Stolidum igitur discipuli Samosatenses id seiungunt, quod manifeste demonstratur vnitum fuisse cum homine ex Maria genito. Non igitur missio est per eum, sed missio potius in seipso, dicens: Euntes docete omnes gentes. Consuetudo autem est scripturae, incurie & simpliciter verba pronunciare. Ita enim in libro Numerorum inuenias: Dixit Moses Ragueli Madianitae socero Mosi: Non enim alius Moses qui ista locutus est, & alius Moses, cui Raguel socer erat: sed vnus erat. Si enim Verbum Dei Sapientia & virtus, & dextra, & brachium, & quaecunque sunt, istiusmodi appellatur, & hominum studio & amore nobis vnitus est, primitias nostras circumamictus eisque attemperatus: sequitur ergo ut ipsum Verbum omnia istius generis nomina, ut par est, fortiat. Nam quod dictum est In principio Verbum esse & hoc apud Deum, & ipsum Deum esse, & omnia per eum, & sine eo factum esse nihil: plane ostendunt hominem Dei Verbi plasma & figmentum esse. Si igitur hunc hominem Verbum iam caro factum in se recepit, eumque instaurauit, denud firma inuouatione ad aeternam perduratum: suscepta ea de causa hac vnitio, ut ad diuinorem sortem eum subueheret, qui fieri potest, ut dicant per hominem ex Maria genitum Verbum missum fuisse? aut cur eum reliquis Apostolis, hoc est, Prophetis, nimirum qui ab ipso missi legatique fuere, adnumerandum putent: quum ipse Apostolorum, hoc est, eorum qui missi fuere sit Dominus? quomodo ergo, inquam, merus homo vocari possit Christus, qui vnitus verbo recte appellatur Christus, & Filius Dei? cum clare Prophetam exclamet. praedicetque Paternam in eo substantiam: emittam (inquit) CHRISTUM in Iordanem. Hic est Filius dilectus. Quum enim expleuisset promissa, recte fecit, quod cum clare demonstrabat, quem se missurum pollicitus fuerat. Vtrumque igitur intelligimus sub nomine Christi, verbum nimirum coadunitum in Maria, homini, ex Maria oriundo: nam in huius vtero Verbum sibi domum conformauit, eo modo quo ab initio Adam ex terra genitus est, vel potius Diuini, de quo & Salomon ait, cui occultum non fuit, verbum etiam Sapientiam appellari. Sapientia, inquit, aedificauit sibi domum, quod Apostolus

Qui distinguit Verbum a filio spiritum quoque a paraclito diuidere potest.

Dilectum quid. Testimonia ex Homero.

unde Verbi a filio diuidendi occasione sumpsit Samosatensis.

Acto. 13

1. Cor. 1.

simile.

Explicatio Verborum.

S. Petri.

1. Cor. 1.

Leuit. 9.

simile.

Ioan. 1.

Verbum a diuina incarnatione segregare gentium est

simile. Ioan. 11. Interpretatio.

Luc 1.

Mar. 16. Incurris et simpliciter verba pronunciat scripturae sacra.

Ioan. 1.

Christus non est vnus homo, sed Deus. Math. 3. Deus & homo vnus est Christus.

Prout. 9.

Domus dei que. interpretans ita locutus est, cuius nos domicilium sumus: & alibi nos templum nominat, quatenus Deo sit congruum in templo habitare: cuius imaginem ex lapidibus à priscis hominibus per Salomonem edificari voluit. Quapropter apparente veritate defuit illa domus. Quum enim vellent effertari Iudæi imaginem rei rem ipsam esse, & ipsum verbi corpus quod erat verum templum, destruerent, nihil ipse vicissim comminatus est, sed quia sciebat ultro eos hanc temeritatem suscepturos, locutus est eis: Soluite templum hoc, & intra triduum excitabo illud, quibus verbis clarè ostendit Saluator, quòd quæ ab hominibus procurantur, vltro & ex se in perniciem abeunt. Nisi enim Dominus edificauerit munitionem, & custodierit ciuitatem, in vanum laborauerint, qui edificant, aut custodiunt eam. Quæ igitur Iudæorum erant, destructa sunt, utpote, quæ res vmbrales, erant: ea autem quæ Ecclesiæ erant, constabilita sunt, quippe quæ fundata erant supra firmam petram, nec portæ inferorum præualent aduersus eam. Illorum erat dicere, Quomodo tu cum sis homo, Deum te facis? Horum discipulus Samosatensis est, quare non immeritò ea quæ illorum sunt, suis discipulis renunciat. Sed nos non eam æstimationem de Christo percipimus: siquidem illum audiuius, cuiusque doctrina imbuti sumus, exuentes quidem veterem hominem pereuntem secundum appetitiones imposturæ, resumetes autem nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Christum igitur vtrumque esse pio homini intelligendum est. Quòd si scriptura subinde corpus illius Christum vocat, ut cum dicit Petrus Cornelio, ut Iesum Nazarenum quem vnxit Deus spiritu sancto: & rursum ad Iudæos, ut Iesum Nazarenum, virum à Deo declaratum inter vos: & Paulus Atheniensibus, In viro in quo statuit, fidem adferens omnibus, eò quòd illum excitari è mortuis: hanc autem declarationem missionemque subinde inuenimus idem esse cum vnctione. Vnde cuiuslibet licet cognoscere, nullam esse discrimen in verbis Sanctorum: citra vllū discrimen: Verbi coadunitione cum homine ex Maria nato, nunc denominare vnctionem, nunc missionem, interdum quoque declarationem. Quòd igitur à Petro dicitur, rectam & synceram vnigeniti Deitatem prædicat, nequaquam separans essentiam Verbi Dei, ab homine ex Maria genito: absit precor. Quomodo enim id faceret, quippe qui sapissime audierit, Ego & Pater vnum sumus? &, Qui vidit me, vidit Patrem? Atque ideo etiam post resurrectionem idem corpus clausis ostiis ingrediens ad vniuersum Apostolorum concortum, si qua in ea re difficultas credèdi fuerat, dissoluit, dum ait: Palpate me, & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicuti me videtis habere. At non ad istum modum locutus est: Videte istum, aut videte hominem quem assumpsit, sed videte me. Vnde fit, vt nullam veniam sibi parare poterit Samosatensis, cum ex istis verbis euincatur, super Dei verbi cum homine coadunitione, refute-

turque ab ipso dei verbo, quòd tum omnes cohortatione ad se palpandum inuitabat, sui que specimen approbationemque exhibebat, comedendo, & confectionem ferendo. Res enim ea opere completa fuit. Nam qui ei cibum dederunt, siue vnus is fuit, siue plures, manus illius attigerunt, quippe qui illi dederint partem assari piscis, & aliquid ex fauo, quos vbi acceperat, coram iis comedit, Et ecce tibi, si non vt Thomæ, alia tamen ratione certitudinem sui, documentumque præbuit, dum non tergiuersatur ab illis contingi. Quòd si maiora ambias, & cicatrices videre concupiscas, eius rei certitudo ex Thoma discèda est. Huic enim imperatum est, Adhæne manum tuam, & insere in latus meum, & digitum tuum in manus meas, suum illud latus, suamque manus Deus Verbum appellat, vt intelligeres eam simul & Deum & hominem esse. Etiam hic sensum aliquem sui, vnde cognosci posset Verbum, discipulis suis per corpus suum præbuit, eò nimirum, quòd ingrediebatur ianuis clausis, quippe quòd recta penetrabat, præsensque sui certitudinè adferebat. Hæc fidelibus quidem in confirmationem, infidelibus ad emendationem scripta vtcunque suffecerint. Corrigatur igitur Samosatensis, huius diuine vocis auscultator factus, quibus suum id corpus esse asseuerat, & quasi hæc verba pronunciat, ne alterum Christum à me, sed Christum mecum esse, & me cum Christo idem esse existimes. Ego enim sum christina siue vnctio: Christusque siue vnctus homo est, qui à me assumptus est. Non igitur sine me Christus nominari debet, sed vnà mecum & ego cum illo. Quapropter ex Verbi missione per Iesum, coniunctionem illam intelligi conuenit, qua verbū cum Iesu Mariæ filio in vnā personam coaluit, cuius vocabuli crymon Saluatorem significat. Nihil autem aliud hoc dicto indicatum voluit quam se Dei Verbo coadunatum fuisse, dum ait. Qui misit me Pater, & à me non veni, sed Pater me misit, Vnionem enim cum homine, quo hominibus inuisibilis natura Dei per visibilem innotescere posset, missionè nominauit. Non enim deus locum mutat nostro more, qui locis continetur, neque ad similitudinem nostræ paruitatis præsentia Dei tota comprehensa intra carnem humanam latuit: quomodo enim id fieri posset, quum cælum & terram impleat? sed quia se in carne præsentem sistebat, ideo Sancti viri vocabulo missionis vti voluerunt, atque ita idem qui & Deus Verbum est & Filius Mariæ est, vnus Christus censei debet, non diuersum quiddam: sed vnus ille & idem, qui ante secula ex Patre, in extremis temporibus ex virgine natus est, antea inuisibilis, etiam potentatibus Sanctis qui in cælo sunt, nunc autem visibilis redditus, per ipsius cum homine qui visibilis est vnionem. Visibilis (inquam) non inuisibili Deitate, sed Deitatis per humanum corpus operatione, quòd denuo instaurauit sua assertionem, quia id sibi vendicauit & proprium fecit. Huic igitur Maiestas & adoratio, qui erat antequam erat, & nunc & semper, & in secula seculorum.

Joan. 2.

Psal. 126.

Vmbra Iudæorum destructa

Samosatensis Iudæorum discipulus. De Christo quid credendum.

Act. 2.

Act. 17.

Joan. 10.

Joan. 14.

Joan. 20.

Samosatensis pertinax in sua hæresi

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ IN HOC DICTVM, OMNIA MIHI TRADITA SVNT A PATRE: ET, NVLLVS COGNOSGIT FILIVM NISI Pater aut patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Matth. 11.

Omnia mihi tradita sunt à patre. Argumentum Ariarum.



NON intelligentes istud sectatores hæreseos Ariarum, Eusebius, cæteri que eius gregarij impie in Dominum agunt: Aiunt enim, si omnia illi tradita sunt, sub hac voce (omnia) imperium naturæ intelligentes, fuit igitur quando non habebat hæc omnia: si autem non habebat, non est ex Patre: si enim ex Patre, fuisset, habuisset hæc omnia, utpote, qui ex ipso Patre esset minime indignus vt illa acciperet: at ex illo ipso didicto, multo magis illorū insania refutabitur. Non enim Dominatus in res creatas, aut imperium naturæ istis vocibus innuitur, sed significatio nõnnulla dispensationis denotatur. Si enim cum hæc diceret, tum illi ista tradita fuissent, nulla tum temporis per Verbum creatio esse potuisset. Atqui, si illud concedas, vbi tum (quæso) illud de Verbo dictum, omnia in eo constituta sunt? Sin autem eodem tempore quo creabantur, data sunt illi omnia, non opus fuit traditione: siquidè omnia per eum facta sunt, & superfluum erat tradi illa Domino, quorum ipse opifex erat: quippe, qui inter creandū ea in sua potestate ac dominio retinebat. Quòd si post creationem tradita sunt, illi, vide mihi (quæso) rei absurditatem. Si enim tradita sunt, Paterque gubernaculis decessit, quo filius rerum imperium acciperet, in periculum venimus, ne in quorundam fabulas præcipitemur: nimirum eum qui tradidit, à traditione imperio defunctum esse. Aut si habente Filio, habet & Pater, non opportuna fuit hæc formula verborum, Tradita mihi sunt omnia: sed dicendum erat, assumptus sum vt socius & particeps, sicuti à Paulo Sylluanus in societate receptus fuit: Cæterum illud multo magis absurdum: non enim indignus est Deus, neque per necessitatem assumpsit Filium in opitulatorem, sed quia Pater Verbi est, ideo omnia per eum facit, & non tradit illi res creatas, sed per eum, & in eo res creatas procurat: adeò vt ne passerulus quidem sine Patre in terram cadat, neque herba suo cultu induatur citra Deum, & operante Patre operetur & Filius vsque in præsens: Quapropter impiorum sententia vana & inutilis est. Neque enim vt sentiunt, res ita se habet, sed sub iis verbis dispensatio rerum per carnem gerendarum significatur. Postquam enim peccarat & lapsus esset homo, eiusque lapsu, perturbatis omnibus, mors inualuisset ab Adam vsque ad Christum, terraque execrationi data esset, infernus apertus, paradysus clausus, cælum infensum, & tandem corrupto & interempto homine insiluisset diabolus contra nos, tum demum Deus hominum amator ac nolens perire hominem, ad suam Imaginem condidit, in hæc verba locutus est, Quem emittat? & quis proficiscetur: omnibus obrucientibus, locus est Filius: Ecce ego, emitte me: quo tempore illi respondit Pater, vade ergo: tum inquàm dedit illi hominè, vt ipsum Verbum caro fieret carnemque assumptam in omnibus instauraret. Tradita enim sunt illi vt medico, qui sanaret morsum serpentis: & vt vitæ, qua excitaret mortuū: & vt luci quo illumi-

Joan. 1. Absurda ex Aria. argumentum nata.

Exemplum. Indigens non est Deus.

Joan. 5.

Solutio. Horum verborum explanatio. Omnia mihi tradita sunt à Patre.

Quomodo omnia tradita sunt Christo.

anaret tenebras: & vt rationi, quo redintegraret vim rationalem. Postquam igitur tradita illi sunt omnia, & factus est homo, correctæ sunt omnia, & perfecta terra, pro maledictione benedictionem obtinuit paradysus reuerterat: infernus se metu contraxit. monumenta aperta sunt resurgentibus mortuis: portæ cæli eleuatæ sunt, vt intraret ille ex Edom. Certè, qua ratione sibi omnia tradita essent, indicare volens Saluator, per Matthæum subintulit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Datum enim est mihi, vt fatigatos reficiam, & mortuos viuificem. Consentit cum istis etiam illud dictum: Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus eius. Dedit enim, vt quemadmodum per eum facta sunt, ita in eo omnia refici possent. Non enim, vt ex paupere diues fieret: neque vt qui non haberet potestatem, acciperet, assumpsit omnia, absit: sed, quo omnia utpote Saluator instauraret. Decebat enim exordium creaturæ per eum fieri, vt esse posset: & instauracionem in eo fieri, vt corrigeretur. Vide verborum differenciam. In principio enim creata sunt per eum, vt essent: postea vero lapsis omnibus, Verbum caro factum est, & carnem induit, vt in eo omnia instaurarentur. Ipse enim patiendo, nos refocillauit: & esuriendo, aluit: & ad inferos descendendo, extulit. Tunc igitur, rebus omnibus creatis, præceptum datum est, vt fierent: quale illud est, Producat, & fiat. Ad emendationem autem tradi illi omnia decuit, vt homo fieret, & in ipso omnia renouarentur: eo enim ipso quo homo erat, humanitas nostra viuificabatur. Nam ideo coniunctum est Verbum homini, ne malectio vltieris vim suam in hominibus haberet. Ideoque in septuagesimo primo Psalmo ad istum modum inducuntur loqui, qui super humano genere ad Deum preces fundit: Deus iudicium tuum regi da, vt & iudicium mortis, contra nos, quòd hæcenus constituerat, traderetur Filio, ac iam deinde ipse in se ipso illud aboleret, mortem oppetens pro nobis: Istud enim etiam ipse significans, dixit in Psalmo octogesimo septimo, In me confirmatus defixusque est furor tuus: siquidè iram aduersus nos conceptam ipse gestauit, vt in Psalmo centesimo trigesimo loquitur: Dominus retribuet pro me: atque ita, tradita esse omnia Saluatori intelligendum est. Quòd si denuo resumendus est intellectus istorum verborum, tradita sunt illi quæ non habebat: antea enim homo non fuit, sed ideo factus est homo vt hominem seruaret: & in principio Verbum caro non erat, sed postmodum factum est, in qua inimicitiam nostri reconciliauit secundum Apostolum, & legem præceptorum in decretis aboleuit, vt duo conderet in vno nouū hominem, pacem faciens, & reconciliaret vtroque in vno corpore apud Patrem. Quæ enim Pater habet, mea sunt, inquit. Omnino probè verba concepta sunt: cum enim quòd prius non erat, factus esset, tradita illi sint omnia. Cæterū, vbi suam cum Patre indicare vult vnitatem, non obscuriter id agit, sed verbis disertis explicat, omnia, inquit, quæ cum-

Mat. 4.

10. 21. 3

Christum omnia facta sunt, Ita in eo omnia Resur.

Chr. caro factum est, & carnem induit, ut in eo omnia instaurarentur. Ipse enim patiendo, nos refocillauit: & esuriendo, aluit: & ad inferos descendendo, extulit.

Verbum cur hominibus haberet. Ideoque in septuagesimo primo Psalmo ad istum modum inducuntur loqui, qui super humano genere ad Deum preces fundit: Deus iudicium tuum regi da, vt & iudicium mortis, contra nos, quòd hæcenus constituerat, traderetur Filio, ac iam deinde ipse in se ipso illud aboleret, mortem oppetens pro nobis: Istud enim etiam ipse significans, dixit in Psalmo octogesimo septimo, In me confirmatus defixusque est furor tuus: siquidè iram aduersus nos conceptam ipse gestauit, vt in Psalmo centesimo trigesimo loquitur: Dominus retribuet pro me: atque ita, tradita esse omnia Saluatori intelligendum est. Quòd si denuo resumendus est intellectus istorum verborum, tradita sunt illi quæ non habebat: antea enim homo non fuit, sed ideo factus est homo vt hominem seruaret: & in principio Verbum caro non erat, sed postmodum factum est, in qua inimicitiam nostri reconciliauit secundum Apostolum, & legem præceptorum in decretis aboleuit, vt duo conderet in vno nouū hominem, pacem faciens, & reconciliaret vtroque in vno corpore apud Patrem. Quæ enim Pater habet, mea sunt, inquit. Omnino probè verba concepta sunt: cum enim quòd prius non erat, factus esset, tradita illi sint omnia. Cæterū, vbi suam cum Patre indicare vult vnitatem, non obscuriter id agit, sed verbis disertis explicat, omnia, inquit, quæ cum-

Psal. 71

Psal. 87

Psal. 130

Altera explanatio.

Luc. 10

que habet Pater, mea sunt : Mirabilis istic verborū cautio. Non enim dixit, Omnia quæcunque habet Pater, mihi dedit, ne quasi aliquando non habuisse, argui posset: sed dixit, Omnia mea sunt: cum enim omnia constituta sint in Patris potestate, quæ eadem est Filij, in Filio quoque constituta fuerint.

Quid habeat Pater.

simile.

Omnia quæ habet Pater filij sunt quæ est in patre.

Christi à deo segregat Ariani quomodo.

simile.

Verbi diuina substantia patri suo naturaliter est unita ut lumen solis soli coniunctum est.

Quæ conueniunt Patri, & filio etiam conueniunt.

similia de Patre & filio.

Quid autem Pater habeat, examinandum est denuò. Si enim illud de creatura intelligendū est, nihil ergo habuit ante conditam rerum naturam, & videtur accepisse à creatura. Absit autē vt hoc quisquā cogitet. Vt enim Pater est ante creaturam, ita etiam ante creaturam habuit, quæ habet, quæ etiam filij quoque esse credimus. Si enim in Patre est Filius, ergo sequitur, vt omnia quæ Pater habet, Filij sint. Illudque dictum subuertit malitiam prauè opinantium, qui dicunt: Si omnia tradita sunt Filio, desit ergo Pater habere eorum potestatem, quæ in Filium alienauit: quandoquidem in vicem suam Filium constituit, quippe cum Pater nihil iudicet, omnēque iudicium dederit Filio. Sed obturentur ora loquentium iniquitatē. Non enim, quia dedit omnē iudicium filio suo, ipse dominatu spoliatus est: neque ideo quia dictum est, omnia tradita esse Filio, ipse non præest omnibus: ita enim segregat manifestē vnigenitum Dei à Deo, à quo in segregabilis est natura: verbisque illum dirimunt homines insani, qui per impietatem neutiquam intelligunt fieri non posse, vt lux à sole disungatur, in quo naturaliter cōsistit. A rebus enim quæ præ manibus sunt, tenuem imaginem mutare licet, ad rei intellectum, cum alioqui audax facinus esset, penetrare in naturā in plane intelligibilem. Vt igitur nunquā lumen ex sole mundum illustrans, sine sole illustrare intelligi potest, saltem apud illos qui mente valent, eò quod naturaliter cum sole coniunctum sit lumen solis: & si dicat lumen, accepi à sole, vt omnia illa strarem, fœcudarem, vegetarem per meum, qui in me est, calorem: non inde quispiam furiosè cogitauerit, solem ipsum à sua natura, quæ luce cōstat, segregatum esse: ita quoque pie interpretandum est, Diuinam substantiam Verbi vnitatem esse naturaliter suo Patri. Et illud dictum, quod iam in manibus habemus, clarissimam claritatem istius rei, quam quærimus, in medium adducet, dicente siquidem Saluatore: Omnia quæ habet Pater, mea sunt, quod ipsum indicat eum semper cum Patre esse. Nam hæc verba, quæcunque habet Pater, Patris Dominatum ostendunt. Rursus ista verba, mea sunt, inseparabilem vnitatem demonstrant. Necessum igitur est, vt intelligamus in Patre esse æternitatem, sempiternitatem, immortalitatem, eaque esse in illo non vt aliena, sed in eo, & in Filio, veluti in fonte suo residentia. Quum igitur de filio cogitare instituis, didiceris quæ nam in Patre sint, tum te credere oportet, ea quoque in Filio esse. Si igitur Pater creatura aut opus est, eadem illa de Filio sentias: Et si fas est dicere de Patre, fuit, quando non erat, aut eum ex nihilo prodiisse, dicantur eadem illa & de Filio. Quod si ista impia sunt, quæ de Patre dicantur, impium quoque habeatur, eadem illa de Filio sentire. Quæ enim Patris sunt, eadem sunt Filij. Nam qui Filium honorat, Patrem honorat, qui misit illum: Et qui excipit Filium, excipit etiam Patrem. Vt igitur non est creatura Pater, ita nec Filius: & vt non potest dici de eo, fuit quando

non erat, aut ex nihilo prodiit: ita quoque non competit, vt eadem de Filio dicas: sed potius vt in Patre æternitas, immortalitas, sempiternitas creditur, cumque creaturam non esse: ita etiam de Filio sentire perquam consentaneum est: iuxta enim illud quod scriptum est, Quemadmodum Pater habet vitam in semetipso, ita dedit & Filio habere vitam in semetipso. Expressit autem hoc verbum (dedit) vt muneratorem patrem intelligeres. Cæterum, vt in patre est vita, ita & in Filio est vita vt indiuisibilitatem, & æternitatem doceret. Ideo enim bona cum cautione dictum est, quæcunque habet Pater, vt Patrem nominans, ipse pro Patre non haberetur: vt pote qui non dixit: Ego sum Pater, sed quæcunque habet Pater. Patrem igitur habet ô Ariani, & ipse vnigenitus Filius ab Patre appellatur: nonnunquam & ipse quoque Patris nomine insignitur, non eo tamen sensu quem vos pro vestro errore suspicari soletis, sed ita vt & Patris sui Filias, qui ipsum genuit, maneat, & tamen pater futuri seculi nomenetur. Necessum enim est, vt vobis omnes suspensiones detrahamus. Dicit certè per Prophetā, Genitus nobis est Filius, & datus est nobis, cuius imperium super humeros ipsius, & vocatur nomē eius magni consilij Angelus, Deus fortis, potens, Pater futuri seculi. Igitur & Patrem futuri seculi vnigenitum esse, & Deum fortem & potentē esse, & omnia quæ habet Pater, ipsam habere, clarè demonstratum est: nec non eundem, vt Pater dat vitam, ita & in ipsius esse potestate, quos velit, viuificare. Audient enim, inquit, vocem Filij Dei mortui, & viuent. Vnamque voluntatem Patris & Filij, idemque in rebus statuēdis consilium esse, quoniam vna natura, eaque indiuisibilis in amobus. Frustra igitur Ariani seipfos stimulant, non intelligentes dictum Saluatoris nostri: Omnia quæ habet Pater, mea sunt: ex eo enim Sabellij subvertitur stoliditas, & Iudæorum redarguitur amentia. Inde enim fit, vt habeat vitam in sese Vnigenitus, sicuti ipse Pater, & solus nouerit Patrem: nec mirum quum in Patre consistat, & in se habeat Patrem, vt pote illius Imago, & consequenter in eo veluti in Imagine, omnia quæ Patris sunt, consistunt: Sigillū enim est simile eiusdemque sculpturæ, in sese Patre ostendens, Sermo viuus, verus, Potentia, Sapientia, Sanctificatio, Redemptio nostra. In eo enim viuimus, mouemur, & sumus: & nemo cognoscit Patrem, nisi Filius, aut Filium, nisi Pater. Mirū igitur est, impios ista nefaria audere garrere, cum & homines sint, & quæ in terra sunt, nequeant explicare. Sed quid dico quæ in terra sunt: imo vel sua ipsorum nominibus exponant, videantque num satis exploratè inuestigare queant, quæ ipsorum natura sunt: Homines profectò audaces & proterui, qui non tremunt eam gloriam, in quam cupiunt Angeli promi inclinatique adspicere: quum præ illis longe sint natura & ordine sublimiores. Quid enim propinquius Cherubinis & Seraphinis? illi non obtuentur hanc Maiestatem, aut in pedibus erectos se tenent, imò ne faciem quidem nudam relinquunt: sed ea obuelata gloriam Maiestatemque Dei labijs nunquam cessantibus extollunt, nihil aliud quam Diuinam & ineffabilem naturam triplici titulo Sanctitatis glorificantes. Neque est quisquam Sanctorum Prophetarum inter eos, qui maximè digni habiti sunt, vt istiusmodi spectaculis interessent, qui

Apo. 4

Quinam blasphemis sint in Deum.

Doctrina vera catholica signū seu argumētū quale.

Sācti patres nō dissident inter se.

Exempla veteri testamento.

Gen. 46

Luc. 3

Exod. 31

Sabbatho obseruatio quantum diu extitit. Psal. 101

qui nobis id se audisse renunciauit, Angelos illos in primis vicibus exclamandi, Sanctus, maxima voce vfos esse: in secundis autem non æque magna, in tertijs adhuc submissiori: & primam Sanctificationem propriam legitimamque esse, secundam autē inferioris notæ, tertiam adhuc gradatim deterioris conditionis esse. Apagesis, valeat dementia execrabilium hominum. Trinitas enim vndecunque laudabilis, & venerabilis, & adoranda vna est, & indiuisibilis, & quæ figura exprimi nequeat. Coniunguntur autem vnā hæc Sanctificationes pro inseparabili illa Vnitate. In eo enim ipso, quo amplissima ista animantia tertio proferunt glorificationem, dum aiunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, triplici numero tres perfectas, absolutas, integras personas ostendunt, quemadmodum sub vnica voce, Dominus, vnam substantiam declarant. Qui igitur diminuunt Vnigenitum Dei Filium, in Deum blasphemant, prauè sentientes de eius perfectitudine, cumque in absolutum criminantur. eosque se constituunt maximæ pœnæ. Qui enim in vllam personarum blasphemant, non habebunt remissionem neque in hoc seculo, neque in futuro: potest autem Deus aperire oculos cordis illorum, vt sentiant & intelligant solem iustitiæ: vt agnoscerent, quem olim aspernati sunt, continua pietatis cogitatione vnā nobiscum glorificent, quoniam ipsius est regnum, Patris nempe, Filij & Spiritus Sancti, & nūc & in secula. Hæc est enim vera doctrina, hoc est verum signum argumentumque, quod ita ista inter se consentiunt neque dissident, vel inter se, vel inter Patres. Qui enim ita affecti non sunt, scelerati potius & non veri præceptores appellari debuerunt: ideo ethnici qui non consentunt ista, sed inter sese disceptant, nihil veri habent in suis doctrinis, quippe qui discordes verbis, non Diuina se tradere, sed humana declarant. Sancti contra inter se consonant, nec dissident vnquam. Neque enim controuersias habent in iis, quæ vel prophetant vel erudiunt. Nam etsi temporibus distent, in id tamen omnes contendunt, neque immeritò: vnus enim Dei Prophetæ sunt, vnūque & idem verbū concorditer prædicant. Quæ enim Moses docuit, eadem illa Abraham obseruauit, Noë cognita habebat, distinguens munda ab immundis, neque Abcelem latuerunt offerentē ex primogenitis, quippe qui illud didicerat ab Adam, qui ea ex Deo audierat. Ideoque & ipse rerum omnium Deus posteris illorum in Ægypto apparet: parentum nominibus eos in sui memoriam reuocabat, inquitens: Ego sum Deus parentum vestrorum, & Dominus ait: Non præceptū nouum, sed quod audiistis, do vobis. Ita etiam Lucas à Filio Dei exorsus, vsque ad Adam recurrit, vt ostenderet corpus quod Iesus assumpsit, ab Adamo originē trahere, qui à Deo formatus fuit. Et seruabunt Filij Israël Sabbata, cōlentque in generationes suas: Fœdus æternum inter me & filios Israël, signum est in me æternum, eò quod in sex diebus fecerit Deus cælum & terram, & septima die feriatu sit. Signum est vt sciat dies creationis, & quando eius finis consequi debbat. Quamdiu enim prior ætas & creatio vim suam & efficaciam in Hierusalem obtinebat: tam diu Sabbata suam obseruationem habuere: verum vbi successerat alia generatio, aliūque populus iam creatus erat, secundum id quod in Psalmis dictum

videas, scribatur illa in generationem alteram, & populus qui creabitur, laudabit dominum, non necesse vterius fuit hunc nouum populum prioris nationis obseruare finem, sed exordium potius secundæ creationis & ætatis. Quando igitur est istud exordium, nisi quo tempore Dominus resurrexit? Iam inde enim initium habuit noua creatura, de qua locutus est Paulus: Quapropter si quæ est in Christo noua creatura. Priorem igitur creationem cum absoluisset Deus, quieti se dedit. Ac propterea Sabbathum in die septimo obseruabant homines illius generationis. Cæterum, secunda ætas siue creatio finem non habet. Ideoque neque quietem assumpsit, sed vsque in præsens operatur. Atque hic est quod Sabbati diem non vt in prima ætate obseruamus, sed speramus futura Sabbata Sabbathorum, in quibus finem non habebit noua creatura: sed manifestabitur, & perpetui temporis festum colet. Ideo enim Sabbathum iniunctum est priori populo, vt cognosceret finem & principium creaturæ. Cæterum, noua creaturæ nō præcepit obseruationem Sabbati, vt initium quidem in Dominica die agnosceret, sed tamen infiniibilem esse, & nunquam desituram gratiam, incertum haberet. Idcirco autem initium, hoc est, Dominicum diem certum declaratumque voluit, vt finē præteriti sentiret. Apostolus certè de priori scribens ait: Cum venisset plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum. Et rursus, In consummatione seculorum. Prima igitur adimpleta est & consummata non alio tempore quam eo de quo Prophetæ dixerunt: In extremis diebus fundam de Spiritu meo: finitis autem prioribus diebus, alij dies superueniunt, vt inquit Hieremias: Ecce dies veniunt, inquit Dominus: non enim principaliter ocij causa dedit Deus hominibus Sabbathū, quippe qui ita loquatur: Viæ ocioforum cōstratæ spinis, Et in libris Numerorum. Ipso die Sabbathorum iussit duos agnos anniculos immaculatos, & duodecim panes ex similagine in oleo confectos, in sacrificium, & libationem, & holocaustum in Sabbathi apponi ad holocaustum æternum. Et rursus aliquanto superius, Ponetis in ara thus & salē, iacebuntque panes ita propositi in recordationem Domino. Die Sabbathorum proponetis eos semper coram Domino, in conspectu filiorum Israël ad æternum testamentum. Si enim illi cordi esset ociofitas, non imperasset proponere, offerre, mactare Leuitis: Nam si ocium sanctificet, ergo sequitur, vt negotium contamine, atqui Leuitæ operando non contaminabatur, non igitur ocium sanctificauerit, alioqui cur fieret, vt soli Leuitæ sanctificatione non spoliantur, dum offerunt, mactant, & proponunt in Sabbatho? tanto autem absunt, vt iniquentur, vt etiam propiciationē impetrent illis qui offerunt. Non igitur sabbatū ocium designat aut innuit, sed cognitionem conditoris, eò quod cessatum sit à formā creandi, vt in Ezechiele scriptum est: Sabbata mea dedi illis, vt esset in monumentum & recordationem mei, & in monumentum & recordationem illorum, vt cognoscerent, me esse Dominum, qui ipsos sanctifico. Intelligentia igitur & non ocij datum est Sabbathum, quia cognitio magis necessaria est, quam ocio. Ideoque Dominus locutus est illis, qui incusabant discipulos, quod spicas vellere: Si cognosceretis

Noua creatura quæ do sumptis exordium.

sabbathū Indis cur Indictum.

Cur Sabbathū non liceat obseruare vt legis tempore.

sabbathū Christianis cur nō infiniibilem esse, & nunquam desituram gratiam, fuerit incertum haberet.

Idcirco autem initium, hoc est, Dominicū diem certum.

Gal 4. Iob 2.

Hierem. 48. Sabbathū non ocij causa cōstratum eoque minus Dies dominic⁹ aut festa noui testamenti.

Sabbathū cur datus aut innuit, sed cognitionem conditoris, eò quod cessatum sit à formā creandi, vt in Ezechiele scriptum est: Sabbata mea dedi illis, vt esset in monumentum & recordationem mei, & in monumentum & recordationem illorum, vt cognoscerent, me esse Dominum, qui ipsos sanctifico.

Intelligentia igitur & non ocij datum est Sabbathum, quia cognitio magis necessaria est, quam ocio.

Ideo Dominus locutus est illis, qui incusabant discipulos, quod spicas vellere: Si cognosceretis

Math. 9

quid illud sit, Misericordiam volo & non sacrificium. Ociosos enim illos in Sabbato culpabat, eò quòd illud, quod proprium est Sabbati, non habebant hoc est, veritatis cognitionem. Ideoque circa Hiericho tuba canere imperantur, qui legem Sabbati suscipiebant in septē diebus, in quos Sabbathum incidebat. Si igitur ocij gratia datum est Sabbathum, cur operatio tubicinandī imperatur? quinimo creditum fuit, eos ita canendo sabbatizari. Non enim ocio, sed cognitione Deum sibi opitulatorem comparabant, sicuti in eo quoq; qui octauo die circumciditur. Necessitas enim habet, vt Sabbatho circumcisio fiat, atque eo modo Sabbathum operando colunt: sed ita tamen vt Deum cognoscant. Certe dies, qui Sabbata non sunt, tamen ob remissionem peccatorum, cognitionemq; Dei, Sabbata appellare lex ipsa solet: vt ex Leuitico constat, decimo die mensis huius hebdomadae, dies quæ propitiationis est dicta, sancta nominabitur inter vos, & humiliabitur animas vestras, & adducetis holocausta Domino, & nullum opus facietis in die illa: fietque, vt anima quæ in illa die opus fecerit, deleatur ex omni populo. Nullum opus facietis ex recepto & solenni more in æternū: ea vobis Sabbata Sabbathorum erunt, & humiliabitur animas vestras à decimo mensis die à vespera vsque ad vesperam, & sabbatizabitis Sabbata vestra. Igitur non septima dies Sabbathum est, sed remissio peccatorum, cum quis requieverit à peccatis: quum ocium non Sabbathum sit, sed confessio & humiliatio animi. Non enim requiescite in Sabbato, dixit, sed simpliciter in decima die, quam incurere videmus etiam non in Sabbathum: & tamē occurrentem diem illam propitiationi destinatum non simpliciter Sabbathum, sed Sabbata Sabbathorū appellat. Quòd si in hoc die etiam Sabbathum constituit, & in Sabbato operari iubet: non ocij igitur principaliter est Sabbathum, sed cognitionis & propitiationis, & feriatiōis ab omni malitia: neque ocij causa Sabbathum dedit, sed vt cognosceret cessationem creationis, quippe, cum præceperit Deus ad istum modum, dicens: Vt cognoscatis, quòd in hac die requieverit Dominus Deus vester ab operibus, quæ cœperat facere. Volebat autem, cognito istius creationis fine, initium quærere nouæ creaturæ. Finis igitur prioris creationis Sabbathum: secundæ autem creaturæ initium, Dominicus dies: in qua veterem hominem renouauit & instaurauit. Sicuti igitur prioribus temporibus Sabbati diem seruari voluit in monumentū finis priorum: ita Dominicum diem veneramus, vt monumentum exordij secundæ reparationis. Non enim aliam creaturam colendo superaddidit, sed veterem renouauit: & quam incepit facere consummauit. eaque de causa in sexto die quæ creabantur, perfecta sunt: in septimo requieuit ab omnibus: Et in euangelio dicit Christus, Veni vt perficerē. Qui enim ab omnibus requiescit, significat quædam sine & consummatione indigere, quæ ipse veniens consummauit. Ait enim, Opera quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea: item ipsa opera quæ ego facio, testantur de me. Iam imperfectum erat hoc opus: siquidem ex peccato Adæ moriebatur homo: cæterum, id Christi viuificatu integritatem suam recuperauit. Ideoque, quum creaturam intra sex dies conditam renouatione interpolasset,

Sabbatho etiam circumcisio fieri.

Leuit. 23.

Sabbathus quid proprie.

Sabbathus cur datur.

Exod. 20

Dominicus dies secundæ creaturæ Initium.

Simile.

Dominicum diem sanctificamus cur.

Ioan. 5

Ibidem.

Homo propter peccatum Adæ Imperfectus.

Remansit usque ad passionem Christi.

diem illam huic instaurationi consecratam voluit, quam in Psalmo Spiritus prænunciat: Hæc est dies quam fecit Dominus. Solis enim instar Deus exoritur, illustrans vniuersiuiusque animum. Quocirca & in salutifera passione non apparuit sol, indicans finem prioris creaturæ adesse, & principium alterius superuenire, quæ diluculum suum & exortum in Saluatore consecuta est. Hanc cum vidisset Propheta, ita locutus est: Ecce vir oriens illi cognomen, ac rursus: Vobis timentibus cum, exoritur sol iustitiæ. Non enim omnium hæc dies est, sed eorum qui mortui sunt peccato, & viuunt Deo. Ideo enim in octauo die circumcidi à lege imperatum fuit, neque id vnquam violabatur, quo schemate innuebatur renascentia omnium post septimum diem. Nam circumcisio nihil denotabat nisi depositionem exuuiarumque detractæ natiuitatis. Eum enim qui sexto die mortuus est exuimus, & renouamur Dominica die, cum antiquus ille exutus, regenerationem resurrectione acceperit. Hoc enim Paulus ad Colossenses loquitur: In quo circumcisi estis circumcisioe non manufacta, in expoliatione carnis, in circumcisioe Christi, cui conscripti estis in Baptismate ad infernum, in quo & resurrexistis: Nam circumcisio figura erat exuuiarum, quæ per baptismum deponuntur, illamque in membris genitalibus iussit fieri, vt enim aduerterent circumcisi, circumcisioem signum esse exuendæ vetustatis. Abraham enim, vbi Deo crediderat, circumcisioem recepit pro nota insignibusque eius regenerationis, quæ per Baptismum conficitur. Quapropter, vbi venerat res quæ figura denotabatur, nota ipsa figuraque intercudit & conquieuit. Circumcisio enim nota erat, lauacrum autem regenerationis id ipsum est quod denotabatur. Veteri enim homine in totam exuto, superflua erat nota illa, quæ ex parte rei adumbrationem præ se ferebat: & vt Dominica dies quæ initialis est nouæ creaturæ Sabbathismam finit: ita eadem illa regenerato homine in ocium, dedit circumcisioem. Vtrūque enim in octauo perfectum fuit, & initium creationis, & hominis regeneratio. Ideoque octauo Sabbathum dissoluit, & non Sabbathum octauum: siquidem in Sabbato circumcidebatur homo, & in Sabbato non habebat circumcisio villas ferias: nam octaua, quæ initialis erat reparationis siue recreationis, finem cessationemq; intulit prioris: arbitrator autem circumcisioem ideo datam esse. Ex eo enim quod Adamo dictum fuit: Terra es, & in terram reuertēris, & quia propterea corpus moriebatur & interibat, inde est, quòd partē corporis, eamque corporis procreatricem, iussi sunt mulctare. Atque ita iam antea didicere totum corpus exuendum esse, vt exuto eo quod damnatum erat, seruari possent. Et sicuti sacrificia vmbrae erant rerum futurarum, ita circumcisio particularis, totius hominis circumcidi adumbratio delineatioque fuit. Illud autem in Iosue scriptura clarè demonstrat: Iesu enim Naue ad imperium Dei populum circumcidente in Galgalis vltra Iordanem, locutus est ei Dominus: Hodierna die abstuli opprobrium Ægypti à vobis, & vocauit (inquit) nomen loci illius Galgala. Igitur circumcisio, ablatio est, Ægyptiacæ generationis, quum præputium character sit Ægyptiaci habitus, eiusque nationis insignis. Hoc (inquit) abstulit Deus, ne vterius veluti in Ægy-

Psalm. 118. Solus in partem diebus. Circa. Dominus. Circumcisio. Iosue 5. simile.

Gen. 3. Caremonia circumcisioe ipsa nihil aliud quàm Baptismi typus. Iosue 5. simile.

Humanis rationibus scripturæ sacrae mutantur Ariani.

Propositio. Quod si licet filius sit Patri coæternus & consubstantialis Ioan. 14

in Ægypto nati, seruitia haberentur: sed terræ repromissionis filij indigenæque existimarentur, in quam illos Dominus induxit. Rebus autem ita constitutis, videtur in totum circumcisio data esse, vt auferatur vituperium terreni stématis ab Abrahamitis, quo in posterū non obnoxij simus huic maledicto, Terra es, & in terram reuertēris. Alatū est enim opprobrium delicti. Id autem tum factum est ad figuram eius Baptismatis, quod in Christo perficitur: tunc enim ex parte fiebat, vt pote ad vmbra: nunc autem, sicuti Apostolus ait, terrenam originem exuentes, per lauacrum Baptismi regeneramur, ne vterius pro ratione priorum natalium morte oppetamus, sed circumcisioe ea qua corpus exuitur, quæ non nisi lauacro Baptismatis conficitur, viueremus. Quemadmodum autem dixit Dominus Iosue, Abstuli vituperiū Ægypti hodierna die à vobis: ita multo magis dici poterit vnicuique eorum, qui baptizantur: In hac die abstuli conuiciū terrenæ regenerationis, & opprobriū corruptionis mortis à te in hoc ipso die.

Hæc per compendium è superioribus descripta sunt contra eos, qui dicunt Spiritum Sanctum creaturam esse.

EGO quidem arbitrabar etiam vel ita pauca scripsisse, meamque imbecillitatem accusabam, qui nò tantum potuerim scribere, quantum aliis permisum est dicere, idque contra eos, qui impie sentiunt de Spiritu Sancto. Cæterum, quia, vt scribis, nonnulli fratrum postulauerunt, vt ista conciderem in compendium, quo in promptu esset, quibus paucis responderent eis, qui interrogant de Fide nostra, & vt refutarent impie sentientes: feci illud audacter bona conscientia, & ea spe nixus, vt si quid in istis omissum esset, tu adimpleres. Ariani siquidem in se conuersi, & in vnum coacti, quod perinde est ac si foris versarentur, more Saducæorū humanis ratiocinationibus Diuinam Scripturam excipiunt & cauillantur. Audientes enim Sapientiā, & Splendorem, & Verbum Filium Patris existere, pro consuetudine sua dicunt, Quomodo hoc poterit esse? Quasi esse non poterit, quod ipsi nequeunt intelligere. Restat igitur, vt simili modo de vniuersitate disceptent: Ecquoniam modo potuit rerum natura, cum aliquando non existeret, extitisse? Aut quomodo potest puluis terræ deformari in rationalem hominem? aut quomodo potest, quod corruptibile est, incorruptibile fieri? Aut quomodo terra super mare fundata est? aut quomodo eam super flumina præparauit Deus? Restatque vt addant tandem, sibi que ita loquantur: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Vt scilicet, ipsis corruptis, vnà corrumpatur infania hæreseos Arianae. Est igitur letalis pestilensque istiusmodi sententia. Veritatis contra sermo, de quo illos decuit cogitare, ad istum modum se habet. Si Fons, & Lux, & Pater est Deus, nefarium dictū est, Fontem exatuisse, lucem sine splendore, Deum sine Verbo, aut Ratione fuisse, ne Deus insipiens, aut irrationalis, aut lucis expertis habeatur. Cum igitur æternus sit Pater, necessum est, & Filium æternum esse. Quæ enim in Patre intelligimus, ea in Filio esse dubitandum non est, loquente ipso. Domino: Omnia quæcūque habet Pater, mea sunt, & omnia

mea sunt Patris. Aeuiternus igitur Pater est, æuiterminus est Filius: per eum enim, æuum & secula condita sunt, qui est Deus in omnibus benedictus in secula, Amen, vt inquit Paulus. Neutiquam fas est dicere de Patre, Fuit quādo non erat. Omnipotens Pater est, omnipotens Filius est, attestante Ioanne: Qui est, qui erat, qui venturus est, qui omnipotens est. Lux est Pater, iubar radiūque Filius, & lux vera: verus Deus Pater, verus Deus Filius. Ita enim à Ioanne scriptum est: Sumus in vero filio Iesu Christo. Hic est verus Deus & vita æterna, & in summa, nihil est ex eis, quæ habet Pater, quod nò sit Filij. Ideoque, Filius in Patre, & Pater in Filio: quia quæ Patris sunt, eadem sunt in Filio: ac vice versa, ea quæ in Patre intelliguntur, Filij sunt. Ita interpretandum est dictum illud: Ego & Pater vnum sumus: quandoquidem non alia in hoc, alia in illo, sed quæ in Patre sunt, eadem sunt in Filio. Et quæ vides in Patre, eadem vides in Filio. Probeque intelligitur & illud: Qui me vidit, vidit Patrē. Rebus igitur ita demonstratis, impius sermo est, creaturam esse Filium. Cogetur enim idem ille dicere, fontem ipsum scaturire sapientiam, quæ creatura sit, & Verbum esse creaturam in quo tamen omnia sunt Patris, alioque etiam vel hinc deprehendas quàm sit friuola & nugax hæresis Ariatorum, quibus similes existimus, siquidem iidem identitate naturæ conuenimus, & hominij sumus. Certe, homines qui similes inter se sunt, quum sint eadem natura coniuncti, hominij, hoc est, eiusdem substantiæ censerī debent. Eadem enim in hominibus mutabilitas, mortalitas eadem, origo, qua ex nihilo prodierunt. Angeli quoque inter se generis ratione, & cætera omnia cognata sunt, & eiusdem naturæ. Quapropter, si interrogent curiosi isti, an sit Filio aliqua similitudo cū rebus creatis, aut ea quæ in Filio sunt, reperiri queant in rebus cõditis, quocasionem habeant calumniandi Filium Dei creaturam esse. Cæterum, nihil tale vnquam inuenerint isti ad omnia temerarij, & in omni religione errabundi. Inter creata enim nihil est omnipotens, & nihil sub alterius potentia detinetur: Quippe quū singula ipsius sint. Cæli enim enarrant gloriā Dei, terra autem Domini est, & plenitudo eius. Mare vidit & fugit, omniaque sunt mandacia conditoris sui, facientia verbum eius, & obedientia mandato eius. Filius contra omnipotens est, vt Pater, & hoc ipsum scriptum est & demonstratū. Rursum in creatis nihil est immutabile natura, quippe cum Angeli quidam non seruauerint suum ordinem, & stellæ non habeantur puræ coram eo, & diabolus ceciderit è cælo: Adam autem præuaricatus sit, omniaque alterentur. Filius contra, inalterabilis est & immutabilis vt Pater: & hoc Paulus subindicauit, verba Davidis in hoc ipsum mutatus, Tu Domine in initio terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes quasi vestimentū veterascent: & quasi amictum conuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula. Ediuerso, omnia creata quum non essent, creata sunt: Terra quum nulla esset, condita est. Et ab eo ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt, vocantur. Et quia opera sunt creaturæ, ideo initium existendi oriuntur. Initio enim fecit Deus cælum

Apoc. 1

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 5.

Ioan. 10

Ioan. 14

Arianorū hæresis friuola et nugax. Homines hominij.

An creaturis similitudo veniat aliquo modo comparandus

Psalm. 8

Psalm. 123

Psalm. 113.

Inter christi creaturas differentia.

Psalm. 101.

Gen. 1.

Esa. 66. & terram, & omnia quæ in eis sunt. Et Manus mea fecit hæc omnia Filius autem, quia ipsa essentia est, super omnia Deus est: non aliter quam Pater, & hoc ipsum ita esse demonstratum est: Eundemque non factum esse, sed facere: non creatum, sed creare, & Patris sui opera operari. Per eum enim secula condita sunt, & omnia per eum facta sunt, & sine eo factum est nihil. Vt autem Apostolus demonstrat: Ipse in principio fundavit terram: & opera manuum eius sunt cæli. Ac rursus, nihil creaturarum ex natura Deus est: sed vnumquodque ex rebus conditis, hoc ipsum quod factum est, nomine suo appellatur, hoc enim, cælum dicitur, ista, terra: illa luminaria: hæc stellæ, maria, abyssus, quadrupedia, homo, & ante homines Angeli, Archangeli, Cherubin, Seraphim, Potestates, Principes, Virtutes, Dominationes, paradisi, & ita singula in suo ordine & vocabulo permanent. Quod si ex istis nonnulli dii appellati sunt, id non factum ratione naturæ ipsorum, sed ex communicatione Verbi. Ita enim ipse locutus est: Si illos Deos appellavit ad quos sermo Dei factus est: Atque inde est, quod, quum natura Dei non sint, ubi sese in peius mutant, hæc opprobria & conuitia audiunt, Ego dixi dii estis, & filij Altissimi: vos omnes tamen vt homines peritis. Talis & ille fuit, qui audit: Tu homo, & non Deus. Filius contra, verus est, vt Pater. In Patre enim est, & Pater in ipso: & Ioannes quidē, vt docuimus, scripsit. Dauid item: Thronus tuus Deus in secula seculorum, virga rectitudinis, virga regni tui. Et Esaias: Laboravit Ægyptus & mercatus Æthiopum, & oriundi ex Saba, viri alti ad te transibunt, & sequentur te à tergo vinciti manicis, & adorabunt te, quoniam in te Deus. Tu enim es Deus Israël, & ignorauimus. Quis autem est hic Deus, in quo est Deus, nisi Filius ipse? qui de se inquit: Ego in Patre, & Pater in me. Quis igitur, rebus ita constitutis, & ad eum modum descriptis, non perspicit in rebus creatis nihil simile habere Filium? Omnia autem Patris, ad Filium spectant, quia ille consubstantialis est Patri. Vt enim, si cum rebus creatis haberet aliquam cognationem, consubstantialis illis fuerit: ita alienus à creatis per substantiam remansens, proprium fuerit Verbum Patris, & alius diuersusque ab illis: Cæterum, quia omnia Patris illi propria sunt, consubstantialis esse Patri merito reputabitur. Ita enim Patres rem intelligentes, cōfessi sunt in Nicæna synodo coessentialitatem, & ex substantia Patris Filium esse. Satis enim perspiciebant, creatam substantiam nunquam sibi posse arrogare hoc dictum, Omnia quæ Pater habet, mea sunt. Quomodo enim, quæ initium existēdi sortita sunt haberent in se illud, qui est, & qui erat in æternum? Ideoque quum Filius habeat hæc omnia, & quæ Patris sunt, necessum est, Filij naturam non creatam, sed consubstantialem Patri existere præsertim, quum natura illa creatitia neutiquam capax esse possit eorum, quæ propria sunt Dei. Propria autem Dei sunt, ex quibus cognoscitur Deus, qualia sunt omnipotentia, ipsa essentia & immutabilitas, aliæque superius dicta: ne consubstantialis cum creaturis suis ipse creator appareat secundum istos stultos habeatque tantummodo ea, quæ res creatæ in se habere possunt. Et ita refutaueris impietatem eorum, qui dicunt Filium Dei creaturam esse. Nostra Fides in Patrem, & Filium, & Spi-

ritum Sanctum est, dicente Filio ad Apostolos suos: Profecti erudite omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Dixit autem ita, vt ex eis quæ cognita habemus, intelligeremus eum, quæ ab ipso dicebantur. Vt igitur nunquam dixerimus patres conditores suorum liberorum, sed genitores: vtque nos ex nostris parentibus editos, nunquam appellauerimus illorum creaturas, sed filios, & naturæ eiusdem cum parentibus consortes: ita si Pater Deus est, omnino Pater est eius Filij, qui secum est eiusdem generis. Abraham certe, non condidit Isaacum, sed genuit. Sebbeleel autē & Eliam non genuerunt, sed fecerunt omnia opera tabernaculi. Nauium item constructor, domusque ædificator non gignunt, sed faciunt, quisque suum opus, iste nauem, ille domicilium. Isaac certe, non facit, sed gignit Iacobum naturaliter sibi consubstantialem, vt & ille Iudam suum. Quemadmodum igitur insanerit, quisquis dicat consubstantialem esse ædificatori domum, & nauem fabro nauali: ita congruenter dixeris, quemlibet filium coessentialitatem patri suo esse. Si igitur pater est, & filius, necessum est, Filium naturalem & verum esse, hoc est, coessentialitatem Patri, vt iam multis argumentis declaratum est. Certe, de operibus ita sermo Diuinus: Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt: de Filio autem, Eructauit cor meum Verbum bonum. Daniel porro nouerat Filium Dei, nouerat & opera Dei, & Filium quidem vidit irrorantem caminum, cum de operibus diceret, Benedicite omnia opera Domini domino. Vbi, cum singulas creaturas recenseret, nequaquam Filium istis adnumerauit: cum certum haberet, eum opus non esse, sed per eum opera facta esse: qui vnā cum Patre laudatur & superexaltatur. Vt igitur per eum, prout qui ipsum cognoscunt, reuelatur Deus: ita quoque per eum benedictio, hymnus & gloria, & potentia Patris extollitur per eum, & in eo, vt accepta fiat huiusmodi laus & cōfessio, sicuti in Scripturis proditum est. Ex istis igitur aliisque multis declaratur demonstraturque impius esse, quisquis fabulatur Dei Verbum creaturam esse. Cæterum, quando quidem causificantur & in calumniā deuocant, quod in Prouerbiis scriptum est: Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua, secumque disceptant, En qui creauit, ipse quoque creatura est. Necessum est, vt etiā vel ex istis ostendamus, quantum oberrent ignorantes scopum sacre Scripturæ. Si igitur Filius est, ne nominetur creatura: si autem creatura est, ne nominetur Filius. Demonstratum est enim superius, quāta sit differentia creaturæ & Filij. Et quia initiatio Baptismi, non in nomine creatoris & creaturæ, sed in nomine Patris & Filij obtinet, necessum est, vt Dominus nō dicatur creatura, sed filius. At id non scriptum est: inquit, imo scriptum est quāmaxime, & necessum est ita esse, vt dictum est: sed quod dictum bene est, male interpretantur hæretici. Si enim intelligerent & cognoscerent stylum Christianismi, nunquam Dominum gloriæ creaturam appellarent, neque impingerent in id, quod recte scriptum est. Illi igitur non cognouerunt neque intellexerunt, ideoque vt scriptum est, in tenebris ambulant: nobis tamen necessarium est dicere, vt illi quidē vel ex hac re stulti declarentur: nos autem non supersedamus à refellenda ipsorum impietate, forsitan & ipsi resipuerint.

Dogma

Quod fides dei Dogma igitur stylusque Fidei in Christo, talis est, Filium Dei Verbum, Deum esse. In principio enim erat Verbum: & Deus erat Verbum, Sapientiam quoque & Potentiam Patris esse. Christus enim Dei Virtus, & Dei Sapientia: eundemque sub consummationem seculorum, hominem factum esse propter nostrā salutem. Ioannes enim inquit: In principio erat Verbum, & Verbum caro factum est, quod idem est, ac si diceret, homo factum est: Et Dominus de seipso dixit, Cur queritis me interficere hominem, qui vobis veritatem locutus sum? Et Paulus ait, Vnus Deus, & vnus Mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus. Homo autem factus, humanitatis negotia administravit, in fugamque egit & profligauit mortem nobis infestam: sedēque nunc in dextera Patris, cum in Patre sit, & Pater in ipso, vt fuit semper in perpetuum: hoc igitur dogma, phrasisque est Apostolorum, eaque à Patribus recepta est. Oportet autem, quisquis in posterum Scripturas leget, diligenter examinare & distinguere, quando de Diuinitate Verbi mentio fiat, & quando de illius humanis negotiis, ne alia pro aliis sentientes, offendamus itidem vt Ariani. Sicut igitur illum Verbum esse agnoscimus, ita quoque agnouerimus per eum omnia facta esse, & sine eo factū esse nihil: & Verbo Domini cælos firmatos esse: & quod emittet Verbum suum, & sanabit eos. Sapientiam autem illum deprehendimus esse, eō quod in Sapientia Deus fundauerit terram, & Pater in Sapientia omnia fecerit. Itidem quod illum Deum scimus, credimus ipsum esse Christum: Thronus enim tuus (inquit Dauid) in secula seculorum, & reliqua. Esaias item: Spiritus Domini super me, eō quod vnixerit me. Petrus quoque itidem professus est: Tu es Christus Filius Dei viuentis. Vt igitur ista cognouimus: ita quoque cognitum habemus, illum hominem esse factum, & humana quæ de eo recensentur, inficias non imus, qualia sunt esurire, sitire, lachrymari dormire, ac tandem pro nobis & crucem & mortem suscepisse. Hæc enim omnia de eo scripta sunt: ita quoque hoc verbum (creauit me) quod in homines competit, noluit occultare Scriptura, sed expressit. Creati enim & facti sumus, qui humana natura præditi sumus. Cæterum, sicuti audientes cum esurire & reliqua huiusmodi, non in-

similia de diuinitate et humanitate christi.

Operum D. ATHANASII Archiepiscopi Alexandria, Primi TOMI FINIS.

ficiamur eius Diuinitatem: ita quoque audientes illud dictum (creauit me) bono consequio in memoriam redierimus, quod, quum ipse qui Deus est, refertur creatus, eum eatenus creatū esse dicamus, quatenus homo sit factus. Hominum enim proprium est creari. Sicuti autē superiora dicta de esurriendo, rebusque similibus: ita quoque istud probe dictum male ab illis intelligitur: Loquor autem de die illa & hora, quam nemo cognita habet neque Angeli, neque Filius. Illi enim arbitrantur, eō quod additum sit, neque Filius, ignorare Filium, ac proinde creaturam esse. Minime gentium id verū, apage sis. Nam quemadmodū loquendo hæc verba (creauit me) humanitus loquutus est, causaque, cur ita verba conceperit, proba & recta: postquam enim homo factus esset, sicuti scriptum est, quæ propria sunt hominis, sibi desumpsit, vt est ignorare, esurire, aliæque eius generis. Iam, qui causam non perspicunt, audiant tandem & discant, ideo Dominum ignorantiam hominum in suo corpore gestasse, vt humanitatem liberatā ab omnibus illis malis, defectamque ac proinde perfectā & sanctam, Patri suo representaret. Quid igitur deinceps causæ inuenierint Ariani: aut quibus commentis iam deinde obgannient, quū deprehensi sint non intelligere hanc sententiam: Dominus creauit me: certum enim est, eos non percipere quid sibi hoc velit: De illa die & hora, quam ne Filius quidem nouit. Nam sicuti loquendo (creauit me) humanitatem significat, eō quod homo factus sit & creatus: ita loquendo (Ego & Pater vnus sumus: &, Qui vidit me, vidit Patrem: &, Ego in Patre, & Pater in me) aternitatem & coessentialitatem suam cum Patre declarat. Ita quoque cum ait: Nullus id norit ne Filius quidem, vt homo loquitur: Hominum est enim proprium, ignorare. Porro, quum dicit, Nullus nisi Patre nouit Filius, neque Filium nisi Pater, si ergo Patrem nouit, multo magis nouerit res Creatas. Discipuli igitur dixerunt Domino, Nunc scimus quod noueris omnia, ex quibus liquet, nihil esse quod ignoret. Quum Verbum ipse sit, per quem omnia facta sunt: & in hoc cumulo vniuersitatis quum dies illa comprehendatur, fieri non potest, vt qui ipsam horā consummationis decernat, eam ipsam ignotā habeat, etiam si Ariani, veritatis ignari, sexcenties rüpantur.

Mat. 13.

Notas

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Ibidem.

Luc. 10.

Ioan. 14.

o

OPERVM SANCTI PATRIS

ATANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, TOMVS SECVNDVS.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ AD IMPERATOREM CONSTANTIVM, APOLOGIA.



VVM MULTIS iam annis sciam te Christianum & retro à maioribus vsque Dei studiosum, non possum non bono esse ad me tibi excusandum. Siquidem beati Pauli verbis vtens, illum apud te meum intercessorem facio, quum sciam & illum veritatis præconem, & te eius verborum diligentem auscultatorē religiosissime Auguste. De rebus igitur Ecclesiasticis, & de impotentia & factionibus aduersariorum contra me, tot Episcoporum scripta abunde pro testimonio apud tuam pietatem fuerint, satis etiam Vrsacij & Valentis pœnitentia ostendere poterit, nihil in omnibus, quibus me impetuerunt, veri fuisse. Quid enim tantum alij pro testimonio dicere poterant, quantum isti suis scriptis confitentur? dum aiunt: Mentiti sumus, finximus, & omnia quæ Athanasio obiecta fuere, calumnia scatent, nec leue momentum documenti, si dignaberis audire, quod præsentibus nobis nihil docere potuere accusatores Macarij Presbyteri, absentibus autem nobis id egerint, quod libuit. Cuiusmodi acta primū diuinæ, deinde vestræ leges nullum robur habere definiunt. Iam isthinc tua pietas veritati dedita, ac religiosa satis perspicit nos liberos esse ab omni suspicione, & aduersarios nostros calūniatores esse. De mea autem in te maledicentia, qua vsum me fingunt apud piissimum Augustum beatæ & æternæ memoriæ Constantem: id enim ab inimicis & iactitatur & scribitur, primarum calumniarum falsitas, huius quoque rei vanitatem facile coarguerit. Nam si alij criminatores essent, controuersiosa aliquo modo ea causa videri posset, & opus esset plurimis documentis, & coram in faciem refutationibus: Iam quum iidē illi qui priora sinxerunt, hæc quoque comminiscantur, qui (quæso) fieri posset, vt non ab iisdem eandem & isthic vanitatem expectes: Ideoque in absentē deblaterant, sperantes se ita tuæ pietati obrepere posse, sed frustra: Non enim ita iis aurem præbuisisti, vt sperabant, sed pro tua mansuetudine dedisti & nobis locum vicemque respondendi. Te enim non statim commotum fuisse, nec euestigio supplicium postulasse, signum fuit euidentissimum, vt iustum Imperatorem decet, nihil æque te expectare, quàm delati hominis defensionem. Ergo si eam nunc dignaberis audire, confido fore vt etiam hæc in parte eorum temeritatem condemnes, & contemptum Dei præcipientis, ne falsum quid ex ore tuo regi loquaris. Pudet reuera etiam vel diluendo de ista re mentionem facere, de qua ne accusator quidē sustinuit verba facere, dum adhuc præsentem essemus, vt pote qui sciat se falsum dicere. Non infansio ego, non mente captus sum, vt vel cogitasse vnquam me tale quid suspicaris. Quapropter ne aliis quidem percunctantibus respondere velim, ne iterum, dum excuso me, illi qui audiunt, animi pendcant. Tuæ autem pietati magna

Vrsacius & Valens pœnitentia egerunt quod D. Athanasium falso accusassent.

Macarium presbyter falso accusassent.

& clara voce respondeo, manūque extensa, quod didici ab Apostolo, Deum in meam ipsius animam testor, & vt scribitur in libris Regum iurandum concipio: Testis sit dominus, & testis sit Christus eius, sinas (quæso) me loqui, nunquā in malum tui mentionem feci, apud fratrem tuum beatæ memoriæ Constantem piissimum Augustum, neque illum aduersum te irritaui, vt calumniator isti, imo contra, si quando eum conuenirem, mentionem ipse faciebat de tua humanitate, quod etiam tum contigit quum Thalassus veniebat Pitybionem, & nos commoraremur Aquileiæ. Deus cōscius est, quàm ego ibi tuæ pietatis meminerim, & quæ ego per id temporis locutus fuerim, Deus tuæ aliquādo menti reuelabit: vt cognoscas sycophantias meorum apud te calumniatorum. Sine (quæso) me ista loqui humanissime Auguste, plurimamque mihi hac in parte veniam concede. Non ita facilis erat, non ita obuias aures habuit cultor ille numinis Constantis, neque ego apud eum tantus, vt de istiusmodi rebus verba fuissem ausus facere, & fratri apud fratrem obtrẽtare, & de Imperatore apud Imperatorem criminose loqui. Non infansio Imperator, neque immemor sum diuinæ vocis ita loquentis: Et in conscientia tua regem ne execreris, & in recessibus cubiculi tui ne obtrẽtaueris opulento, quoniam volucres cæli auferent vocem tuam, & alatus renunciat sermone tuum. Quod si ea quæ de vobis regibus secreto dicuntur, latebras adcelandum non habent, qui (quæso) credibile est præsentem Imperatorem, & tot in orbem circumstantibus, me male de te loquutum fuisse: Nunquam sine comitibus aut arbitris fratrem tuum vidi, neque ille vnquam mecum solus cū solo verba miscuit, sed semper cum Episcopo eius loci vbi agebat, aliosque qui ibi aderant, ad colloquium intraui, simul cum illis eum vidi, simul cum illis ab eius conspectu recessi. Huius rei testis est Fortunatianus Aquileiæ Episcopus, & plenam eius rei historiam pater Osius docere posset. Crispinus item Patauij Episcopus, Lucillus Veronæ, & Dionysius Leidæ, & Vincētius Campaniæ, & quia defuncti sunt Maximinus Treueris, & Protasius Mediolani præfules, Eugeniūque qui magister erat, testes citari possunt: Hic enim ante ostium stabat, audiebaturque & nostras tum postulationes, & quid vicissim ab illo responderetur. Hæc quidem sufficiunt pro demonstratione, sed tamen (quæso) admittas, vt referam omnia colloquia meæ professionis, vt inde cognoscas, quàm temere traducar. Profectus sum Alexandria, non ad castra fratris tui, aut alium quempiam, sed Romam duntaxat, me meaque; Ecclesiæ commendaturus. Ea enim mihi vnica cura fuit, quo tempore multus eram in synaxibus celebrandis, nec vnquā fratri tuo scripsi: nisi vbi Eusebiani calūniosas de me literas ad eum misissent, necessumque erat, vt me etiam tum, quum adhuc Alexandriae agerem, excusarem, iterumque ad

Extensio manuum ratio

Actus

Thalassus

Dominus

D. Athanasius

Proprio

Athanasius

Synaxibus

eum

eum scripsi, quum mihi mandasset vt tabulas sacrarum literarum conficerem quas confectas ad eum misi. Oportet enim eum qui se defendit, vera dicere, præsertim apud tuam Maiestatem. Post triennium, quarto denique anno literis iussit vt ad se venirem. Agebat autem per id tēpus Mediolani. Sciscitabar quid causæ esset, cur euocarer, quippe ignarus omnium, testis mihi Deus est. Comperiebam autem quosdam Episcopos, qui eo profecti erāt, precibus ab eo postulasse, vt tuæ pietati de synodo facienda scriberet: crede mihi Imperator, res ita acta est, vt dico, & nihil mentior. Quum igitur venissem Mediolanum, expertus sum illius mirificā humanitatem, dum & me suis oculis dignatur, verbisque indicat se ad te de celebrando concilio literas misisse: idem me rursus agentē in suburbio, in Gallias euocauit, eo enim pater Osius concesserat, vt inde ad Sardicense concilium proficisceremur. Post concilium vero Naissi mihi cōmoranti denuo ab eodem scribitur. Cōfecto igitur itinere, per reliquum tēpus Aquileiæ hæsi: vbi me literæ tuæ pietatis deprehenderunt, inde rursus ad beatæ memoriæ viro euocatus, in Gallias profectus sum, atque ita perueni ad tuam Maiestatem. Quo igitur loco, aut quo denique tempore accusator dicere poterit, me de te male loquutum fuisse? aut quo præsentem istis verbis, quæ mihi affingit, debaccharus sum, aut quæ sibi habet in hac calumnia subscriptorem aut testem? quod oculis deprehenderat, id illi dicendum fuit, quemadmodum Sacra Scriptura præcipit. Nunquam ille testem inuenerit, rerum earū quæ factæ non sunt: Ego autē falsum non dico, qui pariter cum ipsa veritate tuam quoque pietatem testem habeo. Obsecro te (noui vim memoriæ tuæ) reminiscere eorum verborum quæ tecum habui, quum dignatus esses me sub tuum conspectum venire, primū Viminiaci, iterum Cæsareæ, quæ est in Cappadocia, tertio Antiochia, an vel tum de Eusebio, quanquā vexatore meo acerbissimo, quicquā sinistra dixerim, an cuiquā eorum, qui mihi iniurias fecere, asperius locutus sim? Si igitur iis, cōtra quos mihi pro defensione dicendum erat, non maledixerim, quæ illa fuisset mea infansia, Imperatori apud Imperatorem obtrẽtare: & fratrem cum fratre collidere? Obsecro te, iube vt me vel in præsentia reum peragant, vel eos calumniarū condemna, imitareque; Dauidem ita loquentem, Detrahentem clanculum proximo suo, hunc persequer. Nam quātum ad illos pertinet, eadem fecere: nos enim quod meretur, occidit animam, nisi tua mansuetudo obstiteret, quæ libertatem defensionis meæ tribuit ad cōuincendas vitiligatorū sycophantias. Hactenus igitur de piissimo & beatæ memoriæ fratre tuo dicta fuerint, vnde tu pro sapiētia diuinitus tibi donata, multa ex paucis colligere potes, & cognoscere commentum istius criminatores. De secunda autē calumnia, quod scripserim tyranno (nam ne nomen quidem eius effari velim) obtestor te, vt per quos tibi videbitur, rem exquiras, causamque cognoscas. Nam magnitudo calumniæ sensus meos obstupescit, & perplexum attonitūque reddit. Crede mihi religiosissime princeps, sæpe mecum perpēdi, an credibile esset quenquam ita insanire, vt talia mentiri nihil vereretur. Cæterum quia apud Arianos & hoc quoque iactatum est, illique gloriantur antigaphum Epistolæ meæ se habere, maiorem in modum obstupui, &

Defensorem veram dicere oportet.

Mediolanum venit Athanasius cur.

Cōfutatō aduersariorum.

Vbi primū Constantino Athanasium viderit.

Athanasij postulatō. Psal. 100. 7. Sap. 1.

Accusatio secundā aduersus Athanasium.

noctes infomnes ducens, cum aduersariis meis veluti præsentibus depugnabam, ac de repente in ingentem clamorē & has preces erupi, optabamque cum gemitu & lacrymis, vt quamprimū propitias tuas aures adipiscerer, quas quum per Dei gratiam adeptus sim, ecce denuo hesito, quod initium meæ responsionis faciam. Quotiescunq; enim loqui meditor, ipsius rei prodigio & horrote impedior. Nam de fratre tuo beatæ memoriæ aliqua fingendi verisimiliter occasio calumniatoribus suppetebat, tum quod ille mei cōspectum cupiebat, tum quod de me tibi dignatus sit scribere. His accedit, quod nos præsentem honore prosequeretur, & absentes accerseretur. Diabolum autem Magnentium (testis est mihi deus & Christus eius) neque noui, neque quicquam de illo compertum habui. Quæ igitur causa me incognitum ad ignotū propulit, aut quæ denique occasio pertraxit, vt ad talē hominem literas mitterem: quod initium epistolæ, si ei scribere libuisset, sum edum fuerat? illud ne scilicet, bene eum & recte fecisse, quod virum apud quem in honore & precio eram, cuiusque beneficiorū nunquam obliuisci poteram, occidisset: meque proinde eum, quod notos meos, Christianosque homines & fidelissimos hac luce spoliasset? an quod hospites meos Romæ, qui me multa & vera beneuolentia tractauerant, occidit, an quod beatam materteram tuam iure meritoque a bonis moribus Eutropium dictā, & Abucreon sincerissimum hominē, & Sperantium fidelissimum, aliosque complures peremisset? Quid? an non furiosum id in suspicionem cogitationemve aduersario meo venire? Quæ enim mihi fiducia in Magnentio fuisset, aut quam beneuolentiā certam firmamque in Domini sui parricida, in amicos tam perfido, in violandis iuramentis tam irreligioso, & in magis, incantatoribusque contra Dei iudicium fouendis conscelerato, mihi polliceri potuisset? quid illius mihi in mentē venire potuit, quod hominis mores mihi cōmendasset? cuius furor & crudelitas non me solum, sed vniuersum isthic terrarum orbem, luctu, calamitatibusque impleuit. Credo, magnam scilicet & multam illi gratiam debebam, quod piæ memoriæ, tuum fratrem, cuius donariis Ecclesiæ plenæ sunt, ipse eius Legatus occiderit, nihil eam necessitudinē, quum ante oculos versaretur, reueritus, nihilque gratiam beato tuo fratri in Baptismate donatam respiciens, veluti Dæmon & furia infernalis in eum insiluit. Atque ita sanctissimus ille vir martyrium assecutus est. Ille cōtra iam inde quasi in nexu esset ad similitudinē Cain, cum gemitu & trepidatione fugiebat, vt Iudam postea eodem mortis genere imitaretur, sibi que ipse carnifex factus, duplex supplicium, & hic, & in iudicio futuro irrogauit. Taline monstro me amicum posse fieri calumniator putat? vel potius quum nihil tale putet, odio mei tam incredibilia fingit, qui minime ignorat se falsum dicere? Vellem autē hunc hominem, quisquis is est, hic in præsentia adest, vt delato iuramento, sub attestatione veritatis ab eo sciscitaret. Quæ enim ita dici audiri que volumus, quasi Deo præsentem, ea sub hac formula iurifurandi nos Christiani homines concipere solemus, iuberemque illum pronuntiare, vter nostrum magis lætabatur de incolumitate beatæ memoriæ Constantis. Cæterum, cuius in ea parte vota maiora fuere, prima calumnia satis ostendit, neminemque mortalium

Diabolus Magnentius.

Abstrusa Magnentij crudelitas et perfidia.

Eutropij Constantij matertera.

Constantis imperator a Magnentio interfectus.

Constantis martyr.

Iurare solebat in testimonio vocati.

latere potest. Alterutrum certe necesse est, ut aut ipse sciat neminem, necum eiusdem animi, quive itidem, ut ego, affectus sit, & beatum Constantem diligat, Constantis hosti amicum potuisse fieri: aut si ipse aliter affectus est, aliterque sentit, vereor ne que odio infestus in Constantem meditatus est, ea mihi affixerit. Ego igitur admiratione prodigioque calumniae percussus haesito, quid oporteat respondere, meque in mille mortes condemno, si vel suspicio talis de me uspiam fuerit, tibi que veritatis studiosissime Imperator bona cum fiducia mea innocentiae auctor, adhortatorque sum, quae admodum iam dixi, ut rem exquiras, maxime cum eorum testimonio uti possis, qui a Maxentio aliquando pro legatis ad te missi fuere: Sunt autem illi, Seruatius, & Maximus Episcopi, una cum suis, & Clemens, & Valens. Sciscitare, quae, num literas ad me deportauerint: haec enim mihi occasionem dedissent ad eum rescribendi. Quod si nec ille mihi scripsit, nec me cognitum habebat, quid causae fuit ut ad eum scriberem, quem ignorabam? Quare item visis comitibus Clementis, quam mentionem fecerim de beatae memoriae Constante, & quantopere, ut scriptum est, lacrymis meis vestimenta mea lauerim, dum animo meo succurreret humanitas eius viri, & quantopere mentem suam Christi amori addixerat. Sciscitare item quantopere ego certior de illius belluae immanitate factus, quum Valentem per Lybiam decursantem viderem, exhorruerim, ne eadem scelera moliretur, & ut latro trucidaret, quotquot beatum Constantem amore, memoriaeque complecterentur: qua in re me nemini secundum facio. In hoc metu quum essem, talisque animos in illis suspicarer, pro te scilicet preces non fudi, & illum sicarium in amoribus habui, aduersum te autem & fratrem, & vindicem maectati Constantis male odioseque afficiebar, sceleraque nefarii hominis dulci recordatione repetebam, tuae autem beneficentiae obliuionem induebam, quum eandem erga me etiam post mortem fratris tui futuram esse, qualis olim erat, eo adhuc viuente tuis ipsemet literis declarasti. Age, quae, quibus oculis aut homicidam cum cruentum adspicere potuissem? aut non fratris tui imaginem, dum pro salute tua vota facio, contemplari? Mutua enim fratres fratribus ob naturae affinitatem specula sunt, inuicemque similitudine referunt. Quapropter dum te contemplatus fuissim in illo, illumque in te in tui similitudine agnouissem, qui fieri potuisset, ut illi maledicere sustinerem, aut hosti illius literas mittere, ac non potius pro tua salute voces precerem; fundere, quod & feci. Huius rei testis est: primum Dominus, qui exaudiuit te, & largitus est tibi integrum a maioribus tuis relictum imperium, testesque sunt, qui tum adfuerunt, Felicitissimus dux Aegypti, Rufinus item & Stephanus, quorum ille Catholicus, iste autem ibidem magister erat, & Asterius comes, & Palladius tum Palatii magister, Antiochus & Euagrius, Praefecti sericorum. Nihil aliud enim dixi, quam precemur pro salute religiosissimi Imperatoris Constantij, & statim vniuersus populus vna voce acclamauit, Christe auxiliare Constantio, & magna cum perseverantia has preces continuauit. Me igitur, neque illis literas dedisse, aut ab eo accepisse, Deum & huius Verbum vnicum Filium Dominum nostrum IESVM Christum in teste voco. Iam mihi, quae, concede, ut ex obrectatore meo

Seruatius & Maximus episcopi.

Constante mortuo plauxit Athanasius.

Fratres fratribus mutua sunt specula.

Pro Constantio de precatio est Athanasius.

A paucis sciscitare, unde ad id deuenit, ut dicat se meae epistolae exemplar habere. Ad hoc nimirum spatium rumoribus Ariani laborauerunt. Iam, ut etiam si literas exhibeat nostris consimiles, non propterea statim rem certam & exploratam habet, quasi defint falsarij, qui etiam vestram Imperatorum manus saepe imitati sunt, neque similitudo picture scriptis autoritate praebet, nisi ij qui hoc genere characterum uti solent, testimonio suo scriptis adfulati fuerint. Hoc rursus ex criminatibus quaerere optarim, quis ipsis istam epistolam dedit, aut ubi deprehensa est? Nam & ego scriptores habui, & Tyrannus eos curatores, qui & a tabellariis literas acciperent, sibi que porrigerent. Mei autem amanuenses praesto sunt, iam, quae, ne graue sit Tyranni praefectos a libellis accersere: nam verisimile est eos superesse. Ex iis cognosce quid de literis illis actum sit, atque ita rem examina, quasi veritas tibi in consilio adsit, quae regum, & imprimis Christianorum tutela est, cum ea vos regna administrare tutissimum est, quum dicat Sacra Scriptura, Misericordia & veritas regi custodia est, & circumdabit in iustitia thronum eius. Hanc, quum Zorobabel ille sapiens ceteris anteferet, victoriam retulit, acclamatumque est ab vniuerso populo, magna res veritas, & praevalet omnibus. Si igitur apud alios accusatus essem, ad tuam Maiestatem prouocarem, quemadmodum Apostolus dixit: Caesarem appello, & cessatum est ab insidiis contra eum. Iam quum apud te calumniam mihi ausi sunt intentare, ad quem a te, quae, appellare poterem, nisi ad Patrem eius qui dicit: Ego sum veritas, ut ille cor tuum ad placabilitatem inclinet? domine omnipotens Rex seculorum, Pater Domini nostri IESU Christi, tu per Verbum tuum imperium hoc famulo tuo Constantio dedisti, tu illumina mentem illius, ut cognitis mei calumniis, beneuolenter recipiat meam excusationem, omnibusque clarum, manifestumque reddat, quam aures habeat confirmatas communitasque veritate, solumque sibi, uti scriptum est, accepta esse labia iusta: ita enim solum regni fortunatum fieri per Salomonem pronuntiasti. Quapropter omnino omnibus modis percunctare, intelligantque quadruplatores, tibi non deesse curam indagandae veritatis. Et obserua num vultu quoque sycophantiam prodant: is enim index est conscientiae, siquidem scriptum est: Animi securi laterique; vultus floridus, idem contra in tristitia mortuus. Ita quoque insidiantes Iosepho, ipsa conscientia redarguebat, & Labanis in Iacobum malignitas ex fronte apparebat, certe tu aduersariorum in fugiendo latitandoque conscientiam vides, nostram autem qui respondemus ingenuitatem: non enim de possessionibus lis est, sed de opinione Ecclesiae. Qui lapide feritur, quaerit medicum: ictus autem calumniae, grauius quam lapides feriunt. Est enim calumnia claua, & gladius, & iaculum incurabile, ut dixit Salomō: sed his veritas mederi potest, quae ubi negligitur, vulnera accepta acerbiora fiunt, neque aliunde causam traxit ista per omnes Ecclesias turbatio. Horsum tendebant eorum causificationes, inde est quod tot & tam grandaeui Episcopi, quia mecum communicauerant, in exilium propulsi sint. Quod si malum hoc haecenus gressum inhibeat, bona spes erit in tua humanitate. Quod si ulterius pergat, vincat quae, apud te veritas, & ne

Falsarij non desunt

Scriptores habuit Athanasius

Veritas curatio luminis. Prov. 20.

Zorobabel. 3. Esd. 4.

Ath. 15.

Ioan. 14. Deo patri preces sunt dit.

Ariani

Gen. 37.

Gen. 37.

Calumnia quid.

Calumnia remedium est veritas.

& ne relinquo suspicionem contra vniuersam Ecclesiam, quasi talia aut cogitentur, aut scribantur a Christianis, & potissimum Episcopis. Quod si graueris istud diiudicare, aequius tamen est nobis haberi fidem, qui excusamus, quam illis qui criminatur: illi enim, ut inimici, ex malignitate rem agunt: nos autem, ut anxij, documenta rerum, demonstrationesque adducimus. Mirorque, cur nos ita circumspicere eautemque verba faciamus, illi contra ita effrontes sint, ut etiam regi mentiantur: ut est tamen, inquire ad veritatem indagadam, & ut scriptum est, perferutans perferutare praesentibus nobis, unde ipsi ista habeant, quae dicunt, aut ubi inuenta sint literae. Qua in parte nullus certe nostrorum in culpa, neque quisquam ex tyranni ministris deprehenditur: res enim tota commentitia est, & fortasse aequum esset ab ulteriore inquisitione abstinere, quum calumniatores mei, quaestionem ulterius procedere nolint, qui solum norunt authorem istius fabulae, & praeter eos nemo. Ceterum, quia de magna Ecclesia crimen concinnant, quod ibi synaxis habita sit, priusquam dedicaretur, age, etiam ea de re tuae pietati responsum demus: eo enim nos trahunt illi, qui in nos odia congerunt. Factum est (agnosco): nam quum prima dixerim sine mendacio, non hic quod verum est, inficiabor, sed longe aliter, quam ipsi criminantur, res gesta est. Age, quae, accipe quae dicam. Non Encaniorum festum celebravimus religiosissime Auguste: id enim celebrare ante tuum decretum profus nefarium fuisset, neque de industria eo deuenimus, neque Episcopus quispiam, aut vllus clericus eo nomine euocatus est, neque vlla denunciatione ad Synaxim coitum est, ut isti inde aliquam detrectandi occasionem rapiant. Sed quid actum est, norunt omnes: tu autem, quae, pro tua mansuetudine & longanimitate ausculta, Festum erat Paschae, & tanta vis populorum aderat, quantum Christianorum in vrbe esse Christicolae principes optarint. Quum igitur & Ecclesiae paucae paruaeque essent, magnoque tumultu posceretur, ut in Magna Ecclesia conuentus celebrarentur, atque ibidem preces pro tua salute fierent, quod & factum est, egoque reniterer adhortationibus, ut rem aliquouique differrent, & potius quomodocumque liceret, etiam cum compressione & afflictione in aliis Ecclesiis coetus agerent, mihi neutiquam obtemperatum est. Quin potius urbem egredi parati erant, ut in desertis locis, & sub dio conuentus facerent, melius esse labore itineris ferre, quam cum luctu festum celebrare. Crede mihi Imperator, & in eam rem testem veritatem ipsam accipe, in synaxibus Pentecostes ob multitudinem populorum, & in locis angustiis, plurimos pueros, nec paucas pusillas, & aniculas complures, & adulescentes multos afflictos iacuisse, ac domum delatos esse, sed tamen, ut nemo eorum beneuolentia numinis perierit. Multa igitur omnium admurmuratio in hunc usum Magnam Ecclesiam deposcentiam: Neque immerito: si enim prius tanta compressio acciderat, quid timendum fuit in tali festo? Omnibus certe modis acerbiora multo, luctuosioraque; accidissent, nec erat fas aut honestum, tristitiam pro gaudio, luctum pro latitia in festo die populis inferri: praesertim quum non ignorarem istiusmodi exempla apud Patres superesse. Beatae siquidem memoriae Alexander, quum alia loca angusta essent, in Eccle-

Reo citius quam accusatori credendum

Tertius accusatio.

Encaniorum festum

Cur Synaxim permiserit. Athanasius in magna ecclesia.

Synaxis die Pentecostes fieri solita.

Alexander.

A si maiore Ihone, quam edificabat, synaxes celebrari voluit: id enim iubebat hominum frequentia, nec in cogendo populo respexit, eam nondum exadificatam esse. Quinimo frater tuus beatae memoriae in huiusmodi templo, quum Aquileiae synaxis haberetur, ipse quoque eo se contulit. Ita nimirum & ego quoque feci, nec tamen celebrata sunt a nobis Encania, sed tantummodo precationum synaxis habita est. Tu igitur, sat scio, pro tuo in Deum studio approbasses populorum alacritatem, & deuotionem, mihi que veniam dedisses non impediendi tantorum populorum preces. Ego autem obrectatorem meum libens iterum interrogarim, utrobiam rectum erat populum suis orationibus vacare, in desertisne, an in oratorio, nondum ad plenum exadificato: ubi conueniens erat & sanctum, ut populus audiret hanc acclamationem, Amen: in solitudine, an in templo, quod iam Dominicum appellabatur? Tu autem religiosissime Imperator, vbi nam malles populum manus extendere, & pro te orare, ibi ne, ubi Ethnici oberrabant, an in loco tuum nomen titulumque praeseferente, quem iam in praesentia, imo etiam tum temporis, quum prima fundamenta iacerentur, Dominicum vniuersi appellabant: Sentio tibi tuum locum magis probari, recidendo enim hoc ipsum significas. At hoc ipsum (inquit aduersarius) in Ecclesiis faciendum erat: verum omnes, ut dixi, parue nimis & angustae erant, pro tanta multitudine populorum, deinde preces faciendae erant. Quid ergo rectius particularim & dissociatim, vna cum periculo elisionis populum synaxes facere, an potius ut in locum omnium bene capacem conueniat, & vnam eandemque sine dissimilitudine vocem reddat? Certum id rectius est, quum id concordiam vnanimis multitudinis ostendat, & Deum ad exaudiendum promptiorem habeat. Na si pro ipsius Saluatoris pacto in consensu duorum, quodcumque petierint, fiet, quid igitur futurum, ubi ex tot tantisque populis in vnum congregatis, vna vox respondeatur acclamationum, Amen? Quis hoc ipsum non admiratione prosequatur, aut non inter felicia praedicet? quum videat tantam multitudinem in vnum locum conuenire? quid gaudij ibi ex mutuo inuicem conspectu, antea solitis in diuersa loca dispersi? Omnibus certe, praeter vnum calumniatorem hoc ipsum dolentem, incredibili laetitia fuit. Superest igitur, ut anticipem, in quod ille dentem figere possit: obicit enim in suis calumniis, opus nondum dedicatum fuisse, ac proinde illegitime ibi preces conceptas. Dominus tamen in contrarium praecipit, quum dicit: Tu autem quum orabis, ingredieris in penetralia tua, & occludes fores tuas. Quid mihi ergo loquitur calumniator? vel quid potius prudenter & verum Christiani dicant? attendendum est, hos tibi consulendos interrogandosque puta, non autem obrectatores, quum de iis scriptum sit: Stultus tibi stulta loquetur: de istis autem praecipitur: Ab omni sapiente accipe consilium. Nam quum ceterae Ecclesiae angustae essent, & tanta vis populi ingrueret, eo que deuenit erat, ut in solitudine vellet secedere, quid mihi, quae, agendum fuit, solitudo cuius patebat, nec foribus quenquam submouere poterat. Dominicus autem locus, quia parietibus communitus, valuis foribusque instructus, diuortia intra sacra & prophana facere poterat,

Constans

Synaxis in Deum studio approbasset populorum alacritatem, & deuotionem, mihi que veniam dedisses non impediendi tantorum populorum preces.

Sanctum, ut populus audiret hanc acclamationem, Amen: in solitudine, an in templo, quod iam Dominicum appellabatur?

An synaxes faciendae in ecclesiis nimirum paruis.

Concordia multitudinis Deum facit ad exaudiendum promptiorem.

Obiectio.

Matth. 6.

Esai. 32. Tob. 4.

Responsio.

nōne quisque cordatus optime Imperator, vna tecum hunc locum potius delegisset, vbi sciebat fas, piūque esse preces facere, & illic periculum confuſionis esse? Quæ necessitas tum demū recipi debebat, si populus precaturus nusquam sedes, nisi in desertis haberet, quod Israelitis in solitudine necessum fuit, quibus tamen etiam postquam tabernaculum factum erat, certus locus habēdis orationibus descriptus fuit: Ecce Domine IESU CHRISTE, rex regum, Fili Dei vni genite, Verbum & Sapientia Patris, reus agor, quia tuam misericordiam populus tuis orationibus conuenit, & per te tuū Patrem Deum omnium implorauit, idque pro salute famuli tui pientissimi Constantij. Sed tamen gratia sint tuæ bonitati, quod de precibus populi, & de tuis ritibus in crimen vocor, quum multo grauius accusandus fuisset, & in certa veraque culpa, si loco, quem edificabat Imperator, præterito, solitudinem ad publicas preces delegisset, quæ tum verba accusatoris fuissent: quàm grauis & multæ fidei videri potuisset, si oblatrasset, eum locum à me contemptum fuisse. Incredibile est, quàm hoc illi præter spem accidit, quæ mihi alioqui ludibria fecisset, & quantopere inter prætereundum digito ostendisset, & deserti importunitatem, & Domini loci habitatem, crimini vertens, quod tam celebri loco publicas preces auertisset. Hæc animo paraturiebat, huius rei occasionem quærebat, & non quæsitam dolet, ac proinde exclusus veris criminibus, ad inania figmenta verborum delabatur. Nam si mihi istiusmodi exprobraret, pudore, silentioque me perfudisset: id quia non licet, diaboli moribus vitur, obseruatque precantium orationes, mireque errat in legēdis Danielis verbis. Persuasit enim sibi homo vecors & incitus, sub te vim barbariēque Babylonicam vigere, nihil sentiens quàm esses amicus Danieli, cum quo idem numen colis, nec te interdiceret orationes, sed quam maximè omnes orare velle, quippe qui compertum habeas, omnium vota precēque id expetere à Deo, vt saluus sis, & perpetuo in pace regnes. Ego igitur non immerito hoc genere expostulationis aduersus obrectatorē meum vtor. Tu tamen interim Deo, dilectissime Auguste, viuas per multos annorum recursus, & solennia dedicationis perficias. Preces enim omnium pro tua salute factæ, nihil impediunt Encæniorum festum, ne mihi talia falso obblaterent rudes incitiq; homines, sed è Patribus cognoscant, legantque Scripturas, vel potius à te ipso discant: Es enim literarum cultor: Iesum Filium Iosedech sacerdotem, & fratres eius, & Zorobabilem Salathielis sapientem illum, & Esdram simul sacerdotem & scribam legis, quum templum post captiuitatem ædificaretur, & instaret Festum Tabernaculorum, quod & magnum imprimis est, & publicis conuentibus, & precibus celebratur in Israël, populum vnanimiter cōgregasse in vestibulo spacioſo, quod est ad Orientem, altare Domini præparasse, oblationes fecisse, ibique hoc festum celebrasse, ac deinde secundum sabbatum & nouiunium victimas mactasse, populūque suas preces obtulisse. Discretè loquitur Scriptura, simul cum & ista fecisse, & templum Domini ædificasse, quin ædificatio domus illis ad istum modum precantibus, mirifice proficiebat, neque ob expectationem Encæniorum preces impedimentum sentiebant, quo minus po-

pulus sua vota conciperet, ac deinde post plenam templi exædificationem Encæniis opera data est, & donaria sua ad sacra Encæniorum obtulerunt, atque ita initia, & quali natales absoluti, dedicatiq; templi celebrata sunt. Idem illud & à beatæ memoriæ Alexandro, aliisque patribus actum est, qui populi conuentus habuere, & absoluto opere agēdis Deo gratis dedicationem celebrauerunt. Huius ergo dedicationis te literarū studiosissime Imperator, auctorem esse oportet. Locus enim ille exædificatus, præsentiam tuæ pietatis requirit. Hoc enim solum ei deest, ad plenum ornatum. Hoc igitur vt adimpleas, vt vota tua Domino, cui hanc domum construxisti, reddas, omnium vota & optant, & suspirant. Age iam cum tua bona venia inspiciamus ad respondendum ad aliam calumniā. Audi enim sunt inter crimina iactare, quod tuis mandatis, quibus iniunctum volunt, vt Alexandria excederem, non obtemperauerim. Miror eos calumniis non delasari: sed quia defatigari non possunt, æquum ergo est, vt nec ego defatiger: quanto enim plures mei extiterint purgationes, tanto magis illi terrores apparebunt. Nequaquam restiti mandatis tuæ pietatis, minime gentium, absit, non enim ego is sum, qui vel Quæstori ciuitatis restitero, nedum tanto Imperatori. Et bene, quod aduersus hanc calumniā plurimis abundo defendēdi rationibus. Vniuersam enim ciuitatem testem habeo, veniam igitur dabis, vt totum negotium, ab initio vt gestum est, retexam. Sat scio, admiraberis sycophantarum temeritatem. Venit Montanus Palatinus cum huiusmodi epistola, quasi ego scriptis meis à te ius in Italiam abeundi postulasset, ad ea instauranda, quæ ibi deficere videbatur. Tuæ quidem pietati gratias ago, quod ad scripta aliena, quia mea putabas, annueris, curamque itineris mei, vt id quam commodissime fieret, susceperis. Miror tamen interim eos sine vlla abominatione & horrore mendacij, ita falsa ad tuas præsertim aures potuisse dicere, quum mendacia patrem diabolū habeant: iique qui mentiantur, alieni sint ab eo qui dicit: Ego sum veritas. Nihil enim huiusmodi scripsi, neque vnquam talem epistolam, quæ quidem mea sit, aduersarius inueniet, etiam si quotidie literas misero, vt bonum illum tuum vultum conspiciam, imo nec fas est Ecclesiam relinquere, aut tuæ pietati molestum esse, maxime quum etiam absentibus nobis in Ecclesiasticis postulationibus annuas. Quæ enim Montanus attulit, si iubebis epistolam recitari, talia esse deprehendes. Vnde autem hæc epistolam naeti sint accusatores, quis ipsis dederit, libenter cognoscere, iube, quæso, vt tibi respōdeant: nam plane cognosces eos eadē fide hæc finxisse, qua calumniā de abominando & diro Magnentio. Iam etiam hic deprehensi, ad quam nos denuo pertrahent necessitatem respondendi: id enim meditantur, & studio habent, vt omnia moueant, & perturbent, fortasse ea spe, quod te, multum obganniendo, aduersum nos irritare possent credant. Atque eo ipso digni sunt, quos auerferis, odioque habeas, quod quales ipsi sunt, tales etiam suos auditores æstimant, persuadentque sibi calumnias apud te plurimum valituras, exemplo à Doce mutuo, cuius insidiæ contra sacerdotes plurimum valere, sed auditor ibi Saul ille iniustus fuit. Iesabelis quoque, itidem calumniæ, noxam religiosissimo Nabuthæ intulerunt, verum & ibi

Certus locus orationibus habēdis conſtituendus.

Calumniatoris mos.

Constantinus Danieli amicis. Cōclusio.

3. Esdr. 5.

Exempla.

Quarta accusatio.

Montanus Palatinus ad Athanasium missus.

Mendacium patris diaboli. Ioan. 14.

Ecclesia relinquere non licet.

Aduersariorum tentio. Calumniatores læge a primariis sunt propulsi.

1. Reg. 22. 3. Reg. 21. & ibi

& ibi Achab ille malus & preuaricator aurem prebuit. Contra sanctissimus ille Dauid, cuius te imitatore pro omnium votis esse decet (id enim nemo non optat) istiusmodi homines ad se nequaquam admittit, sed vt rabiosas canes auerſatur, ita dicens, Detrahentem clanculum proximo suo perſequebar. Seruabat enim præceptum hoc: Non recipies rumorem vanum. Sed bene, quod & istorum oblatratus vani & irriti apud te fuerint. Postulasti enim & tu à Domino, quemadmodum Salomon, & postulatū obtinuisti. Cede mihi, nam par est te id credere, vt falsus sermo à te procul haberetur. Quapropter & ego, quoniam per calumniā epistola subiecta erat, nec imperabat quicquam de itinere incundo, satis intellexi non fuisse tuæ voluntatis, vt ad te protectionem instituerem. Non enim ita scribebas, tanquam qui venire iuberes, sed ideo mihi protectionem concedebas, quod ego hoc literis meis postulasset. Hic etiam si omnes rem silentio premant, manifesta tamen res est, id ex animi tui sententia scriptum non esse, sed alienæ voluntati hoc ipsum petenti indultum, quod & omnes arbitrati sunt, & ego scriptis præ me tulli. Scitque ipse Montanus me non protectionem detrectasse, sed inhonestum mihi visum fuisse eo nomine iter arripere, quasi ego de aduentu impetrando literas misisset, simul veritus ne hic quoque sycophantæ occasionem inuenirent, quod molestior essem tuæ pietati. Certè me protectioni adornabam: nam & huius quoque rei conscius est Montanus, vt literis tuis acceptis, si dignatus fuisset scribere, statim decederem, & promptitudine obsequendi, mandatum tuum anteuenerim. Non enim ita insanio, vt istiusmodi præceptis contradicendum putarim. Quum igitur nihil scriptum esset à tua Maiestate, mihiq; nihil iniunctum esset, vbi quæso mandatis restiti, aut qua fronte dicere possunt, me non obsequutum imperiis fuisse: Porro si nihil in mandatis erat, quid causæ est, vt huic calumnia abesse existimetur, præsertim quū id fingant factum esse, quod factum non est? Vereor ne hoc quoque quod dignatus sum respondere, ad calumniā detorqueant, tantopere & ego expositus sum obrectationibus, & tam prompti sunt illi ad criminationes texendas, & ad Sacram Scripturam, quæ ita loquitur, contemnendam: Non ames obloqui, ne extollaris. Quum igitur aliud Mōtanus profectus esset, superuenit Diogenes notarius, post sex demum & vigesimum menses, qui ne ipse quoque epistolam exhibuit, aut sub mutuum conspectum venit: neque tanquam mandatum haberet, quicquam mihi præcepit. Quin quum ipse Syrianus, exercitus ductor, Alexandriam ingrederetur, & quædam ab Arianis iactarentur, qui sese quod liberet, acturos denunciabant, quærebam num istiusmodi literæ, quales illi iactarent, allatæ essent. Literas enim mandati tui (fateor) ab illis deposcebam: postquam ipsi eas se habere pernegarent, postulabam vt saltem vel ipse Syrianus, vel præfectus Egypti Maximus, mihi id ipsum suo scripto iniungeret, postulabamque id ea de causa, quod tua humanitas in suo diplomate veterat, ne quis me turbaret, vt que ego negligenter aliorum terrores, & securiter in Ecclesiis permanerem. Qui autem huiusmodi diplomata ad me detulerunt, Palladius est olim Pallatij magister, & Asterius dux Armeniæ.

psal. 100

Cōclusio.

Athanasius obediens Constantino.

Cōsuetudo.

Diogenes notarius.

Syrianus Egypti præfectus.

Palladius Asterius.

Exemplar autem literarum quod tale est, velim mihi liceat cum tua venia recitare.

CONSTANTIVS VICTOR AVGVSTVS, ATHANASIO.

OPTASSE me semper omnia fausta & læta fratri meo, Constantine tuam quidem conscientiam latere arbitror, quem cum indignissima fraude sublatum cognouissem, quo mœore perfusus fuerim, facile tua prouidentia iudicauerit. Verum quoniam non desunt istis temporibus luctuosus, qui te fabulis rumusculisq; perterrere studeant, visum est nobis has literas ad tuam reuerentiā mittere, vna cum his admonitionibus, vt quemadmodum Episcopum decet, ad legitimam religionem, deuotionemque populum conuenire, vt sedeas, & in eo conuentu, vt in more est, nobisq; placet, precibus indulgeas. Quantum verò ad nostram animi sententiam spectat, volumus te semper in tuis sedibus Episcopū permanere, Et rursus alia manu, Diuinitas seruet te plurimis annis Pater dilectissime.

Cōstans Cōstantij frater.

Athanasius à Constantino in episcopali sede confirmatus.

Constantij Epistola finis.

DE hac epistola & illi cum iudicibus disceptabant, & nos eam manibus præferebamus. Quid igitur? an non merito ab illis diplomata postulabam? nec eorum simplicibus verbis obſequebar? Illi igitur, quum non ederent, neque proferrent mandatum tuæ pietatis, nōne plane & directe contra iussa huius deplomatis agebant? Ego igitur, quum illi literas nullas exhiberent, probe mihi colligere, & ratiocinari videbar, ipsos nihil, nisi sua verba adferre, præsertim cum tuo diplomate iubebar, ne quid istiusmodi curarem. Iure igitur hoc feci, religiosissime Auguste, vt quemadmodum cum epistolis tuis ingressus essem in patriam, ita acceptis tuis mandatis è patria discederem, quo non vt fugiens Ecclesiam, reus culpabilisque haberer, sed vt ex mandato tuo haberē causam decessionis. Idemque omnes populi cum presbyteris, & maior pars ciuitatis, ne plures nominem à Syriano, quem ea de causa adierant, postulabant, quo tempore ibi etiam aderat Maximus Egypti præfectus. Postulatio autem istiusmodi fuit, vt vel scripto, vel verbis ederent, quid vellent, aut ne Ecclesias interea turbarent, dum ipsi populi ea de re legatos ad te mitterent. Ista, quum diu multumque à Syriano, non ignaro quam æqua peterentur, postularent, confirmavit id se facturum, idque iureiurando cum attestatione tuæ salutis. Istis, dum fierent agerenturque de ea re ad tuam Maiestatem deferenda, interfuit Hilarius, consciusque eius rei est cohors præfecti Egyptiaci, & verba quibus res acta est, apud Britanni ciuitatis conseruantur, vnde facile intelliges, nec me, nec quempiam alium, tuis iussis contradixisse, sed omnes tuam voluntatem in tuis scriptis voluisse videre, dicta scriptaque Imperatoris pari pondere æstimanda sunt, quum is qui ea reportat, libere se ea in mandatis, habere profiteretur. Verum quum illi neque iniunctum sibi manifestè assererent, neque scriptis ederent quod imperabant, sed omnia ita instituerent, vt appareret eos suo nomine & autoritate id agere, fateor citra omnem dissimulationem, cœpi eos habere suspectos, & impri-

simile.

Maximus Egypti præfectus.

Hilarius.

Dicta scripta Imperatoris esse aequalia. Legatos cōstantij sine suspectos habuit Athanasius.

quodque cum iis & epulas & consilia inirent, nihilque propala, & synceriter agerent, sed dolos tantum & insidias necerent, nec quicquam tanquam pro edicto Imperatoris agerent, sed prout ab inimicis rogaretur, necessario me eo contuli, ut diplomata ab iis in rebus suspectis postulare. Id quoque angebat animum meum, quod indecorum arbitrabar, quum tot diplomatibus Ecclesiam ingressus essem, sine diplomatibus inde discedere. †Syriano igitur hanc rerum quietem, tranquillitatemque promittente, conuentus omnium cum gaudio & securitate in Ecclesiis fiebant, quo tempore, quum subitò Syrianus cum militibus in Ecclesiam irrupit, assidui in precibus eramus, in tali enim habitu, me dum irruptio fieret, conspicati sunt, & quia ad proximam synaxim ab omnibus in vigiliis pernoctabantur, ea quae Ariani voluere, designata sunt: ij enim & cum duce exercitus semel venerunt, iidem consuasores auctoresque erant illius irruptionis. Neque est, ut incredibile putes, religiosissime Imperator, quum nec ipsi latuerint, & res ubique vulgi sermionibus iactata sit. Ego igitur visa istius modi impressione, primum admonui populum ut discederent, quibus digressis, tum demum auxiliatore & duce Domino Deo, quod ab omnibus qui aderat, conspectum est, †abitionem inde molitus sum. Ac iam inde in solitudine verfor, sed non sine fiducia mei, primum apud deum, deinde apud te excusandi, si quis me accusare velit, quod fuga populū deseruerim, quum testem pro me habeam, vel ipsum persecutionis ducem. Cuius facta, quotquot sunt, homines mirantur: oportuit enim aut abstinere eum à promissis, aut promissa non frustrari. Quid causa fuit, cur hoc consilium susciperet, aut cur libuit per dolum insidias tentare, quod in eius potestate erat vnico dicto in scriptis compreheso à me impetrare, quum principis iussum magna fiducia & potestate nitatur. Contrà, affectatio latitadi euidentiorem suspicionem facit, eos nullum à te mandatum habuisse. Quid iniqui ab illo petebatur, Imperator syncerissime? quis non dixerit istiusmodi postulationem in Episcopo æquam esse? Ecclesia non deserenda ab Episcopo. Nosti ex lectione Scripturarum, quanti sceleris sit, Episcopum Ecclesiam suam deserere, & negligere gregem Dei. Pastorum enim absentia, lupis inuadendi gregis occasionem praestat. Cæterum, Ariani, & reliqui hæretici, per nostram absentiam, locum, opportunitatemque venabantur, ut populum ad impietatem seducerent. Si igitur fugissem, quam excusationem apud veros Episcopos, vel potius apud eum, qui mihi huc gregem concredidit, habuissem? Est autem ille iudex omnium terrarum, verus & ubique Rex, Dominus noster Iesus Christus, Filius dei, quomodo non merito ea negligetia populorum mihi imputata fuisset, quomodo non & tua pietas merito his verbis obiurgasset: cur tu cum diplomatibus in Ecclesiam intromissus, sine diplomatibus egredieris, populosque destituis? quomodo non & ipse populus in die iudicij, incuriam sui in me coniecisset, dicentes: is qui Episcopi munere fungebatur, nobis neglectis, adeo ut non esset qui nos admoneret, fugam iniit. Si hæc dicerent, quid responderem? In hoc genere culpæ veteres apud Ezechielem pastores fuerunt. Id quum sciret beatus Paulus, vnicuique nostrum in discipulo suo præcepit, dicens: Ne negligens sis

† Irruptio
ne nocturnam à Syriano facta in ecclesia Athanasij.

† Aliis fugam, Cur fugam arripuerit Athanasij?

Stadium promissis. Syriani dolus.

Ecclesia ab episcopo non deserenda. Absentia pastoris quantum obicit.

1. Tim. 4

gratiæ tuæ, quæ data est tibi, cum impositione manuum presbyterij. Id & ego metuens, fugere nolbam, sed ex decreto tuæ Maiestatis, voluntatem tuam cognoscere studebam, sed neque tum accepi, quod iure postulabam, & iam in presentiarum nulla alia de causa accusor: non enim restiti decreto tuæ pietatis, neque Alexandriam ingredi conabor, quam diu id per tuam humanitatem non licebit, idcircoque hoc ipsum maturè denuncio, ne vel hinc quoque crimen concinnent sycophantæ. Hæc, quum mihi in oculis essent, nihil mihi mali conscius, ad pietatem tuam cum hac defensione properabam, ut qui non ignorarem tuam Maiestatem in memoria habere suas certissimæ fidei promissiones, simulque confidens, iuxta prouerbiū, apud regem acceptabiles esse iustas verborum rationes. Iamque mihi iter ingredientij, relicto eremo fama derepente aduolat, quæ, quum principio falsa videretur, postmodum tamen vera deprehensa est. Vbiq; enim iactabatur Liberium Romæ Episcopum, & Hispaniarum magnum illum Osum, Paulinumque; item Galliarum, Dionysium quoque; & Eusebium Italia, Luciferum Sardinie Episcopos, aliosque coplures vnacum presbyteris & diaconis in exilium exterminatos esse, eò quod contra nos subscribere recusassent, Et hos quidem in exilium eiectos esse: Vincentium autem Capuæ, & Fortunianum Aquileiæ, & Ireninum Thessalonica, cæterosque; in Occidente Episcopos, vim non vulgarem, grauesque contumelias passos esse, donec permitterent sese à nostra communione abstinere. Hæc, quum ego admirarer, & in iis cogitatione perplexus hærerem, ecce denuo alia atrox fama de Ægypto & Lybia nobis ad aures allabatur. Episcopis prope nonaginta pulis, Ecclesiisque; professoribus Artij traditis, sedecim in exilium actis, cæteris deinde aut fugatis, aut ad simulationem hæreseos coactis, summam illatam fuisse persecutionem. Siquidem quum Alexandriæ per diem Paschæ in Dominicis templis, locisque; desertis, iuxta cæmeterium, in orationibus hererent, Tribunus militum, tribus armatorum millibus succinctus, gladios, telaque ferentibus, impressionem in Christianos fecit, cæteraque deinde consecuta sunt, quæ in tali incurfu fieri solent, eamque vim in fœminas quoque & pueros nihil aliud quam in Deum orantes, illatam esse. Præstiterit fortasse omittere eius rei expositionem, ne vel sola eius calamitatis mentio omnibus lacrymas excutiat. Tanta siquidem immanitas fuit, ut & virgines denudarent, corporaque; plagis interfectorum, aliquandiu reddere ad sepulturam negauerint, sed foris obiiceret canibus, donec depensa ingenti multa claculum à necessariis subducerentur. Magnus ibi in distinguendis cadaueribus labor, eò quod nemo suos agnosceret. Cætera quæ facta sunt, quancquam fortasse incredibilia, & tam terra, ut sensum audientis obstupesciant, tamen vel eò narranda existimo, ut tua Christianissima cura, & pietas in Deum, certo intelligat, criminationes meæ, calumniisque, non alio fine institutas esse, quam ut nobis ab Ecclesiis expulsis, suam hæresim in Ecclesias immitterent. Nam posteaquam ex veris senibusque Episcopis, alij in exilium deportati essent, alij metu fugati, Ethnici homines, catechumeni primariisque decurionum, & quicquid fama opulentie notus erat, ad spem Episcopatus, pro Christiana religione Arianismum profirebantur. Neque

Athanasij per omnia sequens constantio.

Liberius, Osim, Paulinum, Dionysium, Eusebium, Luciferum, episcopos exiit pulsi.

Episcopi Ariani traditi.

Persecutio in Christianos facta.

Ariani immanitates.

Episcopi calumniati.

1. Tim. 3. Neque deinde, ut Apostolus præcepit, quæsitum, si quis esset irreprehensibilis, sed iuxta scelera impiissimi Hieroboam, si quis plus pecuniæ offerret, nomine Episcopi honorabatur, neque apud illos vllò in discrimine erat, siue ethnicus esset, siue non, modo aurum daret. Atque ita Episcopi & monachi, & deuotarij, ab Alexandria profligati sunt. Illi vero callidi in sycophantiis, corruerunt quantum in ipsis fuit, Apostolicam ordinationem, & Ecclesias contaminauerunt, illorumque calumniæ tantum profecerunt, ut licuerit ipsis leges violare: talia sub te ruisque temporibus designauere, ut ad illos hoc ipsum pertinere videatur, quod scriptum est, Væ per quos nomē meum blasphematur inter gentes. Hæc, quum fama vulgarentur, rebus fursum deorsumque iactatis, ne sic quidem destiti à mea alacritate, sed æque ad tuam pietatem tendebam, idque eò studiosius, quod ista considerem incio te fieri, ac ubi scires, intercessurum, ne fiant. Non enim est pij regis, ut velit Episcopos exterminari, virgines nudari, totas Ecclesias perturbari. Verum nobis ita cogitantibus & inceptum iter vrgētib; ecce tertia denuo allabatur fama, scriptum Tyrannis in Auxomei, ut Frumentium Episcopum Auxumis abducerent, ac me vbicunque etiam apud Barbaros perquirerent, & ad custodias præfectorum, quæ commentaria nominantur, deportarent, populosque & clericos ad communionem Arianæ hæresis cogent, eosque qui hic non obtemperarent, interfici curarent. Quæ res non verbis tantum iactata, sed opere quoque completa fuit. Cæterum, quia tua humanitas hoc mihi concedere videtur, en tibi epistolam, quam illi assidue recitantes, nulli non inortem denunciabant.

Ariani apostolicam traditionem corruerunt quomodo. Esa. 52.

Pij Regis munus.

Fruentium.

Christiani ad communionem Arianorum coacti, et eam refugietes interfecti.

Antigraphum Epistola.

VICTOR CONSTANTIVS MAXIMVS AVGVSTVS, ALEXANDRINIS.

CVITAS quidem vestra patrio more, nec immemor virtutis conditorum suorum, docilem se, obsequentemque, uti solet, etiam nunc in presentia præbuit. Nos vero nisi Alexandrum benevolentia in hanc urbem vestram luce perstringamus, obscuremusque, non mediocriter nobis peccare videmur: sicut enim temperantia proprium est, ut modestam se per omnia præbeat, ita regia virtutis vestra est (sine quaeso me ita loqui) præ omnibus in gratia & amore esse, eò quod & primi sapientia interpretes constitueritis, primi; Deum, qui est, agnoueritis, simulque; interpretibus delectis, nostroque suffragio vltro recepto, & impostore, circulatorique reiecto, viris grauib; omni; admiratione maioribus iure adhaeritis. Nam cui extremi orbis incolæ ignotum est, quanta sit in istis rebus adhibita industria, ita ut nescia quid ei comparari possit? Siquidem plerique in hac vrbe cæcutiant, rerumque potiebatur homo ab infimis barbaris emerfus, qui quasi in tenebras cupidus veritatis, ad mendacia abducens, non frugi sermionibus sed prestigij animos corrumpebat. Assentatores igitur acclamare, applaudere, aliosque admiratione percellere, quos adhuc intra dentes mullitare verisimile est, simpliciores vero ad istorum hominum dictata viuere, resque publica quasi æstu rapi,

simile.

omnibus tanquam si diluuium inundasset, contemptis, isque; vir multitudini præerat, qui (ut quam verissime dicam) nihil à cerdonibus differebat, cui eadem causa vnica contentio cum ciuitate fuit, quoddam in barathrum deiicere non posset. Atqui præclarus ille & egregius vir se sistere ad causam dicendam minime ausus, quasi iudicio condemnatus, vltro in exilium abiit, quem etiam ex re Barbarorum est è medio tolli, ne etiam illos, dum ut quisque ei primum obuius est, quasi in scena lametans impietatem condocefaciatur. Ille igitur in longum valere iubebitur. Vobis autem conuenit cum paucis sociari, vel potius solos, omnes alios grauitate antecellere, quum virtute & mente tantopere abundetis, quantum ipsa facta clamant, quæ per vniuersum prope orbem deprædicantur, maeste prudentia. Vt iam detur mihi ut & secundo tot nuncios de vestris laudibus, præconiisque magnificis audiam. O qui & maiores industria obscuratis, et posteris vos præclarum exemplum relinquitis: quique soli ducem verbis factisque præstantissimum delegistis, idque sine vlla vel ad breuē tempus addubitatione. Ergo animosè ab humilibus istis & terrenis deficientes, ad cœlestia euehamini, duce itinerisque comprobante reuerendissimo Georgio, viro in huiusmodi rebus omnium mortalium exercitatissimo, cuius opera & in futurum cum optima spe agetis, & in presentia sine difficultate viuetis. Vtinam publice omnes in hac vrbe ab eius voce veluti à sacra anchora pendeat, ne sectionibus & adustionibus aduersus eos indigamus, quorum mentes corruptæ sunt, quibus quam maxime denunciamus, ut abstinent ab Athanasij studio, neue recordentur superflua illius garrulitatis, alioqui sero sentient se summis periculis obnoxios teneri, ex quibus haud scio, an quisquam eloquentium scditiosos illos eripere possit. Siquidem absurdum esset, perditissimum Athanasium & de turpissimis sceleribus conuictum, quibus nunquam par supplicium luerit, etiam si decies occidatur, solum ex solo vertentem, in alias perpetuo sedes depelli, & eius assentatores & ministros, homines præstigiatores, talesque, quos nefas sit nominare, sinere hic turbas facere, de quibus iam pridem iudicibus præceptum est, ut eos occidant, qui fortasse ne sic quidem perituri sunt, si mature à prioribus delictis resiliant, & tandem ab iis transfugiant, quibus sceleratissimus Athanasius se ducem præbuit, qui Reipubl. nocuit, & sanctissimis hominibus impias & nefarias manus attulit.

Gregori capadox s. Athanasij successor.

Athanasij doctrina respuit Constantium.

HÆC ADVERSVS FRUMENTIVM EPISCOPVM

AVXVMEOS, TYRANNIS eius loci, scripta sunt.

MAGNO nobis studio & curæ est optimi cognitio: arbitraber enim hoc genus solertia & diligentia omnibus mortalibus æquè impertiri debere, quo talia de numine sentientes, vitam cum spe transigant, sine controuersis dissensionibusque de vero & iusto: hac igitur cura, quum & vos prosequi dignamur, paria cum Romanis impertientes, vnum cum illis in Ecclesiis dogma retinere iubemus. Quapropter Frumentium Episcopum quamprimum in Ægyptum demittite, & venerabilissimū Georgium, & alios per Ægyptum exulantes.

Fruentium in Ægyptum exulatus.

Frumentium à D. Athanasio cooptatus episcopus.

Episcopos, qui in creandis diiudicandisque; Episcopis, summam auctoritatem habent. Scitis & meministis, nisi eorum quæ publice constant, ignorantiam simuletis, Frumentium ab Athanasio homine omnibus malis obnoxio, in hunc ordinem vitæ cooptatum esse, qui, quum ex omnibus criminibus iure ipsi obiectis, nihil prorsus diluere posset, excidit statim à sua Cathedra, & vt in vita, ita in locis omnibus errabundus solum semper ex solo vertit, quasi mutatis sedibus scelera sua effugere posset. Si igitur sponte obtemperat Frumentius, rationesque det de vniuersa seditione, certum est apud omnes eum nihil à legibus Ecclesiasticis, fideque quæ nunc obtinet, dissentire, cumque iudicio accepto, rationibusque vitæ redditis, ab illis, penes quos est harum rerum auctoritas & censura, Episcopum constitui debere, si modo ipse reuera se & iure Episcopum videri velit. Quod si procrastinationes aucupetur, iudiciumque fugiat, euident omnino documentum est, eum sceleratissimi Athanasij verbis inductum, impie aduersus Deum agere, quum eodem modo in sceleribus, quorum ille conuictus est, pergat, periculumque est ne peragrata Auxumi, vebrates nefarias & impiis sermonibus eorumpat, nec solum Ecclesias confundat, ac turbet, & in summum numen blasphemias dicat, sed ne singulis quoque gentibus vastationem, excidiumque conciliet. Certus enim sum eum, vbi aliquid addiderit, comparata ingenti in publicum vtilitate ex venerandi Georgij familiaritate, & cæterorum qui doctrina pollent, ad suas sedes reuersurum esse, vtpote iam exactè in disciplinis Ecclesiasticis eruditum. Deus vos seruet fratres charissimi.

Huius Epistolæ finis.

Hi s ego auditis, & per eorum lacrymas, qui ista recensebant, visis, fateor quod res est, in eremum me retuli, id ipsum cogitans, quod & tua Maiestas videt: in eo ipso ad te perueniendi esse impedimentum, quod ideo quærebar, vt ad præfectos abducerer: Nam si contra me subscribere recusantes, talia tantaque passi sunt, laicisque, qui noluerunt cum Arianis communicare, mors imperata est, cui dubium, quin sycophantæ in me nouas & infinitas species occidendi moliti essent, post mortem meam in quos, & quod libitum fuisset, acturi, maioraque aduersus nos mendacia conficturi, vtpote securi liberi; ab omni reprehensore. Non enim metu tuæ pietatis fugi, sed quod eorum furor ex actis ipsorum cognitum haberem, cogitaremque eos, ne, de iis quæ præter animi tui sententiam gesserant, conuinci possent, quiduis, vt me occiderent, ausuros. Ecce enim quum tua humanitas non vltra quam extra ciuitatem, prouinciãque suam Episcopos euocari insserat, isti præclari viri supra mandatum tuum temerarij, longius quam vltra tres prouincias, in loca deserta, insolita, horribilia, homines senes, & annosos Episcopos ciecerunt. Alij enim ex Lybia, in magnam Oasim, alij ex Thebaide in Ammoniacam Lybiæ deportati sunt. Neque, rursus, formidine mortis, me in fugam dedi, ne quis me timiditatis accuset, sed vt Saluatoris præcepto obtemperarem, cuius mandatum est, vt contra persecutores fuga, contra indagatores latebris vtamur, ne si nos in apertum periculum offeramus, acrius prouocemus persequetium furorem. Siquidem in

Cur fugerit Athanasius.

Fuga in persecutio nibus à Christo concessam.

æquilibrium est, & se ipsum occidere, & se inimicis ad occidendum propinare: qui autem fugit, vt Dominus præcepit, is temporum articulos nouit, & verè suis persecutoribus cauet, ne vsque ad sanguinem fundendum euecti, rei fiant eius præcepti quod homicidium vetat: quàm autem nos perditos criminatores voluerint, satis constat ex iis, quæ denuo committunt, quibus studium suum, sanguinariãque voluntatem egregie produunt. Quæ, si audieris, religiosissime princeps, satis scio, magnopere admiraberis: audacia enim eorum talis est, vt nemo non obstupescat. Quanta autem illa sit, paucis quæso accipe. Dei Filius Dominus & Saluator noster IESVS Christus, homo propter nos factus, profligata morte, & asserto à seruitute & corruptione humano genere, inter cætera dona sua largitus est nobis in virginitate exemplar angelicæ sanctitatis. Certe puellas ea virtute præditas, sponsas Christi Catholica Ecclesia appellare solita est, quas Ethnici conspectas, vt templum Verbi admiratione prosequuntur. Nusquam enim alibi sanctum illud & cæleste æternæ virginitatis mandatum feliciter adimpletur, nisi duntaxat apud nos Christianos, atque in eo magnum documentum est, plane apud nos esse veram religionem. Has præ reliquis omnibus beatæ memoriæ religiosissimus pater tuus Constantinus Augustus in precio habuit, & tua religiositas sapius eas in suis scriptis preciosas & sanctas nominauit. Has nuper præstantes viri Ariani nostri scilicet calumniatores, insidiatoresque, vsi ad hoc & Episcoporum opera & ministerio iudicum, detractis vestibus denudarunt, & ab hæremitariis suspenderunt, lateribus earum ita iam tertio laceratis, vt nunquam quicquam tale, ne facinorosissimi quidem homines sint passi. Pilatus enim, qui inseruiebat per id temporis Iudæis, lancea vnum latus Saluatoris perfodit: isti autem rabie sua Pilatum vicerunt, quum non vnum latus Christi, sed vtrumque lacerarint: membra enim virginum præcipua & propria Christi sunt. Omnes certe, quotquot scelera ista audiunt, vel ad solam famam exhorrescunt. Isti soli nihil veriti sunt denudare & lancinare impolluta membra, quæ puellarum æterna virginitas Christo dedicauerat, & quod terretimum est, si quando male audirent, & conuiciis ob tantam crudelitatem pulsarentur, pro erubescencia, qua tingi debuerant, causificabantur sese id tuo iussu & imperio perpetrasse: tanta illis audacia est & improbitas ad omne facinus. Nihil certe in persecutionibus tale quid gestum esse audimus: quod si tale quid gestum reperiatur, non decuit tamen sub te Christiano principe virginitatem istius modi contumeliis exagitari, aut tantam crudelitatem tuæ Maiestati imponi & adscribi. Talia enim scelera impietatis in Filium Dei, & in consecratis eius virgines, hæreticis conueniunt. Quo tempore igitur talia scelera ab Arianis designabantur, nihil à me erratum, quod obtemperauerim Sacræ Scripturæ, ita loquenti: Sed abscondare aliquantisper, donec transeat furor domini. Abdidi igitur denuo me ipsum, religiosissime Imperator, neque piguit me in solitudinem abire, neque si necessum sit, in sporta è mœnibus demitti. Omnia enim sustinui, & cum feris habitavi, vt interim & vos transiretis, & istorum, quæ nunc scribo, idoneum tempus adueniret, nihil addubitans, quin futurum esset, vt aliquando

se occidere & inimicis ad occidendum offerre idem

veritas

virginitatis laus

Constantini

virginitatis laus

Arianorum

Arianorum

Esai. 2. D. Athanasij

nasij

& hi calumniatores agnoscerentur, & tua humanitas elucesceret. Quid & religiosissime princeps Auguste, maluisse à me fieri in tanta seuitie calumniatorum, nihil nisi necem meam omnibus rationibus molientiam, an ne id quod scriptum est: Abscondare paulisper, vt interea teporis & sycophantas deprehensos hæreticos esse constaret, & tua humanitas, specimen sui exhibendi occasionem nancisceretur? an vt me iudicibus ingererem, vt illi ignorantia tua, nec intelligentes scripta tua, qui nihil præterquam terrere volebas, ad instigationes Arianorum, veluti ex edictis tuis, capitalem pœnam insererent, & eadem ita factam, tibi, tuisque literis imputarent? Neutrum certe oportuit, aut me transfugam fieri, & sanguinibus dedi, aut te principem Christi amantem in macandis Christianis, & præsertim Episcopis authorem ascribi. Rectius igitur fuit, vt & latebras vestigarem, & hanc temporis opportunitatem expectarem. Enimvero scio te, quum & Sacras Scripturas lectitem, annuere nostris rationibus, & nos in hoc genere facti probare. Ecce enim cessantibus illis, qui te irritabant, apparuit tua religiosissima mansuetudo, omnibusque innotescit, te ne antea quidem persecutum esse Christianos, sed illos esse persecutores, qui Ecclesias vastabant, vt suam vbique impietatem superfeminarent, eisdemque fuisse authores mei exilij, quorum insidijs iam pridem tentati sumus, ac proinde certum eos sine omni cura, de me apud Imperatorem mendacia dixisse, eosque qui tam facile tot scelera in Episcopos & virgines moliti fuerant, meam necem captasse. Sed gratiæ Deo tuo imperij datori: quod certi iam sint omnes, quanta sit & tua humanitas, & illorum malitia, neque alia ex causa profectum est, quod me ab initio fugæ mandarim, quàm vt te aliquando istiusmodi verbis, quibus nunc vtor, conuenirem, vt tu vicissim haberes occasionem tuæ humanitatis exercendæ. Obsecro igitur te, vt quem admodum scriptum est: quod responsio humilis iram auertit, & acceptabiles sint Regi iusti sermones, recipias hanc excusationem, & restituas patrii finibus & Ecclesijs omnes Episcopos, & reliquos clericos, quo & calumniatorum malitia euidentius appareat, & tu & nunc, & in die iudicij, libere Domino nostro & Saluatori, Regi regum Christo dicas: Ex tuis non perdidit quenquam, verum qui omnibus insidias fecerit, isti sunt: ego autem is sum, qui indolui super lancinatis & extinctis virginibus, cæterisque malis contra Christianos inductis, & exterminatos reduxi, & reddidi Ecclesijs.

Dari. Conclusio est qua docet se Res fugisse.

Persecutores qui.

Prout.

EIVSDEM APOLOGIA DE FUGA SVA, QVVM A SYRIANO DVCE PERSECVTIONEM PATIEBATUR.

VDIO Leontium Antiochenum, & Narcisum Neronopolitanum, & Georgium Laodicensem, reliquosque cum ipsis Arianos, multa de me obgannire, & crimen timiditatis opprobriate, quod quum ab iis ad necem quæreret, non me ipsi in deditioem obtulerim. Ad conuicia igitur eorum, & calumnias, quanquam multa, & quæ ab illis, vtpote sibi male consciis, negari non possunt, ad scribendum suppetant, non tamen animum inducam, vt quippiam aliud aduersus eos dicam, nisi

Timiditatis crimine ab Arianis Athanasio exprobrati.

Apostoli Verbum, mendacium esse ex diabolo, & conuiciatores, regnum Dei non possessuros esse. Sufficit enim mihi, quod hac re sese prodant, quod nihil secundum Euangelium, aut sapiant, aut faciant, sed pro libidine sua id opinentur quod velint. Cæterum, quia mihi timiditatis crimen affingunt, paucis scribendum est, ad declarandam eorum malignitatem, & quàm literas sacras, aut non legant, aut non credant eas diuinitus, & adspiratu numinis editas esse. Qui si iis fidem adhiberent, non tanta temeritate iis refragarentur, Iudæorum dominicidarum prauitatem æmulantes. Illi enim, quum iussum esset à Deo, Honorabis patrem & matrem, qui vero patri aut matri conuicium dixerit, morte moriatur: huic legi obrogare voluerunt, honorem in contumeliam vertentes, & argentum quod ad parentes spectabat, specie quadam permutationis auertebant: quumque in Biblijs legisent, quid à Davide actum esset, in contrarium tendebant, innocentibus criminatione infesti, dum eos qui spicas in die Sabbati vellebant, vituperationibus infestarentur, non quod illis cura aliqua Sabbati esset, qui iis diebus maiorem in modum præuaricabantur, sed quod per malignitatem animi, discipulorum saluti inuiderent, & quæ suæ sententiæ essent, pollere vellent: illi igitur stipendia suæ militiæ adepti sunt, prophani iam facti, appellati; principes Sodomorum, & populus Gomorrhæ. Sed enim & isti quoque non videntur minorem quàm illi pœnam accepisse, nimirum brutæ suæ vecordiæ ignorantiam. Non enim intelligunt quod dicunt, quin potius quod ignorat, id se scire arbitrantur, neque est alia in illis scientia, nisi malefaciendi, & indes peiora comminiscuntur, quippe qui fugam nostram (non quod velint nos fortes esse) vituperent, vnde enim inimicis tale votum, vt bene optent iis, qui non secum in prauitate consentiunt, sed ex malignitate animi tales bombos per simulationem castigandi circumstrepunt. Ideoque discursibus oberant, & specie amicitie præferunt, quum interim, vt hostes, ad perniciem nos quærant, auidi sanguinis nostri, & è medio tollendi cupidissimi, eò quod ab eorum impietate dissensimus semper, & perpetuo dissensuri sumus, eorum hæresim conuictam argumentis traducetes: Quem, quæso, in persequendo assecuti, non omnibus, quibus libuit, contumeliis vexarunt, cui non, cum quo illis similtas erat delapso in ipsorum manus, non eam vim adhibuerunt, vt vel miserè periret, vel vndecunque mutilaretur? Quæ à Iudicibus videntur fieri, ipsi reuera faciunt, quin potius sententiæ malitiæque iudicum, ipsi se ministros præbent. Quis igitur locus reliquus, qui non ipsorum seuitiæ monumenta possidet? quæ Ecclesia non lugeat eorum insidias, nonne Antiochia ob Eustatium confessorem, & orthodoxum virum ademptum, in mœore est, & Bala-neæ, ob Euphrationem, Bultus & Antardus, ob Cy-matium & Carterium, Adrianopolis ob Eutropium Christo addictissimum, deinde ob Liuium, qui ipsorum opera sæpe & catenas gestauit, & in catenis mortem obiit? Nonne Ancyra Marcellum lugeat? Berroea Acyrum? Gaza Diasdepan? quos sapius antea cõtumeliose habitos, tandem suis dolis in exilium eliminariunt. Nonne itidem Theodulum & Olympium, Thraces? Quid autè de nobis ipsis, nostrisque presbyteris dicam, quorum latebras eo

Ariani

Exo. 20.

Legi abra

Mat. 12.

Luc. 6.

Iudæorum

Ariano

Athana

Ariano

Eustatium

Liuius in

mortuus.

studio rimati sunt, vt inuentis nihil præter mortem expectandum fuisset, quod de nobis quoque futurum erat, nisi fœliciter elapsi essemus. Tales enim literæ aduersus Olymptum, ad procôsulem Donatum missæ sunt, talisq; item aduersum nos ad Philippum Constantiniopolis Episcopum quæsitum, deprehensumq; propalam auctoritas fuisse, vt Cocculæ, quæ est in Cappadocia stragularetur, carnificem ad eam rem naçti Philippum præsidem ipsorum, scetæ antesignanum, & prauarum voluntatum fatellitem. Quid igitur? an post talia scelera defatigatos sese ostenderunt, aut iam denique quieti se tradunt? minime gentium. Nihil in illis quietis, sed secundum eam, quæ in prouerbis est, hirudinem semper in maius sæuiunt, suis sceleribus indiuisum affixi. Nam eorû scelera quis vnquam condigne extulerit? aut tanta memoria, vt quæ ab illis designata sunt, plene recenscat? Pacata enim hæc Ecclesia, populôque in sacris synaxibus orante, Lyberius Romanus præsul, Paulinus Galliarum Metropolitanus, Dionysius Italia, Lucifer Sardinia, Eusebius item Italia, omnes boni præclari & Episcopi, veritatis præcones, aguntur, raptantur, & in exilium profugantur, nulla prorsus de causa, nisi quod non adstipulati sunt Arianorum hæresi, & illorum calumniis aduersum nos fictis subscribere noluerunt. Nam de magno & grauissimæ ætatis viro, eodemq; confessore Osio, qui verè osius est, id est, sanctus, superfluum arbitrator mentionem facere, quum nullus fortasse sit, qui cognitionem habeat eum ab istis quoque in exilium missum esse. Non enim quicquam latere potest in viro illo tantæ claritudinis. In qua enim synodo ille non dux & antesignanus fuit? quem non ille recta tuendo in sententiam suam pertraxit. Quæ ecclesia illius præsentia non pulcherrima monumenta retinet? quis illum mœstus adiit, vt non lætus abierit? quis indignus ab eo postulauit, quin postulatam obtinuerit? Atque contra hunc quoque se audaces improbôsque ostendere, eò quod certus ille earum calumniarum, quas pro tuenda impietate contra me struerent, ipsorum insidiis subscribere noluit, quibus rebus declararunt minime se veros Christianos esse. Ab illo facinore Alexandriam odoriantur, denuo nos ad necem quærêtes: & quæ acta sunt, longe tetiora quàm priora fuerunt. Siquidem miles statim armis circumdedit Ecclesiam, bellique deinde negotia pro orationibus succedere. Deinde superueniens per tempus quadragessimæ, qui ab ipsis è Cappadocia missus fuerat, Georgius, scelera quæ ab iis didicerat, cumulatiora reddidit. Videre enim erat post septimanâ Paschæ, Virgines in carcerem detrudi, Episcopos vinctos à militibus duci, pupillorum viduarumque ædes populari (nam & in domos eruptiones factæ sunt,) noctu Christianos raptari, ædelsq; obsignari, & fratres clericorum pro fratribus in periculum deuocari. Graua quidem ista, grauiora tamen quæ postmodum commissa sunt. In hebdomade siquidem post sacram pentecosten, populus completis ieiuniis ad orandum ad cœmisterium abiit: eò quod abhorrerent à communionem Georgij, quod quum homo omnibus modis sceleratissimus intellexisset, duccem copiarum Sebastianum scetâ Manichæum, ad vim & ad arma instigat. Igitur ille militari manu, insectis telis, quum alij gladios strictos, alij arcus

Paulus Episcopus ab Arianis captus de stragularis.

Episcopi in exilium pulsi quod contra Athanasium scribere nolent.

Osio laudes.

Athanasium iterum ad necem quæritur.

Ecclesia Alexandriam militibus circumdata.

Virgines in carcere detruse & variæ persecutiones.

Ieiunia hebdomadis Petreos.

Sebastianus Manichæus dux contra

gestarent, impetum in populum facit, rarosque illie orantes deprehendens (nam plerique, vt erat diei tempus, discesserant) talia designauit, qualia par erat eum designare, qui istiusmodi hominibus aurê prebuisset: virgines enim ignibus flammantis rogi admotas, adigebat ad confessionem Arianicæ religionis, ibi quum cas inuictas cerneret, corpora nudataque ita in faciem cædit, vt vix longo post tempore à suis potuerint agnosci: viros autê quadraginta comprehensos noua ratione lacerauit: virgis enim palmeis aculeos suos adhuc retinentibus ita terga eorum cecidit, vt alij sapius à medicis ob tenacius inhærentes aculeos frustra curati, alij curationem non ferêtes, mortem oppetiuerint, cæteros deinde omnes, quotquot comprehenderant, in eam partem Ægypti, quæ magna Oas appellatur, relegarunt. Corpora autem defunctorû initio ne suis quidem dari voluerunt, eaq; pro libidine sui cõsilij insepulta clanculum habuerunt, quod putarent suam crudelitatem latere posse. Qua in re vecordes illi magno errore mêtis tenebantur: necessarij enim amicique interfectorum, de confessione quidem suorum læti, sed mœsti admodum de subductis corporibus, nec tacentes facti immanitatem, causam dedere, vt scelerum tragœdiæ semper in maius diulgarentur. Illi autê ex Ægypto & Aphrica hos Episcopos ad fugam exiliûmque compulerunt: Ammonium, Muum, Gaium, Philonem, Hermem, Plinium Pinosirin Pelamonem, Agathonem, Anagamphon, Marcum, Ammonium, & alterum eiusdem nominis, Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum: Presbyteros vero, Hieracê, & Dioscorium, quos tanta acerbitate raptauerunt, vt quidam in via, quidam in exilio mortem oppetiuerint, actis in fugam plurimis quàm triginta Episcopis. Siquidem illis studium tuit secundum Achab, quo modo, si fieri posset, veritatem è medio tollere. En tibi impiorum audaciam, qui post tanta facinora, sine pudore prioris in me tyrannidis, hoc etiam pro crimine obiciunt, quod me subdixerim eorum parricidalibus manibus, vel potius acerbè dolent, conque runturq; me è medio sublatum non esse, ac proinde ita agunt, quasi qui mihi crimen timiditatis obicere velint, nihil sentiêtes ita obganieniendo, eam criminationem, in ipsorum caput recidere. Nam si malum est fugere, multo deterius est persequi: ille enim ne moriatur sese abdit, iste persequitur, vt occidat: deinde de fuga quod licita sit, in Scripturis constat: qui autem ideo quærit vt interficiat, legem præuaricatur, aliisq; fugiendi necessitatem adfert. Si igitur fugam pro re pudenda obiciunt, pudeat eos sui, quod sint persecutores, si enim quiesceret insidiatores, quiescerent & fugientes. Ceterû illi à suis sceleribus non interquiescunt, quum istud pro meliori apprehendendi occasione moliantur, necsij interim fugam eorum, qui persecutionem patiuntur, ingens esse documentum scelerum aduersus eos qui persequuntur. Nemo enim mansuetum & humanum, sed efferû, & facinosum fugitat, ac propterea, quotquot erant, mœsti & obæratî à Saule profugiebant, ad Dauidem se conferentes. Ita quoque & isti abditos latentisque ad necem quærun, ne supersint scelerum ipsorum documenta. Verum vt vbique cæcutiunt, ita mihi hic quoq; videntur cæcutire. Quanto enim clarior fuga, tanto etiâ in clariore fama est per insidias tenta

Christi orantes deprehendens.

Virgines ad ignem.

Regis acens ad mota.

Virgo quod.

Virgines palmeis ad necem.

Episcopi multi ex Ægypto & Aphrica.

Veritatem è medio tollere.

Fugam melius se persequi.

Quis facere licet.

Quis facere licet.

tata cædes: siue enim occiderint, grauiori sono aduersus eos mors ipsa inclamare videtur: siue in exilium miserint, vnâ cum relegatis monumenta suorum scelerum ad externos emittunt. Si igitur integritatis mentis essent, viderent sese istis rebus illaqueari, suâque sibi ratione officere. Verum quia mentem perdidit, impetu ad persequendum rapiuntur, & in quærendo ad necem, suam impietatem non animaduertunt: forsità & ipsam prudentiâ ausint vituperare: quid enim illis inausum? aut quid est, ad quod se non promptos offerant? quum manifestum sit iuxta Saluatoris vocem, ne passerulû quidem sine Patre nostro, qui in cœlis est, in laqueû cadere. Illi tamen in apprehendendo obliuiscuntur aliorum, & imprimis suimetipsorum, sublatique per arrogantiam superciliis, tempora rerum non distinguunt, neque in lædendis hominibus, naturam reuerentur: sed, veluti Tyrannus ille Babylonicus, truculentissimè persequentes, nullius misericordia tenentur, quippe qui & presbyteris iugû aggraunt, & ad dolorem vulnerum meorum, vt scriptum est, auctarium addant. Si talia non facerent, si eos, qui ipsorum calumniis contradicunt, non in exilium mitteret, verisimile quiddam apud nonnullos dicere videri possint. Cæterum post insidias eorum in tot tantosque Episcopos, quum nec Magno Osio confessori, neque Episcopo Romano, neque tot Hispanis, Gallis, Ægyptiis, Aphricanis, aliarumque prouinciarum Episcopis pepercerint, & tanta scelerum exempla in eos, qui vel semel pro me contra illos ausi fuissent hiscere, ediderint, qui fieri posset, vt non me potius quàm alios, quos occiderunt, mactatum cupiant? Nec ad id enim studio excubias seruant, seq; vltro occidi arbitratur, si viuât, quos illi viuere nolint. Quis igitur horum scelera non videt? cui hoc non liquet, eos non virtutis studio timiditatem obiectare, sed vt sitibundi, auidique sanguinis humani, versutiis istis veluti lagenis comprehendere possint, quos neci destinant? Quod autem ipsi tales sint, ipsorum opera declarant, ostenduntq; eorum animos feris ciferatioribus, & Babyloniis crudelioribus esse. Iam tamen ex ipsis satis liqueat, quales sint, tamen quia ipsi secundum suum patrem diabololum, mollibus sermociniunculis se fucant, & in aliam speciem vultus, quo timiditatem mihi obiciant, transformantur, ipsi interim leporibus timidiore: Age, iam quid sacræ scripturæ de istiusmodi re loquantur, inspiciamus. Inde enim patebit eos potissimû cum Sacris literis pugnare, & Sanctorum virtutes calumniari: nam si vituperat eos qui sese, dum ad necem quæruntur, occultat, & calumniantur eos, qui vitat persecutores, quid (quæso) facient, quum viderint Iacob à fratre suo Esau fugientem? Mosenque ad Madianitas, metu Pharaonis secedere? aut quid isti, qui huiusmodi garriunt, respondebunt Dauidi è suis ædibus Saulem ob percussores summissos fugienti, & occultanti se in spelunca, faciemque immutanti, quoad euaderet Abimelechum, & insidias declinaret? aut quid dicent isti qui vbique temere deblanderant, si videant magnum Eliam, Deum nominatum, & mortuos excitantem, sese abdere propter Achaab, & profugere ob minas Iesabel, quo tempore filij etiam Prophetarû quæsi ad necem, sese in speluncis apud Abdiam recluserunt? Forsitan nec de istis vt nimis præcis quicquam legerunt,

Impietate suam non animaduertunt Ariani.

Matt. 10.

Nabuchodonosor.

Ad necem quærit Athanasium.

Ariani cur timiditate obiciat Athanasium.

Ariani efferatioribus babylonis feris.

Verborum lenocinio utuntur Ariani.

Fugæ exempla.

Gene. 28.

Exod. 2.

1. Reg. 19.

20. 21. 22.

23.

3. Reg. 19.

3. Reg. 18.

neque quæ in Euangelis sunt, meminerunt. Sed quid? num & hoc ignorant, & discipulos ob metum Iudæorum latebras & recessus quæsiuissè? & Paulum Damasci in sporta è mœnibus demissum esse, dum à gentis præfecto quæreretur? Quo animo (quæso) ista de Sanctis legunt? aut quem ibi prætextû suæ temeritatis reperire possunt? si enim illis timiditate exprobrant, furiant: sin contra Dei voluntatem fecisse arguant, prorsus Scripturas sacras calumniantur. Nam & in lege ciuitates refugiorum erant, pro iis qui ad cædem quærebantur, vt aliquo modo persecutorem euaderent. In consummatione porro seculorum, quum aduenisset illud ipsum Verbum Patris, quod Mosi antea locutum fuerat, rursus præceptum fugiendi condidit, Quum vos (inquiens) persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam, pauloque post subiicit, Quum videritis illam abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem Prophetam, consistentem in loco sancto, qui legit, intelligat, tum qui in Iudæa sunt, fugiant ad mœtes: & qui in tecto est, ne descendat, vt aliquid tollat ex ædibus suis: & qui in agro est, ne retrorsum se conuertat ad vestimenta. Hoc, quum scirent Sancti, ad eam normâ vitam suam temperauerunt. Quæ autem in præsentiarum præcipit Dominus, ea quoque ante suam in carne conuersationem locutus est in Sanctis, & hoc genus formæ instituti que hominibus perfectitudinem conciliat. Nam quod Deus iniunxerit, faciendum est. Ideoque & ipsum Verbum propter nos homo factum, voluit, quemadmodum & nos, quum quæreretur & quum persecutionem pateretur, fugere & insidias declinare. Decebat enim, eum, vt esuriendo, sitiendo, patiendo, ita quoque ipsa ratione fugiendi, ostendere se carnem gestare, & hominem factum esse. Simul enim vt natus erat, atque etiam dum puer esset, per Angelum Iosepho mandauit, vt excitatus puerum assumeret, & matrem eius, futurum enim esse vt quæreret Herodes animâ pueri: Idem mortuo postmodum Herode, metuens Archelaum in Nazaret secedit, Deinde etiam tum, quum sanata arida manu, se Deum ostendebat, cõsiliûmque sui occidendi à Iudæis iniretur, non ignarus insidiarû, ex iis locis recessit. Siquidem ex quo Lazarum è mortuis excitasset, ab illa deinceps hora (vt refert Euangelium) consiliûm inierant, vt eum occiderent, quapropter Iesus non palam ambulabat inter Iudæos, sed abiit ad locum vicinum deserto: Ac deinde quum dixisset Saluator, Antequam Abraham fieret, ego sum. Iudæis tolerantibus lapides, vt in eum mitterent, ipse abscondit se, & exiit de templo, & transiens per medium eorum, euasit. Num quum ista videant, vel potius audiant (nihil enim vident) qui (quæso) non quemadmodum scriptum est, astuet incendiis, dum contraria iis quæ Deus fecit & docuit, & volunt & loquuntur. Iesus enim in martyrio Ioannis, corpore illius à discipulis humato, re audita, nauigio se inde in desertum abduxit. Dominus igitur quemadmodum fecit, ita & docuit. Iam vereor, ne isti, non intra conuitia hominum, suam exprobrandi libidinem sistant, sed vltèrius insania sua cuncti, etiam Domino Deo timiditatem obiciant. Sed quis eos sic insanientes ferat? melius est, vt de ignorantia Euangelij male audiant. Sed enim causa istiusmodi recessionis & fugæ christi

Act. 9.

Mat. 10.

Mat. 24.

Christus Iudæorum insidias fugit.

Mat. 2.

Ibidem.

Mat. 12.

Mat. 3.

Luc. 6.

Ioan. 11.

Ioan. 8.

Mat. 13.

Fugæ christi audiatur. Sed enim causa istiusmodi recessionis & fugæ christi

fundata in Ecclesiis, neq; nunc tandem fides suam
 initiu sumpsit, sed ab iplo Domino opera discipu-
 lorum in nostram vsque aetatem propagata est. Ne
 igitur ea, quae hactenus vsque ad nostra secula in
 Ecclesiis obseruata sunt, his temporibus pereant,
 & quae nobis concredita sunt, a nobis requirantur,
 agite fratres, ita animo excitemini, eumque zelum
 arripite, qui bonis dispensatoribus ministeriorum
 Dei congruit, & non aliter sitis affecti, quam si in
 oculis vestris istiusmodi populatio commissa esset.
 Copiosius omnia ex tabellariis cognoscetis, ego ta-
 men mihi imperare no potui, quin paucis ea quo-
 que delinearem, quo plane vobis constaret, nullo
 vnquam tempore, talia in Ecclesiam perpetrata es-
 se, ex quo Saluator noster in caelum subuectus di-
 scipulis praecipit, **Ite & docete omnes gentes, bap-**
tizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus
Sancti. Quae igitur aduersum nos, & Ecclesiam co-
missa sunt, ad istum modum se habent. Solemniter
nobis in pace conuenientibus, populisq; istiusmo-
di conuentu laetis, & comministris Sacrorum secu-
dum Deum vita conuersationeque per Aegyptum,
Thebaida, Aphricam in melius proficientibus, mu-
tuaque inter se, & erga nos pace & charitate affe-
ctis: ecce ibi statim praefectus Aegypti publice lite-
ras proponit in speciem edicti, quibus declarabat
Georgium Cappadocem natione, pro successore
mihī datum, satellitio stipatoribusque Comitīs in
cathedram introducendum. Fama istius negocij,
tunc vt in re noua, & nunc quoque post rem per-
actā, perturbauit omnes. Maior igitur ea de causa
in templa, populi defluxus, & praecipue ob id, quod
nullas querellas, nec a plebe, nec a presbyteris, nec
ab Episcopis contra me habitas satis scirent, nemi-
nemque nisi Arianos cum Georgio esse: ipsumque
adeo Arianum & esse, & ab Ariano Eusebium mis-
sū esse cognoscerēt. Scitis autem fratres, Eusebiū
cum suis praesides semper & socios ipsius haereseos
Arianorum fuisse, & per eos nobis perpetuo insi-
dias esse factas, operamq; dedisse vt in Gallias exu-
latum abirem. Populus igitur indignari, quaeritare
saepe multumque, tum ad iudices, tum ad vniuer-
sam ciuitate protestari, nullam aduersum nos que-
relam ab Ecclesiasticis motam esse: Arianorum ha-
reticorum opera, hanc insolentiam, legumq; pra-
uaricationem in Ecclesiam immitti. Sed vt demus
querelam aliquam aduersum me susceptam esse,
meumque nomen intet reos receptum esse, non ta-
men oportuit in mei locum Arianū, aut qui Arian-
na saperet, surrogari, sed secundum Ecclesiasticos
canones, prout Apostolus praecipit, congregatis po-
pulis vna cum Spiritu Sancto, qui Episcopum con-
stituunt, publice & in praesentia clericorum Episco-
pum postulantium, inquisitionem fieri, atque ita
omnia canonice peragi: non autem ad praesentia,
postulationemq; Arianorum, qui ab Ecclesia alieni
sunt, quique Episcopale nomen non vereatur eme-
re, successorem mihī dari, nundinatoremque Episco-
palis tituli, praeter consensum eorum, qui Episco-
pum postulare debebant, praeterquam voluntatem
conscientiamque omnium, qui actis adhibiti
non fuere, per vim opesque iudicij extraneorū,
in hanc dignitatem immittere. Id enim & Ecclesia-
sticos canones soluit, & ethnicos ad blasphemiam
& suspicionem cogit, vt putent non legibus, rituq;
diuino, sed nūdinatione & potentia Episcopos co-

stitui. Praeclara igitur ista Arianica Georgij consti-
 tutio, tale sui exordiu habuit. Illius porro introitus
 in Alexandria, quam multa nefaria perpetraverit,
 quantorumque malorum author extiterit, licebit
 vobis & ex licetis nostris & ab isthuc proficiscēti-
 bus resciscere. Populis ergo grauitur ferēribus ista-
 rum rerum insolentiam, ideoq; in Ecclesiis coetus
 facientibus, ne Arianorum perfidia Ecclesia fidei
 admisceretur: Philagrius iam olim in Ecclesia, &
 virgines iniurius, per id tempus praefectus Aegypti,
 olim transfuga nostrae religionis, Georgij conter-
 raneus, homo nequaquam spectatis moribus, fretus
 magistratus sui auctoritate, praesidioque ad quid-
 uis audendum promptus, & qui apostata, in Eccle-
 siam infestus, & praiceps, Ethnicas tribus, Iudaeos
 que itē atque alios proteruos homines adhortatio-
 nibus, magnisque promissis, quae secundum pacta
 pro opera praestita bene persoluit, aduersus Eccle-
 siam instigatos cuneatim cum gladiis & fustibus,
 contra populos in Ecclesiis immittit. Iam quid inde
 euenerit, non simplicem posthac sermonem requi-
 rit, quum ea res nec satis digne explicari queat, aut
 sine lachrymis, & planctu, vel ex minima parte re-
 censerit. Vbi enim apud priscos talis tragœdia: aut
 quid simile in bello & persecutione factum est vn-
 quam? Siquidem & Ecclesiis & baptisteriis flamma
 iniecta: magnus igitur luctus, eiulatus & plā-
 ctus per ciuitatem. Ciues ea quae agebatur, indigne
 ferre, occlamare praesidi, vim proteritari, eō q; virgines
 sanctae & incontaminatae nudatis corporibus
 nefaria paterentur, iisdemque si contumacius ob-
 stiterent, periculum capitis ingereretur, monachi pe-
 dibus obruti expirarent, alijusco addicerentur, alij
 gladiis fustibusque maclaretur, alij vulneribus pla-
 gisque male mulctati discederent. In sacrosanctam
 autem mensam (proh) quanta impietas, & facinora
 commissa? Vidisses enim eos aues & nuces pincas
 immolare, idola sua laudibus efferre: In Dominū
 nostrum Saluatorem Iesum Christum & filium vi-
 uentis conuicia, verborumq; contumelias iacere,
 Sacros Scripturarum libros, quos in Ecclesiis inue-
 niebant comburere; In sacrum baptisterium (proh
 superi) Christicidas Iudaeos, & Atheos Ethnicos
 nulla cum reuerentia ingressos, eam verborū factō-
 rumque turbitudinē nudatis corporibus designare,
 vt pudendum, abominandumque sit relatu. Nec
 defuere impij homines, aemuli acerbissimorū per-
 secutorū, qui virgines, continentēque iniectis ma-
 nibus traherent, raptarent, & ad blasphemiam, do-
 miniq; abnegationem compellerent, eosque qui
 id facere reculerent, conciderent, pedibusque obte-
 rerent. In hoc genere introitus sui splendidus ille
 & perquam egregius Georgius laetus de istis malis,
 simulq; mercedem, praemiaq; pro hac tam scelera-
 ta victoria, Ethnicis, Iudaeis, caeterisq; quorū opera
 ad talia vsus erat, dispensans, in praeda rapinasq; Ec-
 clesiam dabat. Semel aut istiusmodi genere scele-
 rum & licentia data, multa tetiora quam in bello,
 crudeliora quam in latrocinio committebantur, quū
 & isti obuia diriperent, illi in cellis reposita diui-
 derent, magnamque copiam vini aut ebiberent, aut
 effuderent, aut asportarent, oleumque recōditum
 praedarentur, fores cancellōsus tanquam reiecta-
 menta gestarent, & candelabra inibi ad parietem
 deponerent: cereosque Ecclesiae, idolis adolerent.
 In summa magna vbiq; in Ecclesia de populatio,
 & pluri-

Philagrius apostata Aegypti praefectus

Eusebius cum armis in ecclesiam missus

Baptisteria flamma iniecta

Monachi variis modis cruciati & maclati

Scripturarum libri in ecclesia combusti

Virgines raptae

Ecclesia in praedam rapinasque

Cereos ecclesiae adolerent

Mar. 16. Mat. 28.

Georgius Cappadox Athanasij successor.

Georgius quomodo ingressus est episcopatum.

Populi querela in Arianos propter Athanasium.

Episcopus quomodo constituitur.

Episcopale nomen emebant Arianis.

Episcopi Arianorum quales.

Quadragesimali tempore Ariani in christiana nos seueruerunt.

Virgines & matronae flagris caesae, deinde carceribus in clusa parascenes die.

Fuga Athanasij causa.

Mat. 10.

Paschatis die Christianos in vincula coniecit Georgius.

Ecclesiarum direptionibus sibi gratulantur qui.

& plurima mortis imago, non tamen ad ista impij
 Ariani vilo pudore commouebantur, quin tetiora
 adhuc, atrocioraque accumulauere. Vidisses enim
 presbyteros & Laicos in ius trahi, virgines a cœtu
 suo diuulsas, ad tribunal praesidis raptari, & in car-
 cerem coici, alios fisco addici, alios flagellis caedi,
 panes sacrificiorum, ministris & virginibus inter-
 dici. Haec autem sub Pascha, in sacra quadragesima
 acta sunt, per quod tempus ieiuniis dediti erant. In-
 terim egregius ille Georgius arrogatis sibi mori-
 bus Caiphæ cum praeside Pilato, contra pios Chri-
 sti cultores debacchabatur. Certe ipso die Parasce-
 ues igressus in quandam Ecclesiam cum ducē &
 praeside Ethnicorum populorum, intellecto homi-
 num odio, quo illius violentum introitum auersa-
 bantur, authorem consuasorēque se praebuit cru-
 delissimo praesidi, vt eadem hora trigintaquatuor
 virgines, & matronae item virique ingenui publice
 flagellis caederentur, & in vincula conicerentur,
 inter quos virginem quandam studiosam literarū,
 & adhuc Psalterium manibus retinentem, publice
 flagellari iussit, ereptus virgini a carnificibus liber,
 ipsa autem post flagra in carcerem reclusa est. His
 autem ad istum modum patrat, ne in reliquū qui-
 dem tempus ocium egere, quippe, qui in illa alia
 Ecclesia, in qua ego potissimum per eos dies com-
 morabar, eadem profus moliētes, furore ipsorum
 etiam in templum immisso, nihil non egere, vt ibi
 me interceptum de medio tollerent, nec aliter eue-
 nisset, nisi gratiam Christi propitiam, auxiliari-
 que mihi expertus fuisset, vnde ita elapsus, licuit
 mihi pauca ista ex innumeris mala recensere. Ego
 enim videns eos ad extremā rabiem deuenisse, me-
 cūmque rationem iniens, quo ne vel Ecclesia no-
 xam acciperet, aut virgines indigna paterentur, ce-
 desque denuo committerentur, eademque iterum
 iniuria cōtumeliāque in populum incumberet, fur-
 tim me populis subdixi, memor verbi Saluatoris
 nostri, Si vos persequuti fuerint in hac ciuitate, fu-
 gite in aliam. Noueram enim ex his, quae aduersus
 primam illam Ecclesiam perpetraverant, nihil
 sceleris eos in istam Ecclesiam omisso, vbi ne
 ipsam quidem dominicam diem sanctissimi festi,
 vlla in reuerentia habuere, quo minus eo ipso tem-
 pore, quo Dominus omnes ex mortis vinculis cō-
 pedibusque asseruit, homines eius Ecclesiae in vin-
 cula conicerent. Georgius autem cum suis grega-
 libus, veluti bello in Christū suscepto, fretus, con-
 fususque praesidis potētia, diem illam liberalem, vin-
 dicemque seruis Christi in luctū & mœrorem ver-
 tit. Ethnici contra, oculis animisque malignis diem
 illum sanctissimum intuentes, laetitia gestiebant.
 Georgius vero, credo ex mandatis Eusebij vinculis
 compedibusque per id tempus Christianos, ad luctū,
 complorationemque compellebat. Hoc ge-
 nere violentiae Praefes Ecclesiae dirupuit, direptā-
 que Georgio & furiosis Arianis tradidit. Ergo re-
 iecti homines, & summoti ab Ecclesia, in Eccle-
 siarum direptionibus sibi gratulantur: populis au-
 tem Dei & clericis Catholicę Ecclesię ea necessitas
 inflicta est, vt cum impiis haereticis Arianis com-
 municent, aut ab introitu Ecclesiae abstineant. **Quin**
 & naucleris aliisque marinas nauigationes obeun-
 tibus, non exigua vis adhibita est a Georgio, dum
 alios opera praesidis in tormentis habet, alios vero
 compedibus adstringit, & in carcerem coniecit, ea

de causa, vt & ipsius sceleribus metuerent contra-
 dicere, & literas ab eo deferendas acciperent. **Ve-**
rum ne ita quidem contentus, quo se nostro fan-
guine satiaret, induxit crudelissimum praesidem fa-
cinorum socium, vt decretum sub populi nomine
aduersus me odiosissimis verbis descriptū ad pien-
tissimum Imperatorem Constantium mitteret, vnde
non solum exilium, verumetiam mille mortes
expectandas putes, Is autem qui decretum scripsit,
transfuga est nostrae religionis, quippe qui relictis
Christianis, idola Gentium turpiter adoret, qui au-
tem literis istis subscripserunt, Ethnici sunt. Et ne
multus sim in scribendo, percutio adest, caque per-
secutio, qualis nunquam antea aduersus Ecclesiam
oborta est. Nam in superioribus persecutionibus,
quum quis ad fugam adigeretur, erat, vbi suas par-
tes cum aliis coniungeret, & quum occultaretur,
non deerat Baptismatis copia. Hęc autem multa &
praesens crudelitas, Babyloniorum impietatem æ-
mulatur. Vt enim illi Danielem, ita praeclearus iste
Georgius, eos, qui domi orationes faciunt, ad pra-
sidem defert, & ministros Sacrorum infensissime
obseruat, adeo vt ex ista violentia multi destituti
inopia Baptismatis, periclitentur, multique sine vi-
sitoribus ægrotent, & lamententur: acerbiorum
sibi calamitatem quam morbum arbitrantes, po-
pulique sacrorum ministris abactis non ignari im-
pietatis Arianorum, praoptant potius ita ægrotare,
& periclitari, quam vt Arianorum manus capi-
tibus suis imponi sustineant. Vt igitur Arianus est
Georgius, ita & ab Ariano missus est, eūmque ne-
mo in Episcopum postulauit, nisi soli Ariani, ac
proinde vti mercenarius & externus grauia & per-
quam acerba in populos Catholicę Ecclesiae, quasi
alienos & nō sui gregis per fidem facit. Ego autem
quia iam pridem, quum cum Ariani vt fidem sibi
in Episcopum promouebant, scripto edideram, ne-
mini vestrū, Catholicis Episcopis ignorum esse
Georgium, eūmque merito a vobis pro impietate
sua excommunicatum esse, & anathema edicto Ec-
clesiae proclamatū, nec aliam esse causam cur eum
Ariani pro Episcopo mittant, nisi ne denuo ex meis
scriptis similia conuitia paterēt, barbara, & exo-
tica vi in me coorti, Ecclesias in suam potestatem
redegere: vt ita Arianismi suspicionem vitarent.
Verum & hic quoq; magnopere frustrati sunt. Ne-
mo enim Ecclesiasticorum hominum Georgio se
adiunxit, exceptis haereticis, caeterisque ob crimina
sua ab Ecclesia reiectis, illisque item qui metu pra-
sidis communionem simulant. Hanc tragœdiam il-
le iam olim quidem cum suis meditatus est: sed nūc
eius dramatis agendi facultatem per calumnias na-
ctus est, quibus nos apud Imperatorem accusauit.
Sed enim ne ita quidem conuiescere potuit, vt
qui etiam nunc mei caedem quaerat, & notis amicis-
que nostris adeo se terribilem infestumque praebet,
vt nemo non metu mortis in exilium fugiat. Ver-
um nō ideo de sceleribus eorum formidinem, sed
potius indignationem & vindictę cupidinem concipere
debetis, quum hoc nouo genere scelerum aduersum
**nos sint vsi. Si enim patiente vno mem-
 bro compatiuntur & reliqua membra, & secundum
 beatum Paulum, flendum est cum flentibus, certe
 tanta Ecclesia laesa, quisque quasi ipse laesus esset, ad
 vindictam se accingere debet. Communis enim om-
 nium Saluator est, qui ab illis blasphematur, &**

Georgius cur Philargium induxit

Domo orantes ad Praesulem delati.

Baptismatis inopia.

Georgius ab Ariano creatus Episcopus

Georgius excommunicatus.

Nemo Christianus adinxit se Georgio Episcopo Arianis

Ecclesia laesa vindicta quaerenda.

Rom. 13.

omnes quotquot sunt canones, ab iisdem violantur. Si vobis in Ecclesia sine vilius querela sedentibus subito per edictum principis successor mittatur, & talia contra vos designarentur, an id quaeso, sine indignatione toleraturi essetis, an non potius vindicandum censeretis? Est igitur aequum vestram indignationem commoueri, ne si ita res silentio transmittatur, paulatim in singulas Ecclesias idem malum propagetur: nostraque disciplina in mercatus & nundinationes abeat. Quod igitur ad Arianos pertinet, rem vobis compertam dico. Saepe enim eorum impietatem, publice priuatimque damnastis, neque ignari estis, qualis sit Eusebius cum suis, & quantopere cum Arianis eandem haeresim foueat. Quae res in causa fuit, cur nobis olim insidiatus sit. Porro quae per eum eiusque socios designata sunt, quantoque ea sint acerbiora vel bellicis calamitatibus, ideo meis scriptis ostendi, ut statim a rebus narratis assumpto zelo, recta tenderetis ad rollendos talium scelerum in Ecclesiam auctores. Certe fratres nostri Romae anno superiori in fensi prioribus eorum hominum factis, quum nondum scelera ista accesserant, pro vltione sumenda, concilium indici celebrarique voluerunt, & rem perfecissent, nisi Eusebiam Ecclesiam turbassent, nosque interciperere conati essent, ut libere sine reprehensore in sceleribus suis pergerent. Quod si Episcopi illi Romae tum teporis in hereticos iras sumptere, quanto iustior grauiorque vestra & ira & indignatio fuerit, quum prioribus maleficiis tantum scelerum addiderint? Obsecro vos igitur, ne tanta facinora leuia, aut negligenda putetis, neue in clutam Alexandrinorum Ecclesiam haeticorum pedibus obterri conculcarique sinatis. Certe ista indignitas rerum in causa est, quod populi, sacerdotés-

que scorsum sine synaxibus viuant, taciti quidem ob vim praesidis, animo tamen impietatem Arianorum execrantes. Si igitur aut ipse Georgius, aut alius quispiam ipsius nomine ad nos scribat, ne recipiatis fratres illorum literas, sed oblatas dissumpente, eorumque tabellarios ut impios & scelerum administratos eiicite. Quod si formulam pacificatoriam scribat, ne illam quoque recipiatis: metu enim praesidis violentiaque Georgij, ad has literas perferendas compulsi sunt. Ego autem, quia verisimile est Georgij gregales de Georgio scripturos esse, meis literis vos praemonere studui, ut reiecto personarum delectu, sicuti Dei amuloribus congruit, subornatos, summissosque ab hoc genere hominum, expellatis, qui hoc ipso tempore Arianorum gratiam Iudaeos, Ethnicosque homines, ad persecutiones, virginum stupra, cedés, Ecclesiarum populationes, incendia, blasphemias instigarunt. Neque enim impius & furiosus Georgius, quod Arianus non sit, inficiari poterit, quum is qui literis eius subscribit, pro documento in contrarium sit. Ammon enim iste eius subscriptor, iam olim a Beato Alexandro ante me Episcopo, ob multa mala, impietatemque ab Ecclesia eiectus est. Ob haec omnia, quaeso, rescribite, & impios condemnate, ut sacerdotes, qui hic sunt, populi que orthodoxam vestram religionem, zelumque vestrum aduersus malos conspicientes, de vestra gaudeant concordia fide, istique scelerum in Ecclesiam auctores vestris literis, vel sero errorem suum dedoceantur, & pœnititudine capiantur. Salutate eam quae apud vos est, fraternitatem: qui mecum sunt fratres vos salutant. Dominus autem vos sanos, nostrique memores conferuet, Domini verè desideratissimi.

Eusebius Arianus.

Georgium vere Arianum

Hereticum scelerum delectum

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, DE SENTENTIA DIONYSII

EPISCOPI ALEXANDRINI, ADVERSUS ARIANOS,

quod falso cum Ariani sibi ad stipulatores haereses fingunt.

EPISTOLA.



SERO mihi significasti de colloquio istic cum Christi perduellibus habito: nam antequam tua id mihi charitas scriberet, totum negotium studiose cognoueram, interimque dum ista non illibenter audirem, placuit mihi summopere tui animi pietas, recte de Patribus nostris sentientis, simulque Arianorum recordiam etiam in hoc negotio agnoui. Qui quum nihil ratione consentaneum, aut certi ex scripturis sacris in haeresi sua habeant, ac proinde improbas semper causificationes, & callida sophisinata in medium proferant, nunc eò audaciae processere, ut etiam patres nostros in calumniam vocent: minime id alienum ab ipsorum moribus, & proprium omnino eorum prauitatis ingenij. Qui enim aduersus Dominum & Christum sua studia intendunt, quid miri si beatæ memoriæ Dionysium Episcopum Alexandriae ad stipulatorem suffragatorumque suarum

sententiarum fingant? eundemque & ad commendationem suarum haereseos laudibus ornant, beatumque deprædicant, & magnis criminibus impetunt, non aliter quam prædones ac improbi homines, qui cum de studiis suis male audiunt, probos, modestosque sibi socios fingunt, falsa de alterius probitate mentientes. Si bene fidunt suarum sectarum, verbisque quae loquuntur, nudam nobis suam haeresim proferant, ostendantque, si quid pro ea defendenda, vel ex sacris literis, vel ex aliqua humana saltè ratione, quae quidem pia sit, deducere possint, aut si non possint, taceant. Nusquam enim quicquam inuenturi sunt, nisi quod faciat ad grauiorem ipsorum refutationem, saltem ex scripturis sacris: Ioanne quidem dicente, In principio erat Verbum, ipsis autem oblatantibus eum non fuisse, antequam nasceretur: Dauide vero ex persona Patris ita recinente, Eructauit cor meum Verbum bonum, ipsis vicissim obgannientibus, verbum illud duntaxat esse mentientis

colloquium habitum cum hereticis.

Ad calumnias confugiunt haeretici. Dionysius episcopus haereseos falso accusatus.

Scripturam sacram ad ipsorum refutationem

Ioan. 1. Rom. 11. Mat. 3. et 17. Luc. 9. psal. 44.

Ioan. 14. Ioan. 10. Hereticorum refugium ad mentaria de pijs hominibus fingenda. Haeretici cap hanc amuli quomodo.

Ioan. 8. Haeretici pios homines suorum catalogo adscribunt.

Dionysius de haeresi nunquam conuictus est.

tis cogitationem, & ex non entibus extitisse. Ediuerso Ioanne Euangelizante, omnia per ipsum facta esse, & sine ipso factum esse nihil. Paulo quoque ad istum modum scribente, Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, eodemque ita alibi loquente, Quoniam in eo condita sunt omnia. Quid igitur iis superest fiducia, ac non potius quod conuicium, non merentur, dum deblaterant creaturam esse opificem omnium, & opus esse eum in quo sunt omnia condita, & consistunt? ne humana quidem vlla ratio, quae pietatem sapiat, illis ad sui defensionem relinquitur. Quis enim hominum, siue Graecus, siue Barbarus, cum quem pro Deo agnoscit, creaturam esse, aut non fuisse antequam gigneretur, dixerit? Aut quis hominum auditis eius nominis verbis, quod solum pro Deo veneratur, Hic est filius meus dilectus: rursusque, Eructauit cor meum verbum bonum, ausit dicere verbum, quod ex corde Dei progressum est, ex non entibus existere, neque id esse eius, qui loquitur partum? Aut rursus audiens ex eius quem Saluatorem credit, sermone: Ego in Patre, & Pater in me, & Ego & Pater sumus vnum, ea dirimere conetur, quae ille vnita asseruerat, & sine diuisione conseruauit. Illi igitur certi, quam nihil sit fiducia in sua secta, ad mendacia de pijs hominibus fingenda confugiunt. Atqui magis decuit eos omnium nudos inopesque, & vbiq; ad interrogationes haesitantes, quum nihil habeant quod hiscant, sententiam mutare & auerti à via erroris, quam homines ignotos suorum catalogo adscribere, ne ab illis ipsis de mendacijs conuicti, plus dedecoris referant. Verum illi ab huiusmodi dolis nunquam abstinerunt, utpote æmuli Caiphæ, & sociorum eius, à quibus etiam Christi abnegationem didicerunt. Siquidem illi post tot opera Domini vnde eum constabat Christum esse, Filium Dei ventis, post tot argumenta quibus conuincébatur, nihil non præter scripturæ intellectum, & animo sentientes, & verbis loquentes, non tamen vel paulisper contra eius rationes oculos attollere ausi, ad Patriarcham Abraham se recipiebant, dicentes: Nos patrem Abraham habemus, quasi ita stultam verborum temeritatem occultare possent. Cæterum, nec illis quicquam istiusmodi verba profuere, neque istis, quod Dionysium sibi associant, quo in eadem culpa cum eo esse videantur, profuturum est. Nam & illos de præuaricatione legis conuicit Dominus, dicens: Hæc Abraham non fecit: & istos impietatis & mendaciorum eadem veritas conuictet, docebitque Dionysium Episcopum non fuisse Arianicæ sententiæ, aut veritatem ignorasse, sed & eius temporis; & novos istius seculi Iudæos, à patre suo diabolo furorè istum Christo hostilem mutatos esse. Magni certe argumenti est nihil eos veri dicere, & calumniis virum premere, quod ille nunquam ab alijs Episcopis de impietate conuictus est, neque haeresim propugnando ab Ecclesia secessit, sed in ea cum pietate obdormiuit, quodque eius memoria hætenus cum patribus huc vsque celebrata est, & in catalogum relata: qui si cum istis eiusdem opinionis fuisset, aut si scriptorum suorum rationem non reddidisset, minime dubium, quin eadem, quae illi, passurus fuisset. Atque ista suffecerint ad plenam cõfutationem nouorum Iudæorum, qui & Dominum nostrum inficiantur, & patres nostros calumniantur, omnesque Christianos decipere fa-

ragunt. Cæterum quia occasionem calumniandi Episcopi ex quibusdam particulis ipsius Epistolæ sese habere arbitrantur, age particulas illas inspiciamus, ut inde eorum vanitas appareat, & desinant vel sero tandem inter se blasphemare Dominum, & confiteantur IESVM vel cum militibus, conspecto rei naturæ testimonio, verè esse Filium Dei, & nequaquam creaturam. Dicunt igitur in Epistola beati Dionysij scriptum haberi, filium Dei opus & quiddam factitium esse: neque Patri naturaliter suum ac proprium, sed alienum ab illius substantia, qualis est vitis à natura agricolæ, aut nauis fabri: eundemque, quia opus est quoddam conditum, non fuisse, antequam fieret. Scripsisse Dionysium istius generis Epistolam agnoscimus, verum non hæc solam, sed plurimas ab eo postmodum scriptas esse dicimus, quas ab istis quoque legi oportuit, ut ex omnibus simul, non ex vnica duntaxat iudicium de eius fide constitui posset. Non enim fabri peritia solertiaque, qui multas triremes ædificauit ex vnica naue, sed ex omnibus simul diiudicari debet. Si igitur simpliciter, tanquam qui fidem suam ederet, profiterentur hanc epistolam, scripsit, esto, accusent eum ut velint, non enim crimine caruerit istiusmodi sententia. Quod si temporis & personæ ratio eum ad talia scribenda traxit, aliasque postmodum epistolas subdidit, quibus se de suspicionè purgat, non oportuit ommissis causis cur ita scribendum fuerat, homini temere odium conciliare, ne alioqui videantur, nihil nisi diætiunculas aucupari, & veritatem & fidem rerum, quae ex alijs Epistolis elucet, prætermittere. Agricola certe, qui alias atque alias arbores aliter pro subiecti soli ratione curat, minime culpari debet, quod hanc amputet, illam inserat, istam plantet, aliam rursus euellat, sed potius ob multiplicem solertiã in admirationem esse. Quapropter si non obiter & perfunctoriè eius viri scripta legerint, indicent mihi quale argumentum scopumque epistolæ secutus sit, si id fecerint, calumniam suam animiq; prauitatem in lucem proferent. Cæterum, quia istic tergiversaturi sunt, vel inscitia eius scopi, vel verecundia, necessarium videtur, ut ego illud dicam, In Pentapole superioris Lybiæ quidam Episcoporum sententias Sabellij amplectebantur, tantumque eorum commenta inualuerant, ut vix ulterius filius Dei in Ecclesijs prædicaretur. Re cognita, Dionysius, ad cuius curam eæ Ecclesiæ pertinebant, legatos misit, qui auctores harum rerum ab illis prauis opinionibus retraherent. Illis autem de stultitia sua remittentibus, impudentiusque in impietate pergentibus, coactus est ad illorum improbitatem retundendam istiusmodi epistolam scribere, & humanitatem Christi ex Euangelij commonstrare, ut illis audacius filium Dei abnegantibus, & humana eius Patri imputantibus, commonstrata rei veritate, non patrem, sed filium pro nobis hominem esse genitum, rudibus illis & inscitis hominibus Patrem non esse Filium persuaderet, & paulatim ad veram Filij Deitatem credendam, & Patris cognitionem euehere possit. Hic nimirum scopus est eius epistolæ, quae ad retundendam eorum peruicaciam, qui veritatem Filij dei mutare volebant, scripta est. Quid igitur simile habet Arij haeresis & Dionysij sententia? aut quid est cur Dionysius, ut Arius nominari debeat, in isto sit discursu inter vtrumque discrimine, quum hic sit Cæ-

Epistola Dionysij verba.

Exempla

Cur Dionysius scripsit hæc epistolam

Quam Dionysius Athanasius est cur Dionysius, ut Arius nominari debeat, in isto sit discursu inter vtrumque discrimine, quum hic sit Cæ-

tholicae Ecclesiae magister, ille autem nouae hae-
 seos inuentor, ac deprauati animi index, haeresim-
 que Thaleia effeminatis ridiculisque numeris, ad
 similitudinem Aegyptij Sotae conscripta in lucem
 promulgavit. Hic autem aliis Epistolis conscriptis
 purgata suspitione, recte se sentire edocuerit. Qui
 si secum in scriptis suis dissidet, non debet in ea par-
 te qua fidem non meretur, ad commilitium ab illis
 trahi. Rursus si idem de se Epistola sua ad Ammo-
 nium, unde suspicio nata est, adhibito remedio ex-
 cusarit, neque post excusationem de sententia or-
 thodoxa decessit, certum est eum, ea quae suspecta
 fuere, ex usu rerum pro negotij conditione con-
 scripsisse, neque istiusmodi scripta quae negotia at-
 temperata sunt, oportuit maligne odiosaeque in-
 terpretari, aut ad cuiuslibet libidinem studiumque
 torqueri. Medicus subinde ea remedia, quae aliis in-
 ter se congruere non videntur, pro sua peritia vul-
 neribus adhibet, non alio tamen quam ad curatio-
 nem mali respiciens. Probi itidem praecceptoris est,
 omnia in crudiendo ad mores discipulorum dispen-
 sare, donec eos ad profectum absolutae eruditionis
 euehat. Quod si beatum virum ob hoc scripti ge-
 nus in culpa ponunt, nulla alia re ipsis ad crimina-
 tionem suppetente, quid facient de beatis & ma-
 gnis Apostolis, quorum Petrus in Actis haec verba
 facit, Viri Israelite, audite sermones istos, Iesum
 Nazarenum hominem vobis a Deo virtutibus &
 miraculis & signis declaratum, quae fecit Deus per
 eum in medio vestri, quemadmodum scitis. Hunc
 definito consilio & praescientia Dei, deditum per
 manus iniquorum, cruci affigentes sustulistis. Et
 rursus, In nomine I E S V Christi Nazareni a vobis
 crucifixi, quem Deus excitauit ex mortuis, hic coram
 vobis sanus consistit. Paulus vero Antiochie, quae in
 Pisidia est, in enarranda historia de Saul amoto, &
 in locum eius Dauide rege successore, sub verbis Pa-
 tris ita loquitur, Inueni Dauidem Iesae filium, vi-
 rum secundum cor meum, qui facit voluntates
 meas. Deus autem ex huius semine excitauit Israeli
 secundum repromissiones Seruatorum. Idem rur-
 sus apud Athenienses dixit, Deus igitur temporibus
 amentiae contemptus, in praesentia vbique omni-
 bus poenitentiam mandat, pro die illa in qua iudi-
 caturus est orbem in iustitia, per virum a se ad id mu-
 neris constitutum, atque id ita esse, fidem omnibus
 faciens, eod quod illi e mortuis suscitavit: aut quid
 denique facient, si Stephanum illum magnum mar-
 tyrem ita audiant loquentem? Ecce video caelos a-
 pertos, & filium hominis a dextris Dei consistentem.
 Iam nimirum ferocient, affirmabuntque; (nihil enim
 illis inausum) etiam ipsos Apostolos cum Ario sen-
 sisse, quum Christum hominem e Nazareth oriun-
 dum & patibilem esse praedicent. An quia ita isti
 calumniantur, suspicandum est Apostolos his ver-
 bis vrentes, Christum tantummodo hominem esse
 existimauisse, neque quicquam sublimius de eo co-
 gitasse? absit, vt hoc cuiquam in mentem veniat, il-
 li vt architectores periti, & dispensatores mysterio-
 rum Dei, non sine iusta ratione, rem ita tempera-
 runt: Iudaei enim eius temporis, partim ipsi erran-
 tes, partim Ethnicos in errorem abducentes, Iesum
 nudum, & merum duntaxat hominem, ex semine
 Dauidis prodiisse credebant, eo modo quo caetera
 illius posteritas, neque eum Deum, aut Verbum esse
 carnem factum opinabantur. Hac de causa beati

Apostoli prudenter admodum humana Saluatoris
 primum Iudaeis attulere, vt eos iam Christum ve-
 nisse ex signis miraculisque persuasos, paulatim ad
 credendam eius diuinitatem producerent, demon-
 strantes certissimis rationibus, istiusmodi opera non
 hominis, sed Dei esse. Certe Petrus quum diceret
 hominem passibilem Christum, statim adiunxit, Hic
 autor vitae est. Idemque & in Euangelio fatetur,
 dum inquit, Tu es Christus filius Dei viuentis: &
 in epistola, cum Episcopum animatum & dominum
 suum, & angelorum & potestatum pronunciat. Ita
 quoque & Paulus, qui dicit Christum virum ex se-
 mine Dauidis oriundum esse, in epistola ad Hebraeos
 vocat eum splendorē gloriae & sigillum substantiae
 eius. Philippus vero eius ita scribit, Qui in for-
 ma Dei existens, non rapinam arbitratus est, esse se
 aequalem Deo. Iam haec dicta, auctorem vitae &
 filium Dei, & splendorem, & sigillum, & parem
 esse Deo, & Dominum & Episcopum, quid aliud
 sibi volunt, quam verbum Dei in corpore esse, per
 quod omnia facta sunt, cumque indiuisibilem esse
 a Patre, quemadmodum splendor a luce? Idem igitur
 Dionysius ab Apostolis edoctus fecit, coactus
 ob Sabellij haeresim, quae iam irrepererat, istiusmodi
 Epistolam scribere, verbaque illis, quae humanitas
 & humiliter de Seruatore sonant, obicere, vt rebus
 humanitatis eius interseperetur, quo minus Filium
 Patrem esse dicerent, faciliorem illis viam ad cre-
 dendam filij diuinitatem strueret in illis epistolis,
 vbi ex sacris scripturis Verbum eum esse sapientiam,
 virtutem, vaporem, splendoremque Patris esse de-
 monstrat. Certè in scriptis suae apologiae propalam
 & ingenue piam fidem in Christum confiteretur. Vt
 igitur Apostoli ob humana de Christo verba ho-
 mine facto culpandi non sunt, sed potius ob do-
 ctrinam pro tempore dispensatam admirationi esse
 debent, ita Dionysius quoque ob epistolam, Euphranori
 & Ammonio contra Sabellium scriptam, culpandus non est.
 Quod enim verbis humilibus
 & exemplis visus est, id Euangelij vnde illa mutuata
 sunt, debet, simulque eius rei causam praebuit, Sal-
 uatoris in carnem aduentum. Nam vt Verbum est
 Dei, ita postmodum quoque caro factus est. Et vt
 in principio Verbum erat, ita quoque eum virgo
 in consummatione seculorum in vtero gestauit, &
 homo factus est, atque ita vtraque pars dictorum,
 ad vnum eundemque referuntur, eod quod ille qui
 Verbum erat, caro sit factus, sed tamē quae de illius
 diuinitate & incarnatione recensentur, suo pecu-
 liari & mutuo sensu constant, adeo vt qui res hu-
 manas de Verbo scribat, eius quoque interim di-
 uinitatem agnoscat, idemque quum de diuinitate
 mentionem facit, animo complectatur, quae ad il-
 lius in carnem aduentum spectent. Interim tamen
 vnum quodque, vt peritus & probus trapezita di-
 stinguens recta ad pietatem contendit. Quum igitur
 cum lachrymantem dicit, sentit Dominum ho-
 minem factum lachrymis id voluisse ostendere, quod
 hominis esset, eundemque rursus Lazarum vt Deum
 resuscitare commemorat, nunc esurire & sitire cor-
 poraliter, nunc diuinitus quinque panibus satiare
 quinque milia, & quidem corpus humanum in mo-
 numento iacuisse, sed tamen illud ipsum a Verbo
 vti Dei corpus excitatum fuisse. Eadem ratione do-
 cendi in epistola sua Dionysius ad Euphranorem
 & Ammonium vsus est, quum ea quae humanitas de

Præceptoris officium

Act. 2.

ibidem.

Act. 13.

Act. 15.

Apostoli cur Iudaeis humanitate christi praedicauerint.

Matth. 16. 1. Pet. 1.

Hebr. 1.

Philipp. 2.

Simile

Simile Ioan. 1.

Lachrymis quibus ostendit Christum.

Ioan. 1.

de Seruatore dicuntur, ob Sabellium scriberet, qua-
 lia sunt ista, quae humano more de eo referuntur,
 Ego vitis, & Pater meus agricola. Quale & illud,
 fidelem ei, qui fecit ipsum, necnon & illud: Qui
 creauit me, & tanto praestantior Angelis factus: nec
 tamen interim illud de eo in contrarium dictum
 ignorat, Ego in Patre, & Pater in me: & qui videt
 me, videt & Patrem meum. Haec enim eum in aliis
 epistolis allegasse videmus, nihilo tamen minus ec-
 tiam inter eas citationes humanorum Domini me-
 minit. Vt enim ista de eo eulogia sublimia sunt, &
 magnifica, & Diuinitatem eius sapiunt. Qui quum
 in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse
 se aequalem Deo, sed seipsum exinaniuit, formam
 serui accipiens: & diues quum esset, inops propter
 nos factus est, Ita rursus humiles, vilescque sententiae
 sunt, quae de aduentu eius in carnem mentionem
 faciunt. Ea autem de humanitate Seruatoris dicta,
 vel hinc sentiri animaduertique licet, quandoquidem
 Agricola, quantum ad substantiam vitis per-
 tinet, natura ab ea externus, & alienigena cenferi
 debet, palmites contra, congenere cum vite, indi-
 uisimque cohaerentes, & ipsi interim eandem na-
 turam & parem cum vite possident. Si igitur filium
 eiusdem nobiscum substantiae esse velitis, eandem-
 que naturam possidere, si igitur eatenus alienus a
 substantia Patris, eo modo, quo vitis ab Agricola.
 Sin autem filius aliud est, & diuersum a nobis, ni-
 mirum verbum, ratioque Patris, nos contra, nil ni-
 si terrigenae & posterius Adae: certum est illud dictum
 de vite & agricola, non referri debere ad deitatem
 verbi, sed ad eius humanitatem, quum ad istum mo-
 dum Dominus sua verba temperarit, Ego sum vi-
 tis, & vos palmites, Pater vero meus agricola est.
 Nos enim respectu corporis nostri domini cogna-
 ti sumus, ac proinde ab illo dictum est, Annuncia-
 bo nomen tuum fratribus meis. Et vt palmites ex
 vite sunt, eique consubstantiales habentur, ita
 & nos cognata cum domino corpora sortiti incre-
 mentum ex eius plenitudine accipimus, eiusque ra-
 dice ad resurrectionem & salutem nitimur. Pater
 vero agricolae nomen meretur, eod quod ipse per
 Verbum, vitam, quae est humanitas Saluatoris, con-
 diderit, atque ideo nemo ad Dominum venire po-
 test, nisi Pater eod illum traxerit. Cum igitur iste sit
 huius sententiae intellectus, oportunissime ea de
 hac vite scribuntur, fidelem eum fuisse illi, qui ip-
 sum fecerat, & tanto praestantior Angelis factus:
 necnon & illud, Dominus creauit me. Quo enim
 tempore illud acceperat, quod pro nobis oblatu-
 rus erat, corpus scilicet suum sacrosanctum ex Ma-
 ria virgine natum eo nimirum tempore de illo scri-
 ptum oportuit, ipsum conditum & creatum fuisse,
 liquidem huiusmodi dicta hominibus congruunt,
 & attemperata sunt, neque post corpus assumptum
 Angelis praestantior factus est, ne antea minor illis
 aut par fuisse videatur: ac proinde Paulus in Epi-
 stola ad Hebraeos, eius humanum ministerium, cum
 Moysi ministerio in comparationem mittens, ad
 istum modum locutus est, tanto praestantior Ange-
 lis factus, quum certum sit, per angelos legem pro-
 mulgatam, quam Moses induxit: gratia nam autem per
 Iesum Christum Patre suppeditante donatam esse.
 Atqui ne tunc quidem lex a Dan vsque ad Bersabeam
 progata fuit, quum iam in omnem terram exierit
 sonus eorum, & gentes Christum adorent, & per

Ioan. 15.

Ioan. 14.

Philipp. 2.

Vitis christus est quomodo.

Ioan. 15. Cognati sumus christi.

2. Pet. 1. Agricola est deus Pater quomodo.

Hebr. 1. Pro. 8.

Hebr. 8. Ioan. 1. ibidem.

cum patrem cognoscant. Eo modo scilicet & non
 alio illa ipsa de Saluatore scripta sunt. Quid ergo,
 num quemadmodum Christi perduelles iactitant,
 Dionysius humana de filio scribens, quodque crea-
 tus esset recedens, cum hominem arbitratus est: aut
 quum diceret Verbum non esse proprium substan-
 tiae Patris, existimauit illud vnus nobiscum sub-
 stantiae esse? Certe in aliis epistolis ita non scripsit,
 vbi & recte sentire intelligitur, ac iure his verbis
 contra haereticos occlamauerit: Non sum vobiscum
 eiusdem opinionis, o Christi rebelles, neque nostra
 scripta Ario occasionem dedere suae impietatis. In
 scriptis ad Euphranorem & Ammonium propter
 Sabellianos mentionem de Agricola & vite feci, ali-
 iisque istiusmodi generis exemplis, vt humanis do-
 mini ob oculos positus, persuaderem iis vt abstin-
 erent dicere, Patrem esse hominem factum. Vt enim
 agricola in vite non est, ita non pater, sed Verbum
 in carne fuit, & quia Verbum in vite erat, ob cor-
 poralem cum palmitibus, hoc est, nobiscum cogna-
 tionem, vitis nominatus est. Hoc quidem animo
 ad Ammonium & Euphranorem scripsi, aduersus
 vestram autem improbitatem alias meas epistolas
 oppono, vt agnoscant sapientes meam inibi defen-
 sionem, & rectam fidei in Christo sententiam. O-
 portuit igitur Arianos, si modo habeant sanam
 mentem, istiusmodi cogitare & sentire de Episco-
 po: omnia enim clara sunt intelligentibus, & rectam
 scientiam inuenientibus. Postquam autem non per-
 cepta fide Catholicae Ecclesiae, delapsi sunt ad im-
 pietatem, animo mentisque occaecati, arbitrantur
 ea quae recta sunt, praua: & lucem tenebras: & te-
 nebras lucem esse: necessum est, vt alia ex epistolis
 Dionysij adhibeamus, & causam earum rerum, ad
 maiorem haereticorum confutationem subiiciamus.
 Ea enim res nos induxit, vt ita de viro illo & sen-
 tiamus & scribendum putemus.

CAUSA CVR ALIAS EPISTOLAS SCRIPSERIT. H A E C E S T.

Quum igitur Dionysius Episcopus certior fa-
 ctus de Pentapolitanis, zelo religionis episto-
 lam hanc, quemadmodum dixi, contra he-
 resim Sabellij ad Ammonium & Euphranorem
 scripsisset, quidam ex Ecclesia recte quidam sentien-
 tes, sed tamen ignari eius causae, cur ita ab eo scri-
 ptum esset, Romam ascenderunt, ibique eum apud
 Dionysium eiusdem nominis Romanum Praesu-
 lem accusauerunt: re comperta Alexandrinus simul
 & contra Sabellij sectatores, & Arij dogmata, pro-
 pter quae ab Ecclesia eiectus fuit, volumen compo-
 suit, vbi aequales, sed tamen contrarias haereses esse
 docet in Sabellij dogmatis, & blasphemias eorum,
 qui dicunt Dei Verbum opus aut creaturam esse
 postulauitque a Romano praesule, vt obiecta sibi
 indicarent, quibus acceptis opus edidit sub nomi-
 ne elenchi & apologiae, vbi sceleratam officinam
 Christi rebellium redarguit, & quo pacto hanc in-
 famiam contra ipsum excitarent, demonstrat. Por-
 ro ex Dionysij Romani Episcopi voluminibus con-
 tra eos qui filium Dei opus aut creaturam asseue-
 rant scriptis clare ostenditur haeresim Christo re-
 bellium Arianorum non iam primum, sed olim ab
 omnibus damnatam fuisse. Quod autem ad praesu-

Dionysius apud Dionysium praesule accusatus.

lem Alexandrinum Dionysium attinet, ex apologia eius satis apparet, cum non illius sententiæ, cuius isti dicunt, fuisse, aut quicquam prauarum opinionum Arii recepisse: imo, potius scripta illius efficaciter demonstrant, calumnias esse, quibus vulgo impetitus sit. Non enim rixandi animo, sed sui purgandi apologiam scripsit. Certe qui suam innocentiam purgat, quid aliud facit quam quoddam crimen diluit, & Arianos sycophantas ostendit? Cæterum ut ea ipsa innocentissimi viri apologia grauius confundantur, appareatque & ipsos malitiosos, Dionysium vero liberum ab eorum erroribus, operam dabo, ut ipsius verba in medium proponantur. Principio epistolæ suæ, nomen refutationis & excusationis inditū voluit, ut intelligas cum & mentientes refellere, & sese de suis scriptis excusare, nec eadem mente, qua Arius cum suspicatur scripsisse, sed in recedendo dicta quæ humanitatem Saluatoris sapiunt, non ignorasse Christum Verbum & Sapientiam esse, minimèque à Patre diuisum. Et quod magis est, conqueritur de obrectatoribus suis, quod non integre ipsius scripta, sed truncatim adducant, neque bona conscientia, aut synceriter, sed pro libidine rem tractent, illòsque similes pronunciat beati Apostoli obrectatoribus. Ista nimirum expositio cum ab omni suspitione liberat. Si enim Pauli calūniatores suis calumniatoribus pares arbitratur, nihil aliud præ se fert, quam se pro Pauli opinione sua conscripsisse. Certe ad singula accusatorum verba occurrens, omnibus quæ ab illis proferuntur, remedium opponit, & Sabellium subruit, vnde satis liquere videtur, quod fuerit religiosæ fidei. Vide mihi igitur, quid ad hanc calumniam responderit, qua dicunt eum sensisse Deum non vsquequaque patrem, nec filium vsquequaque dum nondum genitus esset: filium fuisse, sed intercessisse tempus, quum ille nondum esset: neque enim cum æternum fuisse, sed postmodum extitisse. Sed nos maxima parte verborum ob prolixitatem omittam, dum vel in disputando rem examinat, aut ratiocinando colligit, aut per sciscitandi instantias redarguit, sola ea quæ faciunt ad illius excusationem in medium proferamus. Sunt autem ea quæ in primo volumine Elenchi & Apologiæ post cætera scripta reperias. Nunquam fuit, quando Deus non erat Pater, & in sequentibus agnoscit semper Christum Verbum & Sapientiam & Virtutem fuisse: nihil enim horum, quum Deus existeret, factum esse, neque posterius filium genuisse, filiumque non ex se, sed ex Patre essentiam nactum esse: Et paulo post ita de eodem dicit: Iam quia splendor est æternæ lucis, omnibus modis ipse quoque æternus est. Luce enim semper existente certum est, & splendorem semper existere, eo enim ipso lucem esse, quod splendet, intelligitur: non enim fieri potest, ut lux non luceat. Rursus ad comparationes exemplorum redeamus. Si sol est, est & splendor & dies, quod si horum nihil est, magnopere abest, ut sol possit dici adesse. Quod si sol æternus esset indefinenter & dies esset, nunc autem non est, incipiente igitur sole, incipit & dies, & desinente desinit. Deus autem æterna lux est, nec incipiens vnquam nec desinens. Igitur æternus coheret illi & coniunctus est splendor, qui sine principio genitus semper, ab eodem promicat, hoc est, sapientia, cuius hæc sunt verba: Ego eram cui gratulabatur, quotidie autem per omne tempus gestiebam

Hæretici non Integre, sed truncatim tantum scripta trahant.

Prima accusatio in Dionysium.

Purgat se Dionysius in apologia hoc modo.

coram eo. Atque iterum Dionysius paulo post ista de eodem loquitur, Existente igitur æterno Patre, existit & æternus filius, lumē de lumine: nam si Pater est, necessario & filius est: si enim nullus filius genitus est, quomodo ipse Pater, aut cuius tandem pater fuerit? Atqui ambo sunt, & ab æterno sunt, deinde hæc addit, Si Deum lucē voces filium splendorem esse dices: si spiritum (siquidem Deus Spiritus quoque dicitur) filium vaporem appellabis. Est enim (ut inquit ille) vapor potentia Dei. Et mox hæc à Dionysio inferuntur, Solus filius cum Patre semper coexistit, plenusque existentis est, & ipse ex Patre existit. Hæc si ambigue dicta fuissent, habent interpretatione opus, nunc quia euidenter dicta sunt, & subinde ab eo repetita est, cur Arius dentibus strideat, quum suam hæresim à Dionysio subruui videat, eumque sibi, quod minime cupit, inclamantem audiat, semper Deus pater erat, & filius non aliquo leui modo æternus censendus est, sed eo modo, quo Pater æternus est, & ipse quoque æternus est, & pariter cum eo coexistit, ut splendor cum lumine. Illi vero vel sola duntaxat suspitione ducti quod putarent Dionysium Arianicè sentire, hanc famosam calūniam de eo sparserunt. Sed quid communionis inter se habent, vtriusque sententiæ, quum Arius dicat, Erat, quando non erat Filius, & priusquam gigneretur, erat quando non erat. Dionysius contra Deum æternam lucem, nunquam inchoatam, & nunquam desinentem, ac proinde cum æternaliter cum Deo esse, cuiusque indissociabilem splendorem, sine principio, semper genitum & à Patre promicantem referat. Porro de altera suspitione, qua eum in crimen vocabant, quod Patrem nominasset, & non ibidem nominasset filium, rursusque quod in mentione filij nomen Patris reticisset, ac proinde cum diiungere, elongare, ac diuidere filium à Patre, redditis rationibus falsum ostendit, idque in secundo volumine, vbi hæc verba refert: Singula illa nomina, de quibus locutus sum, in segregabilia à se inuicem sunt, nec diuidi queunt, Patrem quum dico, etiam sine mentione filij, filium sub Patris vocabulo indicatum volui, contra, si in mentione filij Patrem omissem, tamen ille sub nomine filij præintelligi debuit. Sancti spiritus mentionem feci, sed ita ut pariter adiungerem, vnde etiam ille, & per quem venerit, sed isti ignorant Patrem à filio alienari non posse, & sub Patris vocabulo primarium coniunctionis authorem contineri, & filium à Patre quasi domicilio disgregatum non esse, eò quod Patris vocabulum hanc communionem indicet, & in Patris filiique manibus esse Spiritum sanctum, sed ita, ut neque à mittente, neque à ferente segregetur. Qui fieri igitur posset, ut cum istis nominibus vtriusque suspectus habear, quasi ista separari, diuidique existimauerim? Idem paulo post addit, Hoc scilicet pacto vnitatem, quæ indiuisibilis est, in Trinitatem dilatamus: & Trinitatem, quæ diminui non potest, in vnitatem consummamus, & tamen scilicet accusamur, quasi qui dicamus filium vnum esse ex numero rerum factarum, & nequaquam Patri suo consubstantialem. Idem rursus in primo libro, vbi talia dicentes coarguit: Verumtamen ego quædam creata, quædam facta intelligenda esse dixissem, & rerum earum ut magni operæ præcij exempla obiter & in transcurso recensuissem, plan-

Hæresim Arianam subuertit Dionysius

Inter Dionysium & Arium discrimen

Accusatio secunda in Dionysium

Criminatio delicti

Solutiones obiectiois in Dionysium

tam scilicet & Agricolam, nauem & nauis fabricatorem, in rebus feris & negociis congruis moram traxi, plenius ea, quæ certioris fidei erant, exponens pluribus ad id excogitatis exemplis rem instruxi, quæ tibi in alia epistola descripsi, quia ostēdo falsum esse crimen, quo mihi obiciunt, quod Christum Deo consubstantialem esse negasset. Nam tametsi dico me id vocabuli in sacris literis, nec legisse, nec reperisse, veruntamen argumenta mea, quæ postmodum subiūxi, & ab illis tacita sunt, nonne prorsus ab hac sententia discrepant? qui & humanam sobolem pro exemplo allegauit, de qua nihil dubium, quin sit eum genitore eiusdem generis, atque eo solo parētes à liberis alios esse, quod ipsi liberi sui non sint. Ego autem eam epistolam ob temporum calamitates proferre nequeo, quod si tibi ipsa verba libens mihi, multo libentius authographum misisset, misisturus tamen, quāndocumque mihi eius copia fuerit. Bene autem memor sum me quam plurimas ex cognatis rebus similitudines congesissem. Nam & plantam ibi dixi sive ex semine, sive ex radice succrescentem, aliam quidem esse ab eo vnde pullulauerit, sed tamen, ut eum eo eiusdem naturæ maneat: & fluuium à fonte profluentem, aliam formam & nomen accipere, neque enim aut fontem fluuium, aut fluuium fontem dici, & ambos ita existere ut fontem quasi Patrem esse, & flumen esse aquam ex fonte dicas. Cæterum hæc & istiusmodi à me scripta, quasi cæcuerientes dissimulant se videre, sententiis in conditis, veluti faxis, eminus me lapidare conantur, ignari à rebus ignoratis, & quibus opus est tractatu, ut innotescant, non solum aliena subinde, sed & subcontraria argumēta in quæstionibus adduci. In tertio deinde libro dicit, Vita ex vita genita est, & ut flumen à fonte defluxit, & à luce inextinguibili, splendida lux accensa est. Quis igitur hæc audiens eos suspicantes Dionysium Arianicæ sententiæ esse, non bono iure furoris insimulauerit? Ecce per hæc propalam omnem eorum hæresim rationibus veritatis conculcat. Nam illud, Non erat, priusquam gigneretur: & erat, quando non erat, tollitur ab ipso per splendoris comparisonem, quum dicit Patrem nullo vnquam tempore fuisse orbem. Porro illud, quod aiunt filium ex non entibus extitisse, subruitur ab eo per hanc comparisonem, qua dicit Verbum quasi fluuium ex fonte, & germen ex radice, & sobolem ex parente, & lumen de lumine, & vitam ex vita esse. Diuisionem quoque Arianicam, qua verbum à Deo seiungunt, istiusmodi sermone reprehendit, indiuisibilem & indiminutam Trinitatem, in vnitatem consummari. Porro, quod dicunt alienum filium esse à Patris substantia, prorsus subplodit, quum dicit consubstantialem Patri esse filium, merito igitur hæreticorum improbitatē stupeas, quod Dionysium dicentem filium esse Patri consubstantialem, secum affirmēt eiusdem esse sententiæ, & in orbem bombis circumstrepentes, veluti culices mussitant, non recte à Synodo consubstantialitatem inductam esse. Si enim illis Dionysius est amicus, ne negent sententiam sui gregalis, & si recte esse dictum putat, cur se de Dionysio eandem vocem vsurpante, quasi de suffragatore suæ sententiæ venditant? quum ille ista non obiter tractet, sed scriptis in id iam antea epistolis, tum eos qui eum notauerant, quasi Patri filium consubstantialem esse negasset, mendacij coarguit, tum illos qui cum su-

spicati fuerant, quasi Verbum esse conditum dixisset, à se excutit & profligat, docens se nequaquam ita ut illi arbitrantur, sensisse, sed voces illas in eum vsus adhibuisse, ut ostenderet non Patrem esse, sed filium, qui creatum, conditum & factum corpus inducit, ac proinde cum creatum, conditum, & factum esse recenset: certe quum hæc verba in prioribus scriptis vsurpasset, Ariasius longum valere iussis, ab auditoribus suis rectam conscientiam, animique benignitatem exigit, difficultatem vel potius incomprehensibilitatem illarum quæstionum pretendens, ut atque ne verba sua, sed mentem, quæ pleræque ipsius verba ed tendant, explorandam diuidendamque putent. Exempla enim de plantâ & Agricolâ, ut res non magno opere vtilis, se obiter & in transcurso attigisse: contra quæ grauiora erant, magisque accommoda, ibi se longiorem moram impendisse, & quæ veriora erant, plenius tractatū extitisse. Iam qui ita verba sua moderatur, satis declarat se in ea sententia esse, verius dici Filium ex Patre æternum, quam creatum, eò quod hac voce eius corporalitas, illa vero ipsius diuinitas significetur. Liqueat certe ex istis dictis criminatores illius de negata Filij cum Patre consubstantialitate, non leuibis, sed bonis rationibus documentisque refutatos esse, quippe qui ita loquatur, tamen meum dictum sit, quod non inuenerim hanc vocem consubstantialitatis in literis sacris, rem tamē ipsam inibi deprehendi, cognouique filium, qui Verbum est, non alienum à Patris substantia esse. Quod autem idem ille non arbitretur filium opus aut creaturam esse, quod de eo sparsere inimici, ostēditur ex eius secundo volumine, vbi sic ait: Si quis igitur sycophantarum, eò quod Deum omnium creatorem & opificem dixerim, arbitretur à me eum quoque Christi ceatorem dici, audiat, quæso, cur de creatore loquens, eum Patrem appellarem, sub quo nomine etiam filius, quasi eodem scripto comprehensus intelligitur. Postquam enim Patrem rerum creatorem appellaueram, subintuli, neque Pater eorum quæ genuit, creator haberi potest, si modo eum qui genuit, Patrem voces: amplitudinem enim huius vocabuli, Patris, in sequentibus pertractabimus. Neque rursus creator Pater, si modo de operis authore mentionem facias, certe apud Græcos id receptum est, ut docti suorum librorum factores & opifices nominentur. Quin & Apostolus dixit, factor Legis, itidem quoque eorum quæ ex corde proficiuntur, virtutis aut vitij factores dicimur, prout locutus est Dominus, Expectaui ut faceres iudicium, sed fecit iniquitatem. Hæc quum audias, facile tibi in mentem venerit, Diuinum illud oraculum, Quocumque se vertat impius, subruitur, quippe qui ne hic quidem vllam criminandi Dionysij causam habeant: clare enim docet filium neque creaturam, neque rem conditam esse, atque eo nomine cum criminatores exposulat, calumniisque illis, quibus ipsum insimulabant, quod Deum creatorem appellasset, remedium adhibet, obiciens calumniatoribus suis, ipsos nihil considerare, quod prius Deum patrem nominasset, sub quo nomine Filius vnâ intelligi debuit. Hoc quum dicat, ostendit Filium non esse in numero rerum factarum, neque Deum factorem Verbi sui, sed genitorem esse. Et quia maligne obiectum erat, quod Deum dixisset factorem Christi, multiplici

Quod filius non sit creatura ex sententia Dionysii.

ratione ad se defendendum vsus est: dicit ne ita quidem suum sermonem deprehendi debere: respectu enim carnis creaturæ, quam Verbum assumpsit, Deum Christi factorem appellasse. Quod si de Verbo quispiam hoc dictum esse suspicetur, modo benigne audiat, intelliget me nequaquam sentire Verbum creaturam esse, quum Deum eius non conditorem, sed Patrem appellem. Nam tamen obiter à me Deus filij sui creator nominetur, tamen vel ita quoque res non caruerit sua defensione: Nam Græci sapientes sese suorum verborum, quorum parentes genitoresque sunt, factores nuncupant. Quin etiam sacra scriptura motuum nostrorum ex nostro corde prodeuntium, factores nos appellat, factoresque item legis, iudicij & iustitiæ, adeo ut vnde- cunq; appareat, magnum illum filiū, nec creaturā, nec opus esse, ac proinde se alienū esse ab Arianica prauitate. Imo ne hic quidem quispiam Arianorū male de eo sentire debet, quum dicit ita vnā cum Patre filium esse, vti ipsa nomina, quæ quum inuicem cohæreant, re tamen inter se plurimum distāt, & non semper filium cum patre fuisse: ex quo enim genitus est filius, ex eo Deum Patrem vocari, atque iam inde filium illi coadesse, sicuti in hominibus euenire solet. Cæterum reminiscaris mihi velim superius dictorum, & videbis Dionysij rectam fidem. Nam quum dicat, Non erat, quando non erat deus Pater, ac rursus: Deus autem æterna lux est, quæ nunquam incepit, nec vnquam desinet, quapropter & æternus accubat illi & coadesit splendor, nullo initio inchoatus, semper genitus & ex ipso promicans. Atque ideo par est, vt nemo omnium de ipso male suspicetur. Nam exempla de fonte, fluuio, de radice, de germine, & de spiritu & vapore, pudesciunt Christi hostes, contrarios de illo rumulosos spargentes. Quandoquidem autem ad cætera mala sua, & hanc quoque sententiolam Arius veluti ex sterquilinio depromptā adiecit, Verbum non esse Patri suum ac proprium, sed alterum esse Verbum in Deo: hunc autem Dominum nostrum alienum esse à Patris substantia, imaginariūque Verbum dici, neque esse naturaliter verum filium Dei, sed adoptione hoc nomen obtinuisse, vtpote creaturam: Atque interim quum hæc dicat, iactat, venditātque se apud ignaros, quasi in hac sententia Dionysium suffragatorem habeat. Sed tu mihi vide quam in hac parte sincera sit Dionysij fides, & quomodo quum tam prauis Arii opinionibus dimicet, idque in primo volumine, vbi scribit, Dictum est superius fontem omnium bonorum Deum esse, fluuiūque, quem inde exundantem reperimus in scripturis, filium esse. Si quidem Verbum promanationem mentis nominari conuenit, idemque vt quasi de hominibus loquamur, ex corde per os effunditur, diuersaque iam inde mens ea est, quæ ita per linguam prosilit, ab ea ratione siue verbo quod in corde est. Hoc enim post alterius emissionem remanet, & est, quale antea erat: illud autem in omnem partem fertur, atque ita, quamquam alterum ab altero diuersum est, vtrumque tamen in altero subsistit, & quum duo sint, vnum tamen habenda sunt: Eodem modo Pater & Filius vnum sunt, & in se inuicem dicuntur esse. In secundo autem volumine ita dicit, Nostra enim mens eructat ex se Verbum, quemadmodum loquutus est Propheta, Eructauit cor meum Verbum bonum,

& vtrumque alterum ab altero suum propriū & distinctum locum possidet, quum hoc in corde, illud in lingua & ore commoretur, & motum suum habeat, sed non tamen vt distent, ac se inuicem careat, neque est mens irrationalis, hoc est, sine Verbo & sine Ratione, neq; Verbū amens, hoc est, sine mente, sed mens Verbum facit, & in verbo apparet, & verbum mentem, quæ in ipso consistit, declarat, & mens est, quasi verbum quietū: verbum vero, quasi mens profiliēs, & transit mens in verbum, verbum autem mētem in auditores insinuat, atque ita mens in auditorū animis collocatur, vnā cum verbo intrans, estque mens, quia per se existit verbi Pater, verbum autē veluti filius mētis: quod, vt ante mentem extiterit, impossibile est, ita nequaquam sine ea, sed vnā cum ea extitit, & ab illa progeminatū est. Eodem quoque modo Pater maximus, & in solidū mens filium suum Verbum, interpretem & nuncium sui habet. Hæc vel nunquam audiuit Arius, vel si audiuit, non intellexit homo inciscitus. Nam si ea intellexisset, non tot falsa de homine Episcopo finxisset, neque illū, vti & nos solet, conuictis veritatis odio infectatus fuisset. Verū quia Christi perduellis est, nusquā legnis est, aduersus eos, qui quæ Christi sunt, sapiunt, persequendos. Id enim prædictum est à Salvatore, Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Aut igitur agnoscant eum pro aduersario principes istius impietatis, aut si sibi suffragatorem Dionysium velint, scribant eadem, quæ ille scripsit, confiteantur eadem quæ ille confessus est, faciātque mentionem de vite & Agricola, de naue & nauis fabricatore, profiteanturque eadem, quæ ille professus est, in defendenda cōsubstantialitate, & in asserēda Filij natura, quem ex Patris substantia genitum, æternūque esse docuit, quum mentis & verbi, fontis & fluuij comparationem induceret, quo saltem ex ipsa verborum diuersitate intelligant, illa ab eo per œconomiam, & pro ratione temporis scripta esse, ista autem, prout vsus sacro sanctæ fidei exigebat, pronunciasse, iisque perlectis, tollant ea, quæ contra ipsum sensere. Quid enim habet Dionysij fides, quod vel ex tantillo finitimum sit Arii malis, quom Arius Dominum imaginariū, Dionysius cōtra, verum & naturale Dei Verbum esse pronunciat: ille Verbum alienet à Patre, iste autem indiuisibilem & proprium eum substantiæ, Patris esse doceat, idque eadem ratione, qua Verbum ex mentis substantia, fluuiūque è fonte promanat? Qui igitur Verbum à mente diuidere & alienare, fluuium à fonte dirimere, ac fluuium alterius substantiæ esse quam fontem, & alienas inter se vtriusque aquas dicere ausit, & distrahere splendorem à luce, quasi alienę naturę & nō ex luce prodeuntem, iungat ille quisquis est suas furias cum Ario, quum ne sensum quidem communem habere videatur. Quod si hæc indiuisibilia esse natura agnoscit, quodque ab ipsis nascitur ipsorū esse proprium, ne quæ Arii sunt sentiat, aut Dionysium calumnietur, sed potius in eo admiretur, & dictionis claritatem & fidei reſtitutionem. Porro aduersus illam Arii insaniam, qua dicit aliud esse in Deo Verbum, & aliud de quo locutus est Ioannes Euangelista, dum diceret, In principio erat Verbum, & aliam Sapientiam esse, quæ est in Deo, & aliam de qua Apostolus mentionem facit sub his vocibus, Christus Dei Virtus, & Dei Sapientia: iterum prodeat

Exempla nō admittunt heretici.

Accusatio tertia in Dionysij ex impropositura Arii.

Dilutio ex scriptis dionysij.

psal. 44.

Arius in postor.

Ioan. 15. Excelsa Dio. 15. 15. 15.

collatio fidei Dionysij & Arii.

Ioan. 1. cor. 1.

prodeat in certamen Dionysius, & redarguat istiusmodi prauam opinionem, ac vide quid denuo de istis opinionibus in secundo suo volumine scribat, In principio, inquit erat Verbum, sed non erat aliud Verbum quod hoc Verbum proferret: erat enim Verbum apud Deum: Sapientia est Dominus, non tamen alia Sapientia erat, quæ hanc Sapientiam produceret, Ego, inquit, eram in qua oblectabatur. Veritas est Christus. Benedictus autem vt in scripturis habetur Deus veritatis, quibus dictis Sabellium cum Ario subuertit, & vtramque hæresim æqualē inter se impietate ostendit. Non enim Verbum est Verbi Pater: nec opus est Patris, quod ex Patre est, sed ipsius fœtus. Rursum non est Pater Verbum quod procedit, neque aliquod ex multis est istud Verbum, sed vnicum & solum Patris sui filius verus & natura genuinus, qui erat in illo, & in æternum, & indiuisibiliter ex eo est: Ita Sapientia & veritas est, Dominus, neque est secundus ab altera Sapientia, sed solus ipse est, per quem omnia fecit Pater, & in eo multiplices rerum substantias condidit, & per eum innotescit, quibus vult, & in eo omnium rerum curam prouidentiamque & agit, & exercet. Hoc vnicum Verbum Dei agnoscebat Dionysius, cæque Dionysij fides fuit. Pauca nimirum ex Epistolis illius in vnum collata conscripsi, tibi quidem, vt haberes occasionem plura addendi, Arianis vero ad cōfusionem eius calumniæ, quam aduersus Episcopum instituerunt. Vbi que enim in genere & seorsum in singulis scriptis stoliditatem eorum redarguit, & hæresim traducit. Quapropter Epistolam ad Euphranorem & Ammonium satis apparet, alia mente, & pro ratione negocij ab eo scriptam esse. Nam id eius Apologia præ se fert, & est reuera bona persuadendi forma, ad subruendum Sabellij furorē, vt qui velint quam citissime conuincere istiusmodi homines, non initium faciāt, ab iis quæ demonstrant Verbi diuinitatem, nimirum Verbum Sapientiam, & potentiam, & filium esse: Patremque cum eo vnum esse, ne illi recte dicta prauè interpretantes, inde sibi occasionem suppeditent improbae suæ contentionis, quum audiant, Ego & Pater vnum sumus, & qui videt me, videt & Patrem meum. Sed præmittant ea, quæ de Salvatore humanitas dicta sunt, quemadmodum Dionysius fecit, quale est, quod eluriet, quod delassatus fuerit, quod vitis sit, quod precatu sit, & passus: quanto enim ista humiliora sunt dictu, tanto magis ostenditur Patrem hominem non esse factum. Necessum enim, quū Dominus vitis appelletur, esse vinitorem: & quum precetur, esse qui donet. Hæc enim longe liquidius Sabellianorum furorē probant, quod alius sit, qui precetur: alius, qui audiat: alius vitis, alius agricola. Quæcunque enim verba filium alienum à Patre ostendunt, ea de illo ob carnem, quam pro-

Ioan. 1.

Arius et Sabellij impietas æqualis.

Conclusio

Ioan. 10. Ioan. 14.

pter nos gestauit, dicta fiteri. Creaturæ enim alienę peregrinæque sunt à natura Dei. Ideo enim quia caro ex genere eorum est, quæ facta sint: Caro (vt inquit Ioannes) factus est. Et quanquā pro ratione naturæ suæ proprius erat filius sui Patris, & ab eo indiuisus, tamen ob carnem Pater ab eo longinquus esse dicitur. Quæ enim carnis propria sunt, ipse sustinet de se dici, vt declaretur hoc corpus non alterius, sed suum ipsius esse. Iam quum hic istiusmodi sit intellectus, citius refutabitur Sabellius, non Patrem, sed Patris Verbum canem esse factum, quod & carnem redemit, quam Patri obtulit. Deinde quum cum ita refutauerit, & persuaserit expeditius in posterum de Deitate Verbi, demonstrationes faciet, eum Sapientiam, Filium & potentiam, Splendorem & Sigillum esse. Nam necesse est vt hæc denuo cogites, quum Verbum sit, esse quoque eius Verbi Patrem: & quum Sapientia sit, esse istius Sapientia parentem: & Splendor quum sit, esse & lucem, atque ita Patrem & filium vnum esse. Cum hac igitur consideratione Dionysius scripsit, & per illa Sabellij os obrurauit, iisdemque Arii hæresim euertit. Quemadmodum enim humana Saluatoris Sabellium euertunt, ita ad refutandos Ariomanitas documenta, non ex humanis, sed ex illis, qui Verbi Deitatem declarant, mutanda sunt: ne illi per ea quæ de Christo ob corpus referuntur, prauè interpretantes, existiment tale esse Verbum Dei, quales nos homines sumus, ac iam inde in suo furore permaneant, qui si doceantur de Diuinitate Verbi, suummetipsi errorem improbabunt: faciliusque vbi didicerint Verbum carnem esse factum, discriminent, tum quæ humana sunt, tum quæ eius diuinitati congruunt. Quum igitur res ita se habeat, Dionysiusque ex suis scriptis pius & religiosus appareat, quid iam in posterum tentabunt facere Ariomanitæ, cuius hic conuicti mendacia sua allinent? fieri enim nequit, quin lapsi è fundamento Apostolorum, ac proinde hallucinantes, caduca, nutantique mente rixas querant, iisq; non inuentis, mendacia de patribus spargant. Sed nemo illis credet, etiam si summa vi calumnientur: ab omnibus enim improba sceleratæque eorum hæresis habetur, nec est, quem suffragatorem allegent, nisi diabolum, qui solus ille reſiduus esse possit ad stipulator, vel potius ipsius hæreseos suppeditator. Quis igitur istos, quorum dux est diabolus, Christianos, ac non potius diabolicos putet, vt iam deinceps non Christo perduelles, sed etiam diabolici appellentur, nisi se immutent, & impietatem quam commenti sunt, abnegent, & veritatem agnoscant, quod & illis vitale fuerit, & nobis decorum pro omnibus errantibus exoptare.

simile. Christi humanitas Sabellium redidit, et vero diuinitas Arium refutat.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, QVOD NICENASYNODVS

ANIMADVERSA EVSEBII CALLIDITATE,

*congruis & pijs verbis decreta sua super
Arianam heresim exposuerit.*

EPISTOLA.



RECTE à te factum est, quòd mihi tuam cum legatis disputationem declaraueris, inter quos erant tum nonnulli Eusebij sodales, tum quàm plurimi fratres Ecclesiasticæ fidei. Ego igitur vt tuam Christianam vi-

gilantiam, eximiam impiæ hæreseos refutatricem gratam, acceptamque habeo, ita illorum impudentiam admittor, quod rationibus Arianicis friuolis inanibusque deprehensis, ipsique adeo de erroribus omnigenis, ab omnibus condemnati, etiam nunc quoque more Iudæorum obmurmurare audent, expostulantes scilicet cur patres, qui Nicææ conuenerant, has voces, essentiam & consubstantialitatem, nusquam in sacris literis repertas, usurparint: tu contra vt virum eruditum oportuit, illos ipsos ostendisti ad istum modum cauillantes, multo magis nouas & inauditas voces in vsu habere. Veruntamen illi in comminiscendis vitiligationibus nihil alienum à prauitate suæ indolis faciunt, neque id mirum, quum tam vario sint & versipelli animo quam Chamæleontes sunt in mutandis coloribus, quippe quibus tantisper pudor, adfit, dum refutantur: inopia hæsitatiæque respondendi, sed mox tamen resumpta audacia ad causificationes fingendas recurrant: quos si denuo conuincas, fatiscunt illi quidem, verum non diutius, quam vt denuo ea, quæ nusquam sunt, mendaciis fingant, & vt in Psalmis est, inania cogitent, non alia de causa, quam vt in sua heresi perdurent. Atqui in istiusmodi conatibus, nihil æque produnt, ac dementiam suam, & imitationem Iudaicæ prauitatis. Nam illi refutati à veritate, neque audentes contra eam oculos attellere, ad istas causificationes perfugiebant. Quod signum facis, vt videamus, & credamus tibi? & quid operaris? quò interim tot signa ederentur, vt & illi ipsi dicerent: Quid facimus quia hic homo multa signa facit: nam & mortui resuscitabantur, claudi ambulabant, cæci visum recuperabant, leprosi mundabantur, aqua vinum fiebat, & quinque panibus saturabantur quinque milia hominum: quapropter cæteri admiratione percellabantur, ac Dominum adorabant, confitentes in eo compleri Prophetias, ipsùmque esse Deum Dei filium, Pharisei contra, & si sole clariora signa erant, nihilominus tamen obmurmurabant, vt insciti & indociles: & Cur (inquiunt) homo cum sis temetipsum Deum facis? stulti & prorsus animo obcæcati, quippe quos oporteret inuicere sermones, in hunc modum, Cur tu cum Deus esses, homo factus es? nam opera eum Deum esse declarabant, vt & bonitatem Patris adorarent, eiusque propter nos æconomiam admirarentur. Sed hoc neque dicebant, neque quæ fierent, inspicere volebant, aut si conspicerent, quum ea ipsa eorum oculis ingererentur, sub alio tamen prætextu obtre-

stationes faciebant, Cur tu (inquiunt) in sabbato paralyticum sanas? & cæco à natiuitate, visum restituis? Hæc iam eorum secunda cauillatio, & nihil aliud nisi mera calumnia, cum aliis diebus Domino omnem morbum & omnem languorem sanante, æque in suis querimoniis & criminationibus persisterent, malebātque se potius impios haberi, dum Beelzebubem opetum Christi authorem volunt, quàm repudiare suam ipsorum malitiam. Quapropter Saluatori nostro multifariam, multipliciterque Deitatem suam demonstranti, & Patrem omnibus euangelizanti, nihilominus stultiloquiis suis veluti in stimulos calcitrantes, calumnias faciebāt, non alia de causa, quam vt (iuxta prouerbum) tergiuersationes comminiscentes, sese separarent à veritate. Iudæi igitur eius temporis hac prauitate animi Deum abnegantes, merito foras à lege & promissione patrum reiecti sunt. Ariani vero nostro tempore Iudaizantes, idem mihi videntur cum Capitha & Phariseis pati, qui quoniam nihil in sua heresi cõsentaneum vident, tergiuersationes comminiscuntur, cur hoc scilicet, & non illud potius scriptum sit. Sed id tibi admirationi esse non debet, si nunc talia machinantur, qui primum ad contumelias faciendas excurrent, postea cohortes, & Tribunos inter minas iactaturi. In istiusmodi rebus illorum conspiratio, ad errores suos defendendos consistere videtur. Recte igitur, omni ratione destituuntur, qui Dei Verbum, Rationemque inficiantur. Hæc quum mihi explorata essent, nihil quidem illis quæstionem mouentibus respondere volebam: tibi vero ea quæ in Concilio acta essent sciscitanti, nullam mihi moram interponendam putavi, quin statim vt res gesta esset, perscriberem, quo statim intelligeres, quàm prorsus pio sensu hæresis Ariana destitueretur, & quàm nihil nisi cauillationes caprærent. Tu autem vir omnium charissime dispicias velim, nuimnam ita sese res habeat. Nam si malis suis inuentionibus, quibus diabolus errorem assèminauit, benè confidunt, age purgent se prius de illis criminibus, ob quæ hæretici pronunciati sunt, & tum denique si poterint, accusent decreta contra ipsos facta. Non enim homicidæ aut adultero post iudiciũ datum locus conceditur, vt sententiã iudicis criminetur, quòd non hac, sed illa formula concepta sit: Ea enim tergiuersatio damnatum non liberat, sed potius damnati crimen ob eius proteruitatem audaciamque exaggerat. Quare & isti quoque ostendant sententiam suam piã esse, de qua in iudicio conuicti sunt, quo tempore nihil istiusmodi conquirebantur. Æquum enim est reos nihil aliud conari, quam sui purgationem, aut si conscientiam habeant sordidatam, & se sentiant impie egisse, ne verba damnationis culpent, alioqui duplex vitium simul, crimen scilicet impietatis, & culpam impietatis

Simile.

Arianorum impudentia obmurmurationibus.

Ariani animo sunt vario ac versipili. simile.

Psal. 2.

Ioan. II. Christi miracula illis deum esse testantur.

Phariseorum pertinacia & incredulitas.

Indem calumnia in Christum.

Mat. 22. Luc. 11.

Ariani cum Iudaicis a promissione patrum scilicet.

Ariani Respondentes nolentes Athanasium em.

peritiæ relaturi, sed potius in id studio incumbant, vt cognitis iis, quorum prius ignari fuere, impias aures suas lauacro veritatis, & pietatis dogmatibus abluant: ita enim in Nicæna Synodo cum Eusebio eiusque gregalibus actum est, quum principio in hæresi sua contumaces in Deum bella pugnâque meditarentur. Nam quæ ab illis proferebantur, hæresis impietate scatebant. Episcopi contra, qui conuenerant (erant autem illi plus minus trecenti) placide & humaniter postulabant, vt suorum dictorum rationes redderent, seque non impios esse demonstrarent: illi autem vix inceperant hincere quum iam & improbarentur, & ipsi quoque inter sese depugnarent, agnitæque suæ hæreseos perplexitate, muti prorsus reddebantur, ipsoque silentio suæ opinionis vitia flagitiæque prodebant. Episcopi igitur sublatis Eusebianorum vocabulis istam formulam sanæ fidei conceperunt, omnibusque subscribentibus subscripserunt & ipsi Eusebiani iis verbis quæ nunc culpant. Loquor autem de vocabulis substantia, & consubstantialitate approbantes Dei Filium nullo modo facturam aut creaturam esse; sed factum Verbumque ex Patris substantia. Quòdque maioris admirationis est, Eusebius ex Cæsaria Palæstines, quum pridie abnegasset, in eandem sententiam tamen postridie subscripsit quam etiam Ecclesiæ legendam misit, dicens eam esse Ecclesiæ fidem, & Patrum traditionem, omnibusque manifesto apparuit, eum prius & temere errasse, & frustra contra veritatem pugnasse. Nam tamen eum puduit scriptis errorem fateri, & vt potuit se Ecclesiæ excusarit in epistola tamen in qua Dei Filium consubstantialem & ex substantia Patris existere nõ inficiatur, clare se in errore fuisse demonstrat, miserque prorsus in eo fuit, quod vt se purgaret, coactus sit Arianos accusare, quòd illi scriptum reliquissent, non fuisse Filium, antequam gigneretur, indeque ratiocinari vellēt, eum ne ante carnis quidem natiuitatem extitisse. Et hoc ipsum scit Acarius, nisi & ille quoque nunc metu temporum id dissimulandum putet, veritatemque inficari velit. Certe & is in fine subiunxit epistolam Eusebij, vnde eos & Christi perduelles videas, & in primis Acarij aduersus præceptores suos stoliditatem deprehendas. Qui igitur fieri potest, vt non scelerati habendi sint, si tanto, & tam œcumenico concilio vel contradicere cogitent? aut non pro legirupis existimandi, si malignis oculis non vereantur à decretis illis rite contra Arianicam hæresim factis obrectare? quibus illorum antea in hac impietate magistri sua manu subscripserunt, licet postmodum Eusebiani mutato animo, tanquam canes ad vomitum regressi sint: vel potius quomodo nõ odio digni sunt, qui nunc tandem contradicunt, eosque quos prodiderunt, duces suæ hæreseos habere volunt: homines nimirum tales, quales Diuus Iacobus duplices corde, & instabiles in omnibus suis viis appellat, nõquam vnã, eandemque sententiam, sed aliàs aliã fouentes, dictaque sua nunc laude, nunc vituperio prosequuntur, vt quod iam probarint euestigio damnent. Hi sunt vt Pastor dixit, Progenies diaboli, qui que specimen potius cauponum, quàm magistrorum præ se ferant. Est enim ibi vt Patres tradiderunt, veræ disciplinæ & magistris argumentum, vbi eadem consentitur, nec à se inuicem, nec à maioribus dissentiunt. Qui igitur hoc

Ariano- rum propo- sitiones he- reticæ.

Ariani muti prorsus effecti.

Eusebius ex Cæsaria Palæstines Ecclesiæ fidem professur et approbat.

Eusebianorum inconstancia.

Iacobi 4. & 1.

Mat. 22. Pastor liber Ecclesiasticus.

animo non sunt, mali potius quam veri præceptores appellari debent. Certe Ethnici, quum nec eadem profiteantur, sed inter se discrepent, veram disciplinam non habent. Sancti contra, synceræ sunt veritatis præcones, eò quòd inter se sententiis conueniunt, & nullo diffidio laborant. Qui tamen diuersis temporibus vixerint, æque tamen simul eodem tendunt, vt vnus Dei Prophetæ, & eiusdem sermonis interpretes. Quæ enim Moses docuit, eadem ab Abrahamo obseruata sunt, quæ porro Abraham obseruauit, eadem Noe & Enoch agnouerunt, distinguentes munda & immunda, & gratiosi apud Deum fuerunt. Abel quoque huius rei testis habendus est, qui ea quæ ab Adam percepit, Deo obtulit. Adam autem magisterio Dei instructus fuit. Idem igitur Deus, quum sub summatione seculorum venisset ad reprobationem peccati, dixit: Non præceptum nouum dedi vobis, sed præceptum vetus, quod audistis ab initio, ideoque qui eo ipso magistro vsus est, Apostolus Paulus in præscribenda Ecclesiasticæ vitæ forma, ne Diaconos quidem voluit bilingues, nedum Episcopos esse voluit, & Galatas obiurgans, in vniuersum simul omnia complexus est, his verbis. Si quis vobis Euangelizauerit præter hoc quod accepistis, anathema sit, quemadmodum prædixi, & rursum dico, imo si Angelus vobis è cælo Euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Quum igitur Apostolus ita dicat, aut isti Eusebium cum suis sibi non constantem, alia diuersaque ab iis, quæ suspicione approbavit, dicentem, pro anathemate habeant, aut si putent eum recte subscripsisse, ne obmurmurent tanto consilio. Quòd si neque hoc, neque illud faciant, certum est eos omni vento, & fluctu circumferri, neque suis, sed alienis sententiis duci. Quapropter qui tales sunt, in suis istis causificationibus, indigni sunt, quibus fides habeatur. Desinant igitur ea culpate, quæ non intelligunt, aut potius quæ distinguere nequeunt. Nam prorsus quod malum est, bonum, quòdque bonum est, malum esse pronunciant, & quod amarum est, dulce, & quod dulce est, amarum esse dicunt. Certe quæ reprobata sunt, & pro malis damnata, obtinere volunt, quæ autem recte definita sunt, calumniantur. Oportuit igitur nos, neque vllam omnino defensionem istarum rerum instituire, aut ad vanas illorum cauillationes respondere, neque illos contentiosius agere, sed approbare ea, quibus duces suæ hæreseos subscripserunt, quum non ignari sint reuocationem subscriptionis malitiosam, suspectamque videri. Nam quod subscripserunt, quum illis liceret, saltem aliquid pro defensione dicere, id reuera, quam impia sit eorum hæresis, declarat, siquidem subscriptionem non subiissent, nisi eam hæresim damnassent, nec antea damnauerunt, quàm omnis rationis inopes præ pudore defecissent, quapropter ex reuocatione subscriptionis, nihil nisi pertinaciam impietatis defendendæ colligas. Quamobrem vt dixi, oportebat illos quiescere, verum quandoquidem tam vehementer audaces sunt, & fortasse arbitrantur se magis quam illi hanc diabolicam impietatem propugnare posse: age tamen superiori Epistola ad te scripta, cumlatiore eos refutatione aggressus sim, nunc tamen denuo istos, quemadmodum antea & illos, in singulis ipsorum verbis profli-

Abrahamus Moysis doctrinam obseruauit.

Abel obtulit quæ Adam ei præceperat magisterio Dei instructus.

Ioan. 15.

1. Tim. 3.

Galat. 1.

Eusebius cur suis pro anathemate habeat.

Concilio Nicæno subscripserunt Eusebiani quando.

Eusebii-
norum ha-
resis qua.

Filius
quid in sa-
cra scri-
ptura.
Dent. 15.

Ioan. 1.

Absurdū

Gene. 2.

Heb. 11.
2. Cor. 12.
1. Inc. 23.

Esa. 49.

gemus. Liquebit enim æque nunc ut antea, eorum hæresim non sanam, sed dæmoniacam esse. Aiunt igitur isti, ut etiam illis placebat, magna cum temeritate. Non semper filius, quoniam non erat filius, priusquam existeret, quin ex non entibus, & ipse quoque extitit, quapropter Deus non semper fuit filio suo pater, sed tum demum pater factus est, ubi filius & esse incepisset, & creatus esset: ab illo enim tempore Deus Pater nominatus est. Creatura siquidem & factura est Verbum, externum, dissimileque Patri, quatum ad ipsius substantiam pertinet. Neque enim Verbum naturalis & verus filius Patris, neque sola & vera Sapiëntia Patris est, sed res condita, & vnum ex numero creaturarum, quique abusive nuncupatur Verbum & Sapientia: eadem enim ratione in Deo fuit, quum cætera omnia, ac proinde verus filius haberi non debet. Mihi autem ante omnia libet ex istis sciscitari, quidnam sit filius & cuius rei significationem id nomē afferat, ut saltem vel ita suamet dicta intelligant. Nam sacra scripturæ duplicem eo nomine significationem innūt: vnam quidem cuius mentionem Moses in lege facit, Si audieritis vocem Domini Dei vestri, ut seruetis præcepta eius, quæcunque ego hodie mando vobis, ut faciatis quod bonum est, & acceptum coram eo, filij eritis Domini Dei. Quemadmodum & in Euangelio Ioannes dixit, Quotquot illum receperunt, dedit illis potestatem filios Dei fieri. Altera significatio est, qua Isaac Abrahæ filius, & Iacob Isaac, ac deinceps Patriarchæ filij Iacobi appellantur, Ipsi autem ad quam (quæso) filij significationem alludentes talia de filio Dei garriunt? Decurrent (satis scio) ad eadem cum Eusebio impietatem. Nam eum filium esse volunt secundum priorem significationem vocabuli, quales illi qui ex melioratione profectumque morum adipiscuntur huius nominis gratiam, eaque accepta, potestatem obtinēt, ut filij Dei efficiantur, id enim illi dixere. Quod si ita est nihil diuersum à nobis habuerit Christus, etiam si vnigenitus sit, quum ita quoque nomen filij prærogatiua virtutis obtineat. Nam tamen (vt aiunt) eod quod præcognitum prædestinatumque fuerit, eum talem euasurū, anticipauerit statim cum exortu suo nomen filij, eiusque gloriam occupant, nihil tamen ab illis differet, qui post virtutis profectum eandem appellationem consecuti sunt, quoadusque censebitur eodem modo, quo illi hoc nomen accepisse. Siquidem & Adam anticipans gratiam, & statim ubi natus esset, in paradiso collocatus, nihil quicquam differentia habuit ab Enoch, qui post tempora natiuitatis sue quum Deo placuisset, in paradysum translatus est, neque item quicquam diuersum ab Apostolo, qui post facta sua raptus est in paradysum, imo ne à latrone quidem, cui ob confessionem promissum est, ipsum statim in paradiso futurum. Sed hic conuicti & refutati fortassis dicent, quod iam sæpe per summam impudentiam dixerunt, se ad istum modum putare, filium prærogatiuam præ aliis habere, vnigenitumque appellari, eod quod vnus ille à solo Deo conditus sit: cætera vero omnia à Deo per ipsum creata sint. Quis (quæso) vestris animis nouam istam & stultam cogitationem subiecit, ut affirmetis Patrem suamet opera filium solum duntaxat condidisse, cætera autem non item? Impium est talia de Deo cogitare, maxime si audiant Esaiam ita loquentem: Deus æ-

ternus, Deus qui construxit summa terrarum, non esuriet, nec delassabitur, neque est inuestigabilis prudentia eius, quin potius ipse esurientibus robur largitur, & per Verbum suum fatigatos refocillat. Quod si, postquam filium condidit, cætera vt indigna quæ sua opera creentur, contēnit, etiam illa vestra opinio impietate non caret. Non enim est factus in Deo, qui cum Iacob in Ægyptum descendit, & propter Abrahamum castigat Abimelech, idque in gratiam Saræ: cum Mose vero, quamuis homine, ore ad os loquitur. Et in montem Sinai descendit, & populo latenter sua gratia contra Amalechum auxilium præstat. Ergo & illi mētuntur, qui dicunt, Ipse nos fecit, & non ipsi nos. Ipse est, qui per Verbum suum omnia & magna & parua facit, neque hac parte res creatæ distinguendæ sunt, vt dicas has esse creaturas Patris, illas filij: quum omnia sint vnus Dei Verbo suo, quasi manu propria vtentis & in eo omnia facientis. Et hoc ita esse ipse Deus declarauit, dicens: Manus mea fecit hæc omnia, & Paulus hoc ipsum quod dixerat, edocuit, quum inquit, Vnus Deus, ex quo omnia. Et vnus Dominus I E S V S Christus, per quem omnia. Ipse certe ut semper, ita & nunc quoque imperat soli, & exoritur: nubibus præcipit, & aliquam partem terrarum irrigant, vbi non irrigant, ibi fit exiccatio: & terram iubet fructus proferre, & Hieremiam in vtero format. Quod si ista ipsemet facit, non est ambiguum, cum ne à principio quidem designatum fuisse, omnia per Verbum suum constituere, nam & istæ quoque partes sunt vniversitatis. Sin autem ideo filius Dei duntaxat creatus est, quia cætera indomitam vim manus Dei in fingendo perferre nequuerant, vt ea à filio, quasi succenturiato subministratoque crearentur: id enim Asterius Sacrificator idolorum scripsit, & Arius transcriptum suis tradidit, quam sententiolam deinde cæteri quasi calamum contractum vsurpant, non agnoscentes stulti, quam ea sit friuola, & nullius momenti: Si enim impossibile erat, vt res creandæ manum Dei ingeni perferrent, filiūque eius pro opinione corū creatura est: quomodo ille tandem solus potuit vim diuinæ manus, dum ipse crearetur, perferre: iam si vt creaturæ existerent, opus fuit mediatore, & creatura quoque est filius, secundum eorum sententiam, oportuit etiam ante ipsum filium, mediatorē aliquem intercessisse, vt filius in rerum naturam venire posset. Huic rursus mediatori vt pote creaturæ, alius mediator adhibendus fuit, vt & ipse quoque procrearetur, quod si huic tiam mediatorem adhibeas, necessum erit, vt etiam illi mediatorem excogites, adeo vt mediatorum series in infinitum abeat. Atque ita dum semper requiritur mediator, non poterit rerum natura in essentiam produci, eod quod nulla creaturarum, vt vos dicitis, indomitā ingeni dei manū perferre queat. Sed hic intelligentes, quam hoc absurdū sit, illud nouum initium sermonis desumitis, filium tamen creaturam, idoneum tamen fuisse, qui ab ingenito crearetur. Verum hoc si concedas, necessario sequitur omnes creaturas ab ipomet ingenito condi potuisse, quum & ipse Filius pro vestra opinione æque res creata sit, ac cæteræ creaturæ, ac proinde vana ac frustratoria est Verbi generatio, secundum impiam & stolidam vestram sententiam, quum Deus sufficiat per se ad omnia creanda, omnésque

Gene. 46.
Gene. 20.

Exo. 20.
Exo. 17.

Esa. 66.
Rom. 11.

Asterius de
creatione
mediator.

Absurdū

Mediatorum
series
in infinitum
abeat.

Adam
plusne
habet.
in eo,
quod ip-
se a deo,
nos autē
propaga-
tione cre-
ati sumus.

Adā simi-
lis nobis
natura.
Hebr. 1.
Esa. 66.
Esa. 44.
Ibidem.

Psal. 118.

Esa. 46.

Cōclusio.

Filius dei
si creatu-
ra esset, ni-
hil à cæte-
ris creatu-
ris differ-
ret natu-
ra.

Psal. 148

Verbū pa-
tris est v-
nicum.

Filij dei
appella-
mur, nō
eo modo
quo Chri-
stus.
Esa. 1.

omnēsque creaturæ indomitam omnipotentis Dei manū perferre valeat. Verū quia satis constat, quātopece animo, mentēque capti sint, age videamus, num istud ipforum impiē commentū longe quā reliqua, absurdus videri debeat. Adam solus à solo Deo per Verbum eius factus est, non tamen ideo plus eum habere, quā cæteros homines, aut distare à posteris eo nomine dixeris, quod ille quidem à solo Deo conditus sit, & configuratus, nos autem ex ipso progeniti, & successione generis propagati sumus, quādiu verum erit ipsum quoque Adamum è terra formatū esse, & quum non esset, postmodum extitisse. Quod si aliquam prærogatiuam protoplasto dare libeat, eod quod dignus habitus sit qui manu Dei fingeretur, esto: sed ita, vt scias eam prærogatiuam excellentiorem honorem, non differentiam naturæ adferre. Ex terra enim factus est, quemadmodum cæteri, manūque illa, quæ tum Adamum formauit, eadem nunc quoque omnes eius posteris format, ac cōstituit. Et hoc ita esse ex verbis Dei ad Hieremiā liqueat, Antequam te formarem in vtero, noueram te. De cæteris vero omnibus ita sermocinatus est, Mea manus fecit hæc omnia, Idemque rursus per Esaiam ita dicit: Dominus est, qui liberauit te, & formauit te in vtero, Ego Dominus consummans omnia, solus ego extendi cælum, & stabilui terram, idque David agnoscens, ita cecinit, Manus tuæ fecerunt me, & formauerunt me. Et in Esaiā loquēs, ita inquit: Dominus, qui formauit me ex vtero seruū sibi: quibus verbis idem significatum vides. Quapropter nihil à nobis differt, nec obstat, quod tempore prior est, quādiu certum indubitatumque habetur, nos omnes eadē manu Dei conditos & creatos esse. Si igitur Ariani eodem modo de Filio sentitis, quod eadem ratione creatus sit & cæperit subsistere, nihil certe ei, quod quidem ad naturam attinet, eximium à cæteris rebus tribuetis, quum & ipse quoque aliquando non fuerit, & iam sit, atque ex virtute Filij nomen, donumque eius appellationis obtinuerit. Quandoquidem vnus eorum haberi debet, pro vestra sententia, de quibus in Psalmis Spiritus loquitur, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Quis igitur ille est, cui Deus mandauit, vt Filius crearet quum in eo opera omnia condantur? Atqui aliud Verbū non poteritis ostendere, præter illud quod abnegatis, nisi nouum iterum sophisma excogitatis: quin iam (inquiunt) excogitatum habemus, id videlicet quod olim aliquando Eusebiani dixerūt, ideo Christum prærogatiuas præ aliis habere, Deique Filium, & vnigenitum appellari, eod quod ipse solus sit particeps Patris: cætera vero de ipso participant. Mirre igitur sese fatigant, sua versipellitate, dum verba sua non aliter, quā colores mutant, sed proficiūt nihil: declarabitur enim eos etiam ita veluti è terra inaniter blaterare, & in suis sententiolis quasi in cæno volitari. Nam si nos eodem modo filij eius appellaremur, quo ipse est Filius Dei, consentaneū quiddam illorum figmenta possiderent. Quod si contra, & nos quoque eiusdem Dei, cuius ille, filij appellamur, certum est nos quoque eiusdem Patris confortes esse, quum ita loquatur, Filios genui, & exaltaui. Nam si eius participes non essemus, nunquā gignendi vocabulo vsus fuisset: quod ille si nos genuit, nemo alius, sed ipse Pater noster habendus est: neque differentiam addit, quod ille plus adeptus

sit, & prius sit genitus: nos autem minus, & serius simus in lucem editi, quādiu eiusdem Dei participes censebimur, & eiusdem Patris Filij nuncupabimur. Plus enim & minus naturæ diuersitatem nō inferunt. Hoc etenim singulis sua virtus conciliat. Et hic quidem quinq; ciuitatibus, ille decē præficatur, alij sedēt super duodecim Thronos iudicātes duodecim tribus Israël, alij audiūt, Venite benedicti Patris mei & euge serue bone, & fidelis. Quū igitur illi tam male sentiant, non mirū est eos talem Filium imaginari, vt eius Patrē existiment semper fuisse, ipsum autē non semper, sed ex non entibus in essentiam emeruisse, & conditum esse, nec prius fuisse quā conderetur. Verum qui talis est, alius & diuersus est à vero Filio Dei. Quum igitur talia loquifas non sit, ea enim potius Saducæorum & Samaritanensis opinio est, restat igitur, vt vocabulum filij in alium intellectu interpretemur, & quemadmodum Isaac Abrahæ filius intelligitur, ita quoque Christum Filium Dei intelligamus. Quod enim naturaliter ex aliquo nascitur, neque aliunde adoptatur, id pro filio agnoscit natura, & eam vim significationis id vocabulū præ se fert. Quid igitur? Filij generatio humanone more generatio Filij intelligenda est? certe id Eusebiani præ inscitia, secundum dogmata Ariatorum libenter receperint: sed dicendum est, ne utiquam Deum vt hominem esse, quum homo non sit vt Deus. Homo enim ex materia, eaque partibili creatus est. Deus contra, immateriatu, incorporeus existit. Nam tamen eadem dictiones de Deo & hominibus in Sacris Scripturis habeantur, hominū tamen perspicaciū est, vt Paulus precepit, lectioni atredere, vt rem cum iudicio discernant, & pro natura rerum, quæ ibi scribuntur, vocabula accipiant, sine intellectus cōfusione, ne quæ Dei sunt, humano more fieri intelligas, neque in rebus humanis tanquā de diuinis cogites. Id enim est vinum aqua miscere, & alienū ignē altari inferre: siquidē & Deus & homines condere dicuntur, & Deus & homines esse perhibentur, eod quod hoc ipsum à Deo mutuo accipiant. Quid igitur? itane Deus cōdit vt homo? aut eodē modo esse dicitur? Absit: aliter enim de Deo vocabula accipimus, aliter de hominibus eadem illa interpretamur. Deus enim creat, quum euocat ea quæ non sunt, in essentiam, sine vllius rei aut ope aut opera: homines autem primum optant, vt sit quod tractare statuunt, deinde rem vbi adepti sunt, & sibi subiectam habent, tum demum exercent, operamque suam & artem in ea explicant, scientiamque agendi ab eo Architecto mutuātur, qui omnia per Verbum suū siue Rationem operatur. Rursus homines quum nequeant per se esse, certis locis continentur, & in Dei Verbo consistunt. Deus autem per se existit, omniaque in se continet, & à nullo continetur. Et in omnibus est secundum suam bonitatem & potestatem, idemque extra omnia est, secundum suam propriam naturam. Quemadmodum igitur non eadem ratione homines, quæ Deus, neque Deus, quæ homines liberos creat, ita quoque aliter se habet hominum, aliter filij generatio ex Patre: hominum enim progenies partes sunt quodammodo gignuntium, quum iis corporum natura non simplex, sed fluxa sit, & ex particulis coalescat. Effluūt enim homines quum gignunt, & vicissim cum aluntur, cibi potūsque in eos influunt, ac proinde quomodo.

Matt. 26
Matt. 23

Filij generatio
humanone
more In-
telligenda.

Verba deo
et hominibus
conuenientia
diuersa
Ratione
consideranda.

Deus non
ita condit
vt homo.

Simile.
Alia hominum,
alia verborum
generatio
ex patre
quomodo.

decurfu temporis multorum liberorum parentes efficiuntur. Deus contra impartilis & impartibiliter Filij sui Pater existit. Non enim effluxio est ab re incorporea, aut in eam vlla influxio, vt hominibus contingit, sed quia simplex est, vnus duntaxat Filij Pater est. Ideo enim Filius & vnigenitus est, & solus duntaxat in sinu Patris, eumque solum ex se genitum esse Pater declarat, quum inquit, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi cōplaceo. Idē ille Ratio & Verbū Patris sui est, in quo eandē illā impartibilitatem, & impartilitatē quæ in Patre est, intelligere debemus: sua enim hominib⁹ ratio nec per passionē, nec diuisionē nascitur, tantum abest vt Dei Rationem ita natam esse arbitreris. Ideoque & ipse sedet ad dextram Patris vt Verbum illius & Ratio. Vbi enim est Pater, ibi & eius Ratio, nos autem ab eo iudicamur, vt res creatæ & infinitis modis inferiores: ille adoratur, & adorandi Dei Filius: nos contra, adoramus eum Deum, & Dominum confitemur, vt creaturæ, & ab illo diuersissimi. Rebus igitur ad istum modum comparatis, consideret mihi aliquis ex eo grege, eolque cōfundat, quæratq; ex iis, an quod ex Deo vt propria ipsius soboles nascitur, fas sit nominare ex non entibus existere, an rationi hoc consentaneum sit? an omnino in cogitationē alicuius venire debeat, an ex Deo esse, pro re accidentaria Deo imputari par sit, vt tandem pro sua audacia affirmēt non semper fuisse Dei Filium? Cæterum in hoc rursus vim humani intellectus superat & transcendit Dei generatio, quod quum nos nostrorum liberorum tēporis decursu parentes efficiamur, eod quod antea nulli, postmodum in rerum natura esse inceperimus: Deus vero contra, quum nunquam non fuerit, ab æterno sui Filij Pater existit. Natalium porro fides maxime in ea similitudine, quæ parentibus cum liberis est, constituitur. Verum quia nemo Filiū nouit nisi Pater: neque Patrē quicquā nisi Filius, ideo sancti viri, quibus id reuelatum est à Filio, exemplū & similitudinem ex rebus visibilibus nobis reliquerunt, eod quod dixerint eum splendorem gloriæ, & formam substantiæ Patris esse, nec non quod ita subscripserint. Quoniam apud te fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, similitudine quiddā deprehendas vbi Verbum exoptulat cum Israëlitis: Dereliquisti fontem Sapientiæ: fontem eum nimirum, qui de se ipso dicit, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Est quidem ista comparatio tenuis, & admodum obscura, ad id quod quæritur, sed tamen istiusmodi, vt ex ea amplius quiddam, & quod supra humanam naturam sit intelligas, & vnde colligas nequaquam parem esse cum nostra natiuitate Filij Dei generationem. Quis enim vel cogitare poterit, non fuisse aliquando splendorem soli, vt ausit dicere nō semper fuisse Filiū, nec antea fuisse, quā nāsceretur: aut quis splendorem à sole segregabit? aut fontem affirmabit destitutum esse vitæ perennitate, vt ausit loqui vt furiosum decet, Dominum qui de se sermonem facit, Ego sum vita, ex non entibus extitisse? aut alienum à Patris substantia esse, nec retrahatur à sua opinione, quum audit Filium loquentem, Qui vidit me, vidit & Patrem meum. Quum igitur Sancti nos ita sentire vellent, hæc genera comparationum ediderunt. Estque absurdum, & magnopere impium, quum istas similitudines habeat Sacra Scriptura: nos ex aliis mutua-

ri velle cogitationes, intellectuq; de Domino nostro, quæ neque scriptæ sunt, neque citra offensam pietatis in mentem hominis admitti possunt: quapropter desinat mihi talia dicere. Verum vnde ista (quæso) didicere? vt talia de Salvatore cogitare cœperint? fortasse respondebūt. Nos legimus in Proverbiis, Dominus creauit me initium viarum suarum, nam & Eusebiani, cum suis tale mihi quiddam fabulari videntur, & tu in literis tuis significasti, illos, quum iam magnis, multisque documentis prostrati essent, dictum Salomonis vltro citroque professe iactitasse, quali Filius à Salomone creatura nominetur, & in censum creaturarum referatur, neq; id mirum, quum illud prouerbiū non bene intelligant, quod quidem pium & rectum sensum habet, quem si ipsi percepissent, nūquam Dominū gloriæ blasphemassent. Committant igitur ea quæ prius recitata fuere cum hoc prouerbio, & videbūt quātum in illis sit differentia. Quis enim non videt ibi istam, quæ recta & proba est, sententiā, omnia, quæ creantur, & conficiuntur, aliunde quā ex natura creatoris, autorisque existere? Filium contra, vt superius demonstratum est, non aliunde quā ex Patre generatē originem trahere. Siquidem & hominibus edificare filiū autem gignere dicitur: nemo igitur inuerso ordine sententiarum istarum dixerit, domum & nauem ab architecto gigni, Filium verò à genitore edificari, & confici: aut vicissim domum esse imaginem edificatoris, Filium cōtra, dissidere à Patris imagine, & specie, quin contra, filium imaginem Patris, domū vero artis esse opificium confitebitur, nisi quis animo laboret, & cōmotæ mentis sit. Sacra autem scriptura peritissima cuiusque naturæ, de rebus conditis, sub Mosis persona ita loquitur, In principio creauit Deus cælū & terram, de Filio vero non alium quempiam sed Patrem ipsum loquentem inducit, Ex vtero ante luciferum genui te. Et rursus, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ipse autem Dominus de se in Proverbiis loquitur, Ante omnes colles gignit me. De rebus autem creatis factisque ita Ioannes loquitur. Omnia per eum facta sunt, de Christo autem euāgelizans dicit, Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ille nobis enarrauit: igitur si Christus est Filius, creatura certe nunquam fuerit, ne simul & ex Deo & ex alio illius substantia comparata esse intelligatur: quid ergo in vanūmne & frustra hoc prouerbiū scriptū est? tale quid enim illi veluti muscæ, libenter obmurmurant. Non (inquā) hoc frustra, sed perquā necessario scriptum est: vox enim illa creari de Christo dicitur, sed de homine iam facto, quum id proprium sit hominis. Et rem ita se habere animaduertet, quisquis non perfunctorie Scripturam perlegerit, obseruatis tēporibus, personis, vsuque Scripturarum, & quæ ita legerit, cum iudicio examinet. Tēpora igitur huius dicti locum suū, opportunitatemq; habuisse cognoscet, quum Dominus, qui semper est, in cōsummatione seculorū, hominem seipsum fecisset, & quū esset Filius Dei, Filius homini fieri non recurasset. Vsum autē, vtilitatemque ex eo animaduertas, quod tum, quum nostram mortem demoliri vellent, corpus sibi sumperit ex Maria virgine, vt illud pro omnibus in vitam offerens, in vniuersum nos omnes reconciliaret, qui metu mortis, per omnem vitam seruituti obnoxij detinebamur. Persona quidem quæ loquitur,

377

Prover. 8. Simile. Simile. Ioan. 1. Homines Dei appellamur in Christo. Simile. Deus homo factus diuinitate non minuit.

1. Corint. 1. Ioan. 1. Ibidem. Bar. 2. Hic. 2. Filij Dei generationem à natiuitate nostra non parū abesse. Ioan. 14. Ibidem.

saluatoris est, sed tum demum hæc eum loqui intelligendum est, quum corpus assumeret Dominus, creauit me in initio viarum suarum ad opera sua. Vt enim Filio Dei probe cōuenit perpetuo esse, & in sinu Patris esse, ita quoque homini facto probe conueniebat ea vox, Dominus creauit me. Tunc enim de eo hoc congruenter dicitur, vtpote, qui tunc quoque & esuriebat, & sitiebat, & percunctabatur, vbi Lazarus situs esset, & passus est, & resurrexit. Quemadmodum ergo dum audimus eum Dominum & Deum & Lumen verum esse, intelligimus eum ex Patre esse: Ita quoque æquū est, dum audimus de eo hanc vocē, creauit me, & quod seruus factus sit, & passus sit, ea ipsa non imputari Diuinitati, quum id minime conueniat, sed carni admetiri, quam propter nos gestauit. Hæc enim propria sunt carnis, eaque ipsa caro non alterius cuiuspiam est, sed Verbi Dei. Quod si istius quoque rei vltimū condiscere cupias, id quoque reperire licebit. Verbum enim caro factum ideo est, vt carnē offerret pro omnibus. Atque ita vti nos Spiritus ipsius participatu Diuinitatis consortes redderemur, qui alioqui hoc ipsum nūquam adepti fuisset, nisi creatitium nostrum istud corpus ille ipse sibi induisset. Inde enim factum est, vt non simpliciter homines, sed homines Dei, in Christo cœperimus appellari. Sed quemadmodum nos Spiritus Dei appellantes, non deperdimus propriam nostrā substantiam: ita quoque Dominus propter nos homo factus est, & corpus gestas, nihilominus manebat Deus: non enim diminuebatur amictu corporis, sed potius illud deificabat, & immortale reddebat. Et hæc quidē abunde sufficiūt ad hæresim istā Arianorum traducendam. Ex rationibus enim quas mihi Dominus suppeditauit, impietas eorum satis liquet. Age ergo & nos propanamus quæstiones, & responsum ab iis postulemus: opportunum siquidem est, quum ipsi perplexi hæreant, vt nos ab illis sciscitemur, quid scis? an si ita confusi pudefactique videant, quo malorum reciderint. Filiū ergo Dei didicimus ex Sacris Scripturis, quemadmodū prædictum est, esse Rationem siue Verbum, & Sapientiam Patris, quum Apostolus dicat, Christus Dei Virtus, & Dei Sapientia. Ioannes quoque quū dixisset, Verbum caro factum est, statim subintulit, Et vidimus gloriam eius, sicuti gloriam Vnigeniti ex Patre, plenum gratia & veritate: vt intelligas hoc Verbum esse Vnigenitum Filium Dei, & in Verbo & in hac Sapientia conditum esse cælum & terram: & omnia quæ in eis sunt: & huius Sapientia fontem esse Deum, in Propheta Baruch didicimus, increpante Israëllem, quod dereliquisset fontem Sapientiæ. Quod si istum abnegant & repudiant, quid aliud faciunt, quā quod hoc ipso se alienos à nomine Christianissimi ostendunt, dignosque qui iure peculiari vocabulo impij Christi que perduelles, quod nomen sibi ipsis imposuerunt, vocitentur? Sin autem confiteantur numinis afflatu voces Sacre scripturæ pronunciatas, audeant propalam dicere, quod iam diu clam & occultim mullitant irrationalem & insipientem aliquando fuisse deum, pergantque deinde, vt sunt infani, & dicant, Erat, quando non erat: Et antequam nasceretur, Christus non fuit. Rursusque pro dogmate desinant: Fontem non ex se genuisse Sapientiam, sed quasi quæ cisterna esset, aliunde eam acce-

uisse, vt & eod quoque impudentiæ erumpant, vt dicant ex non entibus extitisse Filium. Id enim Deū nequaquam fontem esse declarauerit, sed cisternam aliunde aquas accipientem, & titulos tenus tantummodo fontem, non ex natura fontem appellari. Quanta igitur illud impietate scateat, neminē, cui vel pauillum mentis sit, dubitare existimo. Sed tamen quia Rationē & Sapientiam, non nisi mera nomina Filij Dei esse obgrunniunt, necessum est, vt ab iis ad istum modum quæras: Si ista duntaxat nomina sunt Filij igitur ille diuersus fuerit à significatu horum vocabulorū. Quapropter si maior est quā ista nomina nefaria res est, eum, qui maior sit, minoribus vocabulis designari, Sin autem inferior est istis nominibus prorsus non abest in verbis culpa, quum excellētorum nomenclatura, quā par est, appelletur. Quod si progressu profectūque virtutis impleuerit mensuram nominis sui, in eo ipso non minor, quā in superioribus impietas. Nam illū qui in Patre est, & in quo vicissim Pater est, & qui de se dicit, Ego & Pater vnū sumus: & qui vidit me, vidit & Patrē meum, illum inquā dicere aliqua re extranea maiore fieri, profectūque capere, omnē insaniam furoremque transcendit. Cæterum hinc quoque deiecti, & quemadmodum Eusebius, inopes consilij, perplexique id solum prætedunt, quod & Arius in suis cantianculis, & Conuualium libro per speciē subdubitandi fabulatur. Multa (inquies) verba profert Deus: quodnam igitur ex istis verbis Filium & Verbum vnigenitum Patris esse recipimus? stulti & quiduis potius quā Christiani: non longe enim abunt dum talia de Deo fabulantur, vt Deum hominem esse suspicentur, vtpote quem ita inducunt loquentem, quasi qui priora verba posterioribus mutet, & quasi vnum ex Deo Verbum nō sufficiat, quod vniuersam mundi ex voluntate Patris creationem, curamque & prouidentiam sustineat. Si enim Deus multa verba loquitur, hoc ipsum in iudicio est, in omnibus eius verbis esse quādam imbecillitatem: ac proinde singula quæque ab eo repudiari, & aliud semper nouum requiri. Cōtra autem, si vno verbo vtatur vt reuera vtitur, id & eius potentiam, & verbi ex eo nati perfectitudinem declarat, & contrā sententium impietatem coarguit. Vtinam isti vel de suis dictis veritatē colligant & agnoscant. Nam si concesserint Deum nō nisi semel Verbum proferre, fieri non potest, quin agnoscant, eum ita loquentem verbi sui Patrē esse. Iā mihi videant, quæso, quod dū nolunt cōcedere, vnum esse Dei Verbum, multorum verborum Patrem Deum esse mentiantur. At illi porro, quin sit Dei verbum, non inficiantur, sed id pro Filio Dei non agnoscent. Atqui ea ipsa est veritatis ignorantia, & sacrarum literarū imperitia. Si enim omnino Deus Pater Verbi est, cur non quod gignitur Filius, haberi debeat? Porro Filius Dei quānam fuerit, nisi Verbum eius? Non enim multa verba sunt, ne vnumquodq; eorum insufficiens habeatur, sed vnum verbum, vt illud solum perfectum esse intelligatur. Et quandoquidem vnus est Deus, necessarium est quoque vnam esse Dei imaginem, quæ ipsius est Filius: Siquidem Filius Dei, vt ex ipsis Scripturis patet, ipse est Dei Verbum, & Sapientia, & Imago, & Magnus, & Virtus: vnica enim est Dei progenies. Atque ista appellationes, indicia, argumentaq; sunt eius ex Patre generationis. Siue enim

Prover. 8. Simile. Simile. Ioan. 1. Homines Dei appellamur in Christo. Simile. Deus homo factus diuinitate non minuit.

1. Corint. 1. Ioan. 1. Ibidem. Bar. 2. Hic. 2. Filij Dei generationem à natiuitate nostra non parū abesse. Ioan. 14. Ibidem.

absurda. Ioan. 10. Ioan. 14. Dei Patris an multa sunt verba. Absurdū. Vnicū esse Dei verbum.

Verbum carnis dicitur.

Filiū dixeris, eo ipso naturaliter eum ex Patre declaraueris: siue eum Rationem siue Verbum Dei esse cogites, rursum eum ex illo esse sine vlla differentia cogitaueris: ita quoque dum eum Sapientiam dicis, æque ac tantumdem eum non aliunde esse, sed ex Patre & in Patre, animo intellexeris. Iam si eum Potentiā Dei, aut manum appelles, iterum denuo proprietatem substantiæ eius significaueris: quod si eum Imaginē nomines, Filiū hoc ipso eum esse indicaueris. Quid enim simile Deo, nisi sua ipsius Progenies? Certe quæ per Verbum facta sunt, ea quoque per Sapientiam fundata sunt, Et quæ in Sapientia fundata sunt, ea omnia Manu Dei, & per Filiū creata sunt. Arque eius rei fidem non aliunde, quàm ex Sacris literis condiscimus. Deus enim ipse per Esaiam Prophetam ita loquitur. Manus mea fundauit terram, & dextra mea firmavit cælū, Rursumque: Et sub vmbra manus meæ tegam te, in qua ego constitui cælum, & fundavi terram. *Esai. 47.* Dauid quoque eius rei non ignarus, quum sciret ipsam manum esse Sapientiam, ita cantauit. Omnia in Sapientia fecisti, impleta est terra creatione tua. *Prouer. 3.* Quemadmodum quoque & Salomon id à Deo acceptum, locutus est: Deus in Sapientia fundauit terram. Ioannes item, quem cognosceret, manum & Sapientiam esse Verbum, ad istum modum Euangelicè prædicauit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc in principio apud Deū erat, omnia per ipsam facta, & sine eo factum est nihil. Apostolus itidem conspiciens Manum, Sapientiam, & Verbum esse ipsū Filiū Dei, Multifarie, inquit, & multis modis olim Deus, quum locutus esset Patribus nostris, in fine dierū istorum locutus est nobis in Filio, quem statuit hæredem omnium, per quem fecit & secula: & rursum, Vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per eum. Idem certum habens, Verbum, Sapientiam, & Filiū esse Imaginem ipsam Patris: ita dicit in epistola ad Colossenses, Gratias agentes Deo & patri, qui idoneos nos fecit in partem fortis Sanctorum in luce, qui extraxit nos ex potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum Filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est Imago Dei inuisibilis, Primogenitus omnis creaturæ. Quoniam in eo condita sunt omnia, tam ea quæ in cælis sunt, quàm ea quæ in terris sunt, siue sint Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per eum & in eo sunt condita, & ipse est ante omnia, & omnia in eo consistunt. Ut enim per Verbum, ita in illo per Imaginem ipsius condita sunt omnia. Ad istum modum si quis de Domino cogitet, non impinget in lapidem offensionis, sed potius ad splendorem procedat, pergetque in luce veritatis. Hic enim omnino est sensus veritatis, etiam si rumpantur isti vitiligatores, neque Deum reuerentes, neque conuicti argumentis pudescetes. Eusebiani igitur ita explorati perentatque à multis & semetipfos condemnantes, quemadmodum iam dixi, catholicorum sententiis subscripserūt, & mutatis suis opinionibus amplexi quietem recesserunt. Cæterum, quia isti in suis impietatibus ferociunt, & circa veritatem vertigine cæcutiunt, nihilque aliud studio habent, quàm vt Synodum lædant, dicant mihi, quæso, ex quibus nam Scripturis addidicere, aut ex quoniam

Sanctorum audierunt voculas istas quas sibi con-gesserunt: Ex non entibus, &, Non erat, priusquam gigneretur, &, Erat aliquando, quando non erat, & (illud conuertibile) & (præexistere) & (voluntate) quibus ludis aduersus dominum cauillantur, quum Beatus Paulus in epistola ad Hebræos dicat, per Fidem intelligimus Dei Verbo perfecta esse secula, vt ex non apparētibus visibilia exoriretur, sed tamen nihil est Verbo commune cum seculis, ipsum enim est quod ante secula præexistit, per quod & ipsa secula condita sunt. In Pastore quoque scriptum habetur: nam & inde etiam, quanquam is liber ex canone non sit, allegationes faciunt, Ante omnia crede, quod vnus sit Deus, qui omnia creauit & absoluit, & qui fecit ex non ente vt essent omnia, sed id rursus nihil ad Filiū spectat: loquitur enim liber de omnibus per Filiū creatis, à quibus ipse alius ac diuersus est: non enim licet creatorem cum rebus ab ipso creatis connumerare, nisi scilicet architectum eundem cum ædificiis ab ipso architectatis per delirium dicas. Cur igitur ipsi vocabula in Scripturis non usurpata, ad impietatem excogitantes, illos accusant, qui verba non scripta ad pietatem producant? Impie enim agere, quocumque modo id agas, prohibitum est, etiam si versicoloribus verbis, & persuasibilibus sophismatibus cultum ornatumque addas: pie autem agere, fas & sanctum apud omnes habetur: etiam si quis peregrinis ad id vocibus vtatur, modo pium sensum contineant, & per eas id quod animo concepit, pie indicare studeat. Verba igitur Christo rebellium Arianorum, terrestria inquam ista & humum sapiētia, vt antea, ita etiam nunc omnem præ se impietatem ferunt. Quæ autem à Synodo sunt scripta & statuta contra eos, si quis diligenter excutiat, inuenet in iis absolutissimè sensum veritatis contineri: & causam vtendi istiusmodi vocabulis recta ratione niti, si diligenter audiantur. Causa autem huiusmodi fuit, Quæ Synodus in hoc esset, vt Arianorum impia vocabula tollerent, & voces adhibere vellet, quæ sine controuersia Sacrarum literarum essent, nimirum cum Filiū esse, & nequaquam ex non entibus esse, sed ex Deo: eumque & Verbum esse, & Sapientiam, & nequaquam creaturam aut facturam, sed germen proprium sui Patris Eusebiani pro inueterata sua & praua opinione volebant illud ex Deo esse, commune esse, & ad homines quoque pertinere, neque quicquam Christum eo nomine à nobis differre, eò quod scriptū esset: Vnus Deus ex quo omnia, & rursum, Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia: omnia verò ex Deo esse. Ibi Patres animaduersa illorum fraude & impietatis vaficie, coacti sunt clarioribus verbis exponere, quid sit ex Deo esse, & scribere Filiū ex substantia Dei esse, ne ex Deo esse, & commune, & æque ad Filiū & creaturas pertinere existimaretur: cætera igitur omnia creaturas dixere, excepto Verbo, quod solum ex Patre genitum esse ceciderunt, & cætera quoque ex Deo esse, verum non eadem ratione qua Filius. Creaturæ enim ideo ex Deo esse prædicantur, ne temere & sponte ex titifese videatur, aut fortuitam habuisse generationem, secundum illos, qui ex atomorum & simularium partiū connexu, rerum procreationem cōstituunt: aut ne creaturarum auctor alius quàm Deus, secundum

Voces ab Ariano inueniuntur.
Heb. 11.
Pastor li. 1. b. eccl. 1. 10.
Pastor li. 1. b. eccl. 1. 10.
Impie agere prohibitum.
Arianorum veritate respicitur.
Nicene Synodi sententia.
Heb. 1. 1.
Apoc. 1. 1.
Interdum sumus & creaturæ differre.
Creaturæ ex deo sunt quomodo.

dum quosdam hæreticos putaretur, aut Angeli secundum alios, creatores rerum existimarentur, sed vt Deus omnia per Verbum, quum prius non essent, ad essentiam produxisse intelligeretur. Verbum autem quum creatura non sit, verè ex Deo & est & esse prædicandum est. Istius rei intellectus iis vocibus concipitur, quibus dicitur eum ex substantia Patris esse: id enim nulli creaturarum datum. Certe quum Paulus omnia dixisset ex Deo esse, statim subiunxit, Et vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia: vt omnibus ostenderet Filiū esse alium à cæteris rebus à Deo creatis. Quæ enim à Deo facta sunt, per Filiū facta sunt, nec alia de causa ita locutus est, quàm vt Deum creationis auctorem esse demonstraret, non quod intelligi vellet, ita omnia ex Deo esse, vt filius ex Patre: Neque enim omnia talia, qualis Filius, neque Verbum est ex vulgo omnium, quum sit omnium & dominus & conditor. Ideo enim sacrosancta Synodus liquidius dixit, eum ex substantia Patris esse, vt alius à natura rerum conditarum crederetur, quum solus sit reuera ex Deo, & vt nulla deinceps occasio hominibus impiis ad fraudem relinquere-tur. Hæc igitur ratio est cur Filiū ex substantia Patris scriptum esse voluerint: Episcopis rursum affirmantibus & hoc quoque scribi debere, eum veram esse Potentiam & Imaginem Patris, & similem Patri, & indemutabilem per omnia, & inconuertibilem, & æternam, & indiuisum in Patre subsistere. Nunquam enim non erat, sed semper erat, subsistebatque perpetuo apud Patrem, vt splendor lucis. Ista quidem eatenus sustinebant Eusebiani, nihil ausi contradicere, ob probum quod in dictis suis refutatis passi erant, sed ita tamen, vt deprehēderetur inter sese mullitare, nutus conferre, oculisque sibi inuicem applaudere, quasi illud simile esse, & in eo esse, & eius Potentiam esse, communia filio nobis, cum essent, neque obstare quicquam, quo minus nobis ea ipsa quoque adoptarentur, eò quod de similitudine nostra cum Deo scriptum habeatur, hominē esse & imaginem & gloriam Dei: Quod vero spectaret ad hanc particulam (semper) in scripturis reperiri has voces, de hominibus, nos semper, qui viuimus, sumus: Iam quod ad illud dictum pertineret, quo filius in eo, hoc est, in Deo esse dicitur, scriptum esse, quod & nos in eo & viuimus & mouemur. Itidem quoque quod inconuertibilis dicatur, ne id quidem ab hominibus alienum esse, quum scriptum reperitur, Nihil nos separabit à charitate Dei. Porro quod Potentia Dei appelletur, & id quod commune esse, quum eruca & bruchus etiam potentia Dei appellentur, & quod plus est, magnæ potentia. Quin & de populo sæpe scriptum est, egressam esse omnem potentiam Domini ex Ægypto, atque adeo etiam quaedam cælestes potentias virtutisque existere. Dominus enim inquit virtutū nobiscum, creptor noster Deus Iacob: Talia enim Asterius ab ipsis sophista nominatus scripsit, talia quoque ante eum Arius, vt iam diximus. Cæterum Episcopi considerata illorum hypocriſi & vaficie, prout scriptura dicit, dolus in cordibus architectantium mala, ipsi quoque necessitate coacti sunt sententiam earum rerum ex Scripturis colligere, & quæ prius dixerant, apertioribus verbis repetere, & scribere Filiū consubstantialem esse Patri, vt non solum similem

similitudine, sed eundem ea voce qua ex Patre esse dicitur, significarent: atque aliam esse Filij similitudinem & inconuertibilitatem declararent, diuersamque ab ea, quæ in nobis est, imitationem, quam ex virtute per obseruationem mandatorum consequimur. Siquidem corpora interim similia distare possunt, & longe à se inuicem disiungi, quales sunt liberi qui similitudine parentes referunt, quemadmodum scriptum est de Adamo, & ex genito Seth, quod fuerit illi specie similis. Cæterum quandoquidem illa ex Patre Filij generatio, alia est à natura hominum, Filiusque non solum similis, sed indissociabilis est à Patris substantia, & quia ambo vnus sunt, vt ab ipso dictum est, semperque in Patre est, & Pater in eo, & quia splendor est respectu lucis: hoc enim vox illa significat, ideo Synodus re perensa, recte eum cōsubstantialem esse tradidit, vt & hæreticorum subuerteret malitiam, & ostenderet eum alium esse à rebus creatis: quippe quæ statim post decretum illud quoque addidit: Illos autem, qui dicunt Filiū Dei ex non entibus extitisse, aut creatum esse, aut veribilem esse, aut opus esse aliquod conditū, aut ex alia substantia: prodisse, eos anathemate percutit Sancta & Catholica Ecclesia. In his verbis, ex Patre esse, & consubstantialem esse, vim peremptoriam Patres voluere contineri, ad elidendas has argutiolas, Filiū creatum, aut factum, aut mutabilem esse, aut non fuisse antequam nasceretur. Qui enim ita sentit, contradicit Synodo: contra, qui cum Ario non sapit, debet necessario ea quæ sunt Synodi, sapere, & cogitare, modo recte, quomodo se habeat lux ad splendorem, intueatur, atque ita inde veritatis imaginem concipere. Quapropter si isti hæc vocabula exotica cauillantur, respiciant sensum iuxta quem Synodus ea in decretis suis adhiberi voluit, & pro anathemate habeant, quæ Synodus pro anathemate haberi voluit, & tum demum si possint, voces culpent: Sed ego satis compertum habeo, eos, si pro Synodi sententia hac in parte sentiant, verba, quibus ea sententia concepta est, non improbaturos esse. Quod si ipsam sententiam vituperare studeant, omnibus patebit eos frustra de verbis exoptulare, & tantummodo occasionem aliquam suæ impietati captare. Causa igitur cur istiusmodi verbis vsi sint patres, talis est. Quod si rursus, quia voces istæ in Scripturis solennes non sint, obmurmurationes faciāt, æquum profecto est, vt ea de causa ipsi potissimū reiciantur, utpote logodædali nouorum vocabulorum, & quod magis est, sanis sententiis non vten-tes, seque ipsi in hoc negotio incusent, quod primi huius rei occasionem præbuerunt, dum ex non scriptis vocibus Deo bellum comparant. Sed tamen cognoscat, quisquis est studiosioris animi, has voces tametsi in scripturis non reperiantur, habere tamen eas eam sententiam, quam Scripturæ volunt, & hoc ipsum eas sonare apud illos, quibus aures ad pietatem sunt integræ, & minime vitiatæ: hoc ita esse facile animaduertas: istosque vt homines inscitos indoctosque veritati refragari iam antea à nobis demonstratum est. Et hoc verè est credere Verbum Patris esse, Patrique proprium, Patri cōvnicum, & naturalem factum. Vnde enim alioqui Filiū intelligas esse Sapientiam & Verbum in quo omnia sunt condita, nisi per has voces quibus dicitur ex Deo esse? rem certe ita se habere, ex colligitur

Verbum ex Deo esse, quomodo intelligendum.
Heb. 1.
Filius est ex substantia patris.
Act. 17.
Rom. 8.
Psal. 45.
Filius patri cōsubstantiale.
Cur patres scripserint.

Filius à natura hominum, Filiusque non solum similis, sed Patris substantia inseparabilis.
Verbum esse credere Verbum Patris esse, Patrique proprium, Patri cōvnicum, & naturalem factum.
Substantialem esse Filiū intelligas esse Sapientiam & Verbum in quo omnia sunt condita, nisi per has voces quibus dicitur ex Deo esse? rem certe ita se habere, ex colligitur

Scripturis liquet, quum Pater ita per Dauidem lo-
Pfal. 44. quatur, Eructauit cor meum Verbum bonum : &
Pfal. 120 Et vterque ante luciferum genui te : & Filius hoc de
Ioan. 10. se Iudæis ostendit, Si Deus Pater vester esset, dili-
Ibidem. geretis vtique me, Ego enim ex Patre egressus sum.
Ibidem. Ac rursus, Non quod Patrem quis viderit, nisi is,
 qui est à Deo: hic enim Patrem vidit. Iam & illud,
 Ego & Pater vnum sumus, & Pater in me est, & ego
Ioan. 14. in Patre, Idem est ac si dicas, Ego ex Patre sum,
 & indiuisibilis ab illo. Idem & illud Ioannis, Vni-
 genitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit,
 quum hæc quæ enarrabat, à Patre didicisset. Quid
 illud in sinu esse aliud significat, quam veram & ge-
 nuinam Filij ex Patre natiuitatem? Si quis igitur
 ita Deum coalescere cum Filio, vt substantiam cum
 accidente existimat, aut aliunde veluti indumen-
 tum accipere & vestiri, aut aliquid circa eum ver-
 sari, quod eius substantiam adimpleat, vt sub no-
 mine Dei aut Patris, non ipsam indiuisibilem & in-
 comprehensibilem substantiam, sed aliquid quod
 circa eum sit, intelligi velint: age incuset ille con-
 siliū Patrum, quod scriptis tradiderunt ex sub-
 stantia Dei Filium esse, sed tamen animaduertant,
 se omnibus modis blasphemias dicere, tum quod
 corporalem aliquem Deum inducunt, tum quod
 de Filio mentiantur, eum non Patris Filium, sed a-
 liud rerum carum, quæ sunt circa Patrem. Si er-
 go simplex est Deus, vt reuera est, certum est, quum
 dicimus Deum, & nominamus Patrem, nihil nos
 torum quæ circa eum sunt, sed ipsius substantiam
 significare. Nam tamen comprehendere, quænam
 sit illius substantia, nequeas, tamen de substantia
 illius, hoc est, de ipso Deo sentis & cogitas, quum
 pro Scripturæ nominibus Deus & Pater & Domi-
 minus appellatur. Quum igitur dicit, Ego sum, qui
 sum, & ego sum Dominus Deus, & vbicumque di-
 citur Scripturæ, Deus, nos qui hoc vocabulum audi-
 mus, nihil aliud nisi ipsam incomprehensibilem
 substantiam indicari intelligimus, & quod ille ipse
 est, qui vocabulo Dei significatur. Quapropter
 quum quis audit Filium Dei esse ex substantia Dei,
 ne admiratione ducatur, sed potius approbet, re-
 cipiatque patres, qui rei intellectum purius tradi-
 dere, & liquidius verbis paribus & idem pollenti-
 bus, id dictum (ex Deo esse) per has voces, ex sub-
 stantia Dei esse, expresserunt. Idem enim arbitrati
 sunt ex Deo esse, & Dei substantia esse. Si igitur
 non ita ex Deo est Verbum, vt genuinus ex Patre
 Filius dici mereatur, sed pari ratione cum cæteris,
 quæ à Deo creatæ ex Deo perhibeantur, neque alio
 modo Verbum ex Patre esse intelligi debeat, tum
 certe necessario sequetur, vt neque sit ex substan-
 tia Patris, neque secundum substantiam Patri sit
 Filius, sed tantummodo per virtutem adoptiuus
 Filius, quemadmodum & nos, quibus dono & gra-
 tia id concessum, vt Filij Dei appellemur. Sin au-
 tem ille solus ex Deo, vt genuinus & naturalis fæ-
 tus (vt verè est) merito centeri debet Filius Dei, &
 ex substantia Dei esse. Certe illa comparatio lucis
 cum splendore, huiusmodi intellectum in se conti-
 net. Verum non pro natura ignis, primum ex ca-
 lore solis inardescens, deinde, vt fieri solet, euas-
 nescentis, Verbum sese ad Patrem suum habet: id
 enim longissime abest à sententia Patrum, quum
 ex huiusmodi comparatione opus aliquod, crea-
 turæque, quæ alienæ sit naturæ à conditore suo in-

telligeretur. Sed splendorem eum idco omnes no-
 minarunt, vt proprium illud innueretur, quod col-
 ligitur ex eo, quum dicimus ex substantia esse, & vt
 indiuisibilis eius cum Patre vnitas significaretur:
 ita enim fit, vt eius inalterabilitatem, & indiuisibi-
 litatem non lædas, alioqui si non Patris substantia
 proprius fætus esset, alterabilis, mutabilisque vtiq;
 haberetur: Congruum enim est, vt in hac quoque
 parte eius identitatem cum Patre suo tueamur.
 Quia igitur iste sermo religiosus & pius appareat,
 non debebant Christo rebelles insolentia vocabu-
 li consubstantialis offendi: quum illud & sanum
 intellectum, & certam rationem, demonstratio-
 nemque habeat. Si enim ex substantia Dei, Verbum
 Dei esse sentimus, superest, vt vox illa, quæ hoc ip-
 sum signat, ab illis agnoscat. Quidnam autem ex
 eo aliud intelligas, quam veritatem & æternitatem
 substantiæ, ex qua genitus est Filius? Non enim di-
 uersus specie est, ne externum quippiam, & dissimi-
 le Patris substantiæ admiscetur, neque rursus leu-
 ter & quouis modo ex re aliena Patri est similis, ne
 secundum aliud quippiam ea similitudo proueniat,
 aut alterius substantiæ esse appareat, qualia sunt in-
 ter se, æs, aurum, argentum, stannum, quæ quidem
 splendore similia, natura & substantia distant. Ne-
 que enim æs ex auro est, neq; turtur columbæ fæ-
 tus. Est quidem in rebus istis similitudo aliqua: na-
 tura vero substantiæque diuersissima. Si ergo eodem
 modo se Filius habet, esto, habeatur & ipse quoque
 creatura, quemadmodum nos sumus, & non con-
 substantialis Patri. Sin autem verè Filius est, &
 Verbum, & Sapiencia, & Splendor, & Imago Pa-
 tris, recte ergo dictum fuerit, eum consubstantialem
 esse, nisi contra scilicet rationibus demonstretur,
 cum non ex Deo, sed à Deo pro instrumento quod
 alterius sit naturæ quam suus auctor, conditum esse:
 probe igitur consiliū scripsit, & recte rem ipsam
 intellexit. Cæterum isthinc rursus tolli velim om-
 nem corporalem cogitationem, vt altius & supra
 imaginationem sensuum euecti, puro intellectu &
 sola mente intelligamus Filij ad Patrem legitimam
 illam & naturalem genuitatem, & Verbi ad Deum
 proprietatem, & indemutabilem similitudinē splē-
 doris ad lucem. Vt enim quum audimus eum Filium,
 & Germen esse, non humano more, sed prout Deo
 conuenit, intelligimus. Ita quoque quum audimus
 cum consubstantialem esse, nequaquam delabentes
 ad humanos sensus, partitiones & diuisiones
 Deitatis cogitemus, sed tanquam de incorporali-
 bus agitatem, vnitatem naturæ, & identitatem lu-
 cis non diuidamus. Id enim proprium est Filij ad
 Patrem, & id declarat Patrem reuera Patrem esse
 Verbi. Hic denuo necessaria est comparatio illa
 lucis & splendoris. Quis enim ibi ausus fuerit di-
 cere splendorem externum quiddam esse à sole,
 eique dissimile? aut quis non potius simul intuens
 splendorem cum sole, & eandem in vtroque lucem
 non audacter loquatur, lucem & splendorem v-
 num esse? & hunc illa representari, & splendor-
 rem ita sole esse, vt qui hunc videat, etiam illum
 intueatur? Hanc igitur identitatem & natura-
 lem proprietatem, ita animaduertam & credi-
 tam, quoniam quæso alio nomine quam consub-
 stantialem progeniem appellaueris aut quidnam
 inde intellexeris proprie & congruenter, nisi Ver-
 bum Sapienciam, & Potestatem, quam neque
 externam

Deum cui dicimus eius substantiam nominamus & significamus. Exod. 3.
Deo in sacra scriptura, quo modo intelligendum.
An Christus sit consubstantialis Patri. Absurdum.
Lucis comparatio cum splendore quid proferat.

Filius & Pater vnum sunt, quomodo obiectio.
Caipha et samosatensis opinio.
Conclusio.
Quod filius sit ex substantia patris genitus.
Theognostus auctor prius.
Simile.
Dionysius episcopus Alexandria.

externam esse à Patre fas est dicere, neque imagi-
 nari licitum est eam non æternaliter apud Patrem
 esse: in hac enim Sobole sua omnia fecit Pater, &
 per hæc in omnia inserta sua prouidentia pietatem
 suam, humanitatemque exercet. Atque eo modo
 Filius & Pater vnum sunt, sicuti iam dixi. Nisi rur-
 sum scilicet resumpta audacia veordes isti dicant,
 aliam rem esse Verbi substantiæ, & aliam esse illam
 ex Patre lucem, quæ est in Verbo, lucemque illam,
 quæ est in Filio, vnum esse cum Patre: ipsum autem
 Filium externum quiddam & forinsecum ab eo ha-
 beri debere, & quendam ex genere creaturarum:
 sed ea prorsus Caipha & Samosatensis opinio est,
 quam Ecclesia quidem repudiavit, isti autem tuer-
 tur, ac proinde etiam ipsi vt lapsi à veritate, hære-
 tici declarati sunt. Si enim omnino verum est, Fi-
 lium esse participem lucis Patris sui, cur non potius
 is ille habeatur, de quo lucis communicatio sumi-
 tur, quam alius quispiam, ne quid tertium inter Pa-
 trem & Filium constituitur? alioqui non liquebit
 per Filium, sed potius per eum cuius comunica-
 tu hanc participationem lucis adeptus est, omnia
 condita esse. Sin autem ille est Verbum & Sapiencia
 Patris, per quam Pater reuelatur, & cognoscitur, &
 creat, & sine quo Pater nihil omnium facit, nimi-
 rum sequitur vt ille sit is ipse, qui ex Patre est: de
 ipso enim omnia creata participant, quum confor-
 tes filij spiritus efficiuntur. Talis igitur cum sit, ne-
 quaquam ex non entibus emerferit, neque vlla ra-
 tione creatura fuerit, sed potius Patri suo proprius
 fætus. Hoc igitur intellectu patres qui Nicææ con-
 uenerunt, istas voces vsurpare voluerunt, ipsos por-
 ro non ex se, quod aduersarij obiciunt, hæc voca-
 bula finxisse, sed ab aliis olim accepisse, ac in præ-
 sentia declaramus, ne ea eis cauillatio integra relin-
 quatur. Discite igitur nunc Christo rebelles Ari-
 ani, Theognostum virum disertum, non abhoruisse
 à vocabulo substantiæ, scribens enim de Filio in se-
 cundo Hypotyposeon, ita locutus est: Non forin-
 secus aut ex rebus extraneis Filij substantia constat,
 neque ex non entibus producitur, sed ex Patris
 substantia ita progenitus est, vt à luce, iubar: vt ex
 aqua, vapor: neque enim vapor id ipsum est, quod
 aqua: neque iubar id ipsum, quod sol, sed non alie-
 num tamen, verum vt profluentem eum esse dicas
 Patris substantiæ, idque ita vt interim substantia illa
 Patris, diuisionem non patiat. Quemadmodum
 enim sol non diminuitur suis ex se profluentibus ra-
 diis, ita nec substantia Patris diminutione sustinet,
 imaginem sui Filium progignens. Theognostus igitur
 post disputationem superiorem, istam tandem
 sententiam sub his verbis subiicit. Dionysius por-
 ro Episcopus Alexandria contra Sabellium scribens
 & Saluatoris ministerium in carne pluribus verbis
 exponens, iisq; conuincens Sabellianos, refellens-
 que Patrem non fuisse carnem factum, sed Verbum
 eius fuisse quod carnem induerat, quemadmodum
 à Ioanne dictum fuit, & in suspicionem raptus,
 quod Filium creaturam nominasset, eumque factum
 esse, & consubstantialem Patri dixisset: ad Diony-
 sium Episcopum Romanum eiusdem secum nomi-
 nis pro defensione criminis ita scribit, se non dixisse
 Filium esse factum, quem Patri consubstantialem
 confiteatur. Illius autem forma loquendi talis
 est: Et in alia epistola scripsi, qua demonstraui fal-
 sum esse crimen quod mihi obiciunt, quasi dixis-

sem, Christum non esse consubstantialem Deo. Et
 si hoc nomen consubstantialitatis dixerim non in-
 ueniri vsq; in Sacris literis, tamen argumeta mea,
 quæ ipsi tacita omiserunt, à re ipsa significationeq;
 vocabuli non abluunt. Nam & humanam pro-
 creationem in comparationem adduxi, vt conge-
 nerem: eoque solo esse parentes diuersos à liberis,
 quod ipsi sui liberi non essent, neque vicissim liberi
 sui ipsorum parentes: ipsam vero epistolam hoc qui-
 dem tempore ob certos casus nequeo proferre. Ver-
 um quia tibi præsentis negotij verba mitto, facile
 inde colligere poteris, multo me libentius ipsum
 autographum missurum fuisse, quod & faciam, vbi
 id primum adeptus fuero. Scio autem & memini
 me plures ex congeneribus rebus addidisse simili-
 tudines. Nam & plantam dixi siue à semine, siue à
 radice procreata sit, diuersam quidem eam esse ab
 eo vnde progerminata sit, sed tamen cum eo omni-
 no natura conuenire: fluuiumque dixi à fonte pro-
 fluentem, aliud quidem nomen sortiri: neque enim
 fontem, fluuium, neq; fluuium, fontem dici, sed ta-
 men vtrumque simul existere, & fluuium esse aquam
 ex fonte. Cæterum neque opus aliquod esse, neque
 creaturam Verbum Dei, sed proprium Paternæ sub-
 stantiæ germen: idq; indiuisibile, vt scripsit magna
 Synodus. En tibi rursus alterum Dionysium Ro-
 manum Episcopum, ita in scriptis suis contra Sa-
 bellianos, eosque qui talia dicunt, ex postulante.
 Merito deinceps dixere in diuiores, sectoresque, &
 preemtores reuerendissimi Ecclesiæ de Deo præ-
 conij, qui monarchiam in ternas potentias, ternas-
 que substantias, & ternas Deitates carpunt. Audio
 enim quosdam apud vos diuini verbi magistros hu-
 ius sententiæ professores, qui ex diametro, vt sic di-
 cam, pugnant cum placitis Sabellij. Ille enim cum
 blasphemia dicit Filium esse Patrem, Patremque
 Filium: isti autem quodammodo tres Deos consti-
 tuunt, dum in tres substantias alienigenas, & inter se
 omnino segregatas sanctam vnitatem dispartiu-
 tur: Vniri enim necessum est omnium Deo Dei Ver-
 bum, & in eodem herere, versarique Spiritum San-
 ctum: & Sanctam Trinitatem in vnum omnium
 rerum Deum, omnipotentemque, veluti in verticem
 principemque consummari & coalescere. Marcio-
 nis enim vaniloqui doctrina, sectionem diuisionem-
 nemque monarchiæ in tres principatus instituit. Sed
 ea diabolica institutio est, non autem verorum Chri-
 sti discipulorum, & acquiescentiam Saluatoris præ-
 ceptis: Illi enim vt Trinitatem prædicari à Sacris
 literis plane sciunt, ita tres esse deos à veteri aut à
 nouo Testamento vsquam induci nequaquam agno-
 scunt. Cæterum non minus culpaueris eos, qui Fi-
 lium Dei opus credunt, & factum esse Dominum
 opinantur, quum Sacra eloquia generationem ei
 congruentem & decentem, non autem formatio-
 nem & creationem testimoniis suis attribuant. Blas-
 phemia igitur illa non vulgaris, sed maxima haben-
 da est, si Dominum dicas manu factum. Si enim fa-
 ctus est Filius, erat igitur, quum ille non erat, atqui
 ille semper erat. Sin autem in Patre est, vt ipse di-
 cit, idemque Ratio, & Sapiencia, & Virtus Dei est
 (hoc enim eum esse diuinæ Scripturæ prædicant)
 Ratioq; rursus, Sapiencia, & Virtus Dei facultates
 existimandæ sunt, sequitur omnino, vt nunquam
 factus sit: aut si factus perhibeatur, fuisse aliquan-
 do tempus, quum istæ facultates nondum essent,

Dionysius Romanus episcopus.
Marcionis doctrina esse diabolicam.
Simile.

eratq, nimirum tum temporis Deus infœlix & miser, quum virtute, sapientia, ratione careret: Id autem absurdissimum. Sed quid ego ulterius de ea re verba facio, apud viros Spiritu Sancto afflato & plane cognoscentes, quæ absurditates nascantur ex eo, si Filius opus aliquod & factitium quiddam nominetur, quas minime videtur animaduertere, qui hac opinione ducuntur? Ac propterea certo quodam modo à veritate aberrant, qui aliter accipiunt has voces, Dominus creauit me in initio viarum suarum, quàm Sacræ & Propheticæ Scripturæ intelligunt. Nō enim simplex est & vna significatio, vt scitis huius verbi *ἐκ τῆς*. Hic enim *ἐκ τῆς* intelligendum non profecit, sed præfecit operibus suis, sed tamen per Filium conficiendis. Neutiquam enim illud *ἐκ τῆς* ita accipias tãquam si dixisset, fecit me, Differunt enim facere & *κτίσαι*. Hinc illud, nōne ipse pater tuus possedit te, & fecit te, & creauit te? in Deuteronomio magnifico carmine Moses dixit. Ad quod ita quis merito dixerit, ò præcipiti temeritate homines: opusne est primogenitus omnis creaturæ, qui ex vtero ante luciferum genitus est? qui dixit vt in Sapiētia libro habetur, Ante omnes colles genuit me: Et frequenter in Sacris literis inueneris eum genitum narrari, non autem factum, vnde clare reuincuntur, qui falsa de Filij natiuitate suspicantes, eius diuinam & ineffabilem generationem, creationem, factionemve non verentur appellare. Non igitur diuidenda est in tres deitates admirabilis & Diuina Vnitas, neque sub nomine creationis minuenda est dignitas & immensa Domini Maiestas, sed credendum est in Deum Patrem omnipotentē, & in Christum Iesum Filium ipsius, & in Spiritum Sanctum, vniriq; Deo totius vniuersitatis Verbū. Ego enim (inquit) & Pater vnum sumus: Et, Ego in Patre, & Pater in me: ita enim & Diuina Trinitas, & sancta prædicatio, professioque monarchiæ conseruari possit. Verbum porro æternaliter esse cum Patre, neque alterius essentia aut substantiæ, Patrisque sui proprium Filium, vt sancitum est ab illis, qui Synodo interfuerūt, licebit denuo ex laborioso illo Origène audire. Quæ enim disputandi certandiq; gratia scripsit, ea non quasi ipsius sint verba, aut quasi ipse ita sentiat, sed eorum qui cum eo contentiosius disputarunt, accipienda sunt. Hæc igitur laboriosi illius Origenis sententia est. Post illa ergo quæ certandi gratia, quasi in palæstra aduersus hereticos adduxerat, statim ista, quæ propria ipsius sunt, subintulit. Si est (inquit) vlla imago inuisibilis Dei, ipsa quoq; Imago inuisibilis fuerit, imo hoc quoque ausim addere, quod quum sit ille similitudo Patris, fieri non posse, vt fuerit, quando non fuerit. Quando enim Deus, qui secundum Ioannem Euangelistam lux dicitur, splendore caruit suæ Maiestatis? vt quis audeat Filio principium ascribere, quasi antea nondum existentem? Quando autem non erat ineffabilis illa, innominabilis, inenarrabilisq; Patris substantiæ Imago, Forma, Ratio, quæ Patrem cognoscit? Cogitet secum quicumq; audebit dicere, erat, quando non erat Filius, se hoc ipsum dicere, erat quādo Sapiencia non erat, quando Ratio non erat, quando Vita non erat. Idem Origenes alibi dicit. Sed fas non est, neq; periculo vacuum est ob infirmitatem nostram, quātum in nobis est, spoliare Patrem vnigenito suo semper secum existente verbo, spo-

Prm. 8.

Sap. 12.

Concludit diuinam essentia in tres Deitates nō esse diuidendam.

Ioan. 10. Ioan. 14.

Origenis sententia quod filius sit Patri coeternus.

Absurda ex Origene.

liare item cum sua Sapiētia, in quo lætabatur: inde enim colligeretur cum non semper lætatum fuisse. Ecce nos demonstramus istiusmodi sententiam à Patribus ad Patres quasi per manus traditam esse. Vos autem noui Iudæi & discipuli Caiphæ, quos verborum vestrorū patres ac maiores demonstrabit, quum ne vnum quidem ex prudentibus aut doctis in authorem citare possitis? Cuncti enim vos, præter diabolum istius vobis à Christo defectionis authorem, auersantur, ille & olim vobis hanc impietatem insecuit, & nunc vobis author est vt orbis terrarū concilium vituperetis, non alia de causa, quàm quod in eo concilio non quæ vestræ factioni patrocinentur, sed illa sint scripta quæ ab initio ipsi, qui testes oculati & ministri Verbi fuerunt, tradiderunt. Fides enim quæ scriptis decretisque Synodi sancita est, ea est totius Ecclesiæ, hæc quum asserere vellent beati Patres, istis verbis concipiendam putauerunt, condemnaruntq; Arianam hæresim: Quæ res præcipue in causa est, cur calumnias Synodo intentent. Non enim verba illa illos male habent, sed quod iis verbis declarantur hæretici & cæteris hæreticis improbiore, nimirum qui quum uoculas suas prauas semper & de hæresi culpabiles reprehendi per id tempus viderent, ab Ethnicis nomen ingeniti mutuo sumendum arbitrati sunt, vt per occasionem huius vocabuli, inter facta & creata, Dei Verbum, omnium creatorem insererent, & eiusdem classis efficerent: ita sunt ad impietatem effrontes, & in blasphemando Domino peruicaces. Quod si præ inscitia vocabuli ad istam improbitatem dilaberentur, oportebat eos ab iis vnde id mutuo acceperunt, vim eius dictionis cognoscere. Illi enim & mentem ex bono, & ex mente animam oriundam dicunt, & quamuis earum Origines videant, ingenitas tamen asseuerant, neq; se ea de causa maiestare primi, vnde mens & anima originem desumunt carpere aut diminuere arbitrantur. Quapropter oportuit istos aut ita loqui, aut nihil omnino loqui de rebus, quas ignorant. Quod si se vocem intelligere putēt, excutiant eam, & examinent, num proba sit, præsertim quum illa in Sacris literis non reperiatur. Verum illi denuo contentionem suā verbis in Scriptura non receptis renouabunt. Ego vero contra, causam significatiq; intellectum interpretabor, secundum quem Synodus, patresque qui ante Synodum fuere, his vocabulis substantia & consubstantiali congruentibus cum iis quæ de Seruatore referuntur, vt in scriptis suis voluerūt. Ipsi autem vicissim si possint, respondeant, vbi repperint hanc in Scripturis minime solennem vocem, & qua mente Deum ingenitum dicant. Audio enim hoc vocabulum diuerlas habere significationes. Nam dicitur & illud ingenitum, quod nondum est, sed esse possit: & rursum, quod neque iam est, neq; esse possit: tertio autem, quod iam quidem est, tamen factum non sit, neque initium existendi habuerit, sed quod æternū sit, & incorruptibile. fortasse duas priores significationes præterierint, vt absurdas prætermiserint: nā secundum primum significatum illa habebuntur ingenita quæ facta sunt, futuræque expectantur. Secunda autem significatio plus in se absurditatis continet: ad tertiam igitur progredientur, & secundum eam ingenita appellabunt. Cæterum, quum hoc dicunt, nihilominus impij habendi sunt. Si enim quod

Synodi des, ead totum ecclesie.

Arianis in blaspemando modo pernicia. Ingeniti nomen ab ethnicis mutuo acceptum.

Ingeniti voce dicitur nā a seruo.

Ingeniti amigra.

initium

initium existendi non habet, & quod neque factum aut creatum sed æternum sit, ingenitum velint, & cōtrario modo se habere Verbum Dei pronunciarint, quis non videt vafriciem Christomachorum? quis non eos pro tali insania lapidauerit, qui deterriti primas suarum fabularum dictiunculas, ob quas damnati sunt, proferre, eadem denuo, sed alio modo per hoc vocabulum Ingeniti insinuare moliantur? Nam si Filius ex numero genitorum, hoc est, factorum est, certe ex non entibus & ipse quoque extitit, principiumq; existendi sortitus est: nec erat priusquam fieret: porro si æternus non est, erat haud dubie quādo non erat. Oportebat igitur ipsos eadem illa in animo sentientes iisdem suis verbis vt, ac suam opinionis diuersitatem prodere, nec sub vocabulo ingeniti, animi prauitatem occultare. Verum malitiosissimi homines hoc non faciunt: siquidem omnia secundum patrem suum diabolum cum fraude instituunt: vt enim ille sub alienis vestibibus fraudem molitur, ita & isti vocabulum Ingeniti excogitarūt, vt sub specie benedicendi Dei, dissimulante aduersus Dominum blasphemias suas tegant, easq; sub hoc inuolucro aliis insinuent. Cæterum istis versutis relictis velim mihi respondeant, quid ipsi sit reliqui quod obiciant? Atqui iniqui scelerati, inuenimus quod loquamur, suisq; dictiunculis id addunt esse ingenitum scilicet, quod suæ essentia author non habet, quodq; aliis quæ sunt, author fuerit, vt sint ingrati mortales, & prorsus sacrarum Scripturarum rudes, qui non ad honorem Dei, sed ad ignominiam Filij omnia dicunt & faciunt, ignari interim eum qui dehonestat Filium, Patrem quoq; dehonestare. Primum igitur non ideo quod Deum ingenitum vocēt, Filius demonstratur creatus esse, quum Filius vt substantiæ Patris sui fœtus est, ita æternaliter apud Patrem subsistat. Non enim hoc vocabulum naturam Verbi demolitur, neque vox Ingenitus significationem suam ad Filium, sed ad ea quæ per Filium creata sunt, protendit. Et quemadmodum qui aliquem architectum ædificij aut ciuitatis nominat, non cum hoc nomine Filium ex ipso genitū includit, aut intelligi studet, sed sub vocabulo architecti, indicat authorem operum nequaquam talem esse, qualia sunt opera ipsius artificio fabrefacta ac proinde illum opificem nominat, & non ignarus qualis sit naturæ hic opifex, agnoscit longe esse aliud ab eo pro genitum, longe aliud ab eo factum, eundemque ob filium suum Patrem, ob opera vero architectum appellat. Eodem modo qui Deum ingenitum nominat, ex operibus suis ei nomen accomodat, indicans eum solum omnium non esse factum, sed eorum quæ facta sunt, authorem esse. Verbumq; eius diuersum esse à rebus quæ factæ sunt, & id solummodo Patri suum & proprium fœtum esse cognoscit, per quem omnia facta sunt & constant. Prophetæ quoq; Deum omnipotentem nominantes non ideo illi hoc nominis induunt quasi Verbū censeant ex numero reliqui vulgi esse, quippe qui non ignorabant Filium alium esse à rebus creatis, atque adeo, quemadmodum Pater suus, omnipotentem, eumque in omnia quæ pater per ipsum creauit, dominatum habere, illiq; à Patre potestatem datam esse, & post donationem semel concessam æque omnium dominari. Eadem iterum ratione quum

Hæretici sub verbis ambiguis prauitate suâ occultat. simile.

Ingenitū quid sit apud Arianos.

Ingenitū Verbi naturā non demolitur simile.

Deum ingenitū nominare quid.

Propheta rum de filio Dei opinio.

Prophete Patrem Dominum virtutum nominant, non ideo eo respectu faciunt, quasi Filium vnū eorum velint, quæ sub Patris potestate retineantur, sed vt Filio suo Pater est, ita potentiarū à Filio conditarum Dominus habeatur. Verbum vicissim quia in Patre est, omnium Dominus reputari debet, & in omnes imperium possidere, eò quod omnia quæ Pater habet, à Filio itidem habeantur. Et quemadmodū istæ appellationes hunc habent intellectum, ita quoque qui voluerit dicere Deum ingenitum: dicat quidem si ita ipsius animo collibuerit, modo non ideo hoc dicat vt Filium opinetur aliquid factitium esse, sed quia intelligat vnum solummodo Deum factum non esse, ac proinde rerum à Verbo suo factarum conditorem creatorēque appellari debere. Nam quum Pater ita appellatur, nihil inde obstaculi nascitur quo minus & Verbū & Imago Patris & Patri consubstantialis intelligatur. Porro quia Imago eius est, sequitur necessario, vt alius diuersusq; sit à rebus creatis, & nequaquam aliquis ex vulgo numeroque vniuersitatis, quoniam cuiuscunq; imago fuerit, eius quoque proprietatē & similitudinem obtinet, adeo vt sub nomine ingeniti Sapientia, etiam ingeniti & omnipotentis Verbum & Sapiencia, hoc est, Filius intelligatur. Verum præclari viri & prōptæ impietatis, non cura honorandi numinis, sed odij in Seruatorem hoc vocabulum ingeniti adinuerunt. Nam si illis cura numinis aut bene dicendi fuisset, oportuerat eos (quod quidem & melius fuisset) primū agnoscere Deum Patrem esse, eumque hoc nomine potius quàm illo prædicari, quoniam quum Deum ingenitum, hoc est, non factum appellant, ex rebus factis, vt iam dixi, illum conditorem designant, quo Verbum pro sua libidine factitium esse quiddam declarent. Qui autem Deum Patre nominat, statim eo ipso & Filium innuit, nec ignorat quū Filius sit, quin omnia quoque per Filium sint condita. Quapropter & potius & verius est, Deum ex Filio designare, & Patrem nūcupare, quàm ex operibus duntaxat illi nomen indere, & appellare ingenitum. Hoc enim vocabulum, opera, quæ ex Dei voluntate producta sunt, innuit: contra. Patris nomen, proprium eius ex sua substantia fœtum declarat. Quanto autem Verbum præstantius est rebus creatis, tanto præsterit Deum Patrem, quàm ingenitum dicere. Illud enim in Scripturis non reperiatur, & suspectum est, quum multiplicem habeat significationem: hoc autem simplex est, & Scripturis solenne, & verius, vnumque Filium tantummodo denotat. Rursum illud vocabulum, ingeniti, apud ethnicos reperiatur, qui Deum non norunt. Hoc autem nomine Pater per Filium suum nobis innotuit. Nam quum ipse sciret cuius Filius esset, ita locutus est, Ego in Patre & Pater in me: &, Qui vidit me, vidit & Patrem. Et, Ego & Pater vnum sumus. Neq; vllibi reperias, vbi ille Patre suum ingenitum vocet. Quin & cum nos precari doceret, non dixit, Quum oraueritis, dicite Pater ingenite, sed potius quum precari statueritis, dicite, Pater noster qui es in cœlis, & caput nostræ Fidei eò tendere ac referri voluit. Iussit enim nos baptizari non in nomine geniti & ingeniti, neq; in nomine increati & creature, sed in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sacti, quoniam ita initiati verè in filios adoptemur. Et Patris nomen pronunciantes, agnoscimus quoque sub hoc

Sub nomine ingeniti patris, filius etiam intelligitur.

Ingeniti vocē cur adinuenerint Arianis.

Ingenitū suspectum cur.

Ioan. 14.

ibidem.

Ioan. 10.

Matt. 6.

nomine etiam Verbum quod in Patre est, contineri: non tamen ob hoc quod Patrem suum nostrum à nobis concesserit appellari, æquum est, ut nos ipsos Filio ratione naturæ adæquemus. Nam quod nobis Filij appellatio indulgetur, id inde profectum est, quod Verbum siue Ratio Dei, nostrum corpus gestavit, & in nobis habitavit, ac proinde consequenter propter Rationem siue Verbum quod in nobis est, is qui Deus est, Pater noster appellatur. Et quia Spiritus Verbi in nobis est, ideo ut nobis gratificaretur, suum Patrē nostrum quoque Patrem appellari voluit. Ea enim est mens Apostoli ita dicentis, Misit Deus spiritum Filij sui in corda nostra clamantem, Abba Pater. Sed fortasse de vocabulo hoc ingenito conuicti, ut prauis moribus, audebunt dicere, par esse ut verba quæ de Domino nostro Iesu Christo sunt scripta, in disputationibus adhibeantur, repudiatis illis vocibus quæ in Scripturis non reperiuntur. Certe id æquum esse nec ego abnuerim, eò quod signa indiciaque veritatis perfectiora ex Scripturis sanctis quam aliunde depromantur. Sed malignitas & versipellis Eusebianoꝝ impietas, Episcopos coegit, quemadmodum dixi, ut clarioribus verbis vterentur ad eorum impietatem subuertendam. Sed tamen satis demonstratum est, & liquide apparet, scripta Synodi rectam sententiam continere, & Arianorum vobis friuolas esse, & scopum eorum malitiosum, quum illi hoc vocabulo, ingeniti,

Pater noster Deus à nobis dicitur, cur.

Heb. 2.

An voces que in scripturis non reperiuntur reijci debeant.

quod probæ significationis est, & cum pietate vsurpari possit, pro animi sui conceptu, proque libidine sua ad contumeliam Saluatoris abutatur, idque solum ea de causa, ut quasi gygantes cum numinibus pugnent, non tamen ob pretextum istiusmodi dictiuncularum damnationem euaserunt, nec quia in voce ingeniti bona significatio est, eorum mala mens sententiæque latere potuit: nam & ipsi omnifariam sunt confusi, eorumque hæresis ubique male audit. Hæc quidem tum in concilio acta, ut potui recitavi. Scio tamen vitiligatores istos & Christo rebelles, ne istis quidem auditis mentem in melius mutaturos esse, sed potius discursuratos ad alias aliunde causificationes venandas, & cum eas absumpserint, nouas rursus commentaturos esse. *Qua* in parte respondent Prophetis verbis, Si potest Æthiops mutare pellem, aut Pardus maculas, etiam futurum est ut ipsi recta sentiant. Tu autem charissime hæc nostra, ubi acceperis, tecum perlege, quæ si tibi recta videbuntur, recitabis ea fratribus, quos præsentem habebis, ut & illi quoque, ubi rem cognouerunt, Synodi zelum quo vsa est in tuenda veritate, Synodi que in iis explicandis quæ vellet, diligentiam adament: damnent autem Arianorum pro hæresi defendenda cauillationes. Gloria autem Deo Patri, honor item & adoratio cum Filio suo sui imperij collega, vnà cum Sancto & viuificatore Spiritu, & nunc & in infinita secula seculorum, Amen.

Hieron.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, CONTRA ARIANOS, APOLOGIA SECVNDA.



Go arbitrabar post tanta pro nostra defensione documenta, verecundia aduersarios meos, & prodeundi metu latituros, & sibiipsis, quod aliis calumniam fecerint, displicituros. Cæterum, quandoquidem ne ita quidem conuicti damnati que erubescere queunt, sed stulte obrectationibus adreputantes semel iudicata iterum in iudicium reuocanda, non ut causam dicat, id enim maxime fugitant, sed ut nos animosque eorum qui integri sunt, molestiis vexent: necessarium video ut vobis me purgem, quo repudiatis susurris, scelera & falsas illorum criminationes condemnetis. Vobis siquidem synceris hominibus ratio meæ innocentie reddenda est: litigiosis vero sua ipsorum argumenta opponenda sunt, in quibus summa mihi vincendi fiducia est. Nam quod ad nos attinet, iudicio nullo opus est: Iudicatum est enim non semel secundum nos, sed sæpius ac sæpius. Primum quidem in nostra provincia quum ad id coisissent propemodum centum Episcopi, Secundo Romæ nobis cæterisque aduersariis Eusebij, ad eius criminofas literas in iudicio comparentibus. Fuere autem in eo confesso plures quam quinquaginta Episcopi. Tertio iterum in magno Sardico concilio ad edictum religiosissimorum Principum Constantij & Constantis, in quo iudicio ita ceciderunt aduersarij, ut habitipro calumniatoribus depositionem exautoratio-

Athanasius innocens iudicatus tribus synodis. Ariani a suis in concilio Sardico condemnati.

nemque ordinis sui retulerint: nostram vero innocentiam, plures quam trecenti Episcopi, suis calculis comprobarint, qui ex multis prouincijs Egypti, Libyæ, Pentapoleos, Palestinæ, Arabiæ, Isauriæ, Cypri, Pamphiliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Mysiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Thessaliæ, Achaiæ, Cretæ, Dalmatiæ, Sisciæ, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Picini, Thuscæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum, Siciliæ, Aphricæ vniuersæ, Sardinie, Hispaniarum, Galliarum, Britanniarum, eò se ad concilium contulerant, adeo ut Vrsatius quoque & Valens, quum antea se pro calumniatoribus gessissent, pœnitere se sui facti protestarentur. Non solum enim sententiam pro nobis dictam approbarunt, sed & se cæterosque, meos aduersarios calumniatores esse confessi sunt, qua pœnitentia etiam scriptis prodita, Eusebium socium calumnie & fingendi criminis coartificem liquidissime conuincunt. Nemo igitur rem à tot Episcopis excussam, exploratamque, & clarissimis documentis conuicta, denuo putarit sub iudicium reuocari debere, ne si iterum atque iterum res toties iudicata in cognitionem deducatur, sine prorsus carcat recognoscendi curiositas. Sufficerent quidem tot Episcoporum calculi ad confundendos eos, qui etiamnum aliquid falsi criminis contra me fingunt, etiã si nihil aliud accederet. Iam quum ipsimet hostes contra se & pro nobis testimonium ferant, criminamque aduersum nos mendacijs & dolo cõposita esse

Vrsatius & Valens in concilio Sardico repœnituerunt.

De innocentia Athanasij non dubitandum.
Eusebiana damnatio Valentis et Vrsatii pœnitentia simile.
1. Reg. 26
Vrsatii et Valens veniam que fuerit hæresim Arii condemnauerunt.

esse fateantur, quem quæso non puduerit de mea vterius innocentia dubitare: præsertim quum lex iubeat, in ore duorum aut trium iudicia constitui: in mea ergo causa vide quanta sit multitudo testium, qui nostræ innocentie suffragantur, cui pro appendice aduersariorum nostrorum confessio accedit, adeo ut ne cæteri quidem ex aduersariis sua iudicia aduersus me pro ipsorum libidine conflata tueri ausint, sed pro bonis rationibus vim in eos, à quibus refutantur, comparent. Id enim illos pessime habet, quod quæ ipsi occultim & inter se composuerunt, ea Valentis & Vrsatii indicio retengan- tur, minime ignari, eorum pœnitentia & se damnari, & damnatos ab ipsis innocentes declarari, ac proinde eos, ut prius à nobis dictum fuit in Sardico concilio, ab officiis suis depositos esse, atque id non immerito: Vt enim olim Pharisei summoti reiectique à iudicanda causa Diui Pauli, & suam & cæterorum Iudæorum contra ipsum coniurationem patefecerunt, utque beatum Dauidem præter meritum persecutionibus agitari voce ipsius persecutoris innotuit, ita peccatum suum confitentis, Peccaui, inquit, fili mi Dauid: ita quoque nunc isti victi à veritate, veniã scriptis literis à Iulio Romano Pontifice poposcerunt, & ad nos pro pace, de quibus tanta scelera diuulgarant, epistolas misere, pudore ut arbitror adacti, quum eos quos tollere volebant, gratia Domini viuos conspiciant, adeo ut & ipsi quoque Arium eiusque hæresim, ut anathema condemnarint, idque congruenter ab iis & pro rei cõsequo actum est. Nam quum non alia de causa crimen ab Eusebio aduersum nos compositum esse scirent, quàm ut hæresim suam tueretur, quum eò venissent ut semel sycophantiam confitentem esse arbitrarentur, statim quoque ab inimica Christo hæresi, in cuius gratiam crimen finxerant, resiliendum putauerunt. Quæ igitur pro nostra innocentia scripta sunt ab Episcopis in diuersis Synodis, & primum in Ægyptiaca, sunt hæc.

SANCTA SYNODVS ALEXANDRIÆ CONGREGATA EX Ægypto, Thebaide, Lybia, Pentapoli, omnibus ubique Ecclesiæ Catholicæ Episcopis, dilectis & desideratissimis fratribus in Christo, salutem.

OTERAMVS quidem dilectissimi fratres, Petiam statim ab initio conflata in Athanasium criminationis, deinde post eius Alexandriæ ingressum respondere super fictis criminibus Eusebianoꝝ, eosque de iniurijs in comministrum nostrum illatis accusare, simulque ostendere, quàm nihil nisi meras calumnias obiecissent. Sed quia tempora illa nihil tale permittebant, ut & ipsi notis, & quia arbitraremur, post restitutionem Episcopi Athanasij, eos vultum submittere, & pudore in eam apertis iniurijs suffundi, putauimus rem silentio transmittendam esse, maxime post tantas eius viri calamitates, profectioesque, & vitam relicta domo peregre actam, post tanta pericula, quibus minimo minus perierat, rem vrgētibus calumniis hominibus, nisi humanitas Imperatoris obstitisset, Tot malis, quum nemo non hostium etiam crudelissimorum exatiari potuisset, ipsi tamen effrontes insatiabilisque permanent, sæuiuntque denuo & in Ecclesiam & in Athanasium, ægre ferren-

Eusebiana sententia in Athanasium

tes illius liberatione, ac proinde atrociora molientes, cupide ad nouas criminationes profluit, nec timent illud quod in sacris literis scriptum est, Falsus testis impunitus non erit, & Os quod mœtetur, occidit animam. Ideo fit, ut silentium diutius retinere nequeamus. Admiramurque eorum malitiam, & insatiabilem in insidijs struendis pervicaciam: Ecce enim nulla sumpta quiete rursus Imperatoris aures contra nos irritant, neque vsquam cessant literas parricidas scribere, quo Athanasium ipsorum hæresi aduersum è medio tollant. Siquidem iam denuo accusatrices literas contra Athanasium Imperatoribus porrexerunt, iteratis calumnijs homicidia ei obiectantes, quæ nunquã facta sunt, ac denuo illum cõiurationibus suis opprimere student: impunitatis cædibus quæ nunquam factæ sunt, & fortasse tunc eum calumnijs suis interfecissent, nisi humanum principem nacti fuisset, eundemque denuo, ut quod minimum malorum referamus, in exilium protrudere satagunt, & ob id calamitates exilium quasi ab eo factas se deplorare simulant, quum reuera plorent, nihil à nobis tale designatum esse: neque priores in illum iniuriæ ipsorum animis sufficiunt, sed noua & atrociora illis accumulata volunt, homines scilicet admodum mansueti & moribus æquis, vel quod verius est, improbi & perquam acerbi, qui terroribus & minis potius, quàm pietate & equitate, quod Episcopos decet, ad pœnas deproperant. Tot enim cædes, hominumque mactationes, quas ne prophanus quidem homo & curiosus & cõsecrator criminum in calumnijs diceret, ea ipsi effundere minime veriti sunt, non solum apud præsidem aut alium quemuis magnū virum, sed & apud tres Augustos, neque in eam rem longitudo itinerum illis graues fuere, dum modo omnia maiora tribunalia calumnijs implerent: calumnia enim est quam tentant, eaq; grauissima, & maxime omnium capitalis, idque in summis omnium rerum humanarum tribunalibus. Quis enim alius istius quæstionis finis, nisi ut mors Ecclesiastico tumultu inferatur? Non igitur Athanasij, sed illorum acta luctum lamentationemque meretur, ipsosque rectius deploratos habueris: in ipsos enim ploratus congruit: Siquidem scriptum est, Ne desideas mortuum, neque lugeas, sed cõplorate comploratione egredientem, quia non amplius reuertetur. Tot enim eorum accusatrix epistola nihil aliud nisi necem spectat, aut necem moluntur, si ipsis liceat, aut saltem exules facere, quod & impetrauerunt ab religiosissimo Cæsarum patre, qui iras suas offensasque, quum supplicij capitale posceretur, exilio damnatorum expleuit. Ista opera ethnicorū sunt, & non vel tenuiter Christianorum, & minime omnium Episcoporum, quos alijs iusticiam monstrare oportuit, idque vestram arbitramur in Christo conscientiam bene & luculenter perspicere. Qui enim alios ab accusando deterrent, illi ipsi accusatores conspectui Imperatoris sese præbuerunt: aut cur qui alios calamitates miserorum lacrymis prosequi oportere docent, ne ab exilio quidem nostro se quieti tradunt? Publica enim omnium Episcoporum profligatio ex suis sedibus exterminatioque facta est, qui ut nos antea pro exilibus habuerunt, ita nunc cum Athanasio patriæ redditi pro superioribus doloribus lacrimisque, quibus eius vicem miserabamur, maximam vicissim hilaritatem

Eccliam, criminationes nouas comminiscuntur. Prou. 19. Sap. 1.
Athanasius homicidij accusatus.
Athanasius in exilium pulsus.
Improbis & acerbis persequuntur.
Hæreticorum acta lamentanda. Eccl. 22. Accusationis Eusebianoꝝ finis.

& gaudium recepimus, quod utinam Dominus, ne ab Eusebianis subuertatur, nobis incolumè seruet. **Iam** si Fides in criminibus quæ obicere, fuisset, hoc ipsum tamen criminofum est, quod contra statuta Christianorum, post acerbitatem exiliorum, aliarumque calamitatum denuo inuadunt, cædes hominum, stragèsq; obicentes, & huiusmodi criminationibus imperatorias aures obtundunt. **Iam** quum omnia mentiantur, nihilque nisi calumnias adferant, nec in ore, nec in eorum literis quicquam sit veri, quàm multiplex putas in hoc conatu scelus, & quàm scelerati illi haberi debeant? Rem igitur aggrediemur, eorumque calumniis occuremus. **Nam** hinc quoque priora illa quæ vel de Synodo vel de iudicio habito iactitât, non recte facta esse, imò falsa esse cõprobantur, ipsis interim denuo ea de causa condemnantur. **Pudet** nos certe istius defensionis, verum quia temerarij nostri criminatores ad omnia calumniâda se promptos offerunt, & quia post Athanasij ingressum, cædes & homicidia obiciunt, necessum est nostri excusationem, tametsi prolixiusculam, quia res ita cogit, cum venia audiatis. **Cædes** omnino nulla neque ab Athanasio, neque per Athanasium commissâ est, quapropter quum ad hanc inexpectatam defensionem aduersariorum iniquitate propellamur, non nihil indulgendum est necessitati excusationis. **Cædes** igitur & vincula aliena sunt à nostra Ecclesia, carnifici neminem vnquam Athanasius dedit, neque carcerem quantum in ipso fuit, vincētis tradendis fatigauit. **Sacrâque** nostra ut in præsentia, ita etiam semper pura innocentiaque fuere, non nisi Christi sanguine, eiusque cultu sanctificata, neque presbyter neque diaconus ab Athanasio interfectus est, neque cædem vlli aut exilium irrogauit, utinam illi qui veram persecutionē induxerunt, nihil tale contra eum perpetrassent. **Nullus** enim opera eius patria excidit: ipse autem ab istis in exilium actus est, quem nunc iterum quia ab ea relegatione liber demittitur, grauioribus criminibus repetentes, linguam suam ad omnia falsa & crudelia exacuunt. **Quinimo** iudicium acta & damnata à præfecto, ut ipsi in suis scriptis fatentur, ad Athanasij culpam transferunt, adeo nihil illos pudet: sicuti Athanasij imputant, quum Athanasius per id tempus nondum Alexandriam ingressus fuisset, & per Syriam in itinere ab exilio reuerteretur. **Quod** si longinqua absentia excusationem adfert, ne quis reus habeatur, quin præses aut præfectus Ægypti aliquid facit, quid Athanasio remotius à crimine, qui si vel in ipsa Alexandria fuisset, quid tamè illi quæso cum negociis præfecti? **Atqui** in illis locis non erat, neque ad ea quæ acta sunt à præfecto res ecclesiasticæ occasionem dederūt, sed vnde id natum sit, ex monumentis actorum intelligetis, quæ nos cognitis illorum scriptis, & re perquam diligenter explorata ad vos transmisiimus. **Igitur** quum & nunc, ea quæ neque ab eo, neque per eum facta sint, quasi facta sint, oclament, & tot testibus se certiores factos videri velint, optarim mihi indicarent cuius Synodi actis, argumentisve aut indicis rem ita se habere didicerūt. **Quod** si nihil tale pro se habent, temerèque omnia affirmant, vestris animis cogitandum relinquimus, quid & prius factum sit, & nunc factum esse ab istis fingitur. **Nihil** enim aliud vestris animis apparebit quàm calumnia, & defen-

dendæ impietatis contra pietatem rabiosus furor, & ob id vnum agi, vt tollantur è medio Orthodoxi, quo iam inde cum securitate prædicet quicquid liberit impietatis patronis. **Et** certe rem ita se habuisse comperietis. **Quum** enim Arius vnde Ariomanitarum hæresis conflata est, ab ecclesia per beatum Episcopum Alexandrum eiectus esset, Eusebiani discipuli pariter & focij impietatis, semetipsos eiectos esse arbitrâtes, multis adhortationibus Alexandro scripserunt, ne Arium extra Ecclesiam relinqueret. **Alexandro** autem ob pietatem in Christum, hominem impium non recipiente, in Athanasium eius diaconum iras auertunt, & quia eum assiduum esse apud Alexandrum, & in precio haberi curiose animaduertent, & quia iam antea eum pro Christo pietatem in Synodo Nicensi, vbi cum magna libertate cõtra Arianam hæresim differerat, experti essent, in grauiissimū odium exarserunt: vbi autem Deus eum ad Episcopatum prouexerat, veterem iam olim malitiam refouentes, veriti illius orthodoxam mentem, & in resistendo contra impietatem robur, conscientia vecordes omnibus rationibus coniurationes in eum coquebant, principisque hac in re Eusebius fuit, conscientia suæ furis agitatus præceps. **Cæsarem** igitur contra Athanasium irritant, & Synodos minantur. **Postremo** Tyri in concilium coierunt, adeo vt ne nunc quidem contra eum scribendi ocium admittant profusus implacabiles, & quorum querelis nunquam satisfacias, vt qui constitutionem Episcopatus Athanasij tanquam non legitime celebratam cauillationibus arrodant, nusquam non homini infesti, vt saltem mendaciis eum infamem reddant, quæ tamen nunc ex priorum mendaciorum vanitate falsa esse deprehenduntur. **aiunt** igitur post obitum Episcopi Alexandri, quum paucissimi essent, qui Athanasij mentionem facerent, sex aut septem Episcopos clanculum & in loco obscuro eum in præfulè elegisse. **Hæc** eadem illi, quibus nullum mendaciorum genus reformidandum videtur, Imperatoribus scribere. **Nos** autem contra, cum tota ciuitate & vniuersa prouincia testamur, omnè multitudinem populūque; catholicæ Ecclesiæ in vnum coactum, quasi in speciem vnus corporis & animæ, clamoribus vociferationibusque postulasse, Athanasium Ecclesiæ Episcopum dari, idque publicis votis à Christo expetisse: nosque vt faceremus, per multos dies ac noctes iureiurando obtestatos fuisse, cum interea nec ipsi ab Ecclesia discederent, neque nobis discedendi facultatem permetterent, hoc nostrum totiūque ciuitatis & vniuersæ prouinciæ testimonium nec mali quicquā de eo quod ab ipsis fit, pronūciamus. **Sed** optima quæque prædicamus, bonum illum esse, religiosum, Christianum, deuotarium, & verè Episcopum. **Porro** quod nostrum plerique sub omnium oculis acclamationibusque Athanasium Episcopum creauerint, nos ipsos in testes offerimus, quibus vt authoribus creationis, maior quàm istis qui & tunc aberat & nunc mentiuntur, fides haberi debet, quanquam nihil ea re impeditus Eusebius creationē vituperat, homo qui ipse prorsus Episcopus creatus non est, aut si vnquam ius Episcopi habuit, id ipsum rescidit, vt qui principio Beryti pro Episcopo egerit, relictoque Beryto Nicomediam se transtulerit, illam quidem cathedram præter leges destituens: istam vero nulla lege

Quod Athanasius non sit homicida defensor.

Nemo in exilium actus. Athanasij opera. Calumnia in Athanasium.

Arianita. de.

Athanasio. sicut dicitur.

hinc Alexandri. p. 10.

Quomodo. Athanasio.

primis ab Arianis odio haberi caperit.

Eusebium. principis co. iurationis.

contra Athanasium.

Athanasio. sicut dicitur.

do in episcopo. et.

Eusebium. episcopo. lib. cap. de imp. dentia.

lege inuadens, proprij gregis sine vlla charitate defertor, & alieni nulla rationabili causa occupator, prioris Episcopatus charitatē alieni cupidine aspernatus est, nec tamen illum ipsum Episcopatū quem tanta auiditate occupauerat, reseruauit: **Ecce** enim iam denuo inde desiliens, alienum Episcopatū arripuit, semper aliorū ciuitates oculis per inuidiam adiectis oblimat atque arrodit, persuasus in magnitudine vrbium religionem esse sitam, & sortem Dei, secundum quam constitutus ordinatusque est, pro nihilo ducit: ignarus scilicet, Dominum, vbi duo aut tres in eius nomine congregati fuerint, in medio esse, nec secum recogitans dictum illud Apostoli, quo profitetur se in alienis laboribus non gloriaturum, neque præ oculis habens illius præceptum, Alligatus es vxori, ne quære solutionem: quod si hoc de vxore dictum est, quanto magis de ecclesia, atque adeo de Episcopatu, cui cum quis alligatus est, alium quærere non debet, ne adulter in sacris literis deprehendatur. **Horum** sibi ipse conscius, ausus est tamen creationem Athanasij omnium eulogiis contestatam calumniari, nec veretur ei obicere eius dignitatis exauctorationem, ipse interim maxime exauctoratus, vt qui suæ exauctorationis testimonium & argumentum in ipsa sui constitutione ostendat. **Qui** igitur ipse & Theogonius poterunt alios deponere? ipsi depositi & exauctorati, & vitio suæ creationis famosi? **Bene** siquidem cognitum habetis, Amphionē Nicomediae, Chrestum vero Niceæ, in eorum locum, ob impietatem, & communionem, quam cum Arianis à Niceno concilio reprobatis, habuerant, Episcopos constitutos esse. **Hanc** igitur Synodum perditam cupientes, suum iniustum conciliabulum, Synodum videtur student, & Niceni concilij decreta, irrita, sua autem rata volunt: **Et** Synodi vocabulo uti audent, qui tantæ Synodo non obtemperat. **Nihil** illis Synodi curæ sunt, sed inanem speciem Synodi prætexunt, vt sublatis Orthodoxis viris, ea quæ veræ & magnæ Synodo de Arianis statuta sunt, demoliantur, interim tamen illi Arianos & semper antea, & etiam nunc in præsentia patrociniō suo tegentes, contra Athanasium Episcopum mendacia fingere non reformidant: prorsus enim eiusdem vanitatis sunt cum superioribus, quæ nunc fingunt, fuisse scilicet in Athanasij introitu seditiones, luctus, populorumque lamentationes, indigne ferentium illius creationem. **Nihil** ibi tale contigit, sed potius omnia contraria, gaudia scilicet, animorumque alacritates, & populorum desiderio videndi hominis accursus, vbique per Ecclesias latitiæ & gratulationes ad Dominum. **Ministri** autē & clerici ita eum intuebantur, vt & animis gaudium conciperent, & illum diem omnium faustissimum arbitrarēt: nostram autem, qui Episcopi sumus, inenarrabilem latitiā, quid opus est scribere, quum iam antea testati sumus, quicquid ei acciderit, nobis videri accidere: **Iam** cum ipsi in re confessi certaque, contraria dicant, quam fidem merebitur illorum siue concilium siue Synodus, quam pro se tanto opere iactitant? **Qui** ita inuadunt insultantque actis, quæ nec viderunt, nec iudicarūt, nec interfuerunt, tanquam maxime earum rerum conscij, idque scripto protestantur, quomodo ipsi in suis actis, ob quæ se conuentus habuisse dicunt, graues verique haberi poterint, vt non credas etiam ista ab illis iti-

Mat. 18.

2. Cor. 10.

1. Cor. 7.

Episcopus ecclesiam suam deserere & alienam quærere non debet.

Amphion Nicomediae episcopus.

Chrestus Niceæ episcopus.

Heratici concilij decreta irrita, sua veriorata esse voluit.

Athanasij in episcopatu introitus qualis.

Hæreticorum concilij non credendum.

dem vt illa per odium simultatēque instituta fuisset? **Quis** enim ibi conuentus Episcoporum, aut confessus veri studiosus? **Quis** non ex plerisque noster inimicus? **Nōne** Eusebius, Eusebianique studio Arianismi ad id conciliū perrexerunt, reliquis eiusdem secum sententiæ adductis: **Nōne** & nos contra eosdē homines eo nomine quod Arianicæ opinionis essent, scripta euulgauimus? **Nōne** Eusebius Cæsariensis de immolatione idolorum à nostris confessoribus accusatus fuit? **nunquid** non de Georgio probatum fuit, eum ab ordine sui sacerdotij à beato Alexandro reiectum fuisse? **Nōne** cæteri de alijs atque alijs criminibus notam censuramque passi sunt? **Quo** iure igitur isti contra nos Synodum vllam constituere potuerunt? aut qua fronte talem conuentum, Synodum appellare audent, cui Comes præfedit? & vbi Spiculator apparebat? & Commētariensis siue Carcerarius pro diaconis Ecclesiæ aduentates introducebat? vbi Comes verba faciebat, cæteri præsentēs in silentio erant, vel potius Comiti obsequium suum accommodabant? vbi quod communiter Episcopis placuit, ab illo impediatur? **Ille** imperio vtēbatur, nos à militibus ducebatur, vel potius iussis Eusebianorū, sententiisque ipse Comes inferuebat. **In** summa dilectissimi, quæ species ibi Synodi, vbi vel cædes vel exilium, si Cæsari placuisset, constituebatur? **Iam** si quid in accusando sit actum, quæras, longe maiori admiratione capieris, Arsenium quēdam occisum ab Athanasio criminabatur, & poculum mysticum fractum esse. **At** Arsenius iste in vita superest, & placet sibi de vestra communionē, neque aliunde testimonia expectat, vt viuus esse doceatur, sed ipse sese confitetur viuere, idque in literis suis ad Episcopum nostrū Athanasium perscripsit, quem isti Arsenij interfectorem asseuerabant. **Nec** puduit impios hominem tanta intercapedine locorum & itineribus terra marique disiunctum, ab eo occisum comminisci, cuius per illa tempora locus, vbi agebat, nemini mortalium cognitus fuit, adeo ille nullo dum attactus malo ab accusatoribus celabatur, quem quoad licuit in alium orbem transtulerant occisuri cum libenter, vt homine vere extincto, Athanasium quasi de certa cæde cõuictum occidere possent. **Sed** diuinæ hic prouidentia gratia agenda sunt, quæ nihil iniusti inualefcere sinit, Arseniumque sub omnium oculos viuum produxit, dilucidè sua præsentia calumnias eorum & figmenta retegentem. **Qui** nos nequaquam vt interfectores suos auerfatur, aut vt iniuriosos odit: nihil enim mali à nobis passus est, sed nostræ communionis auidus in nostro grege conuersari cupit, quod ipse scripta declarat: sed hoc nihil Athanasio profuit, qui oppressus calumnia quasi verus homicida ab illis in exilium actus est. **Non** enim parens Imperatorum, sed horum calumnia illum in exilium exterminauerunt. **Animaduertite**, quæso, num ita se habeat, vt dicimus. **Quum** nihil culpæ in cõministrō nostro Athanasio reperirent, Comesque summa vi imminens plura cõtra Athanasium moliretur: Episcopus Comitē violentiam fugiens, ad religiosissimum Imperatorem ascendit, deprecans & iniquitatem hominis & aduersariorum calumnias, postulatque vt legitima Episcoporum Synodus indiceretur, aut ipse audiret suam defensionem. **Imperator** rei indignitate motus, scriptis suis accusatores

Quod hæreticorum conciliabulum non sit vera synodus. Eusebius Cæsariensis de idolatria accusatus. Georgius ab Alexandro reiectus.

Concilio Arianorum præfedit Comes.

Athanasius Arsenij homicidio accusatus.

Eusebianorum fratres.

Arsenius viuus productus.

Athanasius iniuste in exilium pulsus.

citatur, suamque ipsius audientiam promittens, simulque Synodum iudici iubet. Eusebiani autem ubi comparuissent, nihil inter accusandum de obiectis Tyrī criminibus meminere. Sed frumentū ab Athanasio nauēque detentas calumniati sunt, eumque gloriatum esse dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Constantinopolim impedire posset. Hæc nonnulli ex nostris, qui in Synodo erant, ex Imperatore admirationis pleno audierunt. Hic cum Athanasius ad tantas calumnias ingemisceret, affirmaretque eas falsas esse, nec fieri posse ut homo priuatus & pauper tantum virium haberet, Eusebius ne publice quidem detrectans calumniatoris munus, deierat Athanasium perquam opulentum esse, & satis virium & autoritaris ad ista omnia patranda habere, ut ita verisimilior calumnia videretur. Ad istum modum res actæ sunt per sanctos illos & venerandos lycophantas Episcopos. Sed Dei gratia plus in hoc negotio valuit, quam illorum scelerata malitia, quæ principis animum religiosum ad clementiam retraxit, ut satis haberet pro morte exilium irrogare. Horum omnium malorum causæ non alibi, quam in illorum calumniis consistunt, quorum dolos satelâsq; criminum Imperator antea scriptis suis cum execratione improbauit, calumniâque detestatus Meletianos nefarios dirisq; deuouendos, aliisq; grauissimis nominibus in suo diplomate appellauit, ut qui grauissime ferret cædem hominis viui obiectam esse, & de viuentē in columi homicidium factum esse. Nos autem epistolam, ubi Imperator hæc scribit, isthuc ad vos misimus. At præclari Eusebiani quo veritatem scriptaq; sua obliterent, nomen Synodi suis actis prætexunt, quum res ipsa negotium Imperatorium, non Synodale haberi debeat, quippe ubi Comes præsideat, & milites Episcopos suo satellitio cingât, & Imperatoria edicta quos ipsi volunt, coire compellant. Iam quæso vel hinc incredibiles eorum insidias animaduertite, & quam in audendo varij sint & versipelles, modo quacunque ratione hominem è medio tollant. Si enim veluti Episcopi sese iudices volebât esse, quid opus erat vel Comite vel militibus, aut edictis ad coeundum imperialibus? Quod si Cæsare indigebant, & ab eo acta robur accipere voluerunt, quo iure ipsi iudicium Cæsaris irritum fecere? aut quare de causa, quum Cæsar Meletianos & calumniatores & nefarios non sine detestatione, ob cædem de viuo homine confictam: Athanasium vero innocentissimum suis scriptis pronunciarit, ipsi Meletianos verum dicere, & Athanasium reum esse definiunt, nulla cum verecundia hominē viuum pro occiso imputantes? qui & quo tempore hoc iudicium Cæsar proferret, & quum ipsi ad sententiam constandam in vnum coirent, nobiscum viuebat. Hactenus de Arsenio. Poculum autem mysticum, quod, aut quonam in loco à Macario fractum est? id enim sursum ac deorsum obuoluitantes iactitant. Atqui Athanasium, ne accusatores quidem ausi fuissent eius criminis incessere, nisi ab ipsis summissi instructiq; fuissent. Sed tamen illi summam eius criminis in Athanasium referunt, quod ne in Macarium quidem, qui victus non est, referri debet. Nec pudet eos coram catechumenis, & quod peius est, coram ethnicis ita de mysteriis tragicari. Quum oporteat, sicut scriptum est, mysterium regis celandi

Athanasius de nauibus plenis frumentis detentis, accusat.

Eusebij falsum testimonium in Athanasium.

Meletiani ab Imperatore propter mendaces calumnias execrati.

Synodi nomen suis conciliabulis prætexunt Eusebiani idque frustra. Eusebianorum invidia.

Macarius de mystico poculo fracto accusatus.

re, & ut Dominus præcipit, non esse sancta porrigenda canibus, neq; proiciendas margaritas ante porcos. Non enim fas est mysteria gentibus prodere, ne per imperitiam ea subsannent, aut catechumeni per curiositatem scandalizentur. Sed tamen quodnam poculum, quo in loco, vel apud quos comminuit: Meletiani scilicet sunt, qui hic se accusatores præbent, homines prorsus fide indigni, ut & schismatici, & hostes Ecclesiæ, neque ij noui aut recentes, sed vetusti iam olim à temporibus beati Petri, cui insidias posuerunt, & Achille eius successoris, quem calūniati sunt, & Alexandri quem vsq; ad tribunalia Cæsaris calumniis persecuti sunt, & postremo ita meditandis criminibus exercitati Athanasium inuasert, nihil alienum à sua malitia facientes. Ut enim Athanasij antecessores, ita quoque & ipsum Athanasium calumniantur, quorum calumniæ antea inefficaces, nunc tadem successum habuerunt: ex quo Eusebianos in gratiam Arianæ impietatis socios & patronos adepti sunt, pro qua tuenda ut in multos alios Episcopos, ita quoque in Athanasium conspirationes faciunt. Atqui locus ille, in quo contractum poculum iactitant, Ecclesia non erat, nec quisquā presbyterorum ei loco vicinus, nec dies quo id factum à Macario volunt, Dominica: quum igitur neq; Ecclesia ibi esset, neque sacra fierent: neque dies hoc ipsum requireret, quale aut quando, aut ubi mysticum illud poculum fractum est? pocula multa passim in ædibus atque adeo in medio foro haberi nec mihi dubium, quæ collisa collidentem non impiant. Mysticum autem poculum quod impium cum reddit qui id vitro frangit, nusquam nisi apud legitimos Ecclesiæ præfides inuenias: hic enim vnus vsus est calicis, & præter eum alius nullus, eoque solo vos legitimo ritu propinatis populo, eumque vos pro canone Ecclesiastico accepistis, idemque duntaxat penes eos habetur, qui Ecclesiis præfunt. Solum enim vestrum est propinare sanguinem Christi, & præterea nullius. Cæterum ut impius est qui hunc mysticum calicem frangit, ita multo magis impius est qui sanguini Christi contumeliam facit: contumeliam autem facit, qui præter Ecclesiasticam institutionē calice illo abutitur. Et hæc quidem eò à nobis dicuntur, non quod vel schismaticum poculum Macarius fregerit, sed quod ibi omnino nullum fuerit: qui enim fieri potuit, cum nec ipse locus dominicus esset, neque quisquam ibi Ecclesiasticus, atque adeo ne tempus quidem mysteriorum ageretur? Presbyter autem qui fingitur adfuisse, est ille roties rumoribus iactatus Ischyra, qui neq; ab Ecclesia electus est presbyter, neque cum à Meletio constitutos presbyteros Alexander in Ecclesiam recipiebat, in eorum numero vnquam habitus fuit, aut ab eo creatus: quo pacto igitur presbyter Ischyra? aut quo tandem authore constitutus: nunquid scilicet à Colytho? id enim restat: atqui Colythum in gradu presbyterij mortuum, omnemq; eius manuum impositionem rescissam, omnemq; ab eo constitutos, in laicorum ordinem redactos esse & sub nomine laicorum ad Synaxim admissos, adeo apud omnes constat, ut nemo ea de re dubitandum putet. Quomodo igitur homo priuatus, & priuatas ædes inhabitans, poculum mysticum sibi creditum habuit? Sed illi hominē priuatum presbyterum appellant, & in nostram iniuriam hoc nomen illi

Matt. 7. Mytheria ecclesiasticis non prodenda. Meletiani quales et quæ anti. qui hanc. tici.

simile.

Athanasius et ceteri episcopi persequuntur.

Poculum ubi contractum.

Mysticum poculum impij redit hominem id vitro frangentem.

simile.

Sanguis Christi contumelia facit quæ.

Ischyra qualis presbyter.

Colytho.

Ischyra Tyrī pro calumniatore habitus.

Falsitestes.

Macarius Tyrī carceribus inclusus.

Eusebianorum calumnia in Macarium ethnicis propostita.

Athanasius hominē eisdem accusatum.

illi indiderunt, eidemque pro mercede calumniarum ædificandæ Ecclesiæ potestatem conciliarunt. Qui ergo per id tempus nullam habuit Ecclesiam, nunc ad compensationem sceleris obsequiique in accusando præstiti, Ecclesiâ accepit, forsitan etiam Episcopatu donandus: id enim passim iactitat, & minis fremit, talia pro dolor præmia deinceps per episcopos accusatoribus & lycophantis deferuntur. Neque id immerito, quem enim administrum suæ libidinis habuere, & eum ut rerum consiliorumque socium, consimili Episcopatu dignum censuere. Obsecro igitur ut non hactenus tantum, sed ad sequentia quoque vos attentos præbeatis, ut cognoscere possitis quid deinde ab illis factum sit. Impares ergo veritati, quanquam se omnibus modis communierant, eò quod Ischyra Tyrī pro calumniatore habitus nihil probare posset, & ipsa calumnia sua vanitate corrueret, iudicium causæ suspensum voluere, donec de probationibus constaret: promittunt igitur se aliquot ex suis Mareoten amanduros, qui rem curiose scrutarentur, quos vos uestigio multis de causis reiciendos docuimus, in primis quod & Ariani essent, & propter Arianismum nobis propalam infensi. Verum illi potentia Magistratum freti, clam emittunt Diongnium, Marim, Theodorum, Macedonium, annis ingenisq; putidos & venales, his addunt Vrsacium & Valentem homines Pannonios, qui ab vltimis illis finibus Tyrum profecti sunt, ut sententiam in aduersarium dicerent, & post tantum itineris è Tyro Alexandriam contenderunt, nullo cum pudore, quod se ex iudicibus testes facerēt. Quin potius omnibus insidiâ rationibus propalam susceptis, quosuis labores itineræque subiere, ut calumniam semel initiam absoluerent. Hostes ergo Athanasij Athanasium peregre detento, Alexandriam in populum Ecclesiâque debacchaturū contendunt. Imo quod absurdus est, Ischyra accusatore secum adducto Macariū reum custodiis Tyrī inclusum non permiserunt in comitatu hære, quem antea sub prætextu eius criminis sursum deorsumque raptauerant. Soli igitur Alexandriam cum accusatore Ischyra ipsorum contubernali sodale compotore ingressi, assumpto vnâ præfecto Ægypti Philagrio, in Mareotam abscedunt: atque illic soli pro libidine sua cum Philagrio quæstionibus incumbunt, nulla permessa presbyteris adeundi facultate, quamquam id multis precibus requirerent: erant autem illi qui hoc postulabant, omnes tum Alexandrinæ ciuitatis tum vniuersæ provinciæ presbyteri, petentes, ut sibi ostendere liceret, quosnam testes Ischyra subornasset, & quale hoc hominum genus & ciuitates essent. Sacrorum igitur ministris exclusis, coram ethnicis hominibus quæstiones de Ecclesiis, de calice, de mensa domini, de sanctis sanctorum habuere, & quod grauius est, Ethnicos in quæstione de mystico poculo in testes citauerunt, & quoniam illud ab Athanasio rapuissent, Catholici interpellatione desinuerunt, nec puduit eos eorum testimonia coram se, & solo duntaxat præfecto recipere, qui vnde gentium essent ignorabant, nec veriti sunt eos dicere ab Athanasio occisos, quorum testimonij aduersum Athanasium abusi sunt. Quinimo necem Athanasio molientes, nouis mendaciis fabulam de ementita cæde Arsenij imitantur, eosque, qui viui sunt, mortuos fingunt, & ut inter-

fectos, qui adhuc supersunt, & hominum oculis in suis sedibus apparent, apud vos longe inde semotos miserrime deplorant, ut cum è longinquo pendenda sint rerum documenta, nostrum in sacris ministeriis collegam Athanasium calumniari possint, quasi vi & potentia grassantem, quum ipsi per vim & potentia omnia agant. Eadem enim denuo apud Mareotam, quæ Tyrī designata sunt. Ut enim illic comes erat cum militari satellitio, nihil quod ipsis displiceret aut dici aut fieri permittens, ita quoque & hic præfectus manu militari succinctus, omnes ecclesiasticos terrefaciens, nulli permisit ex vero testimonium dicere, & quod absurdus est, in ipsis ædibus accusatoris & commorabantur & quæstionibus operam dandam, prout libuit, decernebant, eoque tam Iudices quam testes, cæterique eiusdem studij, vel quod verius est, Eusebianæ factionis administri cōueniebant. Quæ porro Alexandriæ ausi sunt, arbitramur vobis non ignota esse, quum ea vbique gentium fama diuulgata sit, strictos scilicet gladios in sanctas virgines & fratres intentatos, flagella preciosis apud Deum corporibus incussa, pedesque fustigationibus ad claudicationem illis mutilatos esse, quæ mentem in castitate & in omnibus solidis bonis exercebant, calumnias quoque vbique infestas fuisse: gentium vulgus interim nudare corpora virginum, verberare, libidinari, & virginibus aras idolorum, victimasque interminari, adeo ut homo quidam proteruus veluti istiusmodi potestas iam deinceps concessa esset in gratiam Episcoporum, virginem manu arreptam, ad altare quod forte obuium erat, protraxit, necessitatem sacrificandi & vim persecutionis repræsentans: inter hæc scelera, virgines fugere, Ethnicis Ecclesiæ insultare, Episcopis in illis ipsis ædibus, ubi ista perpetrabantur, versantibus, in quorū gratiam virgines miseræ strictos gladios, omnia genera periculorum, & quamlibet contumeliam & debacchationem experiri coactæ sunt. Et hæc quidem passi sunt ipso ieiunij die à coepulionibus Episcoporum, cum quibus conuiuium agitabant, Episcopis intus epulantibus. Hæc cum futura prouideremus, nec vulgarem, sed quasi ex hostili incurfu vastitatem, detrectaui fateor hoc genus Iudicij: Eares igitur quum Alexandri Thessalonicensis Episcopi animum permouisset, scripsit ad eos qui Tyrī adhuc commorabantur, nihil nisi per coniurationem & calumniam cum Athanasio agi. Quod si eum in suo grege adnumerent, sociumque suæ factionis iactitent, eo ipso vim suam in hominem, qua illi subscriptionem expresserunt, declarabunt, nec mirum quum ipse quoque omnibus modis sceleratissimus Ischyra non sponte, sed malo coactus prouincias nos reos facienda suscepit, pro documento sunt eius ad coepiscopum nostrum Athanasium epistolæ, quibus testatur nihil tale ibi actum fuisse, sed se subornatum esse, ut hæc fingeret, scripsitq; illa quum nec pro presbytero ab Athanasio agnosceretur, nec per gratiam eum titulum obtinisset, nec ius ædificandæ Ecclesiæ pro remuneratione impetrasset, nec Episcopatum in mercedem expectaret, quæ omnia consecutus est ab Eusebianis ob operam suam calumniæ impensam. Atque adeo eius cognati nobiscum semper communioni coniuncti fuere, non facturi scilicet, si vel tantillum iniuriæ à nobis accepisset. Hæc non verbis, sed

simile.

Testes per terrefacti ne verum dicerent.

Gladij virgibus intentati.

Multi flagellati. Pedes fustigationibus mutilati.

Ethnici cum virginibus in ecclesia libidinati.

Virgines qualibet contumeliam passi coram episcopis Arianis.

Ischyra epistolis fatetur se in Athanasium subornatum.

constare, testes sunt omnes Marcotæ presbyteri, qui comites Episcopo in obequationibus & itineribus fuere, & qui tum contra Ischyram scripsere, quibusque nec tum quum Tyrum venissent, permillum fuit veritatem loqui, neque cum Marcotæ remaneret, concessum fuit vt Ischyram calumniatorem refellere liceret. Exemplaria autem literarum, tum Alexandri, tum presbyterorum, tum ipsius Ischyra vnâ misimus, quibus adiuncta Epistola patris Imperatorû, in qua non solum calumniam de Arsenij morte cõfictam detestatur magna cum indignatione, quòd viui hominis cædes imputata sit, verumetiam in crimine mystici poculi valde admiratur tam versipellem & vagam calumniandi inconstantiam, quàm nunc Macarium presbyterum, nunc Athanasium Episcopum de calice fracto inculcarint, ac proinde re cognita Meletianos iterum calumniatores, Athanasiumq; vero innocentissimum pronunciat. Qui quæso non pro calumniatoribus Meletiani haberi debeant, & inter Meletianos præcipue Ioannes: qui vbi ipse suam de calice fracto lycophantiam agnouisset, ac proinde in communionem à nobis receptus esset, animaduertens Eusebianos studiis animisque cum Meletianis coire, comunemq; factionem alere, ita tamen vt illos propalam adiuuare nollent, sed alias ad id personas rerumq; prætextus quærent, obulit illis suam veluti in scena histrionicam operam ad eam fabulam agendam, cuius argumentum erat Arianorum Agon. primæ autem partes dramaticis, Arianorum successus, assutela vero & appendix Ioannes cum suis gregalibus, vt Arianorû studiosi sub istiusmodi occasione & specie iudicij, aduersarios impietatis è medio tollerent, & impietatem in locum pietatis inducerent, Arianosque in Ecclesiis locarent, quo illi qui pietatem exterminatam cuperent, per impietatem rerum potiri possent, & ij qui partes impietatis cõtra Christum susceperant, hostes impietatis summouerët. Et iam calicem nobis proferunt fractum, vt videatur Athanasius in Christum impius esse. At quæ cura mystici poculi ab illis expectanda est? aut vnde impietatis in Christum antesignanus? vlla de mystico poculo religio? aut vnde illis qui Christum non cognoscunt, poculum Christi cognitum habent? aut cur Domini calicem se in reuerentia habere simulant, qui Christum Dominû contumelia afficiunt? aut quonam pacto calicem deplorant, qui Episcopum mysteria sacræque in eo facientem, occidere satagunt, & quantum in ipsis est, iam occiderunt? Aut quanam ratione delamentantur throni Episcopaliter stolarum vicem, qui Episcopo in Throno sedenti, necem moliantur, vt Thronus Episcopum desideret, & populi pia doctrina spolientur: verum neque poculum illos, aut cædes, aut vlla denique scelerum species quas prætexunt, sed sola Arianorum impietas huc adegit, in cuius solius gratiam, Athanasio & cæteris Episcopis, insidias faciunt. Atque etiam nunc Ecclesiæ bellum inferunt. Age mihi ergo videamus quinam habendi sint, quòd cædes & exilia faciunt, nonne isti ipsi? Age quinam secularium potestate ad insidias Episcoporum abutuntur? nonne Eusebius cum suis, & nequaquam, vt ipsi scribunt, Athanasius, quem cum aliis multis hoc genere calamitatis affligerunt, & eodem tempore quatuor presbyteros Alexandriæ, quanquam Tyrum non

Meletiani calumniatores quorum Ioannes est princeps.

Agon Arianus.

Factionis Eusebianorum finis.

Calicem fractum proferunt Arianorum cur.

Eusebianorum secularium potestate in episcopos abusi.

venerant, è finibus suis exterminauerunt? Age, quinam luctu & lacrymis digna perpetrarunt, nonne isti qui & prima ista designarunt, & secunda cum primis conferere non recusant, omnia calumniis miscentes, vt Episcopum impiæ suæ hæresi non cedentem, è medio tollant? Hinc nimirum Eusebius cum suis infensas iras concepit, ob hoc Tyri species Synodi instituta est, cuius rei gratia iudicia simulantur. Non alio scopo inaudita causa tanquam in re certa literæ ab illis passim circummissæ sunt, non alio scopo apud patrem Cæsarum, & apud ipsos religiosissimos Imperatores calumnias suas intenterunt. Verum quid obrectationum passus sit Athanasius, sacrorum nobiscum comminister, necessarium relatu est, vt vel hinc deprehendatis, nihil illos aliud nisi cædem viri quædere. Frumentum dabatur à patre Imperatorum in alimentum viduarum partim Libycarû, partim Aegyptiarum, quod etiamnum accipiunt, Athanasio nihil inde nisi operam & laborem referente. Interim dum & illæ perciperent, nec vlla quærela esse, de non accepto alimento, idque ipsæ confiterentur, accusatur per calumniam Athanasius, quòd vniuersum frumentum diuenditum in suos vsus seposuisset, certe hoc, Imperator istorum calumniis inductus, in suis literis cõqueritur. Qui igitur calumniatores? nonne illi qui & primas illas calumnias texuerunt, & à secundis istis non abhorrent? Qui denique istarum literarum Imperatori authores fuere? nonne Arianorum fautores? qui nihil quod huic viro noxam adferre posset, nec in dicendo, nec in scribendo subterfugiunt. Quis enim ommissis tantorum malorum authoribus, in alios istam suspensionem deriuauerit? quum manifestissime eorum calumnia pateat ex studio ipsorum, quo ab Ecclesia frumentum abalienare & transferre ad alienos satagunt: quæ culpa eos potissimum authores principisque habere videtur, qui calumniis apud Imperatorem depositis nihil recusarunt, quo viro necem molirentur, & à clero Ecclesiæ alimenta auerterent, vt ea sine omni dubio hæreticis in prædam cedant. Misimus autem ad vos testimonia ministrorum nostrorum, qui in Libya, Pentapoli, & Aegypto degunt, vt etiam inde cognoscatis illorum in Athanasium lycophantias. Quod ideo faciunt, vt cæteris per metum, qui piæ opinionis sunt, quiescentibus, impia Arianorum hæresis introducatur. Nos autè vestræ prudentiæ gratias agimus dilectissimi, quod sapius anathemate Arianos notastis, neque illis locum in Ecclesia dedistis. In proximo autem iam est, vt ex eorum documentis appareat, quales Eusebiani sunt. Ecce enim post prima eorum de Arianis scripta, quorum antigrapha ad vos misimus, aperte iam Arianos homines, atque eo nomine, ab vniuersa Ecclesia anathemate condemnatos contra Ecclesias irritant, Episcopumq; illis constituunt, diuulsis à se inuicem per metum Ecclesiis, quo illis vbique suppetant cooperatores suæ impietatis: ac proinde diaconos suos ad Ariomanitas legant, propalam cum Ariomanitis communionem sumpta, literisque vltro citroq; missitatis, Ecclesiam in schisma conuiciunt, eaque passim scribunt, quæ & hæresim commendant, & Ecclesiam conuiciis lacerant, vt ex literis eorum ad Romanorum Episcopum, & fortasse ad vos ipsos scriptis deprehendere potestis. Quam igitur ista inulta esse non debeant, etiam vos dilectissimi

Synodi Eusebianorum finis.

Arbanæ, sive de Regeo finis.

Arianorum documentis.

Eusebianorum in episcopos.

Arbanæ, sive de Regeo finis.

dilectissimi animaduertitis. Grauius enim sunt & aliena à Christi doctrina. Hac certe de causa in publico conuentu de concilio omnium has literas ad vos dedimus, quibus oramus vestram in Christo prudentiam, vt recipiatis hanc de Athanasio contestationem, & commercium, communionemque eius admittite, & zelum indignationemq; contra Eusebianos, qui istiusmodi tentant, induite, ne diutius istiusmodi prauitas & malitia contra Ecclesiam inualescat, vos certe vindices huius iniustitiæ imploramus, citantes illud Apostolicum verbum, Auferite mala ex vobis: mala enim reuera sunt & indigna communionem, quæ ab illis designantur. Ne igitur illis aurem præbueritis, si denuo ad vos contra Athanasium Episcopum scribant. Quicquid enim ab illis proficiscitur, falsum est, etiam si nostra Aegyptiorum Episcoporum nomina epistolis suis ascribant: certum enim est non nos eos esse, quorû nomina in scriptis subiiciunt, sed Meletianos homines perpetuo schismaticos, qui etiam nunc Ecclesias turbant, & seditiones commouent, cõstitutionesq; absurdas, & propemodum ethnicas faciunt, eaque designant, quæ quia abominamur scribere, ex nostris legatis, qui vobis hanc epistolam adferunt, cognoscere poteritis. Hac quidem Aegyptij ad omnes & ad Episcopum Romanû Iulium scripsere. Quin & Eusebiani ad Iulium literas misere, & vt nos terrerent, Synodum iusserunt conuocari, & ipsi Iulio, si vellet, arbitrium causæ detulerunt. Quum igitur Romam peruenissemus, Iulius continuo ad Eusebianos literas scripsit, missis eo duobus ex suis presbyteris, Elpidio, & Philoxeno, illi vero vbi nostram Romæ præsentiam audiissent, plurimum conturbati sunt, quòd contra spem eorum me Romam contulissem. reiecto igitur itinere, futiles inanisque tergiversando causificationes commentati sunt, eò quòd ingenti metu retinebantur, ne de iisdem criminibus quæ Valens & Ursacius confessi erant, ipsi quoq; conuincerentur. Presbyter deinde Viton, plures Episcopos quàm quinquaginta in concilium adduxit, vbi & nostra defensio recepta fuit, nosq; digni habiti sumus communionem & agape, magnaque indignatio exorta est contra Eusebianos, quibus Iulium, quum ab eis literas acceperat, rescribere iusserunt. Scripsit igitur Iulius, & misit literas per Gabianum comitem.

1. Cor. 5.

Elpidius et Philoxenus presbyteri.

Vito presbyter.

EPISTOLA IULLII.

IULIUS DIACONO FLACILLO, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, cæterisque eorum qui nobis dilectissimis in Christo fratribus ex Antiochia scripserunt, salutem.

Legi Epistolam vestram quam mihi mei presbyteri, Elpidius, & Philoxenus, attulerunt: miratusque sum, quum à nobis ex vera dilectione & bona conscientia scriptum esset, contentiose à vobis, & non, vt decuit, rescriptum esse. Factus enim & arrogancia scribenti in epistola apparebat. Atque aliena sunt ista à fide in Christum, decuit enim eum, qui cum dilectione ad vos scriberet, eandem vicissim dilectionem, non autem contentionem referre. Quid: an non dilectionis indicium erat, nos presbyteros misisse, qui compaterentur patientibus, & incitarent eos, qui iudicium scriptis postu-

Eusebianorum factum in eorum epistola cognitiuum.

lauerant? vt præsto esse vellent, quo primû omnia componerentur, & emendationem acciperent, ne diutius aut fratres nostri iniurias, aut vos calumnias pateremini? Nec scio cur vobis ita rem agere placuit, vt nos in hanc opinionem redigatis, vt arbitremur nos sub specie reuerentiæ pro ludibrio esse habitos, dictaq; vestra irridentium fuisse quum & presbyteros nostros ad vos missos, quos cû gaudio remissos oportuit, cum luctu remiseritis ob ea, quæ istic geri conspicebant. Ego certe cum literas vestras euoluerem, post varias vltro citroque cogitationes, eas supprimendas putavi, ea spe, quòd crederem saltem aliquos ex vestris aduenturos, nec opus fore istiusmodi epistolis, ne si illæ in publicum promerentur, multos hic dolore afficerët. Cæterum vbi nullus vestrum superuenerat, necessum fuit vt eas proferrem. Credite mihi, omnes admiratione pleni vix induci poterant, vt crederent istiusmodi literas à vobis profectas esse, in quibus rixadi potius quàm charitatis affectus eminebat. Quòd si ambitione eloquentiæ ostentandæ, ita exceptæ sunt à dictatore, id certe studium ad alios spectat. In rebus enim Ecclesiasticis, non specimè eloquentiæ, sed canones Apostolici requiruntur, operaque dari solet, ne quis ex paruis in Ecclesia scandalizetur: Expedi enim secundum Ecclesiasticum verbum, molam asinariam suspendi à collo atque ita demergi, quàm vnum ex pusillis scadalizare. Quòd si aliquibus in alios ob pusillanimitatem offensis istiusmodi epistolam scribi placuit, primum decuit neminem offendi, neque solem occidere super huiusmodi offensis, certe eo res deduci non oportuit, vt offensiones suas scriptis proderent. Quid enim actum est dignum offensæ? aut qua in re vobis quibus scripsi, causam suspensionis præbui? an quia adhortati vos sumus, vt ad Synodum occurreretis? Atqui illud potius cum gaudio excipi oportuit. Qui enim bene sentiunt de iis quæ egerunt, & in quibus ipsi (vt aiunt) iudices fuere, non indignanter ferre solent, si quod ab ipsis iudicatum est, ab aliis excutatur, quippe qui securi sint, ea quæ ipsi iusta iudicauerunt, iniusta nunquã fieri posse. Quocirca Episcopi in magna Synodo Nicea cõgregati, non sine Dei consilio permiserunt prioris Synodi acta, in alia Synodo examinari, vt & illi qui iudices erant, præ oculis habentes secundum de ea ipsa re iudicium futurum, cum omni diligentia causam expendere, & illi qui sententiã acceperant, certo agnoscerent, se non per simultatem priorum iudicum, sed iure & merito cõdemnatos esse. Quòd si istiusmodi consuetudo olim fuit eiusq; memoria renouata est, & scripto prodita in magna Synodo, eamque apud vos valere non finitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui semel in Ecclesia obtinuit, & à Synodo confirmatus est, iniquum est à paucis abrogari, quin ne hoc quidem cõcesso quicquã æqui habet vestra offensio. Siquidem vestri legati, Macarius presbyter, & Hesiochus diaconus, nullo modo quum huc venissent, pares presbyteris ab Athanasio missis, ac semper ab illis cõiuncti, refutatiq; concilium indici postularunt, literasq; & ad Eusebianos, & Athanasium Alexandriam, quibus conuocarentur, mitti, vt coram omnibus iusto iudicio de causa cognosci posset: tum enim se de Athanasio probaturos esse, quod iam nequirent.

Non eloquentia, sed canones apostolici in rebus ecclesiasticis requiruntur. Matt. 18.

Bona conscientia viri iudices non reformidant.

A Synodo confirmata iniquitas est à paucis abrogari.

Martyrii & Hefychii publice enim coram nobis Martyrius & Hefychius refellebantur, Athanasij presbyteris bona cum fiducia alacriter resistentibus. Martyrius vero cum suis, si vera dicenda sunt, ubique profligebatur, ac proinde concilium generale postulavit. Si igitur Martyrio & Hefychio nullam Synodum postulantibus adhortator fuisset, ut ad Synodum, qui ad me scripsissent, conuocarentur, idque in gratiam fratrum, qui se iniuriam pati conquererentur, etiam vel ita æqua & iusta fuisset nostra cohortatio, quum ea sit & Ecclesiastica & Deo grata: iam ubi iidem illi qui a vobis pro grauib; viris & fide digni habiti fuere, authores mihi fuerint ut vos conuocarem, certe id a vobis ægre ferri non debuit, sed potius alacriter ad citationem occurrere. Quapropter indignatio eorum qui hac citatione offenduntur, temeraria: & tergiuersatio sistendi se in iudicio, inhonestæ & suspiciosa videtur. An quispiam stomachari debet, si quæ ipse fecit, ab aliis fieri videat? Si enim, ut scribitis, incõcussam habet auctoritatem quælibet Synodus, & contumeliose agitur cum Iudice, cuius iudicium ab aliis examinatur, considerate quæso dilectissimi, quinam sunt, qui Synodum improbant, & qui aliorum iudicata rescindunt, ne singula excutiendo certos homines grauem. Certe id quod postremo gestum, quum sit horrendum auditu, sufficit ad cætera quæ a me mittuntur, comprobanda. Ariani a beatæ memoriæ Alexandro quondam Alexandriæ Episcopo ob impietatem ad causam dicendam citati, non solum in eo iudicio a singulis ciuitatibus reiciebantur, sed ab omnibus simul qui ad Nicenum concilium coierant, anathemate feriiebantur. Nihil enim erat in illorum delicto vulgare, neque in hominem peccauerant, sed in ipsum Iesum Christum Dominum nostrum Filium Dei viuentis, iidem tamen ita ab vniuerso orbe reiecti, & per omnem Ecclesiam famosissime notati, nunc denuo in Ecclesias (quod quidem triste vestris animis arbitramur) recipi perhibentur. Quinam igitur sunt qui Synodum vituperant, & trecentorum Episcoporum calculos pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt, nisi Ariomanitæ ab omnibus ubiq; Episcopis condemnati & abdicati? Athanasius contra & Marcellus Episcopi plurimos habent, qui verbis scriptisque suis eorum innocentiam tuentur. Marcelli enim fides confessioq; Niceæ spectata est, quum Ariani contradiceret, ibidem quoque Athanasij sinceritas in tuenda fide spectata fuit, qui nec Tyri cõdemnatus est, nec Mareotæ præfens fuit, ubi contra eum absentem in lite processum est. Scitis autem dilectissimi, monumenta actorum ubi vna duntaxat pars adfuerit, nullarum virium esse, & suspecta haberi. Nos tamen, quanquam ita actum esset, pro re certius cognoscenda, neque vobis qui contra eum, neque illis qui pro eo literas misere, præiudicium facientes, cohortati sumus omnes quotquot scripserant, ut præfentes se iudicio sisterent, quo omnia ad amissim, quia quàm plurimi pro vtroq; scribunt, in Synodo examinari possent, ne vel innocens condemnaretur: aut qui rei sunt, puri habeantur. Non igitur a nobis vilipenditur Synodus, sed ab illis qui quouis modo & temere Arianos ab omnibus condemnatos, contra sententiam eorum qui causam iudicauerunt, recipiunt, quorum pleriq; soluti iam a corpore cum Christo viuunt, alij adhuc in vita

Athanasij et Marcellij fides in concilio Niceno probata.

Ariani in concilio Niceno a similia domini abdicati.

Athanasij et Marcellij fides in concilio Niceno probata.

manentes indigne ferunt, sua iudicia ita a quibusdam rescindi. Hæc ita esse ex iis quæ Alexandria acta sunt, deprehendimus. Nam Carpones quidam ab Alexandro ob Arianam hæresim cum quibusdam aliis eiusdem criminis reis olim citatus huc ad nos venit, missus a Gregorio. Id ipsum quoque ex Macario presbytero, & Martyrio, & Hefychio diaconis didicimus, qui antequam iudicio se sisterent Athanasij presbyteri, authores nobis fuere, ut scriberemus Alexandriam cuidam Pisto, quo tempore etiam dum Athanasius Episcopus Alexandria versabatur. Hunc autem Pistum Athanasij presbyteri superuenientes docuerunt Arianum esse, & eo nomine, & ab Alexandro, & Synodo Nicenensi factum, gradusque ordinis sui a quodam Secundo, quem magna Synodus, ut Arianum reiecerat, accepisse. Videtis igitur vel ex hac causa, qui potius in culpa habendi sunt, nosne, qui persuaderi non potuimus, ut Ariano Pisto literas scriberemus, an illi qui mihi consilium dedere, ut contempto magno concilio, ad impios hæreticos veluti ad pios homines literas darem. Certe Macarius presbyter, cum Legatus ab Eusebio venerat, ubi audiuit Athanasij presbyteros Pistum obsistere, nolq; eius præsentiam non admittere, vna cum Martyrio & Hefychio, quamuis graui valetudine de nocte profectus est, ut non inconcinne diuinarem eum impatientia refutati Pisti fugam arripuisse. Impossibile enim est Secundi ordinationem utpote Ariani, vim vllam in catholica Ecclesia habere: id enim vere ad Synodi, & ad Episcoporum, qui in Synodo fuere, contumeliam vergeret, si quæ illi tanto studio & cura, veluti Deo præfente egissent, a nobis ut vana futiliaque abrogarentur. Quod si igitur (quemadmodum scribitis) pro exemplis in Nouatum & Paulum Samosatensem editis decreta Synodorum obseruari oportet, certe minime oportuit calculos trecentorum Episcoporum irritos haberi, aut catholicam Synodum a paucis contemni. Æque enim, ut illi Ariani hæretici sunt, & calculi contra istos dati parisi sunt momenti, cum calculis quibus illi damnati sunt. Tali igitur commissa audacia, quinam dicendi sunt flammam discordiæ accendisse, siquidem id nobis in vestris literis obiicitis. Nos scilicet discordiam induximus, qui compatimur cum patietibus fratribus, & omnia secundum canonem facimus? an qui contentiose violatam canone trecentorum decreta præuaricantur, & per omnia Synodum contemptui habent? Quum non solum Arianos recipiant, sed iam in vsu habeant de loco in locum ad Episcopatum capiendos transilire. Si igitur vere parem eundemque honorem in omnibus Episcopatibus ceteris esse, neque ex magnitudine ciuitatum (ut vos scribitis) honorem eius rei crescere arbitramini, oportuit eum, cui concredita est parua ciuitas, in ea quæ credita est, permanere, & nequaquam reiecta concredita, ad eam quæ concredita non est, transuolare: ne eam quæ a Deo data est, aspernari, illam vero quæ hominum ambitu concessa est, magnificere videatur. Oportuit igitur vos dilectissimi huc accedere, & nequaquam tergiuersari, ut res ad finem deducatur: id enim ratio requirit. Sed fortasse dies constituti temporis breuior, quàm par erat, impedimento fuit (nam huiusmodi in literis vestris querimoniam facitis) atqui illud dilectissimi, pro mera cauillatione putandum

Pisto Arianum

Secundo

Macarius presbyter ab Eusebio Legatus

Secundi ordinati

Eusebio

honoris

concredita

transuolare

impedimento

putandum

Eusebii schismatis, luctus et lachrymarum in Ecclesia. Iam qui talia agunt, ostendunt non tempora ipsorum perfectioni, sed conscientiam obtulisse. Admiror quoque eam partem epistolæ, & nescio quomodo hoc scribere potuistis, id vobis ægre esse, quod Eusebio cum suis duntaxat, & non itidem omnibus vobis literas scripserim, citius in hac expostulatione morositate promptissimam, quam veri quid deprehendas. Ego enim cum non aliunde literas contra Athanasium accepissem, quàm a Martyrio & Hefychio, necessario illis respondi, qui scripserant contra Athanasium. Oportuit igitur non solum Eusebianos absque vobis scribere, aut vos quibus non scripsi, non moleste ferre, si rescripserim illis qui mihi scripserat: nam si par erat ad vos omnes literas dari, par quoque erat & vos vna cum illis literas mittere. Nunc autem quod consentaneum erat respicientes, illis scripsimus qui nos certiores redderant, & literas misere. Quod si id uos commouet, quod illis scripserim, consequens est ut indignemini quoque, quod illi soli mihi scripserint. Verum in hoc ipsa iusta & rationabilis causa est, dilectissimi, quam vobis intimandam puto. Nam tamen si solus sum, qui scripsi, non meam tamen solius sententiam, sed omnium Italarum, & omnium in his regionibus Episcoporum scripsi. Ego autem omnes nolui scribere, ne a multis onerarentur, certe ad constitutum tempus conuenere Episcopi, & eius sententiæ fuere quam vobis iterum significo, quapropter dilectissimi, etiam si solus scribo, scribere me tamen communem omnium sententiam vos scire volo. Hæc quidem a nobis aduersus non æquas vestrorum hominum, sed iniustas & suspectas causificationes dicta sunt. Quod autem non temere aut iniuste suscepim in communionem coepiscopos nostros, Athanasium, & Marcellum, etiam si prius dicta sufficiant, breuib; tamen ratio vobis istarum rerum demonstranda est. Scripsere prius Eusebio cum suis contra Athanasium, scripsistis & vos in præsentiatum, scripsit etiam plurimi ex Ægypto, & ex aliis prouinciis Episcopi pro Athanasio: nam quod ante omnia obseruari oportet, literæ vestre aduersus Athanasium inter se pugnant, & primæ cum secundis nullum contentum habent, sed in plerisque primæ a secundis destruantur, & secundæ a primis redduntur suspectæ, ex discrepantibus autem literis nulla certitudo constitui potest. Quod si vestris literis fidem dari postulatis, æquum est & literis eorum qui pro eo scribunt,

Eusebii prius scripsit contra Athanasium. Hæreticorum litteræ inter se pugnant.

putandum est: Si enim aliquos in itinere dies oppressisset, arctitudo breuiusque temporis accusari potuisset. Iam quum illi qui nec ipsi venire voluerunt, & presbyteros suos vsque ad mensum Ianuarij, ne venirent, detinuerunt, liquide apparet istam causificationem eorum hominum esse, qui sibi non satis confidunt: venissent enim, ut dixi, si de sua causa bene sperassent, non respectantes ad interualum itineris, aut temporis constituti spacium, sed ex iure suo & rationibus fiducia collegissent: esto ut tempus in causa fuerit, cur non venerint: id enim quoque in scriptis vestris significatis, quum dicitis æquum scilicet fuisse, ut respectu tantorum temporum, quæ venientibus ex Oriente necessaria essent, veniendi citationem ommitteremus. Si igitur, quia dies breuior fuit, iter omissum est, nequaquam oportuit iis ipsis temporibus vos præbere authores schismatis, luctus & lachrymarum in Ecclesia. Iam qui talia agunt, ostendunt non tempora ipsorum perfectioni, sed conscientiam obtulisse. Admiror quoque eam partem epistolæ, & nescio quomodo hoc scribere potuistis, id vobis ægre esse, quod Eusebio cum suis duntaxat, & non itidem omnibus vobis literas scripserim, citius in hac expostulatione morositate promptissimam, quam veri quid deprehendas. Ego enim cum non aliunde literas contra Athanasium accepissem, quàm a Martyrio & Hefychio, necessario illis respondi, qui scripserant contra Athanasium. Oportuit igitur non solum Eusebianos absque vobis scribere, aut vos quibus non scripsi, non moleste ferre, si rescripserim illis qui mihi scripserat: nam si par erat ad vos omnes literas dari, par quoque erat & vos vna cum illis literas mittere. Nunc autem quod consentaneum erat respicientes, illis scripsimus qui nos certiores redderant, & literas misere. Quod si id uos commouet, quod illis scripserim, consequens est ut indignemini quoque, quod illi soli mihi scripserint. Verum in hoc ipsa iusta & rationabilis causa est, dilectissimi, quam vobis intimandam puto. Nam tamen si solus sum, qui scripsi, non meam tamen solius sententiam, sed omnium Italarum, & omnium in his regionibus Episcoporum scripsi. Ego autem omnes nolui scribere, ne a multis onerarentur, certe ad constitutum tempus conuenere Episcopi, & eius sententiæ fuere quam vobis iterum significo, quapropter dilectissimi, etiam si solus scribo, scribere me tamen communem omnium sententiam vos scire volo. Hæc quidem a nobis aduersus non æquas vestrorum hominum, sed iniustas & suspectas causificationes dicta sunt. Quod autem non temere aut iniuste suscepim in communionem coepiscopos nostros, Athanasium, & Marcellum, etiam si prius dicta sufficiant, breuib; tamen ratio vobis istarum rerum demonstranda est. Scripsere prius Eusebio cum suis contra Athanasium, scripsistis & vos in præsentiatum, scripsit etiam plurimi ex Ægypto, & ex aliis prouinciis Episcopi pro Athanasio: nam quod ante omnia obseruari oportet, literæ vestre aduersus Athanasium inter se pugnant, & primæ cum secundis nullum contentum habent, sed in plerisque primæ a secundis destruantur, & secundæ a primis redduntur suspectæ, ex discrepantibus autem literis nulla certitudo constitui potest. Quod si vestris literis fidem dari postulatis, æquum est & literis eorum qui pro eo scribunt,

fidem non abnegare, & maxime, quod vobis a patria eius longe distantibus, illi qui in iisdem locis cum Athanasio degunt, ut de homine noto, rebûsque ibi gestis certiores, probum testimonium de vitæ eius innocentia perhibent, affirmantes eum non nisi confictis criminibus opprimi. Quin & Arsenius aliquando dictus ab Athanasio interfectus, quem iam cognouimus in vita esse, & cum Athanasio amicitiam fouere, is ipse affirmat, ea quæ acta sunt Marcotæ, in absentia alterius partis acta fuisse: neque enim ibi adfuisse Macarium presbyterum, qui reatum sustinebat, neque Episcopum eius Athanasium, & hoc non solum ex verbis eius, sed ex monumentis actorum per Martyrium & Hefychium allatis cognouimus: ea enim perlegentes, inuenimus accusatorem Ischyram ibi præfuisse: Macarium autem & Athanasium nequaquam adfuisse, neque Athanasij presbyteros, quamquam hoc ipsum magnopere sollicitantes, admissos esse. Oportebat autem dilectissimi, siquidem synceriter illud iudicium agebatur, non solum accusatorem, sed & reum præfentem fuisse. Et ut Tyri Macarius aderat reus, & Ischyrae accusator, ubi nihil criminum docere potuit: Ita quoque in Mareoten non solum oportuit accusatorem, sed & reum quoque vna præfentem, ut vel præfens conuinceretur, vel si victus non esset, appareret eum calumniis petunt fuisse: iam cum hoc factum non sit, sed solum ibi accusator steterit, cum iis quos ut suspectos Athanasius reiciebat, actorum illorum monumenta suspicione carere non possunt. Addebat præterea in sua querela, eos qui Mareoten profecti sunt, se inuito eò profectos esse: miserè enim eò (ut ipse dicebat) Theognium, Marium, Theodorum, Vrsaciû, Valentem, & Macedonium, homines suspectos, neque hoc ita esse solummodo verbis suis, sed literis quoque Alexandri Thessalonicensium Episcopi demonstrabat: protulit enim epistolam illius scriptam ad Dionysium, qui in ea Synodo Comes erat, quibus Episcopus ille liquidò declarat, Athanasium calumniis, & ipsius quoque accusatoris Ischyrae coniurationibus opprimi, veram manum & authenticam protulit, in qua ille testatur, Deum omnipotentem inuocans, neque calicis contrafractioem, neque mensæ subuersionem vllam fuisse, sed se subornatû esse a certis hominibus, ut hoc crimen confingeret: deinde dum huc excurrissent Mareotæ presbyteri, affirmarunt, neque Ischyram esse Catholicæ Ecclesiæ presbyterum, neque tale quid commississe Macarium, quale illi imputabat. Quinimo presbyteri & diaconi quum huc venissent, non tenuiter sed prolixè testimonia dixere pro Athanasio, affirmantes nihil eorum quæ illi obiicerentur, verum esse, eumq; coniurationibus premi, quin & Episcopi ex Ægypto & Africa in suis scriptis affirmarunt, constitutionem Athanasij in suscipiendo episcopatu, legitimam & Ecclesiasticam fuisse, neque eadem commissam, neq; quemquam per illum sublatum esse, neque poculum vllum contrafractum, sed omnia esse conficta. Et ex ipsis iudiciis in Mareota per absentiam alterius partis habitis, ostendebat Athanasius, vnum catechumenum in examinatione sui dixisse, se intus cum Ischyra fuisse, quo tempore Macarius presbyter Athanasij eò, ut aiunt, se in eum locum immisisset, alios item examinatos pro testimonio dixisse, Ischyram in cellula

Athanasius non nisi confictis criminibus accusatus est oppressus.

Calice a Macario non fuisse contrafractum.

Presbyteri et diaconi testimonio iustificati.

Athanasius.

Ischyra testimonium esse falsum.

Ischyram nunquam fuisse presbyterum.

Falsi conuictus Ischyris de combustis libris.

Athanasius sex mensibus Roma Eusebianos expectauit.

Georgius contra canones episcopos creatus.

Georgius quomodo Alexandriam ingressus.

parua latuisse, alios post ostium ægrotum eodem tempore decubuisse, quo Macarius superueniebat. Ex istis rationibus Athanasij facile colligebamus, fieri non potuisse, vt qui morbo post ostium decubebat, in sacris constiterit & oblationem cõfecerit, nec oblationem proponi potuisse, cum intus catechumeni versarentur, quibus intus adhuc agentibus, tempus oblationis nondum esse potuit. Hæc vt iam exposui, pro se dicebat Athanasius & rem ita esse ex actis declarabat, idem affirmantibus cæteris qui cum eo erant, prorsus nunquam Ischyram Ecclesiæ presbyterum fuisse, aut vt presbyterum synaxim cum aliis fecisse. Neque enim quo tempore Alexander ex humanitate magni concilij, eos, qui erant ex schismate Meletij, recipiebat, hunc à Meletio tanquam suum nominatum fuisse affirmabant, quod ipsum maximum signum est, non fuisse illum ex numero Meletianorum: nam si Meletianus fuisset, omnibus modis illum in eorum classe recensuissent. Quin & alibi falsa dixisse Ischyram ex ipsis actis comprobatum est ab Athanasio, quippe qui in crimine de combustis libris falsi conuictus sit ab iis quos in testes adduxerat. Quum igitur istiusmodi allegarentur, & tot testes pro Athanasio starent, & ipse tam iusta pro se adferret, quid quæso nos oportuit facere? an non quod Ecclesiastici canonis est? hominemque proinde non condemnaremus, sed potius reciperemus? eumque pro Episcopo, quem admodum est, haberemus? Præter hæc omnia animum totum & integros sex menses apud nos hæsit, vestram præsentiam expectans, aut quotquot comparere auderent, suamque præsentia pudescit omnes: non enim iudicio stetit nisi sui fiduciam habuisset, neque sponte, sed literis nostris ad iudicium vocatus comparuisset, quem admodum vos per literas citauimus, & tamen post tanta argumenta nos veluti insolitum quiddam agentes reprehenditis. Qui igitur sunt, qui contra canones agunt? nõne qui cum tantis rerum documentis virum recipimus? an qui solum ad triginta sex suffragia eorum, qui Antiochiæ fuere, externum hominem Episcopum salutarunt? eumque militari manu Alexandriam deduxerunt, quod ne tunc quidem factum est, quum Athanasius in Galliã relegabatur, quod tum haud dubie factum fuisset, si pro vere damnato habitus fuisset: certe quum inde ab exilio rediret, etiã tum suam Ecclesiã, à qua recipiebatur, vacantem inuenit. Prorsus ignoro quam ratione facta sunt, quæ facta sunt. Primum enim (si verum dicendum est) non decebat, quum nos ad celebrandam Synodum literas mitteremus, aliquos præoccupare iudicium Synodi, deinde non decuit novos istos modos cõtra Ecclesiam induci: vbi enim est istiusmodi Ecclesiasticus canon, aut istiusmodi traditio Apostolica? vt in pace agente Ecclesia, & Episcopis concordibus cum Episcopo Alexandria Athanasio immittere Georgium peregrinum & externum hominem, neque Alexandria baptizatum, neque plebi cognitum, neque postulatam à presbyteris, cumque Antiochiæ creare Episcopum, atque inde deducere Alexandriam, non cum presbyteris aut diaconis ciuitatis, non cum Episcopis Ægypti, sed cum militibus? Hæc enim dixere & conquesti sunt, qui huc venerunt: Si enim post Synodum in culpa fuisset deprehensus Athanasius, non tamen oportuit creationem noui Episcopi ita illegaliter & præ-

ter canonem Ecclesiasticum fieri, sed in ipsa Ecclesia, & ex ipso sacerdotali ordine, & ex ipso clero eius prouincia Episcopos cõstitui, & nequaquam ex illis qui nunc Apostolorum canones violant. Age si in quenquam vestrum id commissum esset, nõne vociferaturi essetis? nõne vindictam, quasi violatis canonibus, postulari fuissetis? Dilecti credite, tanquam Deo præsentem, cum veritate loquimur, quod loquimur. Non est istud peccatum, non ex iure, non Ecclesiasticè. Quinimo quæ feruntur acta in introitu Georgij, ostendunt qualis fuerit ordo in eius ordinatione: temporibus enim ita pacatis, prout renunciant qui inde veniunt, & quemadmodum Episcopi scribunt, ipsa Ecclesia incendium passa est, virgines denudatæ, monachi conculcati, presbyteri, & multi ex populo indigne habiti, & violati, Episcopi in carcerem detruli, multi item spoliati. Sacra mysteria de quibus inculcabant Macarium presbyterum, ab ethnicis direpta, & in terram abiecta sunt, vt vi cogere nonnullos, ad constitutionem Georgij approbandam. Hæc & istiusmodi ostendunt, quinam sint canonum præuaricatores. Nam & si legitima fuisset eius constitutio, non tamen cum præuaricatione legum coegisset eos sibi obtemperare, qui ei legitime obaudiebant. Et tamen cum talia scelera designata sint, scribitis magnificam pacem Alexandria & per Ægyptum fuisse, quali res officiumque pacis in contrariam iam significationem abierit. Illud quoque necessarium existimauimus quod vobis indicaretur, Athanasium affirmasse, Macarium sub custodia militum habitum esse, & solum accusatorem vnã cum illis qui Mareoten proficiscebantur, abiisse, & presbyteris rogantibus, vt in quæstione adesse liceret, pernegatum, & quæstionem habitam fuisse de calice & mensa in præsentia præfecti & eius cohortis, assistentibus tum Ethnicis, tum Iudæis. Id principio nobis incredibile videbatur, nisi ex ipsis actorum monumentis demonstratum fuisset, certe nobis magnæ admirationi fuit, vt etiamnum vobis esse puto. Atqui ne presbyteris quidem adesse permittitur in mysteriis, quum tamen ipsi quoque sacrorum administrati sint. Iam quis non execretur sub externo iudice præsentibus catechumenis, & quod peius est, Ethnicis & Iudæis Christianismum blasphemantibus, quæstionem de sanguine & corpore Christi haberi? Nam si omnino delictum aliquod perpetratum fuisset, oportebat de eo in Ecclesia inquiri sub legitimis clericis. De Marcello autem postquam de illo quoque, vt impio, in Christum perscripsistis, vobis studui significare, eum cum huc venisset, affirmasse falsa esse quæ de se in literis vestris scripta essent, sed tamen cum à vobis postulareretur, vt de fide diceret, tanta cum fiducia per se respondit, vt nemo non perciperet, cum nihil à veritate profiteri alienum, sed eadem cum pietate qua Ecclesia de Domino ac Saluatore nostro sentire, neque iam tantummodo, sed etiam olim huius sententiæ se fuisse confirmabat, vt & nostri presbyteri, qui tunc in Niceno cõcilio aderant, de ipsius recta fide contestabantur: Nam & cum tunc quoque in sententiis dicendis dimicasse cum Ariana hæresi, testes fuere, cuius quoque vos admonitos velim, ne qui talem hæresim approbet, sed abominetur vt alienam à sana doctrina. De viro igitur quem

Ratio est cur hanc scripserit epistolam.

Hæreticorum acta non sunt pacis sed schismatis.

Episcopi flagrantis conuicti, publicique ministerii mancipati, &c.

Perturbationis filij qui.

quem reiectæ opinionis & synceræ religionis esse, testimonij approbatum est, quid quæso nos facere oportuit? anne vt eum pro Episcopo haberemus, quemadmodum habemus? an potius à cõmunionem repelleremus? Hæc quidem ego non tanquam eorum causam agens scribo, sed vt & vobis fidem facerem, viros istos iuste & canonicè à nobis receptos esse, & vos minime habere causam litigandi: par autem est vt studium adhibeatis, & omnibus modis elaboretis, vt quæ contra canonem acta sunt, emendationem accipiant, & Ecclesiæ pacem habeant, vt Christi pax nobis data permaneat, & nõ scindatur Ecclesia, ne vos eam culpam veluti schismatis auctores sustineatis. Dico enim, & plane protestor, ea quæ à vobis acta sunt, non esse pacis sed schismatis. Non enim solum Athanasius & Macellus, Episcopi, cum querimoniis de illatis iniuriis, sed & plurimi alij Episcopi ex Thracia, Cælosyria, Phœnicia, Palæstina huc conuenerunt, presbyteri item non pauci, partim ex Alexandria, partim aliunde huc ad concilium occurrerunt, & coram omnibus Episcopis ibi congregatis, inter reliqua dicta sua cõquesti sunt, vim & iniuriam Ecclesiis illatas esse, suasque Ecclesias eadem, quæ Alexandrina, passas esse, & in aliis Ecclesiis similia designata. Ex Ægypto autem & Alexandria quum denuo superuenissent presbyteri, literas secum attulere, quibus plurimorum Episcoporum & presbyterorum querimonia continebatur, se, quum huc ad concilium pergerent, detentos fuisse, atque etiamnum detineri. Et quemadmodum post Athanasij exilium contigit, Episcopos homines confessores flagris cõscindi, alios in carceribus haberi, præsulésque longissimi in suo Episcopatu temporis publicis ministeriis mancipari, & fere omnes clericos & populum Ecclesiæ Catholice insidiis appeti, & persecutionem pati: quosdam item Episcopos & fratres finibus suis eiectos esse, nulla alia de causa, nisi vt inuiti cogereentur communicare cum Georgio & Arianis: & Ancyræ quæ in Galatia est, non pauca aut parua designata esse, sed prorsus eadem cum factis Alexandrinis. Audiuius etiam ista ab aliis, & Marcellus quoque Episcopus rem ita esse suo testimonio confirmabat. Hæc & huiusmodi crimina cõtra quosdam ex vestris (vt nomina eorum omitam) hi qui huc venerunt, detulere, quæ ego ascribere subterfugi, & fortasse ea ex aliis, quænam sint, rescueritis. Et hæc potissima mihi scribendi causa fuit vt huc veniretis, quo vobis præsentibus, omnia corrigi & sanari possent, ac propterea alacrius à vobis & sine reculatione occurrendum fuit, ne qui hæc infamia istorum scelerum laborant, contumacia non comparendi in iudicio, libellos contra se datos, videantur refellere non potuisse. Quum igitur talia rumoribus fama que circumferatur, tantisque iniuriis Ecclesiæ patiantur, & istiusmodi insidiis videntur, vt affirmare, qui hæc renunciabant, quinam quæso sunt, qui flammam discordiæ accendunt? nõne qui ista dolemus, & patientibus fratribus compatimur? an illi qui hæc scelera designant? Miror autem quum tantæ ac tales turbationes sint in singulis Ecclesiis, vt non alia de causa iter susceperint, qui ad concilium venire, vos interim scribere cõcordiam in Ecclesiis fuisse, quum istiusmodi facta, non ad ædificationem Ecclesiæ, sed ad subuersionem fieri solet, & qui istius-

modi rebus oblectatur, non sunt pacis filij, sed perturbationis. Deus autem noster, non est perturbationis, sed pacis Deus. Quapropter quemadmodum cõscius est Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, hæc putauit necessaria esse, quæ vobis scriberentur, tum vt parcerem vestræ existimationi, tum quia optarem Ecclesias non in perturbatione esse, sed secundum canones Apostolorum regi, & vt nunc tandem pudefaceretis illos, qui ob mutuum inter ipsos odium ita Ecclesias vexat. Audio paucos esse istorum malorum auctores, quapropter operam date, vt habentes viscera misericordiæ, corrigatis ea, quæ (vt dixi) contra canonem facta sunt, vt si quid vitij anteuerit, id vestro studio emendetur, & ne mihi scribatis, quod Marcelli & Athanasij cõmunionem potius, quam vestram præoptauerim: nam hæc non pacis sed contentionis & odij fraterni argumenta sunt. Atque ideo superiora scripsi, quo certiores facti, eos non iniuste receptos esse, desisteretis ab huiusmodi iurgio, qui si à vobis hic cum cæteris cõgregatis in iudicio conuicti fuissent, neque probas rationes pro sui defensione habuisset, recte nobiscum in scriptis vestris exposulassetis. Postquam autem, vt dixi, canonicè & nõ iniuste cum iis fouemus cõmunionem, obsecro vos per Iesum Christum, ne sinatis discindi mēbra Christi, neque præoccupationibus fidem habere, sed Domini pacem anteponatis: non enim ius aut fas est, ob paucorum degeneres animos, eos abiici, qui condemnati non sunt, aut Spiritum Domini contristari. Quod si creditis posse quædam illis obiecta ostendi, & coram in facie redargui, veniat qui volunt: nam & se paratos esse & probaturos dicunt, quæ denunciantur. Certiores igitur nos dilectissimi de ea re facite, quo & illis scribamus, & cæteris item Episcopis qui huc debent conuenire, vt coram omnibus qui culpæ obnoxij sunt, condemnentur, & ne vterius perturbatio in Ecclesia fiat: sufficiunt enim quæ facta sunt, sufficit quoque in præsentia Episcoporum, Episcopos in exilium actos esse: de qua re non est prolixior sermo habendus, ne grauari videatur, qui tum adfuerit. Nam si verum est dicendum, minime decuit eousque procedere, aut eousque euadere istas animorum degeneres pusillanimitates. Esto vt sint Athanasius & Marcellus (vt scribitis) trāslati è suis sedibus, sed quid de aliis dicas, qui ex diuersis locis tum Episcopi, tum presbyteri, quemadmodum dixi, huc venerunt? Nam & isti se denuo abreptos & istiusmodi passos esse dixerunt. O dilecti, non iam vterius Ecclesiæ iudicia secundum Euangelium, sed vel ad exilium vel ad mortem instituuntur. Nam si, vt dicitis, omnino in culpa fuerunt, oportuit secundum canonem, & non isto modo iudicium fieri, oportuit scribere omnibus nobis, vt ita ab omnibus quod iustum esset, decerneretur. iniuste in Episcopis enim erant, & non vulgares Ecclesiæ, qui ista patiebatur, sed quam ipsi Apostoli suam operam ad fidem instruxerant. Cur igitur & in primis de Alexandrina ciuitate nihil nobis scribere voluistis? an ignari estis hanc cõsuetudinem esse, vt primum nobis scribatur, vt hinc, quod istum est, definiri posset? Quapropter si isthic huiusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram Ecclesiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, postquam iam egerint, quod libuit, suffragatores suæ damnationis, cui nõ

Exhortatio ad Eusebianos.

Athanasius & Marcellus iniuste in exilium acti.

interfuimus, esse volunt. Non ita se habent Pauli ordinationes, non ita Patres docuerunt, sed fastus iste & nouum studium est. Obsecro vos cum alacritate audite, pro publico bono ista scribo: Quae enim accepimus à beato Petro Apostolo, ea vobis significo, non scripturus alioqui, quae nota apud vos esse arbitror, nisi facta ipsa nos conturbassent. Episcopi abripiuntur, & suis è sedibus propelluntur: alij vero aliunde in eorum loca reponuntur alij vero insidiis appetuntur, vt subditi & de abreptis doleant, & à summissis vim patiantur, vt quos optant, frustra requirant: quos nolunt, inuiti recipiant. Obsecro ne ista vultus fiat, vel potius contra illos scribite, qui talia moliuntur, ne deinceps has iniurias Ecclesiae patiantur, aut Episcopus aut presbyter istiusmodi contumelias sentiat, aut praeter animi sententiam ea quae nolint, vt nobis indicauerunt, cogantur facere, ne apud ethnicos ridiculi efficiamur, aut, quod praeter omnibus grauissimum est, Deum exacerbemus. Vnusquisque enim nostrum eorum quae hic turbauit, rationem reddet in die iudicij, optoque vt omnes secundum Deum sentiant, quo Ecclesiae suis Episcopis receptis perpetuo gaudeant in Christo Iesu Domino nostro, per quem gloria Patri in secula seculorum, Amen. Valere vos in Christo opto desideratissimi fratres.

Iulij Pontificis Romani Epistola finis.

HÆC cum Romae Synodus per Iulium Romanum Episcopum scripsisset, improba iterum audacia Eusebiani in Ecclesiis perturbandis, insidiisque tendendis vsi sunt. Quod cum rescitum esset ab religiosissimis Imperatoribus. Constantio & Constante, iussi sunt Episcopi Orientis & Occidentis, Sardim conuenire: verum Eusebius interea diem suum obiit. Nos igitur plurimis conuenientibus, eos qui cum Eusebio communicauerant, in iudicium prouocauimus: illi vero, quibus in oculis erant sua delicta, conspectis ibi suis accusatoribus, magnopere iudicium exhorruere. Quum enim omnes se rite & legitime sisterent, Eusebiani secum Comites Musonianum, Hefychium, & Castritium adduxere, vti pro sua consuetudine, illorum potestate, quicquid animo libuisset, perficerent: ibi quum sine comitibus concilium ageretur, neque vllus miles interueniret, icti à suis conscientis ingentem animo consternationem acceperunt. Si quidem non eo modo quo volebant, iudicia de ipsis fiebant, sed vt ratio veritatis requirebat. Diu igitur nobis eos prouocantibus, & Synodo Episcoporum eos his verbis accersente, Venistis ad iudicium, cur igitur postquam venistis, vos subducitis? atqui oportuit vos vel non venire, vel postquam venistis, latibula non quaerere: id enim ipsum vobis adfert summam condemnationem. En adest Athanasius cum suis, quos absentes culpauistis. Quapropter si quid vos habere putatis, conuincite eos praesentes. Quod si id à vobis fieri nequit, neque vllam speciem criminis obtreditis, profecto sycophantae pronuntiandi estis, neque aliam sententiam Synodus in vos pronuntiabit: quibus auditis despondebant animos: timebant enim quae & ipsi fecerant, & quae finxerant de nobis: metu igitur prohibiti ne se in conspectum darent, ea ipsa fugitatione cum dedecore suas sycophantias manifestarunt, Synodus autem sancta, damnata illorum

Sardicenses concilium cur congregati. Eusebius haereticus quando mortuus.

Eusebiani quomodo prouocati in concilio Sardicensi.

Athanasius quomodo Innocens iudicatus.

turpi & suspecta fuga, nostram excusationem recepit, ibi referentibus nobis per testes & firmas rationes, quae contra nos illi ipsi designarant, magna admiratio oborta, cognitumque est vulgo non sine causa eos concilium, ne coram in facie conuincerentur, ex horruisse, dictumque à plerisque ideo eos fortasse ex Oriente ad concilium venisse, quod Athanasium minime venturum arbitrarentur, nunc quia illum cum suis praesto vident, causa suae diffisi iudicio se committere non audet. Nos igitur, vt iniuriam passos & temere calumniis impetitos, receperunt, de creueruntque firmis sanctionibus nobiscum communionem & dilectionem esse fouendam. Socios autem Eusebij, eosque qui improbius se in maleficiis gesserant, deposuerunt, Theodorum Heracliensem, Narcissum ex Neroniade, Acacium Caesariensem, Vrsacium & Valentem ex Pannoniis, & Manophantum Ephesum, Georgium ex Laodicea, & scripserunt ad omnes vbique terrarum Episcopos, & ad singulas parocias eorum qui iniuriam passi erant, ad istum modum.

Eusebiani episcopi auctoritate concilij decesserunt.

EPISTOLA CONCILII SARDICAE CONGREGATI.

SACRA SYNODVS PER GRATIAM DEI Sardica congregata è Roma, Hispaniis, Gallis, Campania, Calabria, Apulia, Africa, Sardinia, Pannonia, Dacia, Norico, Sicilia, Dardania, & seculda Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodope, Palaestina, Arabia, Creta, Aegypto, presbyteris & diaconis, & vniuersa Ecclesia Dei per Alexandrinam parociam, dilectis in Christo fratribus,

SALVTEM.



TIAM antequam acciperemus literas vestrae religionis, non ignotum id nobis sed prorsus compertum fuit, antesignanos infelicium Ariatorum multa & graua, sed tamen magis in exitium suarum animarum quam in Ecclesiam molitos esse. Ea enim eorum ars & vafricies fuit, semperque huius pestiferi propositi fuere, vt omnes vbique orthodoxae fidei homines, & catholicae Ecclesiae doctrinam à patribus traditam seruantes exagitarent, & persequerentur. Quorum nonnullos falsis criminibus circueuerunt, alios extra fines suos relegarunt, alios in ipsis suppliciis absumperunt, certe fratris nostri & coepiscopi Athanasij innocentiam, vi & tyrannide circueenire & opprimere conati sunt, nulla in eius iudicio neque sedulitate, neque fide, neque iustitia adhibita. Iam ergo diffisi suis fabulis, & vanis rumoribus, ac coram intuentes quam non possent de iis rebus iusta documenta adferre, quum essent in vrbe Sardica, non ausi sunt in concilio sanctorum Episcoporum apparere. Qua ex re aequitas iudicij fratris & coepiscopi nostri Iulij liquidissime apparuit, qui non temerario consilio, sed cum matura deliberatione sententiam tulit, adeo vt nihil relinquatur dubij de communionem fratris nostri Athanasij, adducens octoginta Episcopos veros testes pro se in iudicium, atque eo potiore iure nitentis, quod per dilectos fratres nostros presbyteros suos & per literas, Eusebianos non iure sed vi grassan-

Arianorum scripturae, quae in concilio decesserunt.

Athanasius ab Episcopis decessit.

Eusebiani ab Athanasio vincti.

grassantes sapienter eluserit. Quapropter omnes vndique Episcopi viri communionem ob eius innocentiam confirmarunt. Illud quoque vestra charitas conspiciat, post Athanasij ad sacram Synodum Sardicae congregatam aduentum, Orientales literis, mandatisque citatos fuisse, vt se iudicio sisterent: verum illos sua conscientia praedamnatos, inhonestis causificationibus tergiversari incepisse, postea interim, vt innocentem quasi nocentem à nostra comunione summoueremus, nihil spectantes quam indecentia, vel potius impossibilia postularent. Atque adeo commeteria actaque Marcotae non nisi à sceleratis & perditissimis quibusdam nouitiis, quibus ne vulgarem quidem gradum clericatus committas, per absentiam alterius partis confecta esse. Neque enim frater noster Athanasius Episcopus, & Macarius presbyter quem accusabant, praesentes adesse voluerunt, quaquam alioqui illorum inquisitio seu potius insidiatio, nullo non probo scaturiebat, quum nunc ethnici, nunc catechumeni interrogarentur, non vt, quae scirent, dicerent, sed quae ab illis didicerant, mentirentur. Nulla enim nostri ratio habita est, qui presbyteri sumus Athanasij, & cura eius absentiae susceperamus, cupientes interesse quaestioni, & veritatem ostendere, & falsa redarguere, tantum autem abest vt nos praesentes esse voluerint, vt etiam contumeliose eiecerint. Ex istis rebus quanquam sycophantiam esse clarissime constaret, tamen dum euoluimus acta, deprehendimus ipsum sceleratum Ischyram titulo Episcopi in mercedem calumniae remuneratum, suam sycophantiam suis verbis proderet. Ipse enim Ischyras in monumentis actorum discrete testatus est, se ea ipsa hora qua Macarius in suam cellam venerat, aegrotum iacuisse, Eusebians contra scribentibus, cum tum sterisse & oblationes fecisse, quum Macarius superueniret. Quin & illa calumnia qua postmodum vsi sunt, manifesta apparuit. Quum vociferarentur & misere deplangerent, eadem Athanasium fecisse, & Arsenium Meletianum Episcopum eius opera è medio sublatum, qua rem fictitio gemitu & falsis lachrymis vt vera videretur, deplorabant, iusseruntque eius qui viueret, quasi qui extinctus esset, cadauer exhiberi. Sed figmenta eorum non latuerunt: Notum enim erat omnibus, hominem incolumem esse, & inter viuos recenseri. Verum ne sic quidem, quum vidissent figmenta sua renudari, ipso Arsenio se viuum & minime interfectum aut mortuum exhibente, quiescere potuerunt, sed nouas sycophantias veteribus accumulantes, omnibus machinis id egere, vt hominem calumniis inuoluerent. Quid igitur dilecti? ne hic quidem frater noster Athanasius animum despondit, sed magna cum fiducia eos etiam in hac causa ad iudicium prouocauit. Quod & nobis in vobis fuit, ac proinde eos citauimus vt iudicio se sisterent, & si possent, reatum certis documentis peragerent. Sed o magnam improbitatem, o grauem superbiam, vel potius, si verum dicendum est, o malam & obnoxiam conscientiam, ac rem ita esse nulli non clarissime innotuit. Quocirca dilectissimi fratres commonitos vos cupimus, & diligenter adhortamur, vt praeter omnibus fidem catholicae Ecclesiae retineatis. Multa certe & graua & acerba perpessi estis, multas vicissim contumelias & iniurias sustinuit Catholica Ecclesia, sed qui in finem sustinuerit, saluus erit. Quapropter si denuo ausint aliquid facere contra

Ischyras episcopi obtinuit quod Athanasium & Macarium calumias fecit.

Athanasius quod Arsenium occidisset accusat.

Mar. 13.

nos, tribulatio illa nobis pro gaudio esto. Nath *Passiones, istiusmodi passiones, pars aliqua martyrij haberi debent, & istiusmodi vestrae confessiones & tormenta non carebunt sua mercede, quum praemia à Deo recepturi sitis. Quapropter in primis decertate pro sana fide, & pro innocentia Athanasij Episcopi, & in sacris comministri nostri. Nam neque silentio suppressimus aut negleximus ea, quae ad vestram securitatem pertinebant, sed eius rei curam praecipuam habuimus, eaque egimus quae dilectionis ratio postulabat. Compatimur enim fratribus nostris patientibus: & eorum passiones, nostras proprias arbitramur, & nostras lachrymas cum vestris commiscuimus. Neque vos soli duntaxat passi estis, sed eadem alij complures comministri nostri, quum huc venissent, deplorarunt. Quamobrem preces nostras ad religiosissimos & amantissimos Dei imperatores retulimus, vt illorum humanitas, eos qui adhuc grauantur aut affliguntur, solui iubeat, constituatque ne quis iudicium, quorum munus est, publica curare, de clericis sententiam ferat, aut vlla ratione in posterum sub praetextu Ecclesiarum, quippiam contra fratriatur, sed vt quisque citra persecutionem, aut vim, aut auaritiam, prout optat & cupit, vitam instituat, & cum quiete & pace, Catholicam & Apostolicam fidem sequatur. Georgium igitur illegitime ab haereticis Episcopum constitutum, & in nostram ciuitatem ab illis deductum, ab vniuersa sacra Synodo, ab Episcopatu, tametsi reuera nunquam Episcopus fuerit, depositum esse, vestram vnanimitatem scire volumus. Valere igitur, & recipite vestrum Episcopum Athanasium, quem ob id ipsum cum pace dimissimus, vnde admonemus omnes, qui vel per metum vel per dolorem circumuenti, cum Georgio communicarunt, vt nunc nostra admonitione resipiscentes, deinceps ab illius nefaria communionem abstineant, & sese Ecclesiae Catholicae adglutinent. Caeterum quia cognouimus & Aphthonium, & Athanasium Capitonis filium, & Plautum, & Plutionem, compresbyteros nostros eadem fraudem ab Eusebians perpessos esse, & quosdam eorum in exilium eiectos, quosdam metu mortisque interminationibus profugos esse, scire vos cupimus, etiam istos à nobis receptos esse, & vt innocentes crimine liberatos, quum non ignari sitis omnia ab Eusebians contra orthodoxos per fraudem & libidinem acta esse: aequum ergo fuerat, ipsum Athanasium vos de istis rebus, vt suis ac propriis certiores facere, sed tamen quia sacra Synodum ea potius vobis ad certius testimonium scribere voluit, ideo nos quoque non supercedendum putauimus, sed statim significare studiuimus, vt quemadmodum nos, ita vos quoque hos viros recipiatis, qui & ipsi quoque laudem merentur, quod ob pietatem in Christum, digni habiti sint, qui ab haereticis contumeliam paterentur. Quae autem delecta sunt à sancta Synodo in Theodorum, Narcissum, Stephanum, Acacium, Demophantem, Vrsacium, Valentem, & Georgium antesignanos, Arianae haereseos, qui & in vos & in Ecclesiam peccauerunt, ex iis quae subiuncta sunt, cognoscetis, quae ideo ad vos misimus, vt vestra in Deum pia religio suffragetur sententiis à nobis latis, simul intelligat Ecclesiam Catholicam nequaquam dissimulante cum iis agere, qui ipsam offendunt.*

Georgius in concilio Sardicensi depositus.

Episcopi profugus in concilio Sardicensi recepti.

HÆC EPISTOLA AD ÆGYPTIOS ET APHRICANOS EPISCOPOS PER omnia sine vlla mutatione descripta est.

SANCTA SYNODVS PER DEI GRATIAM SARDICÆ congregata, omnibus Catholicæ Ecclesiæ Episcopis & ministris dilectissimis fratribus nostris in Domino,

SALVTEM.



PE multumque in seruos Dei rectæ fidei cultores, audaciam suam exercuerunt Ariomanitæ, dum spuriam doctrinam subiiciunt, & toti in hoc sunt vt orthodoxos eiiciat: tanta autem vi iam cõtra fidem insurrexerunt, vt id ne pietatem quidem religioforũ Imperatorum latuerit. Quapropter cooperante Dei gratia, religiosissimi principes nos ex diuersis prouinciis & ciuitatibus in vnum conuocauerunt, cupientes, vt sancta Synodus in Sardorum ciuitatẽ conueniret, quo omnis controuersia præcideretur, & eiecto quicquid prauæ fidei esset, sola in Christũ pietas ab omnibus retineretur. Venerunt quoque ex Oriente Episcopi ad id instigati à religiosissimis Imperatoribus, & potissimum ob ea quæ subinde iactauerant de dilectis fratribus nostris & ministris, Athanasio Episcopo Alexandriæ, & Marcello Angiro Galatiæ Episcopo, forsitan & ad vos quoque eorum calumniæ penetrarunt, & vestras aures concutere admoliti sunt, vt ipsorum de innocentibus calumniam veram putaretis, & sub hoc prætextu flagitiosam hæreseos opinionem dissimularent. Atqui non in longum id iis facere licuit: Est enim qui Ecclesiæ præsidet Deus, qui pro illis & pro nobis omnibus mortem subiit, & in ascẽdendo omnibus nobis adscensum in cælos donauit. Quum igitur iam pridem literas suas accusatrices de Athanasio & Marcello Asclepa comministris nostris Eusebiani ad Iulium Romanæ Ecclesiæ Episcopum misissent, contigit vt etiam alij ex alijs locis Episcopi, ad eundem Iulium literas suas mitterent, quibus & Athanasij innocentiam & Eusebianorum sycopantiam contestabatur, atque id ita esse ex eo præcipue apparuit, quodd accerciti à dilecto nostro comministro Iulio, iudicio non steterunt: steterunt enim, si sui actorumque suorum in cõministros nostros fiduciam habuissent. Fraudem tamen suam per ea quæ in sacratissima Synodo gessere, longe manifestius declararunt. Nam cum ad Sardorum ciuitatem accessissent, conspectis ibi Athanasio, Marcello, Asclepa, aliisque nonnullis, veriti sunt in iudicium prodire, & quum non semel aut bis, sed iterum atque iterum citati essent, citationibus non obtemperauerunt, tametsi omnes Episcopi simul congregati essent, & in primis grauissima ætate Hosius, homo & ob xui longitudo, & confessionem suam & ob tantos suos labores omni reuerentia dignus. Expectauimus igitur eos, & cohortati sumus vt in iudicium prodirent, & ea quæ rumoribus & literis de ministris nostris absentibus iactauerant, præsentibus iustis rationibus comprobarent. Verum illi quantũcunque citati prodire noluerunt: qua tergiversatione (vt diximus) suam sycophantiam mani-

festissimam reddiderunt, & propemodum ea ipsa recufatione accipiendi iudicij, insidias suas conspirationisque quali clamoribus confessi sunt. Qui enim dictis suis confidunt, ij non verentur ea in præsentia defendere: postquam autem iudicio nõ steterunt, arbitramur neminem ignorare, etiam si denuo malitiose agere velint, nihil eos habere aduersus comministros nostros, quod probent, quum eos absentes criminentur, & præsentibus refugiant. Fugerunt autem non eò solum quodd synophantiam suam agnoscerent, sed quodd præsto viderent, qui ipsos de varijs criminibus incesserent, qui vincula & ferrum promebant, quæ secum ab exilio extulerant. Cognati autem eorum, qui illic adhuc vincti asseruantur, ibi quoque præsentibus eorum oculis apparebant, vnâque cum iis amici eorum quos ipsi trucidauerant. Et quod maximum est, aderant Episcopi, quorum aliqui ferrum & catenas sibi ab ipsis inditas circumferebant, aliqui mortes eorum calumniis illatas detestabatur. Eò enim furoris processerant, vt etiam Episcopos interficere conarentur, & interfecissent, nisi eorum manibus erepti fuissent: certe comminister noster beatus Theodulus per calumniam eorum iussus interfici, fuga salutem sibi quaesuit: alij ictus gladiorum ostentabant: alij famem toleratam conquerebantur: neque harum rerum vulgares homines, sed integræ Ecclesiæ testes erant, quarum nomine legati qui huc venerat, de militum gladijs, turbarum fustigationibus, iudicum minis, adulterijs, & subornatis falsis literis certa documenta adferebant. Lectæ enim sunt literæ quas Theognius in fraudem Athanasij, Marcelli & Asclepæ adulterauerat, vt Imperatores in hos viros concitaret, & hoc ita esse, ij qui Theognio per id temporis diaconi fuere, commonstrarunt, vt interim omitteremus virginum denudationes, Ecclesiarum incendia, carceres eorum qui in sacris ministris erant. Quæ scelera nulla alia de causa, quàm ob infaustam abominandamque Arianorum hæresim commiserunt. Omnia enim ista mala coacti sunt experiri, qui eorum cõmunionem recufabant: his igitur conspectis, in arctum cogebantur eorum consilia, quum & facta perpuderet confiteri, nec dissimulandi spes esset. Venerat illi quidem in Sardorum ciuitatem, vt aduentu suo existimationem, quasi non peccassent, excitarent. Cæterum quum eos accusatores suos futuros esse cõspicerent, quos vel calumnijs, vel calamitatibus affligerant, & in oculis hærerent, & sub conspectu essent rerum quæ obicerentur documenta, noluerunt ad citationem in iudicio comparere, quãuis magna fiducia & libertate à ministris nostris Athanasio Marcello & Asclepa incesserentur, querelas suas proponentibus, ac nulla non ratione prouocantibus, quum denunciarent separatos esse, non solum calumnias eorũ refellere, sed ostendere quoque quæ contra Ecclesiam publice deliquissent. Igitur tanto metu correpti sunt, vt se fugæ mandarint, & fugiendo calumnias suas patefecerint, & quæ peccauerant, cursu illo confessi sint, & quamquam eorum prauitas nõ modo ex superioribus, sed & istis quoque innotesceret, tamẽ ne de fuga sua nouum aliquod scelus mutuarentur, decretum fuit, vt secundum veritatis rationem illorum factæ fabulæ examinarentur. Quum ergo in hoc proposito essemus, deprehẽdimus ex actis, eos meros sycophantas esse,

Eusebiani e concilio Sardicæ fugerunt.

Hæresim Ariana de Athanasio scripsit litteras.

Theognis Arianus de Athanasio scripsit litteras.

Eusebiani Sardum venerunt ad concilium cur.

Eusebiani stare iudicij noluerunt.

Eusebiani se calumniatores confessi sunt.

Poculum à Macario non confractum.

Ischyras calumniator.

Conclusio

Episcopos creabant Eusebiani cur.

Eusebiani vni pri-marij.

ras esse, & insidias nostris cõpiscopis struxisse. Arsenius enim, quem necatum aiebant ab Athanasio, viuit etiamnum, & inter viuos spectatur. Cæteraque quæ fama vulgauerat, vana esse apparent. De poculo autem à Macario presbytero Athanasij, vt ipsi aiebant, confracto, illi qui Alexandria & Mareota, locisque contiguis huc venire, testantur nihil omnium factum esse, & Episcoporum Ægyptiorum literis ad comministrum nostrum Iulium abunde confirmatum est, ne suspicionem quidem ibi eius rei fuisse. Porro monumenta actorum, quæ aduersus eos se habere aiunt, satis constat, altera parte inaudita confecta fuisse, & tamen in istis ipsis monumentis, ethnici & catechumeni pro testimonio interrogati fuere, ex quibus vnus dicebat, cum ex eo quaereretur, Ischyra ab ipsis toties iactatã, ægrotum per id tẽporis in celulla decubuisse, vt ex eo appareat, nihil omnino mysteriorum actũ fuisse, eò quodd catechumeni intus essent, & Ischyras non adesset, sed ægrotus decumberet. Quin & ipse sceleratissimus Ischyras, qui mentitus erat Athanasium, nescio quem sacrorũ librorum combussisse, & de eo crimine conuictum esse, postmodum cõfessus est se per id tempus ægrotasse & decubuisse quũ Macarius superueniret, vt vel inde facile cum colligas sycophantiam esse, certe huius sycophantiæ gratia, ei, qui ne presbyter quidem erat, titulum Episcopi indulsere. Duo enim quondam Meletij presbyteri, postea à beato Alexandro Episcopo Alexandriæ recepti, iidemque nunc Athanasij presbyteri testimonia deposuere, nunquam Ischyram Meletij presbyterum fuisse, imo ne habuisse quidẽ Meletium Mareotæ vllam Ecclesiam, aut ministrum in sacris. Nihilominus tamen cum qui presbyter non erat, vt Episcopum in testem prodixerunt, vt magnificentia nominis per sycophantiam auditores percellerent. Recitata quoque sunt scripta collegæ nostri in sacris Marcelli, & deprehensa est Eusebij dolosa vafricies. Quæ enim Marcellus per modum quaestionis tractauerat, ea tanquam ita esse profiteretur, calumniati sunt. Recitata quoque sunt in his quaestionibus, quæ intercederent & subsequerentur, & inuenta est bona & recta fides istius viri. Non enim ex Maria, vt ipsi asseruerant, verbo Dei initium attribuit, neque finem eius regno constituit, sed regnum eius initio & fine carere scriptis prodidit. Asclepas autem comminister noster in sacris, prolatis actorum monumentis Antiochiæ confectis docuit, quum ibi simul & accusatores & ipse Eusebius Cæsariensis adessent, iudicij Episcoporum qui huic causæ præsidebant, se innocentem pronũciatum esse. Non igitur sine causa est, dilectissimi, quodd sapius citati nõ obtemperauerint, sed fugere maluerint, & conscientia ad fugam propulsi, crimen suæ sycophantiæ confirmauerint, & causam dederint, vt quæ eorum accusatores præsentibus obicerent & demonstrarẽt, pro veris haberentur. Imo præter hæc omnia, depositos olim & eiectos ob Arianam hæresim non solum receperint, sed ad maiores gradus euexerint, ex diaconis presbyteros, ex presbyteris Episcopos facientes, nõ in alium vsum quàm vt impietate disseminarent, latiusque diffunderent, & piam fidem corrumperent. Quo in negotio post Eusebium facile principes sunt, Theodorus ab Heraclia, Narcissus à Neroniade Ciliciæ, Stephanus ab Antio-

chia, Georgius à Laodicea, Acacius à Cæsarea Palæstines, Menophantes ex Epheso, quæ est Asia, Vrsacius à syngidono Misia, Valens à Mursis Panonicis. Nam & isti eos qui secum ab Oriente descendebant, non permiserunt ad sacrosanctam Synodum introire, aut vllò modo ad Ecclesiam Dei appellere, & in itinere Sardicẽsi certis in locis conciliabula in morem Synodi per se habuerunt, & scelerata cum interminationibus conflauerunt. Quapropter quum Sardicam peruenissent, minime omnium iudicio steterunt, aut in eundem locum cum sacra Synodo conuenire voluerunt, sed mox vbi eò peruenissent, & pro perfuntoria specie purgationis aduentum suum ostentassent, raptim inde auferunt. Rem ita actam esse per comministros nostros Macarium, Palæstinum, & Asterium Arabem, qui vnâ cum iis in itinere fuerunt, & ab eorum infidelitate recesserunt, recisere licuit, qui quum ad sacram Synodum venissent, simul & de vi quã passi essent, conquesti sunt, & quanta prauitate in rebus agendis vli essent Eusebiani, indicarunt: id quoque ab illis additum, esse illic multos recte fidei cultores, quos isti prohibuerunt, ne huc venirent, pericula minalque, si quis ab ipsis recederet, denunciante: Ac propterea curasse, vt omnes in itinere, eodem domicilio vterentur, ne vel tantillum quispian ab illis seorsum agere posset. Sed quia eorum sycophantiæ, vincula, cædes, verbera, falsæ epistolæ, contumeliæ, virginum denudationes, exterminationes, euastationes, incendia Ecclesiarum, transfususque à minoribus ciuitatibus, ad maiores paræcias, & quod grauissimum est, denuo per eosdem excitata contra rectam fidem infelicitissima Arianorum hæresis reticenda non sit: ideo nos dilectos fratres & comministros nostros Athanasium, Marcellum, Asclepam, & cum ceteris comministros nostros innocentes & puros pronunciamus, literas ad singulas paræcias missis, vt populi cuiusque Ecclesiæ cognoscant sui Episcopi sinceritatem, eumque pro Episcopo, & habeant, & expectent: istos autem more luporum in horũ Ecclesias inuadentes, Georgium inquam in Alexandriam, Basilium in Ancyram, Quintianum in Gazam, eos neque Episcopos appellent, neque vllam cum eis communionem habeant, aut eorum literas recipiãt, aut vicissim mittant. Theodorum autem, Narcissum, Achacium, Stephanum, Vrsacium, Valentem, Menophantem, & Georgium, per metum huc ab Oriente non audentem venire, sed tamen à beato Alexandro depositum, tum quia iste & ceteri illi sectatores sunt Arianicæ rabiei, tum ob reatum criminum omnes sacrosancta Synodus communi calculo exauertatos omnino ab officio Episcopatus summouet. Decreuimusque eos nõ modo Episcopos non esse, sed ne dignos quidem fidelium communionem. Imo quia separant filium à Patre, & Verbum à suo Patre abalienat, æquum esse eos ab Ecclesia Claihoc separari, & alienos indignosque haberi Christiano nomine. Sint vobis igitur anathema, eò quodd verbum veritatis adulterauerunt: præceptum siquidem Apostolicum est, Si quis Euangelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema esto, cum his ne quis communionem habeat, præcipite. Nihil commune luci cum tenebris: hos procul à vobis arcete. Quum nulla sit concordia Christo cum Belial, cauete interim dilecti, ne vel scribatis ad eos

Conciliabula fecerunt Eusebiani cõmentum.

Eusebiani non minora.

Impia factura.

Athanasij Marcelli & Asclepas innocentes iudicati.

Episcopi Ariani depositi, et excommunicati.

Ecclesiæ præsidet Deus.

Athanasij et Marcelli præsentia timuerunt Eusebiani Hosius.

Eusebiani calumniæ damnati per absentiam.

vel eorum scripta recipiatis. Quin & vos quoque studete fratres & comministri nostri in sacris obcundis, vt spiritu presentes in nostra Synodo idem suffragium conferatis per vestras subscriptiones, quo ab omnibus vbique sacrorum ministris concordia seruetur. Diuina prouidentia sanctos & laetos vos conseruet dilecti fratres. Osius Episcopus subscripsit, quod & ceteri fecere. Hæc ita scriptis mandata, sacrum Sardicense concilium ad eos qui interesse non poterant, misit, qui ipsi quoque suis suffragiis decreta Synodi approbarunt. Eorum autem, qui in Synodo subscripserunt, cæterorumque aliorum ista sunt nomina: Osius ab Hispania, Iulius Romæ per Archidamum & Philoxenum presbyteros suos, Protogenes Sardicæ, Gaudérius Macedonius, Seuerus prætextatus, Vrsacius, Lucillus, Eugenius, Vitalius, Calepodius, Florentius, Bassus, Vincetius, Stercorius, Palladius, Domitianus, Chalba, Gerotius, Protasius, Eulogus, Porphyrius, Dioscorus, Zosimus, Ianuarius, Zosimus, Eutichius, Socrates, Diodorus, Martyrius, Eutherius, Eucarpus, Athenodorus, Irenæus, Iulianus, Alypius, Ionas, Ætius, Restitutus, Marcellinus, Aprianus, Vitalius, Valens, Hermogenes, Castus, Domitianus, Fortunatius, Marcus Annianus, Heliodotus, Musæus, Asterius, Parogorius, Plutarchus, Hymenæus, Athanasius, Lucius, Amantius, Arius, Aselepius, Dionysius, Maximus, Tryphon, Alexander, Antigonus, Ælianus, Petrus, Symphorus, Musonius, Eupichus, Philologus, Spudæus, Patricius, Sosimus, Adolius, Sapritius.

Symboli Sardicensis concilij refert Hilarius libro de Synodis. Nomina subscribitur in Sardicensi concilio.

78. Episcopi.

Gallie 34 Episcopi.

Aphricæ 36.

Episcopi Aegypti 92.

ius, Philotas, Paulus, Tithois, Endæmon, Iulius. Qui autem in Canalis Italia, Probatus, Viator, facudinus, Ioseph, Numidius, Sperantius, Seuerus, Heraclianus, Faustinas, Antoninus, Heraclius, Vitalis, Felix, Crispinus, Paulianus. Cypri: Auxibius, Photius, Gerasius, Aphrodisius, Erinicus, Nunechius, Athanasius, Macedonius, Tryphillus, Spyridion, Sôficrates, Norbanus, Palesina: Maximus, Ætius, Arius, Theodosius, Germanus, Solmanus, Paulus, Claudius, Patricius, Elpidius, Germanus, Eusebius, Zenobius, Paulus, Petrus. Qui igitur decretis Synodi subscripserunt sunt isti, plurimique item alij sunt, qui ante hanc Synodum pro nobis scripserunt, tum ex Asia, tum ex Phrygia, tum ex Isauria, quorum singulorum nomina cum suis epistolis circumferuntur, prope sexaginta. In vniuersum autem trecenti quadragintaquatuor. Hæc cum præcepisset religiosissimus Imperator Constantius, nos ad se accersiri, iussit, & seorsum ad fratrem suum beatum Constantem scripsit, ad nos quoque semel iterum ac tertio literas misit.

Italia 14. Cypri 12. Palesina 15. Asia 60. Omnium subscribitur numerus 344.

CONSTANTIUS VICTOR AVGVSTVS ATHANASIO.

DIU te iactari, vexarique immanibus vndarum procellis, nostræ clementiæ humanitas non permisit: nudatum liquidem Paternis penatibus, bonisque suis spoliatum, & in auiis feralibusque locis errandum nostra indefatigabilis pietas nõ deseruit. Nam tamen iam pridem superbedi mentis meæ propositum ad te scribere, eod quod te vltro aduenturum expectarem, & postulaturum malorum tuorum remedium, tamen quia fortasse voluntatem propositi tui metus impediuit, ideo literas munificentia nostræ plenissimas ad tuam constantiam misimus vt securiter conspectui nostro quam primum tuam presentiam offeras, vt voti particeps nostramque humanitatem expertus, tuis restituaris: hac enim de causa Dominum meum & fratrem Constantem, Victorem Augustum, pro te adhortationibus conueni, vt tibi veniendi facultatem daret, quo vtriusque nutu Patriæ restituaris, & hoc pro pignore nostræ gratiæ habeas.

EPISTOLA SECVNDA.

ET SI superioribus literis significauimus, vt securiter ad nostrum comitatum accederes, eod quod maxime cupiamus, te ad tuos remittere, tamen etiam nunc has literas ad tuam soliditatem misimus, quibus adhortamur, vt sine omni diffidentia aut metu, publica vehicula inscendas, & properes ad nos, vt quæ concupiscis, assequare.

EPISTOLA TERTIA.

CV M Edeffæ commoraremur, presentibus tuis presbyteris, placuit, vt misso ad te presbytero, festinaret ad nostrum comitatum venire, vt vbi nostrum vidisses conspectum, statim in Alexandriam transires: sed quia plurimum temporis intercessit, ex quo literis nostris acceptis non venisti, ideo te nunc denuo admonitum volumus, vt vel nunc saltem quam celerrime ad nos te cõferas, quo & tu ita patriæ tuæ restituaris, & nos tuis precibus frui,

frui, possimus. Ad pleniorum autem cognitionem Achitan Diaconum ad te misimus: ex quo discere licebit, & mentis nostræ voluntatem, & te assequi posse ea quæ votis optas. Imperator igitur istas literas misit, quibus acceptis Romam ascendi, Ecclesiam & Episcopum aditurus. Nam Aquileiæ tum temporis eram, quum has literas accepi. Ingens igitur gaudium in Ecclesia, pontifexque Iulius vt gratularetur nostræ restitutioni, literas ad Ecclesiam misit: nos autem quacunque transiuimus, cum pace ab omnibus Episcopis deducti sumus. Literæ autem istiusmodi fuerunt:

IVLIVS PRESBYTERIS, DIACONIS ET POPVLO IN PAROECIA ALEXANDRIÆ.

GRATV LOR vobis, dilectissimi fratres, quod fructum fidei vestræ ante oculos videatis: id enim ita esse liquidissime apparet in fratre & coepiscopo nostro Athanasio, quem Deus & ob vitæ sanctitatem & orationes vestras vobis restituit: ex qua re spectare licet quam puras semper preces & charitatis plenas ad Deum extuleritis. Memores quippe cœlestium repromissionum, & cœlestis cõuersionis, quam ex doctrina prædicti fratris nostri didicistis, certo, verèque cognitum habuistis, & pro vestra recta fide apprehendistis, nunquam illum perpetuo à vobis diremptum iri, quem in piis pectoribus vestris tanquam presentem retinebatis. Non mihi igitur ad vos scribenti multis verbis opus est. Quæcunque enim à me dici poterint, ea vestra fides iam anticipauit, & adimpleuit, secundum Dei gratiæ quicquid à nobis optari possit. Gratulor igitur vobis: Rursus enim dicam, gratulor vobis, quod animas vestras inteuenda fide inexpugnabiles conseruastis, sed interim fratri meo Athanasio, non minus gratulor, quod quanquam multa acerba pateretur, nulla tamen hora vestræ charitatis vestrique desiderij obliuionem induerit. Nam tamen corpore ad tempus videretur à vobis separari, spiritu tamen perpetuo vobiscum agebat. Redit igitur ad vos splendidior, nunc quam cum à vobis discederet, quod si res preciosas aurum & argentum ad puritatem ignis explorat, quid quæso dignum eloquaris tanto viro, qui ex tantis malorum periculis purus innocensque vobis restituitur? talisque non nostro duntaxat iudicio, sed ab vniuersa Synodo iudicatus est? Excipite igitur, dilecti fratres, cum omni secundum Deum gloria & lætitia Episcopum vestrum Athanasium, & cum eo quotquot socij tantarum ærumnarum fuere, lætique sitis de fructu orationum vestrarum, qui pastorem vestrum (vt sic dicam) desiderantem & sitientem vestram pietatem, salutaribus scriptis aluistis, potumque ei dedistis. Nam peregre illi commoranti, consolationi fuistis, eumque perfectiones tolerantem, fidelissimis animis & mentibus vestris refocillastis: mihi certe voluptati est, imaginanti & iam animo prospicienti vniuersumque in eius reditu lætitiæ, & multitudinis religiosissimæ occursum, & celebrem cõuenientium festiuitatem. Quis putas, aut qualis erit vobis ille dies, quum & frater noster reuertetur, & mala superiora finè accipient: quumque preciosus & optabilis illius reditus omnes alacritate plenissimi gaudij in vnum coaptabit? Tale

Athanasij encheirionium.

gaudium maxima ex parte etiam ad nos vsque pertingit, quibus diuinitus tanti viri notitia concessa est: In preces igitur epistolâ definire oportet. Deus omnipotens & eius filius dominus & Saluator noster Iesus Christus perpetuam vobis gratiam præbear, referens præmia vestræ admirabili fidei, quam claro martyrio in Episcopum vestrum exhibuistis, vt vobis vestrisque posteris, & hic & in futuro optima impartiat, quæ nec oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnipotenti Deo gloria in secula seculorum, Amen. Valere vos omnes in Domino exopto fratres dilecti. Cæterum quum iam ad impetatores venissem, ille nos fereno synceròque vultu intuitus, in patriâ & Ecclesiam remisit cum istis literis, ad Episcopos & presbyteros & populos datis.

Iac. 1. Athanasij.

VICTOR CONSTANTIVS MAXIMVS AVGVSTVS, EPISCOPIS ET PRESBYTERIS CATHOLICÆ ECCLESIAE.

NON EST derelictus à Dei gratia reuerendissimus Athanasius, tametsi ad breue tempus humanae probationi subiectus fuerit. Iustum enim debitumque iam ab omnia ferente & sustinente prouidentia calculum retulit, eod quod & voluntate Optimi, & iudicio nostro patriâ & Ecclesiam quæ antea diuino nutu possedit, recipiat: ad quem congruentia etiam à nostra humanitate perferri oportet, adeo vt omnia, quæ antea contra eos qui cum eo communionem celebrarunt, decreta fuere, obliuioni tradi velim, omnisque deinceps suspicio cõtra aboleatur: & immunitas quam olim habuere ipsius clerici, firma illis & rata (prout decet) conferuetur. Quin & hoc quoque eius gratiæ adiici æquum arbitrati sumus, vt apud vniuersos sacri ordinis viros promulgetur, cunctis qui Athanasio adhæserunt, datam esse securitatem, siue Episcopi, siue clerici sint. Abunde enim argumenti est vnumquemque eorum probi animi esse, vel eo solo, quod Athanasio consociati fuere. Quicumque enim meliori & iudicio & factione huius communionem elegerunt, hos omnes iussimus ad exemplar superioris prouidentia, & secundum nostram voluntatem, vt gratia ab optimo Deo tributa securiter perfruantur. Deus vos seruet.

Athanasij affectus omnibus sua ecclesia & antiqua immunitas restituta à Constantio.

EPISTOLA SECVNDA.

VICTOR CONSTANTIVS MAXIMVS AVGVSTVS, POPVLO ALEXANDRIÆ, CATHOLICÆ ECCLESIAE.

CV M ante oculos habeamus vestram in omnibus disciplinam, & nequaquam inscij sumus vos iam pridem Episcopali prouidentia destitutos decreuimus Athanasium Episcopum, virum apud omnes rectitudine, morumque probitate clarum, ad vos remittere: hunc igitur, si lubenter & decenter receperitis, eumque vestris precibus opitulatorem adhibueritis, concordiam & vobis decoram & nobis gratissimam simul, & pacem perpetuam, Ecclesiae legem, conseruabitis. Absurdum enim discordiam aut seditionem inter vos agitari, & alienum hoc ipsum est à nostrorum temporum integritate;

Volumus igitur & hoc vitium prorsus à vobis abesse, & vos in vestris precibus perpetim illo, vt dixi, præside & opitulatore apud Deum vti, & in eo studio solito more perseuerare, vt tali proposito, vestro omnium ore celebrato, gentiles, qui etiamnum idolorum erroribus inhæret, ad sacræ religionis cognitionem promptissime decurrant: quapropter denuo vos admonemus, vt superioribus dictis acquiescentes Episcopum suffragio Optimi, & nostra voluntate huc remissum libenter suscipiatis, eumque ab animis sententiisque vestris indiuisibilem putetis: id enim vos decet, & nostræ mansuetudini congruum est: ad omnem siquidem conturbationis & seditionis materiem extirpandam, qua cupidi malorum libenter vtuntur, nostris apud vos iudicibus per literas iniunximus, vt quotquot seditiones inuenerint, pœnis, suppliciisque legum coerceant. Omnia igitur ista præ oculis habentes, & nostram cum optimo Deo coniunctam sententiam, curamque vestram, simul & concordiam, pœnamque in immodestos constitutam, congrua decetiaque sacræ religionis legibus seruantes, prædictum Athanasium cum omni reuerentia & honore colite, vestrasque preces cum eo & pro vestra & pro cuiusque vitæ sanctitate ad omnium parentem Deum offert.

His scriptis, iussit ea quæ prius aduersus me decreta erant per calumnias Eusebij, abrogari & tolli de tabulis ducis & præfecti Ægypti, missusque ea de causa Eusebius decurio, sustuli ea de tabulis, scripta autem sese ad istum modum habent.

VICTOR CONSTANTIVS AVGVSTVS NESTERIO, ET EADEM FORMA AUGUSTAMNICA THEBAIDIS & APHRICA PRAEFECTIS.

SI QUID vnquam ad noxam contumeliæ meæ Scorum, qui Athanasio communicauerunt, decretum inuenitur, id omnino deleri volumus. Nam & officium quod antea habuerunt eius clerici, iterum eosdem habere volumus. Hoc enim decretum obseruari iubemus, vt restituto Athanasio suæ Ecclesiæ, communicatores illius idem habeant officium, quod antea possederunt, quo & ipsi se gaudeant prorsus restitutos esse.

Deductus igitur cum suis ad istum modum Athanasius, in peragranda Syria Syros & Palæstinos Episcopos conuenit, qui Synodo Hierosolymis coacta, synceriter eum cum suis exceperunt, & cum pace deduxerunt. Simul has literas ad Ecclesiam & Episcopos scripserunt.

SANCTA SYNODVS HIEROSOLYMITANA, OMNIBVS SACRORVM IN APHAIKA & ÆGYPTO COMINISTRIS NOSTRIS, PRESBYTERIS ITEM ALEXANDRINIS, DIACONIS, POPULOQUE, DILECTISSIMIS FRATRIBVS IN CHRISTO.

SALVTEM.

PRO dignitate rerum omnium Domino gratias Pagere non sufficimus de miraculis quæ vbiq; & potissimum erga vestram Ecclesiam operatur, quum vobis restituat pastorem vestrum & dominum comministrum nostrum Athanasium. Quis enim sperauit vnquam ea se oculis visurum, quæ

nunc te ipsa experimini? Certe preces vestrae exaudita sunt ab omnium rerum Domino, qui pro tanta Ecclesia curam gerit, vestrasque lachrymas lamentationisque intuetur, ac proinde vestras obsecrationes ratas voluit. Eratis tanquam oues abiectæ dissipatæque sine pastore, propterea ad vos cælitus respexit verus pastor, ouium suarum mire sollicitus, eumque vobis restituit, quem desiderabatis. Ecce enim nos omnia pro Ecclesiastica pace agentes, & cum vestra dilectione conspirantes, priores illum amplexi sumus, & communionem cum eo inita, has saluationes vobis mittimus, & hæc nostra gratulantia vota, vt cognosceretis nos copula communionis illi coniunctos esse. Vestrum autem est pro pietate religiosissimorum Imperatorum orare, qui & ipsi in gratiam vestri desiderij illiusque innocentia, quam iam cognitam habent: eum cum omni honore restituere voluerunt. Supinis igitur manibus eum excipientes, preces gratulatorias, vt par est, Deo qui hæc tribuit, offerre studete, vt semper in Deo gaudeatis, & glorificetis Deum in Christo IESV Domino nostro, per quem Patri sit gloria in secula seculorum.

Horum subscribentium nomina etsi antea significauimus, tamen nunc iterum ea edenda arbitratus sum. Sunt autem isti, Maximus, Aëtius, Arius, Theodorus, Germanus, Sylluanus, Paulus, Patricius, Elpidius, Germanus, Eusebius, Zenobius, Paulus, Macrinus, Petrus, Claudius. His conspectis de se iam desperantes Vrsacius & Valens Romam profecti, peccata sua cum pœnitentia confessi sunt, gratiamque facti postularunt, literasque & ad Iulium veteris Romæ Pontificem, & ad nos quoque in hanc formam misere, quorum exempla mihi transmissa sunt à Paulino Episcopo Tyburis.

EPISTOLA AD IVLIVM EROMANO SERMONE TRANSLATA, DE VRSACIJ & VALENTIS CONFESIONE.

QUANDO QUIDEM satis constat & nos superioribus temporibus multa grauiora de Athanasio per Epistolas criminatos fuisse, & tuæ humanitatis literis admonitos, vt crimina probarem, nunquam earum rerum documenta afferre potuisse: Ideo confitemur tuæ humanitati coram vniuersis nostris fratribus, presbyteris, omnia, quæ antehac ad vestras aures de Athanasio perlata fuere, falsa & ficta esse, & omnibus modis ab eo aliena: ac proinde recipimus eius communionem, maxime quia tua in Deum pietas veniam secundum genuinam suam probatam nostro errore impartiri dignata est. Quin & hoc promittimus, nunquam, si aliquando Orientales atque adeo ipse Eusebius velit malitiose eum in iudicium vocare, nos citra tuam sententiam eum abireturos. Hæreticum porro Arium, eiusque propugnatores qui dicunt, Erat, quando non erat filius: aut cum ex non ente ad essentiam emerisisset: aut qui neget Christum Deum esse Dei filium ante secula, quemadmodum in prioribus libello nostro Mediolani edidimus, & nunc & semper anathemate damnamus, nostramque manu denuo protestamur, nos Arianam hæresim eiusque auctores in aeternum damnare. Ego Vrsacius, qui præsens meæ confessioni interesset subscripsi, quod itidem & Valens fecit.

DOMINO

DOMINO ET FRATRI ATHANASIO EPISCOPO, VRSACIUS & VALENS EPISCOPI.

Musem presbyter.

NACTI occasionem per fratrem & compresbyterum nostrum Museum istuc ad tuam dilectionem contem, charè frater, eius opera admodum te ex Aquileia salutatum voluimus, optamusque te saluum nostras epistolas perlegere, cuius rei fiduciam nobis daturus es, si tu quoque in scribendo vices obseruaris: scire enim te volumus, pacem tibi nobiscum esse, & communionem Ecclesiasticam intercedere, cuius rei fidem esse volumus nostram istis literis inscriptam salutationem: diuina prouidentia seruet te domine dilecte frater.

Athanasius.

Scripta igitur huiusmodi fuere, talisque Episcoporum iudicium, sententiæque pro nobis data est. Vt autem sciri posset nihil per gratiam in mea causa actum esse, neque quenquam ad id per vim coactum, cum vestra bona venia altius, & ab ipso primordio repetam, quo vobis constet Episcopos recti bonique studio ad istum modum scripsisse, & Valentem & Vrsacium, quamuis sero, veritatem tamē confessos esse. Petrus apud nos ante persecutionem Episcopus, & in persecutione Martyr declaratus, Meletium Episcopum Ægypti nominatum multis conuictum criminibus, & in primis quod idolis sacrificasset, in communi Episcoporum Synodo deposuit, Meletium autem non ad aliam Synodum confugit, neque eorum successoribus se studuit purgare, sed schisma fecit, adeo vt illius sectatores etiam nunc pro Christianis Meletiani vocitentur, ac iam tum in Episcopos conuicia dicere incepit, & primum Petrum, deinde eius successorem Achillam calumniatus est, & post Achillam Alexandrum, idque magna cum calliditate, exemplum ab Absolone mutuatus, vt pudorem depositionis suæ calumniis innocentium vlceretur. Interim dum hæc ageret Meletius, etiam Ariana hæresis emerit. Cæterum ea in Synodo anathemate damnata est, Arianaque reiecti sunt. Meletiani autem aliquo modo recepti sunt, neque necessum est vt eius rei causam dicam, nondum quinq; menses præterierant, quum beatus Alexander mortem obiit. Meletiani autem quos & quietos & gratos esse oportuit, quod aliquo saltem modo recepti essent, more canum non oblitum vomitus sui, rursus Ecclesias perturbare inceperunt. Eusebius igitur propugnator Arianae hæreseos, re cognita, ad illos literas dat, magnisque promissis societatem & amicitiam clanculum init, sibi que inuicem rebus agendis tempus constituunt. Quapropter primū ad nos literas hortatorias scribit de Ario recipiendo, sed ita, vt sine scripto minaretur: scriptis autem speciem rogatis præ se ferret. Verum vbi illi responsum esset, hæreseos inuentores veritati infestos, & damnatos ab vniuersi orbis concilio, minime recipiendos esse, Cæsarem beatæ memoriæ Constantinum inducit, vt mihi cum minis scriberet, ea nos expectare debere, quæ & nunc & antea passi sumus, nisi Arium reciperem: pars autem epistolæ sic se habet, quam detulerunt Palatini, Synclitius & Gaudentius.

Petrus Episcopus et Martyr Meletium deposuit, cur.

Meletius conuictus et calumniis Episcopos afflicere cepit. Ariana hæresis quando emerit.

Meletij et Eusebij conspiratio.

PARS EPISTOLÆ IMPERATORIS CONSTANTINI. CVM igitur mentis meæ sententiam intelligas, omnibus qui Ecclesiam intrare postulant, aditum inoffensum præbebis, quod si prohibueris

De admittendis hæreticis.

quempiam, qui se Ecclesiæ participes volunt, aut si excluderis ab ingressu, mittam continuo cum meis mandatis qui te deponant, & in alium locum deportent.

Hic, quum ego Cæsari persuasissem, nullam esse debere Ecclesiæ Catholicæ cum hæresi Christi oppugnatrice communionem, tum denuo tempus obuennis arbitratu Eusebij, quod cum Meletianis constituerat, literas ad eos scribit, vt scelera ea de nobis fingerent & fama spargerent, quibus se aduersus Petrum, Achillam, & Alexandrum exacerant: sed quum plurima captantibus nihil reperiretur, ex sententia Eusebianorum tale crimen per Isonem Endæmonem & Callnicum de ordinariis linteis ementiuntur, quasi ego canonem istiusmodi tributum Ægypti inducerem, & primus omnium exigere, sed id frustra fuit, presbyteri enim nostri Apis & Macarius, qui ibi forte præsentibus aderant, eos audiente Imperatore de calumnia vicerunt. Imperator autem damnato Isonem, me istiusmodi literis ad se accersit, re cognita Eusebius iis author est, ne loco se moucant. Ex eius consilio rem apud Cæsarem nouis criminibus tentant, accusantes Macarium de calice: mihi autem non quoduis crimen, sed quod maximum omnium est, imposuere, quasi hostis Imperatoris crumenam auri cuidam Philumeno misissem. Imperator igitur, Psammathia causa audita, illos quidem merito vt calumniolos reiecit: nos autem in patriam redeuntibus cum istiusmodi Epistola ad populos remisit.

Athanasius.

Eusebij consilio Macarius accusatus.

CONSTANTINVS MAXIMVS AVGVSTVS, POPVLO CATHOLICA PER ALEXANDRIAM ECCLESIA.

DILECTI fratres saluto vos, inuocans Deum summum meæ voluntatis testem, & nostræ legis vniuersum creatorem, qui omnium vitæ præsidet, & discordias odit. Verum quidnam potissimum dicam, an scilicet nos bene valere? verum id quidē, sed multo felicius agere liceret, si vos multo excussis odiis amaretis: rixosorum enim hominum procellis occurrere debemus, quod portus dilectionis à nobis relictus sit. O rem absurdā: vah quantæ quotidie calamitates per inuidiam omnia miscentem existunt, vnde fit vt populus Dei infamia laboret? Quo igitur iustitiæ fides recessit, quum tantarum tenebrarum caligine inuoluamur, neq; id tam ex errore, qui multiplex est, quam malignorum hominum vitis, dum & propugnatores verecundiæ sustinemus, & eos qui æquitatem & veritatem profligant, etiam quum id sensibus nostris percipiamus, negligendos putemus. Quodnam id genus nostræ peruersitatis, si inimicos non reprehendimus? sed latronicio nos comites damus, vnde fit vt viam quandam sibi facillime strauerit nemine repugnante perniciosissima fraus. Nullusne tandem sentus est, ne pro dotibus quidem communis omnium naturæ, si legis præcepta contemnenda duximus? Sed dixerit aliquis, saltem charitas prout dicitur naturæ est, reperitur. Admodum scilicet, qui & Dei lege & bono ingenio instructi, toleremus tantum, inimicos turbationum & tumultuum, facibus quasi incendia miscere, idque neque oculis præditi cernimus, neque legis sententia imbuti sentimus. Quantus igitur stupor nostram vitam incessit, quæ

odij turpido.

Frans quomodo sibi viam parat. Eusebiam novis calumnias horret Athanasium

Athanasii comendatio

Cocilium Hierosolymitanum in gratia Athanasii convocati.

nostrimet tam incurij simus etiam Deo admonente? Quid igitur, num id mediocre aut tolerabile malum est? num pro hostibus habendi sunt? nonne in domum & populum dei ante oculos nostros per seuitiam debacchantur, & probra iaciunt scelerati illi? Iam quanta id cum vesania faciant, ipsis vobis cogitandum relinquo. Stulti enim illi in lingua sua sitam habent malitiam, plumbeasque iras ita secum circumferunt, vt seiplos mutuis vicibus feriant, & nos secum ad auctarium sui supplicij abstrahant, interim qui recta docet, hostis iudicatur: qui autem inuidia vitium pre se fert, populum mansuetum quod mine oportuit, inuadit, euastat, absumit, & semetipsum vltro corrumpit, gloriatur, extollit, veritatem subuertit, & fidem circumuenit, donec sue conscientia cauernam, & latibulum queritando inueniat. Ferocitas igitur agrestis eos miseros facit, qui ita temere seiplos, quum indigni sint, efferant: inclamantes, Hem scelera, illene presbyter est? aut illene puer? mea existimatio attingitur, mihi hoc ipsum debetur, ab illo ablatum est, Ego igitur omnibus spoliatis pro viribus nocebo. Luculentum infantia tumultum dicas, si acies, conciliabula, aut comitia istorum importunissimorum conuentuum videas. O nostram in Ecclesia Dei peruersitatem, spectaculumque maligni & dementis amini. Nunquamne tandem pudefient? nunquamne semetipsi improbabit? nunquamne in animo morsus sentient, vt vel nunc saltem contra imposturam & rixas, dignum aliquid animo concipiant, & sentire videantur? Vis sola inuidia est suis fucis & pigmentis inuens: Sed tamen nihil mali isti aduersus Episcopum vestrum potuerunt. Mihi credite fratres, nihil aliud studio habent, quam afflictis nostris temporibus nullum sibi locum poenitentia in hac vita relinquere. Ipsi igitur vobismetipsis auxilio estote (obtestor vestram charitatem) ipsi vos inuicem diligite, & omni ope pro vestra concordia istos persequamini, qui vestram concordia gratiam demoliri student, Deumque pre oculis habentes in mutua charitate consistite. Ego enim vestrum Episcopum Athanasium libenter recepi, cumque vt virum Dei allocutus sum. Vestri autem est, non mei iudicij, de ea re cognoscere. Quantum autem attinet ad officium salutationis, colloquiique cum reuerendissimo Athanasio, idoneum cum necessariumque arbitratus sum, qui vobis in sacris minister esset, ea est hominis in aequitate tuenda sedulitas, no indigna profecto, nec inepta nostrae pacifica religioni, vt quae dotes salutaris sententiae semper foueat, & rationis adhortamenta sequatur. Deus vos conferuet dilecti fratres. Hac Constantinus.

Eusebianorum fraus & caliditas in schismatibus disseminatis.

Exclamatio.

Exhortatio.

Athanasium.

Marcotis regio alexandrina.

Synaxis.

morbo decumbentem in cubiculo inuenissent, patri iniungere vt filio denunciet, ne tale quid, quod de eo ferebatur, tentaret. Ille autem vbi a morbo surrexisset, & ab amicis, atque adeo suomet ipsius patre coerceretur, ad Meletianos confugit, qui re cum Eusebianis communicata, istiusmodi calumniam composuerunt: calicem a Macario fractum, Arsenium autem Episcopum a me interfectum esse. Arseniumque, vt calumnia succederet, in abditis habent, quo si nusquam appareret, occisus esse crederetur: interim illi manum cuiusdam, tanquam ex eius corpore recisam ad ostentationem circumferre: Ischyram quem non nouerant, vt presbyterum celebrare, vt quum de calice loqueretur, autoritate tituli commodior ad fraudem esset, Ibi quum Ischyra a suis reprehenderetur, ad nos lamentabundus accessit, nihil quicquam, inquit, tale factum esse a Macario, qualia iactabant, sed se subornatum esse a Meletianis ad istud flagitium comminiscendum, quapropter & ista quoque scriptis protulit.

Confessio. In Actibus narium & Macarii accusatio nis causa.

BEATO PRAESVLI ATHANASIO ISCHYRAS IN DOMINO SALVTEM.

QUIA me Domine praesul in te adeundo, vt in Ecclesiam reciperer obiurgasti, quod istiusmodi locutus essem, quasi ego vltro hoc fecissem, ac non vi potius huc adactus essem, ideo hac satisfactionem tibi scripto porrigenda putavi, vt cognosceres vim mihi factam esse, tum ab Heraclide: ab Isaac porro Letois, & a sociis eius, etiam verberibus celum esse. Ego autem Deo in testem adibito pro excusatione mea dico, me nihil eorum, quae illi a te facta iactant, conscium esse, neque vltimum calicem confractum scire, aut mensam subuersam esse, meque ad omnia ista calumnianda eorum vi adactum esse. Hanc autem pro me excusationem facio, tibi que eam scripto trado, optans me vnum eorum esse, qui ad tuos conuentus pertinet, & tuis iudiciis parent. Valere te in Christo exopto: tradidi autem manum meam tibi Episcopo Athanasio in praesentia presbyterorum Ammonis, Dicellae, Heraclidae, Palci, Bocconis, Chenebri, Achilla, Myrsenes, Didymi, Taphrosieris, & Iusti ab Comatheo. Diaconorum autem eorum qui Alexandrini erant, Pauli, Petri, & Olympij, Marcoticorum vero Olympij, Ammonij, Pisti, Demetrij, & Caij. Hac Ischyra.

Ischyra de calumnia in Macario confissa.

Prohibiti Digni.

Athanasium.

Dalmatium Ceterum.

Arseium delitescit in Aegypto pro reperiendum ibi occultaretur, repertus est, postmodum eundem

Hac quum ita confessus esset Ischyra, aequae tamen illi istiusmodi crimina passim iactarunt, remque ad Imperatorem Constantinum detulerunt. Ceterum ille iam antea Psammathiae de hoc calice audierat, quum nos ibi praesentes essemus. Quapropter repudiata aduersariorum sycophantia Antiochiam literas ad Dalmatium Censorem misit, vt cognosceret de causa homicidij. Censor igitur mihi perscribit, vt me pararem ad criminis defensionem. Ego autem literis acceptis principio eius rei nullam curam feci, ed quod mihi conscius essem, nihil veri ab illis dici: sed tamen, quia Imperator commotus erat, certiores eius rei facio comministros nostros in sacris per Aegyptum: & Diaconum amando, qui de Arsenio cognosceret, quem intra quinque vel sex annos prorsus non videram: is vt compendio loquar, primum quidem in Aegypto dum ibi occultaretur, repertus est, postmodum eundem

eundem Tyri se abstrudentem nostri inuenerunt, & quod mireris, repertus deprehensusque noluit se agnoscere Arsenium esse, nisi in iudicio a Paulo eius loci Episcopo conuictus: ab eo enim tempore pudore impeditus, seipsum negare non est ausus. Id autem ideo faciebat, quod pacta Eusebio seruata cuperet, ne se reperto argumentum fabulae dissolueretur, nec sefellit eum opinio sua. Quum enim scripsissem Casari, Arsenium repertum esse, & in memoriam reuocassem quae de Macario Psammithae audierat, inhibuit iudicium Cesaris, literasque misit, quibus nostri calumnias improbabat, Eusebianosque ad se in Oriente contra nos venientes, re infecta abire iussit. Quod autem me de caede Arsenij accusarint, ne multorum scriptis ad eam rem probandam vtar, sufficit si vnam duntaxat Alexandri Thessalonicensis Episcopi epistolam, vnde & caeterorum aestimes, apposuero. Ille enim cum sciret quae de caede Arsenij aduersum nos vulgo sparsa essent, non ignarus Arsenium viuere, istiusmodi apistolam scripsit.

Alexander Episcopus Thessalonicensis.

Serapionis laus.

Athanasium.

DOMINO DILECTO FILIO VNANIMI ET SVO IN SACRIS COLLEGAE Athanasio, Alexander Episcopus in Domino salutem.

CONGRATVLO optimo Serapioni ita se sacris moribus exornare satagenti, & patris memoriam laudabiliorum efficiendi. Consummatus est enim ille (vt alicubi dicit Scriptura sacra) & non mortuus est: reliquit enim vitae suae monumentum. Quo igitur nos affectu esse erga eum, qui ita virum memoria dignum in se conseruat, existimas? quum tu Domine & sacra eius viri memoriam & recentioris humanitatem cognitam habeas, per quem vnam solum a tua reuerentia epistolam accepisti: significavi igitur hoc ipsum tibi, vt scire possis, domine, dilectum nostrum condiaconum Macarium, literis a Constantinopoli huc ad me missis, ingenti me gaudio affectisse, dum mihi scriptis suis referret opprobrium, dedecusque Achabis Sycophantae de calumnia conuicti, quod hominem viuum quasi interfectum sermonibus apud omnes diuulgasset. Condigna autem cum sua audacia mercedem a iusto iudice cum sua cohorte relaturum esse, sacrae literae mentiendi nesciae satis depradicant. Omnium Dominus te virum optimum quam diuissime conseruet hoc Alexander. Iam ideo eum occultatum fuisse, vt eadem verisimilem facerent, testantur eius familiares, quorum Pinnes reperto tandem post longam vestigationem Arsenio ad Ioannem hiltionem istius sycophantiae in hunc modum scripsit.

DILECTO PATRI IOANNI PINNES PRESBYTER DOMICILII PTEMONYRIS, quae est in Antepolitea nomo.

SCIRE te volumus, Athanasium misisse Thebaidem diaconum suum, vt omnia scrutaretur ad Arsenium quaerendum, primum autem obuii reperti que Pecylis presbyter, Sylluanus Heliae frater, Tapenaceraneus, & Paulus monachus Hypselles confessi sunt eum apud nos esse: id quum rescisceremus, curauimus illum in nauem conici, vt ad

partes inferiores cum monacho Helia auerteretur. Non ita diu post Diaconus cum quibusdam superueniens, Arseniumque quaerens in nostras aedes irrupit: verum illum ablegatum iam ad partes inferiores, quemadmodum dixi non inuenerunt, me autem cum monacho Helia, qui Arsenium auererat, secum Alexandriam deportauerunt; Ducique nos obtulerunt, ibi mihi minime licuit inficias ire, sed confessus sum eum viuere & interfectum non esse; eadem quoque monachus, qui cum auererat, falsus est. Hac ideo tibi significavi pater, vt scires Athanasium tibi accusandum non esse: dixerunt enim eum viuere, & apud nos in abditis haberi, resque innotuit vniuersae Aegypto, neque celari potest. Paphnutius monachus eiusdem domiciliij hanc epistolam scripsi, plurimum te saluto, & valere opto; Scripta autem Imperatoris certioris facti de incolumitate Arsenij, sunt ista.

VICTOR CONSTANTINVS MAXIMVS AVGVSTVS, PAPE ATHANASIO.

LITERIS tuae prudentiae perfectis in eam uenissent sententiam, vt putarim te scriptis nostris adhortandum, vt populum Dei ad modestiam & misericordiam adduceres. Meo enim in animo hac inter praecipua habeo, vt & veritatem colam, & in mente iustitiam semper conseruem, iisque potissimum gaudeam, qui recta via incedunt: De illis autem omni execratione dignis Meletianis, immanibus inquam & nefariis hominibus, qui quasi apoplexia icti stupent, & solummodo inuidia & aemulatione & tumultibus ad scelera motum habent, nefariam suam mentem declarantes, ista mihi dicenda puto. Vides enim homines illos quos ipsi ferro interfectos aiebant, in medio versari & vita frui. Quo ipso nullum vnquam fuerit grauius praedictum, quod tam clare eorum causam oneret, quam eos, quos ipsi necatos asseuerabant, viuere, & luce frui, qui ipsi pro se causa dicere possunt. Deinde & id quoque additum fuit Meletianorum criminibus, te nefario impetu irrupentem, rapientemque poculum, quod in sacratissimo loco repositum erat, confregisse, quo scelere nullum vnquam profecto grauius esse posset, siquidem id ita factum & contestatum esset. At quodnam hoc genus criminationis? quae ista desultoria personarum transmutatio, & reorum diuersitas? vt nunc in hanc, nunc in alium crimen conferantur: quae res ipsa luce lucidior est, ipsos tuae prudentiae insidias tetendisse: Denique quis iam deinceps homines istos tam multa ad noxam fingentes, sequi velit? maxime quum ipsi se ipsos in barathrum ducant? quumque in conspectu sit eos fictarum & falsarum rerum accusatores esse? Vt iterum dicam, quis eos sequi velit, & iter exitij praecipue inire, in quo illi soli mortalium spem salutis auxiliique constituunt? Si enim vellent pura conscientia ingredi, & bonae mentis meminisse, & sanum animum induere, facile intelligerent nullam ipsis opem a Dei prouidentia expectandam esse, quum se talium rerum aemulatores ad suam perniciem praebant. Hac igitur quam denuncio, non asperitatem, sed seueritatem iure appellauero. Postremo etiam illud adiungimus, vt operam des, quo ista quae scripsimus, subinde ad populum recitentur, vt res ad omnium noticiam veniat, & praecipue vt illi qui ita agunt, & ad istum

Meletianis execratione dignis.

modum conuersantur, resciscere possint, quòd ista quæ nunc à nobis emendationis causa dicuntur, re ipsa & factis demonstrabuntur vera esse. Iam quum in hoc negotio tanta sit malitiæ importunitas, certum habeant me ita decreuisse, atque huius esse sententiæ, si quid tale iterum mouerint, non pro more Ecclesiarum, sed pro legibus publicis memet me apte opera causæ cognitionem suscepturum, ac deinde cognoscent se non solum humani generis, sed etiam diuinæ disciplinæ latrones esse. Deus te seruet, frater dilecte.

ATHANASIO BEATISSIMO PONTIFICI ARSENIUS EPISCOPVS CIVITATIS Hypselitarum, cui aliquando presuit Meletius unâ cum presbyteris & diaconis in Domino. S. D. P.

Et nos quoque diligentes pacem & vnanimitatem cū Ecclesia Catholica, cui tu per Dei gratiam præfectus es, volētēsque Ecclesiastico canonis pro veteri instituto subiici, scribim⁹ tibi, pōtīfex dilecte, promittimusque in nomine Domini, nos deinceps non communicaturos cum schismaticis, aut cum iis, quibus nondum pax est cum Ecclesia Catholica, siue Episcopi sint, siue presbyteri, siue diaconi, neque cum illis in consilio coituros, neque literas pacatas ad illos daturus, neque inuicem ab illis accepturos, neque citra tuam Metropolitanam Episcopi sententiam, vllum de Episcopis aut alio dogmate communi & Ecclesiastico decretum ædituros, sed cessuros canonibus ante susceptis ad exemplar & modum Episcoporum Ammoniani & Tyranni Plustiani, & reliquorum Episcoporum. Præterea obsecramus tuam humanitatem, vt nobis quāprimum rescribas, & de nobis ad nostros in sacris collegas, indicēsque nos iam stare pristinis decretis, pacemque agere cum Catholica Ecclesia, & regionum istarum Episcopis cōnitos esse: credimusque tuis precibus vt gratis & efficacibus apud Deum istam pacem firmam indissolubilemque perpetuo futuram, secundum Dei voluntatem Domini omnium per Iesum Christum Dominum nostrum. Totum cōtum factorum virorū, qui sub tua iurisdictione est nos & qui nobiscum sunt, salutamus, & quum primum Deus permiserit excurram ad tuam humanitatem. Valere te exopto multis temporibus Pontifex beatissime.

Hæc Arsenius. Maius autem & liquidius argumētum nos calumniis impetitos fuisse, Ioannis pœnitantia demonstrat, cuius testis fuit ipse Deo gratiosiss. beatæ memoriæ Imperator Constantinus, qui cum sciret qualia crimina Ioannes ad se detulisset, literasque eiusdem iam pœnitentis accepisset, in hunc modū scripsit.

CONSTANTINVS MAXIMVS AVGVSTVS, IOANNI.

Ex animo mihi gratæ fuere tuæ prudentiæ literæ: inde enim didici, quæ desiderabam scire, omnem te minutiem animi deposuisse, & cum Ecclesia, vt par erat, communicasse, & cum Athanasio Episcopo reuerendissimo quāmaxime in concordiam venisse. Certum igitur habeas te à nobis

collaudari, quòd relicta omni cōserendæ manus cupidine, id quod Deo gratum erat, feceris, vt igitur quæ concupisti, assecutus esse videaris, tibi permittedum putavi, vt in sceno publico vehiculo ad nostras stationes venias, restat igitur vt nihil cures, quum epistola hæc tibi facultatem publici vehiculi præbeat, vt quācum celerrime ad nos peruenias, & votis tuis implearis, nobisque conspectis congrua fruaris latitia. Deus te conseruet frater dilecte.

Hæc Constantinus. Hunc finem habuit conspiratio. Meletiani igitur cū pudore recesserunt, Eusebiani autem ne ita quidem conuiescere potuerunt, eò quòd ipsis non Meletiani, sed Ariani curæ essent. Veritiquē igitur ne Meletianis conuiescentibus destituerēt huiusmodi calumniæ histrionibus, denuo eos in nos exasperant, iterum Imperatori Synodum Tyri indicēdum persuadentes, ad quam & comes Dionysius missus est, Eusebianisque satellitium militare additum, eodem Macarius sed vincētus per milites deductus est, mihi scribitur vt adsim, atque adeo necessitas veniendi iniungitur, vt nisi venirem, inuitus adducerer. Tota igitur conspiratio in fingendo scelere ex literis Ægyptiorum Episcoporum cognosci poterit. Quomodo autem crimen subornatur, referendum puto. Hinc enim malitiam vafriemque eorum contra nos, deprehēdi licebit. Sunt autē ex Ægypto & Libya & pentapoli Episcopi propemodum cētum, quorum nemo nos insimulauit, neque presbyter vllus conquestus est, neque quispiam nobis ex populo obtrectauit. Sed Meletiani qui à Petro unâ cum Arianis cieciti fuere, ita insidias inter se partiti sunt, vt isti accusationem, illi officium iudicandi sibi vendicarent. Nos igitur Eusebianos vt inimicos nobis ob heresim ab hac lite reiecimus, & accusatorem nostrum docuimus nullo vnquam modo presbyterū haberi potuisse: idque istis rationibus: Beatum Alexandrum suspectantē Meletij Episcopi (quod vtinam nunquam factum fuisset) designati calliditate postulasse ab eo breuiarium eorum Episcoporum, quos in Ægypto habere se dicebat unâ cum presbyteris & diaconis siue Alexandinis siue ruralibus. Hoc autem ideo Alexander fecit, ne Meletius per Ecclesiam securati restitutos titulos plurimos venderet, & mendacio quotidie novos tanquā à se creatos subiiceret. Breuiarium igitur Ægyptiorum, quod fecit Meletius, tale est.

BREVIARIVM MELETII, EPISCOPO ALEXANDRO DATVM.

Ego Meletius in Lyco, Lucius in Antino, Phasileus Hermopole, Achilles Cusis, Ammonius Diospole in Ptolemaide, Pachymes Tetyris, Maxianopole, Theodorus in Copto. In Thebaide, Cales in Hermethe, Caluthus in superiori Cyno, Pelagius in Oxyrincho, Petrus Hiraclē, Theon in Nelupe, Isaac in Leto, Heraclides in Nicio, Isaac in Cleopatrie, Melas in Arsenoite. In Illo, Amos in Leōtis, Ison in Atribia, Harpocraton in Bucalto, Moses in Phascusis, Callinicus Pelusij, Eudamō in Tance, Ephraim in Thmui. In Sai, Hermōn in Cyno & Busiride, Sinterichus in Serbennito, Pini-mutes Phthenegij, Cron⁹ in Metole, Agathammo in Alexandrinorū agris. In Mēphi Ioānes iussus ab Imperatore,

Imperatore, vt esset unâ cum Archiepiscopo: & huiusmodi quidem Ægyptij præfules. Clerici autem Alexandrini isti fuere, Apollonius presbyter, Ireneus presbyter, Tyrannus presbyter. Diaconi vero, Timotheus diaconus, Antinous diaconus, Ephestio diaconus, & Macarion presbyter paremboles.

Hos etiam præsentem Episcopo Alexandro tradidit. Ischyra autem nusquam mentionem fecit, nec vnquam falsus est se presbyterum Mareotæ habuisse, verum ea res nihil remorata est inimicos, quum & presbyter fingeretur, qui presbyter non erat; & Comes vim adhiberet, & milites nos traherēt, sed tamen gratia Dei victoriam retuli: neque enim de calice Macarium conuincere potuerūt, imo & Arsenius, quem, vbi diuulgauerant à nobis interfectū esse, viuus adstabat, & eorum sycophantiam clarā, euidētēque faciebat. Aegerrime igitur Eusebiani ferentes inuictum ita remanere Macarium, amissa præda quam venabantur, persuadent Comiti Dionysio, qui cum ipsis erat, vt nonnullos in Mareoten amandaret sciscitatuos, si quid de hoc presbytero deprehendere possent, vel potius vt nobis absentibus consuerent, quod vellent: id enim illis studio fuit. Certe nobis dicētibus superuacuum esse in Mareoten legationem, neue simularent se de iis quæ iam pridem meditati essent, quasi nondum satis disseruissent, neue dilationes quærerēt, quum quæ se deprehendere posse sperauerant, omnia iam in medium protulissent, ac proinde ipsos rebus destitutos tergiversationes aucupari. Quòd si omnino Mareotica legatio necessaria videretur, ne saltem homines suspectos eò mitteret. Comes igitur quantum ad suspectos pertinet, obtemperabat, verum illi id ipsum tanto acrius fecerunt: quos enim ob Ariana heresim reiciebamus, eos illi omni ope eò ablegarunt, Diognium scilicet, Marem, Theodorum, Macedonium, Vrsacium, Valentem. Rursumque diplomata ad Ægypti præfectum, & satellitium militare datū. Et id quod mirum in primis, ac omni suspitione plenum, Macarium qui reus erat, militari manu detentum reliquerunt, & accusatorem eius secum abduxerunt. Quis iam inde nō speculatur illorum cōspirationem? quis non intuetur clarissime Eusebianorum malitiā? Si enim Mareotica cognitione ad iudicium opus erat, reum eò mitti oportuit: quòd si non iudicij causa illuc abierunt, quasi accusatorem secum abduxerunt? satis enim erat, quòd ille reorum docere non poterat: verum hoc agebant vt Macarium, quem præsentem vincere non poterant, absentem opprimerent, & ea occuparentur, quæ vellent. Nam presbyteros tum Alexandriæ, tum vniuersæ regionis, qui cum querimoniis expostulabant, eos solos quæstioni adhiberi, ac se in primis adhibendos esse, quòd & maxime istarum rerum conscij esse possent, & Ischyram probe cognitum haberent, non admiserūt. Ægypti autem præfectum religionis nostræ transfugam, & milites ethnicos homines secum abduxerunt, ea perferunt, quæ ne catechumenis quidem fas est intueri: clericos autem non admiserunt, ne & ibi quoque quemadmodum Tyri contigit, suos haberent refutatores. Sed ne ita quidem latere potuerunt. Presbyteri enim Alexandriae & Mareotes, animaduersa illorum malitia ad hunc modum scripserunt, & protestati sunt.

Clerici Alexandrini
Ischyra catalogo presbyterorum non inuenitur.

Arsenius viuus se ostendit, eum de eius interitu accusaretur Athanasium.

Ariani obstinatiores Meletiani.

Macarius absolutus

THEOGNIO, MARI, MACEDONIO, THEODORO, VRSACIO ET VALENTI Episcopi è Tiro profectus, presbyteri & diaconi sub reuerendissimo Episcopo Athanasio, Catholice Ecclesie Alexandrinie.

Decuit in primis cum huc veniebatis cum Dipso accusatore adducere quoque vobiscum presbyterum Macarium: ita enim iudicia constitui debent, secundum sacram scripturam, vt reus & accusator simul appareat. Postquam autem nec Macarium adduxistis, neque reuerendissimus Episcopus noster Athanasius ad iudicium receptus est; postulauimus vt saltem nobis interesset liceret, vt nobis presentibus certa inquisitio haberi posset, vt ad istum modum rebus actis iure fidem vestris iudiciis haberemus. Verum & hoc nobis pernegatum, & soli cum præfecto Ægypti unâ cum accusatore, id agitis quod libet. Prostemur igitur nes videre in vestris actis malitiæ suspicionem, animaduertimusque vestrum aduētum nihil aliud in se habere quam cōspirationē & insidias; eaque de causa epistolam hanc vobis dedimus, monumētum testimonijque istius rei aliquando futurum in vera & legitima Synodo, vt omnibus innotescat, quòd inaudita altera parte, ea quæ libuit, inter vos egeritis, & nihil studuisse, nisi vt cōspiratione nos opprimeretis: Exemplar istarum literarū etiam Palladio dedimus Imperatoris Curioso, ne celari posset à vobis. Scelera enim quæ fecistis talia nos de vobis suspicari cogunt. Dionysius presbyter has literas dedi. Alexader presbyter, Nilas presbyter, Longus presbyter, Aphthonius presbyter, Athanasius presbyter, Armentius presbyter, Pistus presbyter, Plution presbyter, Dioscorus presbyter, Apollonius presbyter, Serapion, presbyter, Ammonius presbyter, Gaius presbyter, Rhenus presbyter, Æthales presbyter: Marcellinus diaconus, Appianus diaconus, Theon diaconus, Timotheus diaconus.

Literæ igitur & nomina clericorum ciuitatis, hæc sunt. Clerici autem Mareotes, qui mores accusatoris norant & mecum prouincias lustrabant, ad istum modum scripserunt.

SANCTÆ SYNODO BEATORVM EPISCOPORVM CATHOLICÆ ECCLESIE; Marcotici omnes & presbyteri, & diaconi in domino, S. P. D:

Nos nequaquam ignari huius scripturæ, quæ ita dicit, quod viderunt oculi tui, loquere, & item illud, quod falsus testis impunitus non erit, ea quæ vidimus, testanda arbitramur, & potissimum, quia testimoniū hoc nostrum necessarium reddidit conspiratio aduersus Athanasium Episcopum nostrum inita. Admiramur autem quomodo vel vlla tandem ratione Ischyras pro Ecclesiastico habeatur, de qua re primum nobis referendum arbitramur. Ischyras enim nunquam ex sacris Ecclesiæ comministris fuit: sed primum iactauit se Coluthi presbyterum; verum ita vt neminem haberet, qui ipsi crederet, exceptis duntaxat cognatis suis, vt qui nec vnquam Ecclesiam obtinuerit, nec clericus ab vllis, nisi qui longius ab illius pago habitarent, nunquam sit creditus, solis duntaxat eius cognatis exceptis. Idemque quum talem si-

Rem & accusator simul in iudicio stare debent.
Eusebianorum consiliabula mera cōspirationes et insidie.
Presbyteri 16. & 4. diaconi Ecclesie Alexandriae
c ij

Arsenij respicietur.

Athanasium.

Athanasium.

Ariani obstinatiores Meletiani.

Episcopi Ægypti repartiti Alexandri Episcopi.

Ischyra in Alexandria Synodo de-positus.

Calicem nullis con- fractum.

Ischyram calumnias suas con- fitem in Ecce- sia rece- ptum non esse.

bi titulum vendicasset in Alexandrina Synodo in praesentia Patris nostri Hosij depositus est, & cum laicis in ordinem redactus, atque in eo statu reliquum iam inde tempus permanit: ad istum igitur modum inanis illi fama presbyterij excussa est. Nam de moribus eius loqui superuacuum, quum ij ab omnibus sciri possint. Ceterum quia calumnia impedit nostro Episcopo Athanasio de colliso calice, & mensa subuerfa, de iis necessum est vt verba faciamus. Ante omnia dicimus illum nullam vnquam Ecclesiam in Mareote habuisse, qua in re Deum testem facimus, neque calicem vllum contractum esse, neque mensam a nostro Episcopo Athanasio, neque quoquam aliorum qui cum illo degunt euerfam esse, nihilque in istis verbis esse nisi calumniam, & ista quidem vt conscij pro testimonio loquimur, vtpote qui nec logis finibus ab Episcopo distamus, & comites ei in lustrada Mareote adhaesimus. Nunquam enim ille solus visitandi causa itinera obire solet, sed comites secum trahere presbyteros & diaconos, & non paucos ex plebe: & quia illi per omnia itinera comites fuimus, quo tempore ad nos accessit, ideo haec vobis pro testimonio dicimus, nec populum contractum esse, nec mensam subuerfam: sed omnia Ischyram mentiri, quod & ipse sua manu testatum confitetur. Nam quum illi post defectionem ad Meletianos nobis reconciliari & coniungi vellet, quemadmodum & Pistus, qui ipse quoque talia de Athanasio in vulgus sparserat, neutrum tamen, quanquam propria manu testarentur, nihil tale factum esse, & se subornatos a certis hominibus, vt talia dicerent, recipere voluerunt. Ac proinde Theognium, Theodorum, & Marem, Macedonium, Vrsacium & Valentem in Mareoten profectos, nulla documenta reatus deprehendere potuisse. Verum quum res eò tenderet, vt illorum lycophantia in Athanasium in apertum proditura videretur, Theognius inimicus Athanasio cognatos suos, & quosdam Ariomanitas ita instituit, vt quae ipse vellet, pro testimonio loqueretur. Nemo enim ex populo quicquam contra Athanasium locutus fuisset, nisi terrore Philagrij Aegyptij praefecti, importunitateque Ariatorum vehementer instantium, victi coactique essent ad ea facienda, quae ipsis liberet. Siquidem nos ad calumnias refutandas, eò venientes non admiserunt: nobisque reiectis, eos quos idoneos putauerunt, ad calumniam instruendam receperunt, qui metu Philagrij praefecti in partes eorum concesserunt, atque ideo nimirum erat quod nos summos volebant, ne scilicet subornatos ab ipsis criminatores, aut Ecclesiasticos non esse: aut si essent, Arianos esse, doceremus. Scitis autem dilecti fratres in sacris literis praecipere, non valere inimicorum testimonia. Ceterum a nobis vera dici, attestatur manus ipsa Ischyrae, attestatur quoque ipsorum facta, qui nobis nihil istiusmodi criminum conscis praesidio Philagrij, & armorum terrore ea confecerunt quae voluerunt. Haec, vt coram Deo, testamur, haec, vt certi de futuro iudicio Dei, loquimur. Nostra quidem omnium voluntas fuit huc excurrendi, sed tamen in eo acquieuiimus, vt nonnulli ex nostris istuc venirent cum literis nostrorum qui hic remanserunt, vt ita eorum vicem absentiamque sustinerent, & compensaret. Ingenuus presbyter vos valere in domino opto dilecti fratres. Theon presbyter, Ammonius presbyter, Heraclius presbyter,

Etocion presbyter, Trypho presbyter, Petrus presbyter, Hierax presbyter, Sarapion presbyter, Marcus presbyter, Pollarion presbyter, Caius presbyter, Dioscurus presbyter, Demetrius presbyter, Thyrsus presbyter. Diaconi, Pistus diaconus, Apollus diaconus, Serras diaconus, Pistus diaconus, Polynicus diaconus, Ammonius diaconus, Maurus diaconus, Ephastus diaconus, Apollo diaconus, Metopas diaconus, Apollus diaconus, Sercipas diaconus, Meliphthongus diaconus, Lucius diaconus, Grigorius diaconus.

IDEM AD CVRIOSVM ET PHILAGRIVM PRAEFECTVM AEGYPTI. FLAVIO PHILAGRIO, ET FLAVIO PALLADIO DUCENARIO PALATINO, CURIOSO, & FLAVIO ANTONINO COMESTIVM PRAEFECTO CENTENARIO, DOMINORVM MEORVM ILLUSTRIBVS. PRAEFECTORVM SACRI PRATORII, PRESBYTERI & DIACONI MAREOTICI EX REGIONE & NOMO, CUIVS EPISCOPATVM GERIT REVERENDISS. ATHANASIVS haec vobis cum subscriptione nostra pro testimonio porrigimus.

QUONIAM Theognius, Mares, Macedonius, Theodorus, Item Vrsacius & Valens, missi ab Episcopis qui Tyri in consilium coierant, ad nostram parochiam profecti, dixere sese in mandatis habere, vt inquirerent in quaedam Ecclesiastica facinora, & inter caetera de calice contracto, quum iam antea ad id Ischyram quendam subornassent, quem secum adduxerunt, hominem minime presbyterum, tamen si se eo nomine iactaret, quippe ordinatum a Collutho quodam, non vero, sed imaginario Episcopo, cui in generali concilio ab Hosio & a caeteris Episcopis qui vna aderant, iussum fuit, vt se pro presbytero, qualis antea fuerat, haberet, atque ideo omnes ab illo constitutos in veterem suum ordinem recurrissse, inter quos etiam Ischyram numerandus est, qui dicit se eam Ecclesiam habere, quae nunquam fuit, quippe quae domucula sit in praediis cuiusdam pupilli nomine Isionis. ea res in causa est, vt hoc testimonio vtendum putarem, vos religiose adiutantes per omnipotentem Deum, & per Dominos nostros Constantinam, Augustum, & liberos eius illustrissimos Caesares, vt haec in cognitionem eorum pietatis referatis. Non enim Ischyra presbyter est Catholicae Ecclesiae, neque Ecclesiam habet, neque vnquam calix contractus est, sed haec omnia falsa & ficta sunt, consilibus Iulio Constantio illustrissimo Patricio fratre religiosissimi Constantini Augusti, & Rufino Albino clarissimis & Deo gratissimis viris. Haec presbyteri.

Quae autem Episcopi scripserint, qui mecum ex Aegypto Tyrum conueniant, quaeque illi re animaduersa de illorum conspiratione & insidiis pro testimonio dixerunt, sunt ista.

EPISCOPIS TYRI CONGREGATIS DOMINIS PRECIOSISSIMIS, Et qui cum Athanasio ex Aegypto ad concilium venere, in Domino. S. P. D.

NON arbitramur ulterius Eusebij, Theognij, Maris, Narcisci, Theophili & Patrophili conspirationem incertam dubiamque habere,

Presbyteri 15. & totidem Diaconi.

Ischyra a quibus ordinat. Colluthus Episcopus imaginarius. Ischyra Ecclesia.

Athanasium.

principio quidem omnes reclamabamus per comministrum nostrum in sacris Athanasium, ne illis, qui adessent, causa cognitio permitteretur, vt non ignari, vel vnus inimici praesentia nedum plurium, iudicia turbati, & laedi posse; Neque vobis in oculo est odium eorum, non solum in nos, sed in omnes orthodoxos, & quam Arianicae rei furioso & immani studio & zeli impiae eius doctrinae omnibus immineant, & aduersus omnes conspirent. Hic tamen nos veritate freti, vbi Meletianorum calumnias refellere cuperemus, nescio quibus artibus Eusebiani nostros conatus inturbare studuerunt, magnamque operam impendere, vt nostra dicta reicerentur, nunc synceriter iudicantibus interminantes, nunc etiam nonnullis contumeliam inferentes, non alio scopo, quam vt id quod contra nos molirentur, progressum haberet. Fortasse diuina vestra religio domini honoratissimi, per id temporis ignorabat eorum conspirationem, quam nunc putamus vobis manifesto apparere, quum sese quales essent, tam clare ostenderint. Quotquot enim ex toto grege suspectissimi erant, Mareoten ablegarunt, vt per nostram absentiam, quibus hic haerendum est, populos perturbet, & studia sua perficiat. Ecce enim Arianos, Colluthanos, & Meletianos hostes Catholicae Ecclesiae ideo potissimum emittere studuerunt, vt per praesentiam hostium nostrorum sutelas quas vellet, aduersus nos facerent. Certe Meletiani qui hic Tyri apud nos sunt, ante quadriuum, quali certi essent, hoc in concilio decretum iri, quosdam ex suis vesperi per veredarios ablegarunt, qui Meletianos etiam ex reliqua Aegypto Mareoten, quum ibi nulli essent, conuocarent, eodemque Colluthanos & Arianos ex aliis locis contraherent, vt eos instruerent, quid contra nos dictum vellet. Memores enim estis ipsum Ischyram confessum esse coram vobis, non plures se habere quam septem communicantes. Caeterum quia post sutelas suas summissosque suspectissimos homines, audiuius eos singulos vestrum ambientes, postulare vestram subscriptionem, vt omnium vestrum concilio id actum videri possit, ideo nos & ista scribimus, & pro testimonio dicimus, protestantes coniurationes insidiasque, quas & ab illis & per illos patimur, oramusque vt suscepto Dei timore, indignantesque, sine vestra autoritate illos missos esse, quos ipsi voluerunt, abstinatis a subscriptione, ne quas ipsi per sutelas consuunt, eas tanquam vobis authoribus factas iactitent, quum deceat homines in Christo non humana respicere, sed veritatem omnibus anteponere: neque minas eorum aut conspirationem in omnes, sed potius Deum metuere. Equum certe erat, siquidem legati Mareotem mittendi fuerant, nos quoque vna cum illis ibi praesto esse ad hostes Ecclesiae indicandos, peregrinosque eliminandos, vt purum istius rei scrutinium haberi possit. Scitis enim Eusebianos suis sutelis curauisse epistolam reddi, quasi a Colluthanis, Meletianis & Arianis contra nos scriptam, neque ignota res est, hostes Catholicae Ecclesiae nihil veri de nobis, sed omnia infesta loquuturos. Lex autem Dei inimicum neque testem, neque iudicem esse vult. Reliquum est igitur, vt, tanquam in die iudicij rationes reddituri, accepta hac nostra protestatione, certique fraudis aduersus nos instituta, nostrisque precibus mature admoniti, caucatis quic-

Ariani hostes Ecclesiae.

Ischyra quot habeat communicantes.

Rominem quid potissimum debeat.

Inimicus neque testis neque iudex esse debet.

quam contra nos facere, aut Eusebianorum consilium adiuuare. Scitis enim, quemadmodum superior dixi, eos nostros inimicos esse, & cur ita pridem Eusebius Caesariensis odium in nos suscepit. Valere vos optamus Domini desideratissimi: Adamantius Episcopus has literas dedi, Ischyras, Ammon, Petrus, Ammonianus, Tyrannus, Taurinus, Serapammon, Elurion, Harpocraton, Moses, Optatus, Anubion, Saprion, Apollonius, Arbatthion Potamon, Paphnutius, Theon, Nonnus, Ariston, Theodorus, Agathamnon, Cinus, Pistus, Aetas, Nicon, Pelagius, Theon, Pammithius, Irenaeus, Blastammon, Philippus, Apollo, Dioscurus, Timotheus, Diopolitanus, Macarius, Heraclammon, Cronius, Muis, Iacobus, Ariston, Arthomidorus, Phinees, Pfaus, Heraclides.

RVRSVM IIDEM AEGYPTII EPISCOPI QUI TYRI CONVENERUNT ex parte Catholicae Ecclesiae, Flauio Dionysio comiti illustrissimo.

QUVM multas videremus calumniarum confarcinationes, & ex confarcinationibus insidias Eusebij, Narcisci, Flacilli, Theognij, Maris, Theodori, & Parrophili, aduersus nos, quos quia principio detrectantes reicere non licuit, necessario ad hanc protestationem decurrimus, praesertim quum animaduertamus multa ad gratiam Meletianorum, multa rursus ad insidias Catholicae Ecclesiae, sub nostri criminibus agitari, necessario ob id quoque libellum, hunc tibi porrigimus cum multis obsecrationibus, vt Dei metu in animo seruato, qui imperium augustissimi & pietissimi Imperatoris Constantini tuctur, cognitionem causarum nostrarum ipsi augustissimo Imperatori referues. Equum enim est te ab Imperatore missum, negocium hoc integrum Imperatori retinere. Quandoquidem tolerare non possumus compositas iitas calumnias, quibus insidiose ab Eusebianis premimur, ideoque postulamus, causam istam pietissimo & religiosissimo Imperatori referuari, apud quem licebit & iura Ecclesiae, & nostra proppnere: plane enim confidimus, eius pietatem, cognitum nostris rationibus, nequaquam nos condemnaturam esse. Quapropter denuo te obtestamur, adiuramusque per omnipotentem Deum, ita pietissimus Imperator per multos annorum recursus, cum liberis suae pietatis valeat, vt nihil in hoc negocio deinceps facias, neque tibi indulgeas, vt quicquam contra nos in Synodo commoueas, sed referues rei cognitionem eius pietati. De iisdem rebus etiam Dominis nostris Episcopis orthodoxis significauimus, quibus certior factus Alexander Episcopus Thesalonicensis, scripsit ad Dionysium Comitem, in haec verba.

DOMINO SVO DIONYSIO ALEXANDER EPISCOPVS THESSALONICENSIS.

CLARE video Athanasio calumnia strui: omnes enim quos recusauit, nescio quo modo, illi committere voluerunt, nullo nobis eius rei indicio facto. Erat enim decretum vt consultatio haberetur, quosnam eò amadare oporteret. Consule igitur illis,

Episcopi 47.

Haeretici gratiam, Catholicis calumnias recipiunt.

Causa definitione Constantiani no referunt postulant Episcopi.

ne quid temere faciant. Venerunt enim ad me turbidi cum his verbis, belluas inhorruisse, & in proximo esse vt exiliant, eo quod sonitu strepituque consternatae sint, audierintque Ioannem nonnullos emisisse: vide ergo, ne anteuertant, & ita vt velint, tutelae faciant. Nosti porro Colluthianos vn̄ cum Arianis & Meletianis hostes Ecclesiae esse. Isti nunc inter se animo calculisque confociati, ingenia mala patrare possunt. Vide igitur quid vtile sit, ne quid triste emergat, ne subiiciamur obreſtationi, quasi qui nequaquam iuste iudicauerimus. Ea autem potissimum de illis suspicio est, ne peragratis Ecclesiis, quarum Episcopi hic sunt, per metum & vim totam Aegyptum perturbent, vt ita Meletianis Ecclesiae tradantur, quod quidem agitari iam pridem animaduersum est.

AD HÆC COMES DIONYSIVS
EVSEBIANIS SCRIPSIT AD
HVNC MODVM.

Hæc ipsa erant quæ dicebam Domino meo Flacillo, Athanasius insurget, dicetque, quos ipse reiecerat, eos ad istud negocium submittere, seque iniuria tractari, & circumueniri vociferabitur. Hæc quoque eadem illa sunt quæ Dominus animæ meæ Alexander suis epistolis mihi significauit. Verum vt sciretis ratione constare, quæ mihi illius humanitate perscripta sunt, ipsius epistolam, vt à vobis quoque legeretur subieci. Memores autem estis eorum, quæ prius scripsi, quum admonerem vestram bonitatem, legatos communi iudicio & suffragio deligendos esse. Videte igitur, ne res ista culpæ obnoxia sit, nèc iustam obreſtandi nostri occasionem criminatibus præbeamus. Vt enim accusantium partem grauari non oportet, ita neque reorum. Arbitror porro non minimam nostri obreſtandi materiam datum iri, si Dominus meus Alexander actis nostris non videatur suffragari.

NARRATIO QVOMODO E TY-
RO ABIERIT IN AEGYPTVM ATHA-
NASIVS Alexandria Episcopus.

QVVM res ita ageretur, ab iis, tanquam è concilio iniuriosorum recessimus: quod enim libuit, fecere. Sed tamen ea quæ inaudita altera parte fiunt, nihil habere roboris nemo omnium mortalium ignorauerit. Hoc enim & lex diuina præcipit, hoc quoque, quum insidias pateretur beatus Apostolus, & reus esset, postulabat. Oportebat, inquiēs, Iudæos ex Asia coram te adesse, & accusare si quid habent: quo tempore & Festus, conantibus Iudæis eisdem contra Paulum insidias, quales ego nunc patior, ita loquutus est, Nō est motis Romani gratiæ aduersariorū donare hominem reum qui nondum accusatores ante oculos suos habuit, aut respondēdi locum de crimine adeptus est. Eusebiani autem & legē mutare ausi sunt, & illis ipsis iniustissimis Iudæis iniustiores sese exhibuerūt. Nō enim statim à principio ista seorsum sine reliquis agere tentauerunt, sed tum demum, quum coram a me in præsentia refutati succubissent. Ex eo namque tempore, quemadmodum Iudæi, consiliū seorsum & soli inierunt, vt & nos perderent, & hæresim introducerent: & quemadmodum illi Barrabam postulauerūt, ita quoque & ipsi omnia ob hæresim se facere profitentur. Et hæc

Athanasius.

Eusebiani Iudæis iniustiores.

simile.

quidem abunde sufficiunt, ad defensionem meam, sed tamen vt eorum scelera & veritatis libertas magis appareat, nihil vetat, quo minus denuo earum rerum mentio fiat, vt pateat ipsos sibimet contraria egisse, & in tenebris consilia sua constantes, in semetipsos impigisse, & studio nos occidendi, seipso, vti insani solent, vulnerasse. Nam de mysteriis inquirentes Iudæos interrogarunt, & cathemenos examinauerunt, vbinam inquirentes eratis, quum Macarius accessit, & mensam subuertit? Illique responderunt, nos intus fuimus. Iam si id verum est, ergo eo tempore oblatio celebrari non potuit, siquidem catechumeni intus erant, & que tamen passim scriptitarunt, stante presbytero & sacrum faciēte, Macarium ingressum subuertisse omnia. Et quum interrogarent quos vellent, ita percunctati sunt, quo in loco erat Ischyra, quum Macarius superueniret, illique rursus responderunt, in cubiculo ægrotus decumbebat, ergo in sacro nō stabat, qui per morbum decumbebat, neque oblationem facere poterat, qui in celulla sua ægrotus iacebat, insuper dicēte Ischyra, cōbustos esse libros à Macario subornati ad eam rem testes, nihil tale factum esse, & mentiri Ischyram asseuerauerunt. Iam quod admireris, quum literis suis famam eam spargant, vbi que terrarum à nobis sublato esse, qui conscij testimonium ferre possent, eosdem tamen quum iam apparerent, percunctati sunt, nullo interim pudore tacti, quū se viderent, vndecunq; quadruplatores declarari. Sed tamen quanquā seorsim sine aliorum autoritate, ita pro libidine agerent, nutribusque testes admonerent, præfectus minas iactaret, militēsque tela ac vulnera intentarent, nihilominus tamen Dominus veritatem patefecit, edoque sycophantiæ coarguit. Illi ergo actorum monumenta, quæ habebant, suppresserunt, & notariis iniungere, vt ea amolirentur, neque vlla exemplaria vulgari sinerent. Sed frustra hæc omnia. Nam qui ea scripsit, Rufus est, qui nunc in Augustalliana spiculatorum agit, & testis eius recitari potest. Atque adeo ipsi Eusebiani ea per suos Romam miserunt, eandemque illa ab Iulio Episcopo ad me trāsmissa sunt, Insaniunt igitur sua arcana in manibus nostris haberi, & à nobis recitari. His & istiusmodi facinoribus patratis, causam cur ea facerent, manifestam reddidere. Nam & in digressu suo Arianos secum Hierosolymam adductos in communionem receperunt, scriptis eiusmodi super ea te literis, quarum principium & pars hæc est.

SACRA SYNODVS HIEROSOLY-
MIS CONGREGATA, ECCLESIAE DEI
apud Alexandrinos, omnibusque per Aegyptum,
Lybiam, Pentapolim, & vbi que per orbem
Episcopis, presbyteris, Diaconis
in Domino.

SALVTEM.
OMNIBVS nobis in eundem locum ex diuersis prouinciis ad magnū & festum diem cōgregatis, vt dedicationem templi Saluatoris, cura religiosissimi Imperatoris Constantini, omnium regni Christo edificati celebraremus, accumulatiorem vim lætitiæ attulit & Dei gratia, & Imperator religiosissimus, quum nos vltro suis literis, ad ea que facienda essent, adhortaretur, vt profligata ab Ecclesia Dei omni inuidia, & omni malignitate procul

Presbytero sacrum facit.

Athanasius quomodo habuit.

quæ dicitur in consilio.

recepti.

recepti.

recepti.

cul abacta, per quas membra Dei antea dissidebāt, simplici animo & pacato Arianos reciperemus, quos aliquantisper iniqua inuidia extra Ecclesiam retinuit. Hæc sacra synodus.

Athanasius.

Episcopi cur abinietur ab hæreticis.

Mareotes ager Alexandria.

Ischyra ecclesia constituta vbi.

Ischyra episcopus indirecte creatus, cur.

Eusebianis omnia licent.

Certe ipse Imperator religiosissimus suo testimonio istorum virorum rectigradam in fide ambulationem commendat, eamque ex eorum viua voce cognitam approbavit, & nobis eam significauit, certamque & indubitata reddidit, literis suis subiecta eorum virorum orthodoxa mente quam scripto ediderant. Quis igitur auditis istis, fabricas eorum & technas non perspicit? Non enim dissimulauerunt, quod ipsis in animo fuit, & fortasse etiam inuiti veritatem confessi sunt. Nam si ego is eram qui Arianos ab Ecclesia arcebam, Arianique me oppresso recepti sunt, quid aliud intelligas quam omnia in gratiam Arianorum facta esse, omniaque cōtra me instituta esse, tam calumniam populi contracti, quam Arsenij cædem, vt & hæresim in Ecclesiam immitterent, & ipsi interim hæreseos damnati non haberentur? Id profecto erat quod antea Imperator mihi per minas scripserat. Nec veretur in dictis suis eos affirmare recte sentire, quos vniuersum orbis cōcilium anathemate damnauit. Neque timuerunt tam præclaram Synodum, quantum in ipsis est, in angulis demoliri, homines quiduis temere & dicentes & facientes. Cæterum præmia redemptarum calumniarum, multo adhuc magis eorum malitiam & impium propositum declarant. Mareotes enim, vt dixi, ager est Alexandria, quo in loco nunquam Episcopus fuit, imo ne Chorespiscopus quidem, sed vniuersæ eius loci Ecclesie Episcopo Alexandrino subiacent, ita tamen vt singuli pagi suos presbyteros habeant. Sūt autem pagi isti maximi decem numero, aut aliquāto plures. Pagus autem vbi habitat Ischyra, minimus est, & paucissimorum hominum, adeo vt non ibi, sed in proximo pago Ecclesia constituta sit. Nihilo tamē minus hominem, qui ne presbyter quidem erat, huius pagi præter maiorum traditionem Episcopū scilicet appellauerunt. Non quidem ignari ne ipsi quidem, quam hoc absurdum esset, sed promissis redemptæ calumniæ adacti, etiam illud sustinendū putauerunt, ne maligne habitus sceleratissimus Ischyra, veritatem enunciarer, Eusebianorumque malitiam proderet. Verum ille neque Ecclesiam, neque populum sibi obedientem habet, atque vt canis ab omnibus agitur: Eusebiani autem Imperatori autores fuere literarum mittendarum ad Colluthum (adeo omnia illis licent) vt iuberet Ischyra Ecclesiam ædificari, vt auctus ea dignitate, fide dignus habeatur in suis de calice & mensa calumniis: statim igitur curauere vt Episcopus nominaretur, eò quod sibi nec Ecclesiam possideret, neque prebyter esset, pro sycophanta necessario haberetur, & mentiri videretur: ille tamen quum nec populum habeat, nec suos sibi obsequentes, quemadmodum inane nomē Episcopi, ita quoque epistolam illam imperatoriam sine vllō fructu detinet, quippe quæ argumentum sit ipsius, Eusebianorumque teterrimæ & intentionis & voluntatis.

EPISTOLA COLLUTHI
PRESBYTERI EXARCHON Mareoten.



D preces Ischyrae presbyteri pietati dominorum meorum Augustorum & Cæsarium supplicantis, vt sibi in loco pacis Secontaururi Ecclesia ædificaretur, decreuit diuinitas illorum, vt id quam primum fieret.

Cura igitur, exemplaribus diuini istius diplomatis, quod primo loco positum est, nostræque sanctitatis monumentis perlectis breuiterque perlustratis, vt in negotio procedatur, & quæ diuinitus constituta sunt, ad effectum perduci queant. Athanasius.

Illi igitur eo modo captationes instituebant, dōlōsque & fraudes moliebantur. Nos autem adito principe qui Synodum indixerat, in qua ipsius Comes præfederal, Eusebianorum scelera patefecimus, quibus ille auditis, grauiter commotus in hæc verba scripsit.

VICTOR CONSTANTINVS MAGNVS AVGVSTVS.



GO ignoro quid sibi velint ista, quæ à vestra Synodo per tumultum & tempestatē iudicata sunt. Mihi sane videtur, nescio quo pacto, veritas per immodestiam opprimi, dum per vestram contentionem, quam

inuictam cupitis, ea quæ Deo placent, non consideratis. Sed erit diuinæ prouidentiae officium, & explorare scelera istius contentiositatis, & explorata dissipare, vobisque clare ostendere, quantam in vestro congressu veritatis curam habueritis, & an vestra iudicia citra gratiam & odium calculum suū prompserint. Quocirca festinanter ad meam pietatem accurrite, vt rerum istarum excussam, exactamque fidē coram me in præsentia ipsi præsentibus doceatis. Quare autem ista scribere voluerim, & quapropter vos literis meis accersendos putauerim ex sequentibus cognoscetis. Ingredienti mihi cognominem & foelicem patriam meam Constantinopolim (eram autem in equo) subito Athanasius Episcopus in media via, cum nonnullis aliis quos circum se habebat, ita inexpectatus occurrit, vt non leuem mihi causam admirationis præberet. Testis mihi Deus omnium speculator, me, quisquis esset, primo aspectu agnoscere nequiuisset, nisi nostrorum quidam, quisnam ille, & quamnam iniuriā passus esset, iam antea auditam, vt fieri solet, mihi indicassent. Ego igitur per illud temporis verba cū illo non habui, neque colloquiū miscui. Quū autē ille se audiri postularer, & hoc recusarem, & prope modum eum summoueri iuberem, magna libertate nihil aliud postulauit, quam vt vos huc etocari iuberē, quo vobis presentibus, que per vim passus esset conquiri posset quod quū mihi æquum & teporibus meis congruum videretur, scripto vobis denūciatum volui, vt quotquot Synodum Tyri absoluissetis, sine omni tergiversatione ad prætorium nostræ clementiæ conueniatis, re ipsa, quantum synceritatis integritatisque sit in vestris sententiis coram me ipso sincero famulo Dei (quod ne ipsi quidem abnegaueritis) declaraturi. Certe per meum erga Deum cultum obseruantiamque; vbi que iam terrarum pax est, & à Barbaris ipsis nomen Dei syncriter benedicitur, qui hætenus veritatem ignorabant. Nihil dubij autem est, cum qui veritatem ignorat, etiam

Ischyra nona ecclesia extra.

Barbari Deum agnouerunt operis constantini.

Deum ignorare. Sed tamen, ut antea dixi, Barbari per me syncerum Dei famulum, Deum agnouerunt, & iam metuere didicerunt, ideo quod illi mihi protectorem esse, meique curam gerere, re ipsa experti sint, atque ita in nostris rebus Deum agnunt, nostri formidine Barbari reuerentur. Nos contra qui mysteria clementiae eius ostentare & praefere videmur: non enim dixerim tueri, nos inquam, nihil facimus, nisi ea quae ad discordiam & odium pertinent, & ut semel dicam, quae ad humani generis perniciem referuntur. Quapropter vos meo praetorio sistite, quemadmodum dixi, & festinate huc quam celerrime, certique sitis me omni opere studioque annisurum, ut ea quae sunt legis Dei, quam maxime inoffensa illabefactaque seruentur, quibus nullum nec probrum nec infamia allini possit, profligatis scilicet & contritis semel inimicis legis, qui sub specie sancti nominis, multiplices & diuersas blasphemias adferunt. Haec constantinus.

Coclesio.

Athanasium.

Quibus cognitis, consilij suorum facinorum, caeteris Episcopis a profectioe retectis, soli Eusebius, Thxognius, Patrophilus, & alter Eusebius, Vrsacius & Valens principem adierunt absque omni mentione calicis aut Arsenij. Deerat enim illis eius rei fiducia, sed aliud crimen commentitium detulerunt, Athanasium scilicet minatum esse, se impediturum quo minus frumentum ex Alexandria in patriam Caesaris deucheretur, idque Episcopos Adamantium, Ambium, Agathammonem, Arbethinonem, Petrum praesentes ex eo audiuisse. Eemicuit ibi Caesaris ira, adeo ut post tot atroces minas & tantopere damnatas Eusebianorum iniurias, inaudita causa, euestigio efferbuerit, & omisso iudicio, quod in expectatione erat, nos in Gallias relegarit. Quae relegatio eorum scelera magnopere ostedit. Certe beatus Constantinus minor, memor scriptorum patris sui, dum nos patriae restitueret, in hac verba epistolam misit.

Athanasium in Gallias Relegatum.

CONSTANTINVS CAESAR POPULO CATHOLICAE ECCLESIAE ALEXANDRINA.



NEQUE vestram sacram mentem latere arbitror, ideo Athanasium adtradae legis interpretem in Gallias missum esse, ne quo tempore sanguinolentorum hostium feritas sacro eius capiti quam maxime immineret, implicitusque malorum collimatio aliquid intolerandum, & cui remedium nullum esset, pateretur. Ad hanc igitur feritatem eludendam, tot faucibus inhiantium subtractus, ut sub me ageret, iussus est, atque ita in hac vrbe commoratus est, ut omnibus rebus necessariis abundaret, tamen eius reuerenda virtus diuina ope fretus, onera asperioris fortunae vilipenderet. Iam quum in primis vestrae in Deum pietati, suisque sedibus hunc Episcopum dominus noster & pater Constantinus restituere vellet, & humana sorte praeuictus, antequam hoc votum imple ret, requieuerit, ego mihi conuenire puto, ut suscepta voluntate sacrae memoriae Imperatoris, id ipsum adimpleam, quod ille non potuit. Quum igitur Athanasius ad vestrum conspectum penetrauerit, tum demum intelligetis, quantae apud nos reuerentiae fuerit. Neque id mirum videri debet, si quid huius-

modi in eius gratiam fecerim. Ad hoc enim faciendum meam mentem & vestri desiderij imago, & species tanti viri instigauit. Diuina prouidentia vos seruet dilecti fratres. Datum Treueris xv. Calendas Iulias. Haec Constantinus.

Quum igitur ex hac causa in Gallias amandati sumus, quis non simul videt & Imperatoris mentem, & Eusebianorum sanguinarios animos, & principem id propterea fecisse, ne grauiore calumnia ab illis opprimeremur? Simpliciter enim animo in audiendo fuit: istiusmodi igitur Eusebianorum acta atque haec illorum varicies in consuendis dolis fuit. Quis igitur istis animaduertis, non fateatur in mea causa nihil per gratiam actum esse, sed omnia bono iure & merito constituta fuisse, quum tanta multitudo Episcoporum publice priuatimque nostrae causa scriptis patrocinetur, & lycophantias inimicorum vituperet? Quis istis conspexit, non pronunciauerit Valentem & Vrsacium merito semetipsos improbasse? & ex poenitentia culpam suam scriptis confessos esse? maluisseque, aliquatim per pudesceri, quam in aeternum lycophantiarum poenas luere? recte igitur & Ecclesiasticum fecere beati in sacris comministri nostri, quod quum nonnulli ambigua de nobis loqui: & quae pro nobis iudicata essent, irrita facere conarentur, omnia pati, & exilium sustinere maluerint, quam ut abrogarent tot ac tantorum Episcoporum iudicia. Si igitur veri & legitimi praesules verbis duntaxat nostris aduersariis repugnassent, aut si ipsi vulgares homines fuissent, ac non potius eximiarum viribus Episcopi, & capita tantarum Ecclesiarum, suspicio oboriri posset, per gratiam ista ab illis facta esse: iam quum & verbis mihi patrocinati sint, & exilia sustinuerint, in quorum numero est & Liberius Romanus praesul, qui quanquam non usque ad finem exilij mala perpeius est, biennium tamen in ea transmiratione perdurauit, non ignarus lycophantiarum, quas patiebamur. Nec non & Hosius ille magnus. Itali item, Gallij, Hispani, & Aphricani Episcopi, & quotquot sunt Petaepoleos. Nam tamen Ois minis Constantij conterritus non videbatur Eusebianis contradicere, vis tamen illa & tyrannica Constantij potestas multaeque contumeliae & interminationes satis ostendunt minime eum in nostri condemnationem consensisse, sed sensu imbecillitate imparem verberibus ad tempus cessasse. Quapropter aequum, ut omnes in re minime dubia tanto impensius oderint & auersentur vim iniustitiamque quas passi sumus, vel saltem ea de causa, quod satis costet illas non ob aliud nobis quam ob Arianam impietatem illatas esse. Si quis igitur qualis sit nostra causa, & quales sint Eusebianorum lycophantiae, scire velit, legat scripta nostrae defensionis, sumatque testes, non unum quidem aut alterum, aut tres, sed tantam Episcoporum multitudinem, & inter eos Liberium & Hosium cum suis: Hi enim quum viderent ea quae contra nos agerentur, omnia pati maluerunt, quam aut veritatem, aut causam nostram prodere. Idque bono & sancto consilio fecerunt. Praeterea vis illa quam tanti viri passi sunt, iudicio est, quid alij tolerauerint. Caetera omnia illa nihil aliud sunt quam monumenta & trophaea de Ariana haeresi, & scelere lycophantarum erecta, & exemplar posteris inscriptum, ut ad mortem pro veritate depugnent, & auersentur Arianam haeresim, Christo inimicam, Antichristique anteambulatricem

Athanasium.

Liberius praesul Romanus.

Liberius praesul Romanus.

laticem: & ut nihil fidei habeant nostris criminatibus. Testimonia enim tot ac talium Episcopo-

rum digna sunt fide, & abunde Sufficiunt ad nostram innocentiam ostendendam.

SANCTI PATRIS ATHANASII

AD SERAPIONEM FRATREM, EPISTOLA.



EGI literas tuae reuerentiae, quibus adhortaris, ut tibi scriberem ea quae contra me hoc tempore acta sunt: & de impiissima haeresi Arianorum, causa, auctorique earum rerum quas patimur, & quo sine Arius vitam clauerit. Ex tribus istis postulationibus, duo quidem libenter feci, misique tuae pietati ea, quae ad monachos scripti. Inde enim tum nostra aduersa, tum res haereseos cognoscere poteris. De tertio autem capite, nimirum de morte Arii, multa mecum perpendi, metuens ne si id agerem, hominis morti insultare viderer, veruntamen quia disputatio apud vos de haeresi habita in hanc quaestionem desit, An communionem celebrata cum Ecclesia, diem suum obierit Arius? ut quaestio de eius morte dissoluatur, dicam quod res est, in pari numero collocans, & rem gestam indicare, & contentiosos compescere. Persuadeo enim mihi, cognito mortis eius miraculo, non ausuros esse, qui prius dubij erant, rem denuo in dubium vocare, si tunc Ariana haeresis Deo odiosa, an non? Ego quidem non aderam, quum ille vita defunctus est. Aderat autem Macarius presbyter, & ex eius relatu didici. Accersitus autem erat ab Imperatore Constantino Arius opera & studio Eusebianorum, quem ingrediendum Imperator interrogauit, an fide Catholicae Ecclesiae seruariet. Ille autem se recte credere iureiurando affirmavit, suppressis iis, ob quae de Ecclesia reiectus erat per Alexandrum Pontificem, adductis in specie verbis Scripturae. Illum igitur ita iuratum, se nihil eorum ob quae ab Alexandro reiectus erat, fecisse, absoluit Imperator cum his verbis: Si recta est tua fides, bene iurasti: si autem impia est, & tamen iurasti, Deus te pro iuramento condemnet. Ita cum digressum a principe voluerunt Eusebiani solita sua vi in Ecclesiam introducere: Sed contradicebat Constantianopolitanus Episcopus beatus Alexander, non debere, inquiens, haeresis inuentorem in communionem recipi. Ibi iam minabundi Eusebiani, quemadmodum (inquiunt) eum vobis inuitis curauimus ab Imperatore euocari, ita crastino die, etiam si vobis minime ex sententia sit, in communionem Ecclesiae adducemus: Sabbatum autem erat, quum haec loqueretur. Quibus auditis, Alexander magno cum moerore Ecclesiam intrauit, & porrectis ad Deum manibus lamentatus est, pronus in vultum cadens, humique iacens ita orauit: aderat autem cum eo Macarius socius orationis, qui eius verba excepit. Postulabat autem alterutrum, si Arius iniquus crastino die in Synaxim introduceretur, nunc dimittas quaeso seruum tuum Domine, & non pium vna cum impio perdas. Sin autem Ecclesiae tuae parces, scio autem quod parces, respice in verba Eusebij, neque des in exitium & vituperium sortem tuam, & tolle Arium, ne eo recepto in Ecclesiam, videatur simul cum eo & haeresis recipi neque deinde impietas pro pietate habeatur. Haec precatus Episcopus, plurimum cogitabundus & anxius in-

Macarius mortis Arii testis. Constantinus Arius de fide examinatus.

Alexandri oratio contra Arium.

de recessit, & res mira incredibilisque euenit. Eusebians minantibus Episcopus orabat. Arius autem Eusebians fretus, multa blaterans in secessum abiit, quasi ad usum alui, & derepente (iuxta quod scriptum est) pronus factus, medius crepuit, humique expirauit, utroque & vita & communionem fraudatus. Hic finis Arii. Eusebians autem magnopere confusi socium coniurationis sepelirunt: Alexander vero, gaudente Ecclesia, cum pietate & sana fide communionem celebravit vna cum omnibus fratribus, Deum, gratias agendo, magnopere glorificans, non quod de morte hominis laetaretur, absit: omnibus enim hominibus constitutum est semel mori, sed quod ea res humana iudicia superauerit. Ipse siquidem Dominus iudicem se praebens minis Eusebij & Alexandri precibus, haeresim Arianam condemnauit, ostendens eam indignam esse communionem Ecclesiae omnibusque manifestum reddidit eam tamen ab Imperatore & ab omnibus mortalibus adiuetur, ab Ecclesia tamen damnatam esse: declaratumque est, officinam Arianorum non Deo gratam, sed impiam & inimicam esse. Certe plurimi ex iis qui ante decepti erant, conuersi sunt, ideo nimirum, quod non quiuisset alius, sed ipse Dominus blasphemias impetitus, condemnauerit haeresim aduersus se conflatam, & manifesto edocuit, etiam si nunc Constantius Episcopus vi compellat, illam tamen ex sese esse incommunicabilem Ecclesiae, & caelo alienam. Quamobrem apud vos haec iam deinceps quaestio consopiat (id enim in pactis fuit) nemoque adiungatur haeresi: sed qui decepti sunt, resipiscant. Quam enim Dominus reprobatur, quis approbabit? & quam ipse incommunicabilem reddidit, quomodo qui eam recipit, non ingens piaculum commiserit? & palam se Christo hostem declarauerit? Hoc igitur sufficit ad cohibendos contentiosos: ista igitur illis, qui tum hanc quaestionem mouerant, recitentur, vna cum iis quae compendio de haeresi hac ad monachos scripta sunt, ut inde edocti magis ac magis impietatem & malitiam Arianorum reprobent. Nemini autem harum literarum exemplar edas, aut tibi ipsi transcribas: nam hoc ipsum monachis quoque iniunxi. Sed pro tuo candore, si quid scriptis deest, addas, atque ita ea ad nos quamprimum remittas. Ex epistola mea ad fratres cognoscere poteris quid in scriptis meis sim passus, quapropter tutum non est scripta edi idiotae, praesertim de summis & praecipuis dogmatibus, ne, si quid per imbecillitatem & obscuritatem sermonis minus plene sit dictum, noxam id lectoribus adferat. Plerique enim non fidem aut intentionem scribentis respiciunt, sed aut per inuidiam, aut per contentione suam iam antea coceptam in animo opinionis, prout volunt, verba accipiunt, & scripta pro sua libidine mutant. Det Dominus omnibus & praecipue auditoribus, quibus ista recitas, ut teneant & veritatem, & sanam integramque in Dominum nostrum Iesum Christum, fidem, Amen.

Arii mortis.

Haeresim Arianam condemnauit de quomodo.

Coclesio.

SANCTVS PATER ATHA-

NASIVS, OMNIBVS VBIQVE SOLITARIAM VITAM

COLENTIBVS, ET FIDE FVNDATIS, SANCTI-

ficatique, in Christo Iesu, dicentibusque, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, dilectus & desideratus. fratribus in Domino.

S. P. D.



VESTRIS animis fretus, maxime quam id multis hortatibus à me postularis, paucis recensui & nostras & Ecclesie calamitates, simulque, quantum potui, confutavi sceleratam Arianorum hæresim, docuique

quam illa aliena esset à veritate. Sed tamen quæ mihi, dum hæc scriberem, in mentem venerint, ea vestræ pietati intimanda opinor, vt inde disceretis, quam vere hoc dictum sit à beato Apostolo, O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei: quæso autem mihi homini natura imbecilli veniam detis: quanto enim magis scribere volebam, & instantius rem vrgebam, vt diuinitatem verbi intelligerem, tanto longius eius rei cognitio à me subterfugiebat: & sentiebam me tantum à tergo relictum esse, quantum me promouisse & assecutum esse arbitrabar. Nam hoc ipsum, quod animo comprehendere videbar, scribere non potui: & quod scribebam, minus erat, quam concepta in animo Veritatis umbra, licet ea ipsa perquam pusilla esset.

Rem. 11.

Diuinitas verbi in-scrutabilis.

Eccle. 7.

Ibidem. Psal. 138.

Cōclusio.

Ad pietatis eruditionem sufficit impietatis refutatio.

Dixi igitur, vt in Ecclesiastico scriptum erat, sapiam, & sapientia elongata est à me magis quam erat, & o profunditatem profunditatis, quis inueniet illam? & illud in Psalmis, admirabilis habita est scientia tua à me, inualuit, & non potero ad eam: & vt Salomon dicit, Gloria Dei abscondit rationem. Sæpe igitur volui subsistere, & desinere à scribendo, credite mihi, tamen ne aut vobis difficilior viderer, aut illis qui id à vobis postularunt, & quibus periculum est, ne silentio meo pertinacius in impietate versentur, vim mihi ipse feci, vt pauca ista, quæ iam vestræ pietati mitto, conscriberem. Nam quamquam procul à nobis est, vt reuera est, veritatis comprehensio, ob carnis imbecillitatem, sed tamen, vt dixit Ecclesiastes, cognoscere poterimus impiorum amentiam, camque, vbi deprehenderimus, dicere licebit mortem amariorem esse: huius rei fiducia, quum certum haberem eatenus à nobis scientiam comparari posse, ista meditatus sum, non ignarus impietatis refutationem, fidelibus sufficere ad eruditionem pietatis. Nam tamen impossibile sit deprehendere quid sit Deus, tamen dicere possumus, quid non sit Deus. Scimus autem cum non vt hominem esse, nec fas esse, vt quicquam, quod creatum est, illi affingas: ita quoque de Filio Dei, etsi longius natura ab illo absistimus, quam vt eam assequamur, facile tamen est & in procliu reprobare, quæ ab hæreticis proferuntur, ac dicere non esse id Filium Dei, neque fas esse de diuinitate eius vel semel cogitare, quæ ipsi dicunt, necdum è labris proferre. Ego igitur, vt potui, scripsi, vos autem charissimi excipite ea, non tanquam illa, quæ plenam habeant interpretationem de diuinitate Ver-

bi, sed tanquam ea quæ refutent impietatem hostium Christi, & præbeant volentibus occasionem ad pietatem sanæ & rectæ in Christo fidei. Quod si aliquid omissum est: puto autem omnia ommissa esse, veniam dabitis pro æquitate vestra & pura conscientia, & sola audacia propositi mei pro defendenda pietate contenti eritis. Solam enim ad plenam damnationem reiectionemque hæresis Arianorum, iudicium Domini de morte Arii sufficere credendum est, quam iam antea per alios didicistis. Quæ enim Deus voluit, quis dissipabit? & quem ipse condemnauit, quis iustum pronunciat? Quis porro ex tanto signo non cognoscit, Deo odiosam esse hanc hæresim, etiam si homines propugnatores habeat? Quum igitur nostra illa legeritis, orate pro nobis, & inuicem ad id exhortamini, & statim ista ipsa ad nos remittite, nolumusque eius exemplar edite, aut vobis describite, sed contenti estote vt probi trapezitarum sola lectione, etiam si sapius legere cupiatis: nõ enim tutum est ad posteros peruenire nostra ista scripta, quæ vt balbutientes & indocti conficimus. Salutate vos inuicem in charitate, & quotquot vos aduent in pietate & fide. Si quis enim, vt dixit Apostolus, non amat Dominum, anathema sit. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum, Amen. Illi autem ea, in quorum finem his machinis vsi fuerant, non ita diu postea adimpleuerunt. Mox enim ab istis insidiis Arianos in communionem recepere sine omni cura respectuque tot iudiciorum, quibus illi damnati erant, iterumque imperiale mandatum causificati sunt, nec puduit eos in epistolis suis scribere, post Athanasium afflictum, odia desuisse, & iam inde se Arianos recipere, & ad terrorem audientium ita sibi ab imperatore mandatum esse, iactitant. Quin illud ausi sunt sine omni fronte adicere, Arianos recte sentire, nihil præ oculis habentes illud quod scriptum est, Væ qui dicitis amarum dulce, & qui statuitis tenebras esse lucem. Ad omnia enim pro hæresi parati sunt. Age num vel istinc manifeste ostenditur, nos non quidem Ecclesiastico iudicio, sed minis Imperatoris, ob nostram in Christum pietatem, & tum hæc passos esse. & nunc in præsentiarum persecutionibus agitari? Quum & aliis Episcopis ad eundem modum fictis criminibus insidiati sint, quorum aliqui in exilio obdormierunt, adepti iam gloriam confessionis in Christum, aliqui etiamnum extorres fortiter adhuc contra eorum hæresim obstitunt, dicuntque cum Paulo, Quis nos separabit à charitate Christi? quin etiam hinc eorum hæresim cognoscere, vel potius conuincere possis, quod quisquis ipsis charus est, & eiusdem impietatis socius, etiam si aliis delictis, infinitisque sceleribus obnoxius sit, etiam si aduersus se habeat argumenta scelerum

Christiani vere fideles quomodo persecuti.

Arianismum qui sunt episcopi creati ab hæreticis. Euseb. Principis tyrannis.

Immanis bellua hæresis quomodo.

Inimicitia ab hæreticis exercetur.

1. Tim. 3.

Eustatius in exilio pulsus, cur.

lerum suorum, & de monstraciones euidentissimas, probus tamen apud eos, & in precio habetur, quinimo statim Imperatoris amicus efficitur, commendabilis scilicet sua impietate: & qui nundinator, & pleraque quæstui habet, libertatem quiduis agendi à iudicibus impetrat. Qui autem eorum impietatem redarguit, & quæ Christi sunt, synceriter procurat, iste tamen purus in omnibus, tamen sibi nihil sit conscius, tamen nullum habeat accusatorem, modo ipsi crimen fingant, statim abripitur, & sententia Imperatoris euestigio in exilium mittitur, vt obnoxius criminibus, quæ isti voluerunt, quod in regem fuerint contumeliosi, quasi in nomen Dei: contra, qui hæresim illorum fouet, requiritur, & statim summittitur in exilium illorum Ecclesias: ac continuo confiscationes, contumeliæ, & quicquid graue est, in eos intentatur, qui hunc superuentitium Episcopum non recipiunt. Et quod iniquissimum est, quem populi cupiunt, & irreprehensibilem cognoscunt, hunc tollit & in exilium mittit princeps: eum vero quem non cupiunt, quem non norunt, hunc è longinquo cum militibus & diplomatibus suis ad populos mittit. Ac iam inde magna necessitas inducitur, odisse quem diligunt, suum inquam & in fide magistrum, & in pietate parentem eumque quem nolunt, diligere, eique suos liberos concredere, cuius vitam conuersationemque, & quis denique sit, ignorant, aut supplicium pati, nisi Imperatori pareant. Hæc & nunc & olim fecere contra orthodoxos impij isti homines, monumenta suæ malitiæ & impietatis omnifariam apud omnes exhibentes. Esto Athanasium culpauerint aliquid, quid alij Episcopi fecere: quam in illos causam habuere? aut quis ab illis Arsenius interfectus est? Quis apud illos Macarius presbyter? aut calix cōfractus? quis ibi Meletianus fabulam agit? Ergo ex facinoribus illorum aduersus istos, obiecta Athanasio falsa esse demonstrantur: rursusque quæ in Athanasium moliti sunt, satis coarguunt, quæ illis imputauere, calumnias esse. Immanis bellua, nempe hæresis ista terras inuasit, vt quæ non verbis, veluti dentibus suis homines innocentes lædat, sed & externam vim ad insidias faciendas comparauit, & quod prorsus iniquissimum est, nemo ex illis accusatur: aut si accusetur, iudicio subiicitur: aut si species iudicij prætextitur, & causæ cognitio simulatur, sententia quæ datur, cum innocentem pronunciat, & accusatores damnat, magisque accusator probans periculo, quam reus cōiuctus pudore tentatur. Omnes certe apud illos sordibus scænt, & eorum catacopi, hoc est, exploratores, quem minime sint Episcopi, longe maculosissimi sunt. Quod si quis apud eos Episcopus esse velit, non illi occiditur, Oportet Episcopum esse irreprehensibilem: sed hoc illi dicitur, Sentias contra Christum, nec de moribus tuis sis anxius: id enim tibi sufficit ad commendationem, & ad principis amicitiam: ita reuera agitur cum iis qui Ariance sentiunt. Contra veritatis amulatores, tamen sancti, tamen puri appareant (quemadmodum dixi) rei fiunt, quum illis liberit, quum eam, quam volunt, causam finxerint. Et hoc ex eorum calamitatibus perspicere licet. Fuit quidam Eustathius Episcopus Antiochiæ vir confessione clarus, religione pius, quem magno studio pro veritate stan-

tem, & Arianam hæresim odio prosequentem, auersantemque homines Arianicæ opinionis, ita apud Constantium ficta calumnia accusarunt, quasi in matrem principis contumeliosus fuisset: nec mora, in exilium eiicitur & cum eo ingens turba presbyterorum & diaconorum, ac iam deinde eos, quos ob impietatem ne in clerum quidem recipi oportuit, post exilium Episcopi, non solum in Ecclesiam introduxerunt, sed & plerisque ex iis Episcopos creauerunt, vt eos in sua impietate socios coniuratosque haberent, ex quorum numero est Leontius ille castratus, qui Antiochiæ nunc Episcopatum tenet, & ante eum eodem in loco Stephanus tenuit: Laodiceæ vero Georgius & Theodosius, qui Tripolim etiam habuit. Eudoxius porro Germanicæ, & Eustatius nunc in præsentia Sebastie pro Episcopo se gerit. Quid, an hic saltem gressum suum represserunt? minime gentium: Eutropius enim Adrianopoli Episcopus, vir bonus & in omnibus perfectus, quia subinde Eusebium coarguerat, & illa transeuntibus author erat, ne impiis Eusebij verbis fidem adhiberent, easdem cum Eustathio calamitates patitur, & à ciuitate sua & Ecclesia propellitur, è quod Augusta illi grauitur succenseat. Euphratium autem Calanis, Cymathius Palti, alter item Cymathius Taradi, Aiclepas Gazæ, Cyrus Bercæ, quæ est in Syria, Diodorus in Asia, Dommen in Siemio Ellanicus in Tripole Episcopi visi sunt tantummodo hæresim odisse, & id tanti fuit, vt hos sub specie alicuius causæ, illos prorsus sine vlla causificatione, diplomate Imperatoris exturbatos è ciuitate aliò transtulerint, suffectis in eorum locum, quos impios noverant. De Marcello autem Episcopo Galatiæ, superuacuum fuerit fortasse mentionem facere, quum nulli non constet, Eusebianos ab eo de hæresi repressos, hæreseos recriminationem pro talione illi vicissim impegisse, senemque hominem in exilium eiecisse. Ille autem Romam profectus sese innocentem docuit, & vt iussus ab illis fuerat, scripto suam fidem, quam Sardica Synodus amplexa est, edidit. Eusebiani contra neque causam dixerunt, neque de impietate scriptorum suorum conuicti, pudore repressi sunt, sed potius grauius in omnes læuierunt: & quia per fœminas ad Cæsarem commendationem habent, cunctis se terribiles præbuerunt. Episcopum autem Constantinopolitanum nemini arbitror ignotum esse: quanto enim clarior ciuitas, tanto minus factum celari poterit. Etiam huic quoque crimen obiectum est, idque falsum fuisse vel inde colligas, quod qui illum reum fecit Macedonius, nobis in ea accusatione præsentibus, cum reo suo, cuius presbyter erat, communionem cum reo suo, cuius presbyter erat, communionem fumpsit. Huc tamen vbi oculos suos adiecisset Eusebii, vt raperet episcopatum eius ciuitatis (eodè enim modo à Berito Nicomediam transfiliit) non defuit in hunc Paulum species calumniæ, neque illi ignari oblitique suarum insidiarum fuere, sed perseuerarunt in criminando, & primum quidem per illos in Pontum relegatus est, postea à Constantio ferro vincus in Singra Mesopotamiæ deportatus est, rursus inde in Emesam, atque ex Emesa in Cucufam Capadociæ circa deserta Tauri abreptus est, quo in loco vt ab illis renunciatum est, qui cum illo fuere, laqueo per Eusebianos strangulatus vitam finit, Eusebiani vero hoc scelere commisso gulatus.

Episcopi eiciunt hæretici vt suos in Episcopatu inducât.

Episcopi ab Ariano afflicti.

Marcellus Gallatiæ episcopus cur in exilium missus.

Hæretici per fœminas commendantur Imperatori.

Macedonius falsum crimine obicit Paulo Episcopo Cōstant.

Eusebij ambitio. Paulus Episcopus in varias terras deportatus, ab Eusebianis tãdem strangulatus.

fine omni pudore, vt vbique mendaces, hominis extincti aliam causam finxere, tanquam ex morbo perisset, quum longe aliud constet omnibus eius loci incolis. Siquidē Philagrius per id tempus eorum locorum vicarius, omniumque quae ipsi velent histrio, sed tamen super hoc scelere stupens ac mœrens, credo quod alius, ac non ipse potius eius necis author esset, plurimis rem prodidit, & inter reliquos mihi notos Serapioni Episcopo, Paulum ab Eusebianis in arctissimo & obicurissimo loco reclusum fuisse, relictumque ibi vt fame periret, deinde post sex dies, quum eō ingressi Eusebiani, hominem adhuc spirantem inuenissent, per vim Episcopum strangulasse, atque eo genere finis vitam clausisse, & diaconum dixisse, inferendae necis ministrum Philippum praefectum fuisse. Verum ad hoc scelus vindicta diuina conuiuendum sibi non putauit: Philippus enim nondum vertete anno, praefectura sua cum magna ignominia spoliatus est, ac iam inde priuatus iis quibus minime volebat, ludibrio fuit. Mœstus igitur mirum in modum, & quemadmodum Cain gemens & tremens, & quotidie percussorem expectans, longe à suis ac patria sua, veluti attonitus, quod minime volebat, morte extinctus est. Quid? quod ne mortuis quidem parcunt, quos viuos olim calumniis persequebantur, ac tantis terroribus agunt, vt viuos in exilia propellant, & mortuorum nihil misereantur. Nam etiam tunc soli praeter morem omnium mortalium extinctis infensi remanent, & in extinctorum amicos & consanguineos successionem suarum insidiarum transferunt, homines prorsus probitati infesti, & plūsq̄am hostes animo efferati, idque in gratiam haereseos. Nec enim veris sed fictis criminibus tum mihi tum ceteris omnibus insidiantur. Hoc quum viderent tres fratres Constantinus, Constantius, & Constans, post obitum patris sui iusserunt quemque in suam Ecclesiam & patriam reuerti, scribentes quidem de singulis ad singulas ipsorum Ecclesias: de Athanasio vero ad istum modum, quae & vim rei actae, & Eusebianorum parricidalem animum ostendit.

Paulus Episcopus quomodo eō a quo strangulatus.

Philippus Pauli episcopi strangulator quas penas luerit

Constantini filij tres

EXEMPLAR CONSTANTINI

CÆSARIS POPVLO CATHOLICA Ecclesia Alexandrinorum.

EGO autem id vestras sanctas mentes latere non arbitror, ideo Athanasio, &c. Epistola superius descripta est Athanasius. Scripta igitur principis istiusmodi fuere: Ecquis igitur eorum fraudulentiae & insidiarum grauior testis esse possit, quàm ille qui certus de negotio in hunc modum scripsit? Eusebiani igitur videntes haereseos suam succumbere, & Romam, & ad Imperatores Constantinum & Constantem contra Athanasium scribunt: sed quia ab Athanasio missi legati, mendacia eorum refutabant, ab Imperatoribus cum pudore reiecti sunt. Episcopus autem Romanus Iulius Synodum iussit fieri vbicunque vellemus, vt tuto & crimina obiicerent, & iniuriam sibi obiecta refutarent: id enim eorum legati, quum se vinci animaduertent, postularunt. Rebus igitur inceptis, quum male sibi vbique consilij de causa sua in Ecclesiastico confessu desperarent, Constantium cum lamentis, vt haereseos propugnato-

rem, aduent. Vides, inquit, omnes à nostra haereseos deficere; pauci & fidui sumus, incipe persequi, quoniam etiam ab istis paucis destituimur, & deserti relinquimur: quos enim vi ad communionem nostram per exilia Episcoporum adegimus, ij ab Episcopis in sedes suas reuertentibus, vt contra nos sentiant, persuadentur. Scribe igitur ad omnes, & mitte denuo Philagrius praefectum Aegypti: ille enim idoneus est his negociis gerendis, vt re ipsa & experimentis patuit, nec mirum quum sit apostata. Mitte item Georgium Episcopum Alexandriam, nam & iste poterit quoque stabilire nostram haereseos. Mittit igitur literas Constantius, & in omnes persecutionem mouit, emissariis ad eam rem vsus Philagrius, & quodam Aralcio Eunuchus. Missus quoque est Georgius militari manu. Eadem statim designata sunt quae prius. Coacta enim multitudine ex bubulcis, opilionibus, & forensi vulgo, vnà cum proteruis iuuenibus, cum gladiis & fustibus templum Quirini inuadunt, alios maculant, alios pedibus obtulerunt, plerisque concisos, partim in carcerem, partim in exilium coniciunt, multasque feminas miseris modis captatas, publice ad tribunalia crinibus trahunt, tractasque contumeliis indignissime afficiunt: aliorum bona fisco addicunt, aliorum alimeta interuertunt, nulla alia de causa, quàm vt eos ad partes Arianorum, & Georgium recipiendum, quem Imperator miserat, compellerent. Athanasius autē priusquam ista fierent, semel re cognita, Romam profectus est, non ignarus haeretici furoris. Iulius vero presbyteros suos Elpidium & Philoxenem cum literis ad Eusebianos misit, certum diem delinens, vt aut praesentes se sisterent, aut cognoscerent se omnibus modis suspectos haberi. Ceterum Eusebiani, vbi semel audissent Ecclesiasticum confessum fore, vbi nec Comes asuturus esset, neque satellites pro foribus excubarent, nec ex Caesaris praescriptis omnia fierent, quibus rationibus & non aliis Episcopos vicerant, imo qui sine hoc praesidio ne loqui quidem audent: ita inhorruerunt & metu contracti sunt, vt presbyteros detinerent ultra diem condictam, causificationem interim turpem fingentes, se ob bella Persarum venire non posse, sed in ea re nihil veri: metus enim conscientiae eos impediēbat. Quid enim negocij Episcopis cum bello? aut quid obstaculi illis à Persis oriebatur, quo minus Romam quamuis longinquam & transmarinam urbem proficiscerentur? Orientis igitur loca suasque prouincias obcuntes querebāt, si quis ipsis aduersaretur, vt eum per calumniam in exilium profligarent. Certe presbyteros suos dimiserunt cum absurdissima excusatione, hoc genere colloquij inter ipsos habito: Quandoquidem Ecclesiastico iudicio vincere non possumus, solita nostra vi agamus. Dant igitur literas ad Philagrius, authoresque sunt, vt ille quum primum cum Gregorio in Aegyptum abeat: ac statim iam inde Episcopi flagellabantur, & acerbis vinculis constringebantur, Sarapamonem confessorum in exilium mittunt, Potamonem quoque & ipsum confessorum qui oculum in persecutione perdiderat, ita conciderunt plagis in ceruicem, non antè desinentes, quàm vbi illum pro mortuo abiicerent, adeo vt vix post aliquas horas curationibus fomentisque spiritum recolleret, Deo quidē illi

Evangelium
novum
Corinthios
trinitas
tuo.
Philagrius
apostata.
Constantius
tuo
Eusebiani
tuo
Quirini
In templo
Quirini
Strangulatus
maius
Constantius
Romam
a Iulio
Papae
Constantius
Evangelium
novum
Corinthios
trinitas
tuo.
Philagrius
apostata.
Constantius
tuo
Eusebiani
tuo
Quirini
In templo
Quirini
Strangulatus
maius
Constantius
Romam
a Iulio
Papae
Constantius

illi concedente vitam, sed admodum breuem: paulo enim post ex dolore & plagis ex hac vita decessit, adeptus in Christo gloriam iterati martyrij. Alios vitam monasticam amulatores, sedenti pro tribunalibus Philagrius, vnà cum Blacio duce: heu mihi, quot ibi Episcopi virgis concisi sunt? Deinde miser Georgius post tanta scelera inuitabat omnes, vt secum communicarent. Atqui si communionē ab illis postulabas, indigne erant, qui verberarentur: quod si vt malos eos verberandos censuisti, cur illos vt sanctos inuitas? Verum nihil illi curae erat, quàm vt eorū iussa, à quibus missus erat, adimpleret, & haereseos stabiliret, eas ob causas stultus ille homicida, carnifex, & contumeliosus, fraudulentus, & in summa, Christi hostis factus est: Episcopi autem materteram ita persecutus est, vt ne extinctam quidem humari sineret, & quod voluit consecutus esset, & insepulta abiecta fuisset, nisi qui eam sustulissent, suum se cadauer efferre dixissent, tam impiis isthic moribus fuit. Nam quū & alij mendici erronei eleemosynam acciperent, iussit ea quae eleemosynis destinata essent, diripi: & vasa quibus oleum & vinum deferebatur, confringi, vt non solum in accipiendo se impiū praeretur, sed re ipsa dominum contumeliosè tractaret, auditurus iamiam ex Domino, quatenus vilipendisti istos, & me vilipendisti. Multa etiam alia fecit, quae dicendi facultatem transcendunt: & quibus auditor fidem negaret. Ceterū ista ideo patrauit, quia neque secundum Ecclesiastica instituta creatus erat, neque pro Apostolica traditione nomen Episcopi obtinebat. Sed ex Palatio cū militari manu & magna pompa missus fuit, non aliter quàm si secularis magistratus ei demadatus esset. Ideoque maiori studio magistratum amicitiam, quam Episcoporum aut monachorum sectabatur. Si quando igitur pater Antonius ad illum è montanis scribebat (quemadmodum pietas peccatori in abominatione est) eodem quoque modo sancti viri scripta, abominabatur. Quod si Imperator aut Dux exercitus, aut alius quispiam Iudex ad eum literas dedisset, ita laetus alacerque erat, quemadmodum ij de quibus in Prouerbijs nō sine quærimonijs dicitur, O qui relinquitis vias rectas, qui malis oblectamini, & gaudetis conuersatione malorum. Certe qui cū huiusmodi literas afferebat, pecunijs honorabatur, Antonij aliquando epistolam duci Blacio conspuendam abiiciendamque tradidit. Sed hoc diuina vindicta inultū non praetermisit. Siquidem nō diu postea Blacij femur proficiscentis ad primam mansionem equus cui insidebat, ceruicibus retortis ita momordit, atque è dorso excussus humi afflixit, vt intra triduum proximū periret. Ad istum modum illi cum omnibus agebant. Romae vero congregati Episcopi prope quinquaginta, Eusebianos vt suspectos timentesque se sistere, non receperunt, & quae ab ipsis scripta essent, p̄ vanis habuerunt: nos autē receperunt, nostramque communionem amplexi sunt. Interim quum ista fierent, simul & de Synodo Romana Constans Imperator simul, & quid Alexandria & per vniuersum orbem contra Catholicos gereretur, rescivit missa igitur sunt literae à Constante ad fratrem suum Constantium, ibique de ambobus sententia placuit, vt Synodus celebraretur, & de rebus actis cognitio fieret, ne ulterius iniuriose habitū iniurijs afficerentur, vel iniuriosi ulterius

Georgij haeretici ge-
stus impij.

Georgius
elemosinas diripi
iussit.

Georgius
creatus
episcopus
non dire-
ctus.

Antonius
pater ha-
remita.

Pro. 2.

Georgij
mors.

pergerent iniuriam facere. Conueniunt igitur ab Oriente & ex Occidente in urbem Sardicam numero plus minus centum Episcopi, Occidentales vnū duntaxat Hosium secum habuere, Orientales contra succincti paedagogis & aduocatis Mufaniano comite & Helychio Castrēsi, aduenerunt, eorumque fiducia nixi audacter sese praesentes obtulerunt, sperantes eorum viribus, iterum omnia confici posse. Horum enim opera se, quibus volebant, terribiles ostendebant, & insidias, quibus libitum erat, innectebant. Ceterum vbi iam re ipsa experiebatur Ecclesiasticū morem tātūmodo obseruari & ex singulis Ecclesijs ciuitatibusque accusatores ibi praesto esse, & documeta rerumque probationes aduersus se in prōptu esse, cōspicatisque ibidem Ariū & Asteriū venerabiles Episcopos vnā quidem secum ex Oriente profectos, sed diuerso itinere ingressos, nobisque inueniendo comites factos, eosdemque memorantes vafriem ipsorum, & quantopere res suas suspectas haberent, iudiciumque petuerēt, ne à nobis quidē sycophantiae, ab accusatoribus vero ab ipsis subornatis omnia per dolum fecisse cōuincerentur: Hæc inquam illi cōspicati, & si alacriter aduenerat, arbitrati nos metu cōterritos minime occurrerunt, tamē quum animaduertent nostrā fiduciam, intra Palatiū se recluserunt, quo in loco domiciliū habebant. Atque ibi ita inter se consularunt: Ad alia venimus, & alia conspiciamus, accessimus cum comitibus, & sine comitibus res agitur, prorsus futurū est vt cōdemnemur. Nostis qualia sint decreta ordinationesque, Athanasio in manu sunt monumenta omnium Mareotae actorum, quibus ille quidem purgatur, nos autē confundimur. Quid igitur haesitamus? quid moramur? singamus aliquam causificationem, & discedamus, ne si manserimus, cōdemnemur. Melius est de fuga erubescere, quàm cōuictos de sycophantia cōdemnari. Si fugerimus, poterimus aliquo modo haereseos propugnare. Quod si nos fugientes cōdemnauerint, habemus Cæsarem propugnatorem, qui non permissurus est vt à populis de Ecclesijs eiiciamur. Ad istum modum ipsi inter se disceptabant: Hosius autem, ceterique Episcopi crebro illis Athanasij fiduciam renūciabant, & quàm promptus ad causam dicendam esset, & quantopere iactaret se eos sycophantiae conuicturum, & inter cetera dicebat, Si timetis iudicium, cur huc venistis? oportebat aut huc non venire, aut huc profectos iudicium non subterfugere. Illi quum hæc audirent, & magis magisque percellerentur, absurdiore quàm Antiochia causificatione vsi sunt, & sub eo praetextu quasi Imperator ipsis triumphalia de Persis per literas scripisset, fugam adornarunt, & sine omni pudore hanc cauillationem pro excusatione per Eustathium presbyterum Sardicensis Ecclesiae renūciarunt. Verum ne ita quidem ipsis fuga ex sententia successit, statim enim Synodus, cuius patronus erat Hosius, illis diserte scripsit, vt aut occurrerent responsuri, & de suis in alios, aliorumque criminibus in ipsos, aut certo scirent se pro reis à Synodo cōdemnandos, & Athanasium cum suis, vt puros ab omni crimine liberandos. Illi autem maiori metu conscientiae angebantur, quàm vt istiusmodi literis obtemperarent. Nam cum viderent eos, quos iniuria affecerant, ne ad respondendum quidem ausi se reflectere, summa intentione fugam rapie-

In Sardicensi concilio quid actum.

Eusebiani
sua frat
de dilapsi.

Eusebiano
rum confu-
lium.

Fuga pa-
rant Euse-
biani.

Arianorum fuga quales.

Athanasij Innocentis probata.

Hæretici episcopi depositi.

Georgius Indignus Christiani nominis.

Episcopi in exilium missi.

Ferro vim est.

Olympi Theodoli.

Constantij edictum in Christianis quale.

bant. Talis igitur & tam fœda illorum fuga fuit. Synodus autem ex pluribus quam trigintaquinque provinciis coacta, cognita Arianorum malitia, permiserunt Athanasio cum suis ut causam diceret tum de calamitatibus suis, tum de calumniis quas passus esset, auditurisque eius rationibus, hominem innocentem, quemadmodum superius dixi, pronunciarunt, eumque magna admiratione prosecuti sunt, aded ut eius communionem amplecterentur, & literas passim missitarent tum ad cuiusque diœcesim, tum potissimum in Ægyptum, Alexandriam, & Lybyam, quibus significabant Athanasium cum suis pueros & extra omnem culpam esse, eorumque accusatores sycophantas & facinorosos, & quiduis potius quam Christianos appellari debere. Eos igitur cum pace dimiserunt, Stephanum autem & Miophantum, Acacium, & Georgium qui Laodiceæ pro Episcopo fuit, Ursacium item & Valentem, & Theodorum & Narcissum deposuerunt. Georgij autem nomen Alexandriam missi ita in damnando recitarunt, ut nec unquam eum Episcopum, nec dignum, qui Christianus appellaretur, censerent: resciderunt enim omnes illius in ordinibus dandis constitutiones, interdicentes ne quisquam ab eo ordinatus in Ecclesia vel nomen sui ordinis obtineret, idque in odium inauditorum scelerum Georgij. Et ita quidem Athanasius cum suis dimissus est in pace: literæ autem quæ in hac pace scriptæ fuerunt, propter longitudinem omisimus. Synodus porro ad istum modum soluta est. Qui autem exactorati erant, quum æquum esset, ut vel sic quiescerent, unaque cum ijs qui tam fœda fuga recesserant, ea in abeundo delinquantur ut priora eorum facinora prominimè æstimes. Quum enim eorum communionem ut fugientium a Synodo & noxiorum, Adrianopolitanum auerfarentur, rem detulerunt ad Imperatorem Constantium, effecereque ut illi è loco fabricæ cognomine, more laicorum capitibus truncarentur administro in istis rebus Philagrio, præsentem quoque & ibi comite. Huius rei monumenta ante urbem consistunt, quæ nos inter prætereundum vidimus, idque ideo fecere, quod eo modo fugam suam se, ne sycophatæ haberentur, corrigere posse existimarent. Imperatore vero prompto ad omnia quæ ipsi vellent, effecere, ut ab Alexandria in Armeniam duo presbyteri & tres diaconi relegarentur. Arium porro & Asterium, alterum in petra Palæstina, alterum in petra Arabia Episcopum, qui ab ipsis descuerant, non solum in superiorem Africam relegarunt, sed ut contumelias paterentur, operam dedere. Lucij porro Adrianopoleos Episcopi manus ceruicemque, plurima aduersus ipsos audacia vrentis & impietatem redarguentis, iterum uti prius ferro vinxerunt, vincitumque in exilium deportarunt, ibique, quod ipsos minime latet, extinctus est. Diodorum quoque Episcopum suis sedibus expulerunt, Olympium item ex Aenis & Theodolum ex traianopoli, ambos Episcopos Thraciæ bonos & orthodoxos viros, infensos hæresi, calumniis impetierunt: semel quidem quum ad Eusebianorum calumnias Constantius Imperator edictum misit, iterum autem quum istius rei memoria ab Eusebianis refricata est. Habebat autem edictum, ut non solum ciuitatibus & Ecclesijs eijcerentur, sed & capitali pœna, vbiçumque in-

uenti essent, plecterentur. Mirum quidem facinus sed non alienum ab ipsorum moribus. Siquidem non aliter quam Eusebij discipulos, Eusebianique animi successores decuit, sese gessere, adeo ut æque terribiles sese in Thracia exhiberent, ac patres ipsorum Alexandriæ sese exhibuerant. Curauere igitur edicta fieri, quibus portus & introitus ciuitatum obseruari iuberentur, ne quibus a Synodo concessum erat, reditus in Ecclesias suas pateret: simulque diplomata ad iudices Alexandrinos nominatim de Athanasio & presbyteris certis impetrarunt, ut siue Athanasius siue quispiam suorum vrbes aut fines illos ingredi deprehenderetur, capite id lueret. Ad eum modum Iudaica ista hæresis, non solum Christum inficiari, sed etiam cedes facere cõdidicit. Verum ne hoc quidem satis fuit, ut quietem vellent: nam ut ipsorum hæreseos pater, ut leo circuit, quærens quem deuoret, ita isti publici cursus facultatem nacti, ac proinde circumcurritates, in quoscumque incidunt, qui vel fugam eorum carpant vel hæresim auersentur, eos indignis modis nunc flagris concidunt, nunc vinculis constringunt, nunc è natali solo exterminant. Tantus certè terror eorum hominum fuit, ut multos coegerint ad hæresis simulationem, multosque eo metu affecere, ut maluerint in heremum defugere, quam vel semel in illos incidere. Hæc sunt post fugam eorum audaciæ & insaniam facinora. Quin & nouum quiddam mirumque designant, quod, ut probe eorum hæresim decet, ita nunquam prius auditum est: & tale, quod fortasse ne apud gentiles quidem proteruiores, nedum apud Christianos futurum putes. Missis enim à sancto concilio in legationem Episcopis, Vincentio Capuæ, que metropolis est Campaniæ: & Euphrate Agrippinæ, quæ est metropolis superioris Galliæ, ut pro Synodi decretis Imperator Constantius Episcopos, quos ipse eiecerat, in suas sedes reuerti pateretur: & in eam sententiã à Constante pientissimo ad fratrem suum literis datis quibus Episcopos illi commendabat, viri isti mirifici & ad quoduis facinus prompti, quum legatos istos Antiochiæ vidissent, in commune quiddam concilium incunt, sed ita tamen ut Stephanus fabulam initi concilij peragendam susciperet, ut pote ad istiusmodi res longe aptissimus. Suscepto negotio, conducit ille publicam meretricem, in ipsis feriis sanctissimi Paschatis, eamque nudam per tenebras immittunt in ædes Eufrate Episcopi. Meretrix autem quia principio credebat iuuenem esse, à quo accerferetur, prompte sequebatur. Postquam autem ita destituta ab illis, hominem dormientem, ignarum omnium intueretur, diligentiusque considerans, senis vultum & Episcopi speciem animaduertit, statim clamorẽ edit ac vim quiritatur: illi contra, eam orare ut taceret, & falsum crimen Episcopo concinnaret: die igitur illucfescete, vulgatur facinus, & vniuersa ciuitas cõcurrit, & qui in Pallatio erant, rei admiratione cõmouebantur: neque eam silètio tradi volebãt, itur in iudicium, leno prodit eos qui meretricem accerferat, illiq; deinde authore istius rei, Stephanum esse ostendunt: erant enim eius clerici qui cum lenone conuenerat. Stephanus igitur Episcopali dignitate exuitur, & in eius locum sufficitur Leontius ille castratus, non in aliud quam ut nõ deesset hæreseos propugnator. Imperator verò Constantius paulisper compunctus

Constantij respicienda.

Constantij litteræ ad Athanasium.

Eusebianæ licitiæ & impia scelerum in Christianis.

Athanasium Alexandrinum à Constantio cõsuetudine restitutum.

Stephanus Eusebianus in pudentia luminator.

Stephanus Eusebianus in pudentia luminator.

Stephanus Eusebianus in pudentia luminator.

Constantij respicienda.

Athanasium honore ab Imperatore reuocatum.

Athanasium Alexandrinum à Constantio cõsuetudine restitutum.

compunctus ad se rediit, coniecturæque ex iis, quæ aduersus Euphratem designauerant, facta, cõsimiles esse eorum in alios calumnias arbitratus, relegatos ex Alexandria in Armeniam presbyteros & diaconos euestigio redire iubet, & diserte Alexandriam scribit, ne vterius Athanasij aut clericos aut laicos persequerentur. Deinde post menses decem defuncto Georgio, accersit & Athanasium cum omni honore, non semel aut iterum sed tertio ad illum amicissimas literas scribens, quibus illum animabat & ad veniendum hortabatur, misitque ad illum presbiterum & diaconum, ut maiori cum fiducia ad se rediret. Putabat enim me ob superiora pericula ad redditum negligentiorẽ esse. Scribitque item fratri suo Constanti, ut ipse quoque me ad reditum cohortaretur. Affirmabat enim totum se annum Athanasium expectasse, nec permisisse unquam quicquam noui fieri, aut quempiam in eius locum Episcopum creati, ut seruaret Athanasio suas Ecclesias, ita scribente eo, & plurium cohortatione ad eam rem vtente (nam & comites suos Polemium, Datianum, Bardionem, Thalassum, Taurum, Florentium, quibus etiam magis fidendum erat) in eandem sententiam scribere iussit. Venit igitur tandem Athanasius, venientemque sincero serenoque vultu intuetur, ei que liberum facit, ut in patriam & ad suas Ecclesias rediret, literis ad eius loci iudices datis (quia priori edicto aditus seruari iussum erat) ut nunc eum inoffense transire permitterent: Episcopo autem suas calamitates calumniarumque deplorante, & admonete ne denuo se absente calumniarẽ reciperentur: ut iam nunc accusatores euocaret: siquidem se non intercedere, quo minus illi sese apud Cæsarem sistant, ut eos ita conuincere posset. Hæc quidem Cæsar facere noluit, sed tamen omnia quæ contra ipsum per calumniam scripta essent, tolli, & aboleri iussit, iurans se in posterum nullas calumnias admissurum, suumque in hac re propositum firmum & inconcussum fore. Neque id simpliciter dixit, sed & iureiurando Deo in testimonium vocato, obsignauit. Quum igitur Athanasium multis aliis cohortationibus incitasset, & bonæ fiduciæ esse iussisset, istiusmodi literas ad Episcopos & iudices dedit.

VICTOR CONSTANTIVS
MAXIMVS AVGVSTVS, CLERICIS CATHOLICÆ ECCLESIAE.

Nõ est destitutus à Dei gratia Venerabilissim⁹, &c. Epistola tota superius descripta est.

ALTERA EPISTOLA AD POPVLVM ALEXANDRINVM.

Adspicientes vestram in omnibus æquitatem, &c. Et hæc quoque superius descripta est.

TERTIA EPISTOLA CONSTANTII.

VICTOR CONSTANTIVS AVGVSTVS, NESTORIO PRAEFECTO.

CERTVM est ex meo decreto, diplomata contra existimationem venerabilissimi Episcopi Athanasij superesse, eaque reperiri posse in

provinciis tuæ sanctitatis: volumus igitur ut tua spectata sobrietate, omnes eas epistolas sub hoc nomine per tuam provinciam editas, pro nostra iussione in nostrum comitatum transmittat. Quæ autem post obitum beati Constantij scripsit, sunt eiusmodi, de Latina in Græcam linguam translata.

VICTOR CONSTANTIVS AVGVSTVS, ATHANASIO.

VOTVM meum fuisse, ut omnia ex sententia fratri meo Constanti procederent, neque vel tuam conscientiam lateret: In quanto autem errore fuerim, quum didicissem eum à quibusdã impijs sublatum esse, facile iterum tua prudẽtia diuinauerit. Cæterum quia nonnulli sunt in hoc luctuoso tempore, qui te terrere satagunt, ideo has literas tuæ firmitudini porrigendas censuimus, quibus tibi author sum, ut quemadmodum Episcopum decet, ea quæ ad sacram religionem pertinent, populos doceas, tuisque consuetis precibus vaces, neque vanis rumigeratoribus credas, quicunque etiam fuerint. Id nostro animo fixum est, ut secundum nostram voluntatem perpetuo in tua sede Episcopus maneat, Diuina prouidentia te plurimis annis conseruet parens charissime.

HÆC CONSTANTIVS.

Rebus igitur ad istum modum actis & constitutis, Athanasium cum suis iter carpentem amici quiddam amicum intuentes gratulari, alij vero ad conspectum eius pudescere, alij quibus nulla erat fiducia, sese abdere, alij pœnitentiam de iis quæ contra Episcopum scripserant, agere. Certe omnes Palæstinae Episcopi, exceptis duobus aut ad summum tribus, ijsque suspectis, ita Athanasium exceperunt & communionem eius amplexi sunt, ut & scriptis & verbis pro satisfactione protestarentur, omnia quæ prius scripserant, ea se non voluntate sed vi coactos fecisse. Nam de Ægyptiis & Libycis Episcopis earumque provinciarum & Alexandriæ populis superuacuum est verba facere, quum & omnes occurrerint, & ineffabili gaudio imbuti fuerint, non solummodo quod suos præter spem incolumes reciperent, sed quia ab hæreticis veluti à tyrannis & rabiosis canibus in libertatem assererentur. Magna igitur lætitia populorum fuit, in sacris synaxibus mutuo se ad virtutem cohortantiũ. Quot putas inuptæ quidem, sed tamen hactenus ad nuptias promptæ, virgines in Christo remanserunt, quot item iuuenes aliorum exempla intuentes monasticam vitam amplexi sunt? Quot parentes liberos, liberi inuicem parentes suos obtestati, ne se à studio pietatis in Christum reuocarẽt, quot mulieres viris persuaserunt, quot item à viris persuasæ sunt, ut orationibus vacarent, quemadmodum dixit Apostolus: quot viduæ, quot orphani antea famelici & nudi ingenti populorum ad elemosynam alacritate, postmodum neque esurierunt, & vestiti prodierunt? In summa tãta æmulatio fuit ad virtutem, ut singulas familias, singulas domos Ecclesiam esse, ob probitatẽ incolentium & preces ad Deum existimares. Eratq; in Ecclesia profunda & admirabilis pax, inuicem vndeçunque Athanasio Episcopo scribetibus, iisdemque ab Athanasio

Athanasium restitutum quomodo ex cepimus.

Ad fidem & pietate conuersi multi ab Athanasio.

Ad virtutem amulatio.

Vrsacius & Valens pœnitentes.

conſuetas pacis & tranquillitatis literas accipien-
tibus. Quin Vrsacius & Valens quali à ſua ipſorum
conſcientia flagellati, pœnitentiam profeſſi ſunt,
literaliſq; & amicas & pacatas ad Episcopum quas
nullas ab eo acceperant, miſere. Romamq; abeun-
tes pœnitentiam egere, conſtitentes omnia quæ vel
dixiſſent, vel feciſſent contra Athanaſium, falſa eſ-
ſe, & nihil aliud quàm calumniam: neque id ſim-
pliciter egere, ſed ita vt anathemate execrarentur
Arianam hæreſim, & pœnitentiam ſuam ſcripto
promulgarent. Quæ Latine ad Iulium Romanum
Episcopum ſcripta, in Græco ſermone hanc ſen-
tentiam complectitur.

**DOMINO MEO BEATIS-
SIMO PAPÆ IULIO, VRSA-
CIVS ET VALENS.**

Quandoquidem conſtet nos ſuperioribus tem-
poribus multa & graua, &c. ſcripta eſt ſuperius.

**IIDEM DOMINO SVO
FRATRI EPISCOPO
ATHANASIO.**

Occaſio nobis data eſt per fratrem & compref-
byterū, &c. ſed & ea ſuperius quoq; deſcripta eſt.

HAS literas quum dediſſent, vltro ſubſcripſe-
runt epistolis pacificis, quas Athanaſij preſby-
teri, Petrus & Irenæus, & Ammonius laicus
ad id circumeuntes colligebant, quum tamē Atha-
naſius nihil tale ab Vrsacio & Valente poſtulaſſet.
Quis igitur iſta, & tantam Eccleſiæ pacem non ad-
miratus eſt? quis non gauſus de tanta & tot Epi-
ſcoporum inter ſe concordia? quis Deum non glo-
rificauit conſpecta in ſynaxibus tanta populi læti-
tia? Quot igitur inimici ſimulatem depoſuerunt,
quot prius calumniati calumnias ſuas damnaue-
runt, quot prius odio infeſti, Athanaſium poſtea
dilexerunt, quot palinodiam ſuorum in eum ſcri-
ptorum cecinerunt? Multi qui vi non voluntate ap-
ud Arianos agebant, noctu ad Athanaſiū venien-
tes ſeſe ei purgabant, hæreſimq; ſimul anathema-
te execrabantur, & veniam de inſidiis & calumniis
ſuis poſtulabant, corporibus quidem ſe apud illos
apparere, animo tamen cum Athanaſio ſynaxim
facere, & ſemper cum eo eſſe, poſtulantes hac in re
ſibi fidem haberi. Hæc quum audirent, & conſpi-
cerent ſententiæ Eufebianæ, hæreſeosq; ſucceſſo-
res, inter quos Leontius ille caſtratus, quem ne ſub
laici quidem ſpecie ad communionem admitti o-
portuit, eò quòd ſeipſum abſcidit, vt libere cū Eu-
ſtolio dormiret, reuera quidem muliere, ſed quam
ille virginem prædicaret, Georgius item & Aca-
cius, Theodorus, Narciffus, qui in Synodo depoſiti
exauctoratiq; erant, magno pudore ſuffundeban-
tur. Deinde cum viderent tantum cum Athanaſio
animorum conſenſum, & pacem agitari: erāt enim
plures in hoc numero quàm quadringenti tum è
magna Roma atque vniuerſa Italia, Calabria, Apu-
lia, Campania, Brutia, Sicilia, Sardinia, Corſica, tū
ex vniuerſa Africa, Gallias, Britannia, Hispaniis,
vnā cum magno illo confefſore Hoſio è Panno-
niis, item & Norico, Siſcia, Dalmatia, Sardinia,
Dacia, Miſia, Macedonia, Theſſalia, & vniuerſa
Achaia, Creta item & Lycia, plurimiq; item ex

In ſynaxibus populi lætitia.

Arianorum hæreſis execratur à pœnitentibus.

Leontium caſtrator ſui ipſius, cur.

Eccleſia conuulſa & conſenſus.

A Palæſtina, Iſauria, Ægypto, Thebaide, & vniuerſa
Libya & Pentapole. Hæc inquam quum viderent,
metu inuidiaque anxij fuere, & quòd tot Epiſco-
pi cum Athanaſio communionem fouerent: &
quòd formidarent, ne quos ipſi deceperant, à ſe de-
ficerent, & huic vnanimiſſimè communionique ſeſe
adiungerent, neque quod futurum videbatur, de eor-
um hæreſi iam vbique famoſa triumphus agere-
tur & trophæa excitarentur. Primum igitur Vrsacio
& Valenti perſuadent, vt mutato propoſito
quasi canes ad proprium vomitum reuertantur, &
vt ſues in priſtino impietatis luto denuo ſe voluāt,
cauſificantes pœnitentiam quam ſimularant, ex
metu Conſtantis religioſiſſimi Imperatoris extor-
tam eſſe. Atqui non decebat eos, ſi de factis ſuis bene
ſperabant, ſociorum ſuorum partus prodere.
Iam quum metus nullus fuerit, & merum menda-
cium ſit, quod dicunt, qui quaſo non omni pro-
bro digni habeantur? quippe quum nullus ibi ne-
que ſatelles, neque Palatini, neque Notarij adſue-
rint, qui ab illis adhiberi ſolent? Imo ne ipſe qui-
dem Imperator ibi præſens fuerit, & quòd maius
eſt, ipſi à nemine accerſiti conſeſſionem ſuam ſcri-
pto prodiderint, Romamq; vltro profeſſi ſint,
& in Eccleſia, vbi nullius niſi Dei metus, & vbi li-
beram quiſque ſententiam proferebat, ſponte pœ-
nitentiam ſuam profeſſi ſint & ſcripto ediderint.
Nihilominus tamen iterum Ariani facti nihil in-
tam futili cauſificatione fingenda communi-
candaque erubuerunt. Nec ita diu poſtea inito conſi-
lio, Imperatorem Conſtantium iſtiusmodi verbis
exacerbauerunt: Etiam tum quum primum depre-
caremur, fides nobis habita non fuit: denunciavi-
mus enim iam, tunc cum reuocares Athanaſium,
quod illa ipſa reuocatione noſtram hæreſim tolle-
res, cui ille ab initio ſe aduerſarium præbuit, neque
vnquam eam deſinet anathemate perſequi, quin
iam quicquid terrarū eſt, ſcriptis ſuis, quibus nos
impetit, adimpleuit: & fere omnes cum eo com-
munionem ſociantur: ex iis autem qui noſtræ factio-
nis eſſe videbantur, alij ſeſe illi adiunxerunt, alij id
ipſum iamiam facturi exiſtimantur: nos interim
deſerti deſtitutiq; relinquimur, neque leue peri-
culum eſt, ne hæreſis noſtra palam innotefcat, ac
deinde tu nobiſcum hæreticus iudicaris, quod ſi
fit, vide ne cum Manicheis in eandem claſſem com-
putemur. Age igitur, incipe eos perſequi, & ſuſcipe
patrocinium tuæ ſectæ: Siquidem illa te ſuum Im-
peratorem agnoſcit. Hæc erant illoſum ſclerum
verba. Ille igitur cum in expeditionem iret contra
Maxentium, videretque Episcoporum cum Atha-
naſio communionem, quali ignis ſuccenſus ſenten-
tiam ſuam mutat, nihil iam iuriſiurandi memor, &
ſuarum literarū oblitus, gratitudinis officium erga
fratrē nō retinuit. Nam cum illi ſcriberet, & Atha-
naſium vidiffet, iuramentum cōceperat, ſe nunquā
aliter facturū, quàm vt populus veller, & Episcopo
gratū eſſet. Sed ſtudio impietatis omnium ſimul
illi obliuionem induxit. Neq; admirationis eſſe de-
bet, ſi poſt tot epistolas, tot iuramenta Conſtantius
immutatus ſit: ſiquidem & tyrannus Ægypti Pha-
rao ſubiinde promittens atq; inde relaxationē ma-
li adeptus, tam diu ſeſe mutauit, donec proſus tan-
dem cum ſuis gregalibus periret. Hos igitur ſingu-
lis in vrbibus ad ſententiæ mutationē cogebat. Cæ-
terū quum eſſet Arelate & Mediolani, omnia pro
hæreti-

Vnanimiſſimè cordis in vniuerſis.

Vrsacius & Valens ad vniuerſam religionem pœnitentiam Eufebianam reſeruiſſent.

Conſtantius inſequeſtanti.

Exemplum incoſtantiæ Pharaonis.

Athanaſius bonis eccleſiæ priuatis ab Arianis. Minæ iudicib; denunciante.

Palatini.

Terrores et tumultus in Chriſtianos.

Mulctæ pecuniariæ denunciante.

*Coſtantiſſimus multos cō-
git episco-
pos ad ec-
cleſiæ com-
munionē
denegā-
dam.
Exilia.*

Ariana hæreſis propugnator conſtantius. Exemplum.

hæreticorum adhortatu ſuggeſtionēque faciebat,
vel potius illi ipſi agebant, inſultabantq; in omnes
Caſaris poteſtate ſuccincti. Statim igitur mandata
literæque ad præfectum, vt frumentum quod ha-
tenuſ Athanaſio cum ſuis cedebat, illi adimeretur,
dareturq; illis qui Arianica ſaperent, & vt libe-
rum eſſet contumeliam inferre in Athanaſij com-
municatores. Minæ item denunciante iudicibus, niſi
cum hæreticis communionem celebraret. Erat au-
tem iſta præludia eorum quæ poſtea per Syriam
ducem commiſſa ſunt: rurſus ad alias partes edicta
miſſa, Notarijque præſto in ſingulis vrbibus, & Pa-
latini minas ſecum ad Episcopos & iudices defe-
rentes, vt iſti quidem de cauſa iudicarent: illi vero
contra Athanaſium ſcriberent, vt aut communio-
nem cum Arianis haberent, aut pœnam exilij ſuſti-
nerent, populiq; qui ad communionem cum illis
coirent, vincula, contumelias, bonorūq; ſuorum
direptionem expectarent. neque negocium negli-
genter curatū eſt, habebant ſecum in comitatu Vr-
ſacij & Valentis clericos, qui eos incitarent, & ne-
gligentiores iudices ad Caſarem deferret, aliâque
hæreſes minores vt ſorores ſuas permittebant blaſ-
phemias in Dominum proferre, & Chriſtianiſtan-
tummodo ſuis inſidiis imminere, non ſuſtinentes
illos pios ſermones de Chriſto. Quot igitur Epi-
ſcopi, prout in ſacris literis eſt, ad præſides & reges
abducti ſunt, & iudicibus hanc ſententiam au-
diuerunt, Aut ſubſcribite, aut ab Eccleſiis recedi-
te: Detrahi enim vos ab Eccleſiis Imperator iuſſit:
quot in ſingulis vrbibus palabundi ſeſe ſparſerunt,
ne vt Episcoporum amici accuſarentur? Nam & ma-
giſtratribus ſcriptum eſt, & multa pecuniarum de-
nunciata, niſi quiſque ſuæ ciuitatis Episcopum ſub-
ſcribere cōgiſſet. In ſumma, omnia loca, omnes
ciuitates implebantur terroribus & tumultibus,
quum & Episcopi traherentur, & iudices viderent
luctus & ſuſpiria populorum. Hæc quidem à Pala-
tinis in legationem miſſis agebantur. Illi vero freti
tanta potentia ſua, nihil non moliebantur, & nunc
hos Episcopos ad Imperatorem citabāt, nunc illos
literis circumueniebant, comminiſcentes aduerſus
eos has & illas cauſas, vt illi præſentem Imperato-
rem exhorreſcerent: iſti vero legatos & minas fal-
ſarum criminationum formidantes de recta & pia
ſententia decederēt: eo enim modo Imperator tan-
tum numerum Episcoporum cōgit, quum par-
tim minis terrent, partim promiſſis allicerent, vt
ſe faterentur non amplius communionem cum Atha-
naſio habere. Quotquot enim ad Imperatorem
profeſſi ſunt, non prius ad eius cōſpectum admiſſi
fuere, ne tantillo quidem laxamento indulto vt vel
ex domicilio ipſis procedere liceret, priuſquā ſub-
ſcriberent: aut ſi recuſarent, in exilium mitteren-
tur. Idque ideo faciebat, quòd animaduertebat ab
omnibus hæreſim odio haberi. Quæ res in cauſa
fuit cur tam multos repelleret, vt ſe hæreticorum
paucitati adiungeret, magnopere id ſtudens vt mul-
torum nomina corrogaret, tum ad inuidiam Epi-
ſcoporum, tum vt ſpeciem aliquam, dignitatēque
imaginem Arianae hæreſi cōciliaret, cuius ipſe pro-
pugnator erat, exiſtimans, quòd quemadmodum
hominum ſententias, ita quoque veritatem immu-
tare poſſet, inſcius ignarūque Saducæos & Hæro-
dianos nō ideo validiores factos eſſe ad veritatem
opprimendam, quia ſibi Phariſæos aſſociauerant.

A Ea enim eo modo magis ac magis enituit. Ita quo-
que iſti vociferates, Non habemus regem niſi Cæ-
ſarem, & extorquentes Pilato iudicij ſententiam,
nihil tamen minus ob id deſolati omnem confu-
ſionem probrūque ſuſtinent, nudandi aliquando
& deplumandi vt ille perdix, quum viderint ſuum
propugnatorum morte ſublato. Quod ſi inhon-
ſtum eſt aliquot Episcopos metu coactos ſenten-
tiam immuſſe, quanto grauius fœdiuſq; illorum
facinus, qui, quòd hominum eſt minime ſuæ cauſæ
confidentium, inuitos ad mutationem ſententiæ
cōegerunt. Ita quoque diabolus, quia nihil veri ha-
bet, in ſecuri & aſcia inuadens cōcutit fores eorum,
à quibus recipitur. Saluator contra manſuetus eſt,
B Si quis (inquit) velit me ſequi, & eſſe diſcipulus
meus, docetq; ſe quum ad quempiam venit, non vi
inſtare, ſed potius pulſare ac dicere, Aperi mihi ſor-
ror mea ſponſa: quòd ſi aperiant, iatrat: ſin grauen-
tur aut nolint aperire, abſcedit. Non enim gladiis,
aut iaculis, aut militari manu veritas prædicatur,
ſed ſuadendo & conſulendo. Quæ autē ibi ſuaden-
di libertas, aut conſulendi ratio, vbi qui contradi-
cit, pro mercede aut exilium aut mortem repor-
tat? Dauid autem quāquam rex, quum hoſtem ſub
ſua manu haberet, milites ſuos qui hoſti necem in-
ferre volebant, non pro poteſtate ſua prohibuit,
ſed, vt ait Scriptura, rationibus perſuaſit, neque
conceſſit eos inſurgere ad cædem Saulis. Iſte vero
nulla ratione inſtructus, vi & potentia omnes cogit:
adeo vt ſtatim nulli non appareat ipſorum ſen-
tentiam, non ſecundum Deum, ſed humanam eſſe:
& Arianos reuera nullum habere regem, niſi Cæ-
ſarem: per eum enim omnia quæ volunt, perpet-
rant iſti Chriſti perduelles. Sed quum ſe arbitran-
tur plurimis inſidiari, non animaduertunt ſe plu-
res facere confefſores, ex quorum numero clariffi-
ma ſunt conſeſſionis viri religioſi, & Episcopi bo-
ni Paulinus Episcopus Treuirorū, quæ Galliarum
metropolis eſt, Lucifer metropolitanus Episcopus
Sardinia, Eufebius Varcellis ciuitate Italiae, Dio-
nyſius Mediolani, quòd & ipſum eſt metropolis
Italiae. His enim ad ſe vocatis, iuſſit Imperator vt
contra Athanaſium ſubſcriberent, & cum hæreti-
cis communionem inirent: quibus admirantibus
nouum eius ſtudium, dicentib; ſq; id non eſſe Ec-
cleſiaſtici canonis, ſtatim ſubiecit: At quòd ego vo-
lo, pro canone ſit: ita enim me loquentē Syriæ Epi-
ſcopi ſuſtinent: aut igitur obtēperate, aut vos quo-
que exules eſtote. Id quum audiſſent Episcopi, ma-
gnopere admirantes, & ad Deum manus tenden-
tes, multa cum libertate illi ſuas rationes propoſue-
runt, docētes regnum non ipſius eſſe, ſed Dei, à quo
acceperat: cumque metuendum, ne illud quòd de-
derat, derepente adimeret. Denunciabant illi diem
iudicij, ſuadebantq; ne Eccleſiaſtica corrumperet,
neue Romanum Imperium Eccleſiaſticiſtici conſti-
tutionibus immiſceret, neue Arianam hæreſim in-
troduceret in Eccleſiam Dei. Verū nec ille audiit,
nec eos plura dicere permiſit. Quin ob hoc ipſum
acriter minabundus & gladium intentans, quos-
dam ex iis adduci iuſſit, ſententiam ſuam quam an-
tea profeſſus erat, vti Pharao, reuocans. Excuffo igi-
tur ſancti puluere, & oculis in Deum reiectis, nec
Caſaris minas verebantur, neque ob ſtriſtos enſes
veritatem prodiderunt, & exilium veluti miniſte-
rij ſui officium acceperunt, pergentes de loco in

Ioan. 19.

*Hæretico-
rum mos
in ſua do-
ctrina diſ-
ſeminanda*

*Euange-
lium quo-
modo præ-
dicari de-
beat.*

1. Reg. 24

*Episcopi
conſtantes
in fide, mi-
naſque nō
metuentes.*

*Admoni-
tio ſancta
ad conſtā-
tium.*

*Eccleſia-
ſtica cōſti-
tutiones.
Gladius à
conſtantio
in episco-
pos inten-
tus.*

locum, & de ciuitate in ciuitatem, & nihilominus
 quanquam in vinculis essent, euangelizabant, piam
 quidem fidem deprædicantes: Arianam autem hæ-
 resim anathemate damnantes, & pœnitentiam Vi-
 facij Valentisq; multa infamia traduentes. Res-
 que illa insidiatoribus plane in contrarium abiit.
 Quanto enim lógioris interualli exilium erat, tan-
 to maius odium aduersus insidiatores accumulaba-
 tur, iterque sanctorum non nisi deprædicatio erat
 contra Arianam hæresim. Quis enim eos in itinere
 conspectos, non vt confessores admiratus est: &
 istos non vt impios cum abominatione, vel potius
 vt carnifices & homicidas auersatus est, & quiduis
 potius quam Christianos nominauit? Meliusque à
 principio fuisset, prorsus non attigisse Constantium
 hanc hæresim: aut vbi attigerat, non tantope-
 re indulgere impietati: aut si iis indulgere vellet,
 hic saltem vestigium sistere, vt de hæcenus cõmis-
 sis idem iudicium cum illis expectet. Sed vt appa-
 ret, quemadmodum infani solent, catenis impieta-
 tis seipos circumfibulantes, grauius iudicium ad-
 uersus se contrahunt. Primum, ne Liberio quidem
 Romano Episcopo pepercerunt, nulla reuerentia
 ducti, vel quod sedes illa apostolica esset, vel quod
 Roma Metropolis esset Romanæ ditionis, vel quod
 eos apostolicos viros in suis literis appellasset,
 sed omnia simul miscentes, æque omnium obliui-
 scebantur, neque quicquam illis curæ nisi sola im-
 pietas fuit. Nam quum Liberium vidisset ortho-
 doxum, & osorem quidem Arianicæ sectæ: studio-
 sum vero in hoc, vt cunctos ab ea hæresi retrahe-
 ret, ista secum impij cogitarunt: Si Liberium in no-
 stram sententiam traxerimus, omnes breui supera-
 bimus: rem igitur ad Imperatorem deferunt, ille
 autem sperans per Liberium omnes se posse attra-
 here, mittit eunuchum quandam Eusebium cum li-
 teris: & donis ad eum, vt donis quidem blandire-
 tur, literis vero minaretur. Profectus igitur Romæ
 spado, primum incitabat Liberium vt contra Atha-
 nasium subscriberet, & cum Arianis communica-
 ret: id enim Imperatorem velle & pro imperio iu-
 bere: deinde munera ostentans verbis instabat, ma-
 núque Liberij apprehensa ita locutus est, Obtem-
 pera regi, & ista accipe: Episcopus contra verbis
 quærebat, quomodo hoc contra Athanasium pos-
 set fieri? quem enim (inquiens) non vna sed iam al-
 tera Synodus probe ab omni crimine liberum pro-
 nunciavit, & Romana Ecclesia cum pace dimisit,
 quomodo poterimus condemnare? aut quis nos
 probaret, si quem præsentem dileximus & habui-
 mus in nostra communione, eundem absentem auer-
 semus? Non ita se habet Ecclesiasticus canon, ne-
 que vnquam accepimus talem à patribus traditio-
 nem, quam ipsi à beato & magno Apostolo Petro
 acceperunt. Quod si omnino Imperator curam suam
 pro Ecclesiastica pace interponere quærit, aut si
 scripta à nobis pro Athanasio deleri iubet, deleantur
 quoque ea quæ contra illum scripta sunt, fiatque
 deinde Ecclesiastica Synodus longe à Palatio, vbi
 nec Imperator præsto est, nec comes se ingerit, nec
 iudex minatur, & vbi solus timor Dei ad omnia suf-
 ficat, & Apostolorum institutio, vt eo in loco ante
 omnia Ecclesiastica fides asseratur, quæadmodum
 à patribus definitum est in Nicæno concilio, iique
 qui Arianicæ sententiæ sunt, eiiciantur, & eorum
 hæresis anathemate damnetur, ac deinde iudicium

*Episcopo-
rum con-
stantia in
persecutio-
ne & exi-
lio.*

*Sedes Ro-
mana apo-
stolica.*

*Liberius
Papa, do-
nis & li-
teris in A-
thanasium
subscribere
allectus.
Liberij re-
sponso.*

*Synodus
peragitur
non impe-
ratoris, nõ
principis,
non Magi
stratum
arbitrio*

de Athanasio fiat, aut si quis alius reus agitur: & sed folium
 quod ab ipsis iustum est, quotquot noxij reperti
 fuerint, eiiciantur: quotquot autem puri, reatu ab-
 soluantur. Non enim fieri potest, vt locum in Sy-
 nodo habeant, qui fide impij sunt: neque fas est prius
 quæstionem de factis alicuius, quam de fide reli-
 gionis haberi. Primum enim omnis fidei discordia
 rescindenda est, & tum quæstionem de negociis fieri
 oportet: Nam & Dominus noster Iesus Christus
 non prius sanabat agrotos, quam vbi ostendissent
 & prolocuti fuissent, quam fidem in ipsum habe-
 rent. Hæc à patribus didicimus, hæc renuncia Im-
 peratori: siquidem ea ipsa & illi vtilia sunt, & Ec-
 clesiam ædificant. Eunuchus autem tristis, non tan-
 topere, quod non subscripsisset, quam quod cum
 hæresi infestum reperiebat, oblitus sui quod coram
 episcopo staret, magnis minarum denunciatio-
 nibus iactis, cum muneribus suis domo egreditur, &
 facinus designat quod & à moribus Christiano-
 rum abhorret, & quod audacius est, quam pro spa-
 done. Imitatus siquidem Saulis præuaricationem,
 templum Apostoli Petri ingreditur, ibique ea ipsa
 dona consecrauit: quod cum rescitum esset à Libe-
 rio, magnopere increpuit custodem loci, quod id
 non prohibuisset: ipse deinde progressus dona illa
 vt victimam illicitam proiecit: quæ res longe adhuc
 magis spadonis iram commouit. Imperatorem igitur
 his verbis irritat: Non iam nobis curæ esse de-
 bet, vt Liberius subscribat, sed potius quod in hæ-
 resim tam male affectus est, vt qui nominatim Arianos
 anathemate damnet. Eodem & cæteros quo-
 que spadones prouocat: plerique enim apud Con-
 stantium vel potius omnes eunuchi sunt, omnia-
 que apud illum possunt, & sine illis nihil ibi rerum
 geritur. Scribit igitur Imperator Romam, rursum-
 que Palatini & Comites emittuntur, & literæ ad
 præfectum, vt Liberium aut per dolum è Roma se-
 ductum in castra ad se mitterent, aut vim in eo per-
 sequendo adhiberent. Quibus scriptis statim per
 urbem ingens terror & insidiarum increbrescebat.
 Quot igitur familiis minæ denunciatae sunt, quot
 & ad quot edes mandata contra Athanasium data,
 quot istis conspectis Episcopi sese in latebras abdi-
 derunt, quot liberi homines ruri latuerunt ob ca-
 lumnias Christi perduellium, quot deuotariis insi-
 diarum factæ sunt, quot ibi cõmoranter, & iam fixum
 domicilium habentes in fugam compulsi sunt, quot
 & quanto studio portus aditumque portarum
 custodierunt, ne quis orthodoxus ingressus Libe-
 rium videret? Cæpit tum Roma experimentum
 Christi perduellium, cognouit tandem quod antea
 non credebat, quomodo Ecclesias in singulis urbi-
 bus euastassent. Eunuchi erant qui ista & reliqua
 in omnes mouebant, & quod in istis insidiis mire-
 ris, Ariana hæresis abnegans Filium Dei, præsidium
 sibi ex Eunuchis comparabat, hominibus vt natu-
 ra ita animo ad gignendum sterilibus, & qui proin-
 de ægre patiuntur vllam mentionem de sobole fieri.
 Atqui Aethiopicus eunuchus quum non caperet,
 quæ legebat, credidit Philippo de Salvatore do-
 centi. Constantij eunuchi contra ne Petri quidem
 de Filio confessionem sustinent, imo quem Pater
 declarat sibi esse Filium, auersantur, rabiuntq; con-
 tra eos qui illum dicunt genuinum Filium ex Pa-
 tre. Ideo lex vetuit eunuchos in concilium Eccle-
 siasticum assumi, atqui illi nunc Ecclesiasticorum
 iudicio-

*sed folium
dei.*

*Hæretici
non habent
locum in
Synodo.*

*Eusebium
spado Con-
stantium
irritat in
Liberium.*

*Persecutio
res Romæ
à Constantino
misi
contra Li-
berium.*

*Remem-
brationem
insidiarum
quæ ex-
perire ca-
pit.*

*Eunuchi
surgunt.*

Act. 8.

*Eunuchi
episcopi no-
men sub-
eunt.*

*Liberij in
exilium
pulsus.*

*Liberij ad
Athanasium
exhortatio.*

*Constantij
immanitas
in Libe-
rium.*

*Constantij
cate-
ræ tyran-
nis imma-
nior quo-
modo.*

*Cæca res
malitia.*

iudiciorum principes reputantur, & quod ipsis vi-
 detur, Constantius iudicat, & istiusmodi rebus, qui
 nomen Episcopi ferunt, inseruiunt. Me miserum,
 quis hæc historiam describet? quis ista renuntiabit
 generationi alteri? quis ista narrati fidem habebit,
 spadones, quibus domorum gubernacula vix cre-
 duntur (voluptarium enim & nequam hoc genus
 hominum, quibusq; nihil tam curæ est, quam illud
 impedire, quod ipsis natura negauit) illos nunc Ec-
 clesiam dominari. His ergo deditus obnoxiusq; Con-
 stantius, omnibus insidias molitus est, & Liberium
 in exilium eiecit. Et quum multus esset in scriben-
 do Romam, multusque in minis denunciandis, le-
 gatis mittendis, insidiisque parandis, etiam Ale-
 xandriæ perfectionem mouit. Trahitur ergo Libe-
 rius ad Imperatorem, quo cum peruenisset, maga-
 na quoque & ibi libertate dicendi vsus est: Desine,
 inquiens, persequi Christianos, ne teta per me hæ-
 reticam impietatem in Ecclesiam introducere. Ad
 omnia potius sustinenda parati sumus, quam nos
 Christiani eò deueniamus, vt Ariani appellemur,
 ne coge nos fieri Christi perduelles. Hoc tibi sua-
 demus, ne pugnes contra eum, qui tibi hoc impe-
 rium dedit: ne pro gratia impietatem illi referas, ne
 persequere illos, qui in eum credunt, & ne tu quo-
 que audias, Durum est tibi contra stimulum calci-
 trare: atque vtinam vel sic audias, vt & tu quoque
 quemadmodum Paulus, credas: Ecce præsto sumus,
 venimus antequam causam aliquam contra nos sin-
 gerent. Ideo enim iter accelerauimus certi de exi-
 lio, in quod à te mittendi sumus, vt ante obiectum
 crimen supplicium patiamur, quo omnibus eui-
 dentius cõstet, reliquos omnes eodem modo quo
 nos, afflictos esse, causasq; ipsis crimini datas, fietas
 fuisse ab inimicis, & omnia in illos per sycophan-
 tiam esse tentata, nihilq; ibi nisi mendacia versata
 fuisse. Ita tunc Liberius locutus omnibus admira-
 tioni erat. Cæsar contra, pro reponensione danda
 nihil aliud quam imperiis & exiliis utebatur, sin-
 gulosque à se inuicem distraxit, quod & in aliis prius
 fecerat. Quam formam in exiliis obseruauit, vt se
 in suppliciis immaniore superioribus tyrânis, &
 persecutoribus ostenderet. Nam in superiori per-
 secutione multos confessores in commune simul
 exilium ire Maximianus iussit, & supplicium leuius
 fecit mutæ præsentia cõsolatione. Hic autem illo
 crudelior, eos qui simul libere locuti erant, & con-
 fessores se præstiterat, vnaque fide copulati erant,
 ne vel in morte mutuo aspectu fruerentur, à se in-
 uicem diuulsit, arbitratus corporum separationem
 omnino etiam animorum affectus distineret: aut
 ipsos loco disiunctos, concordia mutæ vnanimi-
 tatisque oblituros, ignorans, quod quamuis singu-
 li ab aliis distarent, illos tamē secum habere, quem
 in commune, quum simul erant, confitebatur, Do-
 minum Iesum Christum, qui singulis longe plures
 associauerit (vt in Propheta Helizæo fecit) quam
 milites sunt circa Constantium: Sed reuera cæca
 res malitia: eo enim ipso quo putabant vexare con-
 fessores, quum eos à se inuicem dirimeret magno-
 pere ipsi sese læserunt. Nam plane, si consociati fu-
 isent, ex vno tantummodo loco impietatis odium
 promanasset: nunc quia eos separarunt, id egere vt
 per omnia loca ipsorum impia hæresis & malitia
 in noticiam veniret & diulgaretur. Quis enim qui
 hæc facinora audierit, non putabit quiduis eos po-

tius, quam Christianos esse? Missis enim à Liberio
 ad Cæsarem Euprotio presbytero, & Hilario dia-
 cono, alterum eorum nempe presbyterum in exi-
 lium misere: alterius vero terga detractis vestibus
 flagellis conciderunt, flagellatumque extorrem fe-
 cere, inter verbera ita diacono verbis insultantes:
 Quare Liberio non restitisti? sed eius literas attu-
 listi? Authores huius facinoris Vrsacius & Valens
 cum eunuchis, qui ibi quoque aderant, Diaconus
 vero inter crepitus ictusque flagellorum Domino
 benedicebat, nõ immemor istorum verborum Domini
 (Dorsum meum dedi ad flagra) flagellatores autē
 risu dicerisq; virum subsannabant, neque villo pu-
 dore tangebantur, quod Leuitam ea contumelia
 afficerent, prorsusque decorum erat & subsannato-
 res eos animos præ se ferre, & diaconum in suis be-
 nedictionibus perseuerare. Verberari enim Chri-
 stianorum proprium est: flagellare autem Christia-
 nos, Pilati & Caiphæ officia sunt. Ad istum modum
 Romanam Ecclesiam adorti sunt peruertere, cu-
 pientes illi admiscere suam impietatem. Liberius
 deinde post exactum in exilio biennium inflexus
 est, minisq; mortis ad subscriptionem inductus est,
 Verum illud ipsum quoque & eorum violentiam,
 & Liberij in hæresim odium & suum pro Athana-
 sio suffragium, quum liberos affectus habebat, sa-
 tis coarguit. Quæ enim per tormenta contra prio-
 rem eius sententiam extorta sunt, eam iam non me-
 tuentium sed ita cogentium voluntates habendæ
 sunt. Omnia quidem illi pro hæresi sua moliti sunt,
 singulæ tamen Ecclesiæ fidem quam didicerant, re-
 tinuere, sed ita vt & magistratos desideraret, & Chri-
 sto inimicam hæresim coacti admitterent, quam
 tamen, vt serpentem, animis suis auersabatur. Tan-
 tis ac talibus sceleribus factis, nihil omnino se ad-
 huc fecisse arbitrabatur, quam diu magnus ille Ho-
 sius eorum malitiam expertus non esset. Nam in
 eum talem tantumq; virum, suam rabiem proten-
 dere studuerunt: neque quiddam pater esset Episcopo-
 rum, reueriti sunt: neque quod sexagesimum annum
 & eo amplius à confessione agebat, respexerit, sed
 omnia simul vilipendentes, ad solam suam hæresim
 oculos intentos habuere, homines reuera neque
 Deum timentes, neque hominem verentes. Adorti
 igitur Constantium talibus verbis alloquuntur,
 Omnia quidem à nobis facta sunt, profligauimus
 in exilium Romanorum Pontificem, & iam ante
 eum extorres fecimus quam plurimos Episcopos,
 omnia loca terroribus impleuimus, sed tamen pro
 nihilo sunt tanta tua opera, neque quicquam pro-
 fecimus, quamdiu reliquus est Hosius. Quamdiu
 enim ille in suis agit, omnes in suis Ecclesiis agere
 videntur: potest ille & verbis & autoritate fidei
 suæ omnes contra nos inducere. Hic princeps est
 Synodorum, & si quid scribit, vbi que auditur, hic
 formulam fidei in Nicæna Synodo concepit, & A-
 rianos vbi que pro hæreticis traduxit. Quod si ille
 igitur in suo statu maneat, superuacuum est cæte-
 rorum exilium: hæresis enim nostra cedere cogi-
 tur. Incipe igitur & hunc persequi, neque illi ob-
 an- nos parcendum putes. Siquidem hæresis nostra non
 curat seniorum caniciem. Auditus ergo istorum ver-
 borum, non cunctandum sibi ratus Constantius, vt qui
 virum nosset, & quætae autoritatis senex ille esset,
 scribit & edicit vt ad se veniat, quemadmodum &
 mittit.

*Eutropij
presbyter
in exilio
missus.
Hilarius
diaconus
flagellatus.*

*Hilarij cõ-
stantia in
persecutio-
ne.*

*Liberius
minis mor-
tis addu-
ctus vt A-
rius subscri-
beret.*

*Hosius ep-
scoporum
pater.*

*Arianorum
postulatio
in Hosio.*

*Constantij
Aria-
norum pe-
tionem ad-
mittit.*

Constans admonitio ad Hosium.

Hosius Imperatoris minas non recusetur.

Maximianus Constans Imperatoris frater.

Constans Imperatoris frater.

Liberium initio tentauit. Venientem igitur rogabat hominem, & solitis suis verbis, quibus alios circunuenire pro more habebat, excipit, cohortaturque, ut in nos subscriberet, & cum Arianis communionem haberet: Senex vero eius rei vel auditum ægre ferens, mœstusque; quod vel tinnitum eorum verborum sentiret, Imperatorem magnis rationibus conterritum de sententia deduxit, atque ita in patriam suam ac Ecclesiam rediit. Verum quum Ariani denuo lamentarentur, Imperatoremque irritarent, & eunuchi sermonibus subseruientes, eum maiorem adhuc in modum exacerbarēt, scribit denuo cum minis ad Hosium: ille autem contumeliis quidem afficiebatur, sed tamen ob terrores illos de sententia sua non decessit, & decretum animi constanter retinuit, quippe qui supra firmam petram fidei domicilium suum ædificauerat, & liberrime contra hæresim, imbres & ventos epistolarum minas arbitrans, locutus est. Subinde igitur Constantio scribente, & nunc quidem blandiente patremque; eum appellante, nunc interminante, & relegatos enumerante, & his verbis eum cōueniente, Solusne etiamnum hostis hæreseos manebis? obsequere & scribe contra Athanasium: qui enim contra eum scribit, ille plane nobiscum Arianas sententias amplectitur: nihil ad ista expauit Hosius, quin inter contumelias quas patiebatur, istiusmodi epistolam scripsit, quam ipsi legimus, & sub finem adiecitimus.

Hosius Constantio Imperatori. S. P. D.

Ego confessionis munus expleui, primū quum persecutio moueretur ab auo tuo Maximiano, quod si tu quoque, persecutionem moues, etiam nunc ad quiduis potius sustinendum paratus sum, quam ut effundam innocentem sanguinem, & veritatem prodam, tēque nequaquā probo talia scriberem, & istiusmodi minas denunciantem. Desinas igitur istiusmodi scribere, neque sentias cum Ario, neque audias Orientales, neque Ursacio & Valenti fidem habeas: quæ enim illi dicunt, non ob Athanasium, sed ob suam hæresim dicunt. Mihi crede, qui tibi auus ætate esse possem: fui ipse in Sardicensi concilio, quum tu tuusque, frater beatus Constantius nos omnes ed conuocabat, ipseque; vltro Athanasij inimicos prouocauit, quum ad Ecclesiam, vbi ego cōmorabar, aduenissent, ut si quid contra eum haberent, ederent, promisiq; eis securitatem, neque quicquam aliud expectarent, quam rectum in omnibus iudicium, idque non semel sed bis feci, quod si nollent rem ab vniuersa Synodo disceptari, saltem me iudice vterentur, promisiq; etiam nos, Athanasium, si in noxa reperiretur, omnibus modis eiekturos esse: Quod si innocens deprehendatur, & vos ostenderit calumniatores, & æque illum recusaueritis, ego illi persuadebo ut mecum in Hispanias veniat. Athanasius autem his conditionibus obtemperauit, nihil cōtra oblocutus: illi vero ad omnia æque diffidentes recesserunt. Athanasius deinde tuis literis accersitus venit in castrata, omnesque; inimicos suos, qui Antiochiæ præsto erant, singulatim cessari iussit, ut aut redarguerent, aut redarguerentur, & aut se præsentem commonestrent ea fecisse quæ obiecerant, aut ne absentem calumniarentur, sed ne te quidem hæc ipsis denunciantem sustinuerūt, minime istiusmodi conditio-

nes admittentes. Cur igitur nunc audis obtrektatores eius? aut cur toleras Valentis & Ursacij criminationes, pœnitentia & scripto professos se calumniam fecisse? Confessi enim sunt suam sycophantiam, non vi adacti ut ipsi causantur, cum nulli ibi milites incumberent, & tuus frater nesciret. Nihil enim tale sub ipso agebatur, qualia nunc fiunt, sed illi vltro Romam venerunt, & coram Episcopo presbyterisque ibi presentibus confessionem suam scripto ediderunt, quum prius pacatas literas & amicas ad Athanasium dedissent. Quod si iis libet vim causificari, idque pro malo habent, nec a te probatur, omitte igitur & tu violentiam tuam; nec literas scribe, nec comites mitte, sed relegatos exiliis libera, ne te de vi querente, maiorem vim illi sub tuo nomine exercent. Quid enim tale a Constante actum est? aut quis ibi Episcopus relegatus? aut quando iudiciis Ecclesiasticis interfuit? aut quis ipsius Palatinus vim adhibuit, ut contra aliquem subscriptio fieret? ut idem Valens cum suis aliquid colligat, habeatque quod obiiciat? Desine quæso, & memineris te mortalem esse, reformida diem iudicij, serua te in illam diem purum, ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus imperium commisit, nobis, quæ sunt Ecclesiæ, concredidit: & quemadmodum, qui tuum imperiū malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ, ita & tu caue, ne, quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias: Date (scriptum est) quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei, Deo. Neque igitur est nobis in terris imperium tenere, neque tu thymiana tum & sacrorum potestatem habes Imperator. Hæc quidem ob curam tuæ salutis scribo, & de iis quæ in Epistolis scribis, hanc meam sententiam accipe. Ego neque Arianis assideo neque suffragor, sed eorum hæresim anathemate damno, neque Athanasij accusationibus subscribo, quem nos & Romana Ecclesia & vniuersa Synodus innocentem pronunciauit. Nam & tu quoque quum rem cognita perspectamque; haberes, Athanasium accersisti, fecisti ei copiam, ut cum honore in patriam & Ecclesiam reuertetetur. Quæ igitur causa est huius rætæ mutationis, quum iidem inimici eius sint, qui antea fuerunt? Et quæ nunc susurrant, nihil eorum, quum ille præsens esset, hiscere audebant, sed ea, antequam accerferes Athanasium, obmurmurabant, quo tempore a me cōuenti, quemadmodum superius dixit, ut ederent criminum documenta, nihil in medium adducere potuerunt. Nam si quicquam potuissent, non ita turpiter aufugissent. Quis te igitur induxit, ut post tantum temporis tuarum literarum & sermonum obliuisceris? Inhibe te quæso, neque aures præbeas malis hominibus; neque ob inuicem cum illis gratificationes, temetipsum reum facias. Quæ enim iis induleris, de illis in iudicio solus coges causam reddere. Isti suum inimicum per te fatagunt iniuria afficere, teque volant ministrum suæ malitiæ esse, ut per te detestabilem hæresim in Ecclesia seminent. Non est prudentis, in gratiam alienæ libidinis, seipsum in certum periculum conicere. Desine quæso & ausculta mihi Constanti. Hoc enim decet & me scribere, & te non vilipendere.

HÆC

HÆC ABRAHAMICVS ILLE SENEX, VERE HOSIUS, HOC EST, SANCTUS, & SENSIT & SCRIPSIT.

simile.

Hæretici Satrapæ impietatis.

Daniel. 6. 3. Reg. 21.

Hosius integro anno a Constantio Sirmij detentus.

Hosius miseris modis afflictus et attritus.

Persecutionem in Episcopos vere pars defleto.

LE autem neque insidias de manibus deposuit, neque criminandi occasiones quærere desinit, sed grauius semper minabatur, ut eum vi oppressum in suas partes transferret, aut inobsequentem exterminaret. Sed ut occasionem duces & Satrapæ Babylonis sedulo quærentes contra Daniele, non inueniebant, nisi ex causa legis Dei, ita quoque nunc Satrapæ impietatis, ne fingere quidem quicquam contra senem potuerūt. Omnibus enim ille notus erat, ac verus pro suo nomine Hosius, hoc est, sanctus habebatur, vitæque eius irreprehensibilis, nisi ex odio eius contra hæresim crimen mutuarentur. Calumniantur igitur eum, sed non ut illi Daniele apud Darium, illibenter talia audientem, sed ut Isabel contra Naboth, & ut Iudæi apud Herodem, his verbis agentes: Non solum non subscribit contra Athanasium, sed & nos ob Athanasium condemnat, & hæresim tali odio persequitur, ut aliis scribat, melius esse mortem perferre, quam proditores fieri veritatis: ob hæresim deinde ait dilectum fratrem Athanasium persecutionem sustinere, & Liberium Romanorum Episcopū, cæterosque; omnes insidiis tentari. Hæc quum audisset impietatis propugnator Constantius Cæsar, & quod alij essent per Hispanias eiusdem cum Hosio sententiæ, quos quum sollicitasset ad subscriptionem, impellere nequiuisset, accersit Hosium, & pro exilio detinet illum integro annum Sirmij; nihil veritus impius nec Deum, neque patris sui, quem erga Hosium habebat, affectum, neque senectutem hominis iam centenarij inhumanus ille respexit. Omnia nanque ob amoris hæresis neglectui habebat nouus ille Achab, & nostris temporibus secundus Balthasar. Tantam enim vim intulit seni, & ita eum arte tenuit, ut afflictus attritusque malis, tandem ægreque; cum Ursacio & Valente communicaret, sed tamen ut contra Athanasium non subscriberet: verum ne ita quidem eam rem pro leui habuit: moriturus enim, quasi in testamento suo, eorum vim protestatus est, & Arianam hæresim condemnavit, vetuitque eam a quoquam probari aut recipi. Quis ista videns, imo vel solum audiens non obstupescat, & clamet ad Dominum? Ne in excidium dederis Israël. Quis ista animaduertens non opportune ad Dominum vociferetur? stupor & horror factus est super terram, obstupuit cælum super hoc, & terra magis magisque exhorruit. Patres populorum & fidei magistri tolluntur, & impij in Ecclesias introducuntur: Quis quum videret Liberium Pontificem a Roma in exilium eici, magnūque Hosium tot mala pati, tot Episcopos ex Hispania & aliis regionibus in exiliū deportari, non abunde animaduertit, etiā si vel minimi sit cerebri, omnes criminationes cōtra Athanasium & reliquos alios, falsas esse, & omnia sycophantiis scaterere? Atque inde est quod illi omnia passi voluerunt, quum viderent eorum in sycophantiis fingendis insidias. Quod enim quæso crimen Liberij? aut quid in senem Hosio culpari potuit? aut quid finxerint cōtra Paulinum, Luciferum, Dionysium, Eusebium? aut quod peccatū in alijs, qui in exiliū deportati sunt Episcopis? An vlla in illis culpa? minime gentium, nec ob crimina iniuræ sunt istæ con-

spiraciones, nec quispiam istorum accusacione victus, in exilium damnatus est: sed bellū pro impietate aduersus pietatem, sed studium zelusque; pro Arianæ hæresi, præludijque; Antichristi, cui viam Constantius muniuit, istis calamitatibus causam dedere. Cæterū quum ille quicquid libuit, in Ecclesias tum Italicas, tum alibi sitas designasset, alijs in exilium eiektis, alijs vi in suam sententiam pertractis, vbique per omnia ipsius terrore diffuso, in Alexandria furorē suum veluti pestem conuertit, & in ea re non leui calliditate vsi sunt Christi perduelles, nimirum ut speciem multorum Episcoporum subscriptionis præ se ferrent, & ut Athanasius nullum haberet in persecutione sua Episcopum, apud quem conqueri posset: Ideo præoccupantes omnia terrore impleuerunt, terroremque; quasi subfessorem suis dolis affociauerunt. Ignari vecordes, se in iis subscriptionibus non voluntates Episcoporum, sed vim quam passi essent, ostentare, ignarique item, si fratres deserant, notique & amici procul absistant, nemoque; superfit, qui velit simul contristari, aut cōsolationem adhibere, tamen plus quam omnia sufficere, ad tutelam, Dei refugium. Solus erat Elias in persecutione, sed tamen in omnibus loco omnium habebat Deum. Et hanc formulam tradidit nobis Saluator, qui ab omnibus derelictus, insidias inimicorum passus est, ut si nos quoque in persecutione ab hominibus relinquamur, non desponderemus animum, sed in eo spem haberemus, nec veritatem proderemus, quæ tametsi principio affligi videatur, postea tamen ipsa a persecutoribus agnoscitur. Irritant igitur Cæsarem, isque; ad duces & milites literas cum minis mittit, Notariique Diogenius & Hilarius amandantur, vnā cum Palatinis, designaturque; ea immanitas & crudelitas in Ecclesiam, quam superius aliquanto paucis verbis perstrinxim; eamque quilibet facile didicerit lectis testimonijs populorum, quæ in fine subiecimus. Deinde post acta ista Syriani, post tanta facinora, post virginum contumelias, approbans huiusmodi mala, iterum scribit Senatui populoque Alexandrino, iuventutem sollicitans, ut omnes simul in vnum coacti, Athanasium persequantur, aut scirent ipsos sibi infestos pestiferosque esse: Athanasius autem, antequam ista mandata superuenirent, inuasa iam a Syriano Ecclesia, aliud abcesserat, non immemor eius quod scriptum est: Sed abscondere paulisper, donec furor prætereat: harum autem literarum administrator Heraclius fuit titulo dignitatis Comes, præcursor cuiusdam Georgij a Cæsare missi, non Episcopi quidem, sed exploratoris: num enim Episcopus fuerit, qui ab illo mittitur? minime getium, ut ea quæ facta sunt, & proemia ipsius introitus abunde testatur. Edicta igitur quæ Imperator scripsit, publice proposita sunt: postquam enim a magno Hosio eas literas acceperat, nec inueniret suæ mutationis verisimilem causam, excogitauit illam quæ minime sibi suisque consiliariis congrueret: Dixit enim se fratris sui diuinæ & beatæ memoriæ amicitiam reueritum, temporarium Athanasio accessum ad se permisisse: Quæ res & ipsum in promissis fallacem, & erga fratrem mortuum ingratum ostendit. Deinde si superis placet, fratrem suum diuinæ ac beatæ memoriæ (ut reuera erat) appellat, cuius mandata & amicitias etiam si in gratiam illius, ut ipse scribit, susceptas admittatque; tuis-

Constans furor in Alexandriam conuersa.

3. Reg. 19. In persecutione quid faciendum.

Contra Athanasij Alexandrini iuuenes a Constantino incitati. Heraclius Comes.

Constantius in promissis fallax.

se contigisset, eas tamen saltem apud se, qui frater erat, vim reuerentiamque testamenti habere oportebat, ut quemadmodum se successorem imperij, ita quoque affectuum eius hæredem præstaret. At qui Britannionem, quum ius suum persequeretur, è medio sustulit: & inter tollendum his verbis usus est, & merito: cui enim à morte fratrum fraterna bona obuenerunt debent? idem tamen ob sceleratam & Christo odiosam hæresim, nec quid iuris sit, nouit, & erga fratres se in officiosum præbet, propter quam ne patris quidem sui voluntatem integre obseruari permittit, sed quod uolue est hæreticis, obseruat: quod autem illis graue est, ibi nequit patris sui reuerentiam tueri. Siquidem pater ex calumniâ Eusebianorum Athanasium in Gallias ad tempus amandauit, quo liber esset ab eorum crudelitate, qui illi per insidias imminébât. Hoc enim à beato Constante eius fratre post mortem patris scriptum fuit, ut ex literis illius patet: Sed tamen idem illi non persuasus est ab Eusebianis, ut in Athanasij locum Episcopum, quem ipsi postulabât, summitteret: imo eos qui id moliebantur, compescuit, & iam rem ipsam conâtes grauibus minis deterruit. Cur igitur si ea que patris sui sunt, obseruare studet, uti scribit, primum quidem Gregorium, nunc deinde Georgium depeculatore in Episcopatu summisit: aut cur Arianos, quos illi Porphyrianos nominant, ipse in Ecclesiam introducere satagit: & dum illos protegit, alios in exilium relegat. Quod si pater eius Arium sub oculos suos admisit, eum tamen quum periurum ac proinde effusis visceribus disruptum iacere cognouisset, nulla beneuolentia profecutus est, sed eum re cognita damnatum & pro hæretico habuit. Aut cur, quum se Ecclesiasticum canonem curæ habere prætexit, omnia contra canonem facit? Vbi enim ille canon, ut è pallatio mittatur is, qui Episcop⁹ futurus est: aut quod genus canonis, quo licitum est militibus Ecclesias inuadere aut comites: & qui nulla ratione utitur spadones, Ecclesiis dominari: aut edicto iudicium eorum, qui nominatenus Episcopi sunt, promulgare? Omnia in gratiam vecordis hæreseos mentitur, qui præter mentem patris & antea bis Philagrium præfectum misit, & nunc per eum scelera ista designauit. Iam quod dicit se propter fratrem suum pacem cum Athanasio simulasse, in eo verum non dicit. Nam post fratris mortem non semel, sed iterum, imo tertio Athanasio scripsit, promissitque se nunquam mutatum iri, eumque bono animo esse debere, nec permissurum ut à quouam perturbaretur, sed eum in Ecclesia sua cum omni securitate mansurum. Præterea Aeterium comitem & Paladium cum mandatis ad Felicissimum tum temporis ducem & Nestorium præfectum cum his mandatis misit, ut curæ ipsis esset, ne Philippus aut quiuis alius Athanasio insidias moliarur. Atque ideo in aduentu Diogenis, quum Syrianus insidias strueret, ipse Episcopus nobiscum simul & cum populo literas Imperatoris exhiberi postulabat, quippe qui arbitraremur, quemadmodum scriptura iubet, ut nihil falsi ab ore regis proficiscatur, ita Cæsarem in promittendo nihil falsi stipulaturum, aut de sententia sua decessurum: Quod si igitur hoc fratri indultum ait, cur post fratris mortem, eadem in literis suis repetiuit? quod si tum temporis in gratiam memoriæ fraternæ ista

scripsit, cur postea se totum illius memoriæ ingraturum præstitit, dum & hominem persequitur, & talia in literis scribit: obtenditque in speciem Episcoporum iudicium? sed interim facit quod illi uolupte est. Verum ne ita quidem latere potest, quum in proximo sit, quod eius uasriciem patefaciat. Nam si istud est iudicium Episcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? sin contra, ista minis Cæsaris constantur, quid opus est hominibus titulo Episcopis? Quando à cõdito æuo auditum est: quando iudicium Ecclesiæ autoritatem suam ab Imperatore accepit: aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum est? Plurimæ antehac Synodi fuisse, multa iudicia Ecclesiæ habita sunt. Sed neque patres istiusmodi res principi persuadere conati sunt, nec princeps se in rebus ecclesiasticis curiosum præbuit: Paulus Apostolus habebat amicos in Cæsaris familia, & per eos in literis salutabat Philippenses, non tamen eos in iudicio socios assumpsit. Nunc autem nouum quoddam spectaculum ab Ariana hæresi editur. Conuenerunt enim in vnum hæretici & Imperator Constantius, ut ille quidem sub prætextu Episcoporum sua potestate aduersus eos, quos uelit, utatur, & tamen in persecutione mouenda persecutor non appelletur illi uero succincti principis potestate, insidias faciunt quibus uolunt: uolunt autem omnibus qui non eadem impietate, qua ipsi utuntur, uti uelint, idque quasi in scena spectatum datur, quo in theatro eos actores histrionisque uideas, qui titolotenus Episcopi dicuntur, & Constantium choragum esse, eumque itidem ut Herodem Herodiadi pollicitantem, istosque vicissim calumnias pro exilio & cædibus piorum in Christum hominum saltitare. Quem enim non calumniis læserunt? quibus insidias non fecerunt Christi perduelles? quem non Constantius ab illis delatum in exilium expulsi: quando non aures suas animumque illis dedit: & quod mirum, quem vnquam qui contra illos quippiam diceret, recepit? & quid non ab illis contra alios dictum in animum admisit? Quæ nunc Ecclesia Christum libere adorat? Si quidem ea si pia est, periculo subiacet: si simulationibus utitur, in metu hæret: Omnia enim simulatione & impietate, quod ad illum pertinet, impleuit, Nam si alicubi pij & Christi studiosi (sunt autem ubique tales permulti) illi itidem, ut magnus ille Propheta Elias, absconduntur, ut & ipsi forte Abdiam aliquem fidelem inueniant, & in speluncas & cauernas terræ sese abstrudunt, aut in solitudine oberrantes commorantur. Eas enim calumnias adferunt vecordes isti, quales Iezabel contra Nabuth confinxit, & Iudæi contra Christum, ac iam deinde Constantius hæreseos propugnator, ueritatem, ut Achab vineam in hortum holerum, inuerrere moliens, quæ hæretici cupiunt nunquam non facit, quoniam vicissim ex illis audit, quod concupiscit. Atque inde est (ut ante dixi) quod ueros Episcopos impie pro sua libidine arbitrio agere detrectantes relegat. Ita nunc quoque contra Athanasium, comitem Heraclium misit, & edicta sua publice proposuit, & minas de auferendis panibus, & idolis euentendis per literas denunciauit, & magistratum & plebeciorum captiuitatem, expectandam esse, nisi pareatur. Et in his periculis denunciandis non ueritus est Heraclius publice & magna uoce dicere,

Britanio Rex à Constantio interfectus.
Constantij uita à Patris et fratris moribus aliena.

Constantius omnia in gratiam hæreseos mentitur.

Constantius cur episcopo pos creauit.

Episcopi titolotenus

3. Reg. 19
3. Reg. 18

3. Reg. 11
Ibidem

Heraclium contra Athanasium missum & Constantium quomodo se gesserit

Cæsarem iubere ut Athanasius repudietur, & Ariani Ecclesiæ dentur, omnibus ibi non sine admiratione nutu inter se uerbisque interrogantibus, num Constantius hæreticus factus esset? Quanto ea res flagitiosior erat, tãto maiori uim eam urgebat senatoribus magistratibusque & ethnicis idolorum ædituis compulsis, ut istiusmodi postulatis subscriberent, pollicerenturque se pro Episcopo recepturos, quem Imperator mitteret. Probe admodum Constantius ad canones vindicandos ista designauit, qui in locum vicemque Ecclesiæ & populorum Christianorum à foro & idolorum ædituis istiusmodi pacti syngraphas postulauit, utpote cõsciis se non Episcopum Christianis, sed scriptoribus istiusmodi pacti curiosum immittere. Ethnicis igitur ut idolorum suorum securitatem redimerent, nonnulli ut quæstuum suum assererent, inuitis animis subscriperunt, atque perinde ab illis habitum est ac si non Episcopus sed præces aut prætor aliquis in prouinciâ à Cæsare mitteretur: tanta erat edictis adhibita uis minarum. Quid enim ethnici homines facerent, nisi hoc ipsum quod Imperatori placeret? Populis autem in magnam Ecclesiam conuenientibus: erat enim quarta Sabbati, postridiè Heraclius Comes adiuncto sibi Ægypti præfecto Cataphronio, & Faustino Catholico, homine & genere Bithyno, & opinionibus, hæretico, iuuenes forenses, & idolorum adoratores concitat, ut ex præcepto Imperatoris inuaderent Ecclesias, & populos lapidarent. Plerique autem populorum missione è sacris facta abierant, aliquot mulierculis remanentibus. Res agitur ut imperatum fuit, oriturque miserabile spectaculum: modo enim ab oratione mulierculæ secessum receperant, quum leuis armaturæ forensis illa iuuentus cum lapidibus & fustibus irruens, cæteras lapidibus incessunt: sacra autem uirginum corpora plagis concidunt, iniectaque in uestes manu trahunt, capita denudant, eas uero quæ inter trahendum obnitebantur, calcibus pulsant. Grauiam quidem ista & nimium grauiam, sed tamen quæ infecuta sunt, multo grauiora, & genere contumeliæ prorsus intoleranda. Quum enim scient pudicitiam uirginum, & aurium integritatem, & quod patientius ferrent, lapides & fustes quàm obscæna uerba, fœdissimis dictis inter inuadendum utebantur, & hæc Ariani iuuentuti suggeriebant, quippe qui ad ista dicta & facinora cachinnarentur: Sacræ autem uirgines & aliæ castæ mulieres, ut morsus aspidum ab istiusmodi uocibus refugiebant: Christi autem perduelles suam quoque operam, ut hæc fierent, addebant, nec dissimile est ueritati, ipsos easdem cum iuuentute illa uoces concinuisse: delectabantur certe petulantia, & obscænitare uerborum, quæ à iuuentute iactabantur. Deinde cum mandatum Cæsaris omnibus suis partibus impleuissent: hoc enim illis studio erat, hoc Comes & Catholicus præcipiebant, subsellia, Thronum, melsam ligneam, tabulas Ecclesiæ, & cætera quæ poterant, foras elata combusserunt ante vestibulum in magna platea, & thura insarserunt. O quis hæc audiens non fleuerit? imò quis non, ne ista audiat, aures aucluserit? Idola igitur sua laudibus ferebant, dicebantque, Constantius ethnicus factus est, & Ariani nostra agnoscunt: nihil enim curant ethnici mores præse ferre, modo ipsorum hæresis stabiliatur. Nam & bucculâ, Cæ-

Heraclius hæreticos et idololatrias concitauit ad Ecclesias euerendas et populos lapidandos.

Irruptio trinculenta in Alexandrinâ Ecclesiam facta.

Ariani iuuenes petulantia et uerborum obscænitare delectati.

Ecclesia subsellia, thronus, melsa etc. combusta.

Ariani ethnicos mores non respiciunt, imò cõmissis committunt.

Simile. 1. Reg. 5.

Ecclesiam diripiens Arianus quidam effusus uisceribus corruit.

Ethnicis oculis carnis.

sarcos hortos irrigantem, adorti sunt immolare, atque immolassent, nisi fœmina fuisset: eas enim immolari suis ritibus nefas esse aiebant. Hæc religiosi Ariani, quia existimabant in nostram ignominiam redundare, unâ cum ethnicis faciebant. Cæterum diuinum supplicium eorum scelera declarauit, manifesto demonstrans eos, ut impie credendo, non in alium, quàm in ipsum Dominum peccare: ita quoque & ista faciendo, in ipsum Dominum suas iniurias committere. Quæ res exitu istius miraculi euidentius patuit: quidam enim ex petulantioribus iuuenibus, interiora penetrâs, audacter se in Throno sessum recepit, & inter sedendum fornicarios ronchos de naribus insonuit, mox deinde confurgens, magna uim Thronum conuellens, ad se distrahit, minimè animaduertens in sese ultionem diuinam attrahere. Ut enim olim Azoti incolæ ausi arcam attingere, quam illis uel oculis attingere nefas fuit, statimque secundum hoc factum peribant, sed ita ut prius sedium tormentis, excruciantur: ita quoque miser iste ausus fellam conuellere, fragmento ligni inde in uentrem ipsius resiliente, & quasi ab ipsa ultione impacto, intestina sua perforauit, & eadem uia, qua solium disrumpere conabatur, rupta aluo sua intestina effudit, celestiisque quàm ipse Thronum auferret, Thronus e vitam sustulit: effusus enim (ut scriptum est) uisceribus, collapsus est: ac inde asportatus, post unum diem exspirauit. Alius item cum frondibus ingressus, & ut ethnicus, eas manu per ludibrium agitâs, statim abortis tenebris ita oculis caligauit, ut nihil uideret neque intelligeret ubi terrarum esset, quem iam iam collapsurum, ij qui aderant manibus ducentes, uel potius gestantes è templo extulerunt, adeo ut uix post diem ad mætrem redierit, nihil memor eorum quæ uel fecerat, uel passus erat. Quibus conspectis, ethnici quidem in metu erant, neque plura ausi sunt: Ariani autem ne ita quidem ullo pudore repressi, quemadmodum Pharaon, magis ac magis indurabatur, quippe qui & ipsi quoque suas spes humi & inferne haberent, in Cæsare nimirum & in eius eunuchis. Ethnicos igitur uel potius ethnici terribilissimos quosque, talia designare permittebât: Habebât enim sibi ad istiusmodi histrionem & ethnico concitantem Faustinum titulo Catholicum, moribus autem circunforaneum & animo proteruum. Ipsique per se similia instituerunt facere, ut quemadmodum hæresim suam ex aliis hæresibus expellerant, ita quoque cum proteruis hominibus in commune peccantes, aliquid tamen proprii sui in sceleribus & quasi peculiare sibi quærebant. Alij igitur, quemadmodum iam dixi, per illos faciebant: quæ autem per se designarunt, qui quæso non superant omnem malitiâ, & carnificis immanitatem? Quas ædes non depulati sunt? quam domum sub specie quærendi non diripuerunt? quem hortum non conculcauerunt? Ariani, Ariani, quod sepulchrum non aperuerunt? eo prætextu quasi Athanasium quærent, quum nihil nisi rapere & spoliare studerent? quot hominum ædes fingentes, obsignatæ sunt: quàm multa, quæ in hospitalibus erant, militibus ministris suis donauerunt? Quis illorum scelerum expers fuit? quis illis obuius non sese in foro occultauit? quis non ob istos relictis edibus in deserto obnoctauit? quis, quum sua seruare ab istis festinaret, non plura insuper perdidit? Quis

Omnia diripuerunt Ariani, Ariani, quærentes, fingentes, Arianos facinorosa Immune.

maris imperitus, non maluerit mare marisq; pericula experiri, quam istos minaces videre? Multi autem domicilia permutarunt de porticu in porticu, & ex vrbe in suburbana transiliētes. Quam multi & quam magnas mulctas sustinuerunt? & cū non esset vnde luerunt, mutuo pecuniam sub vsuris acceperunt, nō alia de causa quam vt horū insidias effugerent: Omnibus enim se terribiles ostendebāt, ad omnes se magnifice iactabant. Imperatore in ore habentes, eiusque terrorem & minas denūciantes, quum ministros ad sua scelera haberēt ducē Sebastianū, secta Manichæū, petulantē, ferocem, Præfectū item, & Comitē, & hypocritā Catholicum. Multas certe virgines, quæ & corū impietate damnabant, & veritate agnoscebant, ex ædibus suis deportarunt, aliasque ad negocia sua euntes contumeliosi affecerunt, operamque dedēre, vt à proteruioribus adolescentibus denudaretur, suisque mulieribus potestatem concessere, vt quam vellent, indigne tractarent: Graues igitur & fideles matronæ, illis de via cedebant: Vxorē autē eorum veluti bacchæ & furie circūcurciantes pro calamitate habebant, si neminem inuenerint cui iniuriam facerent, eumque diem quod malefacere non dabatur cum mærore transigebant. In summa, ita erant feri & acerbi in omnes, vt carnifices, homicidæ, nefarii, delatores, malefici, & quiduis potius quam Christiani ab omnibus vocarentur, quippe qui Scythas imitantes, rapuerint Eutychium subdiaconum, virum probe Ecclesiæ inseruientem, quem primum scuticis vsque ad mortem curauerunt verberari, deinde ita moribundum in metallum mitti, & nō quoduis metallum, sed in id quod Phæno appellatur, in quod homicida condemnatur, non nisi ad paucissimos dies superesse potest, & quod immanius est, ne paucis quidem horis ad curationem vulnerum concessis, hominem statim in metallum deportarunt, prædicātes si hoc fieret, omnes in metu futuros, & secum cōsociatum iri. Cæterum ille non lōge auctus, quum imbecillior esset, quam vt ad metallum perducī posset, ex dolore vulnerum in itinere decessit. Et ita ille quidē cū gaudio mortuus est, possidens gloriam martyrij. Impij autem, ne ita quidē vllō pudore repressi sunt, habentes, sicut scriptū est, immitia viscera, imō quiddā prorsus satanicū meditato studio designauerūt. Quum enim populi pro Eutychio precibus suis suppliciter intercederent, reiectis populorū precibus, quatuor pro eo bonos & ingenuos viros & inter eos Hermian lauantē pedes peregrinorum, aripi iusserūt, quos dux multis plagis cōcisos in carcerem cōiecit. Ibi Ariani Scythas crudeliores, postquam videre eos verberatō nondū enectos, expostulare cū duce occipiunt minatique sunt se eunūchis scripturos, quod non ad ipsorum arbitrium flagellaret: quorum verbis ille cōterritus, iterum homines flagellare occipit, ipsi autem qui verberabantur, non ignari cur vapularent, & per quos falso delati essent, nihil aliud dicebant, nisi se ob veritatem flagellari. Non communicamus, inquierentes, cum hæreticis, verberate vt libet, Deus ob ista te iudicabit. Impij autem eos in carceribus periclitari morique cupiebāt. Populus autem Dei, cognita opportunitate temporis, pro iis intercessit, atque ita, vt inde post dies septem plus minus liberati fuerint. Eusebiani vero quasi eo ipso grauius habitū fuissent, alia crude-

Sebastianus secta Manichæus. Virgines ab adolescentibus nudatæ &c.

Arianorum uxores in pias matronas de baccharatæ.

Eutychius subdiaconus vsque ad necem flagellatus, deinde in metallum letale mitti dicitur.

Oratio habita pro defunctis

Ariani crudeliores Scythas.

Ad necem quatuor viri flagellati.

liora, magisque nefaria moliti sunt facere, quæ quidem immania aliorum ingenijs videntur, ipsorum vero hæresi hostilia in Christum proficenti prorsus consentanea. Siquidem Christus nos admonet vt pauperum memores essemus, & vendenda esse bona & danda in elemosynam: & Esuriui, inquit, & dedistis mihi quod comederē: sitiui, & dedistis potū. Quatenus enim vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Isti autem vt reuera Christo infesti, eius voluntati hac in parte obsistere conati sunt: Quum cum à fratribus in egenos & viduas, quibus in Ecclesiis quæ iam per duce in Arianorum potestatem concesserāt, sedere non liceret, ac proinde in locis per clericos, in quorum tutela erant, assignatis versarentur, elemosynas benigne conferri conspicerent, non ferentes hanc pietatem, misericordiam illis ferire ac verberibus insectari cœperunt, criminibus quoque in donatores elemosynarum intentatis, eos eo nomine apud ducem accusarunt, vtentes ad eam opera cuiusdam militis. Gratium id admodum fuit Sebastiano. Nam apud Manichæos misericordia non est, & pro re hostili habetur pauperum cōmiseratio. Erat igitur noua expostulatio, & tribunal primum ab ipsis excogitatum, vbi de beneficio reatus fieret, & miserator accusatione impeteretur, & is qui beneficium acceperat, vapularet. Malueruntque pauperem esurire, quam liberam aliis misericordiam permittere, & hoc quoque ab antiquis Iudæis, ipsi noui Iudæi didicerāt. Nam & illi cum vidissent à natiuitate cæcum, visum recepisse: & cum, qui multis temporibus paralyticus fuerat, sanatum esse, auctorem quidem eius beneficii Dominum nostrum vituperabāt, beneficio autem illo affectos, vt transgressores condemnabant. Quis non igitur ad ista obstupuit? quis non hanc hæresim eiusque assertores execratus est: Quis non cognouit Arianos belluis immaniores esse? Atqui scelerati, id, quod per ista sua facinora captabant, minime assecuti sunt, sed magis odiū sui apud omnes intenderunt. Sperabāt enim vi & insidiis multos cogi posse, vt secum communicarent, sed res illis in contrarium cecit, Qui enim ista patiebantur, eas calamitates tanquam martyriū sustinebāt, minime prodentes, aut inficientes piam in Christum fidem. Extranei autem qui ista spectabant, in quo numero etiam ethnici erant, Arianos vt Antichristos & carnifices execrabantur: est enim genus humanum amans pauperum, & prouum ad misericordiam. Sed Eusebiani humanam mentem exuerant. Egeni porro qui ita vapulabant, optassent forsitan vel à quouis beneficium accipere: verum id Eusebiani iudicium & Comitē impetio succincti, quibus libera potestas erat quemlibet affligendi, nequaquam permittere voluerunt. Quæ enim in presbyteros & diaconos fecere, & quomodo ipsos sub duce & iudicibus in exiliū egere, eorumque amicos militari manu extraxerūt, duce Gorgonio, plagis eos concidente, & quomodo omnium, quod summæ crudelitatis est, etiam iam mortuorum membra arcusque per summam seuitiam discernerent, non est vt verbis enuncies, vincit immanitas rerum omnem rationem eloquēdi. Quid enim tantum dixeris, vt rem ipsam eloquatur, videare: aut cuius primum mentionem facias, vt non inuenias primis secūda, secūdis tertia, ac dein cæps posteriora quæque esseratiōra? Omnes enim eorum

Mat. 19. Mat. 25.

Elemosinas quas contulerunt verberati ab Eusebiano.

Eusebiano in manus dedit.

Humani generis ad misericordiam prouum.

Posterius hæresis per effectum.

eorum conatus cæde & impietate redundant, quia ea sunt vasticie animi, & morum versipelli calliditate, vt honorum magistratuūque pollicitationibus, & pecuniarum muneribus ad decipiendum abutatur, vt quum ex legitimis rationibus Episcopatus sui constitutionem non habeant, saltem inde imaginem aliquam rectæ institutionis simplicioribus faciāt. Quis igitur eos vel ethnicos simpliciter nomet? tantum abest vt eos Christianos appellari velit. Quis horum mores humanos, ac non potius ferinos putet? in quorum factis est tanta crudelitas & immanitas, vt carnificibus tetriores, cæterisque hæreticis improbiore ac ne pares quidē ethnici habeantur, à quibus à tergo ad longissimum interstitium relinquuntur. Ego enim è patribus audiui, & verum arbitror, quum persecutio esset nata sub Maximiano Constantij auo, ethnicos homines fratres nostros Christianos, quum quærentur, latebris abdidisse, eosque sæpe pecunia mulctatos, & carceri mæcipatos fuisse, non ob aliud, quam quod profugientes ad se, prodere nollent: eosque eadem fide qua seipso tuendos putaret, non veriti ob id sese periculis obicere. At nunc mirifici isti nouæ hæreseos inuētores, nulla æque re vt insidiis clari, omnia in contrarium faciunt: ipsi enim vltro carnifices effecti, & occultatos rimantur, vt eos latebris eruant, & occultatoribus insidias neunt, æque sibi inimicum & occultatum & occultatorē arbitrātes: ita natura cruenti sunt & homicidæ, & scelerum æmuli. Neque satis pro dignitate verbis quæ ipsi faciunt, offerri licet, atque inde, quod mihi scribenti de eorum sceleribus istud in mentem venit, num hæresis ista quarta sit filia eius hirudinis, quæ in prouerbis memoratur, vt quæ post tanta scelera, cædēsque illatas nondum induci potest, vt dicat, sufficit. Adhuc enim sæuit, eosque qui illam nondum cognitam habent, ad noxam circuit: quibus autem nocuit, iis nouam iniuriam meditatur. Ecce enim post nocturnam grassationem malæque inde propagata, non intermittunt apud Cæsarem criminationes struere, neque id mirum, quū certi sint sese audiendos, modo impia adferant. Argunt igitur vt damnatio grauior exilio infligatur, & ad necem rapiantur, quotquot impiæ hæresi nō obtemperauerint, & certe nunc eo genere crudelitatis sæuiunt. Secundus igitur Pentapolitanus nominetenus Episcopus, homo omnium mortalium teterrimus, eiusque in coniuratione socius Stephanus, non ignari se de quauis iniuria ob hæresis gratiam exculari posse, Barcæ quendam presbyterum nacti, nomine quidem Secundo similem, fide dissimillimum, ipsis non obtemperantem calcibus obtritum interfecerunt. Ille autem quum occideretur, sanctum imitatus ita locutus est, Nemo me apud iudicem vindicet, habeo vindicem Dominum Iesum, pro cuius nomine ista patior: illi contra hominis ita loquentis nihil quicquam misertum sunt, neque diei vllam reuerentiam habuere, quum in ipsa Pentecoste hominem calcitrando eliderēt. Nouam hæresim sceleribus & impietatibus diabolum totum, quantus quantus est, induentem. Nunc primum hoc genus mali extare cœpit: antea enim si qui de hæresi cogitarent, cogitatus suos sensusque abdebant: nunc autē Eusebius & Arius, veluti serpentes è cauernis suis progressi, virus impietatis suæ sectæ palam euomunt: quorū hic bla-

Maximiana persecutio Arianamul tosedatior

Hæresis Ariana hirudinis quarta filia.

Secundus Episcopus et Stephanus sedū dum presbyterum interfecerunt Petecostes die.

phemandi aperte audaciam suscepit, ille vero blasphemiam propalam defendit. Sed non prius eam defendere potuit, quam vbi Cæsarem blasphemix propugnatorem reperisset. Patres contra orbis cōcilio coacto, congregatisque plus minus trecentis Episcopis Arianam hæresim condemnarunt, ostenderuntque eam alienam peregrinamque esse ab Ecclesiastica fide. Propugnatores vero huius sectæ, videntes se in probro agere, & nihil pro se habere quod rationi consentaneum sit, aliam viam excogitarunt, & per potentiam secularē eam defendere instituerunt; qua in re magnopere admireris insolentiam malitiamque istius inuenti, & quantopere superet alias hæreses. Siquidem aliarum hæresum instituta in persuasibilitate verborum insanium suam constitutam habent; ad simpliciorum circumuentionē. Et ethnici, vt inquit Apostolus, sublimitate & suadela verborum & sophismatibus verisimilibus disceptationes suas instruunt: Iudæi vero omisiss Scripturis, vt Apostolus ait, fabulis & genealogiis decertant. Manichæi vero & Valentinii cæterique alij suis fictis rationibus sacras literas cauponātes, adulterantēsq;, nœnias adferunt. Ariani autem cæteris proteruiore, alias hæreseos sorores suas se multo minores declarant, quum longe maiori impietate vtantur (vt dictum est) omnēque & in primis Iudæos scelere improbitateque æmulentur. Vt enim illi Paulum, quem de obiectis criminibus vincere non poterant, statim eum ad Tribunal & præsidem adduxerunt, ita quoque & isti Indies plura excogitantes, non nisi iudicium potestate vtuntur, & vbi quis vel semel illis contradixerit, ad Præsidem & Ducem rapitur. Cæteræ porro hæreses demonstrationibus conuictæ ab ipsa veritate, tacite obmutescunt, nihilque agunt nisi quod de conuictione sua crubescunt. Noua autem ista & excrabilis hæresis, quum rationibus subruitur, quū ipsa veritate pudefacta concidit quos non potuit verbis inducere, eos vi, plagis, carceribusque ad se pertrahere annititur, atque vel ita seipsam, quam non sit pia & Dei eultrix, manifestat. Pia enim religionis (vt dixi) proprium est, non cogere sed suadere. Siquidem Dominus non cogens, sed libertatē suam voluntati permittens, dicebat quidem vulgo omnibus, Si quis vult venire post me: Apostolis vero, Num & vos abire vultis? Quid autem aliud hæresim istam, quæ prorsus aliena est à pia religione, quæque vt Christi perduellis auctorem suæ impietatis Constantiū, quasi Antichristū inscribit, facere decuit, nisi contraria Saluatori vsurperet? Cōstantius enim in gratiam hæreseos primum studio habuit, immanitate Saulem imitari. Ille enim sacerdotibus, quid Dauidi viaticum dederat, necem imperauerit, eiusque iussu treceti quinq; sacerdotes simul interfecti sunt. Ille vero, quoniam omnes hæresim fugiūt, & sana fides in Christū confessionibus celebratur, Synodū plusquam trecentorū Episcoporū abrogat, & Episcopos in exilium iicit: populos vero, dum prohibet conuentus celebrari, à meditatione pietatis precibusque ad Deum summoet ac depellit: rursus vt Saul Nobam ciuitatem sacerdotum euertit, ita & iste eius secleris magnitudinem superans, Ecclesias Domini hæreticis tradit. Et vt ille Doeg veris sacerdotibus anteposuit, Dauidemque persecutus est, Ziphæis auscultans: ita quoque & iste hæreticos præfert vere piis & religiosi homi-

Constantius blasphemix propugnator.

Hæreticorum tantum verbum suam doctrinam propagare conati sunt.

1. Tim. 2.

Ariani scelere ludos æmulantur ceteris sectis proteruiore.

Pia Religionis officium.

Matt. 26. Ioan. 6.

Constantius Antichristus.

Constantius Saulem crudelitate imitator.

1. Reg. 22.

Saulis Constantij gestorum collatio.

nibus, & insuper eos qui ipsum fugiunt, persequitur, eunuchis suis orthodoxos homines criminantibus auscultant: nec animaduertit, quod quæcunque pro Arianorum hæresi scribit & facit, ea omnia tendere aduersus nostrum Saluatorem. Nonne talia Achab in sacerdotes ausus est, qualia iste contra Episcopos molitus est? Ille saltem interfecto Nabuth compunctus est, & uiso Helia extimuit: Iste uero Hosium tantum & tam eximium virum nihil reueritus est, neque post tot exilia Episcoporum otio acquieuit, aut animo compunctus fuit, sed ut alter Pharao, quo magis atteritur, eo magis indurefcit, & quotidie peiora meditatur. Est & quiddam incredibile in illius peruersitate. Ex Episcopis enim relegatis euenit interdum nonnullos ob crimen cædis, aut seditionis, aut furti pro sceleris qualitate condemnationem pati, hos quidem ipse post paucissimos menses ad preces aliorum, ut Pilatus in Barrabam fecit, à pœna absoluit. Christi autem seruos, non solum non relaxet, sed exules etiamnum inclemētissime subinde nouis suppliciis grauet, quasi æternā furiam & alastora se illis præbere velit. Neque id mirum est, quum malefcis, ob mores amicus: orthodoxis uero, ob Christū inimicus sit. Num ergo ex ea re liquido ostenditur, Iudæos eius temporis, qui Barrabam postulauere, Dominum autem crucifixerunt, tales fuisse quales nunc sunt vnā cum Constantio Christi perduelles Ariani? Quod si Constantium etiam Pilato acerbiorē censeas: ille enim animaduersa Iudæorum iniquitate, saltem manus lauit: iste contra, in damnandis ad exilium sanctis atrocius frendet. Quid ergo mirum, si hæresi deuius ac errabundus ita crudeliter in Episcopos seuit, quū ne cognatis quidē suis, ut homo, pepercerit? quippe qui patuos in carcere clauferit, patruales sustulerit, & focerit sui filiam, cognatosq; vltima patietis nulla misericordia profecutus sit: quin & iurifurandi, quo illis de salute cauerat, violator fuit, pari quoque impietate in fratrem vsus. Et simulat ille quidem se fratri monumentum ædificare, quum interim sponsam eius Olympiada Barbaris dederit, quam frater eius vsque ad mortem apud se retentam, ut propriam vxorem educabat: & iam eius decreta conuellit, cuius ipse se hæredem gloriatur, ea scriptis mandans, ob quæ homo vel tenuissimi sensus erubesceret. Ego autem eius inter se epistolas committens, inuenio illū nihil ex suo ingenio sensisse, sed motus affectuū, prout illi suggestum fuit, accepisse: propriam autem mentem in genere non habuisse. Salomonis sententia est, rege audiente iniustum sermonem, omnes qui sub eo sunt, legis præuaricatores esse. Ipse autem factis declarat se illum iniustum, & qui circa eum sunt, illos ipsos legis præuaricatores esse. Iam quum ipse talis sit, talibusque delectetur, qui fieri possit, ut aliquid iusti, aut quod rationis sit sapiat, homo familiaribus suis deuinctus, alligatusq; iis incantoribus, qui cerebrum in calcancis depressum habent. Inde ego nimirum fieri puto, ut nunc scribat, mox scriptorum pœniteat, deinde mutata sententia succenseat, idque rursus deploret, prorsusque incertus fluctuet, quid agat: ex quibus omnibus facile colligas pectus eius mente destitutum esse. Talis igitur quum sit, reclusus eius vicem doceas, quod sub liberali cultu & nomine seruus sit eorum, qui ipsam pro sua impia libidine quoquo-

Constantius deterrior Achab.

3. Reg. 21. Constantius alter Pharao.

ἀλάστορ grace dicitur qui exitialis est, & cōminis aliorum peffis.

Constantij in suis cognatis occidendis tyrannus.

Constantius seruorum suorum seruus.

uersum trahunt. Certe stultitia & fatuitas est, ut ait sacra scriptura, aliis indulgendo seipsum futuro iudicio in alimentum ignis mancipare, quum omnia faciat quæ illi volunt, illisque ius Episcopis insidiandi propinet. Ecce enim nunc denuo Alexandria & in Ægypto & per vniuersam Lybiam Ecclesias turbauit, & propalam edixit, ut Catholica Ecclesia eiectis, pia religionis Episcopis, in vniuersum hominibus Arianicæ opinionis tradatur. Hoc & dux exercitus facere incepit, ac iam inde Episcopi, presbyterique & monachi ferro vincti, plagis vsque ad mortē cæsi, aliò atque aliò transmittuntur: Omniaq; in singulis locis tumultibus agitantur, Ægyptus & vniuersa Lybia in periculum venit, populis rerum iniquitatem indigne ferentibus, quum ante oculos suos videant Antichristo viam præparari: sua sibi eripi, eaque hæreticis dari. Quando igitur vnquam audita est tanta iniquitas? quando tale malum vel in persecutione visum fuit? Ethnici erāt, qui prius persequerentur, sed tamen in Ecclesias idola non inferebāt. Zenobia Iudæa erat, & protectrix Pauli Samosatensis, sed tamen Ecclesias Iudæis in synagogas non tradidit. Nouum istud odium est, neque simplex persecutio, sed immanitas quadam omni persecutione plena, proœniumque & præparatio Antichristi. Esto contra Athanasium, aliosque Episcopos quos in exilium misere, comminisci potuerunt criminū causas, sed nihil illa ad hoc nouum genus malorum. Quid criminis confingere possunt contra vniuersam Ægyptum, Libyam, & Pentapolim? nō enim in singulos insidias moliti sunt, ut mentiendi occasionem haberent, sed simul omnes adorti sunt, vnde sit, ut si quid fingere ausint, falsi statim mendaceseque appareant. Excæcavit eorum animos malitia, eo ipso quod simpliciter postularunt omnes Episcopos sine exceptione summoeri, ut clarum facerent, se contra Athanasium, ceterosque Episcopos quos in exilium misere, non alia de causa, quàm ob impiam hæresim, falsum crimen confinxisse. Res enim non amplius latet, sed iam omnibus compertissima est, eo quod & Athanasium è ciuitate eiici, & Arianis Ecclesias tradi iusserit, adeo ut iam presbyteri & diaconi qui cum Athanasio à Petro vsque & Alexandro in clero & Ecclesia fuere, profligentur, & hominibus certò Arianis, neque illis nouitiis, sed veteranis ac iam olim vnā cum Ario ab Alexandro Episcopo damnatis, Ecclesia donentur, ita in superiori Libya Secundus, in Alexandria Euzoius ille Chananaeus, Iulius, Ammon, Marcus, Irenæus, Zosimus, Sarapion cognomento Securicula: In Libya vero Sisinnius cum iuuenibus eiusdem secum hæreseos cultoribus, Ecclesias accipiunt: Sebastianus uero exercituum dux singulorum locorum præpositis, & militaribus præfectis in eam sententiam literas misit, ut veros Episcopos persequerentur, & pro illis suffragatores hæreseos in Ecclesias introducerent. Nihil horum omisum: relegarunt enim Episcopos qui in clero consueverunt, & per multos annos in Episcopatu versati fuere, ex quibus Ammonium in superiorem Oasim, Muim, Pfenosirin, Ilammona, Plenum, Marcum, Athenodorum in Ammoniacam, in exilium miserunt, nihil aliud captantes, quàm ut in desertis, solisque locis oberrando perirent: Nihil eorum qui aduersa valetudine laborabant, miserunt

Constantij persequutio deterrima

Zenobia Iudæa Samosatensis protectrix

Sap. 2.

Ecclesia veterani arianis damnata. Episcopi Arianis

Episcopi in exilio in desertis mori

miserunt, adeo ut iter ægre ob imbecillitatem ferentes, lecticis asportati sint, à tergo ob morbum funeralibus instrumentis subsequi iussis. Certe vnus ex eo numero extinctus est, cuius ne cadaver quidem ad suos referri permiserunt. Atque hinc est, quod Dracontium Episcopum in solitudine eam, quæ circa Clyma est, reuulerint. Philona uero Babylonem, Adelphium in Psinabla Thebaidis. Hieracem autem & Dioscurū presbyteros in Soinem; Ammonium item, Agathum, Agathodæmonem, Apollonium, Eulogium, Apollo, Paphnutium, Gaium, Flauium veteres Episcopos profugos fecere, & hos quidem in lapidicinis manciparunt, illos ad necem persecuti sunt, multosque laicos numero quadraginta spoliauerunt, virgines autem quas antea flammis admouerant, & ita palmarum flagellis verberauerant, ut quinto die aliæ perirent, aliæ sub chirurgorum manibus ob stimulos palmarum corporibus impactos, grauiore morte dolores patientur, è suis sinibus eiecerunt. Et quod grauius apud omnes qui mente valent, sed tamen quod proprium est impiorum quum vapulantes sceminae inter verbera Christum inuocarent, illi pro maiori contumelia dentibus suis in eas stridebant. Quinimo ne corpora quidem occisorum suis ad sepulturam concessere, sed locis occultis abdididerunt, ut laterent scilicet ipsorum homicidia: verum ea minime latuerunt. Vniuersa enim ciuitas hanc crudelitatem vidit, omnesque eos ut carnifices, ut maleficos, ut latrones auersati sunt quippe qui & monasteria cuerterint, & ignes iniecerint ad monachos comburendos, domosque diripuerint, & deposita ab Episcopo in ædibus ingenuorum hominum, irruentes deprædati sint, & interuerterint, viduasq; calcibus obtriuierint, elemosynis obstiterint. Istiusmodi sunt scelera Arianorum: quid autem pro impia sua hæresi conentur, quis quæso vel audiendo non exhorrescat? qui tot ac tam graues ætate Episcopos relegarunt, & in illorum locum iuuenes, libidinosos, ethnicos, ne catechismo quidem imbutos (ea spe quasi res statim confici posset) nec non & digamos, & de maximis criminibus male audientes, opum gratia & potentia commendatione, modo aurum darent, veluti emptores è foro ad Episcopatus summisere. Ac iam inde grauior calamitas populum pressit, qui quum auerterentur mercenarios istos, ab Arianis quidem pro Episcopis summissos, sed tamen publice pro alienis habitos, flagellis misere à duce bonis fisco addictis concidebantur. Quod admodum libenter faciebat homo Manichæus eo animo, ne illi suos Episcopos reposcerent, & quos auerfabantur, reciperent, homines nimirum ea agentes, quæ prius inter idola sua luserant. Quis hæc vel videns vel audiens, quis item considerans ferocitatem impiorum & tantam iniustitiam, modo ipse iustus sit, non ingemiscat? In locis enim infidelium suspirant iusti. Quis igitur quum ista fiant, & quum impietas tantam impudentiam sibi vendicet, ausit iam inde Constantium hominē Christianum appellare? ac non potius Antichristi imaginem esse? Quid enim ex notis Antichristi huic deest? aut quid est cur non omnibus modis Constantius Antichristus, & vicissim Antichristus Constantius habeatur? Nonne in magna Ecclesia in Cæsareo victimas contra Christum & blasphemias, veluti ex præcepto eius Ariani & ethni-

Episcopi in lapidicinis damnati. Virgines palmarum virgines ad mortem cæsa.

Senitia.

Monasteria euersa

Episcopatus uenales Arianorum tempore.

Impietas.

Constantius Antichristi imago.

ci fecere? Nonne visio Danielis istiusmodi notis Antichristum significat? nimirum quod bellum cum sanctis gesturus sit, & quod inualefcet contra eos, & quod in malitia superabit omnes, qui ante ipsum fuere, & quod humiliabit tres reges, loqueturque sermones contra altissimum, & quod meditabitur alienare & legum & temporum articulos? Quis igitur vnquam alius, excepto vno Constantio, talia machinatus est? hic enim talis est, qualis ille futurus est, loquitur sermones contra altissimum, dum propugnat sacrilegam hæresim, & aduersus sanctos bellum gerit, Episcopos in exilia relegas, tametsi paulisper ad suam ipsius perniciem hanc potestatem habeat. Nam & ipse omnes qui ante ipsum fuere, sceleribus vicit, nouo excogitato persecutionis modo, & statim à tribus regibus Britannione, Magnentio & Gallo interfectis, turelam impiæ religionis suscepit, & ut Gygas contra altissimum arrogancia sese efferre ausus est, & rationes mutandę legis excogitauit, dissoluēs Christi & Apostolorum instituta, morésque Ecclesiæ inuertens, & ex locis peregrinis cum satellitio militari, Episcopos ad populos inuitos summittit, qui pro mutua inuicem cum populo notitia minas secum deferunt, & diplomata ad iudices. Ita enim Georgius Cappadocem Alexandriam, ita Germium è Cyzico Sirmium, ita è Laodicæa Nicomediam Cecropium misit, ita Auxentium delatorem potius quàm Christianum è Cappadocia Mediolanum amandauit, ut expulso inde ob suam in Christum pietatem Dionysio viro religioso, eum ibi Episcopum constitueret, hominem ne Romanę quidem linguæ, sed tantummodo hæreseos peritum. Nunc autem denuo Georgium quendam Cappadocem ærarij Constantinopoli quæstorem, & depeculatorē omnium, atque eo crimine profugum Alexandriam specie militari & autoritate ducis in Episcopatum immittit, ac deinde repertum quendam Episcetum Neophytum hominem, iuuentute ferocem, audacem, in amoribus habet, eo quod eum ad omnia scelera promptum alacremque cōspiceret, eiusque opera Episcopis quibus velit, insidias struit: Nihil enim est quod ille grauetur facere, modo Imperatori placeat. Hoc ministro utens, incredibile facinus designauit, & quod vere referat imaginem Antichristi, ut qui in locum Ecclesiæ Palatium suum succedete voluerit, & pro conuentu populi & iure comitorum, tres eunuchos præsentis esse iusserit, tresque item χατανοβος hoc est, exploratores: non enim eos Episcopos dixeris, ut ipsi Felicem quendam Episcopum in palatio crearent, dignum profecto talibus suffragatoribus. Cæterum populi omnes cognita hæreticorū prauitate, non permiserunt eos Ecclesiā intrare, proculque ab iis recesserunt. Quid igitur hic, quod Antichristi non sit, omisit? aut quid ille, vbi venerit, plus committere poterit? aut quomodo ille in aduentu suo nō repererit sibi expeditā viam ad dolos ab isto præparatā? Siquidem iam denuo in locum Ecclesiasticę cognitionis suum palatium tribunal earum caularum constituit, seque earum litium summum principem & authorem facit, Et quod mireris, si quado viderit criminatores hæere & perplexos esse ipse eorum vices subit, ut nihil ob eius vim contradicere liceat, falso accusatis. Quod aperte in causā Athanasij ostendit: ibi enim

Dan. 7.

Constantius ceteris tyrannus efferrator quādam tyrannidem incipit.

Georgius Capadocæ quæstor ariarj Constantinopolitani.

χατανοβος pro episcopo apud Arianos.

cognita Paulini, Luciferi, Eusebij, Dionisij, Episcoporum libertate, docentium ex poenitentia Vrsacij & Valentis falsos esse Hthanasij crimatores, neque ulterius fidem habendam esse dictis Vrsacij & Valentis, quæ ipsi sua poenitentia reuocauerant, euestigio assurgens ita locutus est, Ego sum Athanasij accusator, meo nomine illis credite. Hic illis vicissim respondentibus, quoniam modo accusator esse possis non presente reo? esto vt accusator sis absentia tamen rei facit, vt in causa iudicari non liceat. Non enim de re Romana iudicium est, quo tibi vt Imperatori fides habeatur, sed de Episcopo agitur, & oportet in hoc iudicio pari iure cum reo & accusatore agi. Quomodo autem accusabis eum, qui ob longinquitatem loci adesse non potuit? Quod si quæ obiicis, ex auditu habes, æquum est vt iis, quæ pro se dicit Athanasius, fidem quoque habeas: quod si illi non credis, credideris autem istis, videbuntur isti ea quæ dicunt, propter te & in gratiam tuam dicere, & Athanasium accusare. Hæc cum audisset, & recte dicta pro contumelia accepisset, illos quidem in exilium eiecit: concitator autem in Athanasium factus atrocius in eum edictum promulgat, nimirum, & eum debere suas poenas luere, & Ecclesias Arianis tradi, iisque se liberum facere, vt agant quod velint. Grauius sunt ista & plusquam grauius, sed tamen istiusmodi quæ congruant in eum, qui Antichristi imaginem induerit. Quis enim videns eum in decernendo principem se facere Episcoporum, & presidere iudiciis Ecclesiasticis, non merito dicat illum eam ipsam abominationem desolationis esse, quæ à Daniele prædicta est? Nam quum circumamictus sit Christianismo, & in loca sancta penetret, & inibi consistens deuastet Ecclesias, abrogans canones, vi cogens vt sua obtineat, quis vnquam audebit dicere, hoc tempus Christianis pacatum esse? & non potius persecutionem esse: talemque persecutionem, qualis nec antea fuerit, & qualem fortasse nemo vnquam fecerit nisi filius ille iniquitatis? hoc ita esse ostendunt Ariani perduelles, qui se nunc istiusmodi fucis pingunt. Quapropter præcipue nos vigilare & obseruare hanc hæresim oportebat. An ea quæ tantæ impudentiæ est, virisque suum quasi Cerasse, vt in Proverbijs scriptum est, effundit, & male sentiendi de Christo magistrum se præbet? Annè inquam illa ipsa sit præuaticatio, postquam filius ille iniquitatis reuelabitur, qui prorsus habet in Constantio præcursores suos? Alioqui cur ita contra sanctos fureret? aut quare ita quasi pro sua hæresi omni conatu incumberet? & pro suo hoste haberet, qui infantijs Arii non obtemperat? & cur quæ à Christi perduellibus dicuntur, ita libenter acciperet? & tot & tales Synodos vilipenderet? aut cur Arianis Ecclesias tradi iuberet? nisi vt quum Antichristus venerit, habeat paratas rationes quibus in Ecclesias introeat, istumque sibi ita diligenter locum præparantem amplexetur? Nam senes qui ab Alexandro, & ante Alexandrum ab Achilla & ante Achillam ab ipso vsque Petro Episcopi fuere eliminantur: illi contra, quos asseclæ militum in Episcopos nominant, introducuntur, neminem interim alium nominantes, quam qui polliceantur se idem cum ipsis sentire. Quæ conditio facillima est Meletianis. Nam plerique eorum vel potius omnes impie educati sunt, neque cognitam habent sanam

in Christo fidem, aut quid omnino sit Christianismus, aut quas nos Christiani habemus scripturas. Aliqui enim eorum ab idolis, aliqui ex curia, aut è summis Magistratibus prodeuntes, ob miseram purpuram, præfecturamque; persuasis, pecunia Meletianis maioribus suis, ad hoc dignitatis, etiam priusquam catechismo imbuerentur, euecti sunt: aut si in speciem videantur catechismo imbuti, quæ quæso ratio catechismi apud Meletianos? imo sine omni specie huc prouolarunt, & statim quasi pueri accepto nomine, Episcopi appellati sunt, & propterea quia tales erant, rem pro nihilo habuerunt, neque inter pietatem impietatemque vllum discrimen esse arbitrati. Proptèr certe & quam citissime Ariani ex Meletianis facti sunt: quod si postea aliud quippiam Imperator iusserit, in id quoque rursus se promptissime immutabunt. Siquidem piæ religionis ignorantia facile eos ad consuetam, & quam ab initio didicerunt, vecordiam deducit, & pro nihilo illis est, omni vento & fluctu circūferri, modo id solum ipsis cōtingat, vt sint purpurati & humanas præfecturas habeant. Quid si dicas eos nihil immutatos, sed tales etiam permanere quales in gentilitate fuerant? Illi igitur istis moribus tam lubricis, & incertis, quid miri si Ecclesiam pro functione Magistratuque curiali habeant? & quum idololatræ animo ac sententia sint, non aliter quam gentes in bonum saluatoris nomen irrumpunt, Ægyptumque contaminant: in eam rem opera curaque impensa, vt Arianæ hæresis nomen ibi quoque inualecat, quum antea saltem per vniuersam Ægyptum libera securaque; erat orthodoxæ fidei professio? ac propterea etiam his prouincijs suam lucem inuehere studuerunt, non tam ipsi Ariani, quam qui illos concitat diabolus, vt cum venerit eius præco Antichristus, inueniat in Ægypto & ipsas Ecclesias suas esse, & in Meletianis suo iam ante catechismo imbutis, sese delinatum figuratumque agnoscat. Tale ergo iniquum illud edictum quod à Constantio prodiit. Populis certe magna erat ad martyriū promptitudo, ingensque odium aduersus impiissimam hæresim, & luctus permagnus, & gemitus in Ecclesijs, omnibus ad Dominum vociferantibus. Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in vituperium inimicis tuis, sed festina, vt eripias nos de manu iniquorum. Ecce enim famulis tuis non parcent, & viam Antichristo præparant. Non est sperandum vt Antichristo Meletiani resistent, non illis cura est veritatis, neque Christum abnegare inter mala numerant: non enim synceriter ad verbum Dei accesserunt, sed ad omnia tantquam Chameleontes transformantur, semper mercenarij eorum, qui ipsorum operam requirunt: non veritatem pro scopo habent, sed veritati voluptatem anteponunt, solumque id dicunt, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Histriionum igitur Epicritianorum ex Meletianis transfiguratorum scopus talis est, talisque; perfidia in moribus. Qui autem sunt ministri Saluatoris & vere Episcopi, synceriterque credunt, & non sibi sed Domino viuunt, quique; fideliter pij sunt in Christum Dominum Iesum intelligunt, quemadmodum prædixi, falsas contra veritatem criminationes esse, & manifestò eas fictas esse in gratia Arianæ hæresis: plane enim ex Vrsacij Valentisque poenitentia percipiunt, sycophantiam contra Athanasium, vt eum è me-

Cōstantinus Athanasij accusatorem se dicit.

Episcopi in exilium acti à Constantio.

Edictum in Ecclesiam

Daniel. 9

Prov. I.

Constantinus præcursor Antichristi.

Quales episcopi ab Ariano creati.

Ecclesia pro functione magistratuque curiali habita.

Oratio populi ad Deum.

Isa. 1.

Meletianis nulla est cura veritatis quam merentur.

Episcopi vere sint christiani creati vniuersi.

è medio tollerent, & hæresim in Ecclesias Christi immitterent, compositam conflataque esse, ac propterea, vt veri propugnatores & præcones dei, maluerunt potius contumeliam & exilium pati (quod & re experti sunt) quam contra Athanasium subscribere, & Arianis communicare. Non enim immemores fuere eorum quæ didicerant vt quibus certissimo constabat, proditoribus esse ignominiam multam, confitentibus vero regnum cælorum esse destinatum illis; qui confessionem pro leui habent, & metuunt Constantiū, nihil boni expectandum: contra, sustinentibus tribulationes, vt nautis, ex tempestate tranquillum portum: vtque Athletis; post certamen coronam, ita ipsis magnam & æternam lætitiā & hilaritatem in cælis paratam esse, qualem obtinuit Ioseph post tribulationes suas, qualem magnus Daniel post tentationes & plurimas aulicorum insidias, qualem nunc habet Paulus à Christo coronatus, qualem expectant qui vbi que sunt populi Christi. Hæc inquam illi respicientes non succubuerunt animo, sed magis hæc spe inualuerunt, maioremque; alacritatem induerunt: certi enim facti de sycophantijs & impietate hæreticorum, persecutorem damnant, & cum iis qui persecutionem patiuntur, animo sententiæque; concurrunt, vt corona cōfessionis potiantur. Multa porro præterea sunt, quæ aduersus hanc impuram & Christo hostilem hæresim dicere liceat, multaque item quibus pleraque Constantij studia, præludia esse Antichristi ostendere possis, quum & Propheta loquutus sit, A pedibus vsque caput, nihil esse quod in hac hæresi plena omnibus fœdibus & impietate, cum ratione congruat, ac tam tetra, vt si vel leuiter audias, eam tanquam vomitum canis, & serpentium virus abomineris: Constantius autem propagalam imaginem Antichristi præ se fert. Ideoque; scripturæ acquiescere, eiusque præceptis obtemperare, cum ob alias hæreses, tum maxime ob istam, præclarum dixeris. Scripturæ autem præceptum hoc est, Abstinate ab illa, illinc abite, & immundum ne tetigeritis, recedite ex medio illorum, segregamini ab illis qui ferris vasa Domini. Id enim omnibus pro doctrina sufficit, vt si ab illis deceptus sit, inde, veluti è Sodomis egrediens, non amplius se ad eos reflectat, ne eadem patiatur quæ vxor Loth. Quod si quis purus ab initio ab hac hæresi mauerit, habeat ille gloriam suam in Christo: dicatque, Non extendimus manus nostras ad Deum alienum, nec adorauimus opera manuum nostrarum, nec seruiuimus creaturæ, præter te Deum qui omnia creasti per Verbum tuum vniigenitum Filium Dominum nostrum Iesum Christum, per quem tibi Patri vnâ cum ipso Verbo in Spiritu Sancto gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Qui à fide non recesserunt in persecutione.

Cum hæreticis non communicandum.

Gen. 19.

TESTIMONIA SECVNDA.

Hæc publice testati sunt, per eos qui subscripserunt.

POPVLVS ALEXANDRI-NVS CATHOLICÆ ECCLESIAE, QUÆ EST SVB ATHANASIO REVERENDISSIMO EPISCOPO.



AM pridem protestati sumus de nocturna, quam passi sumus, tam nos quam templum dominicum, inuisione: tamen ibi testimonio opus non fuit, quæ vniuersa ciuitas cognita habet. Occisorum enim corpora reperta, & in publico exposita fuere, arma item & arcus in templo dominico; scelera quæ facta sunt quasi vociferantur. Sed tamen quia post testimonia nostra, clarissimus dux Syrtianus vi nos omnes compellit, vt nullum tumultum factum fuisse, neque quemquam occisum esse, testimonijs nostris sibi adstipulemur: quod ipsum non leue argumentum est, ea non ex sententia humanissimi Imperatoris Constantij acta esse: non enim de factis suis metum concepisset, si ex mandato ea fecisset, qui quidem, nos homines Christianos precibus ipsam cōuenientes, ne vi grassari, aut facta inficiari vellent, sustibus concidi iussit, qua re abunde declarauit, belli nocturni in Ecclesiam se authorē fuisse, propter ista omnia quæ iam recensuimus, nunc denuo eadem hæc pro testimonio dicimus. Deinde, quum quidam ad pietissimum Augustum iter haberent; adiurauimus eos per salutem pietissimi Cæsaris Constantij, quam Deus omnipotens illi largiatur, obsecrauimusque item Ægypti præfectum Maximū, & Curiosos, & clarissimos præfectos, vt omnia principi enarrarent. Adiurauimus quoque nauceros omnes, vt omnia ista vbi que diulgarent, & ad aures religiosissimi Augusti, cæterosque præfectos, & quotquot singulis in locis iudices, deferrent, vt bellum cōtra Ecclesiam gestum vbi que innotesceret, & quod temporibus Constantij, Syrtianus virgines, aliosque complures martyres fecisset. Illucescente enim quinto Calendas Februarii die, hoc est, decimo quarto mensis eius qui Mecher dicitur, vigilantibus nobis in dominico, & precibus vacantibus, eò quod synaxis parasceues die celebranda esset, derepente per intempestam noctem clarissimus dux Syrtianus cum multis legionibus militum, sagittas stridensque enses, aliaque id generis tela gestantium, non sine galeis cæterisque armis superuenit. Ibi nobis plane precibus intentis, in ipsis recitationibus sacrarum lectionum, ianuas fregit, foribusque vi multitudinis patefactis, statim ex illis edicto alij sagittas mittere, alij bellicum clamare ceperunt, magnus interea armorum fragor audiri, ensesque; ad lucem candelarum micare, virgines multæ calcibus elidi, & in sese mutuo formidine irruentium militum impingere, viri sagittis perfossi cōcidere, aliqui militum ad prædam versi, virgines denudare, quibus formido vel minimi tactus ipsa morte grauior erat. Episcopus per id tempus sedebat in Throno, omnes ad preces cohortans, Dux autem militum acies disponebat, Comitem secum trahens Hilariū scribam, qui illi hanc mentem afflabat, quod ipse exitus rerum declarauit. Episcopus autem cum hinc illinc raptaretur, minimo minus disceptus fuit: & quum in graui deliquio animi pro mortuo iacuerit, & eorum opera iam nusquam cōpareat, nescimus quid de illo factum sit: certe illi necem omnibus modis moliti sunt: deinde quum viderent tot occisorum hominum corpora, iusserunt milites ea rursus in oculis abdere. Sanctissimas autem virgines interfectas, ibidemque; relictas, in monumētis sepeliverunt, quibus laus martyrij, temporibus religiosissimi templo.

Syrtiani in occultatione doctissimi.

Syrtiani persecutio in christianos.

Synaxis.

Irruptio militum in ecclesia nocte parasceues.

dux Syrtiano.

Cad. uero Syrtianorum strages in templo.

Constantij obuenerit. Diaconi porro in ipso dominico alij plagis concidebantur, alij vinculis cōstringebantur: nam post tanta facinora, quisque pro libidine sua fractis ostiis introrumpebat, scrutabaturque omnia, in ea loca penetrauit, in quæ non omnibus Christianis fas est introire. Dux autem ciuitatis Gorgonius ista, qui præsens erat, suis oculis conspexit, nec pro leui argumento istius hostilis incurfionis, arma illa habere debent, quæ in Dominico ab illis qui irruerant, derelicta fuere, quæ etiamnum in Ecclesia pendent, adeo ut scelera sua inficiari nequeant. Sæpe autem ille misit ordinum militarium carnificæ, vnâ cum duce ut ea tollerent, verum id illi hæcenus à nobis, ut res omnibus innotesceret, negatum fuit. Quod si edictum principis est, ut persecutio in nos fieret, parati sumus omnes ad martyrium subeundum: sin minus, oramus præfectum Ægypti Maximum, cæterosque Magistratus, ut à principe postulēt, ne talia in posterum committantur, obsecramusque ut nostræ istæ pre-

ces ad eum perueniant, ut obtineamus, ne illis liberum fiat alium Episcopum introducere, quod ne fieret, vsque ad mortem restitimus, Athanasium reuerendissimum desiderantes, quem Deus ab initio nobis dedit secundum successionem patrum nostrorum, quem ipse Constantius religiosissimus Augustus cum literis iuramentisque huc misit: Confidimus enim si eius pietas ita rescuerit, eum rem istam indigne laturum, & nihil contra iusurandum suum facturum esse, sed iusurum, ut Episcopus Athanasius nobiscum maneat. Illustrissimis consulibus post consulatū Arbathionis & Colliani designatis septimo die mensis Mecher, quæ est pridie calendarum Februarij, Epistola autem prior ad vbiq; monachos scripta, vsque ad ea quæ Alexandria in creatione Georgij Cappadocis, cuiusq; receptatoribus Arianis acta sunt, porrigitur, ibiq; definit: sequēs autem epistola de Synodis Arimini & Seleuciæ, quæ est Isauriæ, celebratis, narrat Georgij depositionem siue exauctorationem.

Directio in Ecclesiis.

Christiani ad martyrium parati.

SANCTI PATRIS ATHANASII

DE SYNODIS ARIMINI, QUOD EST ITALIÆ: ET SELEUCIÆ, QUÆ EST ISAVRIÆ, CELEBRATIS, EPISTOLA AD ORTHODOXOS.



RORTASSE & ad vos quoque peruenit rumor eius Synodi, quæ nunc omnibus in ore est, eò quod ab Imperatore præfectusq; literæ frequentes in omnem partem sint missæ, eos qui illuc ituri essent conuocantes: iam quia discendi cupidi quæritis quid actum sit, rectum putauit, si quæ vidi quæque diligenter exploravi vobis significauero, ne si aliunde ea acceperitis, animo dubio fluctuetis, maxime, quum nulli aliter quam res acta est, referre soleant. Nicææ igitur quemadmodum statutum erat, nullum concilium coactum fuit, sed secundum edictum promulgatum est, ut Episcopi Occidentales Arimini, quod est Italiæ, conuenirent: Orientales vero Seleuciæ Isauriæ, quæ Aspera cognomine appellatur. Causa autem istius concilij ferebatur in hoc sita esse, ut de fide in Christum Dominum nostrum ageretur: authores autem istius rei sunt Vrsacius ex Pannonia, Valens & Germinius quidam Syrus Acacias, Eudoxius item & Patrophilus Scythopolitanus, qui quum Arianicæ factionis essent, & ne semel quid cogitarent, quid vel crederent vel affirmarent, singulos clanculum decipientes, & deceptis sementem hæreseos infeminantes, nonnullos qui aliquid esse videbantur, surripuerunt, & inter eos ipsum Cæsarem iam hereticum factum, specie quidem illa prælata quasi Synodum instituere vellent, quum interim sperant ea ratione se & Synodum Nicenam & omnes ita peruertere posse, ut impietas pro veritate ubique inualescat. Primum quidem ego admiror, idemq; arbitror quemlibet prudentem facere, quod eum vniuersale conciliū indictū esset, idque omnes expectaret, derepente diuisio facta sit, adeo illi illuc, isti istuc conuenirent, sed hoc absque dubio numinis prouidentia procuratum est, ut in singulis conciliis hic quidem syncera puraque fidei sententiæ

Concilij Arimini & Seleuciæ causa.

Synodus cur sit diuersis locis coacta.

apparerent, illic autem suspecta incertaq; ingenia cum suis moribus sese ostenderent. Deinde illud mecum cum genuinis fratribus non sine mœore in animo reuolui, quid sibi vellent ista discursatio. Quæ enim res tantopere cogebat, ut orbis terrarum turbandus esset, aut cur illi, qui hoc tempore clerici dicuntur, sursum cursitarent, percunctaturi quomodo ipsos oporteret in Christum Iesum Dominum nostrum credere? Nam si credidissent, nunquam quasi fidem non haberent, de fide quæsiuissent. Ea res & catechumenis non tenuit scandalum, & ethnicis non vulgarem, sed effusissimū cathinnum præbuit. Si Christiani veluti è somno expergiscerent, nunc demum quærant, quomodo in Christum oporteat credere, clerici certe illorum, quamquã authoritatem apud populum hæcenus quasi magistri obtinuerint, nunc tamen sese infideles esse declarauerunt, quum id quærant quod non habent. Et ignorat Vrsacius cum suis, qui horum authores sunt, quantam sibi iram thesaurizet, quum Dominus per sanctos loquatur, Væ illis per quos nomen meum in gentibus blasphematur, ac deinde per seipsum in Euangeliis: Qui scandalizauerit vnum ex pusillis istis, melius est, ut mola asinaria ad collum illius appendatur, & demergatur in alto maris, quam, ut Lucas ait, aliquem ex paruis istis scandalizet. Quid enim defuit Catholicae Ecclesiæ ad pietatem, ut nunc de fide quærendum videretur? Quin verbis suis de fide consulentes ascribunt, sub quibus res acta est: Vrsacius enim & Valens, Germiniusque cum cæteris suis gregalibus id fecere, quod antea nec factum, nec auditum est apud Christianos. Quum enim scripsissent eam fidem, quam voluerunt, addidere & Consulens, & mensum diemque eius temporis, ut omnibus prudentibus palam facerent, non olim, sed nunc demum eorum fidem

Athanasius secundo dicitur successione patrum Episcopus esse.

Clerici quæritis quomodo credentis sit in Christum.

Esai. Mar. 3.

Luc. 17.

Vrsacius & Valens de leuicis concilij auctoritate.

sub Constantio initium accepisse. Omnia enim respectu suæ hæreseos scripserunt: deinde cum simulant se de Domino scribere, alium sibi dominum, Constantium scilicet creauerunt: illi enim ipsis impie agendi facultatem præbuit: suumque Cæsarem æternum appellauerunt, qui Filium Dei æternum esse negant, tantos se pro impietate Christo hostes præbent. Sed fortasse causam additorum consulum se mutatos esse ex chronographia factorum prophetarum iactitauerint: quod si ausi sunt dicere, multo liquidius suam incitiam manifestabunt. Nam sanctorum prophetarum temporum memoriam habent, Esaias quidem & Osee in diebus Osee, Iothan, Achab, & Ezechiae vixerunt, Hieremias vero in diebus Iosæ. Ezechiel porro & Daniel sub Cyro & Dario, aliique oliorum temporibus prophetarunt, non religionis fundamenta iacentes: nam ea & ante ipsos & ante constitutionem mundi fuit & semper est, quam Deus nobis in Christo præparauit. Neque fidei suæ tempora assignauerunt siquidem & ante ea tempora fideles homines extiterunt, sed tempora suæ annunciationis notauerunt. Erat autem principalis eorum annuntiatio de aduentu Saluatoris: sed tamen quæ appendicem quoque sibi annexam haberet, euenta Israelitis & gentibus futura. Notæ autem temporum annaliaque ita assignata non initium fidei, quemadmodum iam dixi, sed initium Prophetarum, quo inceperant diuinare, complectantur: isti autem sophi non in enarratione historiarum, non in prædiuinatione rerum futurarum, sed in expositione fidei, Post hæc verba (edita est Catholica fides) statim consulens, mensum, diem adiecerunt, ut quemadmodum sancti historiarum sui que ministerij tempora assignabant, ita isti suæ fidei tempora assignarent, atque vti in sua fide hanc assignationem fecissent, & non in titulo Catholicæ fidei hoc ausi fuissent: Non enim tali formula, ut dicerent, verborum rem conscripserunt, nos ita credidimus, sed hac specie edita est Catholica fides. Improbitas ergo hæreseos istius suorum incitiam prodit, & nouum istud scribendi genus parta facit cum Ariana hæresi: illo enim scripto indicant, initium suæ fidei, & quando primum inceperint credere, atque iam inde volunt fidem suam prædicari, eadem ratione ut apud Euangelistam Lucam, editum describendi orbis exiisse dicitur, quod quum antea non esset, ipso die quo per authorem suum promulgatum fuit, incepit esse: ita isti quoque vbi scripserant, edita est fides, eo ipso ostenderunt nouitiam esse sententiam suæ hæreseos, & eam prius non fuisse. In eo vero quod addiderunt titulum Catholicæ fidei non sentiunt se delapsos ex Phrygia in Ariana sectam, adeo ut ipsi pro eorum more loquantur, nobis primum reuelatum est, à nobis incipit fides Christianorum. Et ut illi Maximillam & Montanum, ita isti pro Christo Constantium dominum suum nuncupant. Quod si secundum ipsos ab istis consulibus principium suum fides accepit, quid facient patres & beati martyres: aut quid facient illi, qui ab eis in Christiana religione instituti sunt? & ante consules istos dormierunt, quomodo illos excitabunt, ut quod didicerint obliteretur? & quod ipsi scribendo inueniunt, in eos inserant? Adeone crassi sunt, ut nihil fingere queant nisi cauillationes, easque & indecoras & incredibiles, & statim de proximo argumen-

Constantinus æternus appellatus va lente & Vrsatio.

Prophetarum tempora.

Prophetare.

Prophetae sophi erant quomodo.

Vrsacius & Valens quando primum inceperint credere.

Luc. 2.

Vrsacius & Valens fides quam sit nouitiam.

Nicena Synodus qui de cauillis celebrata.

tis refutabiles? Siquidem nicena Synodus non temere habita est ut quæ habeat grauissimos vsus, & legitimam rationem. Syri etenim Cilices Mesopotamiani in causa festi claudicabant, atque vnâ cum Iudæis Pascha celebrabant, & iam tum Ariana hæresis, quæ contra Ecclesiam insurrexerat, suos propugnatores habebat qui ipsam defenderent, & qui piis infidias facerent, Eusebianos scilicet. Atque ea causa fuit, cur vniuersus orbis in consilium coiret, ut & eodem die vbi festum celebraretur, & hæresis quæ suppullulauerat, anathemate percuteretur: quod & factum est. Nam & Syri in aliorum sententiam traducti sunt, & Ariana hæresim decreuerunt pro Antechristi præcuratrice habendam esse; & scriptis contra eam editis placita sua promulgarunt, sed tamen quum tot ac tanti viri essent, nihil tale quale isti, qui non nisi tres aut quatuor sunt, ausi fuerunt facere. Siquidem nec consulens, nec mensum, nec diem addiderunt, sed in negotio Paschatis non abhorruerunt ab istiusmodi appendice. Ibi enim placuit ut adderetur, visum est, ut omnes obtemperarent. De fide vero non scripserunt, visum est, sed ad istum modum credit Catholica Ecclesia, & statim confessio ipsa credendi adiuncta est, ut ostenderent eam non nouam esse sententiam, sed Apostolicam: & quæ ipsi scripsissent, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documenta. Contra, Synodi ipsorum quam quæso habent legitimam causam cur instituantur? Si enim recens aliqua hæresis post Ariana emerit, age, proferant nobis eius hæreseos commeta, authoresque sectæ: interim tamen scriptis suis anathematizent omnes hæreses ipsorum concilio priores & inter cæteras etiam Ariana sectam, quemadmodum patres Niceni fecerunt, ut videantur saltem aliquam verisimilem occasionem habere noua moliendi. Quod si tale nihil accidit, neque quicquam istiusmodi ostendere possunt, sed ipsi potius ex morbo Ariana hæreseos isti loquuntur, victique quotidie in omnem speciem se mutant, quis vsus quæso consiliorum? quum Nicenum concilium aduersus Ariana cæterasque hæreses satis valeat, quas per sanam fidem condemnauit? Porro Aetius, cognomento impius, quem pro causa habendi concilij toties iactant non de propria insania quasi à se inuenta, superbit, sed in Ariana, quæ alterius dogmatibus consistat, transiens, cum suis quos decepit, naufragium fecit, Frustra igitur circum cursitantes prætexunt, ob fidem Synodos sese postulare, quum sit diuina scriptura omnibus potetior. Quod si ad hanc rem vsus Synodi desideratur, super sunt acta pattum: nam neque hac in parte negligentes fuere qui Nicææ conuenerunt, sed ita accurate scripserunt, ut qui synceriter eorum scripta legat, facile reminiscatur eius in Christum religionis, quæ à sacris literis annunciat. Ergo quum nullam rationem pro se habeat, omnibusque vndeque destituatur, & hæreant, & frustra operosi sint in cauillationibus, illud mirum illis reliquum est, ut dicant, Nos qui maioribus nostris contradicimus, & præuaricamur patrum traditiones, postulauimus Synodum promulgari, metuentes autem, si omnes in vnum conueniant, ne frustra laborauerimus: ita voluimus Synodum indici, ut ea in duas partes dirimatur, quæ ita à se inuicem disunctis, scriptisque nostris exhibitis aliquid suffurari possimus, minas Constantij

Syriorum sententia de ariana heresi.

Aetius impius in Concilio niceno Refutatus.

Ratio est cur vrsacius & Valens velint Concilium in duas partes dirimi.

impletae secte propugnatoris assidue iactitantes, simplicitatemque nimiam Niceentium patrum cauilantes, acta Niceensia irrita ociosaque reddamus. Hæc tametsi verbis non proferant, ad eum tamen finem omnia faciunt & moluntur. Certe quum multa multoties in diuersis Synodis dixerint, & scripserint, nunquam tamen Arianæ hæreseos mentionem, vt malæ, fecerunt, imo si quando contigit, vt ex præsentibus aliqui hæreses criminarentur, ipsi Arianam à Niceno concilio damnatam excipiebant defendebantque, eosque qui Ariana dicerent, beneuolentissime complectebantur. Quæ res pro insigni argumento est non ob veritatem, sed ad abolitionem eorum quæ Nicæa acta sunt nouas ipsos Synodos coinminici. Quæ autem in Synodis ab ipsis ipsorumque similibus acta sunt rem ita esse adhuc magis probant. Reliquum igitur est, vt singula quemadmodum acta sunt, exponam. Omnibus igitur expectantibus vt in vnum conuenirent, quos imperatoris diplomata euocabant, & vnum consilium haberetur, postquam diuisio facta esset, aliique Seleuciam cognomento Tracheiam abiissent: alij Ariminū se contulissent vbi Episcopi fuerunt L. & eo plures, venit etiam ad eundem locum Germinius, Auxentius, Valens, Vrsacius, Demophilus & Gaius: ibi quum cæteri Episcopi ex sacris literis verba sua formarent, illi chartulam exhibuerunt recitatisque consulis sub quibus scripta erat, postulabant, vt ea omnibus Synodis antepone-retur, ommissa omni de hæreticis quæstione, nulla-que habita percunctatione, quo animo aut qua sententia essent, sed scriptis chartule solummodo contentos esse debere: scripta autem eorum huiusmodi fuere.

EDITA EST CATHOLICA FIDES
 IN PRÆSENTIA DOMINI NOSTRI
Religiosissimi præclarique Victoris regis Constantij
Augusti æterni, consulis clarissimi viri
Eusebio & Flavio Arimini, undeci-
mo Calendas Iunias.

CREDIMVS in vnum & solum & verum Deū Patrem omnipotentem: conditorem opificē- que omnium: & in vnigenitum Filium Dei, ante omnia secula & initia, & ante omne tempus, quod in intellectum cadere potest, existentem, & ante omnem comprehensibilem substantiam, natum impatibiler ex Deo, solū ex solo Patre, Deū de Deo, similem Patri suo, qui ipsum genuit, cuius secundum scripturas, generationem nemo nouit, nisi solus qui eum genuit Pater: hunc scimus Dei vnigenitum Filium, nutu paterno aduenisse è cælis ad demolienda peccata, genitum ex Maria Virgine, versatumque cum discipulis fuisse, & vbi omne officium dispensationis adimpleuisset, secundum Patris voluntatem crucifixum & mortuum esse, & ad inferos descendisse, atque ibi, quod sui officij erat, peregisse, quem ianitores inferorum conspicati, exhorruerunt, eumque tertio die ab inferis resurrexisse, & versatum cum discipulis fuisse, eumque, vbi negocia sua absoluerat, impletis quinquaginta diebus, in cælos assumptum esse, & sedere ad dexteram Patris, & vltimis diebus resurrectionis venturum in gloria paterna, vt tribuat vniciue secundum opera sua: & in Sanctum Spiritum, quē

vnigenitus promisit se missurum humano generi paracletum, quemadmodum scriptum est, Vado ad Patrem meum, eumque rogabo, & alium paracletum mitet vobis Spiritum veritatis, ille de me accipiet, & docebit vos omniumque admonet. Vocabulum porro substantiæ, quia simplicius à patribus positum est, & à populis ignoratur, & scandalum adfert, eod quod in scripturis non contineatur, placuit vt de medio tolleretur, & nullam posthac de Deo substantiæ mentionem esse faciendam, eod quod sacra scripturæ nusquam meminere substantiæ Patris & Filij: Filium autem Patri per omnia similem dicimus, quemadmodum sacra litera & dicunt & docent hæretici.

Quibus recitatis, non lōge postea cognita est istorum qui hæc scripserant, vafricies. Episcopis enim proponentibus, vt cæteræ cum Ariana damnarentur hæreses, reliquisque omnibus in id consentientibus, Vrsacius & Valens cum sociis suis abnuerūt, ac deinde cognitum est eos non synceriter sed ad abolitionem eorum quæ Nicæa acta essent, ita scripsisse, vt infamiam hæresim introducerent. Mirantes igitur dolosa eorum hominum verba, & vafrum institutum, dixerunt ad eos: Nos, non quia fide indigeremus, huc conuenimus: habemus enim sanam fidem, sed vt eos qui veritati contradicunt, & noua molirentur, confunderemus. Si igitur vos, quasi nunc incipientes credere, ista scripsistis, nondum clerici haberi potestis, vt qui nunc rudimenta Fidei condiscere incipiat: Quod si eo animo quoniam nos, huc venistis, sit omnium concordia, & hæreses anathemate execremur, & quæ patrum sunt, teneamus, ne posthac captata conciliorum occasiones obuertentur, quum semel illi qui Nicæa conuenierunt omnia præoccuparint, & nihil non egerint pro Catholica Fide. Omnibus ergo Episcopis ita suffragiis inter se cōsentientibus, illis è diuerso abnuentibus, ac proinde vt in scitis, dolosis ac potius hæreticis condemnatis, totum concilium suis calculis Nicenam Synodum approbavit, & eam ad omnia sufficere iudicauit: Vrsacium vero, Valentē, Germinium, Auxentium, Gaium, Demophilum hæreticum pronunciauit, & contra eos submotos ab Ecclesia, vt non vere Christianos, literas scripserūt Romana quidem lingua, sed in Cræcam linguam, quod fieri potuit, ad istum modum interpretatas.

EXEMPLAR EPISTOLÆ SYNO-
DALIS AD AVGVSTVM CONSTAN-
tium.

DE I Iussu, tuoque pio edicto olim dogmatibus tradita ita esse, vt tradita sunt credimus. Nam Ariminum est omnibus ad Occidentem ciuitatibus in vnum conuenimus, vt Fides Catholice Ecclesiæ cognosceretur, & qui alterius opinionis essent, manifesti fierent, ibique post longam deliberationem optima visa est ea fides, quæ hæcenus vsque à prisca temporibus perdurauit, quam & Prophetæ, & Euangelia, & Apostoli per Dominū nostrum Iesum Christum prædicarunt, qui est tui imperij custos, & tuæ valetudinis defensor. Statutum igitur vt eam retinentes coleremus, & colentes vsque ad finem conseruaremus. Indecens enim & nefarium aliquid ex rectè & iustè decretis, & ex rebus Nicæa publicè cum illustrissimo principe Constantino

Consul-
stantiale
nomen
e Syno-
do subla-
tum ab ur-
sacis &
valente
&c.

Vrsacij
& valen-
tis inimi-
co nequ-

Nicenam
Concilij
approba-
tum.
Vrsacius
& valen-
tis conde-
mnati.

Fidei sp-
tinniqua.

Vrsacij
& valen-
tis pœnitē-
tia.

Mediola-
nense con-
cilium.

Constanti-
imperator
ad vitæ
finem bap-
tizatus.

Vrsacij
& valen-
tis incon-
stantia.

Hæretici
& fidelium
commu-
nionem se-
moti.

stantino parte tuo per accuratam deliberationem constitutis, immutare velle, in quibus tanta doctrina est & prudentia, vt ea vbiue deprædicata ad omnium aures animosque perueniret, quæ sola hostis & interfectoris Arianæ hæreseos, & per quam non illa sola, sed & reliquæ hæreses sublatae sunt, in qua certe & addere aliquid temerarium est, & auferre periculosum. Quorum si alterutrum fiat, erit hostibus quidlibet agendi libera facultas. Atque ea de causa Vrsacius & Valens iam pridem socij & ad stipulatores Ariani dogmatis, à nostra communione, sententia data, segregati fuere, quam vt denuo recuperarent, de peccatis suis in quibus se conscios agnoscebant, pœnitentiam veniamque postularunt, vt eorum syngraphæ testantur, & ob id illis venia gratiaque delictorum facta est: hæc autē per id temporis facta sunt quum Mediolani Synodus in consessum ibat, præsentibus ibidem Romanæ Ecclesiæ presbyteris, fuitque proinde nobis persuasissimum, iniquum esse, quum Imperator Constantis ab obitu suo dignus omni memoria, hanc fidem omni cura & diligentia conscriptam promulgaret, tum demum ex quo ille baptizatus ex hominibus, in requiem sibi debitam translatus est, aliquid noui in ea fide moliri velle, & tot sanctos cōfessores, martyres huius placiti scriptores authorēsque cōtemnere, qui pro veteri lege ritūque Ecclesiæ in ea sententia permansere: quorum fidem Deus per Dominum Iesum Christum in tempora tui imperij contulit, per quem ita late regnas, vt etiam nostro orbi imperes. Verum denuo miseri isti deplorati animi, nefario ausu impiæ sententiæ sese præcones ostēdunt, & omnia veritatis decreta cōuellere nituntur. Eo enim tempore quo pro tuo edicto Synodus cogebatur, ipsi fraudis suæ consilia denudarunt, Conati enim sunt per vafriciem & tumultum cum sociis istius factionis Germinio, Auxentio, Gaio, contentiones discordiasque seminantibus nouas res facere. Quarum doctrina vna eademque omne genus blasphemiarum superat: vbi autem viderent, non esse ibi homines eiusdem studij, neque qui illorum prauis sententiis adstipularentur in nostrum cōsilium se transtulerunt, vt viderentur aliud quippiam scribere sed ipsi non ita diu postea animum suum ostenderunt. Ne igitur res Ecclesiasticæ in eisdem molestias cadant, neue turbatio & tumultus denuo omnia inuoluat & cōfundat, constanter visum est, olim decretā pro legitimis inconcussim seruanda esse, & istos à nostra communione submouendos esse, atque ideo legatos nostros ad tuam æquitatem misimus, qui tibi sententiam Synodi ex epistola ostenderent, idque legatis nostris ante omnia mandatum est, vt veritatem prisca & iustis rerum allegationibus probarent, & tuæ sanctitati ostenderent, quod non quæ admodum Vrsacius & Valens inquirunt, pax futura sit, si aliqua ex rebus iustis subuertantur: nam quomodo pacifice agere poterint, qui pacem tollunt? sed potius inde contentionem turbationemque tū reliquis ciuitatibus, tum Romanæ vrbi oborituras esse. Quapropter supplicamus tuæ humanitati, vt benignis auribus & sereno vultu nostros legatos intuearis neque ad contumeliam mortuorum aliquid noui induci permittras, sed nos sinas in institutis decretisque maiorum permanere, quos magno ingenio, prudentia, & Spiritu sancto omnia fecisse

assuetauimus. Certe res nouæ, quas isti moluntur, credentibus incredulitatem, incredulis crudelitatem inducunt. Iterum te nostris supplicationibus cōuenimus, vt iubeas Episcopos peregre commorantes, quos & grauitas ætatis & paupertas affligit, quam facillime in patriam deduci, ne Ecclesiæ absentibus Episcopis desertæ relinquuntur: id quoque nostris precibus addimus, quod nihil desit rerū prisca, nihilque exuberet, sed omnia firma maneant, vsque à temporibus beati patris tui in hodiernum diem obseruata, ne nos posthac vexari, & à nostris diocæsis segregari permittas, sed vt Episcopi cum suis populis pace ad preces cultusque diuinos ocium habeant orantes pro tuo imperio, salute, & pace, quam tibi in perpetuum diuinitas largiatur: Nostri porro Legati subscriptiones salutationesque Episcoporum adferunt qui tuam sanctitatem de hac causa ex ipsis sacris literis edocent.

SENTENTIA SYNODI.

QUANDI V par & possibile erat fratres charissimi, Catholica Synodus & sancta Ecclesia sua patientia & tolerantia pertulit ingenerose Vrsacium, Valentem, Gaium, Germinium, & Auxentium, qui aliàs sentientes omnes Ecclesias perturbauerunt, & nunc in præsentia ausi sunt hæreticas sententias orthodoxæ fidei assuere, & Nicenam Synodum hostem Arianæ hæresis demoliri, suamque sed peregrinam & alienissimam à sanctissima Ecclesia fidem conscriptam promulgare, quæ nos recipere nefarium putauimus. Qui quum iam pridem hæretici essent, etiam nunc deprehensi sūt contraria sentire, quos ad communionem nostrā accedere prohibuimus, eosque in præsentia nostris verbis condemnantes, à cœtu fidelium reiicimus: Vos item quod videbitur de iis statuere, vt vnusquisque cognitio ex sua subscriptione robur habeat, vnanimiter nos Episcopi dicimus, prædicti isti inimici detrahantur ab Ecclesia, vt Catholica Ecclesia in pace permaneat. Et hæc quidem Arimini acta celeriter istiusmodi finem acceperunt. Nemo enim ibi dissenfit, sed omnes concorditer sua iudicia cōscripserunt, & Arianos reiecerunt.

Concilij Seleucia habiti ordo, Episcopi, cæteraque gesta.
 Quæ autē Seleuciæ cui Tracheia nomen est, acta fuere, istiusmodi sunt, Mensis erat à Romanis Septembris, ab Ægyptiis Thoth, à Macedonibus Gorpheus nominatus, eius autem mensis decimasexta secundum Ægyptios dies, in quam qui euocati fuerant, conuenere. Erant autem ibi propemodum cētum sexaginta, ibi quum multi accusarentur, multi quoque accusarent, & cōtra alios vociferarentur, Acacius, Patrophilus, Iunius è Tyro, & Eudoxius, qui in Anthiochenam Ecclesiam insiluit, Leontius & Theodotus, Euagrius quoque & Theodulus, & Georgius ex orbe terrarum abactus, rem callidam instituunt: formidantes enim probationes suorum accusatorum alios homines hæreticæ factionis, sibi veluti mercenarios ad impietatem addictos, & à Secundo per Synodum maximam exauctorato, ad ordines Ecclesiasticos promotos in societatem adiungere, inter quos fuere Libyci homines Stephanus, Siras, & Pollux de diuersis criminibus, accusati, istis addidere Pancratium, Ptolomæum &

Episcopi
pauperes.

Arimini
Synodis
acta.

Hæretici
extores
ab ecclesia
facti.

Hæretici.

Acacium
cum suis
Nicenum
concilium
negat.

Heretici
anathe-
mate da-
nati.

Acacius
Synodo
Nicee sub
scripsit.

Meletianum quendam, sub ea specie quasi videlicet de fide inquirere vellent, verum non ita fallere potuerunt, quin intellectum sit eos metuere accusatores, & hæresim defendere: postea secessione facta discissi sunt, aliique Acacius, sed pauci & suspecti adhæserunt: alij vero qui illum reliquerant, magno numero fuerunt. Acacius autem cum suis immani vecordia audaciæque plane abnegarunt Niceni concilij scripta, ipsam Synodum diffamantes: alij vero iique permulti, reliqua Synodi approbant, solummodo de voce consubstantialitatis quasi obscuræ cauillantes: ibi quum diutius commorarentur, accusatoribus grauitate incumbentibus, reisque se in fugam penetrantibus, & ob hoc in maiori impietate versantibus, Dominumque blasphemantibus, multitudo Episcoporum indignatione concitata, Acacium quidem Patrophilum, Vranium, Eudoxium, & Georgium ex Hypodectis, ab Ecclesia summouerunt, nonnullos item ex Asia Leontium, Theodosium, Euagrium, Theodulum: communionem vero spoliauerunt Asterium, Eusebium, Angarum, Basilicum, Phæbum, Phidolium, Eustathium, Eutyrium, & Magnum, eò quod citati ad causam dicendam de criminibus, quibus accusati erant, nõ comparuerint: censueruntque eos incommunicabiles habendos, donec se legitima defensione puros ostenderent: & literis missis ad cuiusque istorum parciam sententiam contra eos datam promulgauerunt, atque ita profecti sunt ad piissimum Imperatorem Constantium, vt illi acta renunciarent: ita enim illis mandatum fuerat: Tali exitu Synodus Seleuciana clausa est Athanasius.

Quis igitur non approbauerit piam prudentiam Episcoporum Arimini congregatorum, qui tantum itineris laborem, tantaque pericula maris sustinuerunt, vt Arianicè sapientes ab Ecclesia detraherent, & partim traditiones integras conseruarent, sancta & canonica decreta facientes: Quisque enim eorum sibi persuadebat, si solueret aliquid ex decretis maiorum, occasionem se darum posteris, vt quod ipsi egissent, rescinderetur. Quis autem quæso non vituperaret temeritatem Eudoxij & Acacij, qui honorem patrum suorum Ariomanitarum studio & gratiæ propinant & produnt? Quæ enim fides in eorum actis, si decreta maiorum suorum soluant? aut quomodo eos, quibus succedere, patres suos appellabunt, quorum sententias ipsi culpant? & præsertim Acacius, quid nam Eusebio suo magistro responderit? qui non solum Synodo Niceæ subscripsit, sed per epistolam suis populis significauit, eam esse veram fidem, in quam in Nicena Synodo consensus fuit: Et si enim, vt voluit, se per epistolam excusaret, voces tamen Synodi non repudiavit. Quin & Arianos criminatus est, quod dicentes, Non erat Filius priusquam nasceretur, cum ante Mariam quidem voluerint extitisse. Quid videlicet docebunt populos ab ipsis institutos? an patres suos lapsos esse? aut quomodo ipsi veri apud discipulos suos habebuntur, quibus persuadent præceptoribus credendum non esse? Quibus porro oculis intuebuntur monumenta patrum suorum, quos ipsi hæreticos nominant? aut quo ore Valentinum, Phrygius, & Manichæos culpabunt, quum eadem cum ipsis loquantur? aut quo iure ipsi Episcopi esse poterint, si ab hæreticis quos ipsi criminantur constituti sunt? Quod si illi male senserunt,

& scriptis suis orbem terrarum seduxerunt, cesserit omnino eorum memoria, & scripta illorum abiiciantur. Ite ergo vos ipsi, & eruite eorum reliquias ex monumentis, vt ab omnibus intelligatur, & illos fuisse seductores, & vos parricidas esse. Certe beatus Apostolus laudat Corinthios, quod vbi que sui memores essent, & quod traditiones quas tradidisset illis, retinerent. Isti igitur quum talia de suis antecessoribus cogitent, prorsus contraria ad populos non verebuntur dicere. Non laudamus vos quod memores estis patrum, sed eo nomine potius vos commendamus, quod eorum traditiones non retinetis. Superest, vt ipsi generis sui ignobilitate culpent, & dicant se non ex piis, sed ex hæreticis originem trahere. Istiusmodi enim verba ipsos loqui decet ad Arianos, quibus, vt antea admonui, patrum honorem & suam salutem propinant, nec metuunt illud quod in Proverbiis scriptum est, Mala soboles patrem execratur. Vos autem nihil tale committite, neque improbitatem illorum, veritatem putate: Nam & ipsi in se mutuo insurgunt, & à patribus suis deficientes, non timent eadem sententiam, sed variis & multiplicibus mutationibus iactantur: & aduersus Nicenam Synodum contententes, multas Synodos instituerunt, in quarum singulis nouam semper fidem edentes, in nulla earum perdurare possunt, neque vnquam aliter faciunt: quoniam male querendo, non inveniunt sapientiam, quam odere. Subiunxi igitur necessario aliqua ex parte scripta Arii, cæteraque, quæ isti in diuersis conciliis promulgarunt, vt perspicere possitis non sine admiratione, qua de causa aduersus orbem terrarum concilium, & patres suos contentiosus Arius ipsiusque sectatores remittere sese nolint, ac proinde eos, quum dicerent ex non entibus Deum suum Filium condidisse, Filiumque eum appellasse: & Dei Verbum in numero creaturarum esse: & fuisse quando non erat: & mutabile id esse, posseque vbi velit sese mutare, ab Ecclesia per beatum Alexandrum reiectos fuisse, Ariumque ita ab Ecclesia summotum dum apud Eusebium commoraretur, suam hæresim scripto complexum esse, qui in Thaleia, neminem prudentium imitatus nisi solum Ægyptium Solaten ad eius indolem & molliem numerorum multa conscripsit, quorum hæc aliqua portiuncula est.

BLASPHEMIÆ ARII.

IPSE Deus secundum essentiam suam omnibus ineffabilis est, & solus ille nihil simile sibi, aut quod paris sit gloriæ, habet. Ingentium autem eum dicimus, ad distinctionem eius qui natura est genitus, eumque principio carentem celebramus, ob eum qui principium habet, æternum vero predicamus, ob eum qui in tempore extitit, Filiumque initium creaturarum fecit, ipse minime initiatus: eumque tulit & in filium sibi adoptauit pro ratione, sed tamen suæ substantiæ proprium Filium non habet: nam odopitius iste, nec illi par, nec consubstantialis est. Sapiens vero est Deus, quoniam ipse est sapientiæ magister, Euidens quoque res, Deum omnibus, qui per Filium sunt inuisibilem esse, atque adeo ipsi Filio inuisibilem esse. Diserte autem loquar: quomodo à Filio videri posset, qui est inuisibilis? sed tamen pro potestate ea qua Deus

potest videri, proque suis modulis quatenus fas est, Filius fuffert Patris cõspectum: igitur Trinitas est sed maiestate non pari, impermixtisque sibi inuicem eorum substantiæ: altera enim altera gloriosior gloria, idque in immensum. Alienus externusque est quantum ad substantiam attinet, Pater à Filio, quoniam principio caret. Intelligitur ergo, vnitatem consistentem, binitatem non fuisse, priusquam ea existeret: Filio enim nondum existente statim relinquitur, Patrem tantummodo Deum fuisse, ac proinde Filium tum non extitisse, eumque factum esse voluntate Paterna vnigenitum Deum. Ab utroque istorum alienus est ille qui Sapientia dicitur, Sapientia Dei voluntate extitit. Indicatur autem infinitis rerum vocabulis dum Spiritus, Virtus, Satus, Sapientia, Gloria Dei, Veritas, & Imago, & Verbum appellatur. intellige item eum & Splendore, & Lumen animis fingi & cogitari. Æquale est Filij gignere: potens est qui melior, Excellentior autem quam vel meliorem, vel maiorem. Nonne Dei voluntate Filius quantus quantus est, aliquando & alicunde euasit? & tum hoc à patre accepit, quum illi obuenerit. Deus robustus quum sit, præstantiorem aliqua ex parte hymnis celebrat. Vt compendio dicam, Filio Deus ineffabilis est: est enim sibi quod est: hoc est, indicibilis. Quapropter nihil eorum, quæ secundum comprehensionem dicuntur, nouit eloqui filius. Impossibile est enim ei Patrem inuestigare, qualis in se est, quoniam ipse Filius suam ipsius substantiam ignorat, & quia Filius est, voluntate patris vere extitit. Quæ igitur ratio concedit, eum qui ex Patre est, patrem intellectu assequi posse? Certum est, illud quod initium habet, id quod initio caret, prout est, animo completi, aut quale sit, comprehendere non posse. Quæ vero per epistolam ad beatum Alexandrum scripsere, sunt ista.

BEATO PAPÆ EPISCOPO NOSTRO ALEXANDRO, PRESBITERI & diaconi in Domino, salutem.

Fidei catholica cõfessio.

FIDES nostra iam vsque à maioribus nostris, & quam à te didicimus beate Papa, hæc est. Agnoscimus vnum Deum, solum ingentium, solum æternum, solum nullo principio inchoatum, solum verum, solum immortalitate præditum, solum sapientem, solum bonum, solum potentem, omnium iudicem, gubernatorem, dispensatorem immutabilem, & inalterabilem, iustum & bonum, Legis & Prophetarum & Noui Testamenti Deum, qui genuit Filium vnigenitum ante tempora æterna, per quem secula & reliqua condidit, eumque genuit non opinione fictum aut cogitatum, sed reuera substantentem, eumque subsistere fecit sua voluntate, immutabilem & inalterabilem, creaturam Dei perfectam, sed tamen non vt aliquid ex creaturis: genitum quiddam, sed non vt aliquid ex genitis: non vt Valentinus tradit, proiectum quiddam Patris: neque, vt Manichæus docuit gennima Patri consubstantialis: neque, vt Sabellius ait, vnitatem diuidens Filio patrem: neque, vt Hiericas, lucernam ex lucerna: neque vt facem in duo, neque vt is qui prius erat, posterius sit natus aut conditus in Filium. Quemadmodum & tu beate Papa in media Ecclesia de folio tuo discipulis tuis subinde exposuisti:

verum ita vt dicamus eum voluntate Dei, ante tempora & secula conditum vitam, essentiam, & gloriam à Patre accepisse, cõsubstantente cum eo Patre: Non enim pater tradita illi omnium rerum possessione, seipsum iis quæ innascibiliter habet, spoliavit. Est enim fons omnium, adeo vt tres sint substantiæ. Ex iis Deus, qui est author omnium solissimus, principio caret: Filius vero sine tempore à Patre genitus, & ante secula conditus & fundatus, non erat priusquam gigneretur, sed intemporaliter ante omnia genitus, solus vnusque per Patrem extitit, Non enim æternus est, aut coæternus, aut coingentus cum Patre, neque simul cum Patre essentiam nactus est, vt quidam dicunt, duo principia ingenta introducentes, sed vt Deus vnitatem principiumque omnium, ita ante omnia existit, ac proinde Filio suo prior est, quemadmodum & à te didicimus in media Ecclesia concionante. Vt igitur Filius à Deo essentiam, gloriam & vitam habet, ita quoque omnia dono à Patre accepit, prout Deus principium eius est. Est enim Deus princeps illius vt pote essentia prior. Quod si hæc dicta, Ex eo & Ex vtre & Ex Patre prodij, & venio, pro parte aliqua cõsubstantiali capiatur, vt aliquid defectum ex Patre Filius, vt à nonnullis fit, intelligatur, profecto sequitur vt ipse Pater cõpositus, partibilis & mutabilis habeatur. Ista sunt ex aliqua parte, quæ Ariani ex hæretico suo corde antequam Niceæ haberetur concilium, euouerunt, Eusebius item Narcissus, Patrophilus, Maris, Paulinus, Theodotus, & Athanasius Nazarbonensis similia scripserunt, Eusebius porro Nicomediensis magnificis verbis Arium in epistola laudauit, Quum recte inquis, sentias, opta cunctos ita sentire: cuius enim liquet, id quod factum est, non prius fuisse, quam conderetur, & quod natum est, nascendi initium habuisse. Eusebius quoque ex Cæsarea Palestines in literis ad Episcopum Euphrationem non veritus est palam dicere, Christum non esse verum Deum: & Athanasius ex Nazarbis hæresim adhuc nudius rexit, vnum ex centum illis ouibus Filium Dei appellantes: In scriptis enim suis ad Episcopum Alexandrum, ausus est dicere, Quid obtrectas Ariani? si dicunt ex non entibus Filium vt creaturam conditum esse? vnumque ex rerum vniuersitate esse? Nam ille vnus est ex centum ouibus, quæ per parabolam repræsentant res omnes creatas. Si igitur centenæ illæ non sunt creaturæ, aut res factæ, aut si aliquid ex centenis istis plus est quam cæteris, esto habeatur Filius neque creatura, neque aliquid ex vniuersitatis numero: Sin autem omnes ex illa centuria, res conditæ sunt, & factæ: & nihil est præter istam centuriam, nisi vnus duntaxat Deus: quid quæso Ariani absurdi loquuntur, si in centuria ista Christum connumerantes, & vnum eum ex vniuersitate rerum appellarunt? Georgius vero, qui nunc Laodiceæ est, & per id tempus presbyter Alexandrinus erat, & Antiochiæ commorabatur, ita ad Alexandrum Episcopum scripsit. Conquereris de Ario, quum dicit, Erat, quando non erat Filius. Certe Eusebius filius fuit Amos, Amosque prius fuit, quam gigneretur Esaias. Neque Esaias prius erat, sed postea substitit. Idem rursus ad Arianos scripsit. Quid ex postulatis cum Alexandro Papa fermocinante, ex Patre esse Filium? imo ne vos quidem reformidare debetis, Filium dicere ex Deo esse, Nam si Aposto-

Ariani
episcopi.

Georgius
hæreticus
Arianus.
Ex Deo
esse, ambiguit
esset, quæ
Ariani ex
Georgio
primus
dixerunt.

lus scripsit cuncta ex Deo esse, & certum est, cuncta ex non entibus ad essentiam producta & facta esse, Filiumque creaturam esse, & vnum ex rebus conditis, recte ad eum modum dici potest, Filium ex Deo esse, quemadmodum omnia ex Deo esse dicuntur. Ex hoc homine didicere Ariani simulanter agnoscere hoc dictum ex Deo esse, & verba quidem pronuntiare, sed tamen ut animo male sentiant. Ipse porro Georgius ubi Alexandro ob alia quidem crimina, sed potissimum tamen ob impietatem reiectus est, quum esset illius presbyter, quemadmodum superius dictum est.

HEC PRESBYTERI ALEXANDRINI.

Athanasius.

Asterius Eusebianus de potentia dei libellum conscripsit.

Asterij blasphemica.

Rom. 1.

In summa ita omnes scripsere, ut singuli viderentur certare & contendere, quis eorum impietate hæreseos magis amplificaret, & apertius renudare posset. Epistolas autem eorum apud me non habui, ut eas ad vos remittere liceret, alioquin ipsa exemplaria ad vos dedissem. Deo autem volente, ubi ea nactus fuero, ad vos transmittam. Quin & Asterius Cappadox sophista multiceps vnus ex sociis Eusebianis quoniam idolis in priore persecutione, quæ fuit sub auro Constantij immolauerat, & propterea nequiret in clerum cooptari, de sententia Eusebij opusculum fecit, quale & ipse volebat, & quod sceleri immolationis magnitudine responderet, in quo locustam & erucam cum Christo comparat, imo Christo anteponit, aliamque, quam Christum, in Deo sapientiam collocat, Christi & mundi conditricem. Obambulat ille per Syriam, & per alias Ecclesias ex commendatione Eusebij, ut semel Christum abnegare doceat, atque ea scruie contra veritatem vitur. Abscendit igitur homo audacissimus ad loca minime sibi licita, sed ensque in gradibus clericorum, publice suum opusculum, quamquam id multi grauius ferrent, recitauit. Liber autem ille multis verbis constat, verum ex eo has particulas desumpsit. Non enim beatus Paulus dixit, se prædicare Christum propriam Dei virtutem aut sapientiam, sed sine vilo additamento virtutem Dei & sapientiam Dei: esse enim alteram propriam Dei virtutem, insitam Deo & coexistente sine generatione, eandemque & Christi genitricem, & creatricem totius mundi esse, de qua in epistola ad Romanos ita loquutus est, Inuisibilia enim ipsius ex mundi creatione per opera ipsa animaduersa perspiciuntur, necnon & æterna eius potentia & diuinitas. Quemadmodum enim diuinitatem istam, de qua hic mentio est, nemo dixerit Christum esse, sed eum ipsum Patrem esse, ita arbitrator eius propriam virtutem non congenitum Deum, sed genitorem esse, aliamque Paulum in eo loco docere sapientiam Dei, nimirum eam, quæ per Christum declaratur, & per eius opera ministeriaque innotescit. Idem rursus Atqui æterna eius potestas & sapientia, quam nullo principio inchoatam & ingenitam rationes veritatis ostendunt vna eademque haud dubie fuerit. Sed tamen singulatim ab eo plurimæ conditæ sunt potestates & sapientiæ, quarum primogenitus & vnigenitus est Christus, quæ quidem omnes similiter à conditore pendunt, eiusque qui ipsas creauit, & vsurpat, iure meritoque dicuntur esse. Quale est quod propheta locustam

pro pœna humanorum scelerum diuinitus illatam, non virtutem tantummodo, sed & magnam virtutem Dei nuncupat. Quin & beatus Dauid in multis Psalmis non ab angelis duntaxat, sed à virtutibus Deum laudari iubet, & omnibus ad hymnos inuitatis magnam ad id multitudinem conuocat, quos & ministros Dei appellat, & eius voluntatem facere commonstrat. Hæc ausus contra Christum, nondum adhuc cõquiescere potuit, sed & vterius suas blasphemias extedit, quum dicit, Vnum ex rerum vniuersitate esse Christum: primus enim est rerum conditarum, & vnus ex naturis intellectualibus. Et ut sol inter ea quæ oculis visuntur, vnus est ex luminibus, quum tamen vniuerso mundo secundum ordinem madatamque conditoris luceat, ita quoque & Filius vnus ex intellectualibus naturis, omnibus qui in mundo intellectuali sunt, lucet ac splendet. Idem rursus dicit, Erat, quando non erat, vbi ita scribit, Priorẽ generatione Filij Pater habebat generandi scientiam, vti medicus ante medicinam datam, medendi tenebat rationem, Idem rursus ex beneficiendi studio conditus est filius, & ex superabundantia potestatis fecit illum Pater. Item, Si voluntas Dei continuo ductu penetrat per omnia opera, certe Filius opus habendus fuerit, quum voluntate Patris genitus & factus sit.

HÆC QUIDEM SOLVS ASTERIVS SCRIBIT.

EVSEBIANI vero in commune cum ipso animis sentiunt. Istæ nimirum sententiæ sunt, pro quibus contendunt, ob istas cum veteri Synodo bellum gerunt, eò quod non eadem à patribus, qui ibi in confesso fuere scripta sint, sed potius hæresis ab illis damnata sit, quam isti stabilire satagunt. Inde nimirum est, quod Asterium immolatorem dæmoniorum, & sophistam impietatis antesignanum faciunt, ut nihil parcat contra dominum loqui, aut simpliciores eloquentia seducere. Verum ignorant stolidi id sese in suam noxam facere. Fætor enim victimarum idolis Cæsarum in antesignano suo istam hæresim Christo hostilem & perduellem esse, euidentius demonstrat. Nec aliud in causa est, quæ omnia motibus & tumultibus miscere studeant, persuasi si quam plurimos occidant, & singulis mensib. Synodos faciant, fore, ut sententia in Arianos lata obliteretur. Videturque mihi aut plane ignorare, aut ignorantiam callide simulare, quasi nescirent etiam ante concilium Nicenum hæresim istam abominabilem fuisse quo tempore Artemas eius fundamenta iaciebat, & ante Artemam æque abominabilem sub Caipha & Phariseorum consilio fuisse, & nullo non tempore officinam Christo hostilem omnibus execrabilem videri, neque vnquam ab odio liberam futuram, eò quod ad amabile sit Christi nomen, vniuersaque rerum natura genua illi flectat, & confessionibus agnoscat Dominum Iesum Christum esse in gloria Patris. Illi tamen faciendis vniuersalibus conciliis nondum fatiscunt. Eusebiani certe in Niceno conuentu ab Ecclesia reiecti, postmodum inuadentes impudenter Ecclesias, cœpere Episcopis, si qui contradicerent, insidias struere, & pro iis submotis, hæreticos in Ecclesias

Simile.

Chr. in mulier et seditione facit. retin.

Ariana heresi Ariana fundatur.

Philipp. Ibidem. Eusebiani anathema te dicitur. Eusebians ecclesias persequi insidias struere, & pro iis submotis, hæreticos in Ecclesias

Ecclesias inducere, ut quando vellent, Synodos congerent, habituri eos sibi ad stipulatores quos ob id de industria ad Episcopalem ordinem subuenerunt, Coeunt igitur Hierosolymis, & istiusmodi scribunt.

SANCTA SYNODVS HIEROSOLYMIS COACTA, ECCLESIAE DEI QUAE

est Alexandria & per Aegyptum, Thebaida, Lybia Pentapolim, reliquisque per orbem Episcopis, Presbyteris, & Diaconis in Domino, salutem.

Arianorum commendatio



QUONIAM nobis ex diuersis prouinciis in vnum congregatis, ad Pauegyrim celebrandam pro dedicatione martyrij Saluatoris, quod religiosissimus Imperator Deo omnium regi & Christo eius ædificauit, maiorem nobis animorum lætitiã, Dei gratia, literæ eiusdem religiosissimi Imperatoris præbuerunt, quibus nos ad ea quæ oportuit instigati, omnem inuidiam ab Ecclesia Dei expellit, & omne odium procul abigit, per quæ Christi membra iam pridem diffidebant, authorque fuit ut simplici & placido animo reciperemus Arianos, quos aliquandiu improba inuidia extra Ecclesiam detinuit, & viris istis de rectitudine fidei in literis suis testimonium præbet, quam quum antea fama audiuerat, ipse eadem ex viua eorum voce cognouit, cognitamque approbavit, eamque rem nobis manifestam reddidit, eò quod literis suis orthodoxas eorum virorum opiniones scripto comprehensas subiunxerit, quas omnes agnouimus sanas, & Ecclesiasticas esse: Quapropter iure admonuit, ut viri isti reciperentur, & coaduniretur cum Ecclesia Dei, ut vos ex epistola illius exemplaribus cognoscetis, quæ nos ad pietatem vestram misimus. Credimusque vobis ipsis veluti propria membra vestri corporis recuperantibus magnum ex ea re gaudium lætitiãque oborituram, dum ipsi viscera vestra, fratres, scilicet & patres agnoscitis, & recipitis, non solum presbyteris Arianis, sed vniuerso populo cum omni multitudine vobis restituto, quæ ob causam istorum virorum longo iam pridem tempore à vobis diffidebat, decetque vos cognitis quæ hic acta sunt, quodque isti viri nobiscum communicauerunt, & à tanta Synodo recepti sunt, quam promptissime eos, ut membra Ecclesiæ coeant & in pace sint, consalutare, maxime, quod promulgata, & publice edita eorum fides indubitata, & apud omnes approbatã Apostolicã traditione, & doctrinã cõplectatur.

HÆC SYNODVS.

TALE Synodorum exordium fuit, in quo quam celerrime sua studia quæ vterius dissimulare nequibant, non prodidere. Siquidem eo ipso, quod diceret, depulsam esse omnem inuidiam, & quia post Athanasij exilium scribebant Ariam cum suis recipiendum esse, satis indicarunt, sese non alia de causa Athanasio, ceterisque Episcopis, quos sibi refragatores sentiebant, insidias struxisse, quam ut Ariam reducerent, & hæresim introducerent. Et quam omnem Ariam cõmentiam in hac Synodo laudassent, & in communionem eos recipiendos esse

Arianorum callida & fraudulenta intentio.

statuissent, idque iam pridem re præstitissent, tamẽ adhuc aliquid suæ voluntati deesse existimantes; Antiochiæ nouam Synodum per causam encæniorum coegerunt, & quia ab omnibus de hæresi male audiebant, variis modis, alia aliter scripserunt. Quæ autem in vna epistola scripserunt, sunt ista.

EVSEBIANORVM EPISTOLA.

Nos certe Ariam acoluthi id est sectatores non sumus, neque quum sumus Episcopalis ordinis, presbyterum sequimur, neque aliam fidem præterquam ab initio traditam, recipimus, quinimo nos ipsi eius fidei examinatores probatoresque facti, potius eum admittimus, quam sequimur, quod ex verbis nostris cognoscere licebit. Didicimus enim ab initio credere, esse vnum Deum totius vniuersitatis, omniumque intelligibilium sensibiliũque opificem, & procuratorem: & in vnum Filium Dei Vnigenitum, ante omnia secula existentem, & coexistentem cum Patre suo, per quæ omnia facta sunt, tam visibilia quam inuisibilia, eundemque sub extrema tempora secundum Patris sui placitum descendisse, & carnem ex Virgine accepisse, & postquam omnem Patris sui voluntatem adimpleuisset, passum esse, & resurrexisse, & in cœlum rediisse, & ad dextram Patris sedere, ac denuo venturum ad iudicandum viuos & mortuos, credimus quoque in carnis resurrectionem & vitam æternam.

Eusebianorum in se de inconstantia.

QUAE AVTEM IN ALIA EPISTOLA

ITERVM PER IDEM FESTVM ENCæniorum edidit, quum priorum pœnituisset, nouaque excogitasset, sunt ista.

CREDIMVS cõgruenter pro Euangelica & Apostolica traditione in vnum Deum, Patrem omnipotentem, vniuersitatis conditorem, & opificem, procuratorem ex quo omnia: & in vnum Dominum Iesum Christum Filium eius vnigenitum Deum, per quem omnia: eumque natum esse ante secula ex Patre, Deum ex Deo, totum ex toto, solum ex solo, perfectum ex perfecto, regem ex rege, Dominum ex Domino, verbum viuum, Sapientiam viuam, Lumen verum, viam, veritatem, resurrectionem, pastorem, ianuam, immutabilem & inalterabilem Deitatis substantiæ, Voluntatis, Potentiæ & gloriæ Patris sine omni dissimilitudine imaginem, primogenitum omnis creaturæ, eundemque in principio apud Deum Verbum esse, quemadmodum in Euangelio dictum est, Et Deus erat Verbum, per quem omnia facta sunt, & in quo omnia subsistunt: qui sub extremos dies à supernis descendit, & ex Virgine natus est secundum scripturas, eumque hominem factum mediatorem Dei & hominum, & Apostolum Fidei nostræ, & principem vitæ esse credimus, quemadmodum dicit, Ego descendi à cœlo, non ut facerem voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, eundemque pro nobis passum esse, & resurrexisse tertia die, & ascendisse in cœlos, & sedere ad dextram, & iterum venturum cum gloria & potestate ad iudicandum viuos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum, ad consolationem & sanctificationem & consummationem credentibus datum, quemadmodum Dominus noster di-

Alteri fidei cõfessio.

Ioan. 1.

Ibidem.

Ioan. 4.



Mar. 16. scipulis præcepit, dicens, Abite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Patris inquam vere Patris, Filij vere Filij, Spiritus Sancti vere Spiritus Sancti, non vt hæc simpliciter vocabula habeantur absque rebus, sed vt singulorum propria persona, ordo & gloria intelligantur, adeo vt terni sint ratione personarum, vnus tamen per concordiam. Hanc igitur fidem retinentes, imo ab initio vsque ad finē eā possidentes coram Deo & Christo eius, omnes hæreticorum prauas opiniones anathemate detestamur & si quis præter rectam sacrarum literarum fidem docet tempus aut momentum aut seculum esse, aut fuisse, priusquam Filius gigneretur, anathema esto, aut si quis Filium creaturam pro ratione cæterarū creaturarum dicit, & non, vt sacræ scripturæ tradiderunt, alterum ex altero existere: Aut si quis quipiam præcipit, aut euangelizat, præter ea quæ accepimus, anathema sit. Nos enim omnibus per sacrās literas proditis, & à Prophetis & ab Apostolis traditis, vere & reuerenter credimus & sequimur.

THEOPHRONIVS PORRO EPISCOPVS TYANENSIS ISTIVSMODI fidem à se compositam in præsentia omnium promulgauit, cui omnes hominis religione approbata, subscripserunt.

Theophronij confessio fidei.

NOVIT Dominus, quem testem aduersus animam meam inuoco, quod credo in vnū Deū, Patrem omnipotentem, vniuersitatis conditorem & authorem, ex quo omnia: & in Filium eius vnigenitum, Deum, Verbum, Potentiam & Sapientiam, Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia, eumq; genitum esse ex patre, ante secula, Deum perfectum ex Deo perfecto, & apud Patrem existere in sua persona, & vltimis diebus descendisse, genitumque ex Virgine esse secundum scripturas, & postquā homo factus esset, passum esse, & resurrexisse à mortuis, & in cælos ascendisse, & sedere ad dextram Patris sui, eundemque iterum venturum esse cum gloria & potentia, ad iudicandum viuos & mortuos, eundemque permanere in secula. Et in Spiritum Sanctum consolatorem, Spiritum veritatis, quem etiam per Prophetā promisit Deus se effusurū super seruos suos, & quem Dominus discipulis suis pollicitus est, & secundum pollicitationem misit, vt Acta Apostolorum testantur. Si quis igitur præter hanc fidem docet, aut diuersa in animo retinet, anathema esto, aut quæ Marcelli Angerenis, Sabellij, aut Pauli Samosatensis sunt, sapiat, & ille quoque anathema esto, & quicumque cum eo communicant.

Act. 1.

HÆC THEOPHRONIVS.

FVERE autem numero, qui tempore Encæniorū conuenerant, nonaginta, consulibus Marcellino & Probino, indictione decimaquarta, præsentem ibidem impiissimo Cōstantio. Hæc cum Antiochiæ per tempora Encæniorum egissent ne tum quidem arbitrati satis perfecte fidem suam conscriptam esse, vtpote homines turbido fluctuantique animo, aliud scripturæ genus de fide post aliquot menses conficiunt, amandantque in Gallias Narcisum, Marim, Theodorum, Marcum, qui quasi à Synodo emissi, ista beatæ memoriæ Constanti Augusto, cæterisque qui ibi aderant, tradiderunt.

Eusebianorum in fide inconstantia.

ALIA FIDEI CONFESSIO.

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipotentem, conditorē & factorem rerum, ex quo omnis Paternitas & in cælis & in terris, nomen mutuatur. Et in vnigenitū eius Filium Dominū nostrū Iesū Christū, ante oīa secula ex Patre genitū Deū ex Deo, Lumen de Lumine, per quē omnia facta sunt, in cælis & in terris siue ea visibilia sunt, siue inuisibilia, eundemque Verbū esse, Sapientiam, Virtutem, Vitam & veram Lucem, qui propter nos postremis temporibus homo factus est, & genitus ex sacra Virgine, eundemque credimus crucifixum, mortuum, sepultūque; tertio die ex mortuis resurrexisse, assumptūque in cælum, residere ad dextram Patris, & venturum esse in consummatione seculorū, vt iudicet viuos & mortuos, reddatque singulis secundum opera sua. Cuius regnū indestructibile permanet in infinitas ætates. Sedebit enim ad dextram Patris, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Credimusque in Spiritum Sanctum, hoc est, paraclætum, quem pollicitus Apostolis, post reditum suum in cælos, misit, vt eos erudiret, omniāque illis in memoriam subiiceret, per quē animæ sanctificantur, quæ in illum synceriter credunt. Eos porro qui dicunt Filium ex non ente, aut ex alia substantia, & nō ex Deo esse, aut erat, quando non erat Filius, alienos à se censet Catholica Ecclesia.

HVIVS CONFSSIONIS FINIS.

RVRSVS quasi istorum pœnitentiam laborarent, post triennium iterum in confessum veniunt: amadantque Eudoxium Cilicem & cū eo nonnullos ad Italiam secum deferentes, fidem multis verbis conscriptam, & cum pluribus, præter superiores, appendicibus instructam: nam qualis rectoria ac magni momenti excogitassent, operæpretium ipsis visum est hoc iter suscipere, sunt autem ista.

ALIA CONFESSIO FIDEI.

CREDIMVS in vnum Deum Patrem omnipotentem, conditorem factorēque omnium, ex quo omnis Paternitas in cælis & in terris nominatur. Et in vnigenitum eius Filium, Dominum nostrum, ante omnia secula ex patre natum: Deum ex Deo, Lumen ex Lumine, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, tum visibilia tum inuisibilia, eundemque Verbum esse, Sapientiam, Potentiam, & Viram, & Lucem veram, qui vltimis diebus propter nos homo factus, & genitus ex Maria Virgine, crucifixus, & mortuus est, & resurrexit tertia die à morte, & in cælum subuectus est, sedetque ad dextram Patris, & venturus est in consummatione seculi ad iudicandum viuos & mortuos, & reddendum vnicuique secundū opera sua, cuius regnum indefinens permanet in infinitas ætates. Sedet enim ad dextram Patris non solum in hoc seculo, sed etiā in futuro. Credimus itē in Spiritum Sanctum, hoc est, paraclætum, quem quum pollicitus esset Apostolis post reditum suum in cælos, misit, vt doceret eos, & cōmonefaceret omnium, per quem animæ quæ in illum synceriter credunt, sanctificantur. Eos autem qui dicunt, Deum ex nō ente extitisse, aut ex alia substantia, & nō ex Deo, & quod tēpus ante seculū aliquod fuit, Quoniam

quoniam nondum esset Filius, alienos à se censet & agnoscit Sancta & Catholica Ecclesia. Similiter & eos qui dicunt tres esse Deos, aut Christum non esse Deum, aut ante secula, eum nec Christum nec Dei Filium fuisse, aut eundem esse Patrem, & Filiū, & Spiritum Sanctum: aut Filium ingentum, aut quod non de consilio suo & voluntate Patris Filiū genuerit, hos omnes anathemate ferit Sancta & Catholica Ecclesia. Non enim tutum est dicere Filium ex nō ente ad essentiā prodixisse, eodē illud in sacris literis nusquam de Filio feratur. Neque illum ex vlla alia substantia præexistente, & quæ Patrem non esset, genitum esse, sed solum ex Deo genuinē & naturaliter natū esse definimus. Vnam enim ingentum & nullo principio inchoatum. Christi Patrem sacra scripturā cōmonstrat. Sed neque illi, qui subtiliter dicunt fuisse aliquando, quando non erat, ex literis quæ sacræ scripturæ non sunt, temporale aliquod interstitium, quod ante ipsum fuerit, cogitare debent, sed solum dū intemporaliter Deum genitū esse, eodē quod tempora & ætates per eum sint condite, non tamen eum coinordiaturum & coingentum cum Patre existimare fas est. Neuter enim proprie siue Pater siue Filius: coinorigenatus, aut coingentus, vt ea parte collegam habeat, dici potest. Sed patrem solum nullo principio inchoatum inestabiliter, & omnibus incomprehensibiliter, ante secula genuisse agnoscimus, ac proinde Filium non itidem, vt Patrem, ingentum dici posse, sed principem exordiumque sui patrem habere qui ipso genuit. Caput enim Christi Deus. Neque tamen ob id, quia ternas res, & tres personas Patris & Filij, & Spiritus Sancti secundum scripturas cōfitemur, tres Deos facimus. Quoniam perfectum ingentum, & nullo principio inchoatum, inuisibilem vnum Deum agnoscimus, Deum & patrem vnigeniti, qui solus ex se habet id ipsum quod est, solusque omnibus aliis benigne largitur vt sint: nō tamē quia vnum solum Deum esse Patrem Dominum nostri Iesu Christi, vnumque ingentum profiteamur, ideo Christum Deum ante secula esse abnegamus, qualia faciunt Pauli Samosatensis discipuli, qui cum post incarnationem suam, ex profectu virtutis Deum factum esse asseuerant, eodē quod merus homo esset. Scimus enim eum tamen subiectus sit Patri & Deo, ante secula tamen genitum ex Deo, Deum secundum naturam perfectum, & verum esse neque ex homine Deū, sed ex Deo hominē, propter nos factum esse, & nequā vllō in tempore suam essentiā perdidisse. Abominamur præterea & anathemate execramur, qui illum tantummodo nudum verbum Dei sine substantia, & rem fictitiā nominat, qui in alio habeat, quod sit, quemque nunc, vt vocem quæ ore profertur: nūc vt dictionem quæ in cogitatu versatur, intelligūt. Christū autem ipsum, & Filium Dei, & Mediatorem, & Imaginem, non ante secula fuisse contendunt, sed ex eo tempore eum Christum & Filiū Dei factum esse, ex quo nostram carnem ex Virgine assumpsit, non totis ab hinc quadringentis annis. Ab eo enim tempore volūt Christū initium regni adeptum esse, regni que finem habiturum, post cōsummationem & iudiciū. Tales sunt discipuli Marcelli & Scotini angyrogalatæ, qui ante secularem essentiā Christi, eiusque deitatem & regnū indefinens, itidē vt Iudæi inficiantur, sub prætextu con-

stituentiæ monarchiæ. Scimus enim eum non simpliciter Verbum, quod ore Dei profertur, aut quod in eius animo cogitatur, sed viuum Verbum, quod per se existit, & Filium Dei & Christum esse; neque eum ratione prouidentia, eodē quod Pater talē eum futurum præcognouerat, cum Patre fuisse, & conuersatam esse ante secula, sed illi administrum fuisse ad omne opificium, visibilem simul & inuisibilem. Hic enim est ad quem Pater dixit, Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram, & qui Patriarchis in suauet ipsius persona visus est, legē dedit, & locutus est per Prophetas; & tandem homo factus est, & suam Patrem omnibus manifestauit, & regnat per infinita secula. Non enim recentem dignitatem assumpsit Christus, sed ab initio eum Patri per omnia similem credimus: illōque, qui dicunt eundem illum Patrem & Filium & Spiritū esse, & de vna re personaque, tria ista nomina impie accipiunt, merito ab Ecclesia abdicamus, eodē quod impatibile & nullo loco circumscriptum Patrem, patibilem simul & loco circumscriptum per incarnationem fingunt. Tales enim sunt apud Romanos quidem Patropasiani, apud nos vero Sabelliani. Scimus item Patrem qui emisit, in suo inalterabilis deitatis ingenio & moribus permansisse; Christum vero qui missus est, humanitatis assumptæ officium adimpleuisse. Eos vero qui non consilio neque volūtate Patrem genuisse Filium irreuerenter dicunt, & necessitatem & inuitum quiddam & seruam impeditamque eligendi potestati Deo adiungunt, ita vt nolens genuerit Filiū, impiissimos & alienissimos ab Ecclesiis censemus, eodē quod præter nouas de deitate sententiās, & præter voluntatē sacræ scripturæ, talia de eo sint ausi definire. Nos cōtrā, omnipotentem Deū, eumque sui ipsius Dominū agnoscentes, spōte libenterque Filium suum genuisse cū pietate arbitramur, & reuerenter ipsi de se loquenti credimus, Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua: non tamē eum ita creatum esse, vt similis sit rebus per ipsum cōditis, existimamus. Est enim hoc ipsum impium, & alienum ab Ecclesiastica fide, conditorem cum rebus ab ipso conditis æquiparare, & eandem cum aliis generationis rationem obtinere credere, quū vnum vnice vnigenitum Filium genuinē & verum esse, sacræ scripturæ commonstrent. Verum, quia Filium non per se esse, viuere, & existere dicimus, itidem vt Pater, ideo eum separamus à Patre, non quasi loca, interuallaque in eorum coniunctione corporaliter fingamus. Credimus enim eos immediate & sine intercapedine sibi mutuo coaptatos consertōsque & inseparabiles à se inuicem esse, integro Patre Filium cōplectente, integro Filio, ab eo pendente & cohærente, & perpetuo in Patris sinu quiescente. Credentes igitur in integram & sanctissimam Trinitatem, hoc est, in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & Deum Patrem dicentes deum item Filium, non duos deos, sed vnam deitatis maiestatem profiteamur, & vnam regni perfectam cōcordiam, vt omnium vbique Pater sit dominus, atque adeo etiam ipsius sui Filij: Filiūque vicissim ei subiectū sit qui eo expecto omnium se conditorum post illum rex & imperator est. Et in Spiritus Sancti gratiam, qui omnibus Sanctis affatim Patris voluntate donatur. Ita enim de Christi monarchia loqui sacræ literæ eos docuerunt.

Verbum.

Gene. 1.

Patropasiani Sabellia.

Proverb. 8.

Hæc coacti sumus post fidem compendio editam
latius explicare, nō ambitionis causa, sed vt nos ab
omni suspicione, quæ minime in nos cōpetit, pur-
garemus, apud eos quibus res nostrę cognitæ sunt,
& vt omnes Occidentales pariter intelligerent, vt
calumnias eorum qui diuersas opiniones fouēt, &
Orientalium in Christo Ecclesiasticos animos, rem
ita esse attestantibus libere sacris scripturis, apud
eos saltem qui incorrupti sunt.

HVIVS CONFESSIOIS FINIS.

*Eusebiana quam fuerint inconfi-
tes in fi-
de.*
Sed neque in his permanserunt, rursus enim
Sirmij aduersus Plotinum congregati, aliam fi-
dem composuerunt, nō ita prolixam, neque tot
verbis abundantem: nam plarisque detractis alia
addiderunt veluti ea per suggestionem ab aliis au-
diuissent. Sunt autem ista.

ALIA CONFESSIO FIDEI.

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipo-
tentem, creatorem & factorem omnium, ex
quo omnis Paternitas in cælo & in terra no-
minatur: & in vnigenitum eius Filium, dominum
nostrum Iesum Christum, ante omnia secula ex Pa-
tre genitum, Deum ex Deo, Lumen de Lumine, per
quem omnia in cælis & in terra facta sunt, tam in-
uisibilia, quàm visibilia, eundemque Verbum esse,
& Sapientiam, Lucem veram, & vitam, & vltimis
diebus hominem factum, natumque ex Sancta Vir-
gine, crucifixum, & mortuum, & sepultum esse, &
resurrexisse è mortuis tertio die, & assumptum in
cælos esse, federéque ad dextram Patris, ventu-
rumque in consummatione seculi, vt iudicet viuos
& mortuos, reddatque vnicique secundum opera
sua, cuius regnum indefinens permanebit in infi-
nitas ætates. Sedet enim ad dextram Patris non so-
lum in hoc seculo, sed in futuro. Et in Spiritum Sā-
ctum, hoc est, Paracletum, quem promissum Apo-
stolis, post ascensum in cælos misit, vt doceret eos
& commonefaceret omnium, per quem omnes ani-
mæ, quæ in eū synceriter credunt, sanctificantur.
Eos porrò qui dicunt, ex non ente, aut ex alia sub-
sistentia, & non ex Deo Filium extitisse, aut quod
tempus aut ætas fuit, quando ille non erat, alienos
à se censet Sancta & Catholica Ecclesia. Iterum
ergo dicimus, Si quis Patrem & Filium duos deos
opinetur, anathema esto. Item si quis dicens Deum
Christum esse, sed eum ante secula Filium Dei &
administrum Patri ad vniuersitatis creationem nō
fuisse confiteatur, anathema esto. Si quis eum qui
ingenitus est, aut patrem eius ex Maria natum au-
sit dicere, anathema esto. Si quis Filium ante
Mariam, sed secundum præcognitionem fuisse di-
cat, ac nō potius ante secula ex Deo genitum apud
Deum fuisse, & per eum omnia facta esse, anathema
esto. Si quis substantiam Dei dilatari aut contrahi
loquatur, anathema esto. Si quis dilatatam essentia,
Filium efficere dicat, aut dilatationem substantiæ
Dei, Filium nominet, anathema esto. Si quis merū
hominem ex Maria natū esse dicat, anathema esto.
Si quis hæc verba, Ego sū De⁹ primus, Ego quoq;
postea, & præter me non est Deus, quæ ad subuer-
sionem idolorum dicta sunt, ad subuersionem vni-
geniti ante secula Dei Iudaicè accipiat, anathema
esto. Si quis hoc dictum Verbum caro factum est,

*Esai. 45.
Ibid.*

A audiens, Verbum in carnem mutatum esse opine-
tur, aut postquam conuersionem passum esset, car-
nem assumpsisse dicat, anathema esto, Si quis vni-
genitum Filium Dei crucifixum audiens, eius dei-
tatem corruptionem, passionem, mutationem, di-
minutionem, aut extinctionem sustinuisse dicat,
anathema esto. Si quis hoc dictū, Faciamus homi-
nem, nō Patrem ad Filium, sed Deum secum loqui
affirmet, anathema esto. Si quis Abraham non Fi-
lium, sed ingenitum Deum aut Patrem eius vidisse
asseret, anathema esto. Si quis cum Iacob non Fi-
lium colluctatum fuisse dicat, sed ingenitum Deum
aut partem eius, anathema esto. Si quis hoc dictum
Pluit Dominus ignem à Domino, non de Patre &
Filio accipiat, sed ipsum à seipso pluuisse dicat, ana-
thema esto. Pluit enim Filius Dominus, à Domino
Patre. Si quis audiens Dominum Patrem, Dominū
itē Filium, eò quòd Dominus ex Domino sit, duo
numina existimet, anathema esto. Nō autem eiusdē
ordinis Patrem & Filium, sed Filium Patri subie-
ctum arbitramur. Neque enim ille Sodomam sine
consilio Patris descendit, neque à se pluit, quum pe-
nes Patrem autoritas sit, neque ex se habeat quod
sedet ad dextram Patris, sed auscultet Patri ita lo-
quenti, Sede à dextris meis, anathema esto. Si quis
Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, vnam per-
sonam esse dicat, anathema esto. Si quis Spiritū Sā-
ctum paracletum nominans, ingenitum dicat Deū,
anathema esto. Si quis, vt docui Dominus, alium
adhuc nominet paracletum præter Filium (dixit
enim, Et alium paracletum mittet vobis, quem ego
rogabo) anathema esto. Si quis Spiritum Sanctum,
partem aliquam dicat Patris aut Filij, anathema e-
sto. Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum Sāctum
tres Deos appellet, anathema esto. Si quis volun-
tate Dei Filium Dei ita extitisse dicat, vt aliquid
quod conditum est, anathema esto, Si quis volen-
te Patre Filium genitum esse dicat, anathema esto:
(Non enim Pater coactus naturali necessitate, Fi-
lium, quem noluit, genuit, sed statim vbi voluit, si-
ne tempore & passione eum ex se genitum edidit)
anathema esto. Si quis ingenitum, & sine origine
Filium nominat eo animo, vt duo ingenita & ino-
riginata, & duos deos statuere velit, anathema e-
sto. Caput enim & principium omnium Filius est.
caput verò & principium Christi Deus, ita enim ad
vnum principium vniuersitatis nullo initio inchoa-
tum, per Filium pie omnia reducimus. Iterumque
exactè tradentes Christianismi sensum dicimus, si
quis Christum Deum Filium Dei ante secula, ad-
ministrumque ad vniuersitatis opificium fuisse ne-
get, sed ex quo tempore è Maria genitus est, Chri-
stum & Filium appellatum fuisse, & principium
suę deitatis tum accepisse dicat, anathema esto.

ISTIS OMNIBVS NEGLECTIS,

AC VELVTI MELIORIB. REPERTIS
ALIAM FIDEM DECERNUNT: Et Sirmij inscripta re-
ferunt Romano quidem sermone, sed que Gre-
cè interpretata hunc sensum habeant.

QUONIAM de fide placuerat disceptationem
fieri, omnia cum sedulitate inquisita & exa-
minata fuere Sirmij in præsentia Valētis, Vrla-
tij, Germinij, cæterorūque omniū. Constitit ergo
vnū esse Deum omnipotentem, sicuti in vniuerso
orbe prædicatur, & vnum eius vnigenitum Filium,
Dominum

Dominum nostrum Iesum Christum, ex eo antese-
cula genitum, duos tamen Deos non oportere dici,
quum ipse Dominus de se loquutus sit, Vado ad
Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum
& Deum vestrum, ideòque omnium Deus habendu-
s est, quemadmodū Apostolus dixit, An Iudæo-
rum tantummodo sit Deus, & non etiam gentium?
certè & gentium, quoniam vnus est Deus qui iusti-
ficabit circuncisionem ex fide, & præputium per
fidem, & reliqua omnia consentiunt, & nullam
prorsus habent ambiguitatem. Ceterum quia multos
commouet v ox Latine quidem dicta substan-
tia, Græcè autē ἑσία, hoc est, vt diligentius cogno-
scatur, illud quod ὁμοσιον aut ὁμοιόσιον dicitur,
nullā earum vocum mentionem debere fieri, neq;
de ea id sermocinādum in Ecclesia censemus, quòd
de iis nihil scriptū sit in sacris literis, & quòd illa no-
minū intellectum & metem transcendant, & quòd
nemo possit generationem Filij enarrare, quemad-
modum scriptum est, Generationem eius quis
enarrabit? Solum enim patrem scire, quomo-
do Filium suum genuerit, certum est. Nulli ve-
ro ambiguum, Patrem maiorem esse, neque est
quod quisquā dubitet, Patrem honore, dignitate,
deitate, atque adeò ipso nomine paterno maiorem
esse, attestante præsertim ipso Filio, Qui misit me
Pater, maior me est: & hoc ipsum Catholicum est,
& nemo ignorat duas esse personas patris & Filij,
ac proinde Patrem maiorem: Filium vero Patri
cum omnibus, quæ illi Pater subiecit, subiectum
esse, Patremque initium non habere, & inuisibilem
& immortalem, & liberū à passionibus esse: Filium
verò ex Patre genitum esse, Deum ex Deo, Lumen
de Lumine, eiusque generationem, quemadmodū
superius dictum est, neminem scire nisi solum Pa-
trem ipsumque Filium dominum nostrum & Deū,
carnem siue corpus, hoc est hominem è Maria Vir-
gine assumpsisse. Quemadmodum Angelus præ-
nunciauerat: & omnes scripturæ docent, & in pri-
mis ipse gentium Apostolus, hominem assumpsit
Christus ex Maria Virgine, per quem passus est,
Summa autem totius Fidei & firmamentum est, vt
Trinitas semper retineatur: quemadmodum legi-
mus in Euangelio, Abite & baptizate omnes gen-
tes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sācti. Nu-
merus autem Trinitatis integer & perfectus est.
Paracletus porrò, nimirum Spiritus Sanctus, per
Filium missus secundum Euangelium venit, vt A-
postolos & omnes credentes erudiret & sanctifi-
caret.

*Ioan. 14.
Rom. 3.
ἑσία
etiam ὁ-
μοσιον,
& ὁμοιό-
σιον
ab Euse-
bianis dī-
natum.
Esai. 53.*

Ioan. 14.

HÆC EVSEBIANI.

Hæc vbi misissent, denuo mutata sententia cō-
posuerunt eam fidem, quam quia cum consu-
libus edidissent, multo pudore & probro per-
fusi sunt, eiusque exemplaria curauere, vt quum suo
more sententiam mutassent, ab iis qui ea tenebant,
per notarium Martianum surriperentur, & persua-
so Constantio, vt contra eam fidem edicta pro-
mulgaret, aliam rursus fidem constituunt: addi-
tisque, vt solent quibusdam dictis.

*Eusebiana
narrā-
des quam
dubia
inconfi-
as.*

ISAVRIÆ IGITVR ISTA

CONSCRIPSERVNT.

Non refugimus authenticam in encæniis An-
tiochiæ editam fidem, sed præferimus eam, vel ob

A id potissimum, quod patres nostri per illud tempus
ad propositam quæstionem accurrerunt. Ceterum
quoniam multos superioribus temporibus hæ vo-
ces ὁμοσιον & ὁμοιόσιον turbant, atque etiam-
num turbant; ac præterea à nonnullis non ita pri-
dem noua vox inducta est de inæqualitate Filij ad
Patrem, quam ἰσὸμοσιον vocant, istis de causis ἰσὸμοσιον
& ὁμοιόσιον eliminamus è sacris literis, & ἰσὸμοσιον
vocat illam ἰσὸμοσιον anathemathe execramur, & ἰσὸμοσιον
quotquot voces istiusmodi sunt, alienas censemus
ab Ecclesia, similitudinem verò Filij cum Patre pla-
ne cōfitemur, secundum Apostolum ita dicentem:
Qui est Imago inuisibilis Dei. Confitemur verò
& credimus in vnum Deum omnipotentem, facto-
rem cæli & terræ, visibilibus omnium, & inuisibili-
um. Credimusque item in eius Filium, Dominum
nostrum Iesum Christum, natū ex eo citrà passio-
nem aliquam ante omnia secula, Deum Verbum,
Deum ex Deo vnigenitum, Lumen, Vitam, Veri-
tatem, Sapientiam, Potentiam, per quem omnia
facta sunt in cælis & in terra, siue visibilia, siue in-
uisibilia, illumque credimus in cōsummatione se-
culorum ad peccatorum demolitionē carnem ex
Virgine assumpsisse, & hominem factum esse, pas-
sumque pro peccatis nostris, resurrexisse, & assump-
tum in cælos, sedere ad dextram Patris, eumque
iterum venturū in gloria, vt iudicet viuos & mor-
tuos. Credimus quoque in Spiritum Sanctum, quē
& Paracletum nominauit Seruator, quem post a-
bitum & pollicitus erat discipulis suis se missurum
esse, & misit, per quem sanctificat eos qui in Eccle-
sia credunt & baptizantur in nomine patris & Fi-
lij & Spiritus Sancti. Eos porro qui præter hanc
fidem aliud prædicant, alienos à se agnoscit Catho-
lica Ecclesia. Quòd autem cum hac fide paria faciat
illa fides, quæ Sirmij prius edita fuit, sentiant om-
nes quicumque eam legerint.

HÆC EVSEBIANI.

Hæc quum Isauriæ scripsissent, Constantino-
polim profecti, veluti eius sententiæ pœnitenti-
dine laborassent, suo more immutauerunt, ad-
ditis nonnullis dictis, vt nefas esset ἰσὸμοσιον dice-
re de Patre, & Filio, & Spiritu Sācto: eaq; trāsmise-
runt ad eos qui Arimini cōuenerant, coegeruntque
homines istarum prouinciarum subscribere, ex-
actis per Constantium in exilium, quicumque aude-
rent contradicere. Sunt autem ista.

ALIA CONFESSIO FIDEI.

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipo-
tentem, ex quo omnia, & in vnigenitum Filiū
Dei, ante omnia secula, & ante omnia initia
genitum ex Deo, per quem omnia facta sunt, tam
visibilia quàm inuisibilia, eumque solum vnigenitū
ex Patre natum esse, Deum ex Deo, similem ei, qui
ipsum genuit Patri secundū scripturas, cuius gene-
rationem nemo scit, nisi solus qui illum genuit Pa-
ter, hūc agnoscimus vnigenitū Filiū Dei Patre mit-
tete aduenisse è cælis, vt scriptū est, ad euastationē
peccati & mortis, & natū ex Spiritu Sācto, è Maria
Virgine secundū carnē vt scriptū est, & postquam
versatus esset cū discipulis, & omnem œconomiā
negociūque datum impleuisset secundum Patris
y iij

voluntatem, crucifixum, & mortuum, & sepultum esse, & ad subterranea descendisse, quem ipse infernus exhorruit, cumque resurrexisset tertio die e mortuis, & vbi commoratus esset cum discipulis, impletis iam quadraginta diebus assumptum esse in caelos, & sedere ad dextram Patris, venturumque esse extremo die resurrectionis in Paterna gloria, vt reddat vnique secundum opera sua: Et in Spiritu Sanctu, quem ipse vnigenitus Dei Filius Christus Dominus noster promissit se generi humano missurum in consolatorē: quemadmodum scriptum est, Spiritum veritatis, quem eis misit postquam caelos ascendit. Nomen porro substantiae, simplicius a patribus editum, quia ignotum populis scandalum adfert, & in sacris literis non continetur, placuit de medio tolli, & omnino nullam eius mentionem debere fieri quoniam sacrae literae nusquam substantiae Patris aut Filij meminere, imo ne *ἑτεροδοξία* quidem sine substantia de Patre Filio, & Spiritu Sancto nominari debet. Similem autem dicimus Patri Filium, vt loquuntur, & docent sacrae scripturae. Omnes porro haereses siue olim damnatae, siue recentior ortae: contrariae huic promulgatae scripturae, anathema sunt.

HÆC EVSEBIANI.

SEd ne in istis quidem permanerunt. Nam descendentes ex Constantinopoli Antiochiam reuocarunt, prorsus quod scripserat de similitudine Patris cum filio, vt scripturae dicunt, & compositis quae excogitarant ad primordia sua recurrere denuo inceperunt, & dicere omnibus modis, Filium esse dissimilem Patri, & nulla ex parte similem, & tantopere sententias suas mutarunt, vt eos, qui Ariana apertius dicerent, receperint, iisque Ecclesias commiserint, quo cum securitate blasphemias loquerentur, ac proinde ob immensam blasphemandi improbitatem *ἀνόμοιοι*, hoc est, dissimiles ab omnibus vocati sunt, additumque eiusdem cognomen *ἑτεροδοξοί*, quasi si illos dicas non entiales, quorum impietatis antesignanus Constantius haereticus fuit, qui ad finem vsque permanens in ea impietate, ac deinde moriens, voluit non a piis viris, sed ab Enzorio, non semel, sed saepius ob Arianam haeresim, & cum diaconus esset, & quum Antiochiae resideret, deposito reiectoque baptizari: huc vsque igitur progressi sunt in constituendis & in abrogandis fidei articulis, sed ne hic quidem, fat scio, consistere poterint, quotquot nunc hypocrisis ista induerunt sed semper contra veritatem coniurationes inibunt, donec in se reuerfi, & culpam agnoscentes dicant: Surgite abeamus ad patres nostros, & dicamus illis, anathemate detestamur Arianam haeresim, agnoscimus autem Nicenum conciliu, cum eo enim illis haecenus omnis contentio est. Quis igitur, modo vel parum sapiat, istos tolerauerit? Quis, quum videat per singulas Synodos alia addi, alia detrahi, non animaduertat illorum in Christum & suspectu & in syncerum animum? Ecquis, quum in longum differant fidei suae compositionem, & eorum de quibus accusantur purgationem, non sentiat eos de seipfis desperare, & de industria plurima scribere, vt possint per opportunam ambitionem, & tantam loquacitatem & alios qui simpliciores sunt, decipere, & ipsi interim latere, vt non sentiantur, quale haeresim foueat? Veru quemadmodu gentes, sicu-

ἑτεροδοξία damnat Eusebiana.

Fidei confessionem ultimam reuocant Eusebiana cur.

Eusebiana appellati.

Constantius in Ariana impietate moriens, baptizari voluit.

Eusebianorum symbola sibi dissimilia, quid.

simile.

ti a Domino relatu est, multiloquio vtentes in suis precibus, nihil proficiunt, ita isti quoque tanto proluvio verboru suu de haeresi Ariana damnatione extinguere nequeunt: imo multo ab id magis in scelere suo deprehenduntur, ac proinde ab Ecclesia abscissi sunt, idque merito. Quam enim eorum scriptura auditor recipiat? aut qua tandem suarum scripturarum ipsi freti catechismo nouitios in fide instruant? Na si omnes illorum scripturae inter se consentiant, quid opus tam multis scripturis? Sin autem opus est tam multis, certe manifestu, quamlibet earum deficientem & non plenam esse, quod ipsi multo magis quam nos veru esse ostendunt, dum omnes suas scripturas immutant & transformant. Multitudo porro conciliorum, & diuersitas scriptoruu, indicium de se praebet, eos, qui in illis conciliis congregati fuere, aduersus Nicenam quidem Synodu bellum gerere, sed tamen imbecilliores esse, quam vt pares sint veritati. Caeterum quia ipsi hoc animo & in sese mutuo, & aduersus maiores suos affecti sunt, age, nos ipsi iam ab illis percunctando sciscitemur, ob quam absurditatem aut vitium dictionis, in iis quae Niceae scripta sunt, & parentibus suis se contumaces praebent, & cum orbis terrarum concilio belligerantur. Hic mihi dicunt, vocabula substantiam & consubstantialiam sibi non placere, & illas voces quosdam scandalizasse, & multos conturbasse, eam enim rationem ipsi in suis scriptis allegant, verum illis ad istam modum probe occurreres. Si ipsae voces per se illis causam scandali habere videntur, non modo aliquos scandalizassent, neque multos conturbassent, sed & nobis & reliquis omnibus aequae ac illis scandalum peperissent: contra, si omnes amant has voces, quique eas in scriptis vsurparunt, non homines vulgares sunt, sed Episcopi qui ab id ex toto orbe conuenerunt, quibus etiam nunc episcopi centum quinquaginta, & eo plures Arimini congregati ad stipulantur: qui fieri possit, vt non statim refutentur, qui contra Synodum loquuntur, quasi verba, ac non potius male interpretantium prauitates in culpa essent, qui non recte legentes sacras scripturas, & peruerse intelligentes, sanctos viros calumniantur, quales tu Iudei fuere, non recipientes Dominu, & hoc tempore Manichaei blasphemantes legem, quibus scripturae non causa istius mali fuere, sed ipsorum animi peruersitas. Si igitur ostendere poteritis verba esse mala, ostendite quaso, & adhibeatur ratio certa demonstrandi, non autem cauilemini aliquos scandalizari, ne vobis idem accidat, quod tum pharisaeis. Na & illis quoque causificantibus se scandalizari Christi doctrinis, ita a Christo responsu est, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus caelestis, eradicabitur: quibus verbis ostendit, non Patris verba sua opera plantata scandalum illis ferre, sed ipsos benedicta male excipientes sibi scandalum parere, ita quoque & illi qui tum epistolas Apostoli culpabant, non Pauli, sed suam inscitiam & peruersum animum arguebant. Alioqui non inelegerant eos ad istum modum interrogos: Dicite quaso mihi, qui nam sunt quos causificamini scandalizari, & ob eam rem conturbari: certe neminem eorum qui pie de Christo sentiunt, allegare poteritis, ipsi enim ea verba defendunt & asserunt. Quod si Ariani sunt, quibus ista offensus nascitur, quid miri, si indignantur iis, qui

Immutatio scripturae haereticorum quid.

Enthimias hac habet in parte.

Enthimias hac habet in parte.

1. Tim. 1. 1. 2. Tim. 1. 1.

1. Cor. 1.

Quod Filia sit co-substantialis Patri.

Deus quid apud Arianos.

Exod. 3. Gen. 1. Deut. 6.

Deus apud Christianos, quid.

Conclusio.

Mat. 3.

Psal. 103. Ephes. 4.

qui ipsorum haeresim tollunt? quibus verba non scandalum, sed dolorem adferunt, quoniam in illis trophaeum de ipsorum haeresi statuitur. Definite igitur istiusmodi causificationibus contra patres grunnire, alioqui restat, vt etiam cruci domini obmurmuretis, quoniam ea Iudaeis scandalum est, genibus vero stultitia, vt dixit Apostolus. Caeterum quemadmodu crux mala non est, nobis enim credentibus Christus est Dei Virtus, & Dei Sapientia, etiam si Iudaei insaniant, ita quoque patrum verba mala non sunt, sed vitia iis, qui ea legitime perlegunt, vimque in se continent omnis haeresis extinguenda, etiam si Ariani subinde rumpantur, semet ipsos condennantes. Iam quu causificatio de scandalis friuola ostensa est, agite deinceps, respondete mihi, cur non contenti estis nomine substantiae? id enim primum discutiendum est. Atqui vos ipsi scripsistis ex Patre genitum esse Filium: si igitur Patre nominantes, aut hoc vocabulum, Deus, efferentes, non substantiam significatis, neque eum vti est pro sua substantia intelligitis, sed aliud quippiam quod circa ipsum est, aut aliquid peius, quod a me dictu nolim, innuitis, scribendum a vobis fuerat, non ex Patre Filium prodiisse, sed ex rebus quae vel in Patre sunt, vel circa Patrem, vt vitantes vere Patrem Deum appellare, pro simplici compositum, & corporeum intelligentes, nouarum blasphemiaru vos auctores repertoresque praebatis. Nam ita intelligentes necessum est, vt Verbum, & Filius, non substantiam, sed meras voces censeatis, ac deinde vsque ad nomina duntaxat vestra imaginatio procedat, & quae verbis effertis, animo non credatis, nec esse sentiat. Atqui ista improba opinio Sadaecorum potius est, quam eorum qui apud ethnicos athei appellantur, eod quod istiusmodi haeresis ne rerum quidem naturam ipsius Dei, opus esse asserunt: siquidem vobis Pater & Deus, non eius qui est, substantiam significat, sed aliud quippiam, quod vos fingitis, atqui id ipsum vel cogitare solu, impium prorsus & indecorum. Si autem quum audimus, Ego sum qui sum, & In principio fecit Deus caelum & terram, & Audi Israel Dominus Deus tuus, vnus est Dominus, & haec, Dicit Dominus omnipotens: non aliud quippiam, sed ipsam simplicem & beatam & incomprehensibilem eius, qui est, essentiam intelligimus, tamen comprehendere nequeamus quidnam ille sit, sed tamen quum audimus has dictiones, Pater & Deus, & omnipotens, non aliud omnino quam eius qui est, substantiam cogitamus. Vos igitur quum dicebatis Filium ex Deo esse, ex Patris substantia eum esse dicebatis: verum quoniam ante vos Dominum ipsae scripturae Filium Patris nominauerunt, & ante scripturam Pater dixit, Hic est Filius meus dilectus, & Filius nihil est nisi fetus Patris, qui fieri posset, vt non videantur patres recte pronunciasse, Filium ex Patris substantia esse, recte cogitantes idem esse, si dicas ex Deo esse, & ex eius substantia esse? Caetera omnia condita tamen ex Deo suum esse habeant, non tamen eodem modo, quo Filius, ex Deo sunt: non enim fetus, sed opera secundum naturam existimanda sunt: In principio igitur Deus non genuit, sed fecit caelum & terram, cum omnibus quae in iis sunt, dictumque est, non quod genuit, sed quod fecerit nuncios suos spiritus, & ministros suos flamma ignis. Quod si Apostolus dixit, Vnus Deus, per quem

omnia, non tamen Filium cum reliquis omnibus quasi in eodem censu connumerauit. Sed quia ethnicorum alij existimant fortuito ex connexa serie vtroneorum casuum, & ex partibus similaribus, sponteque rerum natura coisse, & nullum sui auctorem habere, alij contra, aliquem illi auctorem assignat, sed tamen vt opinentur eam non per Verbum factam esse: & quia vnusquisque haereticoru, prout libet, fingit, & de rerum natura fabulatur, necessario beatus Paulus haec verba pronunciauit, Ex Deo, vt operatorem cognitum faceret, & ex eius voluntate vniuersitatis architecturam declararet, statim certe intulit, Vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, vt e classe vniuersitatis Filium exciperet. Quae enim Dei esse dicuntur, ea omnia per Filium facta sunt, nec fieri potest vt architectata, cum Architectore vnam conditionem habeant, vt haec voces, Ex Deo, aliter de operibus, aliter de Filio intelligas, quum hic sit proles, illa autem non nisi opera habeantur, ideoque Filius substantiae eius fetus est, illa vero voluntatis creaturae. Haec quum Synodus intueretur, sciretque eiusdem vocabuli diuersas significationes, ne quis suspicaretur has voces, Ex Deo, ita de Filio accipi vt de creaturis accipiuntur, clarius rem expressis, scribens Filium ex substantia Dei esse: eo enim ingenuitas vere Filij erga Patrem indicatur, ex illo autem dicto, quum simpliciter scribis, Ex Deo, voluntas conditoris in creando ostenditur. Si igitur ipsi eodem intellectu scripserunt Verbum ex Patre esse, ne conquerantur de Synodo. Sin autem vt de creaturis intelliguntur haec voces, Ex Deo, ita ipsi quoque de filio eadem intelligunt, non aequum est id quod creaturis competit, Filium appellare, ne blasphemiam cum pietate videantur miscere, oportuitque eos illum vel non connumerare cum rebus creatis, vel non indigna & incongrua de Filio scribere. Si enim Filius est, creatura non fuerit: aut si creatura est, Filius nunquam haberi poterit. Istiusmodi vero cum secum cogitent, inficiabuntur quodammodo sacrum Baptisma, quoniam illud in Patre & Filio non in creatore & creatura datur, quemadmodu ipsi existimant. Atqui inquirunt, ista in scripturis non reperiuntur, ac proinde voces alienas a sacris literis reiciimus: Caeterum illa ipsa est impudentis hominis cauillatio: Si enim eicienda putant verba in sacris literis non obuia, cur Ario tantum aceruum dictionum, quas nusquam in scripturis reperias, accumulante, quales sunt, ex non entibus, & non erat Filius priusquam gigneretur, & erat quando non erat, & conuertibilis est, & ineffabilis est, & inuisibilis Pater suo Filio, & Filius non nouit ne suam quidem substantiam, & quaecunque istiusmodi in ridiculo suo & impio libello de sua sententia ab illo euomuntur, non contradicunt? sed potius pro iis pugnant, & ob ea cum patribus suis belligerantur? Aut vbi denique ipsi in Sacris libris repererunt vocem ingenitu? aut *ἑτεροδοξία* nomen: & illud, tres esse hypostasies, & non est verus Deus Christus, & vnus est ex centum ouibus, & sapientia illa Dei ingenita est, & inoriginata, & multae sunt conditae potestates, quarum vna est Christus? Aut qua tandem ratione in Encaniis, verbis a scriptura non receptis, Acacius & Eusebius vsi dixerunt substantiae, concilij, gloriae, nulla dissimilitudine variante imaginem primogenitu creaturae esse, ob-

Ex Deo, quomodo intelligendum.

Si filius creatura esset, filius Dei non esset.

Ingenitum & multum esse hypostasies, & non est verus Deus Christus, & vnus est ex centum ouibus, & sapientia illa Dei ingenita est, & inoriginata, & multae sunt conditae potestates, quarum vna est Christus? Aut qua tandem ratione in Encaniis, verbis a scriptura non receptis, Acacius & Eusebius vsi dixerunt substantiae, concilij, gloriae, nulla dissimilitudine variante imaginem primogenitu creaturae esse, ob-

murmurant patribus, quod vocabulorum, quæ in usu sacrarum literarum non sunt mentione faciant, & substantiæ meminerint: oportuit eos aut sibi ipsis obmurmurare, aut nihil patres inculcare. Si igitur vlli alij cauillarentur de Synodi verbis, suspicari liceret illos, vel ignorantia, vel nimia cautione ita labi. Georgij porro Cappadocis, Alexandrina ciuitate eiectioni, nulla mentio ratioque habenda est, vt hominis neque ex superiore vita commendati, neque vlllo modo Christiani, sed pro temporis conditione, nomen Christiani simulantis, & quæstum Religionem arbitrantis, ac proinde nemo de illo conqueri debet, si in Fide labatur homo, qui neque scit, de quibus loquitur, neque de quibus asseuerat, sed vt scriptum veluti latus affectatur. Acacius autem, Eudoxius, & Patrophilus, quum talia scribât, qui quæso, non omni supplicio digni fuerint? Qui quum ipsi voces in scripturis non solenes vsurpât, & sæpe nomen substantiæ vt bonum receperint, idque maxime ob epistolam Eusebij, nunc tandem culpant maiores suos, quod his vocabulis vsi sint? Et quum ipsi dicant, Filium Deum ex Deo, & Verbum viuum substantiæ Patris, & indemutabilem imaginem esse, reprehendunt Niceenses, quod dicant eum ex substantia esse, & genitum genitori suo consubstantiali esse: Quid miri autem, si cum antecessoribus & patribus suis pugnent, quum ipsi sibimet aduersi in decreta sua scriptaque impingant? Nam cum in Encæniis promulgassent Filium esse substantiæ Patris sine omni dissimilitudine imaginem, iureiurandoque affirmassent se ita sentire, & anathemate execrarentur qui aliter sentirent, ac præterea quum Isauria ita scripssissent, non refugimus fidem in Encæniis Antiochiæ editam, vbi nomen substantiæ adscriptum inuenias, veluti horum omnium obliti, paulo post in ipsa Isauria scripserunt se *ὁμοῦσιον & ὁμοῦσιον* hoc est, consubstantiali, & similem substantia, reiicere, vt vocabula aliena à sacris literis, & nomen substantiæ tollere, vt quod in scripturis non reperiatur. Quis igitur posthac eos Christianos reputauerit? aut quamnam deniq; fides apud eos, apud quos nulla nec verba nec scripta robur habent, sed omnia pro tempore mutantur & transformantur? Si tu Acaci, & Eudoxi non refugitis in Encæniis promulgatam fidem, & in ea scriptum est, Filium substantiæ Patris esse indifferetem imaginem, quur igitur Isauriæ scribitis, reiicimus vocem consubstantiali? Si enim Filius secundum substantiam non est similis Patri, quomodo sine omni dissimilitudine imago Patris fuerit? Quod si doletis, à vobis scriptum esse, eum esse substantiæ imaginem, nulla re ab archetypo variatam, quur anathemate eos notatis, qui Filium Patri dissimilem esse dicunt? nam si non similis ille est secundum substantiam, prorsus certe dissimilis fuerit: quod autem dissimile est, nunquam imago haberi poterit. Iam si ille talis est pro vestra sententia, nunquam ille qui intuitus fuerit Filium, Patrem viderit, quum plurima inter eos sit differentia, vel potius omnibus modis dissideant. Porro quod dissimile est, simile fieri nequit. Quo pacto igitur quod dissimile est, simile esse dicitis? & quod simile est, dissimile esse sentitis, & similis vos dicere Filium esse imaginem Patris? nam si Filius secundum substantiam non est similis patri, deest aliquid imagini, neque est plena imago, neq; est perfectus

Georgius.

Acacius, Eudoxius, & Patrophilus omni supplicio digni cur.

Contradictiones Eusebianorum eorum inconsistentia.

Absurda.

splendor. Curigitur legitis, In eo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter? & De plenitudine eius accipimus omnes? aut cur Ætium Arianum, vt hæreticum eiicitis? præsertim cum eadem cum eo loquamini, idemque & tibi Acaci amicus sit, & tibi Eudoxi magister ad hanc impietate fuerit? Atque ideo eum Leontius Episcopus diaconum constituerit, vt sub vestimento ouis, & tituli diaconi ministerio fungens, cum tranquillitate euomere posset blasphemiarum verba. Quis igitur vobis hoc persuasit, vt in vos mutuo arictaretis, & tantum dedecoris reportaretis? Certe quia nihil rationi consentaneum dicere potestis, id solummodo de vobis cogitandum relinquitur, omnia vos simulare, omnia, assumpta persona, ob potentiam Constantij, & commoda, quæ ab eo speratis, fingere: facillime accusatis patres, & obrectatis, vocabulis quasi alienis à sacra scriptura, & secundum id quod scriptum est, diuaticamini cura vestra omni transeunti, vt toties vos mutetis, quoties redemptores vestri & choragi velint. Atqui nihil id refert, si quis voces in scriptura non repertas vsurpet, quadiu pias sententias complectitur: contra, hæreticus, tametsi voces suas è sacris literis mutuetur, nihilominus suspectus, animoque corruptus audiet à Spiritu Sancto, Quare tu enarras iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Ita quoque diabolo è scripturis loquenti, Os à Domino obturatum est. Contra beatus Paulus, etsi ex alienis literis loquatur, Cretenses semper mendaces: & illud, Ipsius & genus sumus: & illud, Corruptum mores bonos colloquia praua: tamen sanctus quum sit, pium animum gerit, & Christi mentem tenens, magister gentium est in fide & veritate: & quæ loquitur, cum pietate loquitur. Quæ igitur in Arianis dictiuculis vel credibilis apparet: in quibus Christo antepositur nunc locusta, nunc eruca, nunc istiusmodi conuicia Christo dicuntur, Tu aliquando non eras, & conditus es, & alienus externusque à Deo quantum ad substantiam attinet, in summa nihil blasphemiarum ibi deest. Quid contra, quod ad benedictionem spectat, omissum est à patribus: imo apud eos sublimes excelsaque sententias & pietatem Christi amorem redolentem inuenias: æque tamen isti scripserunt, nos ita reiicimus: illorum autem contra Dominum conuicia patienter tolerant, seque palam omnibus produnt, quod non alia de causa aduersus magnam illam Synodum pugnant, quam quod illa Arianam hæresim damnauerit: atque ideo dictionem consubstantialitatis culpant, ipsi interim male de substantia Christi sentientes: Si enim crederent, & Patrem vere esse Patrem confiterentur, & Filium genuinum Filium esse, & natura verum Verbum, & Sapientiam Patris esse crederent, & hoc dictum ex Deo esse, non vt de creaturis dicitur, ita de Filio intelligerent: sed illum substantiæ Patris proprium esse factum animo sentiret, quemadmodum est splendor è luce: non ita singuli eorum patres accusassent, sed audacter dicerent bene Synodum scripssisse, & eam esse rectam de Christo Iesu fidem. Sed iniquiunt, obscura est istiusmodi vocum significatio: nam id cauillantur, & quia non assequatur vocabuli interpretationem, ideo sese abdicare has dictiones: Id autem si vere dicerent, non debebant dicere, has voces reiicimus, sed cupimus earum interpretationem à peritis condiscere, alioqui deberent,

Col. 2.

Ioan. 1.

Eusebianus ual. cent. sub Constantij nomine.

psal. 49.

Luc. 4.

Tit. 1.

1. Cor. 15.

Chr. opus otio reiiciant de-riant.

deberent, quæcunque in sacris literis non intelligerent, reiicere, & criminari eorum scriptores. Sed ea maxime hæreticorum, & minime Christianorum audacia est. Quæ enim non intelligimus in scripturis, non abdicamus, sed requirimus ab illis, quibus Dominus reuelauerit, & ab eis discere cupimus. Verum quia ita harum dictionum obscuritatem accusant: confiteantur ergo ea quæ statim subiunguntur, & anathemate execrentur eos qui sentiunt, ex non entibus prodiisse Filium, & non fuisse priusquam existeret, & creaturam opusque esse Verbum Dei, & naturam conuertibilem esse, & ex alia substantia esse, & in summa, anathemate detestentur Arianam hæresim, in his impietatis inuentricem, & deinceps non dicant, eiicimus has voces, sed nos sic eas intelligimus, vt ita verisimilem causam habeant eas recusandi. Sat scio, & persuasum mihi habeo, eos ipsos hoc quoque agnoscere si ista confiteantur & execrentur Arianam hæresim, non repudiaturos Synodi Nicenæ dictiones: ideo enim patres qui dixerant, ex substantia patris genitum esse Filium, statim subintulerunt, eum Patri consubstantiali esse credimus, eosque, qui superiora illa dicunt, anathemate execramur, vt ostenderent dicta sua ista ex sese mutuo pendere, & hoc ipsum eas voces præ se ferre: & qui eas voces confessus fuerit, prorsus eandem sententiam concepturum esse: contra verò, qui ita non sentirent, sed illas calumniarentur, omnibus modis Christi hostes apparituros. Cæterum aduersus eos qui ex omni parte Synodum conuiciis carpunt, ista pauca ad refutationem suffecerint: aduersus autem eos qui omnia Synodi scripta recipiunt, de solo autem consubstantiali ambigunt, non vt aduersus inimicos affici nos decet. Neque enim veluti aduersus Ariomanitas, aut quasi bellum gesturi patribus contradicimus, sed veluti fratres cum fratribus disceptamus, vt cum quibus nobis cadere sit sententia, controuersia autem de verbis. Nam cum profiteantur Filium esse Patris substantiam, & non ex alia substantia esse, nec creaturam eum nec opus existere, sed genuinum & naturalem Patris factum, & æternaliter cum Patre esse, cum eius & ratio & sapientia sit, non longe absunt à recipienda hac voce consubstantiali. Talis autem est Basilius ex Ancyra, in scriptis suis de fide: Nam dictum illud, similem illud esse Patri secundum substantiam, non plane explet huius dicti sententiam, Ex Deo esse, per quod magis, vt ipsi dixere, ingenuitas & vera natura Filij erga Patrem suum significatur. Nam & stannum solummodo argento simile est, & lupus canis, & æs fuluescens vero auro, sed tamen stannum ex argento non est, neque lupus, catulus canis haberi potest. Cæterum quoniam ex substantia Patris Filium esse dixere, & similem Patri substantiam, quid aliud istis innuunt, nisi eum consubstantiali esse? Etenim quemadmodum si solum eum dicas similem substantiam, non plane indicas eum ex substantia esse, ita rursus qui consubstantiali eum dicit, vtriusque sententiam complectitur, quam habet dictum ex substantia, & quam illud dictum, similem substantiam esse: Nos vero iterum impetetes eos qui Verbum creaturam esse dicunt, nec eum volunt legitimum & naturalem Filium esse, ostendimus eos ex humanis exemplis, Patris & Filij, aduersum se rationes & demonstrationes accipere, excepto eo, quod Filius nequaquam talis, qualis homo: neque generatio Dei, qualis

humanus partus, sed talis qualis Deo conuenit, & à nobis cogitari decet. Nam & Patrem fontem dixere sapientiæ & vitæ: Filium verò splendorem lucis æternæ, & ipsum esse partum fontis, quum ipse de se dicat, Ego sum vita, & Ego sum sapientia, & habitauit in consilio. Porro ex luce splendorem esse, & ex fonte partum, & ex Patre Filium, quomodo aptius expresseris, quam si eos dicas consubstantiales esse? Ergo quando quidem factus ex hominibus consubstantiales sunt, caueri oportet, ne Filius consubstantialis dictus, talis existimetur esse, qualis humanus partus: absit, sed hoc facile soluitur, eò quod Ratio sit & Sapientia, ex quibus Patris generationem neque passionibus, neque diuisionibus obnoxiam sentias, eò quod neque verbum hominis pars eius sit, neque patiendo ab eo progrediatur, tantum abest, vt id in verbo Dei fiat. Ne autem contra, si quis audiat eum solum verbum esse, existimet eum talem esse, qualia verba hominum, quæ nulla soliditate subsistunt, additum est eum Filium esse, vt hoc audiens agnosceret eum vnum esse Verbum, & sapientiam essentia præditam. Deinde vt quum eum factum dicimus, non id de eo humano more intelligimus: & certi Patrem eius Deum esse, non corporales de eo inimus cogitationes, sed istiusmodi exempla & dictiones aure quidem percipimus, interim tamen congruentes de Deo intellectus concipimus. Non enim Deus, vt homo: ita quum eum consubstantiali audimus, transcendere debemus omnem sensum, & secundum diuinam parabolam, intellectualiter intelligere ea quæ nobis apponuntur, vt cognoscamus eum non voluntate aut adoptione, sed genuinum esse Filium, vere ex Deo enatum, vt vitam ex fonte, & splendorem ex luce. Alioquin quæ ratio esset, cur has voces, factum, & Filium, non corporaliter, consubstantiali verò quasi de corporibus intelligere velimus? præsertim quum non de alio atque alio ista referantur, sed de quo factus, de eodem quoque vox consubstantialis prædicetur? Sed enim decet nos ex vtriusque dicti verbis, eandem sententiam in Salvatore nostro conseruare, neque vocem factum, bene, consubstantiali vero male interpretari: eò quod consubstantiali non sit, vos quum tali affectu sitis, & Filium Patris Verbum & Sapientiam asseueretis, diuersos intellectus de illis vocabulis concipere, & aliter quidem Verbum interpretari, aliter verò Sapientiam. Sed vt illud absurdum est, eò quod Filius Verbum & Sapientia Patris sit, vnumque ac idem genimen ex Patre, & proprium substantiæ eius, ita vnus est Filius genuinus, & consubstantialis, adeo vt qui sentit Filium esse genuinum, siue partum sui Patris, idem sentiat eum vere etiam consubstantiali esse. Hæc quidem sufficiunt ad ostendendam dilectissimorum hominum sententiam non longe abesse à consubstantiali. Cæterum quia affirmant (nam epistola penes me non erat) Episcopos, qui Samosatensem condemnarunt, dixisse Filium non esse Patri consubstantiali, ac iam deinde ipsos obreueretiam honoremque eorum, qui ita locuti sunt, ab hac voce abhorre, rectum fuerit reuenter cum iis, de ea re disceptationes facere: Nam arictare cum illis prorsus indecorum esse, eò quod omnes patres sint. Rursus diiudicare, istos bene, illos male dixisse, nequaquam sanctum est. Omnes enim in Christo dormierunt, quapropter neque contentiosius

Verbum Dei longe differt à verbis hominum. simile.

Consubstantialis quid.

simile.

Basilius ex Ancyra qua in parte fidei errauerit.

Generatio Dei qualis.

agendum est, neque numerus eorum qui cōgregati fuere, in comparationem mittendus, ne videantur trecenti illi Niceenses, eos qui pauciores sunt, praestringere: neque tempora metuēda sunt, ne priores videantur posteriores exauctorare. Omnes enim isti (quemadmodum dixi) patres sunt, sed tamen neque isti quasi nouum aliquid sapientes, id in scripta retulerunt, neque sui fiducia voces in scriptura non solennes defendunt, sed à patribus incitati, eorum vocabulis vti voluerunt. Duo enim Dionysij diu ante eos Septuaginta fuere, qui Samosatensem sustulerunt, quorum alter Romae, alter Alexandriae praesul erat, ibi quum quidem Alexandrinum Episcopum, apud Romanum accusarent, quasi qui Filium opus & non consubstantialem Patri diceret, & Synodus Romae coacta indigne tulit, & Romanus ad cognominem sibi Episcopum, omnium sententiam perscripsit, ac iam inde ille se ad defensionem parans, libello suo titulum refutationis & Apologiae indidit, & in hac verba ad Romanum scripsit.

DIONYSII ALEXANDRIAE EPISCOPI ad Dionysium pontificem Romanum Epistola.

Filiū Patri cōsubstantialem esse, se non negasse docet.
EGO & in alia epistola scripsi, vbi ostendo, crimē quod deferunt contra me, falsum esse, quasi qui dicerem Christum non consubstantialem esse Deo. Nam tametsi dico me id nomē non reperisse, nec legisse alicubi in sacris literis, rationes tamen nostrae quas retulerunt, non abluunt ab hac sententia. Nam & humanum partum pro exemplo adduxi, haud dubie congenerē, idque in verbis meis addens, omnino parentes eo solum alios esse à liberis, quod illi ipsi libri sui non sint, alioqui necessarium fore, vt nec parentes nec liberi sint. Et epistolam, vt dixi, ob casus temporum proferre non possum. Si autem tibi verba mitto, multo libētius totum exemplar misissem, quod vbi nactus fuero, nō omittam. Scio & memor sum, me plurimas congenerum similitudines adhibuisse. Nam & plantam dixi, ē semine aut radice pullulantem, aliud esse ab eo vnde progerminat, & tamen cum eo profusus esse eiusdem naturae: & fluuium ē fonte promanantem, aliam formā nomenq; accipere: neque enim fontem fluuium, neque fluuium fontem appellari, & tamen ambos existere, & fontem instar Patris esse, fluuiumque quasi Filium esse, qui ex fonte gignatur.

HÆC EPISCOPVS ILLE DIXI.

Patres idē censuerunt de consubstantialitate Patris et Filij.
SI igitur aliquis carpit Niceenses, quod non dixerint omnia quae ipsorum antecessoribus placuerunt, idem quoque merito carpsit septuaginta Episcopos, Pauli Samosatensis condemnatores, quae ea quae antecessorū erant, non obseruauerint: Antecessores autem eorum fuere duo isti Dionysij, ceterique qui Romae tum cōgregati fuere. Verum neque hos neque illos fas est culpāre. Omnes enim Christi curam gessere, studiūque sua contra haereticos intenderunt: & hi quidem Samosatensem, illi vero Arianam haeresim condemnauerunt, bene vero & hi & illi pro subiecta materia scribunt. Et quemadmodum beatus Apostolus in epistola sua ad Romanos dixit, Lex spiritualis est, & Lex sancta est, & Praeceptum sanctum, & iustum, & bonum: &

paulo post, Et legis impotentia, quatenus inualida est: ad Hebræos vero aliter scripsit, Lex neminem perfecit: itidem & ad Galatas, In Lege, inquiens, nemo iustificatur: ad Timotheum contra, Legem bonam esse dixit, si quis ea legitime vtatur, neque tamen quis ob id sanctū virum reprehēderit, quasi qui contraria & pugnantia scribat, sed potius cum admiratione prosequatur, quod tam congruentia pro re nata ad singulos scripta mittat, vt & Romani & alij condiscerent à litera ad Spiritum conuersti, Hebræi vero & Galatæ instituerentur, non in Legem, sed in datorem Legis, spem suam habere: ita quoque, etsi amborum conciliorum patres, diuersimode de consubstantiali mentionem fecere, non tamen ea de causa ab illis dissidere debemus, sed illorum mentes scrutari, quod si fecerimus, omnino inueniemus ambas Synodos inter se cōsentire. Qui enim Samosatensem sustulerunt, hanc vocem consubstantiale corporaliter accepere, quum Paulus sophisticari vellet & diceret, Si Christus non ex homine Deus factus est, igitur cōsubstantialis est Patri, & necessario sequitur tres esse substantias, vnam quidem quae prior sit, vt princeps: reliquas vero duas ex ea oriundas: idēque merito vitantes illud sophistica Pauli, dixerē Christum non esse consubstantialem: non enim ita se habet Filius ad Patrem, vt ille cogitabat. Illi vero qui Arianā haeresim anathemate notarunt, cognoscentes non creaturam, sed genitum quiddam ex substantia Patris Filium esse, & substantiam Patris originem, radicem, & fontem esse Filij, & vnam vndecunque esse similitudinem geniti cum genitore, & nequaquam cum, vt nos, diuersae naturae esse, ac proinde separati à Patre, sed ipsius eum esse Filium, nec ab eo diuidi posse, vt nec splendor à luce, & pro se habentes Dionysij exempla, fontem scilicet, & consubstantialis assertionē, & praeterea vnitricem Saluatoris vocem, Ego & Pater vnum sumus: &, Qui vidit me, vidit & Patrem meum: His de causis merito induci sunt, vt Filium consubstantialē dicerent: & quemadmodum nunquam quisquam, vt superius dixi, Apostolum culpauerit, quod de lege ad istum modum Romanis, ad illum vero Hebræis scribat, ita neoterici priscos homines nunquam culpauerint, si videant eorum mentem & interpretationem: neque rursus prisci neotericos reprehenderint si conspiciant, quo animo, & in quem vsum de Domino scribant, nam vtraque Synodus iustam habet & rationabilē causam, cur illa ad illum, ista vero ad istum modum verba sua temperauerit. Quandoquidem enim & Samosatensis sentiebat, Filium ante Mariam non fuisse sed ab ea initium suae essentiae accepisset, ideo Episcopi tunc congregati, hominē haereseos condemnatum abdicauerunt, & de Filij diuinitate simplicius scribentes, non exquisitā diligentiam in tractatu huius vocis consubstantialis adhibuerunt, sed vt acceperant de consubstantiali, ita locuti sunt: in eo enim omnem curam habebat, vt quod Samosatensis excogitauerat, tollerēt, & docerent ante omnia Filium fuisse, eumq; non ex homine Deum esse factum, sed quum Deus esset, induisse serui speciem: & quum Verbum esset, carnem esse factū, quemadmodum locutus est Ioannes: atque ita aduersus Pauli blasphemias actum fuit. Verum quia Eusebius & Arius, ante tempora quidē fuisse Filium dicerent, sed tamen factū esse, & vnum ex creaturis esse docere cona-

conarentur, & dictum illud, ex Deo, non ita interpretarentur, vt Filium genuinum ex patre verum natum crederent, sed cum ita ex Deo esse, vt caetera creata affirmarent, & similitudinis vnitatem Filij cum Patre negarent, essentia aut natura constare, vt solidē Filius Patri suo similis haberi possit, sed consensus dogmatum, rationeque doctrinae, eam similitudinem conflatam esse: & quia interscēpēbāt, & omnibus modis alienabant essentiam Filij à Patre, aliud ei initium existendi affingentes, ad creaturarū censum eum detrahebant: ideo Niceae congregati Episcopi, conspicati eorum hominum, qui ita sentiebant vafriciem, collectis in vnum quae ex sacris literis ad sententiam suam tuendam facerent, liquidius rem exponentes, Filium consubstantialem esse asseuerarunt, vt ingenuitas & vera natura Filij inde significaretur, nihilque cum eo res creatas commune habere edoceret. Vocis enim istius exquisita ratio eorum simulationē, quum dicunt eum ex Deo esse, patefecit, & omnes eorū argutias, quibus simpliciores fallūt, excludit. Certe quum omnia queāt fucus lenociniisque sophismatum adulterare, & pro libidine mutare, hanc solam vocem adaperientem ipsorū haeresim reformidant, quam patres pro munimento & arce contra illorum impias commutationes in scripta retulerunt. Desinat igitur omnis contentio, neque in nos mutuo arietemus, si diuersimodē concilia acceperunt Verbum consubstantiale: habemus enim pro excusatione legitimas eorum causas, quas dixi, & praeterea hanc ipsam, quod quāuis hanc vocem, ingenitum, à scripturis non didicimus (nusquam enim scripturae ingenitū Deum vocant) sed tamen quoniam multi qui aliquid videntur esse, huius vocis studio disputandi mentionem fecere, non ignorandum tamen hoc ipsum vocabulum diuersa significare, quum alij id quod existit, & factum non est: alij rursus, quod plane sui authorem non habet, ingenitum dicant. Inter has igitur significationes, si quis respiciens ad priorem significationem, quum id denotatur, quod authorem sui careat, atque eo modo Filium non esse ingenitū dixerit, nequaquam ille culpauerit alium, qui quū respiciat, Filium neque creaturam neque opus esse dicat eum ingenitum esse: Vterque enim suum scopum spectās rectē locutus est: ita quoque si aliqui ex patribus ad istum, alij ad alium modum de consubstantiali disseruerunt, nobis tamen ob id contentiose agendum non est, sed cum pietate eorum dicta excipere debemus, eō quod praecipue sua studia ad pietatem referebant. Ignatius igitur post Apostolos Antiochia, praesul & martyr Christi, in scriptis suis de Domino ita locutus est, Vnus est medicus, carnalis, & spiritualis, genitus, & ingenitus in homine Deus, vita vera, & ex Maria & Deo. Quidam porro post Ignatium Magistri, ipsi quoque scripserunt, Vnus ingenitus, Pater est, & ex ipso Filius genuinus, verus partus, Verbum & Sapiencia Patris. Si igitur aduersus istos hostiliter afficimur, & dissidemus, sit nobis quoque aduersus Synodos pugna. Quod si eorum fidem in Christo cognoscētes, persuasum habemus beatum Ignatium rectē scripsisse: genitum illum ob carnem appellentem, eō quod Christus caro factus sit: ingenitum vero, hoc est, non factum, quoniam creatura non sit, sed Filius ex Patre: & non ignoramus eos qui dixerunt vnum esse ingenitum, Patrem: non eo animo scri-

psisse, quasi Verbum Dei genitum, hoc est, factum, & opus esse vellent, sed ideo, vt ostenderent Patrem sui authorem non habere, sed illum Patrem Sapienciae esse, & omnia genita, hoc est, quae facta sunt, in Sapiencia fecisse: cur non & Patres nostros, tum qui Samosatensem sustulerunt, tum qui de Ariana haeresi trophaeum fixerunt, in vnum pietatis, tuēdaque religionis studium coniungimus: sed illos quasi interscēpimento dirimimus? & non potius recte de illis sentimus? quod & illi, quemadmodū dixi, aduersus sophistica Samosatensis, mentem, interpretationemque dirigentes, Filium scribere non consubstantialem esse? & quod isti quoque recte intellectu illum dixere consubstantialē esse? Certe ego ad istum modum de viris in Christum pietissimis sentiens, ista pauca conscripsi. Quod si nancisci potuissem epistolā, quā dicunt illum scripsisse, putarem me plures potuisse deprehendere causas, propter quas beati illi viri ita coacti sint scribere: id enim par est, & decet vt sentiamus, & istiusmodi bonam cōscientiam erga patres nostros retineamus, modo non nothi simus, sed ab illis pietatis institutione imbuti. Talis igitur mens patrum fuisse & dicatur, & credatur. Age rursus cum illis negocium, placide & bono animo excutiamus, dicta superiora repetentes, an non reuera certo demonstrari possit Niceae congregatos Episcopos recte sensisse? Si enim Verbum opus est, & alienum à Patris substantia, adeo vt ipse segegetur à Patre, interuallo alterius naturae, certe cōsubstantiale Patri non fuerit: sed potius genere, naturaque coniunctum cum operibus, etiam si gratia praecellat. Quod si illum agnoscimus non esse opus, sed genuinum foetum ex Patris substantia, consequēs fuerit, eum, cum sit eiusdem naturae, inseparabilē à Patre esse, eo quod ex patre sit genitus, ergo talis quum sit, merito cōsubstantialis dici poterit: deinde si non ex impartitu & communicatione Filius est, sed ipsa substantia Verbum & Sapiencia Patris est, & ista substantia Paternae substantiae germen est, & similitudo eius, veluti splendor ē luce, & Filius de se dicit, Ego & Pater vnū sumus, &, Qui vidit me, vidit Patrem meū, quid de istis vocibus sentiendum est, aut in quem significatum eas accipientes tueri possumus, vt Pater & Filius vnus habeatur? Si enim eos contentu dogmatū, & eo quod nusquam à Patre dissentiat, vnum fieri dicas, prauus hic intellectus fuerit: Nam & Sancti, & multo magis Angeli & Archangeli, hunc concentum cum Deo possident, neque vlla est inter eos discordia, siquidem is qui discors animi fuit, diabolus visus est ē caelo cadere, sicuti Dominus locutus est. Quocirca, si propter concordiam alter Pater, alter Filius est, etiam inter res creatas inueneris, quae ita cum Deo consentiant, quorum vnūquodque dicat, Ego & Pater vnū sumus. Quod si hoc absurdū fuerit, vt reuera absurdum est, necessum est, vt secundum substantiam Filij, & Patris, vnitatem intelligas. Nam creata, tametsi concordiam cum creatore habeant, eam tamen ex communicatione in motu & mente habent, quemadmodum iectus est: Filius vero quum ex substantia sit genitus, substantia vnum est ipse, & qui eum genuit Pater. Ideo enim vniformib; vocibus paritatem cum Patre habet, adeo vt, quae de Patre dicuntur, eadē scripturae dicant de Filio, eo dūtaxat excepto, quod

Niceae synodus cur Filium Patri cōsubstantialem asseruerit.

Concilio Niceno de Synodo Antiochena differ, quomodo.

Ingenitū nusquam in scripturis reperitū.

Ioan. 10.

S. Ignatij epistola ad Ephesos.

Christus genitus et ingenit.

Harpsi Pauli de mensura Antiochena cur Filij cōsubstantialem non dicit.

Arij & Eusebij haereticorum cona-

Verbum an sit Patri consubstantiale.

Ioan. 10. Ioan. 14.

Absurdum.

Ioan. 10. Vnitatem Patris et Filij secundum substantiam existit.

ipſe Pater non dicitur. Vnde eſt quod Filius dicit: **Ioan. 17.** Omnia quæ Pater habet, mea ſunt: denique Patri ſuo dixit, Omnia mea tua ſunt, & tua mea, quale eſt, quod Deus appellatur: Deus enim erat Verbum: & quod omnipotens, Hoc dicit qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens: & quale quod Lux ſit, Ego, inquit, ſum Lux: quodque creationis author, Omnia enim per eum facta ſunt: & Quæ video Patrem meum facientem, ea & ego quoque facio, quale ite quod æternus ſit, Eius enim æterna poteſtas, & diuinitas: & In principio erat Verbum, & erat Lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & quod Dominus ſit: Pluit enim Dominus sulphur & ignem à Domino. Et Pater quidem de ſe ita loquitur, Ego ſum Dominus omnipotens: de Filio vero Paulus ita dicit, Vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Et Patri quidem inferuiunt Angeli, verum & ipſe Filius ab iſdem adoratur: & Adoret eum omnes Angeli Dei, quippe qui & Dominus Angelorum appelletur, ſiquidem Angeli miniſtrabant ei, & Emittet Filius hominis Angelos ſuos. Et quod, vt Pater, honoretur, Vt (inquit) honorent Filium, quemadmodum Patrem honorant. Et quod æqualis ſit Deo, Neque enim rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Et quod ſit ex vero veritas, & ex viuente vita, Patre interim hic quaſi vicem fontis obtinente. Et quod Filius viuificet, & excitet mortuos, ſicuti pater ſuus, ita enim in Euangelio ſcriptum eſt. Et de Patre quide ita ſcriptum eſt, Dominus Deus tuus vnus Dominus eſt, & Deus deorum Dominus locutus eſt, Et vocauit terram: à Filio vero, Deus Dominus apparuit nobis, & videbitur Dominus deorum in Sion: & rurfum ita de Deo loquitur Eſaias, Quis Deus vt tu, tollēs iniquitates, & tranſmittens iniuſticias? Filius vero quos voluit, ita allocutus eſt, Dimittuntur tibi peccata tua: quo tempore Iudæis murmurantibus re oſtendit illam peccatorum condonationem, dicēs paralytico, Surge, tolle lectum, & abi domum tuam. **De Deo quidem ita ſcripſit Paulus, Regi ſeculorum:** de Filio vero ita cecinit Dauid: Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Daniel porro hæc audiuit, Regnum eius regnum æternum, & regnum eius non peribit. In ſumma, quæcunque inueneris de Patre dicta, eadem inueneris de Filio dici, præterquam quod Pater non appelletur, vt iam ſuperius à me dictum eſt. Si quis igitur aliud principium, & aliū Patrem commiſcitur, eò quod in dictis iſtis de vtroque omnia ſint paria, furioſum commentum animo concipiet. Si autem ideo, quia ille Filius eſt ex Patre genitus, omnia cogitet quæ Patris ſunt, in Filio veluti in imagine & ſignaculo eſſe, bene cogitarit, an aliena à Patre ſubſtantia, iſtiusmodi rerū capax eſſe poſſit? & an qui talis eſt, alterius ſubſtantiæ, & non cõſubſtantialis Patri habendus ſit? Cauendum enim, ne quæ Patris propria ſunt, tranſferentes ad illud, quod ei ſubſtantia diſſimile eſt, in diſſimili genere, & alterius ſubſtantiæ deliniantes, effigiantesque Patris deitatem, peregrinam aliquā inducamus ſubſtantiam, quam tamen velimus capacem eſſe proprietatum primæ ſubſtantiæ, & cõfundamur ab ipſo numine ita loquente: Gloriam meam alteri non dabo: & deprehendamur adorare Deum alienum, & tales habeamur, quales tum

Iudæi fuere, dicentes: Quare tu, quum homo ſis, Deum te facis? quum ea Spiritus erant aliò tranſferentes blaſphemabant his verbis: In Belzebul eicit demonia. Quod ſi illud indecorum, certe non diſſimilis ſubſtantia fuerit Filius, ſed cõſubſtantialis Patri. Nam ſi quæ patris ſunt, naturaliter ſunt Filij, ipſeque Filius ex Patre eſt, & ob eam vnitatem deitatis & naturæ, ipſe & Pater vnum ſunt, & qui viderit Filium, viderit Patrem, merito dictus à Patribus eſt cõſubſtantialis eſſe Patri: non eſt enim vt is, qui alterius ſit ſubſtantiæ, talia habeat. Rurſum ſi, quemadmodum diximus, non ex mutatione Filius eſt, ſed cætera condita hanc gratiam ex mutuo à Deo acceperunt, ipſeque eſt Patris Sapientia, & Verbum, cuius communicatione vtuntur omnia, nimirum cum ipſe ſit deificator ex Patre, & illuminator, in quo omnia deificantur, & viuificantur, certe non diuerſæ à Patre ſubſtantiæ fuerit, ſed cõſubſtantialis: cuius enim participatu, Patris participes efficiuntur, eò quod propria ſit ſui Patris ratio, vnde ſi ex participatu, mutationeque eſſentiæ ipſe quoque exiſteret, & non ex ſe eſſentialis deitas, & imago Patris, non deificare poſſet, cum ipſe eſſet deificatus: non enim fieri poſſet, vt qui ex participatu, mutationeque eſſentiæ hoc poſſidet, aliis ſuum indultum impartiat, quoniam non ipſius eſt qui id habet, ſed qui dedit: & qui accepit, vix ſibi ſufficientem gratiam accepit. Sed tamen cauſam, cur quidam, vt fertur, hoc vocabulū recuſent, ſynceriter excutiamus, num ex illa ipſa multo magis declareretur Filius Patri ſuo cõſubſtantiialis eſſe. Aiunt igitur, ſicuti vos ſcribitis, nõ oportere Filium dici Patri ſuo cõſubſtantialem eſſe, eò quod qui dicit cõſubſtantialem aliquem, tria dicat: Primo ſubſtantiam quandam præſubiectam, duosque inde enatos, quos cõſubſtantiiales dicimus, atque ita ſyllogiſmum claudunt. Si Filius eſt Patri cõſubſtantiialis, nec eſſe ante eos præexiſtere, & præſubiectam eſſe materiam, ex qua iſti enaſcatur, atque inde futurum, vt non hic Pater, ille ſit Filius, ſed ambo inter ſe fratres ſint. Hæc tamen Ethnicorum ſunt ſententiæ, neque eorum rebus indigemus, inſpiciamus tamen iſtos cõſubſtantiiales, qui ex ſubſtantia animo prius concepta fratres intelliguntur, vtrum ſibi, an ei ſubſtantiæ, vnde originem traxerunt, cõſubſtantiiales ſint. Quod ſi inter ſe ſunt cõſubſtantiiales, diuerſæ ergo ſubſtantiæ & diſſimiles ei ſubſtantiæ fuerint, vnde nati ſunt. Opoſita enim inter ſe ſunt cõſubſtantiiale, & quod eſt diuerſæ ſubſtantiæ: quod ſi quilibet ſubſtantiæ genitrici ſuæ cõſubſtantiialis eſt, quum id certe quod ex alio naſcatur, ei qui ipſum gignit, ſimilis ſit, non opus erit vt requiramus tres ſubſtantias, ſed id ſolum perueſtigandum eſt, an hoc ex illo vere natum ſit. Nam etſi contingat non eſſe duos fratres, ſed tantummodo vnum ex illa ſubſtantia gigni, nõ propterea quia alter natus nõ eſt, is qui genitus eſt, alterius ſubſtantiæ dici poterit, ſed ſolus cum ſit, æque habendus eſt genitori ſuo cõſubſtantiialis: alioqui quid diceremus de filia Iepthæ quæ vni-genita eſſet, nec eſſent Iepthæ alij liberi? aut de filio viduæ, quem Dominus à morte excitauit? quum ipſe fratrem non haberet, ſed vnicus eſſet, an vterque propterea parenti ſuo cõſubſtantiialis non erat? imo omnibus modis erant, quia liberi erant, & hoc proprium liberorum erga parentes ſuos: ita quoque

Mat. 10.

Filius cõſubſtantiialis Pa- tris quomodo.

(Cõſubſtanti- alis) cur ab Ari- ano Reu- ſetur.

Indicium. Luc. 7.

quoque Filium Dei, quum pronunciaſſent patres, ex ſubſtantia Dei eſſe, merito cum cõſubſtantiiale appellarunt. Hanc enim vim habet ſplendor ad lucem. Verbis quoque iſtorum iſtud quoque ex conſequio adhæret, creaturam ex non ente factã eſſe. Homines enim qui patiēdo gignunt, ipſi in ſubiecta materia operantur, nec quicquam aliter efficere poſſunt. Quod ſi igitur creare in Deo non humano more intelligimus, multo magis gignere humano more in Deo intelligere non debemus, neque cõſubſtantiiale eſſe Filium Patri corporaliter accipere, ſed recedere à rebus creatis, & depositis humi omnibus humanis imaginationibus, omnibusque ſimpliciter ſenſibus adſcendere ad Patrem, ne inſcienter auferamus Filium à Patre, eumque adiungamus ipſius creaturis. Rurſum alio modo. Si Patrem & Filium conſtitentes duo principia, aut duos deos, quemadmodum Marcion, & Valentinus, prædicamus, & Filium alium modum deitatis habere, & non ideo quia ex Patre genitus ſit, imaginem & formam Patris eſſe: age ſit diſſimilis: nam alienæ inter ſe ſunt prorsus iſtiusmodi ſubſtantiæ. Quod ſi vnam agnoſcimus & ſolam Patris deitatē, huiusque Rationem & Sapientiam Filium eſſe, & hoc credentes non prædicamus duos deos: & vnitatem Filij cum Patre, non ſimilitudine præceptorum, ſed ſubſtantia, & veritate conſiſtere ſentimus, vt inde efficiatur, quo minus duos deos, ſed vnum prædicemus, vnæque ſit ſpecies Deitatis, qualis eſt in luce & ſplendore: ea enim ſpecies conſpecta eſt à Patriarcha Iacob, & in ſcripturis habetur: Ortus eſt illi ſol, quum tranſijt ſpecies Dei, idque videntes Sancti Prophetæ, & intelligentes cuius Filius, imago eſſet, dixerunt, Factum eſt Verbum Domini ad me, Cognoscetes in eo Patrem ſpectari, & reuelari, ac proinde auſi ſunt dicere: Viſus eſt mihi Deus patrum noſtrum, Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. Quum igitur res ita ſe habeat, cur cum, qui vnus eſt cum Patre, & talis apparet, qualis Pater ſecundum ſimilitudinem & vnam deitatem, veremur dicere cõſubſtantialem? Si enim, quemadmodum iam ſæpius dictum eſt, non habet proprietatem paterne ſubſtantiæ, neque ſimilitudinem vt Filius, recte hæc vocem ſuſpectam habemus. Sin autem ille eſt Patris ſui propria & peculiariffima vis, illuminatrix, & conditrix, ſine qua Pater nec creat, nec cognoscitur, Omnia enim per eum, & in eo conſiſtunt: cur rem ita eſſe animo ſentiētes, vocabulum quod id ipſum ſignificat, recuſamus pronuciare? Quid enim eſt ita eiſdem naturæ cum Patre, ac illud, quod ei cõſubſtantiiale eſt? Non enim Deus alienū, veluti miniſtri indigus, Filium aſſumpſit, neque condita paris ſunt dignitatis cum conditore, vt illa honorari debeant, quemadmodum ipſe, aut vt credendum ſit, ea cum Patre vnum eſſe. Alioqui par eſt, vt auſit aliquis dicere ſolem & eius ſplendorem duo luminaria eſſe, aut diuerſam in illis eſſe ſubſtantiā aut ſplendorem eſſe accidens ſolis, non ſimplex eius, & purum gennimen, hoc eſt, quod ex eo ſit genitum, vt duo quidem ſint, ſol & ſplendor, ſed vna tamen lux, eò quod ſplendor quiddam genitum ſit ex ſole. Quum igitur talis natura Filij ad Patrem, & adhuc magis inſeparabilis ſit, neque deitas ei per accidens obuenerit, ſed paterna Deitas inſit, vt qui viderit Filium, videat in eo Patrem, cur qui iſtiusmodi eſt, dici non poſſet cõſubſtan-

Filius cõſubſtanti- alis Pa- tris, quomodo intelligendum.

Marcion Valenti- nus.

Vna dei- tas.

Psal. 103.

Ierem. 1. Ex eccl. 3.

Abſurdū.

tialis eſſe: Hæc igitur ſufficiūt, quæ vobis perſuadeant, non reprehendendos eſſe eos, qui dixerunt Filium Patri cõſubſtantiiale eſſe: ſed tamen ipſam dictionem cõſubſtantiiale per ſe excutiamus, vt ſciamus an hac voce vtendum ſit an non: & an propria illa ſit, & congrua quæ de Filio dicatur. Nam & vos ipſi ſcitis, nec eſt cur quiſquam dubitet, ſimile non de ſubſtantiis, ſed de figuris, & qualitatibus dici: ſiquidem in ſubſtantiis non ſimilitudo, ſed identitas eſſe pronuciatur. Certe homo homini ſimilis dicitur, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundū figurā & formā: quantū enim ad ſubſtantiam attinet, cõgeneres appellari debent. Rurſum homo cani ſimilis dici non poterit, ſed diſgener, hoc eſt, diuerſi generis. Quapropter, quod eſt genere coniunctum, cõſubſtantiiale eſt: quod autem diuerſi generis, diuerſæ etiam ſubſtantiæ habendum eſt. Qui autem dicit Filium ſimilem ſubſtantia, ex participatu, & mutuo cum ſimilem dicit: Siquidem ſimilitudo qualitas eſt, quæ ſubſtantiæ ſuperucnire poterit, hoc autem proprium creaturarum fuerit: eæ enim ex participatu Deo ſimiles efficiuntur. Nam quum ille apparuerit, ei ſimiles erimus, nimirum non ſubſtantia, ſed adoptione, quam percipimus per eum. Si igitur cum Filium eſſe dicitis ex participatu, dicatur ille à vobis ſimilis ſubſtantiæ, ſed tamen quum talis appellatur, nec veritas, nec vllō modo lux aut natura Deus haberi poterit. Nam quæ participantes ſunt, non reuera, ſed ſimilitudine veritatis ſimiles dicuntur, ita vt decidere & auferri poſſint, è claſſe eorum qui participant. Id rurfum proprium eſt operum, & rerum conditarum. Quare ſi hoc abſurdum eſt, igitur ille non ex participatu, ſed natura & veritate Filius, Lux, Sapientia, & Deus fuerit. Natura igitur cum talis ſit, non participatu, nunquam proprie ſimilis ſubſtantia dici poterit: ſed cõſubſtantiialis, quod de aliis dici non cõuenit. Demonstratum eſt enim ſimile de ſubſtantiis prædicari non poſſe. Qui quæſo igitur non ſtultum fuerit, & fortasſe etiam diſſicile id de Filio proferre? ac non potius cõſubſtantiiale de eo pronuciare? Eam igitur ob cauſam, Nicæna Synodus recte ſcripſit, quod & decuit eam loqui, Filium genitum ex Deo ei cõſubſtantiiale eſſe, quibus nos cognitit ne vitiligemus, præſertim cum nobis cognitum ſit, eos qui iſta ſcripſerunt, non ſtudio deprauandi veritatem, ſed eius ſimul cum pia religione in Chriſtum aſſerendæ, depurgandæque Ariomanitarum contra eum blaſphemix, ad iſtum modum fidem ſuam conſeſſos eſſe. Videndum enim & animaduertendum acriter, quod quum dicimus eum ſimilem ſubſtantia, aut diuerſæ ſubſtantiæ eſſe, nos non indicare eum verum Filium eſſe, ſed vnum ex creaturis, adſciritium ſcilicet, & adoptione Filium, quod hæreticis placet, quem ſi dicamus ſine contentione cõſubſtantiiale, Filium ſignificabimus genuinum & ex Patre natum, tamen ob hoc ſubinde rumpantur Chriſti perduelles. Hæc igitur quæ & ipſe ſciui, & ex prudentium diſputatione cognoui, paucis deſcripſi. Vos autem permanentes ſuper fundamentum Apoſtolorum, & traditiones Apoſtolorum retinentes, optate quæſo, vt conqueſcat in poſt-erum omnis contentio & zelus, & hæreticorum ſtolidæ quaſtiones condemnentur, & omnis verborum rixa & infauſta & homicida Arianoſum

Cõſubſtanti- alis vox an ſit in uſu necne

ſimile de quibus dicatur.

Filius ſubſtanti- alis non eſt Patri, quomodo.

Cõcluſio.

Filio non contenti.

Exhortatio ad orthodoxos.

heresis deleatur, & reluceat in omnium pectoribus A veritas, vt omnes vbique idem dicant & sentiant, nulla deinceps relicta Ariana blasphemia. Prædicetur autem & confessionibus laudetur per omnes

Ecclesias vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma, in Christo Iesu Domino nostro, per quem Patri sit gloria, & imperium in secula seculorum, Amen. *Ephes. 4.*

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, AD IOVINIANVM DE FIDE,

EPISTOLA.

Ioviniani desiderii laudar.



DE CORA & eximia res est in Principe, mens discendi auida, & rerum cœlestium cupido: inde enim fit, vt vere cor tuū sit in manu Dei. Quū igitur pietas tua cupiat è nobis cognoscere Ecclesiæ Catholicæ Fidē,

Ariano- rum mali- ria quan- tum fidei catholica obfuerit.

Deo super ea re gratis habitis nihil nobis consultius visum, quàm vt fidem à patribus Nicæ confessam, tuo religioso animo recitarem. Huius enim fidei aspernatōres & mihi multifariam insidiati sunt, eo quod non obtemperarem Ariano- rum sectæ, & hæreses & schismata in Catholicam Ecclesiam introduxere, quum tamen vera & pia in Christum fides ex sacris literis & liqueat, & agnoscat. Hac enim sancti viri initiati martyrium subierunt, & nunc resoluti à corpore cum Domino agunt. Mansisset hæc fides illæsa perpetuo, nisi malitia quorundam hæreticorum eam deprauare ausa fuisset. Arius enim, & socij, illam vitare conati sunt, & eius loco hæresim introducere, dicentes Filium Dei ex non entibus extitisse, & creaturam facturamque, & mutabilem esse. Multosque his verbis deceperunt, adeo vt qui aliquid esse viderentur, illorum blasphemia seducti sint: quapropter patre quamprimum Nicæ in concilium venientes, eius verba anathemate condemnarunt, & Catholicæ fidei confessionem scripto tradiderunt, vt eius vbique promulgatione incendium hæreseos per sectarios excitatum restingeretur. Ea igitur synceriter vbique per omnes Ecclesias & legebatur & prædicabatur, quum quidam Ariam hæresim renouare cupientes, hanc à patribus Nicæ confessam fidem incepere contemnere, præ se ferentes quasi ab ea non dissentiant, cum interim reuera eam inficientur male interpretantes cōsubstantialitatem: & blasphemias dicentes in Spiritum Sanctum, quem creaturam, & à Filio conditum asseuerant. Nos igitur conspectis istius blasphemix in populum Dei calamitatibus, necessario tibi fidem Nicæ patrum confessionibus confirmatam porrigere studuimus, vt tua pietas & ea, quæ ibi exactissime scripta, & quantum errent illi, qui aliter sentiunt, intelligeret. Cognosce igitur religiosissime Auguste hanc esse, quæ à condito æuo prædicata fuit, & quam Nicæ patres congregati agnouerunt, eiusque suffragatrices esse omnes omnibus in locis Ecclesias, siue in Hispania sint, siue Britannia, Gallia, Italia vniuersa, Dalmacia, Dacia, Mysia, Macedonia, siue vniuersa Græcia, vniuersa Aphrica, Sardinia, Cipro, Creta, Pamphylia, Lycia, Isauria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia. Itidem quotquot nobis vicinæ sunt, necnon & Orientis Ecclesias, paucis admodum exce-

Ratio est cur hanc scribat epistolam.

ptis, quæ Arianicæ opinionis sunt. Omnium enim istorum, & adhuc longinquorum animos experimentis cognouimus, & scripta habemus. Nec te lateat piissime Imperator, quod tamen pauci sint qui huic fidei derogent, eos tamen, quum vniuersus orbis Catholicam fidem sequatur, & ipsi iam pridem Ariana hæresi infecti fuerint, & nunc acerrime pietati obstant, eos tamen præiudicium facere non posse. Nobis autem, vt tua pietas cognosceret, rem alioqui sibi cognitam, operæ precium visum est, fidem Nicenam Episcoporum confessionibus approbatam subnectere. Est igitur fides à patribus confessa istiusmodi.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilem, & inuisibilem creatorem. Et in Dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre, & vnigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, Lumen de Lumine, Deū verum ex Deo vero, genitum, non factum, & consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tam in cœlis, quàm in terra: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in celos, venturus inde ad iudicandum viuos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt, erat, quando non erat: & antequam fieret, non erat: aut ex non entibus extitit ex alia substantia, subsistentiæque: aut creatum, aut conuertibilem, aut alterabilem dicentes Filium Dei, hos anathemate ferit Catholica, & Apostolica fides. In hac fide Auguste, omnes oportet manere, neque quidquam inde transmutare artificijs contentionibusque verborum, quod faciunt Ariomanitæ, qui ex non entibus filium Dei extitisse, cumque non fuisset, antequam fieret, eum denique creatum, factum, & mutabilem esse dicunt. Ideo enim, quem admodum prodiximus, Synodus Nicena anathematizauit istiusmodi hæresim, & veritatis fidem confessionibus approbavit, neque leui aut simplicitatione Filium Patri similem esse asseueravit, eumque, ne ex leui re Deo similis, sed verus ex Deo haberetur, consubstantialem esse scripto tradidit, quod proprium est genuini & veri Filij, veri & naturalis Patris: sed nec alienauit Spiritum Sanctum à Patre & Filio, sed eum vnà glorificauit cum Patre & Filio, & in vna sanctæ Trinitatis fide, eò quod vna sit in Sancta Trinitate Deitas.

ratum visibilem, & inuisibilem creatorem. Et in Dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre, & vnigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, Lumen de Lumine, Deū verum ex Deo vero, genitum, non factum, & consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tam in cœlis, quàm in terra: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in celos, venturus inde ad iudicandum viuos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt, erat, quando non erat: & antequam fieret, non erat: aut ex non entibus extitit ex alia substantia, subsistentiæque: aut creatum, aut conuertibilem, aut alterabilem dicentes Filium Dei, hos anathemate ferit Catholica, & Apostolica fides. In hac fide Auguste, omnes oportet manere, neque quidquam inde transmutare artificijs contentionibusque verborum, quod faciunt Ariomanitæ, qui ex non entibus filium Dei extitisse, cumque non fuisset, antequam fieret, eum denique creatum, factum, & mutabilem esse dicunt. Ideo enim, quem admodum prodiximus, Synodus Nicena anathematizauit istiusmodi hæresim, & veritatis fidem confessionibus approbavit, neque leui aut simplicitatione Filium Patri similem esse asseueravit, eumque, ne ex leui re Deo similis, sed verus ex Deo haberetur, consubstantialem esse scripto tradidit, quod proprium est genuini & veri Filij, veri & naturalis Patris: sed nec alienauit Spiritum Sanctum à Patre & Filio, sed eum vnà glorificauit cum Patre & Filio, & in vna sanctæ Trinitatis fide, eò quod vna sit in Sancta Trinitate Deitas.

re poteris? Quomodo medeberis per te cadentibus & scandalizatis? quomodo pacem semel disruptā copulabis dilectissime Draconti? pro gaudio mœrorem, pro consolatione luctum attulisti. Sperabamus enim nos vnà tecū consolationē capere. Nunc autem te fugientem cōspicimus, & ex fuga futurū prospicimus, vt & in iudicio de eo crimine cōuincaris, & conuictus miserè doleas: Et quis tibi, vt Propheta dixit, parcendum putabit? Aut quis cum pace ad te redibit? quum videat fratres propter quos Christus mortuus est, tua fuga noxam accepisse? Id enim scire oportet, & nequaquam ambigere, te priusquam ordinaberis tibi vixisse: ordinatum autem, illis viuere, quibus ordinatus es. Et antequam acciperes Episcopi gratiā, nullus te cognoscebat: ex quo autem Episcopus factus es, populi expectant, vt cibum illis feras ex doctrina scripturarū. Quum igitur expectātes isti in esurie sint: tu autem te solum alas, & venerit Dominus Iesus, nosque illi assistamus, quam habebis excusationem, cum viderit ille suas proprias oues esuriētes? Si nō accepisses denarios, nequaquam ille te incusauerit, Cæterum quum acceperis, cōsq; infoderis, & in occulto habueris, merito incuset, proferēs illa verba, quæ absit vt audiat tua religiositas: Oportebat te porrigere denarios meos trapezitis, vt ego veniens

ATHANASIVS IOANNI ET ANTIOCHO DILECTIS, ET COMPRESBYTERIS SUI IN DOMINO S. P. D.

Gaudeo



Synaxis.

Hæretici non sunt audiendi.

Basilium.

GAUDEO etiam nunc de accepta epistola vestra, maxime autem quia Hierosolymis missa est, & gratiam habeo quod significastis de fratribus illic ad Synaxim conuenientibus, & de illis qui sub prætextu quæstionum, simpliciores turbare volunt. Cæterum de illis præcipit Apostolus, non esse attendendum rixis verborum, aut noua quærentibus, neque studio noua dicendi, audiendū nos oportere teneri. Vos autem quum habeatis firmum fundamentum, quod est Christus Dominus vester, & patrum de veritate confessionem, auersamini illos, qui plus, minúsve quàm in confessione est, loqui velint, & maiorem operam fratrum vtilitati impendite in metuendo numine, & seruandis præceptis, vt doctrina patrum, & obseruatione præceptorū, grati Domino in die iudicij apparere possitis. Valde autem admittor audaciam eorum qui non reformidant oblitterare dilecto nostro, & vere Dei famulo, Episcopo Basilio: quū ex huiusmodi oblatione deprehendi & conuinci possint, quod ne Patrum quidem confessionem aut ament aut amplectantur. Salutate fratres, salutant vos qui mecū sunt. Opro vos valere in Domino dilecti, & desideratissimi filij.

ATHANASIVS DILECTO FILIO SVO PALLADIO PRESBYTERO, IN DOMINO SALUTEM.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, AD DRACONTIVM EPISCOPI-

TVM FUGIENTEM, EPISTOLA.



Draconum ar- guit quod episcopatus abnuat.

Mat. 18. Mar. 9.

Incomoda.

HESITO quid scribam, an vt recusantem, an vt temporis respectu, & Iudæorū metu temet abstrudentem incusare debeam: veruntamen siue id ea de causa, siue aliunde proficiscitur, non vacat culpa id quod agis, charissime Draconti: non enim fas est eum, qui hanc gratiam accepit, in occultum abdi, neque prudentis est suppeditare aliis occasiones fugiēdi. Multi enim istis auditis scandalizabūt, quali istud non temere facias, sed tēpora intuearis, ac impendentes Ecclesiæ tribulationes. At vereor, ne dum propter te fugis, propter alios sis in periculo apud Dominum. Si enim ei, qui vnum ex pusillis istis scandalizat, præoptare sibi potius debet molam asinariam collo suo circumdari, & ita demergi: quid de te futurum existimas tam multis auctore scandalorum? Primum enim illa Alexandria mira inexpectatāque concordia in te deligendo, ob tuum discessum necessario dissipabitur, & Episcopatus huius loci à multis diripietur: deinde gentiles qui promiserāt, se in tui Episcopatus ordinatione Christianos fore, in gentilitate permanebunt, tua pietate vilipendente, gratiam functionemque sibi datam. Quamnam igitur excusationem super istis allegabis: quibus verbis istiusmodi culpas abluere, vel absterge-



Innocentius.

Monachi Casarienses. Basilium laudat.

IN ACCEPTA epistola gauisus sum plurimum, & potissimum ob id quod ea solito tuo more spirabat orthodoxas opiniones, & quæ causam explicabat, cur cum dilecto nostro Innocentio viuas, neque nunc tandem, sed iam pridē quum rescueram, tuam prudentiam approbavi. Quū igitur hoc instituto varis, scribe nobis & significa, & de fratribus qui isthic sunt: & de inimicis veritatis, quid de nobis cogitent. Sed quod de monachis Casariensibus significasti, hoc ipsum quoque didici è dilecto nostro Dianio, quod grauentur, & resistāt dilecto nostro Episcopo Basilio, tibi certe, quod mihi rem indicasti, gratias ago: illis vero, quæ decuit, scripsi, vt veluti filij obsequantur patri: nec iis, quæ ille probat, contradicant. Nam si suspectus esset in negotio veritatis, recte pugnarent: sin autem confidunt, vt omnes confidimus, eum esse gloriam Ecclesiæ, dum ita decertat pro veritate, & docet eos, qui indigēt doctrina, non fas est cum tali homine pugnas conferere, sed amāduus potius est ob piū animū. Nā ex iis, quæ cognoui ex dilecto nostro Dianio, nulla de causa eum grauatim ferūt: ipse enim, vt plane mihi persuadeo, infirmus efficitur apud infirmos, vt infirmos lucretur. Dilecti autem fratres nostri respiciētes ad scopū eius, quo ad veritatē tendit, glorificent Dominum quod talē Episcopū Cappadociæ dederit, qualē singulæ prouinciæ sibi optāt. Tu autē dilecte, velis iis indicare vt credant me hæc scripisse. Id enim vos erga Patrē beneuolētes reddet, & pacē in Ecclesiis conseruabit. Opto te in Dño valere filii dilecte.

Luc. 19.

ab illis repetetem: obsecro igitur, vt tibi ipsi & nobis parcas: Tibi ipsi, vt periculum cuites: nobis, ne super te lugeamus. Curam habe tuæ Ecclesiæ, ne per te multi ex pusillis detrimentū accipiant, aliq; ex tuo exemplo occasiones nanciscantur se subducendi. Si igitur tempora metuis, & formidine cōtractus id fecisti, nequaquam illud virilis est animi: oportebat enim te secundū zelum Christi, in istiusmodi temporibus specimē tui edere, & potissimū in grauioribus circumstantiis, fiducia libertatēque vt, & dicere beati Apostoli verba, In omnibus istis magnificē vincimus, maxime ea de causā, quia non temporibus nos, sed Deo seruire condecet. Quod si ordinatio Ecclesiarum tibi non placet, aut nullā omnino mercedem Episcopi functioni destinata arbitraris, Seruatorēque qui eam ita instituit, cōtemnis, oro te, ne istiusmodi quid in mentē admittas, neque authores istiusmodi consiliorum sustineas. Non enim ista digna sunt Dracontio. Nam quæ Dominus per Apostolos instituit, ea & bona sunt, & firma persistunt, & fratrum ita meticulousitas compescitur. Quod si omnes eandem mentem habuissent qualem nunc habent, qui tibi in cōsilio sunt, quo pacto Christianus factus esses, nullis vsquam reperis Episcopis? Quod si vero post nostra tempora, istiusmodi animos induūt, quomodo poterunt stare Ecclesiæ? An opinantur illi qui tibi in cōsilio sunt, nihil te, quia ipsis hoc vile videtur in Baptismate accepisse? Id restat scilicet, vt nihil existimēt gratiā lauacri, si qui sint, qui eam contēnant. Sed reuera accepisti, dilectissime Draconti, neque mihi sustineas istiusmodi consiliarios, neque te ipsum fallas. Repetetur enim hoc à Domino, qui tibi dedit. An non audisti Apostolum loquentem: Ne negligas eam quæ in te est, gratiam? An non legisti quomodo eum, qui duplicauerat talentum, approbet & excipiat Dominus: & occultantem, condemnet? vtinam quamprimum redeas, & has vnus ex collaudatis: Aut dic cuius te velint tui consiliarij esse imitatore. Oportet nos secundum scopū sanctorum vitam moderari, eosque imitari. Id quoque sciendum, nos, si ab istis deficiamus, alienos reddi ab eorum communicatione. Quem igitur isti te imitari volunt? ambigentēne illum & volentem quidem sequi, sed supersedentem & deliberantem ob suos? An beatum Paulum, qui simul ac illi hoc ministerium iniunctum fuit, non adhæsit carni & sanguini? Nam tametsi dixerit, Non sum idoneus, qui vocer Apostolus, agnoscens tamen quod susceperat, neque ignorans datorē eius, ita scripsit: Vt enim mihi est, nisi Euangelizem. Cæterum vt illi est, qui non euangelizat, ita ipse docens & prædicans Euangelium, pro gaudio & corona discipulos suos habebat. Quapropter studium fuit sancto viro vsque ad Illyricum illud prædicare, neque segnescere, neque omittere, quin Romam iret, & in Hispanias ascenderet, vt pro grauiori labore, maiore frueretur mercede laboris. Gloriabatur se igitur bonum certamen certasse: & certus erat de magna corona, quam accepturus esset. Igitur dilectē Dracontē, quem nāq; ista faciens imitaris? hūcne, an neminem ex hoc genere? Ego certe & te & me ipsum, omnium sanctorum imitatores esse vellem. An forsitan ideo tibi consilium suppeditant tui occultandi, quod dixeris iuratisque non futurū vt ites, si constitueris Episcopus? Istiusmodi enim

vocibus audio illos tuas aures circumstrepere, & in ea te se cautos videri velle. Essent illi vere quidē cauti, si ministerio tibi iniuncto cautum voluissent. Quod si legissent Sacras Scripturas, non extra illas concilium darent. Quin iam tempus est, vt Ieremiā culpent, & magnū illum Mosem accusent, & ipsorū consilium non audierint, sed Deum veriti officium ministerij perfecerint, & prophetando adimpleuerint. Siquidem & illi ipsi missi, accipientesq; Prophetiæ gratiā, initio recusabant quidē, sed tamen postea timuerūt, neque emissorem suum vilipederunt. Iam igitur, siue sis gracili voce, siue impeditiori lingua, verere semper eū, qui te ita finxit, Deū, siue te nimis iuuenē dicas ad prædicationē, metue tamen eum, qui priusquam formareris, nouerat te. Quod si verbum loquutus es, & verbū sanctis pro iuramento est, reminiscere quæso Ieremiæ, quomodo ipse qui dixerat, Non nominabo nomen Domini, postea metuens illum qui in se erat, ignem non pro iis, quæ dixerat, fecit, neque vt præoccupatus erat iuramento, se in tenebras abdidit, sed veritus mandatore, suam Prophetiam absoluit. An non audisti dilectē, quod & Ionas quidem fugerit, eratque qualis erat, sed tamen postea denuo prophetauit? Ne igitur tibi diuersa ab istis consilia proponere. Melius enim quā nos, nostra nouit Dominus, & nouit quib; suas cōmittit Ecclesias: quod si quis dignus non sit, ille mihi non ad vitā suam, sed functionem suam, ministeriūque respiciat, ne simul cum vita illa sua, etiā negligentē maledictionem referat. Nunquid igitur dilectē Draconti, quum talia legis & prudens sis, animo compungeris? non curas, ne quis eorum qui tibi commissi sunt, pereat? non ex conscientia quasi ē flamma inardescis? non exhorres diem iudicij, in qua nullus eorum, qui tibi nunc consilia dant, illic tibi opitulatur futurus est? quisque enim de sibi commissis rationem reddet. Quid enim profuerat illi, qui denarium occultauerat, sua causificatio? Aut quid profuerunt Adamo sua verba illa: Mulier me decepit? Dilectissime Draconti, si reuera sis imbecillis, sed tamen curam te, sollicitudinēque suscipere oportet, ne Ecclesiam desertam inimici lædāt, occasionem ex tua fuga mutantes, oportet te accingi, animūque recipere, ne nos solos destitutas in hoc certamine. Oportet te collaborare, vt cum omnibus mercedem accipias, Propera igitur dilectē, neque amplius in mora sis, neque sustine illos qui te impediunt, sed reminiscere eius, qui tibi hanc functionem iniunxit. Huc age te ad nos, qui te diligimus, & ea quæ scripturarum sunt, consulimus, vt à nobis productus, & sacras functiones in Ecclesiis obiens, mentionem precēsque pro nobis facias. Neque enim tu solus ex monachis es constitutus, neque solus monasterio præfuisi, neque solus à monachis dilectus es. Nostri enim Serapionē monachum esse, & quod monachorum præfectū? Neque à te ignoratur, quot monachorū pater fuerit Apollonius. Nosti Agathonem, neque ignotum habes Aristonem. Memor es Ammonij cum Serapione peregre profecti: fortassis etiam audisti de Cue in superiore Thebaide, poteris item resciscere de Paulo, qui est apud Latos, & de aliis multis: & tamen isti Episcopi constituti non contradixerunt, sed habentes pro exemplari Elizæum, & cōsiliij quid Elias egerit: & eruditi, quid discipuli Christi, Aposto-

Episcopa-
tia non esse
fugiedum
timore per
secutionis
1. Ioh. 2.
Antipho-
phora.
1. Tim. 4.
Mat. 25.
1. Cor. 9.
2. Tim. 4.
Antipho-
phora.

Ieremiā
Ezra
Ierem.
Iona
Exortio
Mat.
Gen.
Exempla
Serapionē
monachi
Apolloni
monachi
pater.
Ab ex-
plis suis
det.

Apostolique fecerint, susceperunt hanc curam, neque ministerium hoc aspernati sunt, neque propterea seipis deteriores facti sunt, sed & laboris mercedem expectant, proficientes ipsi, aliq; proficere adhortantes. Quot ab idolis conuerterunt? quot à furiosa & dæmoniaca cōsuetudine suis admonitionibus compescuerunt? quot adduxerunt Christo seruos? adeo vt qui ista signa conspiciant, admirētur. An quæso non ingens signum, puellam inducere, vt virgo maneat? & adolescentiorem adhuc, vt sit continens? & idololatram, vt agnoscat Dominum? Ne igitur te impediāt monachi, quasi solus ad hoc ē monachis constituaris, neque vna cum illis causificeris, quasi teipso deterior futurus sis: poteris enim etiam melior fieri, si Paulū imiteris, & sanctorum acta æmuleris. Nosti enim eos, qui ita creati sunt dispensatores mysteriorum, reētius secundum scopum sese incitasse ad brabeium supernæ vocationis. Quando autem Paulus contestatus est, & coronā se accepturum expectauit, nisi quum missus esset ad docendum? Quando Petrus confessus est, nisi quum euangelizabat, & piscator hominum factus esset? Quādo Elias assumptus est, nisi quum vniuersam Prophetiā suam adimplet? 2. Tim. 4. Quando in Spiritu dupla obtinuit Elizæus, nisi quū omnib; relictis affectator factus est Elizæ? Cur autem delegit discipulos Seruator, nisi in id, vt eos prædicatum emitteret? Quapropter, quum istiusmodi habeas exempla dilectissime Draconti, nec dicas, nec dicentibus credas, Episcopatum esse causam peccati, aut quod inde nascatur occasiones delinquendi. Licebit tibi in Episcopatu esurire, siti- re, sicuti Paulo. Licebit & vinum non bibere, sicuti Timotheus fecit: & ieiunare frequenter, vt Paulus solet, vt ita secundum illum ieiunans, alios sermonibus nutrias: & sitiens abstinentē à potu, aliis docendo potum præbeas: Ne igitur talia obiciāt tui consiliarij. Nouimus enim & Episcopos iei-

Episcopa-
tus nō pre-
bet peccā-
di aut de-
linquendi
occasione.

nantes, & monachos comedentes: Nouimus & Episcopos non bibentes vinum, & monachos bibētes: Nouimus quoq; Episcopos signa facientes, & monachos non facientes. Multi quoque ex Episcopis matrimonia non inierunt, monachi contra parentes liberorum facti sunt: quemadmodum vicissim Episcopos filiorum patres, & monachos generis potestatem non quæsiuisse, animaduertas: & clericos bibisse, & monachos ieiunasse. Sic enim licet, & ad eum modū non prohibebitur, sed quisq; vbi volet, decertat: non enim corona pro locis, sed pro factis redditur. Ne igitur sustineas diuersa cōsules, sed potius propere: & ne lentus sis, maxime quia sanctum festum appropinquat, ne sine te populi hunc festum diem celebrent, magnumque periculum tibi contrahas. Quis enim iis Pascha Euangelizabit, si tu absis? quis illis euangelizabit diem resurrectionis, si tu lateas? quis illis consilia mōstrabit, vt rite epulentur, si tu fugias? o quot apparebunt te adueniente, quot noxam sentient te fugiente? Et quis est qui te in talibus factis approbet? Sed quid est quod tibi authores sunt, ne Episcopatum capeffas, quum illi ipsi cupiant habere presbyteros? Si enim malus es, ne sint socij & gregales tui: Sin autem te idoneum norunt, ne inuideant aliis. Quoniam, si docere & præesse secundum illos causa peccati est, ne ipsi doceantur, aut presbyteros habeant. Verum tu istis humanis vocibus ne intendas, neque sustineas eos, qui ista suadent, quemadmodum sapius iam dixi: festina igitur, vel potius ad Dominum conuertere, vt dum curam tuarum ouium geris, etiam nostri memineris: hac de causa, dilectos nostros Hieracem presbyterum nostrum, & Maximum lectorem adhortatus sum istuc ire, vt etiam verbis te incitent, & ex illis cognoscere posses, quo cum affectu ista scripserim, & periculū simul, quod tibi imminet, ex ista detrectatione Ecclesiastici ordinis.

Corona
cuique
redditur
non pro
dignita-
te sed pro
operibus.

SANCTI PATRIS ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, AD VENERA-

BILES IN AFRICA EPISCOPOS,

EPISTOLA.

Damasus
Romanus
Episcopus.



SUFFICIUNT quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti, & magnæ Romæ Episcopi, cæterorumque tot, numero inibi cōgregatorum, nihiloq; minus sufficiūt scripta aliorum conciliorum, quæ partim in Gallia, partim in Italia habita sunt, ad astruendam eam, quæ in nobis est, fidem, quam Christus largitus est, & Apostoli prædicarunt, & patres qui Niceæ vndiquaque ex nostro habitabili orbe conuenerant, tradidere, summa propter Arianos cura adhibita, vt qui in eam hæresim lapsi essent, resurgerēt: & authores eius reprehēderēt. Huic certē cōcilio, vniuersus orbis assensum præbuit, & quam multæ habitæ sunt Synodi, huius tamen oēs sunt memores, tum per Dalmatiā, Dardaniā, aliq; insulas, Siciliam, & Cyprū, tum per Isauriam, Pamphiliam, Lyciam, & vniuersam Ægyptū & Lybias:

Cōcilium
Nicensium
toti orbis
consensu
statutum
et promul-
gatum.

& plerique in Arabia hanc agnouerūt, & admittunt, & suscriptione approbarunt: adeo, vt si quis restet ex Ariana radice progerminante amaritiam (loquimur autem de Ursacio, Valente, cæterisque qui idem sentiunt) per ista ipsa scripta abscessi reiectique cōperiantur. Sufficiunt igitur ea quæ Niceæ confessā fuere, satisque per se virum habent, quæ admodum superius diximus, tum ad subuersionem impij dogmatis, tum ad tutelam, vtilitatēque Ecclesiasticæ doctrinæ. Sed tamen quia audiimus nonnullos huius oppugnandæ cupidos, allegare concilium Ariminense, quod ipsi iactitant auctoritatem obtinuisse, necessario visum est, vt vos scripto certiores redditos admoneremus, ne istiusmodi homines tolerare velitis. Est enim istud aliud nihil, nisi propago Arianicæ hæreseos. Qui enim Synodum contra istam hæresim habitam repudiāt, quid aliud sibi volunt, quā vt Ariana inualescat?

Ariminense
se cōciliū.

quid igitur illis dignum, nisi vt & Ariani appellen-
tur, & eadem censuras ferant? qui neque Deum
metuerunt, ita dicentē, Ne transmoueas terminos
æternos, quos posuerunt patres tui: & Qui accusat
patrem aut matrem morte moriatur, neque patres
nostros quicquam reueriti sunt, denunciante anathema,
si quis contraria suæ ipsorum confessioni
sentiret. Siquidem œcumenica Nicæa Synodus ce-
lebrata fuit à trecentis & septemdecim Episcopis,
vt de fide agerent, conuenientibus, idque ob Aria-
nicam impietatem, quo caueretur, ne deinceps par-
ticularim cauillationes fidei orirentur, aut si ortæ
fuisent, ne auctoritatem haberēt. Quid enim in eo
concilio defuit, vt nouam aliquam Synodum re-
quirant? plenum enim est illud concilium pietatis
dilectissimi, & vniuersum iam orbem terrarum ad-
impleuit. Hoc & norunt Indi, & quotquot apud
alios Barbaros sunt Christiani. Vanus igitur eorum
labor, qui contra illud alia subinde concilia moliri-
tur, quippe qui plusquam decem Synodos iam in-
struerint, in singulis semper aliquid innouantes,
hoc à prioribus detrahentes, illa in sequentibus de-
mutantes adiicientesque: nihilque sua vi hæcenus,
dum & scribunt & delent, profecerunt, ignari in-
terim, omnem plantationem quam non plantaue-
rit pater cælestis, eradicandam esse: verbum autem
illud Domini per œcumenicā Nicæa Synodum, in
æternum manet. Siue enim quis numerū cum nu-
mero compararet, tanto maior est Nycena Synodus
particularibus conciliis, quā tum totum sui aliqua
parte. Quod si causam Niceni conuentus à causis
eorum, qui postea coierunt, discernere velis, inue-
nies Nicenam Synodum rationabili causā coactā
fuisse: reliquas autem per simultatem, & cōtentio-
nem, & vim constatas esse. Illa enim ob Arianam
sectam & controuersiam paschatis celebrata fuit,
eod quod Syri, Cilices, & qui in Mesopotamia de-
gunt nobiscum dissentiebant in temporibus Pa-
schæ celebrandi, quod eodem die cum Iudæis ce-
lebrabant. Sed gratia Domino nostro, quia & de
fide, & de sacro illo festo in concordiam itum est.
Eaque fuit causa Niceni concilij. Concilia autem,
quæ postea insequuta sunt pro Ario, cōtra œcume-
nicam Synodum instituta fuere. Id quum ita se ha-
beat, quis ferat eos, qui Ariminensem, aut vllā aliam
Synodum, præter Nicenam, in ore habent & iacti-
tant? aut quis non odio habeat illos, qui quæ pa-
trum sunt, abrogant? recētiore autem Arimini per-
vim & contentione extorta anteponunt? Aut quis
cum eis conuenire possit, qui ne secum quidē con-
ueniūt, aut sua ipsorum approbant? quippe qui in
suis conciliis decem scilicet aut pluribus etiam, vt
superius dixi, aliās alia scribentes, satis docent se
vniuscuiusque suæ synodi criminatores esse idē-
que illis sit, quod & Iudæis proditoribus fiebat: vt
enim illi derelicto vnico fonte viuentis aquæ, effo-
derunt sibi cisternas contritas, quæ aquam conti-
nere non poterant, quod apud Ieremiam Prophe-
tam scriptum inuenias, ita quoque isti oppugnan-
tes œcumenicam Synodū, effoderunt sibi Synodos
complures, omnēque illā apud illos, vt manipu-
lus sine viribus euauerūt. Ne feramus igitur illos,
qui nobis Ariminensem, aut vllum aliud concilium
nominant. Videntur autem illi, qui Ariminen-
se concilium in ore habent, ne illa quidem scire,
quæ ibi acta sunt, quippe qui alioqui obticuis-
sent:

Nicena Synodus à 317. episcopis celebrata.

Mat. 13.

Nicenum Concilium necessario coactum.

Niceni concilij causa.

Ierem. 2. simile.

In Ariminiensi Concilio quid actū sit.

vos contra dilectissimi compertum habetis ex iis,
qui è vestro numero ad concilium Ariminense se co-
tulerunt, quomodo Vrsacius & Valens illic præ-
sto fuere, & vnā cum illis Demophilus, eoque ideo
depositos, exautoratosque esse, quod alia quā que
in Niceno concilio decreta essent, conscribere vel-
lent. Quo tempore quum ab illis postularetur, vt
Arianam hæresim anathemate damnarent, postu-
lata præstare recusarunt, malebātque se potius eius
hæreseos duces præfectosque videri. Episcopi con-
tra vege legitimi Christi serui, & recta fide præditi
numero ferme ducenti, dicebant sufficere Niceni
concilij dogmata, nec plus, nec minus, aut qua-
rendum aut credendum esse. Hæc & Constantio
significauerunt, cuius iussu concilium coierat. Ve-
rum qui Arimini exautorati erant, profugientes ad
Constantium, operam dedere, vt ij quorum sen-
tentis ceciderant, quā indignissime haberentur,
minæque adderentur, ne in suas parocias discede-
rent, quibus etiam vim in Thracia per hyemem in-
tulerunt, quo eos cogere ad res nouas, quas ipsi
moliebantur, suscipiendas, concilium scilicet alle-
gant? proferant mihi prius exautorationem illorū
quos nominaui, deinde addant qui Episcopi scri-
ptis suis statuerunt, ne quid amplius quā quæ à
patribus Nicæa confessi decretaque essent, quaere-
retur: neue præter eam, vlla alia Synodus nomen
obteneret. Sed hæc quidem in occulto habent. Illa
vero quæ in Thracia per vim expressa sunt, iacti-
tant, ex quibus liquet eos esse Arianicæ hæreseos
gregales, & alienos à sana fide. Quod si magnum
illud concilium, istorūque coitiones, mutua in-
ter se comparatione examinare velis, inuenies in
illo quidem sanctam religionem: in istis vero ab-
surdas rationes tractatas fuisse. Qui Nicæa con-
uenere, eorum nemo depositus, exautoratusque
fuit, iisque simul confessi sunt, ex Patris substantia
esse Filium: isti contra semel atque iterum, imo
iam tertio depositi in ipso Ariminensi conuentu,
ea audacia fuere, vt affirmauerint, illicitum dictum
esse, essentiam aut hypostasim habere Deum. Ex
quibus videre licet, fratres dilectissimi, Nicenos
patres scripturas spirare, ac redolere, loquente
ipso Deo tum in libris Exodi, Ego sum qui sum:
tum per Ieremiam, Quis est in substantia eius? &
paulo post: Etsi steteris in hypostasi mea, & au-
dissent verba mea. Hypostasis autem assentia est,
neque alium significatum habet, nisi hoc ipsum,
quod est, quod Ieremias ἵπαρξ, nominauit, di-
cens, Non audiisti vocem ἵπαρξως. Nam &
ἡσάσας & ὄσια id ipsum est quod ἵπαρξ, ac
si dicas, subsistentiam & substantiam idem esse
cum essentia. Est enim Deus, & subsistit. Hoc
quum Paulus sentiret, ad Hebræos scripsit, Qui
est splendor gloriæ, & forma ἡσάσας, eius.
Isti qui se putant scire scripturas, seque sapientes
arbitrantur, nolentes in Deo hypostasim nomi-
nare (Hoc enim scripserunt Arimini, & in aliis suis
conciliis) qui quælo non cum summo iure deposi-
ti sint & habeantur? quum & ipsi loquantur vnā
cum insipientibus in cordibus suis, Non est Deus?
Iam quum patres Nicæa docuissent, non esse nec
creaturam nec facturam Verbum Dei, quippe qui
ita de scripto recitarent, omnia per ipsam facta
sunt, & in illo omnia creata sunt, & constant.
Isti cōtra, potius Ariani quā Christiani, & in suis
Syno-

Vrsacius Valens Demophilus depre-

Differen- tia inter Concilium Nicenum et Arimi- nense.

Hypostasi sit quid.

Hebr. 2.

Ioan. 1.

Synodis facturam illam ausi sunt dicere, & vnum
ex creaturis esse, quarum ipsum Verbum opifex est
conditor. Atqui si Verbum, per quod omnia facta
sunt, & ipsum quoque creatura fuerit, sequitur, vt
illud seipsū creauerit: sed qui quæso, id quod crea-
tur crearet: aut quod conditur, condere poterit? Ve-
rum ne vel sic quidem pudore deterrentur, quo
minus ea dicant, ob quæ vbique apud omnes mor-
tales in odio sunt. Ac citant pro se Ariminense cō-
cilium, quum liqueat eos etiam ibi exautoratos de-
positosque fuisse. Quin & illud de Niceno concilio
ὁμολογίον allegant, quū tamen eius rei gratia bel-
lum cum Niceno concilio gerant. Et vbique quasi
eulices, hac voce circumstrepitant, in eamque vel
per ignorantia impingunt, vt in lapidē offendiculi
in Sion positum, aut prorsus citra ignorantiam id
faciunt, quum vim eius vocabuli intelligāt: ac pro-
inde contentiones, bellaque affectant, & perpetuo
murmure atrodunt hæc vocē, prorsus Arianæ hæ-
resi infestā, eamque collabefactantē. Neq; enim vo-
ces illis molestiam afferunt, sed damnatio ipsorum
quæ in verbis istiusmodi consistit. Iam si hunc ani-
mum conscij sibi dissimulatum volunt, à nobis ta-
men id reticere non debet, vt etiam hinc sedula ve-
ràque diligentia magni concilij declaratur. Cōgre-
gatis enim Episcopis, volentibusque voces impie-
tatis Ab Ariani inuētas, è medio tollere, illud scilicet,
quod aiunt, Ex non entibus, & quod aiunt, fa-
cturam & creaturam esse Filium, & Erat quando
nō erat, & quod est commutabilis nature, & litera-
rum sacrarum voces certas & confessas scripto cō-
plecti, nimirum ex Deo esse Filium, & natura vni-
genitum esse Verbum, eumque solum virtutem &
Sapientia esse Patris, & verum Deum esse, vt Ioan-
nes dixit, & Splendorem gloriæ, & formam sub-
stantiæ Patris, vt Paulus scripsit. Hic Eusebiani pra-
uas suas opiniones sequentes, inter sese mullitare:
Imus quoque & nos, inquietes in vestram sen-
tentiam. Nam & nos quoque ex Deo sumus, vnus
siquidem Deus ex quo omnia. Et vetera præterie-
runt, Ecce noua facta sunt omnia, omnia vero ex
Deo: & allegabāt id quod in Pastore scriptum est,
Ante omnia crede vnum Deum esse, qui condidit
omnia, instaurauit & fecit, vt ex non existentibus
existerent. Episcopi vero intellecta illorum vafri-
cie, & dolis aduersus pietatem, clarius expresse-
runt hanc sententiam, ex Deo scilicet esse: & scripserunt
pro iis ex substantia Dei, esse Filium. Ne verò crea-
turæ sua sponte & sine autore viderentur esse con-
ditæ, sed principium causamque initialem habe-
rent, dictum est, eas ex Deo esse: Filium contra, solū
esse proprium substantiæ Patris: id enim proprium
vniogeniti & veri verbi cum Patre: ac proinde de
eo solo scriptum esse, quod sit ex substantia Patris,
Atque ista fuit causa istius complexionis verborū.
Episcopis vero denuo interrogantibus paucos i-
stos, Annē agnoscerent, Filium, non creaturam esse,
sed virtutē & vnicam Sapientia Patris, & per om-
nia imaginem indemutabilem Patris, & Deum ve-
rum? deprehensum est Eusebianos inter se confu-
surrare & annuere, nimirum, quasi ista etiam ad ip-
sos pertinerent. Nam & nos, inquietes, imago &
gloria Dei appellamur, & de nobis quoque id di-
ctum, esse quum & omnes qui viuimus, alięque res
complures, virtutes appellentur. Siquidem egressa
est omnis virtus Domini ex Ægypto, Eruca quō-

ὁμολογίον hæresi Arianæ infestum.

Ariano- rum pro- positiones in concilio Arimi- nensi.

1. Cor. 1.

Heb. 2.

1. Cor. 3.

Ex Deo esse quomodo expositum sit à patribus.

que & locustam virtutem magnam nominati. Et
Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster
Deus Iacob: & nos esse Deo suos ac proprios, quip-
pe qui etiam fratres dicamur. Quod si etiam Deū
verum Filium nuncupent, id & nos quoque non
malè habet quoniam verus Deus factus est. Hæc
Arianorum corrupta & peruersa mens. Cæterum
Episcopi intellecta eorum fraude, collegerunt in
vnum has voces ex sacris literis, splendorem, fontē,
& fluium; & formati cum substantia, & illud i-
tem, Et in lumine tuo videbimus Lumen, & illud
quoque, Ego & Pater vnum sumus: & pro maiori
elucidatione scripserunt, Filium Patri esse consub-
stantialem. Nam quum superiora omnia hunc in-
tellectum afferant, atque ita illorū obmurmuratio
quod hæc voces in sacris literis nō reperiantur, vanā
esse deprehēditur, cum ipsi ex verbis in scriptura
sacra non receptis impietate suam instruant: scri-
ptum siquidem nusquam est, illud eorum, ex non
entibus, & rursus illud eorū, erat quando non erat.
Sed ipsi interim mire inculant quod per voces non
in scriptura solennes, sed tamen pie inuentas, con-
demnati sunt quum ipsi tanquā è itercoribus exor-
ti vere de terra loquantur: Episcopi contra, non
has voces ipsi excogitarint: sed eas à patribus con-
testatas acceperint, & scriptis suis inseruerint. Si-
quidē prisca Episcopi ab hinc annis prope centum
& triginta, tum qui Romæ, tum qui in nostra ciui-
tate Pontificatum gessere, accusauerunt eos qui
Filium creaturam dicerent, aut qui negarent eū cō-
substantiali Patri Neque eius rei ignarus erat Eu-
sebius Episcopus Casariensis, qui quum prius sus-
fragaretur Arianicæ sectæ, postea tamē Niceni cō-
cilij decretis subscripsit, & apud suos id ipsum pro-
priis literis affirmavit, cuius hæc verba sunt.
Nouimus quosdā ex prisca eruditos & præcla-
ros Antistites, aliosque scriptores: quum de Patris &
Filij deitate loquerentur, voce cōsubstantialitatis vo-
sus esse. Quid igitur Ariminensem Synodū allegant,
in qua damnati depositique sunt? aut quid accusant
Nicenum concilium, in quo etiam ipsorum patres
subscripserunt, & confessi sunt ex substantia con-
substantiali Patri Filium? Aut quid circum-
circa discunt, quum non solum contra eos qui
Nicæa conuenerunt, sed contra illos etiam qui diu
ante ipsos fuere, magnos scilicet Episcopos, atque a-
deo contra suos prælia inceptent? Quorum igitur
se successores atque hæredes volunt? Quomodo po-
terūt eos appellare suos patres, quorum confessio-
nem bene & Apostolicè scriptam non recipiunt?
Alioqui si se contra dicere posse arbitrantur, dicāt
quæso, vel potius respondeant, vt in sese inuicem
offensantes coarguantur. Quid? credant ne Filio i-
tra dicenti? Ego & Pater vnum sumus? & Qui vi-
dit me vidit & Patrem meum, certe, inquiet, quoniam
ita scriptum est, credimus. Sed quomodo vnū
sunt, & quomodo qui Filium viderit, viderit & Pa-
trem, si iubeas eos exponere, prorsus dicturi sunt,
id fieri ex vtriusque inter se mutua similitudine, ni-
si plane collapsi sint in impiorum sententiam, qui
quod ipsis animis cogitant, verbis promunt. Hic,
si denuo cum eis agas, probe tu quidem, sed id
mihi dicas velim, quibusnam rationibus ista
similitudo conciliatur aut constat? audaçter pro-
fessuri sunt perfectitudine virtutis, animique
concordia id fieri, & quod idem velit cum

Psal. 43.

Ioan. 5. Ioan. 10.

Ex non entibus nusquam Repertum in scripturis.

Consub- stantiale loqe ante concilium Nicenum in usu fuisse.

Eusebij verba in concilio Niceno.

Ioan. 14. Ioan. 10.

Patre, & quod idem nolit cum patre, Sed hoc velim agnoscant, quod qui virtute & similitudine volutatis par Deo efficitur, eum mutandi sui arbitrium habere. Atqui tale nequaquam est verbum, nisi intelligatur id aliqua ex parte, & non in solidum nostroque more, non natura substantiae similitudinem cum Deo habere. Hec enim in nobis propria sunt, qui creatam conditamque naturam adepti sumus. Nam & nos, tametsi ratione substantiae similes Deo esse non valemus, tamen virtute meliorari Christum imitatur, atque id donante nobis Domino, cuius haec verba sunt. Estote misericordes sicut Pater vester, Estote perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est. Creatura autem mutabilia esse, nemo inficias iuerit, quum & Angeli preuaricati sint, & Adama obaudiuerit, & omnes egeant gratia verbi. Mutabile vero immutabili par esse nequaquam poterit, ut nec quod creatum est, creatori. Quapropter nostram naturam respiciens sanctus ille dixit, Deus quis similis erit tibi? aut quis comparabitur in diis domine? ubi Deos quoque appellauit res creatas, sed tamen participes Verbi. Quemadmodum ipse dixit: Si illos dixit Deos ad quos verbum Dei factum est, sed haec de iis, qui in participatum recipiuntur, nec perpetuo immutabiliter sibi constant, neque similia illius sunt, cuius consortio imbuuntur. De se autem hunc sermonem dixit: Ego & Pater vnum sumus, ut intelligeres rem creatam non istiusmodi esse. Alioqui respondeant mihi qui Ariminense concilium praefereunt, anne possit condita natura ita loqui: Quae video Patrem facientem, haec & ego quoque facio, quum ea, quae condantur, fiant, nisi velis ut illa seipsa faciant? Quod si omnino, ut dicunt, creatura est Filius, & fecit eum Pater, plane sequetur, ut seipsum quoque fecerit Filius, quum possit omnia facere quae facit Pater, ut ipse de se testatur. Sed id prorsus absurdum, & nulla ratione consistere potest. Nemo enim sui condendi potestatem habet, iam mihi denuo respondeant, an possint vlla creatura dicere, Quaecumque habet Pater, mea sunt: Habet autem ille vim creandi, condendi, aeternitatem existendi, & potestatem in omnia, & immutabilitatem: contra, quae creatura sunt, creare non possunt, quippe quae ipsae creaturae sint, & aeternitatem non habeant, sed aliquando inceperint esse: nec omni potestate aut immutabilitate praeditae sint, quippe quae sub alterius imperio derineantur, & variantis naturae sint, quemadmodum scripturae loquuntur. Quocirca si omnia ista Filij sunt, non igitur ex profectu virtutis, ut diximus, similitudo Paterna in Filio conciliata est, sed ex ipsa Patris substantia prouenit, ut dixit Synodus. Non igitur ex alia substantia est, quam ex Paterna, cuius ista sunt propria. Iam quod proprium est Paternae substantiae, quodque inde genitum prodiit, quid quaeso, existimandum est, aut quo nomine appellabis, nisi consubstantialem? Si quidem quae quis in Patre videt, eadem quoque videt in filio, filio inquam illo, non qui ex impartitu substantiae, sed secundum substantiam Filius sit. Hoc enim est, Ego & Pater vnum sumus: &, Qui vidit me, vidit & Patrem meum, Enimvero pulchrum fuerit etiam illorum vecordiam ostendere. Nam si ex virtute, in qua est velle & nolle, morumque in melius progressionem diuinitas illi contigit, nimirum nostro more, Filij Patri similis fuerit quum ista simul & qualitatis & substantiae sint. At

quis substinuerit talia dicentes? Non enim Deus copolitus est, qui omnia ut essent, composuit: neque talis, qualia sunt quae per Verbum eius facta sunt. Absit quippe, qui sit simplex substantia, in qua non est vlla qualitas: neque vlla ut testatur Iacobus, immutatio, aut vicissitudinis adumbratio. Quum igitur ostensum sit, non ex virtute hanc similitudinem profectam: non enim vlla qualitas in Deo, ut nec in Filio, si modo cum simile esse ei velis in quo qualitas non est: restat ergo, ut ex proprietate substantiae ista similitudo proficiscatur. Id credo confitebimini, nisi mens ipsa plane in vobis perierit. Iam quod proprium est, & idem cum substantia Dei, & genitum inde naturaliter existit, quid quaeso fuerit, nonne hoc consubstantialia putabis cum Genitore? quum id insigne notaque sit Filij cum Patre: certe qui hoc non dicit, ille non sentit natura, & vere Filium esse Verbum. Hoc intellectu videlicet, scripserunt patres Niceni concilij, Filium Patri consubstantialem esse eosque anathemate damnarunt, qui dicerent ex alia substantia esse Filium. Neque hac in parte sibi ista vocabula finxerunt, sed a patribus qui ante fuerunt, ea didicerunt, quemadmodum diximus. Rebus igitur ad istum modum comprobatis, superflua est Illorum Ariminensis Synodus, superflua & illa quae ab ipsis appellatur Synodus de fide. Sufficit enim Nicena qua cum veteribus Episcopis consentit, in qua istorum patres subscripserunt, quos istos reuereri oportuit, ne omnia potius quam Christiani habeantur. Si igitur post tot documenta, postque testimonia veterum Episcoporum, & post subscriptionem suorum patrum, quasi ignari simul et se exhortere vocabulum *ὁμοούσιος*, siue consubstantialitatis, sedulo pariter & dicant, & sentiant Filium natura, & vere esse Filium, & anathemate execrentur, ut imperavit Synodus in eos fieri, qui dicunt eum facturam, aut creaturam, aut ex non existentibus extitisse, & Erat quando non erat Filius Dei, quoniam immutabilis & inalterabilis existit, & nequaquam ex alia substantia. Et ita fugiat ab Arianica secta. Nec dubitamus, quin, si istos errores candide & ex animo anathemate execrentur, confessuri sint, Filium ex substantia Patris esse, Patrique consubstantialé esse. Ideo enim patres dixerunt, Filium Patri consubstantialem: atque illud etiam suis scriptis addiderunt, eos qui Filium conditum aliquid, aut factum pronunciant, aut ex non entibus extitisse, & quod erat, quando non erat Filius Ecclesiam Catholicam anathemate percutere, ut omnibus notum facerent, hanc significationem habere vocem consubstantialitatis, vimque huius vocabuli id sibi velle, ut intelligas Filium non esse rem creatam, aut conditam, eumque qui Filium Patri consubstantialé dicit, ita sentire, ut credat neutiquam Filium creaturam, aut opus esse: & contraria illa anathemate execrentur. Et consubstantialem esse Filium Patri arbitrentur, eumque dicendo consubstantialé genuinum, & verum Filium esse Dei animo concipiant, affirmandoque eum genuinum Filium, recte intelligat illud scripturae: Ego & Pater vnum sumus: &, Qui vidit me, vidit & Patrem meum. Congruum quidem erat, ut ea pluribus exequeremur, verum quia iam scientibus scribimus, ideo paucis significandum erat optantes apud omnes vinculum pacis conseruari, & omnes qui sunt Catholicae Ecclesiae, idem dicere, & sentire. Verum ita a nobis non docendi animo, sed ad-

sed admonendi scribuntur: Interim non soli sumus qui ista scribimus, sed omnes in Aegypto & Aphrica, Episcopi nonaginta numero: omnium enim idem est sensus, & alij pro alijs, quem contigerit abesse, subscribunt. Certe quum hoc animo essemus, & contigisset nos in vnum conuenire, scripsimus dilecto Damaso Episcopo magnae Romae, contra Auxentium inualorem Mediolanensis Ecclesiae, cumque non solum in comunione esse Arianice sectae, sed praeter hoc multorum scelerum reum esse, quae designauit cum Georgio socio suae impietatis. Miramurque cur nondum depositus eieciturque sit ex Ecclesia. Gratiam habemus & illius pietati, & caeteris qui Romae conuenerunt, quod Vrsatio, & Valente cum socijs suis eiusdem sententiae eiecitis, concordiam Catholicae Ecclesiae conseruarint, quae apud vos integram: sarramque testam optantes admonemus, ne eos feratis qui multitudinem, ut dixi, conciliorum praetexunt, quasi pro causa fidei, Synodum scilicet Ariminensem, Synodum Arsenicam, Ilauricam, & Threiciam in vrbe Constantinopolitana celebratam, & aliquot Antiochenas, sed turbidas & tumultuosas. Quapropter solum apud vos auctoritatem obtineat Nicena patrum de fide confessio, in qua omnes etiam eorum patres, qui nunc eam oppugnant, adfuere, & quemadmodum iam diximus, subscripserunt, ut & de vobis quoque Apostolus dicat, Laudo vos, quod in omnibus mei memores estis: & quemadmodum tradidi vobis traditiones, ita eas seruat. Ipsa e-

Antiochia Nicena Synodus reuera. trophaum columinaeque est, vbi omnes haereses inscriptae ostentui sunt, ac triumphatur: eadem illa Synodus, blasphematores Spiritus Sancti, dicentisque eum creaturam esse, subuertit. Nam quum patres statuissent de fide in Filium, id statim adiectum voluere, Credimus & in Spiritum sanctum, ut perfectam & plenam de sancta Trinitate Fidem confessionisque absoluentes, formam eius, quae in Christo est, fidei, & doctrinam Catholicae Ecclesiae exhiberent, quum & vobis & omnibus sit notum, neminique vquam Christianorum dubium fuerit, nos in Deum non, in creaturam fidem habere, Deum inquam Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem: Et in vnum Dominum Iesum Christum filium eius vnigenitum Et in Spiritum Sanctum: vnum Deum in sancta & perfecta Trinitate agnoscentes, in quam baptizamur, & in qua coaptamur deitati, Credimusque nos possessuros regnum caelorum, in Christo Iesu Domino nostro, per quem & Patri, & Spiritui Sancto gloria, imperium, maiestas in secula. Amen. Valere vos, nostrique memores esse in Domino optamus, dilecti & desideratissimi.

OPERVM ATHANASII SECVN-
DI TOMI.
FINIS.

Matth. 7.

Matth. 5.

† Prophe-

sa. 8.

Ioan. 10.

Ioan. 10.

Abfur-
dum.

Conclusio.

Ioan. 10.

14.

Auxen-
tius Inua-
lor Medio-
lanensis
Ecclesiae.

Synodum
Arimi-
nensem no-
Recipien-
dam.

1. Cor. 11.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

OPERVM SANCTI PATRIS

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ,

TOMVS TERTIVS.

DE INCARNATIONE VERBI DEI, CONTRA PAVLVM SAMOSATENSEM.

Paulus Samosatensis odio dignus, cur.



QUONIAM Sanctum concilium male habebat Pauli Samosatensis seditio, dum magnū illud de Christo mysterium subuertere conatur. Imo etiam nūc male habet omnes vindices, assertoresque sanctę fidei, eandem rerum pestilens in vulgus blasphemia: maxime tamen illos, qui imbecillo & diminuto sunt ingenio. Res enim magnas, & apprehensu difficiles, non nisi fide consequi datur. Atque inde fieri solet, vt ij, quibus tenues in cognoscendo vires, in ruinam trahantur, nisi ipsis persuasum sit, vt in Fide permaneant, & curiosas quęstiones auerferent. Quapropter à Paulo dictum est, magnum esse citrà controuersiam mysteriū pictatis, Deum manifestatum esse in carne iustificatum in Spiritu, visum Angelis, prædicatum in gentibus, creditum in mundo, assumptum in gloria. Cæterum quoniã ad nos delatum est, quosdam vestrum cõturbari, nostrasque literas requirere, idque super communi, & ab Apostolis introducta Fide, ita respondendum putauimus res istas ad exactum discutere, paucorum: Fidem autem retinere omniū esse, qui Christo auscultat, eosque summã laudem reportare studij sui. Qui enim ea, quę vltra suas vires sunt, indagat, in præcipiti consistit: qui vëro traditionibus inhæret, extra periculum versatur. Suademus igitur vobis, quod & nobis ipsis suademus, vt traditam fidem retineatis, & auersemini prophana nouitatis verba, & idem reliquis præcipiatis, vt exhorreant tantum mysterij inquisitionem, vt & Deum in carne manifestatum esse, secundum Apostolicam traditionem ac iustitiam cõfiteantur, quam habuit Dominus in Spiritu, hoc est, non humano more, sed diuina puritate. Alioqui impossibile est, puritatē & innocentiam in humana natura exhiberi, nisi Deus credatur in carne fuisse, qui iustitiam omni peccato liberam, in mundum introduxit: cuius, quia participes redditi sumus, viuemus & saluabimur. Illud enim, Non est iustus in terra, qui bonum faciat, & nõ peccet, in cõmune ad omnes homines pertinet.

Ioan. 3. Vnde ex cælo descendit (vt ipse inquit) qui immaculatam iustitiam ex se daturus erat, idque expressis verbis, Nemo ascendit in cælum (inquit) nisi Filius hominis qui è cælo descendit. Idẽque rursus aliis verbis, Si videritis Filium hominis ed ascendentem, vbi prius erat. Et: Ego sum panis qui è cæ-

Quinam facilius labantur in hæresim.

1. Tim. 3.

Qui traditionibus inhæret non labitur in hæresim. Exhortatio.

1. Tim. 3.

Eccles. 7.

Ioan. 3.

Ibidem.

Ioan. 6.

Alo descendi, viuus (inquam) ille qui vitam dat mundo, clare per ista nos docens, suam ipsius deitatem, non tamen demoliens id, quod ratione carnis assumptum erat, sed se cum carne cõmuniens, quippe qui secundum Paulum, in similitudine hominum fuit, & forma inuentus est, vt homo. Homo vero, vna persona, & vnum animal est ex Spiritu & carne ad cuius similitudinem intelligendum est, Christum vnam & non duas personas esse, quod nunc incredulitas manifeste violat, destituta amplitudine diuinę gratiæ & in gentiliū scandala prolapsa. Quãdoquidem non credit, Deum posse hominem fieri, secundū verba Ioannis ab initio dicta vbi ait: Verbum caro factum est. Sed asseuerat, genitum ex Virgine non nisi hominem esse, neque quicquam habere ex natura sua, quod diuinitatis sit, sed Deū in hunc ipsum descendisse. Cæterū, qui ista dicunt, sibi ipsis cõtraria dicunt, ac controuersiam faciunt Dei Verbo, quasi Filius hominis non descenderit è cælo, sed è terra excitatus, Deum cælitus descendentem in se receperit, Sic illi quidem, sed nobis decorum diuinis verbis inhære, neque ea deserta relinquere syllogismorum commentationibus, quę tam clare & euidenter nobis sunt tradita. Cum igitur Samosatenses dicunt, alterum solum hominem, alterum solum Deum esse, absit vt hanc doctrinam recipiamus, Nam si cauillantur Deum habitantis more in carne sua fuisse, repudientur: sin autem Deum in nobis habitasse referant, recipiatur quod dicunt. Id enim Scriptura testatur, Habitabo in eis, & obambulabo, alioqui nihil discriminis inter nos & Christum esset. Quapropter, si adoras hominem Christum, eo quod ibi inhabitet Dei Verbum, vna opera adora quoque Sanctos, ob Deum qui in illis domicilium habet. Iam vt supra Spiritum Sanctum, hoc est, supra Deum, in honore & gloria habeatur homo, extremæ impietatis est. Nos igitur Dominum nostrum Spiritu quidem esse Deum, carne vero hominem esse confitemur, tametsi increduli procreationem ex sœmina irriti habeamus, eamque carnis esse, non deitatis ganniant. Dicimus igitur Deum carni coadunitum esse, & eatenus ex muliere formam & ortum accepisse, atque vnum esse, vt Apostolus docuit: Misit Deus Filium suum, natum è muliere, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Sacrosanctã quoque crucem cauillis profcindunt itidem vt Ethnici: nos autem

Philip. 2.

In Christo vna tantum persona.

Samosatensis hæresis.

Ex eccl. 43.

In Christo duo nature consideranda.

Gal. 4.

Crux Christi ab hæreticis cauillatur sicut ab Ethnicis carnis.

Crux Christi ab hæreticis cauillatur, sicut ab Ethnicis.

Signi Sacra crucis visus.

Trinitas quid. Verbum Dei.

carnis gratia non segregatã à Deo neque in aliam personam diuisã, istud dicimus, ed quod impossibile sit, Dominum glorię nudum hominem esse. Eundemque qui Dominus virtutum sit, ipsum esse regem glorię, Dominum virtutum, metuentes eadẽ hæctenus nobiscum natura non maiori præditum, sed tamen illum ipsum dominum glorię crucifixū, Deum esse confitemur, & cruce pro trophæo aduersus diabolum vtimur, Christi que virtus, nostrū sigillum est ad salutem, vnãque cū Christo crucifigi, plusquã lex, plusquã iustitia legis mundū sanctificat. Atque ideo in mortẽ eius baptizamur, quia mors illius non pœna peccati, neque comparabilis cum morte Adæ, sed peccati mortisque per peccatū obnascẽtis expiatio fuit. Clare igitur prædicatio Apostolorum exponatur, quemadmodū & ea vultis exponi, quę à Sanctis patribus tradita sunt. De diuinitate autẽ istius Synodi Apostolicẽ à patribus ad istum modum scribitur: Trinitatem esse vnã naturam, eaque de causa vnã quoque essentiam esse, Verbum autẽ Dei, opificem omniū esse, & ab eo ad ipsius similitudinẽ ab initio hominem creatum esse, hominẽque rursus ad sui similitudinẽ

1. Cor. 8.

Non filius sit aqualis patri.

Eph. 3.

Ibidem.

Gal. 6.

1. Cor. 2.

Ibidem.

Ioan. 3.

Mat. 10.



QVI malitiose diuinas Scripturas intellectas volunt, humana verba humilitatis Filij Dei ad cõstituentiam suam ipsorum blasphemiam detorquent. Tota autem & absoluta Christianismi perfectio, in dictis humilibus & actibus inuenitur. Si igitur Paulum audire potuissent, ita ad Corinthios scribentem: Cognosce vero gratiam Domini nostri Iesu Christi, quod propter nos, cū diues esset, pauper sit factus, vt nos illius paupertate ditesceremus: nunquã inaequalem Patri Filium ausi fuissent dicere, si illis cognitum fuisset modus illius paupertatis, & que vis esset crucis eius. Vnde & alicubi idem Apostolus dicit: Vt eualeatis apprehendere cum omnibus Sanctis, que sit latitudo, longitudo, profunditas, & altitudo, simul cognoscatis Christi dilectionẽ cognitione supereminẽtiorem esse, vt in omnẽ plenitudinem Dei impleamini, eaque de causa scripto testatur, se in inopia sua, & afflictionibus suis, fide ter, liberẽque agere: Ne mihi (inquit) cõtingat gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu crucifixi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mudo. Et rursus, Decerno autẽ me nihil inter vos scire, nisi Iesum Christum, cùmque crucifixum. Et, Si cognouissent nunquam Dominum glorię crucifixissent, & nunc isti si cognouissent, sacras scripturas, nunquam creatorem omnium, creaturam, aut rem artificio factam esse, criminati fuissent. Torquent enim, & in flexus sese agunt, hisce verbis: Qui fieri possit, vt similis sit Patri, aut Filius ex substantia Patris, quum scriptum sit, Quemadmodum vitã habet Pater in semetipso, ita quoque dedit Filio vitã habere: quum altior sit dignitas datoris, quam accipiẽtis. Et, Ne me bonũ (inquit) dixeris: nullus est

restituisse, ipsumque creatorem simile factum esse sue creaturę, atque ideo carnem accepisse à Sancta & Deipara Virgine Maria, & Deum hominem factũ, vt homines, etsi homines manerent, deos tamẽ redderet: Eumque vnã personã esse, sed & ante incarnationẽ, & post incarnationem incomprehensibilem carne Deũ, indiuisibilemque in carnẽ, impudibile in passionibus carnis, victoremque mortis, & qui tertio die resurrexerit, ascenderitque in cælũ per gloriam naturalem, non per donum aut gratiam illi impartitam, eumque propalam in sua Deitate vturum, ita vt reluceat gloria inenarrabilis ex corpore eius sancto, quod ex Maria accepit, quemadmodũ ex parte aliqua sese in monte Thabor ostendit, docens nos, se & antea talem fuisse, non post deificationẽ (vt blasphemii volunt) tãlem esse incipisse, neque desuisse esse Filium hominis, neque carnem suam exuisse. Etenim etiam tum cum incipiebat esse Filius hominis vnigenitus, Angelosque suos mittebat, incommutabilis erat semper, neque quicquam variatum est in ipsius Diuinitate, sed tamen secundam carnem conformatus nobis, etiam nos sibi conformauit.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, DE HVMANA NATVRA SVSCEPTA AB VNIGENITO VERBO, ET CONTRA Apollinarium.

Apollinarium.

Bonus nisi Deus. Et rursus: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti, ac rursus: De die extrema nemo scit (inquit) ne Filius quidem, nisi Pater. Et iterum: Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, ac rursus: Quem Pater excitauit è mortuis: Quapropter inquirunt, qui fieri posset, vt similis sit aut consubstantialis Patri suo: excitatori è mortuis, ipse excitatus à mortuis. Hęc pauca è multis delibauimus, vt istis solutis, cætera quoque intelligi queant. Opus est igitur, vt pro virili vim eorum verborum explicemus, Ceterum, vbi Apostolus dicit, Patrẽ Filium suum è mortuis excitasse. Ibi Ioannes Iesum loquentem facit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus ego illud excitabo: Hęc verba (inquit) dixit, de templo corporis sui. Clarum igitur si animum intendas, quando corpus excitatur, tum Filium dici excitari è mortuis: que enim corporis eius sunt, de ipsius persona referuntur. Ita quoque quum dicit, Vitam dedit Filio Pater, carni vitam datã esse intelligere oportet. Si enim ipse est vita nostra, quomodo vita vitam acceperit, quum vitam ipse aliis promittat, idque his verbis: Oues vocem meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam dono eis, neque pereunt in æternum? Et si ipse est Sapiencia Dei, si ipse condidit omnes ætates, qua ratione dicitur: Iesus autem proficiebat sapientia & ætate? Iam si pater per suam Rationem, hoc est, Filium, omnia fecit, certum est etiam, quod per Filium corporis Filij excitationem perfecit. Per eum igitur illum excitat: & per eum illi vitam donat. Excitatur pro ratione carnis vt homo, & accipit vitã vt homo, vt qui in forma hominis inuẽtus sit. Ipse autẽ est Deus qui excitat suũ templũ, & dat vitã suę carni. Quũ igitur inquit: Quẽ Pater sancti-

Psal. 22. Mar. 13. Act. 1. Ioan. 10.

Concludunt hæretici.

Ioan. 2.

Absurdũ

Ioan. 10.

Ibidem.

Ioan. 17. ficauit & misit in mundū, & cū alibi loquitur: Pro iis autē ego sanctifico meipsum, vt & ipsi sancti sint in veritate. Et quū ait, Deus meus, Deus meus, quare me deseruisti? ex nostra persona verba illa proloquitur, quoniam serui formam assumpserat, & in similitudine hominū, & in forma inuentus erat vt homo, humiliavit seipsum, obsequens factus vsque ad mortē, mortē autē crucis. Atque itidem ea quæ sequitur, vbi Esaias ait, Ipse languores nostros tollit, & pro nobis cruciatur. Quapropter nō sibi, sed nobis cruciatur, neque ipse à Deo destitutus fuit, sed nos, & propter destitutos derelictosque venit in mundum. Et quum dicit: Ideo superexaltauit eū Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, de templo loquitur, quod est corpus suum. Non enim qui altissimus est, sed caro eius exaltatur, carniq̄e suæ altissimi nomen donauit, quod est super omne nomen. Neque verbum Dei donatitia ratione hoc nomen accepit, vt Deus vocaretur, sed caro eius cū ipso simul Deus appellata est. Non enim dixit, Verbum Deus factus est, sed Deus erat Verbum: semper enim (inquit) Deus Verbum, & ille ipse Deus factus est caro, vt ipsius caro efficeretur Deus Verbum, quemadmodum Thomas palpator ipsi carnis proclamauit: O qui es & Dominus meus, & Deus meus, vtrunque simul Deum appellans. Itidem & Ioannes scripsit: Quod erat ab initio, quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ palpauerūt, de Verbo vitæ. Satis igitur constat, in carne Filium & Patris Verbum palpatum esse, & illud vtrunque, quod simul palpatum erat, Verbum vitæ sacræ literæ appellauerunt, Et quum dicit: Nondum erat Spiritus, quia Iesus nondum glorificatus erat de carne eius loquitur nondum glorificata. Non enim Dominus Gloriæ glorificatur, sed, caro Domini gloriæ, illa est quæ percipit gloriam, quæ simul cum eo in cælum ascendit, vnde Spiritus adoptionis nondum in hominibus erat, eò quòd initio à nobis ablata, non ascenderat in cælum. Quæcunque igitur dicit scriptura accepisse Filium, siue quod glorificatus sit filius, ratione illius humanitatis, non deitatis loquitur siue quum dicit Apostolus, quòd in Christo habitet omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter, plenitudinem illam habitare in carne, intelligendum est. Siue quum dicit: Qui proprio suo Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Atque alibi rursum: Quemadmodum Christus dilexit Ecclesiā, seque pro ea tradidit. Non enim vt se seruaret, Deus immortalis venit, sed nos iam mortificatos: neque pro se mortuus est, sed pro nobis. Quapropter vilitatem inopiamque in se suscepit, vt nobis opulentiam suā largiretur. Illius enim passio nostra est impatibilitas: illius mors, nostra immortalitas: & illius fletus, nostra lætitia: eiusque sepultura, nostra resurrectio est: illius Baptisma, nostra sanctificatio est. Pro iis enim (inquit) me sanctifico, vt & ipsi sanctificati sint in veritate: & illius vibices nostra est sanitas: nam vibicibus illius sanati sumus: & pax nostra illius disciplina. Disciplina enim Pacis nostræ super eum, hoc est, ob pacem nostram ille castigatus est, & illius ignominia, nostra gloria est. Vnde gloriam petit in nostri gratiam, idque his verbis: Glorifica me Pater gloria illa, quæ apud te est, quam habebam apud te antequam mūdus existeret. Nos enim sumus, qui in illo

glorificamur: & illius descēsus, noster, est ascensus, prout verba habent: Coexcitauit nos, & cōstituit in cœlestibus in Christo Iesu, & illud, vt ostenderet in sequentibus seculis superabundantes diuitias bonitatis suæ in nos in Christo Iesu, & quum in cruce dicit: Pater in manus tuas depono spiritum meum, in eo omnes homines apud patrē deponit ac commendat, per ipsum & in ipso viuificandos. Membra enim illius sumus, & multa ista mēbra vnū corpus sunt, quod ipsum est ipsa Ecclesia, quemadmodum Apostolus Galatis scribit: Vos omnes non nisi vnum estis in Christo Iesu: Omnes igitur in se Deo commendat. Ita quoque quū dicit: Dominus cōdidit me in primordio viarum suarū, de Ecclesia dicit, quæ in ipso conditur: non enim operator omnium, creatura aut opus esse poterit, sed opus in operatore renouatur, prout Paulus indicat, Illius opus sumus, conditi in Christo Iesu. Quemadmodum rursum dicit: Vt cognoscatur nunc in principatibus, & virtutibus supercœlestibus per Ecclesiam multiplex illa Sapientia Dei, secundum destinationem æternam, quam absoluit in Christo, Domino nostro, in quo habemus fiduciam, & aditum in securitate per fidē eius. Ac rursus ait, Quæ admodum elegit nos ante iacta fundamenta mundi, vt simus Sancti & inculpati coram eo in dilectione, cum destinasset nos in adoptionis filios, per Iesum Christū in seipsum: & rursum dicit de duobus populis, vt duos conderet in seipso in vnum nouum hominem, pacem faciēs, & vt, in vno corpore reconciliaret ambos Deo per crucem, interficiens inimicitiam in carne in seipso. Et quum ait, Quid me bonum dicitis? nemo bonus nisi Deus, connumerans seipsum cum cæteris hominibus: ratione carnis suæ illud dicit, & pro animo eius, qui ipsum interrogationibus conueniebat, respondit. Ille enim eum nudum hominem credebat, & non Deū, eumque intellectum habet istiusmodi responsio. Si enim (inquit) hominem me arbitraris esse, & non Deum, ne dixeris bonum, nullus enim bonus: quandoquidem bonitas non humanæ naturæ cōpetit, sed diuinæ, ac statim infert: Præcepta nostri, cōque dicente, Quæ nam illa quæso? subiungit, Nō mœchaberis, eaque quæ ad ista per seriē subsequuntur: respondit ille, Hæc quidem à iuuentute seruauit omnia, quid igitur mihi restat? tum Christus, Si vis perfectus esse, vende bona tua, & da egenis, & habebis thesaurum in cœlis, & sumens crucem tuā me sequaris. Istinc igitur ostendit, hoc ipsum, bonum esse, etiam sibi competere. Qui enim eum qui bonus non est, sectatur, quomodo vitam æternam adipisci poterit? Et quum dicit de extrema die, neminem eam cognitam habere, ne Filium quidem hominis, humano more loquitur. Nā si Patrem cognitum habet qui extremū diem ignorare posset? Nemo enim nouit (inquit) Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Quòd si Spiritus Sanctus nouit omnia quæ Dei sunt, qui Filius diem quam ipse cōdidit, ignorarit? Nam si secula & tempora per eum facta sunt, dubium non est, quin extrema dies in seculis & temporibus inueniatur, neque fieri potest, vt ab eo nesciatur. Quæcunque humilia verba à Domino proferuntur, eius paupertati congruunt, vt nos in eo dicesceremus, non vt in illis materiem blasphemie haberemus contra Filiū Dei. Siquidem ea ratione Filius Dei homo factus est, vt

Filius Dei est, vt Filij hominis, hoc est, Adæ, filij Dei efficeretur. Ipse enim in sublimi procreatus ex Deo Sermo ineffabiliter, inexplicabiliter, incomprehensibiliter, æternaliter, in tempore nascitur humi, ex perpetua deipara Virgine, vt illi, qui humi antea geniti erāt, denuo in sublimi nascerentur, hoc est, ex Deo. Ipse igitur matrem dūtaxat habet in terris, & nos dūtaxat Patrem habemus in cœlo, eaque de causa Filium hominis seipsum appellat, vt homines Deū cœlestem Patrem suum appellarent. Quemadmodum igitur nos serui Dei, Filij Dei effecti sumus, ita dominus cœlorum, filius sui serui effectus est, hoc est, Adæ: accipiēs enim mortalem hominē patrem, dedit hominibus suum patrem immortalem, quod ex eo dicto apparet: Dedit illis potestatem vt filij Dei essent. Vnde quātum ad carnem attinet, mortem etiam gustat Filius Dei, idq̄ ob suum carnalē patrem, vt filij hominis vitæ participes efficeretur, idque per suum ipsius Patrem spiritualement. Ipse igitur ex natura Filius est Dei, nos autem ex gratia siue dono. Ac denuo ipse quidem secundum procuracionem gratiæque nostri, filius Adæ factus est, nos vero secundum naturam filij Adæ existimus, atque ideo loquutus est: Discedo ad Patrem meū & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrū. Nam Deus illi (vt iam dixi) secundum naturam Pater est, nobis autem secundum gratiam, idēque qui Pater erat, Deus illi factus est ratione humanitatis assumptæ. Cæterū nobis idem ille ratione naturæ Dominus habendus est, ideoque Ratio, quæ est Filius Dei vnita carni, facta est perfectus homo, vt homines vniti Spiritui, vnus spiritus efficerentur. Ipse igitur est deus carnigerus, & nos homines spiritigeri. Primitias enim sumēs ex substantia hominum, hoc est, ex semine Adæ, in quo quidē est serui forma, & in similitudine hominis factus, dedit nobis ex substantia dei primitias Sancti Spiritus, vt omnes redderemur filij Dei, in similitudine Filij Dei: ergo ipse verus & naturalis Dei Filius, nos omnes gestat, vt nos omnes vnum gestemus Deū. Impium igitur est, creatum aut factum esse Dei Spiritum affirmare, cum omnis scriptura, tum vetus, tum noua eū vnā cum Patre & Filio cōnumeret & glorificet quoniam eiusdem deitatis est, & eiusdem potētiæ & essentiæ. Quemadmodum ipse dicit, Qui credit in me, flumina de vtre illius fluēt aquæ vitæ, hoc autē dixit de Spiritu, quem accepturi erant, qui in ipsum crederēt, sicuti & in Iohēle sub persona Patris loquitur, Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabūt filij vestri, & filiæ vestræ. Ideo Dominus inspirās in ora Apostolorum, dicit: Accipite Spiritum sanctū, vt intelligeremus, quòd ex plenitudine deitatis ipsius, ipse Spiritus existat, qui discipulis tribuitur. In Christo enim (inquit) inhabitat, hoc est, in carne eius omnis plenitudo deitatis eius corporaliter, sicut & Ioānes baptista dicit, Nos omnes ex plenitudine eius accepimus, siquidē corporali specie, hoc est, sub imagine columbæ visus est Spiritus Sanctus descendere, & manere super eū. In nobis enim dūtaxat primitiæ & arrha diuinitatis inhabitat: in Christo verò omnis plenitudo diuinitatis. Sed ne quis arbitretur, eum, eò quòd non haberet, ideo Spiritū accepisse. Ipse enim Spiritum cœlitus vt Deus demisit, ipse eundem humi vt homo accepit, ex seipso igitur in seipsum descendit, nimirum ex deitate sua, in suam

humanitatē. Atque adeo Esaias ex persona Patris clamat, Hic, inquit, Dominus ille deus, qui fecit te, & finxit te ab vtero, ne timueris Fili mi Iacob, & dilecte mi Israël, quem ego elegi, quoniam ego dabo aquam in siti illis, qui perambulant in aquosa, & imponam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionē meam super liberos tuos. In Euāgelij item Filij ambulantiū, in siti aquam se daturum pollicetur, dum Samaritanæ de Spiritu Sancto ita loquitur, Si scires donum Dei, & quisnam ille sit, qui dicit tibi, Da mihi aquam ad bibendum tu ab eo postulasses, & dedisset tibi aquā viuētē, ac paulo post, eam ita affatur: Quisquis bibit ex aqua ista, iterum sitiet: qui autē biberit ex aqua, quā ego dederō illi, efficitur in ipso fons aquæ scaturientis in vitam æternam, eaque de causa David dicit, Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen: Nouerat enim, apud Patrem Filium esse fontem Sancti Spiritus. Ac per Hieremiā Filius dicit, Duo scelera designauit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuētis, & foderunt sibi cisternas contritas, quæ aquam continere non poterūt. Et quum Seraphim & Cherubim laudibus & gloria venerantur Verbum Dei, tertio dicētes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, laudibus & gloria venerantur. Ideoque sicuti in nomine Patris & Filij, ita quoque in nomine Spiritus Sancti baptizamur & efficiamur filij Dei, non deorum. Pater quippe Filius, & Spiritus Sanctus Dominus Sabaoth est: vna enim deitas, & vnus Deus in tribus personis siue subsistentijs. Atque ob id, quæ Pater loquitur in Esaiā, ea Ioannes refert, Spiritum Sanctum dixisse. Verba Esaiæ sunt: Vidi Dominum Sabaoth in excelso sublimique folio sedētem, & impleta est domus magnificentia eius, & Seraphini in orbem circumstantant, sex alæ vni, & sex alæ alteri, & duabus quidem velabāt faciem suam, & duabus pedes, & duabus volabant, & clamabant, alter ad alterum, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, Plenum est cælum & vniuersa terra maiestate eius, ac paulo post subiūgit, Audiui vocē Domini loquentis, Quem mittis: aut quis ibit ad populū istum? & dixi, Ecce ego sum præsto, ablega me, & dixit mihi, Proficiscere ad gentem istam, & dices ei: Auribus audietis, & nō intellexeritis: vidētes videbitis, & nō cōspexeritis. Incrassatū enim est cor populi istius, & auribus difficulter audiunt, & oculis cæcutiūt, ne quādo videāt oculis, & auribus auscultēt, & conuertātur, & sanem eos. Ioānes vero Euāgelista dicit, Idcirco nō potuerūt Iudæi credere in Iesum, quoniam dixit Esaias, Obcæcavit eorū oculos, retusum hebēsq; reddidit cor illorū, ne quando videant oculis, & corde intelligāt & conuertantur, & sanē eos. Hæc autē dixit Esaias, quum vidisset gloriam eius, hoc est, Filij: Quapropter & Dominus Sabaoth est Filius: id enim Dominus virtutum interpretatur: porro Dominus virtutum ipse est rex gloriæ, quemadmodū David locutus est. Dominus vero gloriæ est crucifixus. ille Christus secundum Paulum, & vt David quoque indicat, Dominus pascet me, & nihil mihi deerit, & alibi dicit, Qui pascis Israël, intende, qui ducis uelut ouem Ioseph, qui sedes super Cherubinos, appare. In Euāgelij vero inquit Filius: Ego sum pastor ille

Filius Dei
homo factus
est, cur.

simile.

Ioan. 1.

Act. 5.
Deus est
Pater naturalis
Christi,
nobis uenit ex gratia
et deo.

Conclusio.

Ioan. 6.

Ioan. 3.

Ioan. 20.

Col. 2.

Ioan. 1.

Esa. 44.

Ioan. 4.

Ibidem.

Ibidem.

Psal. 35.

Hiere. 2.

Esa. 6.

Ioan. 12.
Esa. 5.

Psal. 23.
1. Cor. 2.

Psal. 22.
Psal. 79.
Ioan. 10.

Act. 18. bonus. Ipse igitur est, qui sedet super Cherubim, ipse itidem qui pascit Israël: Paulus autem in Actis dicit, Spiritum Sanctum per Esaiam ista locutum esse, quæ Esaias dixit, sibi Dominum Sabaoth effatum esse. Patrem igitur, & Filium, & Spiritum Sanctum, Dominum Sabaoth esse, credendum est. Et quamvis scriptura de Patre referat eum omnia condidisse, tum visibilia, tum invisibilia: alibi tamē nos docet, eadem per Filium omnia esse condita. Non seorsum alia à Patre, alia à Filio sunt condita, sed quæ Pater facit, ea per suam potentiam ipsum quoque Filium facere, intelligendum est. Omnia enim per ipsum facta sunt. Ita ergo ubi Filius inquit: Soluite templum hoc, & intra triduum excitabo illud, de corpore suo hæc verba locutus est: at interim alibi scriptura dicit, Patrem fuisse, qui Filium è mortuis excitavit, & recte loquitur: excitavit enim per Verbum suum carnem Filij sui, nec ibi corpus Filium Dei, sed corpus nominat Filij Dei. Cum igitur corpus excitatur, Filius intelligitur excitari è mortuis. Ideoque secundum carnem loquimur, eum & mortuum & sepultum, & excitatum esse ex mortuis. Verum quantum ad Spiritum attinet, in cælo & in terra, & ubique præsens erat. Ille igitur prius ut Deus opulentus, postmodum inops factus est ut homo, nobis in omnibus similis redditus est, excepto peccato, ideo ut homo accipit vitam, quantum habeat vitam, Ipse enim est vita, sed propter nos, eam ut homo accipit. Proficit sapientia & ætate, quum sit Dei æterna Sapientia & Potestas: & ut homo sanctificatur, Sanctus ille, cui nulla expiatione aut sanctificatione opus fuit, quum ait, Pro illis sanctifico meipsum, ut & ipsi sint sanctificati in veritate, & ut homo exaltatur, accipiens nomen, quod est super omne nomen, quum nomē illud sublime semper ex natura possederit. Deus enim (inquit) erat Verbum. Quæcumque igitur dicit scriptura Filium accepisse, ratione corporis accepta intelligit, corpusque illud esse primitias Ecclesiæ. Nam primitiæ, inquit, Christus Primitiis igitur assumptibus nomen, quod est supra omne nomen, coexcitata est simul & reliqua massa eiusdem generis, pariterque in eundem confessum venit, iuxta illud verbi coexcitavit & confedit. Eaque de causa ex gratia acceperunt homines, ut dij vocentur, & Filij Dei. Primum igitur Dominus suum corpus excitavit è mortuis, & in seipso exaltavit: post hac autem excitabit & membra sui corporis, ut largiatur illis omnia ut Deus, quæcumque ipse ut homo accepit. Ipse igitur sibiipsum largitur vitam, ipse seipsum sanctificat, ipse seipsum exaltat. Quum igitur dicit quod Pater illum sanctificauerit, & excitavit, donavitque nomen quod est super omne nomen, quodque vitam dederit, satis evidens est, omnia Patrem per eum facere, atque ira fieri, ut ipse à Patre per se ipsum excitetur, ipse per seipsum sanctificetur, ipse per seipsum extollatur, ipse sibi vitam largiatur, atque ideo dum commendat suam animam in manus Patris, ut homo sese Deo commendat, ut omnes homines Deo commendatos redderet, quippe quum sit manus Patris. Eadē ratione quum dicit, Ante omnes colles genuit me, ex persona Ecclesiæ dicit, quæ prius condita, postmodum progignitur ex Deo, ideoque in cōtextu verborum priorem locum obtinet, Condidit me Dominus: secundum autem illud, Genuit

me Dominus. Rursum quum scriptura de Patre mentionem facit, Nonne Deus vnus condidit nos, æque de Filio dictum intelliges: quoniam per eum condita sunt vniversa, eademque illa ad Spiritum Sanctum referenda sunt: Auferes (inquit) Spiritum illorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et quæ dicit Filius ad Petrum de Patre suo, Beatus es, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus cælestis. Eadem illa de seipso loquitur, quum inquit: Nemo cognoscit Patrem nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare. Itidem quoque Paulus de Spiritu sancto loquutus est: Nobis vero reuelauit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Quis enim hominum, ea quæ sunt hominis norit, nisi Spiritus hominis qui est in ipso: ita quoque nullus cognita habet quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei. Sicuti Spiritus hominis ab eius humanitate & substantia segregatus non est: ita quoque Spiritus Dei, à deitate eius & substantia alienus non est. Et quæ Dominus Esaiæ dicit, Filios genui & euexi, ipsi autem spreuerunt me, eadem in Euangelio his verbis pronunciat, Quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex Spiritu, Spiritus est. Ac rursum, Spiritus ubi vult spirat, & vocē eius audis, sed nescis quo vadat aut abeat: ita quoque est omnis qui ex Spiritu genitus est. In Euangelio autem Ioannes dicit: Quotquot autem eum receperunt, dedit illis qui credunt in nomen eius, potestatem ut Filij Dei efficiantur, qui non ex sanguine, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. Et quotquot in Christo baptizati sunt, in Patre & Spiritu Sancto baptizati sunt. Et quum dicit Petrus Ananiam, Quare Satanas impleuit cor tuum, ut mentireris Spiritui Sancto, & seponeres tibi aliquid de precio agri? Non mentitus es hominibus, sed Deo. Quapropter, qui mentitur Spiritui Sancto, Deo mentitur, habitanti in hominibus per spiritum suum. Vbi est enim Spiritus Dei, ibi est Deus. Nam in hoc, inquit, cognoscimus, Deum in nobis manere, Et quum dicit scriptura, quod Spiritus sanctus loquebatur in Prophetis: alibi inquit Paulus, quod Pater loquebatur in Prophetis, Multifariam & multipliciter olim Deus loquutus patribus in Prophetis, in vltimis istis diebus locutus est nobis in Filio. Alibi dicit, Filium locutum fuisse. Si experimentum (inquit) requiritis, eius qui in me loquitur, Christi. Filius vero dixit, Spiritum loqui in Apostolis. Quum, inquit, tradiderint vos in concilia, ne anxij sitis, quid, aut quomodo loquamini, dabitur enim vobis in illa hora id, quod loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Et cum ait, corpus fidelium templum esse Spiritus Sancti, nunc membra eorum membra Christi, nunc eos templum esse Patris dicit. Vos enim (inquit) estis templum Dei viuētis, sicuti Dei verba sonant, quoniam inhabitabo in eis, & inobambulabo: & ero eorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et si quis corrumpit templum Dei, corrumpet hunc Deus. Ac rursum, An ignoratis quod templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Nā id quod est templum Spiritus, hoc ipsum est templum Filij & Patris, Vbi enim Spiritus Dei domiciliū habet, ibi quoque & Deus domiciliū habet. Et sicut

Ioan. 1.
Ioan. 2.

Luc. 2.

Ioan. 17.

Phil. 2.

Ioan. 1.

Altera conclusio.

1. Cor. 15.

1. Tim. 4.

Ioan. 5. Et sicut Pater suscitavit mortuos & viuificat, ita quoque & Filius quos vult, viuificat. Idem de Patre quoque refertur, ipsum Spiritum esse semper qui viuificet, carnē autē nihil prodesse. Ad Corinthios porro scribit Paulus, Spiritus autē viuificat. Vides quæ opera sunt Patris, ea Scriptura quoque assignat & Filio, & Spiritui Sancto. Ut & Apostolus docuit: Distinctiones inquit gratiarum sunt, idem tamen Spiritus: & discrimina ministeriorum sunt, idem tamen Dominus: & diuersitates operationum & facultatum, idem tamē Deus qui operatur omnia in omnibus. Hæc vero (inquit) operatur vnus & idē Spiritus, diuidēs sua vniciueque ut vult. Et ubi Apostolus docet Spiritum Sanctum esse arboronē hereditatis nostræ, ibi David ait Dominū esse hereditatem nostram, Dominus inquit, pars hereditatis meæ & calicis mei, & alibi rursum: Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es spes mea pars mea in terra viuētium. Hieremias itē, Qui formauit omnia, ipse est hereditas Iacob, Dominus nomē illi. Vbi Prophetæ affirmant Dominū hereditatē Sanctorum esse, ibi Paulus ait, Spiritum Sanctum hæc hereditatem esse. In quo inquit, credentes signati sumus Spiritu illo repromissionis, qui est arrha nostræ hereditatis, ut & Moses faciem signatam impressamque habebat Spiritu Sancto, quum accepit legē à Deo, & nemo in eius faciem poterat oculos suos intendere: expressum enim erat in eum lumen vultus Domini: ut & in Euangelio dicit, Tunc expledebit iustus veluti sol in regno Patris ipsorum. Deus enim Lux vera est, & Spiritus Lux est, quoniam eiusdem substantiæ est cum vera luce: ut & Esaias testatur, Et erit lux Israël ut ignis, & sanctificabit eum in nube ardente. Ioannes autem Baptista dicit de Christo, Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne. Alibi autē Dominū appellat illū sanctificatorem: Ego Dominus, inquit, qui sanctifico eos: rursum eadē ratione cū sacra scriptura Deū ignem vocat: Deus vester est ignis absumentis. Itidem quoque de Spiritu sancto loquitur, quod visæ sunt Apostolis dispertite lingue, quasi ignis, sedebatque in singulis eorum, & impleti sunt omnes Spiritu sancto, & inceperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis: Quotquot enim Spiritum Dei ferunt, Deum ferunt: & quotquot lumen ferunt, Christum induerunt. Oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc immortalitate. Qui ferunt Spiritum Dei, incorruptibilitatē ferunt, Deus enim incorruptibilitas est. Et quum David loquitur: Quis nobis ostendet bona: de Spiritu Sancto loquitur: Et rursus alibi: Deus non subtrahet illis bona, qui ambulat in innocētia. Itidēque Matthæus de Spiritu Sancto dicit, Si vos, quum mali sitis, nostis bona tribuere liberis vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit bona postulantiibus ab se? Ipse vero Lucas interpretans, quidnam sibi velit hoc nomen boni, Si vos (inquit) quum mali sitis, nostis bona munera dare liberis vestris, quanto magis vester ille cælestis dabit spiritum postulantiibus à se? Nisi enim Spiritus sanctus esset substantiæ illius, quod solum bonum est, nequaquam bonus nuncupatus fuisset quum Dominus ipse deprecetur bonus nuncupari quatenus homo existeret, dicens, Quid me vocas bonum? nullus bonus nisi Deus, sanctum tamen Spiritum non reformidabant bonum appellare,

2. Cor. 3.
1. Cor. 12.
Ibidem.
Psal. 15.
Psal. 141.
Hier. 10.
Eph. 1.
Matt. 13.
Esa. 10.
Ioan. 1.
Leuit. 20.
Deut. 4.
Act. 2.
1. Cor. 13.
Psal. 4.
Psal. 83.
Matt. 6.
1. Tim. 4.
Ibidem.
Rom. 6.
1. Tim. 4.
Ibidem.
Rom. 6.
1. Tim. 4.
Ibidem.
Rom. 6.

quemadmodum & David, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, Et quum rursus Domino de se ipso verba facit: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit. Alibi Spiritum sanctum appellat panem cælestem, panem nostrum ἐπιβίον da nobis hodie. Docuit enim nos ut posceremus in precibus nostris in hoc seculo panē ἐπιβίον, hoc est, futurum, cuius primitias habemus, quia in cōmunionem corporis dominici admissi sumus, quemadmodum ipse dixit, Panis quem ego dabo, promundi vita est: Spiritus enim viuificans est caro Domini, quoniam ex spiritu viuificante concepta est. Quod enim ex spiritu nascitur, spiritus est. Et quū dicit Hieremias de Deo, quod ipse dux fuerit Israël in deserto: &, Ne dixeritis, ubi est Dominus qui eduxit nos ex terra Ægypti in desertum. Nam duxit eos, inquit, per abyssum, veluti equos in solitudine, & fatigati non sunt, & veluti pecora per campos. Descendit spiritus à Domino, & deduxit eos. Ad Corinthios autem Paulus dicit, Christum fuisse illum ducem. Bibebant enim ex spirituali, quæ eos sequebatur, petra: petra autem erat Christus: item quum dicit Paulus, se à Deo vocatum esse, & vocauit me per gratiam suam, ut Filiū suum reuelaret per me, ut cum euangelizarem inter gentes. At ubi Romanis scribit, à Christo se vocatum ait, In quibus estis & vos, vocati Iesu Christi, Spiritus autem sanctus Paulum & Barnabam se vocasse dixit, ut ethnicis Christum prædicarent, & quod est admirabile, Iesus dicit Paulo in tēplo, Proficiscere ad gentes: procul enim amandabo te, & Paulus Galatis scribit: Paulus Apostolus siue legatus non hominum, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, qui eum excitavit à mortuis, ac paulo post: Significo autem vobis fratres Euangelium, quod non est secundum hominē: non enim ab homine accepi illud, nec institutus sum, sed per reuelationem Iesu Christi: Spiritus quoque sanctus ablegare Paulum & Barnabam videtur, ut Christum gentibus prædicarent. Item aliquando ex persona Patris loquuntur Prophetæ, ut in Psalmis ait Deus, Deus iuravi in Sancto meo, si Dauidi mentiar, semen eius in æternum manebit, & solium eius quasi sol corā me. Ac rursum, De fructu lumbi tui super Thronum tuum, sicuti quoque à Petro dictum est. Propheta igitur quum esset David, vidēsque quod iureiurando iurasset sibi Deus, quod ex fructu lumbi sui sessurus esset Christus secundum carnē in folio suo. Aliquando vero ex persona Filij, ut cum dicit Esaias, Hæc dicit Dominus, Propter vos meum nomen inter gentes maledicetur, ideoque cognoscet populus meus in illa die nomen meū, quod ego sum: qui loquor, adsum. Aliquando ex persona Sancti Spiritus, ut quū Propheta Agabus loquitur, Hæc dicit Spiritus Sanctus, Virum, cuius, hæc est zona, &c. Et Paulus Timotheo, Spiritus autē expressis verbis dicit, quod in postremis temporibus deficient quidam à fide. Et rursus, dixit Spiritus Sanctus Philippo, Accede & adhaerece curru istius Ætiophis eunuchi. Et Ezechias vituperans veterem populum dixit: Et vexauerunt me in omnibus, dicit Dominus. Paulus autem scribens nouo populo, Ne vexetis Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redēptionis. David quoque de Iudæis dicit, Exacer-

Psal. 142.
Ioan. 6.
Matth. 6.
ἐπιβίον da
ἐπιβίον
Ioan. 6.
Ioan. 3.
Hier. 2.
Ibidem.
1. Cor. 10.
Gala. 1.
Rom. 11.
Gala. 1.
Psal. 88.
Psal. 131.
Esaia
1. Tim. 4.
Act. 8.
Ez. ec. 22.
Eph. 4.
Psal. 77.

Esa. 53. bauerunt Deum in solitudine. Esaias item de iisdem: Ipsi autem increduli fuerunt, & exacerbauerunt Spiritum sanctum & conuersus est iis in inimicitia: Et Stephanus in Actibus, Ceruicoli in circuncisione & corde, & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, vt & patres vestri. Et quoniam Paulus loquitur de Patre, Deus est iustificator, quis ergo condonator? Eadem itidem de Filio & Spiritu sancto loquitur. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei vestri. Dominus vero Satanæ dicit, Non tētabis dominum Deum tuum. Petrus quoque; ad Saphiram locutus est: Cur inter vos conspiratum est, vt tētaretis Spiritum sanctum domini? Deus quidem est, qui continet & implet omnia, vt & per *Esa. 66.* Esaiam loquitur, Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus. Idem de Filio affirmat Paulus: Ille qui descendit, ipse quoque; est qui ascendit super cælos, vt impleat omnia. Plane eadem a Dauide de Spiritu tradita sunt, Quo ibo a Spiritu tuo (quibus verbis nos edoctos voluit, Spiritum sanctum esse qui omnia repleat) & a facie tua quo defugiam? si ascēdero in cælum, tu illic præsto es: si descēdero ad infernum, ades. Quis inferos adiit, excepto Filio qui ex mortuis surrexit? Et quum dicit Stephanus in Actibus, Deus gloriæ visus est patri nostro Abraham, eadem illa Paulus de Filio prædicat his verbis, Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ cruci affixissent. Itidem quoque; & David loquitur, Dominus inquit potentiarum, ipse est rex gloriæ: Vna enim gloria Patris, Filij, & Spiritus sancti. Gloriam meam alteri non dabo, dicit scriptura: nõ enim est alter Deus Filius, sed Verbum siue Ratio vnus & solius Dei, qui & ipse Deus appellatur in Patre, vt *Esa. 41.* Pater in Filio, quemadmodum & Esaias dicit, Filium cum Patre Deum nominans: Adorabunt te, & in te precabuntur, quoniam in te est Deus, & præter te non erit Deus Tu enim es Deus, & nesciuimus, Deus Israel Saluator. Pudet & confundatur omnes qui aduersantur ei. Aduersantur autem illi, qui non cōsistentur eum & Spiritum sanctum eius, eiusdem esse cum Patre substantiæ, & præter eum non existere Deum, & quod pudet passionis & paupertatis eius, Nemo enim Deum cognoscere potest, nisi is, qui crucifixus, & mortuus excitatus confiteatur cum Thoma, Dominum & Deum esse, illum *Ioan. 14.* ipsum (inquam) qui dicit discipulis suis, Si enim cognouissetis me, etiam Patrem meum cognouissetis, & iam cognoscitis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus, Domine; ostende nobis Patrem, & sufficit nobis: Ad hoc Iesus: Iam logo tempore vobiscum sum, & nondum cognouistis me? Philippe, Qui vidit me, vidit & Patrem meum: & cur tu dicis, ostende nobis Patrem? non credis quod ego in Patre sim, & Pater in me? Verba quæ ego loquor, ex me non loquor, sed Pater qui in me manet, ipse facit hæc opera, credite mihi quod Pater in me sit, & ego in Patre. Si minus, saltem mihi propter opera credite. Opus autem erat Dei Patris, eicere demones. Si autem (inquit) in digito Dei eicio demonia. *Luc. 11.* Nam aliquando scriptura Christum appellat brachium Patris: Spiritum verò Sanctum, digitum Dei: aliquando Filium Dei Verbum, Spiritum Sanctum *1. Cor. 15.* inspiraculum Dei. Ac rursus Apostolus ad istum modum: Cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum

A abrogauerit omnem principatum, potestatem, & virtutem. Oportet enim ipsum regnare, donec omnes inimicos suos subiiciat pedibus suis: vltima autem omnium infesta destructur mors: Omnia enim subiicit pedibus eius. Quum autem dicit, omnia esse subiecta, certum est, eum excipi, qui illi omnia subiicit. Tunc etiam ipse Filius subiicitur ei, qui ipsi subiicit omnia vt sit Deus omnia in omnibus. Hoc de subiectione nauidi, quæ in carne eius futura est, intelligitur. Nã de regno eius diuino Daniel *Danic. 2.* effatus est his verbis, Et regni eius non erit finis, quemadmodum & Angelus Virgini locutus est: Et regnabit in æternum, & regni eius non erit finis. *Luc. 1.* **B** apostolus contra, finem dicit habiturum regnum eius. Oportet enim eum regnare (inquit) donec posuerit omnes inimicos sub pedibus suis. Ita quoque; & a Dauide cantatum est: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quod igitur dicit, Sede, imperij habet denotationem: illud vero alterum, Donec ponantur inimici tui, finem aliquem præ se fert: cum vero subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse Filius subiicitur ei, qui ipsi subiicit omnia in omnibus. Quæ verba hunc habent intellectum: Quum omnes Filio subiecti, eiusque membra reperti fuerimus, ac per eum geniti in filios Dei, *1. Cor. 15.* Vos enim estis (inquit) in Christo Iesu, tunc & ipse pro nobis subiicitur Patri, vt capiti pro suis membris. Quandiu enim non subiecti sunt omnes, ipse eorum caput, nõdum subiectus Patri suo videtur, expectans sua propria membra: nam si vnus eorum esset, qui subiiciendi essent: statim ab initio Patri subiectus fuisset, ac non in fine tandem id ipsum cum aliis faceret. Nos enim sumus qui in eo subiiciendi sumus Patri: & nos sumus, qui in eo regnamus, donec ponantur inimici nostri scabellum pedum nostrorum. Nam propter inimicos nostros Dominus cælorum, in similitudine nostri fuit, sumpsitque humanum illud solium Davidis, secundum carnem patris sui, vt reedificaret & instauraret illud, vt eo instaurato, nos omnes in ipso regnaremus, ac traderet humanum regnum instauratum Patri suo, vt sit Deus omnia in omnibus regnans per eum, vt per proprium Verbum suum, postquam regnauerit ipse per eum, vt per hominem Saluatorem. Et quum inquit Petrus, Pro certo habeat vniuersa *Ast. 1.* domus Israël, quod Deus hunc Iesum, Dominum & Christum fecerit, quem crucifixistis, Non ibi de diuinitate eius verba facit, quum asserit eum Dominum & Christum a Deo factum esse, sed de humanitate eius quæ est vniuersa Ecclesia: ea enim in eo & dominatur, & regnat. Et ex quo ille crucifixus est, etiam illa inuncta ad regnum cælorum existimatur, vt regnaremus cum illo, qui ea de causa, seipsum euacuauit, & assumpsit seruilem speciem. Verbum enim qui & Filius Dei, semper erat Dominus & Deus, neque post crucem factus est Dominus & Christus, sed vt prædixi, humanitatem eius diuinitas fecit Dominum & Christum. Quum igitur dicit, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste, veruntamen non mea voluntas fiat, sed tua: spiritus enim promptus, caro infirma est: duas voluntates inibi ostēdit: alteram humanam, quæ est carnis: alteram diuinam. Siquidem diuina natura prompta est, humana vero ob imbecillitatem deprecatur passionem. Eodem modo quo & Petrus ex patens dominicam

dominicam passionem, in hæc verba prorupit: Miserere tui Domine, sed increpans eum Dominus, respondit: Apage retrorsum Satana, offencilum es, ed quod non sapias ea quæ sunt Dei, sed hominum. Ita quoque & hic intelligitur. Quum enim esset in similitudine hominum, deprecatur hæc afflictionem vt homo: quatenus autem Deus & substantia diuina impatibilis, alacriter illam ipsam passionem & mortem excepit, vt pote qui Deus erat sub hominis imagine, vltroque mortuus, semetipsum suis viribus, vt Deus, excitauit. In eadem sententiam & David cecinit, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, Et, Excitate Domine Deus meus in mandato, quod mandasti, Cætus populorum circundabit te, & super hæc in altum conuertere, Et Apostolus: Passus est ex infirmitate, viuuit autem ex potestate Dei: potestas autem, Dei Filius est. Passus igitur est ex imbecillitate, quæ illi fuit ex coniunctione carnis, passionemque vt homo deprecatus est: reuixit autem per vires suas. Ita quoque cum in Euangelij Dominus loquitur: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum: Nouimus enim venisse Filium Dei, deditque nobis intellectum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius Iesu Christo, qui verus est Deus, & vita æterna. Quapropter verus Deus fuit, priusquam homo nasceretur: & postquam natus est, mediator est Dei & hominum, homo Iesus Christus. Hoc enim ipsum est quod dicit, Et quem misisti Iesum Christum, vnitum quidem Patri ratione Spiritus, nobis tamen coniunctum ratione carnis, atque ita medium & mediatorem inter Deum & homines, ac proinde non solum hominem, sed & Deum esse. Quemadmodum Hieremias dicit, Hic est Deus noster, & non existimabitur præ illo alius quisquam, inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël delicto suo: postea autem in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Idem.* Caterum, quando cum hominibus conuersatus est, nisi quum genitus est ex femina: & infantulus vnã cum aliis fuit: incrementaque & alimenta cum cæteris sumpsit? Rursum alibi, Profundum cor eius super omnes, & homo est, & quis cognoscet eum? *Esa. 9.* Itidem quoque Esaias loquitur, Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, cuius imperium super humeros ipsius, vocabiturque nomen eius magni consilij Angelus, mirabilis, Deus, fortis consiliarius, potentatus, princeps pacis, Pater futuri seculi. Et *Esa. 7.*

A alibi: Ecce, Virgo in vtero concipiet & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod ex interpretatione est nobiscum Deus. Deus enim est is, qui genitus est ex Virgine, & homo factus est ex Maria deipara. Et alibi, Vidimus eum, & non habebat speciem neque pulchritudinem. Viderat enim eum prius in diuina & superexcellenti forma sedentem in folio edito & sublimi, cum Seraphini eum glorificabant, dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus. Postea vidit eum forma serui indutum, & in similitudinem hominis effigiatum; *Idem.* ideo dicit, Non habebat speciem, neque pulchritudinem, quippe cuius species cõtempribilis esset, & subsidens infra omnes homines: homo in verberibus constitutus, & peritus in ferendis languoribus, quoniã auersa est facies eius, & reputatus non fuit. Hic languores nostros gestat, & pro nobis excruciat, & nos existimauimus, eum propter suum malum in verberibus & miseriis esse, quum ipse vulneratus sit ob peccata nostra, debilitatus sit ob iniquitates nostras. Rursum alibi, Ecce Deus noster iudicium reddit, & redditurus est, ipse veniet, & seruabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & expedita erit lingua mutorum. Rursum alibi, Non nuncius, non legatus, sed ipse Dominus seruauit nos. Et David, Mater Siõ inquiet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam, qui altissimus est. Et alio in loco, Vt cognoscant, quod nomen tibi Dominus, tu solus altissimus super omnem terram. Hæc ex parte descripsimus, vt quemadmodum dixit Apostolus, Non vltius infantuli simus fluctuantes, & circumraptati omni vento doctrinæ per versutias hominum, & calliditatem quo impartiat error, sed vt responderemus interrogatis, quæ de Ecclesia dicta fuere. Ea enim cum prius creata esset, postea tamen per gratiam ex Deo gignitur, ideoque in Prouerbijs primo loco expressum est, Creauit me Dominus: secundo loco illud alterum, Et genuit me. Et quum Christus ait, Pater qui me misit, maior me est: quatenus homo factus est, eatenus Patrem seipso maiorem dicit: quatenus autem est Verbum Patris, æqualitatem in se cõseruat. Ego enim (inquit) & Pater, vnum sumus: &, Qui vidit me, vidit & Patrem, neque ex raptu habet, quod sit æqualis Patri, sed per naturam æqualis est & consubstantialis Patri, quia ex paterna substantia genitus est. *Pro. 8.* *Ioan. 14.* *Luc. 10.* *Ioan. 14.*

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, DE INCARNATIONE CHRISTI.



Mos pij hominis, & infatigabilis dilectio requirit, vt silentio veneremur omnia, & vocibus admodum gratulatorijs celebremus benefactorem Deum, secundum verba scripturæ ita loquentis, Sedebit solitarie & tacebit, & quietus futurus est, & suum negocium faciet. Hoc est, suam conuersationem in iudicio, & præceptum dei curam habebit. Sed ex quo tibi nõ ignota fuit inges defatigatio disputantium de istis reb, percunctatus es me, & de fide, & de culpa eorum, qui sibi recte sapere vi-

dentur, qui multa modestia, nefaria loqui nõ verentur, quibus abducti instabiles in fide sese errare nõ agnoscunt. Nam si stabiles in fide essent, nõ istiusmodi verbis seducerentur, dum vacatè per ocium antiquis, capaces se præbet huiusmodi traditionum, ex quibus germinat insolentia immodestiar, & vecordia ferocitas, excutientes odio prætereunt Prophetarum indicia, & Apostolorum documenta, & Patrum mandata, ipsasque, irrefutabiles Domini voces. Contra quos necessarium est, vt argumentis ad resellendum vtamur in hoc, vel vt resipiscetes perspiciant, cur.

vel ne alios decipiant, dum comprehensionem facillimā pollicentur de Christo, non intelligentes nec quid dicunt, neque de quibus alliterationes faciunt. Patres enim dixere consubstantialē Patri Filium esse, ac Deum verum ex Deo vero, perfectū ex perfectō, ac deinde ubi descēderat propter nostram salutem, incarnatum, hominemque factum esse: postmodum autē ubi passus esset resurrexisse. Sed ne quis audita passione & resurrectione, immutatum esse Deum Verbum, cogitet, immutabilitatem naturamque Filij ab omni enarratione, alterationeque liberam cum iudicio definiunt. Ipsi contra vel alterationem imaginantur, vel commētitiam historiam passionis suspicantur, interdum increatā supercœlestemque Domini carnem asserentes interdum eam deitate consubstantialē esse, deinde aiunt loco eius hominis, qui in nobis interior dicitur, mētem supercœlestem in Christo fuisse: instar enim instrumenti, eum circumferētia corporis vsū fuisse, quippe fieri non potuisse, ut homo perfectus existeret. Vbi enim perfectus homo, ibi & peccatum, duoque perfecta in vnum conflare non posse. Alioqui futuram in Christo, quæ in nobis est, pugnam peccati, nostroque more desideratum purgationem, si id quod sentit intelligitque, & carnem agit in nobis, Christus quoque in seipso homo factus possedit. Sed illum inquit corpus sine mente, & ea vi quæ intelligit cogitatque, possedisse, ut mens esset in eo, & inscius sit vndiquaque peccati, tum ratione Diuinitatis, tum ratione carnis, quæ cogitandi vim nullam habuit. Non enim peccat caro agentis carnem, hoc est, sapientis, intelligentisque, si non ante facinus peccati ab eo præcogitatum fuerit, neque operatur per corpus ad consummationem peccati, vnde carnis quidem nouitatem Christus ostendit, pro ratione similitudinis. Eius autē, qui in nobis sensu cogitandique vi præditus est, nouitatem, per imitationem & similitudinem, & abstinentiam peccati, vnusquisque in seipso ostendit, atque ita intelligitur Christus sine peccato. Hæc sunt illorum sophismata, & euerfionis inuenta. Nec est vna illorum ratio: multa enim incredulitatis diuerticula humanis ratiocinationibus excogitata. Proponamus igitur diuini placiti voluntatē. Iurauit enim (inquit Dominus) & non pœnitebit: & verissimæ œconomix consummationem, & absolutissimi beneficij gratiam vicissim percunctates istorum intellectus, an prophetis annūciationibus coastipulentur, an Apostolicas doctrinas sequantur, an in Patrū mandatis incedant, an irrefutabiles Domini voces non reiciant, ut ex Prophetis indicis, & Apostolicis doctrinis, & ab operibus à Domino designatis cōclietur veritatis cōfessio, & erroris explicatio. Dicitur igitur vos, vestri noui Euangelij repertores, cum non sit aliud Euangelium, quàm quod vobis est Euangelizatum, carnem Verbi creatam esse, ut vel Deitatem Verbi recidisse, mutatamque esse in carnem, imaginemini, vel institutionem passionis & mortis, & resurrectionem, opinionē meram arbitremini: sola enim Sancta illa deitatis Trinitas increata, æterna & incommutabilis est, & nullius variationis capax. Quum autem Christus secundum carnem ex hominibus originem habeat, ut vnus ex fratribus nostris sit, quemadmodum scriptum est: patibilisque sit & primogenitus ex resurrectione

ne mortuorum, ut à lege prædictum fuit, quomodo à vobis, quod increatum est, patibile dicitur? aut quomodo id quod patibile est, increatum existimatur? Nam qui & increatam substantiam Verbi patibilem dicunt, in diuinitatem blasphemant: & qui carnē quæ patibilis est, & ossibus & sanguini, & animæ, & vniuerso corpori adaptata est, palpabilis & visibilis creata, increatam dicunt, duabus ruinis præcipitantur, præstigium quoddam apparentiamque meram specie tenus exhibitam, supplicium passionis suspicantes, secundum Manichæorum impietatem, aut talem statuitis increatā diuinitatis essentiam: Et quid adhuc queramini de ijs, quæ in humana forma secundum carnem Deum imaginantur, sed dicitis increatum cum fuisse, eò quod vnitio facta sit cum increato. Iam hinc vobis vestra erratio, sui ipsius refutatrix ostendetur. Nam carnis vnitio cum Verbi diuinitate, ex vtero originem traxit: ibi enim eam Verbum, cum è cœlo aduenisset, constituit: quippe quæ nō erat antequam cœlitus Verbum adueniret, aut quàm deipara virgo Maria sola ex Adam deriuaretur, aut cum spō suo Ioseph ex Abraham & Dauide stemma suum deduceret, quum duo essent in carne vna, quemadmodum scriptum est: verum non mutua inter se ipsos coniunctione, sed quia ex vno ortum suum naturamque traherent. Nam eos intactos mansisse, testimonijs probatum est. Nascitur igitur Christus in Bethleem Iudæ, Iosephum patrem suum vocas, vnum eundemque cum Maria respectu Adæ, vnde ambo pariter originem ducebant, in cunis repositus, & à Simeone in templo gestatus, & circumcissioni carnis secundum legem adhibitus, gradumque augmenti pro ætate faciens. Si igitur increatus ista vnitione factus est, qui factum, ut non absolutus statim perfectusque sit visus, sed pro voluntate Verbi incrementum sumpsit? quippe cum increato augmentum adiungere impium sit: Nam quod increatum est, sua natura increatum censetur, nec incrementi nec decrementi capax. Quod autem communionem habet cum increato, aut coiuitū est, pertinere ad increatum, propriumque eius dicitur, non tamen hoc ipsum increatum nominari poterit: ne benedictio vnionis, in obliuionem abeat, ignaua fiat cōdonationis vtilitas, pereat gratia, ac in desperationem concidat humanitas nostra, etiam non in infirmitate constituta, si intelligat Deum nobiscum nullam necessitatem sanguinis aut cognationem habere. Quis enim in creatum audiens Domini corpus, seque creatum conditumque agnoscens, non intelligat falsas esse scripturas, seque cum Christo nō habere communionem, si increatus increatū corpus assumpsit? Oculosa est igitur prima illa plasmatio, periit originarius primique exemplaris Adam, cuius nos vsque in hodiernum diem posterius sumus, stirpis successionisque ratione. Quomodo igitur Christus nos suimet ipsius participes fecit? quomodo Apostolus dicit: Qui sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes? Cæterum, ne quis ausit de diuinitate Filij sic cogitare, quod quemadmodum nos ex Deo sumus, eodem modo & Filium ex Deo esse, in quam sententiam impietissimi omnium Ariani loquuntur, aut certe secundum carnis specimen, aut formam serui, hoc est, protoplasti Adæ quam accepit, quum esset in forma Dei, Deus ipse subsistēs. Prorsus inter res creatas

Hæretico-
rum inuēta
& sophis-
mata.

Psal. 109

Caro christi
si non est
increata,
quia pati-
bilis.

Verbi sub-
stantia in-
creata, et
impati-
bilis.

Caro christi
si non sit
increata
propter vn-
itionem
cum Ver-
bi diuini-
tate.

Abfur-
dum.

Erro-
rea esse
incarna-
tio si caro
assumpta
esset in-
creata.

Hebr. 2.

creatas increatū appellatur, quod nondum existit, quia in rerum naturam nōdum prodiit. Ne igitur, quum neutiquam factam esse in Verbo carnem suspicamini, sub specioso vocabulo inficiationē adornetis, ut nihil in increato fateamini. Increata enim sola deitatis subsistentia intelligitur, quapropter increatam naturam patibilem, aut patibilem increatā appellare, impium dictum est. Creatitiam enim hominis conditionem, non vnitione verbo propriam fieri, sed cœternā Dei naturæ fuisse, exæquatam identitate naturæ, impium est cogitare. Carnis enim & sanguinis, & ossium specimen exhibuit Dominus, animi quoque dolentis, perturbati & anxij. Hæc nemo dixerit ex natura deitatis esse: propria autem Dei secundum naturam facta sunt, quod Verbo placuit erigere humanam progeniem, cuiusque naturā peccato, corruptione, & morte dissolutam, in seipso cōsolidare per imaginē nouitatis. Quapropter peccati quidem condemnationem in terra, piaculi siue execrationis abolitionem in ligno, corruptionis redemptionē in sepulchro, mortis condemnationē in inferno peregit, omnia loca permeans, ut totius vndecunque hominis salutem perficeret in forma nostræ imaginis quam indutam habuit, sese ostendens. Et quia iam Deus erat, nihil illi opus fuit ut nasceretur ex fœmina, nihilque creatori seculorū necessarium, ut ab ea ætate incrementum sumeret: aut cruce, sepulchro, infernove vteretur, quibus rebus obnoxij eramus, nisi nos ille requirere voluisset, nos per formā ad nostri speciem effigiatam viuificans, & ad similitudinem imitationemque perfectæ imaginis prouocans. Imitatio autē quomodo ad perfectitudinem sese effingat, nisi sit absolutum exemplar, liberumque ab omni vitio, iuxta verba Apostoli, Exuti veterem hominem, ac induti nouum, qui secundum Deum creatus est, in sanctitate, iustitia, & veritate? Vnde igitur hæc disciplinam hausistis, ut cum non vereamini increatū dicere? Si igitur natura ex transformatione increata redditur, ac proinde & inuisibilis & immortalis, ne iā vterius mortalis, sed mortis incapax: quomodo igitur Dominus mori potuit, si is qui increatus erat, ut increatus sese in terra gessit: aut quomodo qui inuisibilis erat, palpabilis est redditus? quemadmodum scriptū est: Quem vidimus, & manus nostræ palpauerunt: Qui sit igitur, ut ea dicatis, quæ neque scripta sunt, neque fas est cogitare? Suppeditabitur certe omnibus hæreticis, secundum dogma Rhetorij, sententiam longe impietissimam, cuius impietatem vel verbo enunciare horrendum. Aut igitur negate sacras scripturas, aut eas agnoscetes, abstinete à verbis diuersis à scriptura, quæ prorsus habent insanabilem imposturam: sed respondetis, nos rem creatitiam non adoramus. O stulti, cur non cogitatis, creatum Domini corpus nō auferre debere adorationem eius, qui increatus est? Et quia increati corpus factum est, ideo eius corpus dicitur, cuius factū est: ac proinde illi sacra offertis, adhibetisque vestram adorationem: eaque de causa rite legitimæque ratione adoratur, & diuina adoratione colitur: Deus enim Verbum est, cuius proprium est corpus, ideoque cum accesserant mulieres ad Dominū, prohibitis iis, dixit, Nolite me tangere: non enim ascendi ad Patrem meum, indicans opus esse ascensione. At ramentum accedentes tenuerunt pedes eius, atque a-

In Christi
sola
deitatis
subsistentia
est increa-
ta.

Cōclusio.

Eph. 4.

1. Ioh. 1.

Rhetorij.

Exhorta-
tio.

Caro christi
si ado-
randa.

1. Ioh. 20.

dorauerunt. Pedes tenuerunt, Deum adorauerunt, Etiam alibi Dominus dixit: Palpate & cognoscite, quoniam spiritus carnē & ossa nō habet, quemadmodum me videtis habere, quanquam & ipse Spiritus sit: Deus enim Spiritus: Quomodo ergo dixit ea sese habere, simulque ostendit? Quo sensu igitur hæc verba vsurpauit, Spiritus ossa & carnem non habet, sicuti me habere videtis? An hoc docere voluit, Spiritus naturam inuisibilem esse, palpationem vero circa corpora nostri generis contingere, quod sibi ex Virgine comparauerat, non operandi modo, sed gignendi ratione, ut corpus esset, & naturale, & inseiunctile, vel rursus secundum naturam Deitatis Verbi: sic enim mors accidit, corpore quidem ex natura sua eam suscipiente: Verbo vero ex voluntate eam admittente, & pro potestate sua proprium corpus in mortem proiciēte, ut naturaliter pro nobis pateretur. Totā enim natiuitatis mortisque ratio ad nostri requisitionem recuperationemque spectat. Id quum ita sit, & confessum habeatur in Catholica Ecclesia: quī sit, ut vos rursus dicatis, in cœlo sibi ideo Christum fecisse cœleste corpus, ut è cœlo illud in terras deportaret: & inuisibile, visibile redderet: & contumeliæ inobnoxium, obnoxium: & imparibile & immortale, mortale & patibile? At quænam isthinc beneficentia, ostolida, si ea in Christo constituatis, quæ in protoplasto? Adæ lapsū incomparabili resurrectione Christus p̄scauit, in similitudine carnis peccati visus, & condemnans peccatum in carne, ut & carne in terra versaretur, & incapacem peccati ostenderet carnem, quam quum ex prima plasmatione ipse Adam habebat sine peccato, præuaricando capacē delicti fecit, & in corruptionem mortemque delapsus est: hæc suæ naturæ restituit Christus, & proinde impeccabilem reddidit. ut declararet opificem extra culpā fuisse: & secundum primordiam creationē eam instaurauit, ut ipse esset impeccabilitatis specimē. Quis igitur imaginetur perditū, cœlestis naturæ esse Domini corpus, quum Adam illud è cœlo in terram detulerit, Christus è terra in cœlū extulerit, & quod Adam impeccabile & damnationem inobnoxium, in corruptionem & damnationem deduxerat, hoc Christus incorruptibile, expiatoriumque mortis ostendit, ut in terra potestatem dimittendi peccati, & in sepulchro incorruptibilitatem, & in descensu inferorum, soluendæ mortis potestatem ostenderet, & annunciandi omnibus resurrectionē eò quod creauerit Deus hominem ad immortalitatē, & ad imaginē suæ æternitatis illum fecerit. Inuidiā autem diaboli, mors inuasit mundū, quem tyrannide mortis oppressum in corruptionem nō neglexit, ipse factus homo, & neutiquam abhorrens hominis speciem, aut contemnens humanam naturam, non obscuriter sese representauit: sed quum Deus natura esset, homo efficitur, ut in vtranque partem omnino perfectus esset, idque per verum & naturalem nascendi modum. Ideo dictum est, Et donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut regnaret in cœlis, & potestatem haberet iudicij faciendi, omnium opifex & architectus Verbum, hominis filius visus est, nō aliud quàm secundus Adam factus, ut res ipsa ex nomine patet, eoque protoplastum priorem esse Apostolus ostēdit, primum inquiens animale, secundum spirituale. Cæterum, quum eos, alterū ani-

Luc. 24.

Manichæ-
orū error
& perti-
nacia de
incarna-
tione Ver-
bi.

Christi
corpus nō
est cœlestis
natura.

Gene. 1.

Philip. 2.

1. Cor. 15.

malem, alterum spiritualem appellet, non aliud in hoc quam in illo corpus innuit, sed idem in utroque. **A** Primum quidem corpus, quia viribus animæ subsistebat, animale: secundum, quia vi & natura spiritus, ideo appellavit spirituale. Spiritus enim Verbum Deus. Ita enim, quod de nobis quoque dicitur, intelligendum est, dum ait: Spiritualis diiudicat omnia, animalis non percipit ea quæ sunt spiritus: Quæquam idem sit corpus amborum, & hinc communicatione spiritus intelligentem, spiritualem ostendit: alterum solummodo animæ vi imbutum, animale. Quapropter si ita est in rebus nostris, non homo tantummodo dicendus Christus, quasi novus aliquis de cælo delapsus, sed & Filius hominis factus. Si igitur in terra factus est Filius, quamquam ex semine viri genitus non sit, sed ex Spiritu sancto, tamen etiam protoplasti Adæ filius intelligitur. Non enim alius quispiam scriptus est homo in cælo fuisse, præter Adam qui ex terra est, ut & ex cælo habeat corpus & filius hominis sit præter Adam. Ideo Matthæus Filium Abrahæ & Davidis secundum carnem scripsit: Lucas vero eum Filium Adæ, & Dei, in deducenda stirpe ostendit. Si igitur discipuli estis Euangeliorum, ne loquamini contra Deum iniquitatem, sed per scripturas inceditis: Quod si diversa à scripturis fabulari vultis, cur nobiscum concertatis, qui neque loqui neque audire sustinemus, quod extraneum sit ab istis: dicente domino, Quod si vos manseritis in meo sermone, reuera liberi eritis. Quo pacto igitur aut fideles aut Christiani habeamini, qui neque secundum scripturas inceditis, neque fidem rebus gestis habetis: sed quæ supra naturam sunt, statueretis: Si parum est, vos molestos esse hominibus, cur Deo quoque molesti estis? Nam si illi, qui Prophetis non crediderunt, condemnati sunt: quanto magis condemnandi sunt, qui non auscultant ipsi Domino? Vos enim pro iis, quæ ille voluit usurpare, ad propulsationem mortis & peccati, pro iis (inquam) alia atque alia subiicitis, alia dicitis & excogitatis. Quem, si confitemur & agnoscimus, & ipse nos vicissim agnoscat: sin inficiamur, & ipse nos inficiabitur: si fidem illi non habemus, ipse tamen fidus manet: seipsum enim inficiari non potest. Quæ igitur est ista vestra immodestia vecordia, ut loquamini, quæ scripta non sunt: & cogitatis quæ aliena sunt à pietate? quippe, qui carnem deitate consubstantiali audent asseuerare, non videntes duplicem vestri erroris impietatem. Hæc enim ideo à vobis instituta sunt, quod vel caro eius negari possit, vel deitas blasphemis lædi, dum affirmatis eum qui ex Maria prodiit, Patri consubstantiali esse. Cæterum vestra ista, quæ vulgo existimatur, circumspicite loquendi ratio, mox apparebit, vel curiose affectata, vel stulta esse: Quis enim fidelium non confiteatur Dei Verbum quod aduenit, & ex Virgine homo prodiit, esse Patri consubstantiali, idemque ex semine Abrahæ oriundum, eius filium recenseri? & quamvis consubstantiali Deo sit, tamen secundum carnem Filium Davidis appellari? Apostoli quoque & Euangelistæ ita genealogiam Christi faciunt secundum carnem. Quomodo igitur talia dicentes, proferre non erubescitis, carnem ex semine Davidis oriundam, consubstantiali cum Verbo esse? Stolidi sunt ista quæ garritis, eò quod vobis in mentem non veniat, eum

qui alteri consubstantialis est, eandem omnino naturam habere, sed tamen sua perfectitudine & ipsum subsistere. Quemadmodum, Filium Patri consubstantiali esse ex sacris literis in confesso est, & perfectus cum perfecto agnoscitur: ita quoque & Spiritus Sanctus, eò quod ipsa Trinitas inter se consubstantialis sit. Dabitur igitur consubstantiali carni perfectitudinem cum Verbi perfectitudine: Sed quòdnam est istud commentum impietatis? Dicitis carnem consubstantiali fuisse: quia igitur ratione consubstantialis fuerit: ideo (dicitis) quia caro facta est Verbum, & Spiritus facta est. Si ea, quæ ex natura diuinitas non fuit, diuinitas efficitur, cur igitur inculcatis Arianos, qui istiusmodi opinionem de verbo in medium adferunt? quum tamen scriptura in contrarium dicat: Verbum carnem factum esse, non carnem Verbum: ideoque dictum est, Verbum carnem esse factum, quoniam caro, Verbi caro facta est, & non hominis alicuius: hoc est, Deus homo factus est, & caro dicitur factus esse, ne omitteretis carnis vocabulum. Quod si igitur contenti non estis ista Verbi cum carne vnione: atque eo ipso quod Deus homo factus est, certe neque audire, neque credere constituitis, quum vobis satisfieri nequeat tam modesta, religiosaque super omnem commentationem dicendi ratione, dum corpus Dei auditis esse, idque secundum eum qui dicit: Qui transfigurabit corpus nostræ humilitatis, ut sit conforme corpori gloriæ ipsius. Quare in re argumentum futuræ resurrectionis ostenditur quod etiam tum appellatur corpus, cum iam corpus est gloriæ eius. Quin ipse Dominus hoc ipsum loquitur, Cum venerit Filius hominis iniquis: Vbi Filium hominis iudicem factum esse declarat viventium & mortuorum, regem & dominum. Sed exterminare cupitis vocabulum corporis, neque tolerare potestis eum deinceps hominem appellari. Qui fieri potest, ut diuinas scripturas legisse videamini: quum Matthæus scribat: Liber generationis Iesu Christi, Filij David, Filij Abrahæ, Et Ioannes: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Vbi scriptura ostendit eum & Deum, & Filium Davidis existimandum: si discriminatim vnumquodque seorsum inspicere velitis, duos dixeritis secundum humanam rationem: sin sacris literis cruditi credideritis, Verbum quum Deus esset, Filium hominis esse factum, cognoscetis vnum esse Christum, eundemque & Deum & hominem, ut duplex prædicatio super eius aduentu facile persuadere posset, tum eius patibilitatem, tum impatibilitatem, ut quum dicit Apostolus: Homo Iesus Christus, qui dedit seipsum pro nobis, quique est Deus super omnes benedictus in secula, Amen: & quum Timotheo scribit: Recordare Iesum Christum ex semine David, excitatum à mortuis, Et, Mortem eius prædicamus donec veniat. Aut igitur concessione consubstantialitatis, tollitur vocabulum carnis: aut hominem dici Christum, negatis: aut non amplius mortem eius annunciat, donec veniat, tollentes sacras scripturas: aut si mortem annunciat, qui vestra sententia consubstantialis Deo est, fieri non potest, ut eum carne passum confiteamini: aut ipsam Patris, & Spiritus sancti deitatem, contenditis mortis capacitatem fuisse, ac proinde impij estis super omnes quot sunt

Adami corp^o am-
le, quomo-
do.
Christi
corp^o spi-
rituale,
quomodo.
Cōclusio.

1adn. 8.

Esai. 7.

Manicha-
orum ve-
cordia &
audacia
arguit.

simile.
Vt Filium
cōsubstan-
tialis est
Patri, ita
et Spiritus
sancti
Absur-
dum.

Verbū ca-
ro factum
est, quo-
modo.

Philip. 3.

Mat. 1.
Ioan. 1.

Christum
Filij Dei
& Davidis
appellatur.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

1. Cor. 11.

sunt hæretici. Mors enim in carnem Verbi quod Patri consubstantiali est, introducta fuit: siquidem neque Pater, neque Spiritus carnem gestavit, ut impie Valentiniani discipuli calumniantur: Sed Verbum caro factum est. Ideo nos confitentes Deum & hominem Christum esse, non dissipationis causa istud dicimus, absit, sed secundum scripturas, ut morte eius passionemque vere acta, eaque deprecata, donec veniat, in carne quidem Verbi passionem & mortem confiteamur: ipsum tamen Verbum incommutabile, & inalterabile esse, fide cognoscimus. Ideoque idem est qui passus est, & non passus: diuina quidem natura incommutabilis & inalterabilis: carne tamen passus, ut dixit Petrus: & mortem gustare volens, eò quod factus sit mediator Dei & hominum: Mediator vero vnus non est, Deus autem vnus est. Quapropter errant qui dicunt, alium esse qui passus sit, & alium esse qui non sit passus. Non enim alius est præter ipsum Dei Verbum, quod passionem & mortem recepit: sed idem illud impatibile & incorporeum, carnis generationem tolerauit, & iis omnibus perfunctus est, ut haberet quod offerret pro nobis, ac proinde dicitur præstantior Angelis factus. Cæterum, nequaquam Filius Dei creator Angelorum, præstantior Angelis factus est, quasi qui aliquando illis deterior fuisset, sed forma serui, quam ipsum Verbum sibi propriam fecit & vendicauit, naturali generatione præstantior, exoriens ex protoplasto Adam, & nos sibi arrogat, propriosque facit, ut dictum est à Sanctis & domesticis Dei, Dei que caro secundum naturam facta est, non, quod consubstantialis Deitati Verbi, & quasi coæterna esset, sed quod propria illius caro per naturam facta sit, & indiuisibilis ratione coadunitionis, ex semine Davidis & Abrahæ, ex quo nos quoque progeniti sumus. Quod si Deo consubstantialis est caro & coæterna, superest ut inferatis, etiam omnia creata, coæterna esse cum Deo omnium creatore. At, qui (quæsi) illi pro Christianis haberi possent, qui istiusmodi laqueis sese inuoluunt? Siquidem consubstantialitas ut impatibilis est, ita mortis quoque insusceptibilis existimanda est. Consubstantialitas porro vnitionem personarum non admittit: adeo, ut pro specioso vestro commento, aut carnem ex Virgine negetis, aut in deitatem blasphemii sitis. Sin autem confitemini, eo modo Filium esse consubstantiali Patri, & Spiritum Sanctum, quomodo ipsa caro, quæ passionem sustinuit, vana & vestra fides: paria enim sentitis cum impijs Arianis, male excipientes has voces, Verbum caro factum est, ut Verbum non amplius sit Verbum, sed ut caro sit Verbum. Atqui, Verbum ita caro factum est, ut verbū semper Verbum remanserit: sed tamen carnem haberet, in qua passionem & mortem susciperet sub humana specie, vsque ad sepulchrum & infernum descendens, in qua specie etiam resurrectionem mortuorum perfecit, carnis, sanguinis, & animæ, argumenta indiciaque de se præbens, per propriam & indissolubilem (ut scriptum est) carnem ex semine Davidis. Quid enim aliud apud vos dixit Marcion? nonne cælesti specie corpus fuisse, idque in similitudine humana, sed citra veritatem? Quid aliud prolocutus est Manichæus, quam diuinum corpus, eius corpus extitisse in similitudine sola, non in veritate, alienumque ab humana carne: quam

ex se peccatum dicere citra actionem, hominum est impietate sentientium. Cæterum, talis est illorum impietas, quamobrem nefas est pium hominem istiusmodi verborum commentis vri: sed contra, ita sentiendum est: ante secula, Verbum quod est Filius Dei, Deo Patri consubstantiali esse, & extremis temporibus ex Sacta Deipara Virgine, Adæ plasmationem conditionemque instaurasse, eamque sibi nascendo propriam fecisse, atque ita visus est Christus homo, qui ante secula Deus erat: & nos membra Christi sumus, ut scriptum est, ex carne eius, & ex ossibus eius. Quorsum igitur tanta contentio nouarum inuentionum, ut humano ingenio, ea quæ sunt supra humanum intellectum, definitiatis, dicentes, pro interiore in nobis homine mentem supercælestem in Christo fuisse? O nefaria sententiam, & verba imbecilia & indecora, quibus hoc non ante omnia in mentem venit, Christum non simpliciter dici: sed in ipso nomine quod vnus est, utramque naturam significari, & diuinitatis & humanitatis, ideoque Christum & hominem & Deum appellari, quamquam vnus sit Christus. Vanum igitur vestrum scitamentum est, conantium diuersum quid, & alterum extra ipsum Christum, in Christo constituere. Cæterum, illi qui abusu Christi nominantur, forsitan quantum ad nos attinet, ita spectari possent: Qui autem ex natura & solus, est verus Christus, non ab humana ratione describetur, ut vos pro vestra impudentia audetis, quum nullus neque Propheta, neque Apostolus, aut quispiam Euangelistarum ita locutus sit, quæ vos loqui sustinetis, idque animo impudenti. Si enim alter est Christus præter cælestem mentem in eo sitam: perfecta que res, mens est: Duo igitur secundum vestram opinionem Christi existunt, & in eo, quo vobis maledicere est placitum, refutamini. Nam supercælestem mentem etiam Prophetæ habuerunt, qui cælestia, futuraque, quasi iam præsentia enuntiabant: ideo ne ista verba commenti estis, quo negari possent, interiorum hominem in Christo fuisse: Quid igitur de anima dicitis, quum & corpus & anima interior sit homo, quod quodammodo sanguinem & carnem dixeris: sed sicuti corpus & sanguis subiaceret palpationi, neque vulnerationem effugiunt, quum res visibiles sint: ita nobis ostēdite animam istis ipsis non subiaceret, & visibilem esse: Aut si ostendere non potestis, euident ratio est animam sub oculos non venire, neque interim ab homine, ut corpus interimatur, sicuti à Domino prædictum fuit. Credite igitur animam, interiorē hominem esse. Quoniam id & à prima plasmatione ostenditur, & à secunda dissolutione commōstratur, quum non solum in nobis, sed & in Christi quoque morte id ipsum pateat, corpore non ultra sepulchrum delato, anima ad inferos penetrante, quidem id quod corporeum erat, quia ibi corpus aderat, recipiente: inferno vero id, quod incorporatum fuit. Quare ratione igitur factum est, ut quum Dominus adesset incorporaliter, pro homine à morte sit agnitus? ut earum animarum quas inferus tenebat, vincula, sua anima in obnoxia quidem vinculis mortis, sed tamen quæ quasi obnoxia facta esset, disrumperet: explicans illis modum rationemque suæ resurrectionis, ut Plastes ille & conditor hominis, hominem damnationi subiectum, ipse

Valentinianus error.
Ioan. 1.

1. Pet. 3.

Christus
præstantior
Angelis
factus
quomodo.

Caro non
est Deo
cōsubstan-
tialis.
Absurdū.

Christum
Filij Dei
& Davidis
appellatur.

Marcion.

Manichæus

Fides cæ-
tholica.

Mentem
supercælestem
in
Christo fuisse
nepharium est dicere.

Mentē supercælestem
Propheta
habuerunt.

Simile.

Anima est
homo interior.

Anima
Christi ad
Inferos penetravit.

Anima Christi non obnoxia morti.

Gene. 3.

Homo in duas partes discerpitur, cui

Manichaei errori peccato definiendo.

Peccatum ex natura non esse.

Peccatum per inobedientiam mundum inuasi.

1. Ioan. 3. Mors praeualuit hominibus, quomodo.

Ioan. 14.

praesens ad plenum liberaret in sua forma? Non enim mors praeualefcens subiecit sibi humanam Verbi animam, vt vincula illi innecteret: nec corruptio per tyrannidē inuadens, in eius corpus vim suam exercebat ad putrefactionem, quasi rebus male curatis: minime gentium: id enim de eo cogitare prorsus impium est. Sed qui de Adā inobedientia quaestionem habuit, iudicioque peracto duplicem poenam in sententia sua complexus erat, dum rei terrestri ita loquitur: Terra es, & in terram reuerteris, atque ita pro decreto, Domini corpus in terram abscedit: animā autem dixit, Morte morieris, atque hinc est, quod homo in duas partes discerpitur: & vt ad duo loca discedat, condemnatur. Ac proinde opus fuit illo ipso iudice, qui hoc decretum tulerat, vt ipse per se sententiam solueret, sub specie condemnati, in condemnatum se sincerumque à peccatis ostendens, vt hominem Deo reconciliaret, hominemque totum in libertatem vindicaret, in nouitate imaginis Filij eius Iesu Christi domini nostri. Iam si mihi alium locum cōdemnationis praeter hos duos ostēdere potestis, merito hominem dixeritis tripliciter diuidi, & ex duobus locis reuocationem factam esse, & in tertio manere colligatum in vinculis. Quod si tertium aliquem locum ostendere non potestis praeter sepulchrum & infernum, ex quibus plane creptus est homo, Christo assertore, per suam speciem cū nostri similitudine congruentem, eamque veram & neutiquam imaginariā: Cur igitur dicitis, Deū nondum propitiatum esse? aut qua de causa Saluator aduenit? an quia impotens fuit, vt totum hominem à compedibus vindicaret? an quia peccatorem abominetur: an quia metus illi est, ne contagionem peccati sentiat, si ipse, quum Deus sit, integer homo fiat? Atqui istiusmodi cogitatus nimia impietate scitent. Aut cur in definiendo peccato, ex natura esse peccatum asseritis? idque ex opinione impiissimi Manichaei: Hāc dum sentitis, criminatores vos ostenditis opificij naturae. Num, quū Adam ab initio fingebat Deus, congenitum illi peccatum iniecit? Quorsum igitur opus fuit praeecepto, aut quid eum, vbi peccarat, condemnauit? cur ante inobedientiam non cognouit bonum & malum, quem Deus finxerat ad immortalitatem, & ad imaginem suae aeternitatis, natura quidem sine vitio peccati, voluntate tamen libera instructū? Ceterum mors, inuidia diaboli, mundum inuasit, excogitato inobedientiae inuento, atque ita ex inobedientia praeecepti diuini, factus est homo capax superfeminationis diaboli, ac peccatum iam inde in natura receptum, ad omnē concupiscentiam stimulabat, non tamen vt diabolus eam naturam finxerat: absit: nunquam enim diabolus, naturae opifex (vt Manichaeorum impietas censet) sed naturae peruersio, ex praeuacatione id efficit, & ita mors tyrannidem habuit in omnes homines, ideoque dictum est: Venit Filius Dei, vt perderet opera diaboli. Quānam (quāso) ratione? ea nimirū, qua naturam à Deo quidem factam, nulloque crimine imbutam sed instigatam à diabolo ad praeuacationem mandati diuini, & ad inuentum peccati mortis, Verbū Deus in se reformauit, neque ulterius eam fraudis diaboli, aut inuenti mortis susceptibilem reliquit? Ideoque dictum est à Domino: Venit princeps mundi, & in me non inuenit quicquam. Quod si

princeps mundi nihil operum suorum inuenit in Christo, multo magis Christus nihil ex suis creaturis reliquit principi huius mundi. An etiam ea de causa nihil inuenit in Christo, quia Christus perfectam in se nouitatem exhibuit, vt perfectam salutem animae & corporis, in toto homine operaretur, vt perfecta quoque esset resurrectio? Frustra igitur Ariani cauillantur, qui carnem tantummodo statuentes, ea quae de passione intelliguntur, ad impatibilem deitatem impie referunt: frustra vero & assertores sitis, mentem supercaelestem, loco interioris hominis, ambitu eius speciei qua continebatur, pro instrumento abusum fuisse. Nam si id verum, quomodo potuit vel dolere, vel anxius esse, vel orare? Scriptum est enim. Et cōturbatus est spiritu Iesus. Atqui ista nec brutae, nullisque cogitationibus iustruetae carni, nec deitati quae incommutabilis est, congruerint, sed animae quae intellectu est praedita, quae agitur & perturbatur, & intelligibiliter passionē sentit. Quod si haec sententia non placeat, saltem quum triplicia sint de ea re iudicia, quorum vnum est in blasphemiam situm, alterū nudam inanemque apparentiam constituit, tertium veritate nixum: eligite, quod magis arridet. Nam suspirari non vere haec de eo esse dicta, sed tantummodo videri dicta, id secum trahet, vt quae facta de eo dicantur, opiniones sint & simulationes, non verè res gestae. Iam si vere dicta sunt de dolore, de anxietate, qui possunt ea quadrare in supercaelestem mentem, siue afflatum numinis, quae humanae sunt anime, vt intelligas, mentem illam quae immutabilis est, mutata esse in dolorem, anxietatem, & perturbationem? impia est istiusmodi sententia. Nam tamen si dixerit Euangelium, Iesum spiritum fuisse conturbatum: ipse tamen Dominus declarauit, de anima sua hoc intelligendum esse, quum dicit: Anima mea turbata est. Quod si suae animae sensum Dominus ostēdit in compassionem nostrae animae, vt ita & ipsius intelligeremus passionem, & eum tamē impatibilem confiteremur: Sicut enim sanguine carnis suae liberauit nos, ita sensu suae ipsius animae, victoriam pro nobis comparatam significat: Ego (inquit) vici mundum. & alibi: Ei qui dat nobis victoriam. Sed sicut hic sub nomine sanguinis, non quiuis aut communis sanguis, quemadmodū ab impiis existimatur, sed salutaris à piis hominibus intelligitur, ita quoque mens illa non humanam imbecillitatem, sed Dei naturam inuise demonstratur, atque ita appellabitur perfectus Deus, & perfectus homo Christus: non quod diuina perfectitudo, in humanam perfectitudinem transeat, quod est impium: neque quod duae perfectitudines seorsim sint constituendae: neque vero secundum profectum augetis virtutis, aut acquisitionem iustitiae, absit, sed secundum rationem existendi sine defectu plenam & integram, vt vnus sit, vtrinque per omnia idem & Deus & homo: Ea de causa Dominus locutus est: Nunc anima mea perturbata est. Illud autem nunc, tum fuit, quum ipse voluit veruntamen, illud, quidnam esset, significauit. Non enim quod non esset, tanquam quod praesens esset, nominauit: aut tanquam simulatē dicerentur, & non ex fide, quae contigerunt: Si quidem naturam fidemque habuere ea quae acta sunt, non inanem imaginariamque apparentiam. Igitur, quia natura, non fitione,

Ariani & Manichaeorum casuillationes o-ciosae.

Ioan. 13.

Iesu turbatus est spiritu, quomodo intelligendum.

Christus perfectus Deus & perfectus homo.

Ioan. 14.

Incarnatio Verbi non fuit peccatis obnoxia.

Christus omnia, quae sunt naturae humanae, in se recepit.

1. Cor. 15.

Roma. 5.

Christi anima diuisa à corpore quam dissiuit in sepulchro Matt. 27.

Ioan. 19.

Ioan. 10.

Absurdum ex Manichaeorum propositionibus collectum.

Etione, Dominus homo factus est: neque institum ex natura, neque opere patratum statuere possumus in opifice peccatū, quāuis in nostra natura etiamnum pugna eius rei, quam serpens induxit, reperiri posset, & superfeminationis progressus aliquis propter nostram imbecillitatem: Verbi tamen incarnatio secundum naturam Dei facta, nostrorum vitiorum susceptibilis non fuit quae ex vetustate etiā hoc tempore in nobis hærere solent. Inde enim est, quod docemur exuere veterē hominem, & induere nouum, atque in eo miraculū est quod Dominus homo factus est, sine omni peccato, eod quod nouitas in totum facta sit, vt ostenderet vires suas. Porro, quaecūque ipse sua voluntate in natura formauerat, ea sua voluntate in seipsum recepit, vt genituram ex femina, incrementum aetatis, numerū annorum, laborem, esurien, sitim, somnum, dolorem, mortem & resurrectionem. Ideoque vbi corruptū fuerat humanum corpus, eod suum corpus proiecit Iesus: & vbi tenebatur humana anima in morte, ibi exhibuit humanam suam animam, vt ipse inuictus à morte, tanquam hominem se praesentem ostēderet, & solueret catenas mortis vt Deus, vt vbi feminata fuerat corruptio, inde exoriretur incorruptibilitas: & vbi regnauerat mors in forma animae humanae, ibi ipse ille immortalis praesens, immortalitate exhiberet, atque ita nos participes redderet suae incorruptibilitatis & immortalitatis, per spem resurrectionis ex mortuis: Vt corruptibile hoc indueret incorruptibilitatem, & mortale immortalitatem, vt scriptum est, vt quemadmodum per vnum hominem inuasit peccatum in mundū, & per peccatum mors: ita quoque per vnum hominem Iesum Christum, gratia regnaret per iustitiam in vitam aeternam, quemadmodum scriptum est. Quomodo igitur dicitis quod pro interiore homine qui in nobis est, supercaelestis in Christo fuerit? Nonne diuisus in duas partes vt homo, & in sepulchro, & apud inferos agebat? Neque potuit aliud pro alio in redemptionem pelari, sed corpus pro corpore, anima pro anima reddēda fuit, & integrū aliquid pro integro homine, hoc est, Christo pensandum permutādumque; fuit, cui cōiucia fecere in cruce Iudaei vitae inimici inter praetereūdum, & capita mouebant: Imo neque infernus sustinisset nudae deitatis accessum, quod & Apostoli testantur, & ex natione dispensationeque crucis videre licet: quippe, qui emissu sanguinis, certitudinem carnis: effluxu, aquae, incōtaminatam puritatē, & Dei corpus esse edocuerit, clamando & inclinando caput, & tradēdo spiritū qui erat in corpore, hoc est, animam, de qua dixerat, se animam suam pro ouibus suis ponere: adeo, vt expirationē, nemo dixerit deitatis traductionem trāsmigrationemue, sed animae discessum esse. Nam si post emigrationem deitatis mors superuenit, eaque fuit corporis extinctio, propria nimirum mortem obiuit, non nostra perfūctus est. Et qui (quāso) ad inferos descēdit nuda & intacta deitate: aut vbi tandem anima, quam pollicitus erat Dominus se positurū pro ouibus suis, de qua etiam Propheta iam antea indicium fecerat? Quod si autē animae discessio fuit, ideoque dictum est, quod nostram in se receperit mortem, hoc est, quod nostro more & dissolutionē & nascēdi quoque rationem sustinuerit, sequitur, vt falsa sit vestra cauillatio. Nam qui (quāso) mors corpori superue-

nisset, nisi Verbum Dei & interiorē & exteriorē hominē sibi circūposuisset? aut quomodo pro omnibus succidancam victimam ad liberationem se dedisset? aut quomodo potentia mortis plene dissoluta fuisset, nisi Christus illud, quod ex cogitatione voluntateque peccandi vitium erat, ipse in seipso restituisset? Si igitur regnat mors in homine interiore, in quo alio regnauit vnquam, nisi in anima, quae mente peccauerat, quemadmodū scriptū est: Anima quae peccauerit, ipsa morietur, pro qua suam animam reposuit Dominus, ad pensationem redemptionis. Quemā autem ab initio condemnauit Dominus: num de plasmatione, plaste? an de actione, plasma? Quod si de plasmatione plaste cōdemnauit, seipsum condemnauit Deus, & erit talis quales ceteri homines: sin autem illud impium est de Deo cogitare, sed damnauit de actione plasma, nimirū tollit iam ipsam actionē, & innouat plasmationem: illius enim opus sumus, cōditi ad bene agendum. Sed hic rursus dicitis, nos illum ex Maria Deum esse praedicamus. Qui sit igitur, vt quasi Marciō, Deū ita aduenisse cōtēdatis, quasi intactum prodierit cum ea natura, quae humanam carnē recipere nō posset? aut cur ita eum Deū appellatis, vt Paulus Samosatensis, qui hoc praetextu ad suā impietatem abutitur, vt illum ex Maria Deū cōfiteatur, ante secula quidem praedefinitum: sed tamen, qui ex Maria essentiae suae primordiū accepit? veruntamen verbum ex caelo efficac, & sapiētiam in eo agnoscit, plus quām à nobis datur illi attribuēs, secundum ipsius impietatem, sicuti vos dicitis, mentem supercaelestē in non animato corpore. Atque ita iam sit, vt neque corpus quod non animatum est, homo: neque mens supercaelestis Deus haberi possit. Quandoquidem ad constituēdam hominis personam, vocabulū animae vsurpari debet. Siquidem corpus & anima hominis dicuntur esse, alterumque ad alterū refertur, hoc est, spiritus ad carnē Quis enim (inquit) cognouit mentem Domini? mēs Domini, nondum Dominus, sed Domini vel voluntas aut consultandi vis, aut energia ad aliud relata. Cur igitur ista ad fabulandum excogitatis, verbis fictitijs cauponantes, diluētēque Verbum Dei: At qui Dei Ecclesia ea non ita accepit, neque tradidit sed (quemadmodum scriptum est) Deum illum agnoscit esse apud Deum ante secula existentem, & qui sub consummationem seculorum aduenit, & ex Maria virgine, & ex Spiritu Sancto genitus sit Filius hominis (vt scriptum est) donec pareret filium suum primogenitum, vt esset primogenitus in multis fratribus: interim tamen verus Deus, vt etiam pro nobis pateretur, vt homo, & liberaret nos à morte & passione, vt Deus. Ne igitur falsis imaginib. conceptis arbitramini, quod sentit agiturque corporea membra inibi nouitatem operari posse, non intelligentes imitationem rei iam prius actae, imitationem esse, & in Christo solius carnis nouitatem profitentes. Si enim vis agentis carnem hominibus posset nouitatem instauratiōemque comparare absque Christo, sequiturque agentem id quod agitur, quid opus erat Christi aduentu? Vani quoque etiam illi, qui dicunt, Verbum ita in Christum, vt in aliquem ex Prophetis descendisse. Quis enim Prophetarum, quum Deus esset, homo factus est? aut cur nomen nullum cōsummauit? aut cur mors regnauit in iis, qui non peccauerant,

Obiectio Marciō.

Samosatensis.

Solutio.

Homo ex anima et corpore cōstituitur. Rom. 11.

Ecclesia catholica fides de Christo.

Luc. 2. Matt. 10.

Exhortatio.

An verbum sic in Christo factum est? aut cur nomen nullum cōsummauit? aut cur mors regnauit in iis, qui non peccauerant, descendit.

Ioan. 8.

μετά-

φρασης
id est tras-

latio, in-
terpreta-
tio.

ἐν ὕπνῳ
κατακοι-
μισθεὶς.

Sabellij
hæresis de
incarna-
tione Chri-
sti.

ad similitudinem protoplastorum? Cur tandem à Domino dictum fuit? Si igitur vos Filius liberauerit, reuera liberi estis, nunquid id fit secundum nouitatem & perfectudinē quæ in ipso est, per quam nos qui credimus, renouamur, ad instar eorum, qui in communionem perfectæ nouitatis Christi recipiuntur? Sed vobis omnia excogitantur, vt vnā negandi sententiam emoliamini, & animam quidem per metaphrasim, nunc mentem nulla vi cogitandi præditam, nunc peccatum enhypostaticū nunc operatricem peccati sine Deitate appellatis. Et carnem, nunc increatam, nunc supercælestem, nunc consubstantialē, vt plenam vobis inficiationem stabiliatis, quemadmodum Arius à fide, quæ est de mystica ac verissima Filij ex Patre natiuitate delapsus, in perniciē abiit, passionē, sectionē profluxumque comminiscens, vt per impia verba homines male firmos præcipitaret in iniquitatis foueam: siquidem fouea profunda, os iniquum. Ita quoque Sabellius, qui finxit Filium personam non esse, & Spiritum Sanctum diuisionem esse deitatis, sed citra essentiam: ac principiorum deorumque euaporationem falso inducit, Iudaicis sententiis

innititur: Ita quoque Manichæus ab incarnatione & humanitate Domini, impius per omnia redditur: decernens, duobus opificibus hominem subiacere, bono simul & malo: Ita quoque & vos bifariam calumniā struitis, & hominem coli adoratione, & peccatum subinfertis, idque non ad pietatem facitis, sed vt errorem vestrum malis inuētis bene propagabilem efficiatis, & instabiles à fide impius vestris verbis subuertatis: sed tamen stabile est fundamentum Christi & Dei, & huiusmodi sigillo obfirmatum. Hæc scripsi dilecti, tamen nihil omnino opus fuit, vt scriberem: sufficit enim per se Euangelica traditio, sed respondendum fuit: tum quia de fide mea interrogatus eram, tum propter eos qui contentiosus ingerunt sua inuēta, quibus in mentem non venit, cum qui ex propriis loquitur, mendacia loqui: neque enim vel pulchritudinem vel gloriam corporis Dei fas est exprimi humano intellectu, sed ea quæ acta sunt, secundum scripturam confitenda sunt: Deusque qui est, adorandus est, ad gloriam & confessionem suæ humanitatis, & sp̄e salutis nostræ in Christo Iesu, Amen.

Manichæus.

Samosatensis error de incarnatione Verbi.

Marcion et Manichæus de incarnatione Verbi quod sentiant.

Valentinus de passione Christi.

Sabellius approbat hæresim Samosatensis.

Apollinarius error.

Christus quatenus Deus est immortalis & impassibilis, sed quatenus humanitas est passibilis.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, DE SALVTARI ADVENTV IESV CHRISTI, ADVERSVS APOLLINARIVM, TRACTATVS.

Christus ex Deo et homine.



QVI Dominum nostrū Iesum Christum, non ex Deo & homine vnum esse confitentur, vt scriptum est in Euangelio, ex homine (inquam) oriundo ex Adam, ac deinde ex Deo, dicant mihi quid de Deo in forma Dei sed accipiente formam serui, opinantur? vel quomodo illud, Verbū caro factū est, & habitauit in nobis, intelligunt? Qui enim dixit, caro factum est, idem dixit, Ipse animā suam posuit pro nobis. Num ita, quum Verbum esset, mutationem sustinuit, vt in carnem transformaretur, aut animæ similitudinem? an vt imaginariam speciem humanæ formæ præ se ferret, quemadmodum nonnulli errabundi hæretici dicere solent? Atqui hoc non admittit Apostolus, cuius verba diserta & expressa sunt, Qui quum in forma Dei esset, & c. Sicut enim forma Dei integritas deitatis Verbi intelligitur: ita quoque & forma serui, intellectualis naturæ hominum substantia cum instrumentali substantia agnoscitur, ideoque vt ex altero Verbum significetur, ex altero itidem, quum dicitur, Et caro factum est, animam quoque adiunctam fuisse intelligatur, quæ nimirum forma serui appellatur, quam animaduertimus esse intellectualem substantiam, ideoque fit vt homo mortuus, amissa cum anima forma, informis nominetur & totus soluat, anima, quæ corporis naturam continebat, recedente. Vnde Paulus de intellectuali natura testimoniu perhibet. Ioannes autem de instrumentali corpore documentum adfert, vt ambo simul vniuersum negocij istius mysterium de prædicent: Certum enim est Verbum ante aduentum suum in carne, hominem non fuisse, quippe qui Deus erat, apud Deum in-

uisibilis & impatibilis. Nō igitur hoc nomē Christus absque carne allegatur, quoniam ad hanc vocem & mors & passio consequuntur. Quum Moses scribat, si passibilis est Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, Paulus vero dicat, Pascha nostrum immolatus est Christus, & quod homo Christus, dans se in redemptionem pro nobis, non quod non Deus, sed quod & homo Christus sit: Ideo mentionem faciēs de Iesu excitato è mortuis ex semine Dauidis illum oriūndum esse dicit, eaque de causa amborum nominum simul allegationem facit, ad ostendendam eius substantiam. Deus enim videri nequit, homo contra visibiliter contrectatur & vere existit, non diuisione personarum aut intellectuū, sed naturali genitura & insolubili vnitione, vt eius passio in confesso sit, & extra cōtrouersiam. Quomodo igitur Christus factus est Verbum, quum Deus esset antequā homo? si enim diuinitatis proprium vocabulum est Christus citra carnem, nimirum applicandum est id quoque & Patri, & Spiritui Sancto, eritque ipsis passio communis, vt nonnulli erronei arbitrantur. Quid? an ipsum impatibilem incorporalemque Deum Verbum, etiam ante incarnationem, susceptamque humanam naturam, passionis & mortis capacem esse dicetis? Sed qui (quæso) Filius Patri consubstantialis, indiuisibilisque secundum diuinam naturam, patibilis dici possit, quum sit inconuertibilis & immutabilis, nisi sumpta ex vtero Virginis integra humanæ naturæ specie, homo sit factus, vt & conuertibilis reddatur in patiendo, & immortalis maneat quatenus Deus? Ea que de causa etiam vnitione inducitur, non tamen ideo, quasi Deus vnitione indigeat, aut quasi hæc vnitio absque Deo fiat, sed quod

Ioan. 1.

Ioan. 10.

Philip. 2.

Anima adiuncta verbo in Christo formā serui appellatam.

Verbū ante aduentum.

non fuisse, quippe qui Deus erat, apud Deum in-

577

sed quod Deus hanc vnitionem inducat. Constat igitur Verbum Dei se non diuississe sine carne in speciem carnis, & similitudinem animæ, sed manendo quod erat, assumpsisse serui formam, eamque non destitutam soliditate substantiæ, vt quæ euidenti demonstratione in illo spectabatur, tum per passionem, tum per resurrectionem, tum per cætera negocia, vt scriptū est, & manifestò liquet. Dicite igitur, cur Deum in Nazareth genitum suspicamini, quandoquidem omnes hæretici id dicere solent, vt & Paulus Samosatensis, qui Deum ex Virgine in Nazareth conspectum, inde suæ naturæ substantiæque initium habuisse, & initium regni accepisse, iactat: Verbum tamen cælestē, efficacē, industriū & sapientiam in eō Nazareno confitetur, ante secula quidem prædestinatum, sed tamē in Nazareth ratione substantiæ proditum ac declaratum, vt Deus sit (inquit) ille qui in omnibus est Deus Pater: Talis est istius impietas. Marcion porro & Manichæus, Deum in Virginem profectum fuisse, & citra tactum inde produisse, & incapaciorem fuisse, quàm vt communicaret cum humana natura, peccato & malis obnoxia. Si enim (inquit) istam sibi assumpsisset, etiam principi malitiæ subiectus fuisset, & sine peccato Christus haberi non posset, sed peculiarem carnem eum exhibuisse tradit, ea similitudine qua voluit, eamque è cælo delapsam, & in cælos regressam, Deitatemque eius solidam & integram fuisse. Valentinus contra, passionem rem communem Trinitatis esse dicit, sed partem Trinitatis carneam esse cauillatur. Arius porro, carnem solam ad occultationem deitatis confitetur, & pro nostro interiori homine, hoc est, anima, Verbum dicit in carne fuisse, passionisque sensum, & ab inferis resurrectionem diuinitati audeat ascribere. Sabellius verò Pauli Samosatensis, cæterorumque gregalium sententiam approbat. Veritus enim Arij diuisionem, erroris illapsus est, quo personas tollit. Vos autem quibus adhæretis? aut quas partes statuitis fouere, & approbatis? an, quod prouerbio iactatur, omniprobi estis? omnibus enim supradictis hæreticis copulamini. increduli vnitati & plenitudini obtrectantes: an sublationem abrogationemque recipitis sub specie? Verum vt diuisores per vecordiam ineptiunt, & derogatores allucinantur: ita abrogatores in perniciem eunt, quum vera sit œconomia, ac fides rerum manifesta gratiæque contestata sit. Quam igitur causificationem excogitatis? aut qua simulatione prætextum quaritis? ac cur non potius expressim dicitis, eum, non accepta specie serui, hominem esse factum, sed quasi hominem apparuisse? Hunc enim intellectum habet vester sermo, quo ad prætextum dicitis hæc verba. Qui idem est, idem est: ideoque obtrectare veræ dispensationi humanitatis assumptæ per sycophantiam satagitis, dicentes: Christum hominem deificatum esse, Ac rursus illud: In principio erat Verbum, & quod accepta forma serui, homo sit genitus: aut hominē eum dicitis qui cum Deo sit: aut hominē Deo implicatum: aut hominē pro mūdo mortuum, & qui pars aliqua mundi erat: aut hominem peccati incapacem: aut hominem Angelis dominatē: aut hominem à rebus creatis adoratum: aut hominē Dominum, cum Apostolus dicat: Paulus seruus Iesu Christi: aut hominē crucifixum, Dominum gloriæ

aut hominem audientem, Sede à dextris meis: aut hominem venientem, vt iudicio iudicet. Hæc est lutulenta vestra ex imo subruta aqua, quam ebibendam hominibus offertis, & in ebrietatē conicitis. Sciscitamini igitur à Iudæis, vt vbi eorū verba contra Christum, eosque qui in Christum credebant, iactata audieritis, pudeat vos vestri: discite quoque ab aliis hæreticis, qui eadem vobiscum & garrunt, & sentiunt. Proponatur igitur hæreticorum dogmata, & vestra cogitationis sententia, & nostræ Fidei ratio, & Euangelij definitio, & Apostolorum prædicatio, & Prophetarum testimonia, & adimpletæ œconomia intellectus. Dicite igitur, qua ratione initium Deitatis cōstituitis in ipsa natiuitate Dei, quam in Nazareth contigisse suspicamini; iuxta Paulum Samosatensem? aut qui sit, vt genituram carnis inficias eati, secundum Marcionem, aliisque hæreticos, non statutis Euangelicis incedentes, sed ex propriis loqui satagentes? Ideo enim dicitis, Deum ex Virgine natum esse, ac non Deum hominem, vt Euangelium definit: ne genituram carnis confitendo, necessitas vos cogat, vt naturalem eum esse agnoscat, fidem rerum verborum eloquio prosequentes. Nunc autem Deum natum esse, peculiarem quandam carnem opinione ac specietenus præ se ferentem affirmatis. Non enim initium nascendi ex Nazareth Deus ostendit, sed existens ante secula Deus Verbum, ex Nazareth homo visus est, genitus ex Maria Virgine, ex femine sancto in Bethleem Iudæ, ex femine Dauidis, Abrahæ & Adæ, vt scriptum est, Omnia desumens ex Virgine quæ ab initio, Deus ad hominem constituendum, in fingendo faciendoque adhibuerat, excepto peccato (vt Apostolus ait) ad similitudinem citra peccatum, non Deitatis transformationem, sed humanitatis inuolutionem instauratoremque cōficiens, pro ipsius arbitrio, vt essent gentes concorporeæ & participes cum Christo, vt Apostolus scribit, vt & homo reuera etiam Deus esset: non, quod homo apud Deum erat, vt vos calumniamini obtrectantes Christianorum mysterio: sed quia Deus vnigenitus decreuerat ex plenitudine deitatis suæ, primi illius exemplarisque hominis informationem instaurare: & ex vtero Virginis, nouam constituere in seipso, naturali genitura & cōiunctione, quæ dolorem non haberet: Vt salutis humanæ negocium absolueret, passione, morte, & resurrectione, hominum redemptionē perfecit. Sed hic obiicitis, si omnia assumpsit, omino quoque mētem, cogitandique vim humanam assumpsit: atque impossibile est, in humanis cogitationibus peccatum non versari: quomodo igitur Christus absque peccato erit? Sed respondendum, Si vitiosarum cogitationum creatio opus est Dei, opus illi suum adiungendum esse: venit enim; vt assumeret suum proprium opus. At si illud concedatur, iniquum fuerit iudicium, quo peccator condemnatur: Si enim vitiosas peccatricisque cogitationes creauit Deus, qua ratione peccantem condemnat? aut quomodo tale iudiciū apud Deum reperiri possit? Quod si Adam obnoxius erat istiusmodi cogitationibus antequam inobediens fuit Dei mandato, qui fieri potuit, vt malum & non bonum cognosceret? rationalis quidē erat, ac vi cogitandi instructus: sed vt liberæ cogitationis, ita vitij inexpertus, solum, quod bonū erat, cog-

Apollinarius ad alios hæreticos cōsulendos relegat.

Verbū ante secula Deus ubi natus est ex quo femine.

Obiectio.

Responsio.

Deus non creauit vitiosas cogitationes.
 gnitum habebat, ac simplex erat. Cæterum inobediens Dei præcepto, collapsus est in vitiosas cogitationes, obnoxiusque redditus, non, quod Deus creauerit captiuatrices istas cogitationes, sed quod per diabolum deceptus fuerit, qui eas supereminauit rationali naturæ iam in præuicatione constitutæ, & à Deo diuulsæ, adeo, vt diabolica lex peccati, constituta sit in humana natura, & mors ibi suum dominatū cepit, idq; per opus peccati: Ea de causa venit Filius Dei, vt dissolueret opera diaboli. Verum hic respōdetis, eū in peccato soluisse peccatum, sed hoc ipsum non est soluere peccatū.

Diabolus operatus est peccatū
 Quippe, quū in eo per Verbum formato, diabolus operatus non sit, vt veniēte in mūdum Verbo, nihilq; delinquente, solueretur peccatum, sed in rationali intellectuque natura hominis supereminando, diabolus peccatum operatus est. Eaque de causa impossibile fuit, naturæ rationali & sponte delinquēti & mortis damnationi subicte, seipsam reuocare in libertatē, vt ait Apostolus: Nā impotētia legis, quatenus debilitabatur per carnē: ideoq; ipsemet Dei Filius superuenit, vt eā in suā naturā restitueret per nouā originē & geniturā admirabile, nō primā distrahēs constitutionē, sed in partem ignominia detrahēs, vt testatur Propheta: Priusquā cognoscat puerul⁹ bonū vel malū, cū malitia refractaria & cōtumax sit ad eligendū bonū. Quod si in peccatrice natura, impeccabilitas nō apparuisset, quomodo peccatū in carne damnari potuisset, neq; carne preuicationē habēte, neq; diuinitate peccatum scientē? Aut cur ab Apostolo dictū? Vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia, nō locum describens, sed naturam subiiciēs, vt quem admodum ab illo dictum est: Vt per vnum hominem, peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: ita per vnum hominem Iesum Christū gratia regnabit per iustitiam in vitam æternam, vt per quam naturam peccatū progressus suos accepisset, per eam quoque declaratio iustitię cōficeretur, & ita soluerentur operā diaboli, liberata humana natura à peccato, & glorificaretur Deus. At hic rursus dicitis: Si Chritus homo est, Christus quoq; pars mundi fuerit, sed pars mundi, totū mūdum quomodo saluare poterit? O commentum fraudis & malignitatem vesanā blasphemadi: dicāt mihi (quæso) ex qua scriptura ista definitio deponatur, quæ omnino est diaboli cauillatio? Quum Propheta loquatur: Frater non liberat, liberabit autem homo? & alibi: Homo genitus est in ea, & ipse fundauit eā, qui altissimus est. Quomodo igitur Verbum homō factum non seruauit mūdum? quū manifestum sit, quōd in qua natura peccatum commissum sit, in eadem quoque extitisse exuberantiam gratiæ? Vnde autem exuberantia gratiæ? nisi ex eo, quo Verbum homo est factum, manens interim Deus, vt & homo factus, De⁹ crederetur: quæ admodum Christus, quum homo sit, Deus quoq; existit, eō quod Deus quum esset, homo factus sit vt saluet credentes in hominis forma. Si enim confessus fueris, dominum Iesum in ore tuo, & crederis in corde tuo, quod Deus eū excitauit à mortuis, seruaberis. Mortificationem autem deitatis non passus est, neque ea parte resurrectione indiguit: sed illa ipsa est, quæ à mortuis excitat. Vnde necessum fuit, vt Deus aliquid haberet, quod pro nobis offerret, siue in morte, siue in vita, ac propte-

rea, quia Verbum caro est factū, efficacius salutem operatur. Sed rursus dicitis, Quomodo potest natura humana, in consuetudine peccandi versata, propagationem peccati recipiens, à peccato libera esse? Est autem illud impossibile: erit igitur Christus, vt alius quibus, peccato obnoxius. Hæc nimirū & Marcion sensit: hanc sententiā etiā Manichæus introduxit, hominis carnalem genituram, sub principe malitiæ cōstituens, eumque dominatorem ascripsit, eō quod à quo quis vincitur, eius quoque mancipium reddatur. Horum sententiam vos renouatis, sed diuersa ratione intellectuālē hominis naturam (quæ anima existimatur) etiam illi subiicientes, eamque peccatū vitare nō posse, describitis, quantumcunq; hæc de carnali anima dicta velitis. Vnde hæc acceperitis, conscius non sum, quum neque in sacris literis id inueniatur, neque in communi hominum sensu, Domino præcipiente: Ne timueritis illos, qui corpus occidunt, quum animā occidere nequeant. Atqui, si carnalis est anima, cur non vnā cū corpore & moritur & perit: & cur potius animas apud inferos detentas, spiritus nominauit, quum inquit: Profectus est, vt spiritibus in carcere detentis, læta de resurrectione annūciaret. Sed vos, præter naturam omnia dicitis & appellatis ne pro natura rerum verba facientes, negocij fidem approbetis, nimirum, quōd Verbum homo vere sit factum. Dicitis enim vocem De mini esse, quæ doceat mentem hominis plane in iuuentute inclinatum esse ad malum: non intelligentes, per iuuetutem indicare id lolij, quod homini ex superfeminatione inhæsit, ideoque Dominus vere David iurās promisit ei, ex fructu ventris ipsius nasciturum Christum secundum carnem, non, quōd vir aliquis ex transformatione deitatis specietenus sese ostenderet. Alioqui, quid opus fuit, vt Dominus Davidi de sobole iuraret? sed hoc est quod promisit, Christum nempe formam accepturum esse, incommodaque ex fœmina nascendi subiturum, crescendique gradus pro ætate, idque nostro more vt dicit Apostolus: Quandoquidem igitur pueri participes fuere sanguinis & carnis, ipse quoq; itidē eorundē particeps esse voluit, itidē (inquam) quia nō ex seminibus, sed ex spiritu: eorundē vero, quia non diuersorum, sed ex semine Adæ, Abrahæ, ac Davidis, vt scriptum est. Cur igitur prætermissa sacra scriptura ac manifesta veritate, dicitis nō nisi virum ex Maria apparuisse, eumque assumptam humanam substantiam, hominem esse factum? In virū igitur abiit Deus, dominusq; glorię qui crucifixus est: homo habendus est? Quōd si igitur audieritis Petrum loquentem: Christum & Dominū fecit, hūc ipsum Iesum, quem vos crucifixistis: De quo hoc vocabulū, fecit, intelligitis, si de Verbi diuinitate? cur igitur Arianos reprehēditis, quū idē cū illis sentiat: Sin vero de forma serui, quæ fuit in Verbo, cur nobiscum pugnare contenditis? verum nequaquā ita creditis. Rursus enim dicitis, quōd si peccatrix natura, in Deo peccatum non fecit, necessitate igitur coercetur: quod autem necessitate coercetur, violentum est. Sed dicite mihi, si non peccare ex necessitate sit, an ne ergo peccare secundum naturam fiet? Quod si ita, statuetis naturam conditorem (quod blasphemum est) peccati esse opificem. Sed accidentaria & superuentitia est ea peccandi necessitas: ergo certū est, in non peccando

Ioan. 3.

Rom. 6.

Roma. 5.

Alia obiectio.

Responsio.

Bar. 7. Psal. 86.

Responso.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

Animam est carnalem.

peccando naturam adesse. Ideoque in Verbi diuinitate apparens serui forma, non necessitati subiecta fuit, sed vi ac natura innocentem se præstitit, dissoluens necessitatis conditionem, & legem peccati, & captiuitatis tyrannum captiuauit, vt dicit Propheta: Ascēdit in altum, captiuam duxit captiuitatem: Verbumque cōtra hostem, serui formam obiiiciens ac præterdēns, victoriam confecit, per eum qui antea victus fuit. Ideoque omnem tentationem absoluit Iesus, quoniam omnia assumptis quæ tentationis periculum subire poterant, vnde effectum est, vt pro nobis victoriam operatus sit, dicens: Bono animo sitis, ego vici mundum. Non enim contra deitatē, cuius ignoratione tenebatur, bellum suscepit diabolus: nūquam enim tantæ audaciæ fuisset, Ideoque ab illo dictum est: Si tu es Filius Dei: sed aduersum hominem hostilia tentauit, quem antea deceperat, eoque decepto in omnes homines malitiam suam propagauit. Nimirum etiam animam Adæ in condemnatione mortis detenta, clamabat ad suum dominum perpetuo, & cum ea cæteri qui Deo per legem naturæ placuerunt, vnā cum Adā detinebantur, simulque in morte erant, ac vociferabantur: Misertus igitur hominis à se creati Deus, statuit per mysterium nouæ manifestationis humano generi cōciliare salutem, inimicūque, qui per inuidiam deceperat, profligare, & incogitabilem hominis ad Deum exaltationem, & cum Deo coadunationem efficere, cōmunionemque inter ipsos naturæ & veritate constituere. Dimisit ergo Verbum quod Deus erat, vt primi hominis opifex, homo efficeretur ad hominis viuificationem, & demolitionem inimici. Natus igitur ex fœmina, formam hominis ex primaria & originali creatione in se restituit, exhibita carne quæ libidinibus carnalibus & cogitationib. caret in imagine nouitatis. Hunc enim hominem nō volūtas carnis, sed sola duntaxat voluntas deitatis constituit: Siquidem tota Verbi natura adfuit ad exhibendam humanam formam & carnem visibilem, ex secundo Adam oriundam, nō diuisione personarum, sed cōsistentia deitatis & humanitatis. Ea enim de causa accedebat diabolus ad Iesum, tanquam ad hominem: cæterum, non inueniens in eo veteris suæ superfeminationis vestigia, neque in præsentī tentatione vllum successum, superabatur cum pudore: atque in hæc verba prorupit: Quis iste qui venit ex Edom? hoc est, ex terra hominum, incedens cum tanta potentia & robore? Atque ex eadem ratione est, quod loquitur Dominus: Venit princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquam. Certe & animam & corpus integrum primi Adæ, didicimus habere secundum Adam. Nam si de substantia hominis nihil erat in Christo, quomodo corpus eius inueniri potuit qui dicit, in se inuentum esse nihil eorum, quæ in Adam operatus erat diabolus: atque ita extinctum est peccatum in Christo, eaque de causa scriptura testatur, quōd peccatum non fecerit, neque inuentus sit dolus in ore eius. Cur igitur dicitur, impossibile est incaptiuabilem fieri hominē, qui semel captiuatus fuit: vt impotentiam quidem Deo, potentiam vero diabolo accommodetis, in exterminabile asserentes in humana natura peccatum, eodem modo quo cæteri hæretici? Quid? an non ideo captiuatrix deitas sub specie & similitudine carnis & animæ ve-

Obiectio communis A polinario Marcioni & Manicha

Ephe. 4.

Ioan. 16.

Matt. 15.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

Adami anima in condemnatione mortis detenta in limbo aliquando.

nit, vt & ipsa incaptiuabilis maneret, & ita se per iustitiam puram exhiberet? Quādo igitur non pura fuit deitatis iustitia? & quōdam ex istis erga homines beneficium? nisi id ipsum sit constitutum in identitate substantiæ ac naturæ? Visus est Dominus, vt ait Apostolus, loquens de via, quam nobis recētem & viam instaurauit. Ego (inquit) sum via, vita, & veritas. Verum isthic responsatis, credentes seruari similitudinē & imitationē, & non inuolutionē, hoc est, primitiis. Quī igitur Christus primogenitus inter multos fratres esse potuit: & primitiæ dormientium, caputque corporis Ecclesiæ? Non enim fides de re euidenti concepta, fides dici poterit, sed fides est, quæ in impossibili possibilitatem, & robur in imbecillitate, & patibile in impatibilitate, & corruptionem in incorruptibilitate, & mortale in immortalitate, & in paruitate magnitudinem credit, vt ait Apostolus: Ego vero (inquit) & in Christum, & in Ecclesiam, &c. Enimvero non venit diuinitas, vt se ipsam iustificaret, quippe quæ non deliquerat: sed propter nos, pauperula facta est, vt nos illius paupertate ditesceremus. At quomodo Verbum Dei pauper esse potuit: inde nimirum, quōd paupertimā naturam assumpserat, eamque pro sua iustitia, supplicia toleraturā, licet illa ipsa esset supra homines, & ex hominibus manifestata, ac Deus plane reddita, eam tamen pro hominibus offerre non detrectauit. Iam si primogenitus factus non est inter multos fratres, quomodo visus est primogenitus ex mortuis? quur igitur dicitis, Deum per carnem passum esse & resurrexisse? O absurditatem blasphemix, tales sunt Arianorum temeritates. Illi enim istiusmodi blasphemiam audacter proferunt, & Filium, Deum fictitium & assimilatum nominant, quum scriptura doceat, per Deum in carne eius passionem contigisse, non Deum per carnem passum esse. Qui igitur consubstantialitatis confessionem præterditis? cur in passionem, indiuisibile nomen, impartibilem naturam, ineffabilem deitatem, incommutabilem, inalterabilemque consubstantialitatem deprimitis? Si enim Verbum transformatū in carnem, ad passionem vsque perrexit, vt nihil interim in se assumeret, quod aut impatibile, aut capax resurrectionis esset, ipsum certe Verbum, quatenus Verbum est, ex mortuis resurrexit, eritque illa passio vniuersæ Trinitati communis, secundum Valentinum, quum indiuisibile sit à Patre Verbum pro ratione diuinæ naturæ. Quōd si hoc ita credere in animum inducitis, cuius generis (quæso) est illa Prophetarum annunciatio? aut Euangelistarum in describenda stirpe natalium ratio? aut Apostolorum testimonia? aut quid Mater isthic adhibita est? aut ætatis incrementum? aut comedendi specimen? aut nominis appellatio? Cur dictum est, Filium Dei, Filium hominis factum esse? aut hominem esse Iesum Christum, qui dedit seipsum pro nobis? aut quorsum hæ voces. Oportet Filium hominis multa pati, & interfici, & tertia die resurgere ex mortuis? Quur non creditis patibilem esse Christum, quatenus homo est: impatibilem autē, quatenus Deus? sed in arctum compressi coangustati que cogitatis, si compellamur agnoscere illum Deum & hominem, cum nō vnum, & simplicis personæ, sed duos duplici persona pronunciamus? Atqui necessum est vobis, aut negocium

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Fides non est de re euidenti concepta.

Peccandi necessitas accidentaria.

miraculorum designationibus: homo vicissim ex iis, quæ in nostrum genus competunt passio- nib. & infirmitatibus, agnoscat: rursus Deus, ex operatione immortalitatis, & incorruptibilitatis, & incommutabilitatis: homo contra, ex supplicio crucis, & sanguinis profluuiio, & corporis sepultura, & descensu ad orcum, & resurrectione ab inferis sentiat. Ita Christus, vt homo quidem, ex mortuis excitatur: sed tamē, vt Deus excitat mortuos. Stolidi igitur qui, diuinitati eius passionem ascribunt, aut eius humanitati fidem non habent, aut qui vnum in duo separant, aut qui carnis eius dimensionem conantur facere, & quantum & quomodo præter sacras scripturas definiunt. Istiusmodi enim opinionib. lubricatæ & ad ruinam deuo-

Christi vt homo ex mortuis excitatur, sed vt Deus mortuos excitat.

luta sunt hetericorum mētes, Marcione ad immoderatos verborum plausus sese inclinante, Manichæo vero, ob cogitationē peccati, quam in Verbo suspicabatur, corrūte, Paulo Samosatēsi, pho- tinoque cum suis pedissequis, dum deitatem negant, in præceptis abeuntibus, Ario iuriolis blasphemis sese contaminante. Et vos, quasi in iisdem scholis edocti, ea quæ in scripturis reperiri nequeunt, cominitimini, & instabiles subuertitis. Satis autē est, si credamus iis quæ & scripta & dicta sunt (vt ait Paulus) per similitudinem per omnia sine peccato, Petrus vero: Christo igitur pro nobis passio in carne, & vos eadem cogitatione armemini & ne amplius pergamus veritatem igr. ominia afficere,

Marcion. Manichæam Samosatensem Arium. 1. Pet. 4.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, CONTRA OMNES HÆRESES SERMO.



I D Q U O D proponitur ex Euangelio Ioānis, tale est: In principio (inquit) erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.

Vnusquisque Sanctorum Prophetarum, & Euangelistarum, quum perspicaces essent, & Spiritu Sācto afflarentur, omnia salutaria enarrant, quæ pro hominum salute instituta fuerūt. Sed dixerit quis, quomodo interpretaberis nobis? Audi dilecte, Prophetæ (quemadmodum dixi) perspicaces tot retro seculis futura ostendunt, itidem & Euangelistæ ea quæ de aduentu Verbi, à Prophetis prædicta fuere, suis verbis confirmant, dum vnusquisque eam præindicationem allegat, vt quum aiunt: Veluti ouis ad mactationem ductus est, & vt agnus corā tendente mutus: ita non aperit os suum: iudicium eius sublatum est, generationem eius quis enarrabit? vibice eius omnes sanati sumus. Cum aduenisset ad nos iste ita pronuntiatus, eumque ad se accedere conspexisset Baptista Ioannes, adimplens quod prædictum fuit ab Esaia Propheta, in hæc verba erupit: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Vides confirmari Propheticam vocem à Baptista. Itidem quoque & magnus ille Moses de liuore vibicis illius, per quem vniuersum hominum genus salutem erat consecuturum, mentionem facit, quum dicit: Quisquis in ligno pepēderit, ac rursus: Videbitis vitam vestram suspensam non posuit primo loco vitā, deinde maledictionem, sed maledictionem in initio, postmodum vitam. Decuit enim chirographum primitus affigi cruci, & latus Verbi lancea perforari, vt liuor in perfusione, & sanguis mundo, & aqua generi humano expiatio fieret. Miseri autem ingratiq; Iudæi, talibus ac tantis signis apud ipsos editis pro glorificando & extollendo Christo ob res quas gesserat, in contrarium verba fecerunt: Si Filius Dei es, descende de cruce, atqui sol interim radios contrahit, non sustinens videre suspensum in stipite Dominu. Duo quoq; cum eo latrones erant in suspendio, altero execrante, altero dicente, Quid execramur iustum, nos secundum scelera nostra affligimur, Iesum

Ioan. 1. Ibidem. Obiectio. Euangelistæ. Prophetarum vaticinia de aduentu Christi confirmat. Esa. 53. Ioan. 1. Dent. 22. Ingratitudo Iudæorum. Ioan. 19. Luc. 23.

deinde allocutus est: Recordare mei Domine, quū veneris in regnum tuum, cui Iesus vicissim, Hodie mecum eris in paradiso. O miraculum ingēs maledictionis crucifixæ, aperuit paradysum i promissione latronis. G beatum latronem, rapuisti in mūdo latrocinando, rapuisti item regnum cælorum istiusmodi cōfessione: De eo nimium locutus est Propheta: Et scarabeus ē ligno vocē dabit. Nostis fratres scarabeum ipsum immundū circa immunda negociosum esse, ita quoque, & hic latro negociosus fuit in latrocinando, in cruce tamē cōfiteretur, & in eo expletur quod Prophetarum fuit: loquēs igitur dignus habitus est, qui regnu cælorum raperet. Ac rursus Esaia dicit, Ecce, Virgo in vtero gestabit, & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emanuelē, quod ex interpretatione est, nobiscū Deus. Quum igitur instaret tempus, vt Prophetica vox adimpleretur, emittitur Archāgelus Gabriel, indicat hoc ipsum gratiosē Marię his verbis: Dominus tecum, Dominum appellās communem omnium herum, agnoscens commercium seruitutis: Spiritus Sanctus superueniet in te, & potētia altissimi obūbrabit tibi, ideo quod natum fuerit ex te, Sanctum vocabitur, Filius Dei. Optimo iure, sanctum nuncupatur templum illius, qui sanctificaturus erat vniuersum orbem. Et rursus Esaia: Puerulus natus est nobis, Filius datus est nobis, cuius imperium in humeris ipsius, vocaturque nomen eius magni Senatus angelus. Istis igitur adimpletis, dicit Filius tonitru: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & cætera deinceps. Si ergo per eum omnia facta sunt: nimiru ipse extra ea est, quæ facta sunt: resque manifesta est, cū in Patre semper fuisset. Miseri profecto Arij, furiosi Iudæi, qui neque recte legūt, neq; exactē rem peruestigant, quippe qui obcæcatos habeant mentis oculos, arbitrātes creatorem & opificem omnium, creaturam esse: Audite hæc Euangelistæ verba: In principio erat. Quod si dixisset: In principio factus est, haberes quod dicerēs ex Euangelista, eum factum esse. Excute diligenter verba, & deprehēdes veritatem, atque deinde percunctare Euangelistam, & dicit: Relege conditi mundi originem, & statim tibi loquetur: In principio fecit Deus cælum & terram: sint igitur

Latro beatus. Luc. 1. Esa. 9. Luc. 1. Ibidem. Esa. 7. Ioan. 1. Creator tantū vnus est creator.

ca quæ nō sunt, vt fiant quæ futura sunt. Erat Deus Verbum apud Patrem, per quem omnia facta sunt. Recte igitur Euangelista dixit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deū, & Deus erat Verbum. Ecce triplicatā hanc vocē, erat, & neutiquam illam alteram, non erat. Et Archangelus ad Deiparam: Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, Idque & Apostolus his verbis indicauit: Christus Dei Virtus & Dei Sapia. Sed respondit ad ista Arius: Cur igitur prouerbiorum author dicit: Dominus creauit me initio viarum suarum ad opera sua? O impiētissime, non audisti Angelum loquentem Virgini, Quod nascetur ex te, Sanctū vocabitur: vides quōd de negocio incarnationis mentionem faciat? Quum igitur obsoleta inueterataque esset natura nostra præuaricatione Adæ patris prosapia nostræ, & in mortem delapsi essemus, placuit Deo ad nos mittere suum proprium Verbum, eundemque & Filium & Deum, vt assumeret ex Virgine humanam naturam, vt & ab Apostolo dictum est: Decreuit mittere Filium suum in mundum, natum ex fœmina. Iam (credo) perspicias eum loqui de ratione incarnationis: Sin autem audire cōcupiscas, de inuisibili Deitate, accipe sermonem Pauli. Qui est (inquit) iubar gloriæ, & forma substantiæ eius. Idem rursus: Qui quum in Dei forma esset, non rapiendum arbitratus est, vt esset æqualis Deo, sed se ipsum exinaniuit, speciem serui accipiens: vides nimirum istas voces incarnationem resonare. Quin ipse Dominus de se loquitur, Ego in Patre sum, & Pater in me est, Idemque rursus: Ego & Pater vnum sumus: & per Prophetā: Videte quod idem sum, & nō mutor. Rursus: Ego ex Patre profectus sum, & venio. Et per Hieremiam: Me reliquerunt fontem viuæ aquæ, & foderunt sibi cisternas contritas, quæ aquam sibi congregare non potuerunt. Nam hesternum quiddam fons est, aut hodiernum quiddam aqua, Absit: perennis enim fons, perēnis aqua. O miseros, qui Ariana vecordia corripiūtur, quibus melior inuenitur vel ipse Nabuchodonosor, quanquam is seipsum numen arbitratus, imaginem sui in Babylone constituerit, & in fornacē tres pueros coniecerit, quo tempore Verbum roriferum inter illos aderat, & ignem excutiebat puerique hymnos modulabātur. Dixit enim ministris suis, Nōne tres iniecimur in fornacem? & ecce iam quatuor apparēt, quartiq; facies similis Deo. Deteriores ergo isti Nabuchodonozdre, qui Filiū Deo neque similem, neque consubstantialē esse volunt. Dicendum est impiis, vt blasphemias suas contineant, & potius cum benedictione in spiritu Verbum reuera numen adorent, si forte remittatur impietas blasphemiarum eorum. Istis igitur relegatis reiectisque ex diuino choro, age disceptemus cum Spiritu Sācti oppugnatoribus, qui Spiritum asserunt creaturam esse. Quid an nō audistis Dauidem loquentem: Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris illius omnis potentia eorum: En tibi triadem inuisibilem. Et in mūdi opificio apud Mosē: terra autem erat inuisibilis & inornata, & tenebræ supra abyssum, & Spiritus Domini ferebatur super aquas. Quin & Paulus dicit: Emisit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra, clamantem, abba, hoc est, Pater noster. Iohel itē ex persona Dei: Effundo de

Ibidem. Luc. 1. Col. 1. Arij obiectio. Luc. 1. Incarnatio verbi cur facta. Gal. 1. Phil. 2. Ioh. 14. Ioh. 10. Malach. 3. Ioh. 14. Hier. 2. Nabuchodonosor arianis melior. Danie. 3. Spiritus sanctus quod non sit creatura. Esa. 32. Gen. 1. Gal. 4. Ioh. 2.

Spiritu meo super omnem carnē, & prophetabūt. Dominus quoque de se: Ego in Patre, & Pater in me: & Ego sum veritas: Et, Si abiero ad Patrē meū non relinquam vos orphanos, sed emittam Paracletum Spiritum illum veritatis: Ecce Spiritum in veritate, veritatemque in Patre, En tibi triadem indiuisam, funiculum nimirum triplicem, in quo manipulos constringentes offerimus Patri. Cæterum & istic cum Arianis perierint. Verba igitur faciamus ad Paulum Samosatēsem, qui ita loquitur, Ex quo prodiit ex intacta Virgine, iam inde illum esse filium factum. Demens qui nō audiuit Dominum dicentem ad Iudæos: Et Abraham exultauit, vt conspiceret diem meum, quo conspectu gauisus est: ibi Iudæis dicentibus, Nondum quadraginta annorum es, & Abraham vidisti? responsum est à Christo, Antequam Abrahā esset, ego sum. Si priusquā Abrahā nasceretur, ipse existit, qua ratione vt conuinitatisque participem esse factum? Quum rursus Prouerbiorum author dicit, in sua sapientia: Ego sum, cum qua gaudebat: quotidie exulabar in præsentia eius: cum mundum ædificaret, aderam illi. Ac rursus: Deus Sapia fundauit terram: vides quā imperpetuum existat in Patre. Item quoque Apostolus: Christus Dei Potētia, Dei Sapia. Cæterum, ad ista respōdit stolidus Samosatensis, diluens istud diuinum merum, ex quo diluto quum bibisset, aqua intercute concepta cum Arianis interiit. Quinimo aduersus Manichæos impurissime sceleratos arma moueamus. O impiissime asseritis duos deos esse, & ex his alterum bonum, alterum malum: additisque malum cum bono pugnam affectare, vt partem aliquam obtineat: & bonum, quia bonus est, & pugnam recuset, partem aliquam malo concessisse, & semissem rerum venisse in ditionem mali, & semissem in boni passione remansisse: bonum deinde pœnitentia ductum, se ad bellum instruxisse, & sese deformasse ad speciem mali. Sed o impiētissimi, quum, quum solidum integrumque erat Verbum illud, quod bonum appellatis, à pugna abhorruit: quum autem dimidiatum fuit, ad dimicandum processit: ideoque, vt ait Manichæus, ad quærendum venit quod perierat, O ingentem vecordiam. Quod igitur indicium, nō tāque in bono, vnde agnosci possit, quum ille sub mali forma latebat: quæ tua est opinio: veluti si matronam turpi fœdāque imagine describat pictor, eamque talem maritus aspiciat, qui fieri potest, vt non inde ira furorēq; correptus, pictorem, qui hoc ausus fuit, interficiat? Quanto igitur iste magis plectēdus est, quum audeat deplateare, bonum ex suscepta forma mali qua abutebatur, præstantiorem fortiorēque incepisse fieri. Hæc sunt scelera hominum infanientium & impiorum. O impiissime & impuratissime Manichæe. Non audis Matthæū dicentem de incarnatione in libro de natiuitate Iesu Christi, Filij Abraham? Sed dices te non recipere nisi vetus testamentum: Quid igitur? Non audis Dominum loquentem, Si crederitis Mosi, & mihi crederetis: Nam & Moses de me hæc verba fecit: Prophetam vobis talem excitabit Dominus, ex fratribus vestris, qualis ego sum. Hunc Prophetam agnouit Samaritana, quum diceret: Domine, video te Prophetam esse. Ecce vniuersi eum & Dominum & hominem confitentur. Quo-

Ioan. 14. Ibidem. Paulus Samosatensis. Ioh. 8. Verbum non habuisse prius. Prouerbia. 15. Pron. 3. 1. Cor. 1. Manichæi duos deos asserunt, vnum bonum alterum malum.

modo potest racemus esse absque vite? quomodo potest totum illud negocium, mundi que salus confirmari, nisi indices Prophetæ eius nomen prædicassent, præsertim ipso Domino dicente, Legem & Prophetas esse usque ad Ioannem? Et rursum: Non veni ut soluerem legem & prophetas, sed ut adimplerem. O feces & sedimenta omnium hæresium: idoneum satisque est ad fidem faciendam, vel solum ipsius nomen. De istis autem in Psalmorum cantilenis habetur, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: Nimirum isti quoque aduertum eius in carne pernegent, affirmantque fuisse imaginariam rem, non veram aut solidam naturam, quum tamen Dominus loquatur, Quid me queritis interficere hominem, qui vobis vera effatus est? Rursum, ad eum a quo alapis cadebatur, Si male locutus sum, adfer testimonium de malis verbis: sin autem recte cur me laceras? Nunquid inanis species verberari potest, aut affigi in cruce? Sequitur igitur ut corpus fuerit: cur igitur iactatis rem imaginariam fuisse? Et isti quoque euanescent, & deliquio mentis pereant, qui vinum illud meracum, dilutum arbitratur. Couertam igitur verba nostra ad Marcionem, & Valentinum, & Basilidem, asserentes Dominum veluti aquam, per canalem penetrasse per impollutam Deiparam Virginem. Quid? an non auditis quid Archangelus Gabriel Virgini loquatur? Aue gratia plena Dominus tecum, Spiritus Sanctus descendet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, nam quod ex te nascetur, Sanctum vocabitur. Si igitur dixisset, per te, verisimile aliquid haberet ista impudentia: cæterum, quum dicat, ex te, clare demonstrat, Deum Verbum assumptisse ex ea humanum templum: sed & isti abiiciantur cum reliquis. Iam eadem ratione verba faciamus ad infelicem Miluium, arbitrantem se extollere Virginem, & coniugium infamare posse, quum Deus in paradysum Euam ad Adam deducat, ibique loquatur Adam: Ea de causa relinquet homo patrem & matrem, & conglutinabitur ei, & erunt duo in carne vna. Cæterum, iste vetus Testamentum non recipit: Quid ergo? Nunquid auscultas in Euangelio Dominum in Cana ad nuptias vocatum, calique benedixisse, & ex aqua vinum fecisse? & rursum alibi Iudæis dicentibus sibi Mossem concessisse libellum repudij, Christum respondere, id Mossem ipsis concessisse obperuicaciam, duritiemque animi: &, Quos Deus coniugauit, homo ne separet? Quomodo potest ramus consistere, si non subsit radix? Quomodo virgo esse potuerit, si non habeat patrem & matrem? Et isti quoque cum suis gregalibus in perniciem abeant. Compellamus igitur Nouatum se purum prædicantem, & penitentiam tollentem, hominem oppletum cæno & fæto. Non audisti humanissimum Deum per Prophetam loquentem: Nolo mortem peccatoris, sed penitentiam: aut Iob loquentem, Nullus purus a fordibus, ne si vel vnus dici eius vita fuerit? Et Petro quoque interrogati, Num ad septenas vices peccatori veniam daret, responsum esse, usque septuagies septies, atque ita reuolutis vicibus, redintegratisque, semper perennare penitentiam? Non, ut hæc audientes in peccatis permaneamus, Absit: Sed, ut declararetur illius bonitas. Et Esaias, Audi cælum, & auribus percipe terra, filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me,

& cætera deinceps. Postmodum autem addit, Lauamini, mundi estote, & auferte peccata vestra. Atque adeo Petrus, qui reuelationem acceperat, eum non ex carne, neque ex sanguine esse Filium Dei, sed ex Patre cælesti, is ipsius (inquã) qui clauces cælestes acceperat, qui Domino se addixerat, nunquam se cum negaturum, etiam si cum eo moriendum esset, quum postmodum eum ter abnegasset, lachrymis eluit abnegationem: Quia & rursum Prophetæ Astra non sunt puta coram eo. Si autem ne astra quidem pura sunt: quomodo tu te purum: & misericordem & humanum Dominum, durum & immitem facis? Cæterum, & iste cum reliquis hæreticis abiiciatur. Dicam porro Phrygi illi, qui ait, In aduentu Saluatoris, solum aduenisse hominem. Dicamus item præscillis aniculis deliris & despiciabilibus. Qui fieri potuit, ut post aduentum Saluatoris, Prophetæ superuenirent? nunquid ad aures tuas hæc verba peruenerunt? Lex & Prophetæ usque ad Ioannem. Audi igitur popule Dei, sicuti rex in vrbe aduenturus emittit præindices qui significant, quo cultu sit appariturus: Cæterum, ubi is aduenit, eiusque aduentum exceperint, nullo iam inde denunciato opus habent, quum suis oculis ipsum conspexerint. Iam, si quis in ea vrbe dicat, regem aduenturum esse, nonne eum conspuerent oppidani? dicerentque se cum iam in vrbe habere, ac proinde mirari, quod de aduentu eius loquatur? Et isti quoque cum cæteris perierint. Alloquamur ergo nouam hæresim, quæ ex Syria in Ægyptum promanauit, & Apollinarios, ipsumque Apollinarem nouum dogma proferentem, eum scilicet corpus solum ex illibata Virgine sumptisse, Deumque vicem animæ subiisse. O imperfectissime & exanimis Apollinari. Quid ais: Quum perfectus homo, ob præuaricationem madata e paradiso deiectus, in mortem ceciderit, eius tantummodo carnem redemptam recuperatamque a Christo esse arbitraris: sed quid de anima censes: quomodo illa (quæ) hac ratione redimi potuit? Non intelligis quid Esaias dicat: Puerulus natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium in humeris ipsius, & vocabitur nomen eius magni consilij Angelus. Quid? an dixit ibi: Caro nata est nobis, ac non potius puerulus & Filius genitus est nobis? Quum igitur puerum dicit, integrum hominem significat. Exhibito igitur integro homine, filius ille tonitruum dicit simplici voce: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, & hoc erat in principio apud Deum. Et rursum ipse Dominus: Anima mea conturbata est: ad quem pertinet vox ista, an ad Deum Verbum? Apage sis: Deus qui Verbum est, imperturbabilis est: & qui venerat ad sedandas perturbationes, ipse edidit hanc vocem: an vis eam vocem corporis esse? Erras: ex se enim corpus immobile est, nisi anima in eo fuerit. Quid? an non audis Mossem loquentem, Ostende mihi te ipsum? ac statim audit: Nemo visurus est faciem meam, & uiuet. Postquam autem corpus positum erat in sepulchro, quomodo descendit nuda deitas ad inferos, ut seruaret animas? potius eo modo ad perdendum, quam ad seruandum descēdisset. Nemo enim potuisset videre nudam deitatem, & incolumis esse. Opus igitur fuit anima, ut per animam animæ seruari possent. Quum iterum Dominus, Pastor ille bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Et: Ego

Ioan. 1.
Matth. 5.
Psal. 52.
Ioan. 5.
Marcionis Valentinis & Basilidis error de incarnatione verbi.
Luc. 1.
Ibidem.
Miluij error de coniugio.
Gen. 2.
Ioan. 2.
Mat. 19.
Mar. 10.
Nouati error de penitentia.
Ex ec. 18.
Iob. 15.
Mat. 18.
Esai. 1.

Ibidem.
Mat. 16.
Luc. 22.
Mat. 26.
Iob. 15.
Phrygi error de aduentu saluat.
Ioan. 1.
Apollin. error.
Quod Christus habuerit animam.
Ioan. 1.
Mat. 17.
Esai. 7.
Ioan. 1.
Mat. 26.
Mat. 14.
Exod. 33.
Ioan. 10.
Ibidem.

Ioan. 19. Ego sum pastor ille bonus, ac rursum, Potestatem habeo deponendi animam, & resumendi eam. Et Ioseph oraculo admonitus, ut ex Ægypto reuertetur, eidemque ab Angelo dictum fuit: Mortui sunt qui querunt animam pueri. En tibi testimonium in sacris literis: Vbi verbum Dei integrum hominem, mente & anima præditum assumptisse deprehēdis, ut integer homo liberaretur. Sed fortasse replicabis, Deum per Prophetam dixisse ad Iudæos, Nouilunia & ferias vestras odit anima mea. Atqui, o stolidissime per eundem Prophetam dicit: Ecce Virgo in utero gestabit, & pariet Filium: Et, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Denique: Homo est, &, quis cognosceret eum? quid ad hæc respondebis de anima o exanimis trunco? Quapropter & tu quoque cum cæteris pereas, Nam orthodoxa Ecclesia recte le-

Esai. 9.
Esai. 7.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, AD MAXIMUM PHILOSOPHVM, ORATIO DE DIVINITATE CHRISTI.



INCIDENS in ea que a te scripta sunt, tuam quidem pietatem amplectebat, eorum autem temeritatem qui non intelligunt, neque quid ipsi loquantur, neque de qua re asseuerationes faciant, diu multumque admiratus sum. Statueram vero penitus silentium tenere: de rebus enim ita apertis, ac sole lucidioribus respondere, nihil aliud est, quam hominibus tam prauè agentibus, causam improbitatis impudentiæque suggerere, Atque id ipsum a Salvatore nostro didicimus: Lauanti siquidem manus suas Pilato, ac Iudæorum calumnias recipienti, nullum vltterius verbum fecit. Sed potius vxori oraculum edidit, ut qui tum inter reos habebatur, non ex verbis, sed ex viribus suis, Dominus esse crederetur. Cæterum, ad cauillationes Caiphæ respondens, professione ipsa, quis esset, indicauit, omnesque ad sui cognitionem traduxit. Diu igitur, multumque superledens, intuensque impudentiam istorum hominum, vitilitationesque verborum, vix tandem me pudore commouit tuus pro veritate zelus, ut mea quoque verba subiungerem: sed tamen, ut nihil tuis scriptis adicerem, quo aduersarius suis verbis, quibus in contradicendo usus est, reuictus de sententia sua decedat, & recepta fide compescat linguam suam a malo, & labra sua ne loquantur dolum: idque tandem ab illis obtineatur, ut desinant in posterum exprobrare cum prætereuntibus Iudæis suspensio in ligno, inquietes, Si Filius Dei est, seruet seipsum. Quod si ne sic quidem cohiberi queant, tu tamen memor sis Apostolici præcepti, Hæreticum hominem post vnam atque alteram admonitionem deuita, cum certum habeas, illum peruersum esse & peccare suo ipsius iudicio condemnatum. Certe aut Ethnici sunt, aut ex numero Iudaizantium qui talia audent: iidemque, vel, ut Iudæi, scādalum: vel, ut Ethnici, stultitiam autumat crucem Domini. Quid si se Christianos videri velint, discent tandem Christum patibulo affixum,

Mat. 17.
Esai. 7.
Ioan. 1.
Mat. 26.
Mat. 14.
Exod. 33.
Ioan. 10.
Ibidem.

gens, & exacte sacras literas examinans, seipsam inædificauit super petram: Ecclesia (inquam) illa, quæ perfecta columna est, quæ gubernaculum tenet rectæ & piæ Fidei in cymba Apostolica, dum interim decumani fluctus sese allidunt immobili patræ, ubi in sese reuoluti despumantesque euanescent. Decumanos autem fluctus puta omnes hæreses. Nos autem (ea mea est adhortatio) hoc triplici funiculo & indissolubili, manipulos costringamus, & secundum madata Verbi agamus: quo peruenire liceat ad pascua salutaria in regno cælorum ut dicat Filius & Verbum Dei Sapiencia illa Patris Ecce me & pueros meos quos tradidisti mihi, & dignetur vos ita compellare: Probi serui, boni & fideles, in exiguis fuistis fideles, iam magnis vos præficiam, intrate in regnum cælorum, quod vobis præparatum est.

Dominum esse gloriæ, & potentiam Dei, & Dei Sapienciam. Quod si hic addubitant, num Deus sit ad Thomam cum pudore oculos reiciant, palpantem crucifixum, illumque & Dominum & Deum confitentem: & metuant Dominum, qui post lotos discipulorum pedes, ita loquitur, Vos appellatis me Dominum & Magistrum vestrum, & recte dicitis, sum etenim. Cæterum, quo corpore eluit pedes, in eodem peccata nostra extulit in lignum: eundemque ex testimoniis constat, rerum ac naturæ esse architectum, contrahente sole radios suos, terra contremiscente, dissiliētibus saxis, carnificibusque agnoscentibus illum, qui ita in cruce pendebat, esse verè Filiū Dei. Nō enim corpus quod oculis patebat, hominis tantum erat, sed & Dei: in quo etiam tum, cum crucifigeretur, mortuos excitauit. Quapropter neque illorum audacia bona est, qui dicunt ad eum qui iam homo erat, factum esse Verbum Dei: idem enim actitatum est, & in singulis Prophetis, & in reliquis Sanctis, ne totiens verbum, quotiens ad illos factum dicitur, natum esse, & mortuum esse existimetur. Non est ita, absit, sed semel in consummatione seculorum, ad exautorandum irritumque reddendum peccatum, caro facta est, & ex Maria Virgine prodiit homo ad similitudinem nostram, ut & ad Iudæos dixit, Queritis occidere me hominem, qui veritatē vobis locutus sum: quippe, q̄ nō ex participatu corporis humani, sed Verbi cōmunionem dii efficimur. Quinimo & hoc admiratus sum, quomodo vel cogitare ausi sint, eum naturæ ordine hominem esse factum. Si enim ita esset, superflua esset Mariæ commemoratio: siquidem nō agnoscit natura virginem citra virum parturientem. Quapropter ille, in quo pater ipse sibi complacuit, Deus verus, & ex natura Verbum & Sapiencia Patris, homo ob nostram salutem corporaliter est factus, ut haberet quod offerret pro nobis, seruaretque nos omnes, quotquot formidine mortis per omnem vitam obnoxij eramus: seruituti. Non enim homo quispiam semetipsum pro

Ioan. 20.
Ioan. 19.
Ioan. 8.
Absurdū

Redemptio non potuit fieri per meritum creaturæ Gen. 3.
Ioan. 1.
Mat. 8.
Ioan. 11.
Simile.

nobis dedit, quandoquidem omnes homines rei erant mortis: iuxta illud verbum, Terra es, & in terram abibis: neque id fieri potuit per ullam rem creatam, quia omnis creatura de mutabilitate suspecta est: sed ipsum Verbum suum corpus pro nobis obtulit, ne in hominem spe aut fiducia moueremur, sed in ipso Deo Verbo fiduciam nostram constitutam haberemus, Cæterum, eo homine facto videmus gloriam eius, vt gloriam vnigeniti ex Patre, pleni gratia & veritate. Quæ enim per corpus sustinuit, ea vt Deus magnificauit, & carne quidem esuriit, diuinitus tamen esurientes satiauit. Quod si quis offenditur rebus eius corporalibus, fidem tamen constituat in illis, quæ, vt Deus, operatur. Percunclatur enim humanitus, vbi Lazarus sit situs, sed tamen excitat eum prorsus diuinitus. Quapropter ne quis irrideat verba, dum audit puerum ætatem, incrementum, edere, bibere, pati: ne si quæ pecularia sunt corporis, abnegauerit, abneget etiam plane eius ad nos aduentum, Et quemadmodum non naturæ ordine homo factus est, ita tamen ex ordine erat, vbi corpus assumpserat, vt ea in se ostenderet, quæ propria erant corporis, ne phantasia Manichæi inualesceret, Rursumque ex ordine erat, corporaliter sese gerentem, non occultare ea quæ sunt diuinitatis, ne Samosatenis causam sui erroris reperiret, hominem cum dicens, & diuersum à Verbo deo. Hæc secum expendens infidelis

A homo, addiscat, eum quidem, vt puerum, in præsepio iacentem, magos tamen adducere, vt sese adorarent: ac, vt puerum quidem, in Ægyptum descendere, manuaria tamen opera idololatriæ demoliri: & carne crucifixum, mortuos tamen iam olim in vitam reuocare. Commonstratumque omnibus est quod non sui causa, sed nostri gratia sustinuerit hæc omnia: vt nos illius passione incorruptibilitatem & impatibilitatem amicti, perdurarem in vitam æternam. Hæc breuiter ex tuis, quemadmodum dixi, mutuatus sum & nihil ad ea de meo adiectum volens, solummodo diuinæ crucis mentionem feci, vt quibus scandalizati sunt fastuosi, istis ipsis in diuersum instituti, crucifixum adorarent. Tu porro: in genere infideles ad Fidem admonendo reuoca: forsitam breui ex inscitia, ad scientiam profecerint: & à peruersa, ad rectam Fidem peruenerint. Quod si, quæ tu scripsisti, non sufficiunt, saltem pro admonitione aduersus peruicaces rectum fuerit & ista apponi: vt non quasi de ausis suis reprechenti crubescant, sed quasi admonitione expergefacti, non obliuiscantur veritatis. Vincant autem & robur suum habeant, quæ Niceæ patrum confessionibus constituta sunt: recta enim Fides est, & quæ sufficiat, exterere omnes impias hæreses, & præcipue Arianam, quæ in Verbum Dei blasphemias dicit. Saluta omnes recte sentientes. Salutant te omnes mei.

Exhortatio.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, IN ILLVD PROPECTI IN PAGVM QVI EX ADVERSO EST, INVENIETIS PULLVM ALLIGATVM, &C.

Mat. 21.



Eccle. 3.
Matth. 6.
1. Cor. 6.
Eccle. 3.
Tempus querendi.

Qui terrena sapuerunt, Dei que madata aspernatui habuerunt, delassati in hac vita ante inuentionem boni, in inscitia ætatem suam contriuerunt, arbitrorque sapientissimum Salomonem ea de causa dicere, Tempus querendi esse, & tempus perdendi: peccasti, desine, Si enim aliquando in inscitia versatus, perniciem animæ tuæ conciliaisti, at iam tempus superuenit, vt eam quæramus, vt & in Euangelio Saluator dicit, Querite, & inuenietis. Quando autem eam inuestigabimus potius quam nunc, cum præsens est Dominus qui nos dissoluit ex vinculis diaboli: vt & Apostolus dicit, En tempus acceptabile en diem salutis. Tempus igitur venit, vt peccatum, quod tenebras obducit, perdamus: tempus vocat vt quæramus quod errabundum est, quo soluamur à vinculis. Venit enim qui eximit è vinculis ligatos, & fulcit contractos: venit qui annunciat dimissionem captiuis, & cæcis recuperationem visus, Tunc saliet vt ceruus, claudus, & expedita erit lingua mutorum. Quin & aliter tractemus hoc Verbum: Nam Salomonis sententiolæ desiderium in nobis attentionemque acuunt. Tempus querendi, tempus perdendi: quandoquidem longo iam tempore errabundum erat genus humanum, & peribat diaboli fraudibus, Tempus eius querendi venit, & eximendi è captiuitate, Necessarium quippe est, vt quæramus & addiscamus, quod littera occidit, Spiritus autem viuificat. Id quum ita se habeat, tempus

C est vt pereat figura & umbra literæ, quæ vsque ad tempus correctionis instituta fuit. Re enim perfectiore in lucem emergente, id quod ex parte est, aboletur. Quoniam cum eram puer, loquebar vt puer: vbi autem vir sum factus, aboleui ea quæ erant pueri. Imo & ipse Saluator dicit, Qui inuenit animam suam, perdiderit eam. Hoc est, qui quærit animam, eamque in peccatis reperit, accelerandum est illi vt eam perdat, non sinens eam in peccatis inueterascere: vt, oblato tempore, quam vestigat in virtute inueniat. Qui enim animam suam, quæ extra supplicium est, inuenire cupit, perdet in præsens, vt Christum lucrifaciat. Porro, quid perdere sit isthic, à Salvatore exponitur, non, vt perniciem animæ nostræ conciliemus, sed vt tempore martyrij, neque possessionibus, neque liberis, neque paribus, neque corpori, ne ipsi quidem denique animæ paritum velimus, sed nos offeramus vsque ad mortem, vt (quemadmodum dixi) inueniamus animam nostram in regno cælorum. Id enim Saluator docet, Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus. Qui igitur vult inuenire animam suam, perdat eam in hoc tempore. Necessum est igitur in nobis perdi malitiam, vt quærentes virtutem, eam inueniamus. Si quis enim non conquieuerit ab ira, quomodo ad mansuetudinem exercebitur? Si quis à se non exterminauerit fornicationem quomodo is ausit temperantiam profiteri? Primū siquidem, par est abijci omnem auaritiam, idololatriam, atque ita quætere possessionum neglectū incuriamque,

1. Cor. 13.

Mat. 10.

Martyr repere ad mortem se effert libenter.

Ibidem.

Can. 3.
Mat. 21.
Pullum soluere cuius sit.
Hebr. 11.
Fide magnum.
Es. 53.
Heb. 13.
Heb. 12.
Mar. 19.
Gen. 3.
Mat. 18.
Luc. 15.

incuriamque, & studium religionis. Quæsiui enim, inquit, quem diligit anima mea, quæsiui & inueni eum, & introduxi illum in domiciliū matris meæ & in cellam genitricis meæ. Istis verbis Christus significatur, qui ob nostra peccata cælitus descendens, & conceptus & natus est, & in præsepio reclinatus, vt seruaret genus humanum. Tantopere enim nostri curam gerit, vt etiam nunc emendet discipulos suos in pagum ex aduerso situm, dicens ad illos, Pergite, & inuenietis pullum alligatum, quem solutum adducite mihi: qui prout in mandatis habebant, pullum soluunt. Magnorum siquidem virorum est pullum istum soluere dilectissimi, nō quod magni sint corporali statura, sed quod fide, charite, iustitia, prudentia, fortitudine ingentes sint, qualem contestatum est Mosem fuisse, vt Apostolus ait, Fide Moses ingens factus, detrectauit appellari proles filia Pharaonis, Quin & proficiens Isaac, magnus euasit. Eorum enim qui ad istam rationem magni sunt, est soluere pullum istum. Vtinā & ego ita magnus essem, vt possem asini istius dissoluere retinacula. Vnusquisque enim nostrū obligatus est vinculis peccatorū, vt ait scriptura, Quoniam catenis suorum peccatorum quisque cōstringitur. Optamus igitur, vt & ad nos mittat discipulos suos Iesus, quo resoluant vincula, quibus vnusquisque nostrum innouatur. Hic enim obuincitur auaritia, ille implicatur fornicatio nibus, alius ebrietate alligatur, alius rursus detinetur inani ambitione. Est qui iniurias facit, est qui rapiat quæ sunt sui proximi & pauperis, alius vlturam vlturæ accumulatur, & in summa, omnes laboramus nostris vitiis, & indigemus Saluatoris curatione, eoq; opus habemus, vt ad nos emendet discipulos suos, & liberent nos è diaboli compedibus: ita enim dicit ad discipulos suos, Cum abieritis in pagum ex aduerso, inuenietis ibi pullum alligatū, soluite & adducite mihi. Pagum ex aduerso cum audis, terrestrem locum intellige: nam ciuitas nostra cælestis est, vt Apostolus scribit, Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram requirimus, cuius conditor & opifex Deus. Rursus ab eodem dicitur, Non accessistis ad montem palpabilem, ignibusque obiectum, sed accessistis ad montem Sion, ciuitatem Dei viuentis, cælestem Hierusalem, & ad conuentus millies mille Angelorū, Tales fuerunt omnes Sancti, & qui secundum Paulum incedentes eodem contendunt. Audi rursus eundem, Si eius memores fuissent, ex qua eiectione sunt, haberent fortasse occasionem reuertendi, nunc autem meliorem affectant, hoc est, cælestem. Tales nimirū fuerunt discipuli, qui cum Petro dixerunt, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Emittuntur igitur vt soluant pullum. Saluatoris enim aduentus & humanitas reuocauit nos ex pago è regione posito in cælestem suam ciuitatem: illam, inquam, quæ supra est Hierusalem. Eiecti sumus ex paradiso deliciarū, & in pagum ex aduerso quasi in coloniam deducti sumus, Eiecit enim, inquit, Deus Adamum, & constituit eum ex aduerso paradisi deliciarum. Atque ita igitur in pagum ex aduerso mittuntur discipuli à Christo, vt soluerent pullum. Vide mihi hic, quæso, num ob illum eiectionem è paradiso, & ex aduerso habitantem, discipuli mittantur. Idcirco enim venit Saluator, relictis nonagintanovem ouibus, quæ non errauerant, vt inde profectus quæreret

A ouem errabundam, illamque inteniens, de ea lætaretur, vnaque gratularentur & Angeli super vno peccatore penitentia agente. Quærendum porro, an soli ad ministeria pulli, emitti sint discipuli ad pagum ex aduerso: scio enim ante Apostolos inuisibiles potentias Christo inseruuisse. Plane igitur & ipsas potentias operam Domino daturas, Dominus vnà cum Petro emittit in pagum aduersum, vt soluerent pullū. Audi de eo Euangelistam loquentem, Et ecce, inquit, Angeli venientes ministrabant ei. De humanitate porro à Dauide dictum est, Panem Angelorum manducauit homo, panem cæli dedit eis. Ne quis igitur in corpore versans, & in hanc vitam proclinator, existimet sese in hac vita ciuitatem habere. Nam non potest qui ea quæ sunt carnis, sapit, in hac magna ciuitate reperiri, vt qui adhuc in pago moram faciat: Sensus enim carnis inimicitia est apud Deum. Scire igitur oportet, quod qui in pago inquilinus est, non moderatur animo, non in rebus agendis mentem pro duce vsurpat, non seipsum in potestate habet. Ista enim propria magnæ sunt ciuitatis. Nā cum quis in virtute moratur, & ex prudentiæ imperio agit, sapientiamque in concilium adhibet, & per continentiam principatum moderatur, tum efficitur Sanctorum imitator. Sancti enim nullam habent ciuitatem, sed, vt dixi, futuram inquirunt, cuius artifex opifexque Deus est. Audi de ea re Apostolorū loquentem, In terra ambulantes, ius moreque ciuitatis in cælis habemus: siquidem nostra ciuitas in cælis est dilectissimi. Insinuat enim Apostolus eo verbo in terra obambulantes, profectum quem hic faciunt ij, qui postea in cælo iure ciuium victuri sunt. Profecti igitur discipuli, pullum soluerunt. Discipulorum opus est soluere hunc pullum, & discipulorū quoque est, posse ea prestare quæ à magistro iubentur. Multi enim qui videntur discipuli Iesu, nō modo faciunt, quæ ab eo præcipiuntur, sed & magistro insidias ponunt, vt proditor Iudas. Qualis est igitur hic pullus charissimus, qui non vnus Dominum habet, sed plures? Dixerūt enim domini istius pulli, discipulis, Quid soluitis pullum? Nōne si mēte præditus esset, sufficeret, si ei vnus Dominus assideret? Nunc autem complures sunt eius Domini secundum Euangelium. Dixerunt enim (vt ait Scriptura) Domini eius ad discipulos, Cur soluitis pullum? Quorum fortasse & hæc verba fuerunt, Non videtis quot Domini simus, & quemadmodū ligatus sit, quomodo eum teneamus micipatū nobis? cur aufertis nobis quæstum? quid expectationem nostram soluendo perimitis? Hic solus etiamnum reliquus superest, & hunc à nobis segregare fatagitis? Si ille soluat à vinculis, nos pro eo in vinculis erimus. Terrebantur igitur dæmones, cū viderent pullum vinculis eximi, conturbabantur in se aduersariæ potestates, quæ nos in captiuitatem abegerant: verum cum superuenisset Dominus Iesus, eiusque præsentiam agnoscerent, in metum coniecti sunt, cum audirent eum ad discipulos loquentem, Ecce ego dedi vobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & contra omnes vires inimici, Expauerunt facti sunt audiendo. Abite, & docete omnes nationes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Metuebant enim hic esset, qui tenebras illustraret. Audierant enim ex Propheta: Galilæa gentium, populus qui

An soli apostoli possint solvere pullum.

Matth. 4. Psal. 37.

Phil. 3.

Ciuitas nostra in cælis est. Mat. 21.

Dominos multos habet pullus quales.

Matth. 21.

Dæmones pulli domini.

Mar. 16.

Ibidem.

Es. 9.

sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Omnes igitur pullo inhiabant, omnes illum circumcirca obfidebant, nullus omnium ab eo absistebat. Tanti est hic pullus, vt omnes eum possessores custodiant. An non, quæso, sensibilis erat? Domini illi affidebant, & asellus sensibilis, multorum dominorum efficitur possessio, & omnes qui nacti sunt, obsident eum. Nullus eorum negocia obit, nemo eorum abscedit, imo nullum illis aliud opus in manibus, omnes pariter nõ in aliud occupati sunt quàm vt asellu sensibilem in biuio aligent. Asinus interim diuersorium non habet, præsepe non habet. Non est qui in forum descendat, id tantummodo agitur, vt pullus sensibilis in biuio vinciatur & omnes Domini eius seruandi causa in proximo assident. Hæc cum dico, historiam nõ aufero: non enim spiritu literam tollimus, sed spiritum vim efficaciamque litera conseruamus. Verissimum siquidem est Dominum in sensibili asino sedisse, quum ex Bethania Hierosolymam proficisceretur: de ea enim ita Zacharias in oraculis suis edidit, Dicite filia Sion, Ecce, Rex vester venit, mansuetus, sedens in asino & pullo subiugalis sobole. Salua igitur historiae fide, perscrutor quæ in ea desossa sunt. Perscrutemur inibi thesaurum repositum, quæramus spiritus efficaciam: non enim nudæ historiae attendimus, quæ propria est Iudæorum vefania. Quinimo & Christus refutans eorum stultitiã, ait, Scrutamini scripturas, quoniam in illis putatis vos habere vitam æternam. Cæterum, Iudæi nudæ literæ adherentes, fame extabuerunt. Nos igitur fratres, certi literam occidere, spiritum viuificare, non solum historiam scripturarum sequamur, neque, vt Iudæi, nudæ literæ adhæreamus, sed quemadmodum scriptum est, perscrutemur, vt ibi testimonia de Christo reperiamus. Ridebunt quidem Ethnici nobis obtrectantes, quod Deus Christianorum, cui nomen est Christus, in asello confederit: sed nobis in dubio nequaquam versatur, neque inficiari volumus eum in carne venisse. Ideo enim corporaliter peregrinatus est, vt id quod perierat, quærendo inuestigaret, & quod errauerat, reduceret. Ita enim vaticinio Prophetæ denunciatum est: Conuertimini filij conuertendo, & ego sanabo cõtritiones vestras. Non ab re igitur est, quod ista in scripturis significantur dilectissimi. Magnus siquidem hic est asinus, & qui alicubi filius iunior appellatur: pullusque est, hoc est, asinus teneræ etatis. Sciamus igitur nos hunc pullum esse, hoc est, nostram humanitatem: quem iidem abigei, qui eum in captiuitatem auerterant, vinculis indissolubilibus obligauerunt. Vnusquisque enim eorum vincula vinculis congeminauit, & omnibus modis, vt ipsis in tuto esset, omnem curam adhibuerunt, & vt ego existimo, pedes quoque eius cõcatenarunt, non sinentes eum ad meliora progredi. Verum ob id peregrinatione suscepta, amator hominum Filius Dei imperat discipulis suis, dicens. Abite in aduersum pagu, & inuenietis pullum alligatu, quæ vbi solueritis, adducite mihi. Multa igitur bona nobis largitus est Dominus dilectissimi. Non enim solum nobis vincula peccatorum dissoluit, sed & potestatem nobis dedit calcandi non solum super serpentes & scorpiones, verumetiam super omnes inimici vires. Diabolus namque fuit, & mundi principes tenebrarum istarum qui nos captiuos

abegetant, & indissolubilibus vinculis obligatos progredi non sinbant, neque concedebant, vt in via bona procederemus. Sed ne ita quidem mitiores, in vinculis nos detinentes, circumcirca obfidebant, vt crudeles & efferati Domini. Cæterum, Dominus qui ideo iter susceperat, vt prædicaret captiuis remissionem, & cæcis recuperationem visus, emandat discipulos suos, & dissoluunt asinum. Cui, quum ita solutum haberet, præsepe ædificat, & pabulum apparat. Id enim Propheta quæ indicare vellet, his verbis vsus est, Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco herbido ibi me collocauit. Super aquam refocillationis educavit me, animam meam conuertit. Ac rursus, Qui progerminat pecudib. scænum, & herbam in seruitutem hominum. Conuersi igitur, sensibiliores reddamur, & agnoscamus benefactorem, bonaque eius nobis tributa alacriter suscipiamus. Ita enim gratias agentes, poterimus cum Dauide dicere, Præparasti coram me mensam è regione inimicorum meorum. Tale nimirum illud est, Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Et fortasse ob istum pullum Iesus in præsepe reclinatus fuit: alioqui verissimile non est, Iosephum virum nobilem, & è regia stirpe oriundum, qui filius Davidis appellatus est, locum in diuersorio, aut alibi mansionem obtinere non potuisse. An diuinæ dispensationis erat, quod tum agebatur? Nimirum etiam tum quoque aduersarius noster diabolus, videns felicitatem hac in parte humani generis, pro more suo inuidia motus est. Arbitratus enim aliquem è vulgo Dominum esse, subornauit Herodem, qui quæretet verum regem iam in lucem editum, vt perderet eum. Proprium quippe est istius efferatissimi, perdere & occidere: Iesu contra peculiare est, seruare & recipere. Parcit enim suis creaturis, quoniam omnia per eum genita sunt. Inuestigamus ergo verum nostrum Regem Iesum Christum, nosque ipsos examinemus, num soluta sint nostra vincula, vt in melius proficiamus. Quod si nondum soluta sint vincula, tradas te ipsum discipulis Iesu: Adfunt enim, qui te soluant pro potestate ea quam à Saluatore acceperunt. Quæcunque enim ligaueritis, inquit, in terra, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueritis in terra, erunt soluta & in cælis. Et si quibus remisit peccata, remittuntur eis. Beati, quorum remisit sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Dixerunt igitur Domini pulli ad discipulos, Cur soluitis pullum? Illi respondunt, Quoniam Dominus eo opus habet. Audis discipulorum sapiens responsum? Audientes enim falsi Domini, quod verus & certus Dominus eius operam requirat, non replicant responsum, sed terga dantes contradicere non audent. Statim igitur ad principem suum diabolum festinant, eique, quod euenerat, renunciant. Et vide mihi illic consilium & deliberationem contra Dominum iniri. Coguntur ibi vniuersæ aduersariorum potestates, efficiturque Ecclesia malignantium, vt adimpleatur quod dictum est per Prophetam, Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum contra Dominum, & contra Christum. Dicuntque ad diabolum, dæmones, Quid agimus? pullus solutus est, & abiit ad Dominum, neque amplius est sub tua manu, non amplius illius

Christus vere super asinu sedit. Zach. 9.

Ioan. 5.

X

osee 14.

Humanitas nostra est asinus.

Math. 21.

Peccata remittendi potestas data.

Psal. 21.

Psal. 22.

Psal. 103.

Psal. 21.

Esa. 1.

Luc. 2.

Ioan. 20.

Mar. 16.

Psal. 31.

Math. 21.

Dæmones cedunt Apollis.

Psal. 2.

illius dominaberis. Iam in reliquu cogitabat diabolus, quidnam contra Iesum potissimum moliretur. Atque inde est, quod conuenerunt Scribæ & Pharisaei in atrium Caiphæ, & concilium inierunt contra Iesum. Ignorabat enim illi perditissimi eius mortem, nobis immortalitatem præbituram: cuiusque descensum, ascensum nobis in cælos conciliaturum esse. Resurrexit enim Dominus tertia die à

mortuis, spoliato inferno; calcato inimico; abolita morte, fractis quibus tenebatur vinculis peccatorum, ligatoque; exemit, dicens, Surgite, faciamus hinc liberati à seruitute diaboli. Agnoscamus igitur benefactorem, glorificemus Patrem cum Filio & Spiritu Sancto, vnam Deitatem confiteamur: ita enim vitam instituētes, regnum cælorum possidebimus in Christo Iesu Domino nostro.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, IN PASSIONEM SALVATORIS

SEGMENTVM ALICVNDÆ ex Athanasio diuisum.



HOMINVM certe peccata plurima erant, & vniuersum terrarum orbem hoc malum occupauerat, quod quidem & magnum ab initio erat, & paulatim crescebat, neque amplius in hominibus tolerari poterat. Nam & mors in omnes, & contra omnes inualefcendo regnum dominatumque exercebat. Dominus contra, immortalis & incorruptibilis subsistebat, & vt ille immortalis & incorruptibilis, ita quoque omnino & bonus & humanus est: quum sit boni patris bonum verbum. Quapropter non per incuriam commisit, id quod creatum erat, interire; neque sustinuit suorum operum alium haberi Dominum: Sed quum videret malitiam iam intolerabilem esse, neque humanum genus morti ulterius resistere, neque supplicium suorum delictorum luere posse: Transcendebat enim omnem pœnam excessus peccatorum, respiciens autem ad patris bonitatem, vidensque in singulis personis sufficientiam & vim: Christus enim Dei potentia, & Dei Sapientia, humanitate concitatur, & miseratus nostram imbecillitatem, eam ipsam induit. Ipse enim (vt Propheta ait) infirmitates nostras sustinuit, & languores baiulauit, miseratusque nostræ mortis ea ipsa circumamictus est: quemadmodum Apostolus dicit, Humiliauit seipsum vsque ad mortem, idque mortem crucis. Conspicatusque quàm non soluendo essemus ad luendam pœnam, illam ipsam pœnam in se trãtulit. Christus enim factus est pro nobis piaculum, & ita humanitate nostra indutus, & circumuestitus sese obtulit Patri, vt ipse pœnam sustinens, hominem à pœna liberum faceret, & magna exiguis permutaret. Descendit enim vt nostrum ascensum intrueret, & expertus est natiuitatem, vt nos per eum ingenito conciliaremur, diceremurque; cum Paulo, Ad omnia fortis sum in fortificante me Iesu Christo. Sumpsit corpus corruptibile, vt quod corruptibile erat, indueret incorruptibilitatem. Induit mortale, vt quod mortale est, indueret immortalitatem: & in summa, factus est homo, & mortuus est, quo nos, vtpote homines morientes, viuificaremur, neque ulterius pateremur regnum mortis. Mors enim illi non dominatur, vt sermo Apostolicus denunciatur: Ideoque etiam in cruce suffigitur, vt maledictionem redimeret, & nos benedictionem possideremus. Ipse enim patiendo nihil detrimenti passus est, sed potius gratificatus est: & mortuus non mansit cadauer, sed potius cadauera viuificabat:

& mactatus non interiit, sed sanguine suæ mactationis omnes simpliciter redemit: & ipse mansit impatibilis. Verum qua ratione id factum sit, quis enarrauerit? Audi duarum rerum in hoc ipso congressione coitumque esse factum, rerum (inquã) non similiu, sed nulla comparatione inter se cõuenientiu: Mortale enim immortalis cõferebatur, & corruptibile corpus cum verbo incorruptibili coaluit: & mortale quod erat, non nocuit immortalis: quippe quod patibile non erat. Sed mansit prorsus sine noxa, ac in mortem dominatum habuit: Siquidem victa victoris imperio subiacent, quod nimirum factum est per verbum immortale, quod in hoc coitu rerum adhærebat, morsque in eo mirabili modo destruebatur: vt stipula ab igni aboletur. Quin verbum incorruptibile, corruptibile potius, in quo erat, adiuuit. Tenebræ enim à lumine illustrantur: & quod minus est, à maiore benedictionem accipit. Ideoque nunc per carnifices scortas vestes, quas in Adam acceperamus, exuitur, vt pro iis Christu induere possimus: eaque de causa vestes suas diuidi passus est, vt nos à Patre indiuisum Verbum haberemus. Ego enim (inquit) & Pater vnus sumus, ideoque super tunica sorte mittunt, vt fors nostra Christus foret, quemadmodum Psalmographus scribit, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Quapropter non alibi patitur, neque in alia regione crucifigitur, nisi in Caluarie loco, quem Hebræorum Magistri dicunt Adami sepulchrum fuisse: ibi enim, post maledictionem hamatum esse asseuerat. Quod si res ita se habet, non possum non admirari, passionis commoditatem & aptitudinem peculiarem: Oportebat enim dominum renouare cupientem, primum Adam renouare, vt soluto illius peccato, peccatum vndique tolleretur ab vniuerso hominum genere, & quandoquidem audiuit Adam, Terra es, & in terram reuerteris, ita iam vicissim audiret, Excitare qui dormis, surge è mortuis & illuminabit te Christus: & iterum, Surge, & sequere me, vt non ulterius calces terram, sed ascendas in cælum. Necessè est enim excitato Saluatore, coexcitari quoque cum eo etiam ipsum Adamum, omnesque ex Adamo oriundos: Et quemadmodum moriente Adamo nos quoque mortui eramus, ita quoque excitato dominico corpore, necessum est vt omnes simul excitentur. Hæc enim est mens verborum Pauli ad Corinthios scribentis: Quemadmodum in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur.

Peccata plurima generis humani.

Filius Dei nostra humanitate induit nostri miseris.

Esa. 53. Philip. 2.

i. Cor. 15. ibidem. Mortuus est Christus, cur. Rom. 6.

Caro immortalis facta per verbum Dei.

restimeta Christi diuisa, quid Luc. 10.

Psal. 15.

Gen. 3. Esa. 60. Ibidem

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, AD MARCELLINVM

DE INTERPRETATIONE

Psalmodum, Epistola.



LAVDO tuam in Christo voluntatem charissime Marcelline. Nam & præsentem tentationem, quam plurima in ea sis passus, benefers, & meditationis, deuotionisque curam non negligis. Quærens enim ex tuo tabellario, quid post morbum ageres, rescui te vt omnibus diuinis literis vacare, ita potissimum Psalmodum libellis inhære, & magna contentione agere, vt sensum, qui in singulis Psalmis est, assequere. Quapropter magnopere amplector te, quum & ego magno desiderio in eundem librum, vt in omnes sacras literas, ferar. Ego igitur quum hoc affectu essem, incidi in senem bene industrium: Volôq; tibi, quæ ille mihi de sacro Psalterio, quod manu tenebat, sermocinabatur, perscribere. Proba enim mihi illius ratio & credibilis in primis videbatur, fuere autem hæc eius verba. Omnis quidem ô fili, apud nos, siue noua, siue vetus scriptura, numinis afflatu prodiit, & idonea est ad erudendum, sub ea forma specieiue verborum qua concepta est, sed tamen præcipua attentione obseruationeque codex Psalmodum dignus est. Singuli quidem libri suam & propriam suppeditat historiam. Nam quemadmodum Pentateuchos mundi ortum, acta Patriarcharum, & Israël ex Ægypto emigrationem, ac deinde præcepta legum, tabernaculi & Sacerdotij ordinem: Ita triteuchos tribu sortes, & Iudicum res gestas, & stirpem Dauidis complectitur, libri quoque Regum, & *παρὰ λέγειντων* Regum historias continent. Esdras autem liberationem captiuitatis, remigrationemque populi, & ædificationem templi recenset. Prophetæ vero de aduentu Saluatoris, de præceptis minisque præuaricantium, & fatis gentium mentionem faciunt. Psalmodum autem volumen, veluti paradysus, in quo sunt omnia genera lignorum plâtata, modulando sua quædam propria inter cantandû ostendit. Nam & quæ sunt Geneseos, decâtat decimo octauo Psalmo, Cæli (inquiens) enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annunciat firmamentum. Et in 23. Domini est terra, & plenitudo eius, orbisque terrarum, & omnes incolæ eius, Ipse super mare fundauit eam. Nec non & res Exodi, Numerorum & Deuteronomij pulchre cõcinit in 77. Psalmo, & in 84. Psal. & in 105. & in 113. In exitu (inquiens) Israël de Ægypto, familiæ Iacobi è populo barbaro. In 104. eadê psallit: Emisit Mosẽ seruum suum, Aaronem, quem delegerat sibi: Et emisit tenebras, & obtenebrauit eos, & cõuertit vndas eorum in sanguinem. Et eructauit terra eoru ranas: atq; omnino omnem istum Psalmodum in hoc genere argumenti versari deprehendes. Porro quæ sunt Sacerdotij & tabernaculi, in 28. refert: Offerre Domino soboles Dei, Offerre Domino soboles arietum. Itidemque quoque quæ sunt Iesu Naue & Iudicum, exhibet quodammodo in 106. Psalmo ad istum modû loquens, Et condiderunt oppida Coloniarum suarum, & seminauerunt agros, & plantauerunt vineas.

Psalmodum liber ceteris excellentior.

Veteris testamenti summa.

Mysteria sacra fere oia Psalmodum complectitur.

Psal. 113. Psal. 104. Ibidem. Ibidem.

Psal. 28. Ibidem.

Psal. 106

Quandoquidẽ sub Iesu Naue distributa est illis terra repromissionis, & in eodem Psalmo perpetuo tenore in eodem genere argumenti decurrit, Et vociferati sunt ad Dominum dum tribularentur, & ex necessitatibus ipsorum liberauit eos. Quod ipsum præ se ferunt acta Iudicum: Tunc enim ad clamores illorum, suis quosque temporibus iudices excitauit, & seruauit populum ab illis qui eos affligebant. Ea quoque quæ Regum sunt, quodammodo in decimonono psallit. Isti in curribus, & isti in equis, nos autem in nomine Domini magnificabimur: ipsi autem compediti sunt & ceciderunt, nos contra surreximus, & erecti sumus. Porro quæ sunt Esdræ 125. graduum decantillat: Dum conuerteret Dominus captiuitatẽ Sion, facti sumus sicut consolati, & rursus in 121. Latatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus, Stabant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius, participatio ibidem est: illuc enim adscenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israël. Iam quæ sunt Prophetarum, fere vbique significat, de aduentu Saluatoris. Siquidẽ, quod Deus aduenturus esset, in quadragesimo nono ira profert. Deus (inquit) manifeste veniet, Deus inquam noster, & non in silentio erit. In psalmo vero 117. Benedictus (inquit) qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis ex domo Domini, Dominus Deus & apparuit nobis. Quod autem idem ille Dominus Deus sit Patris Verbu, in Psalmo 106. suo carmine manifestũ facit: Emisit Verbum suu & sanauit eos, & liberauit eos à luc ipsorum. Nam Deus qui venit, ille ipse est Verbu quod emissum fuit. Hoc ipsum Verbum, quum agnosceret esse Filium Dei, voce Patris nominauit, & eructauit (inquiens) cor meum Verbum bonum, Et rursus in 109. Ex vtero ante Luciferum genui te. Quid enim aliud ex Deo genitum esse dicas, nisi Verbum & Sapientiam ipsius? Idcõque quum sciret Psalmodographus eum Verbum Patris esse, in hanc formam locutus est in tricesimo secundo, Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris illius vniuersa potestas eorum. Neque Christum venturum ignorauit, vtpote qui magnifice de ea re mentionem faciat. In quadragesimo quarto Psalmo: Thronus tuus Deus in secula seculorum, sceptrum rectitudinis sceptrum Regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, Ideo vnxit te Deus oleo exultationis præ consortibus tuis. Et ne quis opinaretur eum sub inani spectro aduenturum, declarauit hunc ipsum hominem fore, illumq; ipsum esse, per quem omnia sunt condita, cum ita loquatur in 86. Psal. Mater Sion dicet, Homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus: ea enim paria sunt cum illo Euangelij, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt. Quocirca etiam de Virgine puerpera non ignarus, arcum illud ipsum silentio non prætermisit, sed eius rei indicium fecit in 44. Psalmo, Audi filia, & vide, inclina

Ibidem.

Psal. 19.

Psal. 125.

Psal. 121.

Ibidem.

Psal. 49.

Psal. 117.

Psal. 107.

Psal. 106.

Psal. 44.

Psal. 109.

Psal. 32.

Psal. 44.

Ibidem.

Psal. 86.

Ioh. 1.

Psal. 44.

Ioh. 1.

Psal. 2.

Psal. 21.

Ibidem.

Ibidem.

Psal. 87.

Psal. 68.

Psal. 137.

Psal. 23.

Psal. 46.

Psal. 109.

Psal. 9.

Psal. 71.

Psal. 49.

Ibidem.

Psal. 81.

Psal. 46.

Psal. 71.

Ibidem.

inclina aures tuas & obliuiscere populi tui, & domiciliij Patris tui, quoniam desiderauit rex formam tuam, quando quidem ipse est Dominus tuus. Id rursus simile est dicto Gabrielis, Salue gratiosa, Dominus tecum: Et quum mentionem de Christo fecisset, confestim etiam humanam generationem quæ ex Virgine ortum suum traxit, indicauit, quum inquit: Audi filia. Gabriel quidem suo nomine eam Mariam vocat, vtpote genere alienus: Dauid autem illam ipsam, vt ex suo semine oriundam, filiam nominat. Et quum hominem cum futurum codex Psalmodum pronunciaisset, consequenter etiam cum in carne patibilem declarauit. Insidias autem Iudæorum prospiciens, ita modulatur in secundo: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Constituerunt reges terræ, & magistratus congregati sunt in vnum, contra Dominũ & Christum eius. In Psalmo 21. conditionem mortis, ex persona Saluatoris eloquitur, In puluerem mortis redegistis me, quoniam circumderunt me canes multi, & conuentus malignantiũ in orbem circuncinxerunt me. Foderunt manus meas, & pedes meos. Enumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super amictu meo miserunt fortem. Iam qui manus, pedesque suos perfosos loquitur, quid aliud quam crucẽ loquitur? Omnibus istis traditis, etiam illud adiunxit, Dominum non propter se, sed propter nos passionem subire, dicitque rursus ex persona eius tum in 87. In me constitutus est furor tuus: Tum in 68. Quæ non rapui tum iuebam. Non enim quia culpæ obnoxius erat, mortuus est, sed pro nobis passus est, iramque contra nos conceptam ob præuaricationem in se sustinuit, vt nobis liceret dicere in 137. Et saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem, Quoniã eripuit mendicũ è manibus potentis, pauperemq; cui non erat adiutor. Ideoquẽ eius in cælos adscẽsum, iam ante denunciat, dicitq; in 23. Attollite portas, Principes, vestras, & cleuentur portæ æternales, & intrabit rex gloriæ. Porro in 46. Ascendit, inquit, Deus in triumpho acclamatione, & Dominus in voce tubæ. Ascensionemque eius refert 109. Dixit, inquit, Dñs Domino meo, sede ad dextram meam, donec fecero inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. In 9. quoque Psalmo, perniciem etiã diaboli addit & clamat, Sedisti in folio, qui iudicas iustitiam, increpuiisti gentibus, & periit impius. Quin q; iudicium à Patre acceperit, ne hoc quidẽ occultũ habuit, sed illũ iudicem omniũ venturum præindicat, tum in 71. vbi inquit, Deus iudicium tuum regi da, & filio regis, vt iudicet populũ in iustitia, & pouperes tuos in iudicio: tum in 49. Aduocauit cælũ ex alto, & terrã ad iudicandũ populũ eius, Et annuciabũt cæli iustitiã eius, quoniã Deus iudex est, & in 81. Deus stetit in cõuentu deorũ, in medio deos diiudicat. Quin & vocationẽ gẽtium ex eo didiceris, præsertim & ex 46. Omnes gẽtes plaudite manibus, Iubilate Deo in voce exultationis, & ex 71. Coram eo procidẽt Æthiopes, & inimici eius terram lingent, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, & adorabũt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Et hæc quidẽ (inquit) in Psalmis canuntur, quæ in singulis voluminibus annunciantur. Cæterum nec sibi ignotũ esse scire ille aiebat, eadẽ in omnibus scripturis disertẽ

de Saluatore tradi, omnibusque eam esse communem prædicationẽ, & eundem spiritus cõcentum. Quemadmodum enim aliarum scripturarum argumenta in Psalmis licet reperire, ita quoque quæ sunt Psalmodum, in aliis reperias, quippe quum & Moses Odẽ scripserit, & Esaias canat, & Abacuch carmine preces suas faciat. Rursus in singulis libris videas vaticinia, legum præscripta, historias: neque id mirum, quum idem spiritus in omnibus sit, & singuli, prout ipsis ille impertitus sit, gratiam sibi datam exerceant: siue ea sit Prophetia, siue legum tractatio, siue historiæ commemoratio, siue Psalmodum lepor: Iam quia vnus & idem spiritus est, ad quem omnes, quotquot sunt, gratiarum diuisiones pertinent, ipseque ex natura indiuisus est, ideo in se totus & integer est. Sed tamen pro rei instituto, manifestationes & diuisiones singulis obueniunt; ac deinde pro præsentis vsu, vnusquisque suæ functioni respondens sermonem suum moderatur, atque hinc esse, quod Moses in cõdendis legibus vaticinetur, & cantet, Prophetæ in prophetando legum iussiones edant, dum aiunt, Lauamini, mundi estote, & ablue malitiam cordis tui Hierusalem. Et aliquando historias conscribant, vt Daniel Sulfannæ, Esaias Rapsacis & Sennacheribus: Eadem ratione etiam Psalmodum volumen, quum propriũ quiddam suum habeat in cantione, & quæ in aliis voluminibus obiter dicuntur, ea latissime carmine suo efferat, quemadmodum iam dixi: Edit tamen & ipse legum morũque præcepta, dum inquit, Quiesce ab ira, & relinque furorem, fac bonum; quare pacem, & persequere eam: Et aliquando historicẽ refert, quæ spectant ad rationes Hierusalem: Et vaticinatur de Saluatore, quemadmodum prædixi. Communis siquidem est istiusmodi gratia Spiritus, & apud omnes eadem prout vsus postlauerit, & spiritus voluerit, impartitur. Plus enim & minus impartiri eam gratiam, in natura spiritus nullam differẽtiam facit, vbi quisq; sine omissione suum munus ministeriumq; ad plenũ absoluit. Attamen Codex Psalmodum etiam sic quoque peculiarem dotem, & eximium quiddam obseruatũque dignum in se continet. Nam præterquã q; cum reliquis voluminibus habitu, rerũque simplicitate conueniat, habet etiam illud peculiare miraculum, quod cuiusque animi motus, morũque immutationes & castigaciones depictas effigiataque complectatur, vt singulis inde veluti ab exemplari desumere atq; intelligere licitũ sit, atque ita se formare, vt inibi scriptũ est: In aliis enim libris solum audis legem præcipientem, quid faciendũ, quid omittendum. Ex Prophetiis solummodo aduentum Christi didiceris, ex historiis acta Regum, Sanctorũque cognoueris. Ex libro autem Psalmodum, præterquam, vt auditor ista discat, etiam motus sui animi animaduertere potest, ac deinde secundum ea quæ patitur, & quibus coarctatur, formam verborũ decerpere, neque tantummodo illi datur vt perlegat, verum etiam quid dicendo agendũque morbum illũ medicetur, inuenit. Sunt quidem & in aliis scripturis sententiæ prohibitoria, quæ mala vetant, sed in hoc codice, quomodo abstinentum sit à malis, exprimitur: vt edictum alibi est, pœnitentiam agendam esse, & pœnitentiam esse, à peccatis desinere, sed hic quomodo pœnitentia sit agenda, & quid sit à peccatis dicendum sit, in pœnitentia exprimitur. Præclare

simile. Deut. 32. Esa. 12. Abac. 3.

Esa. 1. Dan. 13. Esa. 37.

Exod. 32.

Præter alios libros scripture sacre quid habeat psalmodum.

Psalmodum modo abbas dicitur quod sit à peccatis.

Rom. 5. certe dictum à Paulo, Tribulatio tolerantiã facit, tolerantia vero probatione, probatio deinde spes, spes porro non pudescit. Sed in Psalmis, quomodo ferendæ sint tribulationes, & quomodo quisque probetur, & quænam sint verba sperantium in Dominum, depictum & expressum ostenditur.

Gratias Deo esse agendas & quomodo docet Psaltes. Rursus præceptum est vbique in omnibus scripturis, esse Deo gratias agendas, sed quæ dicere oporteat gratias agentem, Psalmi commonstrant. Porro aliunde admonemur, eos qui pie volunt viuere in Christo, persequutionem toleraturos esse: Ex Psalmis autem instrumur, quid in fugiendo sentire debeamus, & quales persequutores fugiendi sint. Et post liberationem à persequutione, Deo gratias agere iubemur, recte id quid: sed in Psalmis formamur, quomodo Deo gratias agere oporteat, & quibus verbis recte illi confessiones laudum fecerimus. Atque ita vbique inuenieris sacras istas odas, secundum nos nostrisque motus motuumque sedationes sese habere. Nam id rursus pro re mira in Psalmis æstimari debet, quod in aliis voluminibus quæcunque loquuntur Sancti, aut quibuscunque de rebus loquuntur, ibi & is qui ea recitat, nunciij, enarratorisque naturam habere videtur, & is qui audit recitatore, de aliena non de sua re mentionem sibi fieri opinatur, recitatione eatenus in admirationem, zelumque adducitur, vt eas imitari velit. Sed qui Psalmorum codicem in manus sumit, vbi de vaticiniis Christi agitur, ea solito more, vt in aliis scripturis fieri solet, admirandus, venerabundusque, perlegit: Reliquos vero Psalmos, vbi id non agitur, ita accipit, quasi ibi de rebus ipsius, non de alienis sermo fieret: Et is qui audit, itidem vt ille qui legit, compungitur, & ita afficitur odarum illarum verbis, ac si sua ipsius propria essent. Enimuero euidentiæ causa non grauari debemus idem denuo repetere, idque exemplo diui Pauli Apostoli. Plurima verba Patriarcharum sunt, & propria, & ab ipsis dicta, quæ & Moses loquatur, & Deus respondeat: Elias item & Elizeus in monte Carmelo sedentes, Dominum inuocent, & perpetuo dicant, Viuit Dominus in cuius conspectu assisto hodie, aliorumque sanctorum verba imprimis agant de Christo, & secundo loco, de gentibus & Israëliticis populo: fieri tamē nequit, vt patriarcharum verba, tua dicas: aut quæ Moses sunt, pro tuis vsurpes: aut quæ Abraham loquitur de Verna & Ismaele, & magno illo Isaac, tibi tuisque sermonibus vendices, etiam si eadē necessitate premaris. Nunquam enim, si summo desiderio teneare, in ea verba proruperis, quibus Moses vtitur, Ostende mihi teiplum: aut rursus in ista, Si remissus es illis noxam remitte. Sin minus, dele me de libro tuo quem scripsisti: verba autem ea Prophetarum, quibus ipsi loquuti sunt, in carpendo laudandoue, quis sibi vnquam arrogauerit? aut ista ipsa, Viuit Dominus in cuius conspectu consisto, in suo sermone imitari præsumeret? Quippe quum voluenti, legentique Bibliorum scripta, satis liqueat, appareatque ea quæ legit, sui negocij non esse, sed sanctorum virorum, quæ ipsi in re sua protulerunt: Cõtra in Psalmis illud miri est, quod qui eos legit, exceptis de Christo gentibusque vaticiniis, sua se verba in re sua legere opinatur, & quilibet ita psallit, quasi de se ea ipsa quæ psallit, conscripta essent, non tanquam alius ea diceret, aut de alio diceren-

tur, ita accipit & perlegit, sed tanquam de seipso sermo fieret, ita mentem suam ad Deum dirigit: neque ista vt Patriarcharum aut Moysi, aliorumque Prophetarum vsurpare reformidat. Iam quum in Psalmis & præuaricator & obseruator mandatorum, cum suis moribus, studiisque & factis, exprimat, fieri nequit, quin, quotquot vbique sunt mortales, in altero istorum genere contineantur. Atque ita fit, vt ea vel vt præuaricator mandati, vel vt obseruator legat, quæ ad ipsius indolem actaque pertinerent videantur. Atque adeo vt is qui psallit, ex Psalmis vicem speculi, vsuque habeat, quo & ibi animi sui motus consideret, & considerando verbis cõfiteatur. Nam qui audit recitatem Psalmos, eosque putat de se loqui, ille aut reprehensus à cõscientia compungitur, aut de spe in Deum audiens, deique retributione credentium, non aliter quam de sua retributione exultat, Deoque gratias agere incipit: Certe quum tertium Psalmum canit in suas tribulationes intuens, verba ea ad se pertinere arbitratur. Decimum quoque, & decimum sextum, non aliter, quam si de sua fiducia votisque loqueretur, pronunciat: pari ratione in quinquagesimo lector verba penitentiae ita profert, quasi ille ipse sit de quo agatur. Rursus in Psalmo 53. & 55. 56. & 141. ita afficitur inter legendum, tanquam ipse & non alius quispiam eas persequutiones sustineret, vocisque eas Deo quasi suas approprias accinit. In summa, quilibet Psalmorum ea forma verborum conceptus est à Spiritu Sancto, & ita temperatus, vt in illis (quemadmodum antea dictum est) motus affectuum nostrorum animaduertamus, omniaque illa putemus de nobis referri, ac nostramet ipsorum esse verba: vnde fit, vt memores nostrorum, affectuum, nostra in melius cõmutemus. Quæ enim in Psalmis canuntur, ea formulæ nostræ, & exemplaria esse possunt. Sed & hæc gratia est nostri Saluatoris. Homo enim ille propter nos factus, suum corpus pro nobis obtulit in mortem, vt omnes liberaret à morte. Cæterum cœlestem & probatissimam viuendi rationem nobis ostendere volens, eam in seipso expressam exhibuit, ne quis facile posthac ab inimico circumueniretur, quum possideat ex eius de diabolo victoria, certa pignora securitatis, ideoque non solum docuit, sed & fecit, vt & ipsum audiremus loquentem, eumque veluti imaginem formamque intuentes, faciendi exemplar mutuaremur, dum audimus ex eo, Discite à me quod mitis sim & humilis corde. Neque est vt quispiam inueniat perfectiorem virtutis disciplinam, quam eam quam Dominus exhibuit in semetipso: siue enim malorum tolerantiam, siue humanitatem, siue bonitatem, siue fortitudinem, siue misericordiam, siue iustitiam spectes, omnia in eo deprehendas, vt nullum ei exemplar ad virtutem desit, qui in humanâ Domini vitam oculos intendat. Id quum non lateret Paulum, dixit, Imitatores mei estote, quemadmodum ego Christi. Enimuero Ethnici legum conditores, virtutem suam vsque ad verba duntaxat prorogauerunt, & tantummodo eatenus placent: Dominus autem, vt reuera omnium Dominus, curatoremque operum suorum, non solum leges verbis suis instruxit, sed & seipsum in exemplar proposuit, ut sciret qui vellet sese habere eius, quod in legibus iuberetur, exequendi potestatem. Ideoque & ante suum aduentum id in Psalteriis insonuit, vt quemadmodum in seipso perfectam, cœlestemque hominis formam

Animorum motus & affectus ex Psalmis quilibet animadvertere potest. simile. formam ostendit, ita etiam ex Psalmis motus affectusque animorum quisquis vellet, ediscere posset, inuenturus illic, vniuscuiusque motus remediũ & castigationem. Nam si quod & credibile est, & verissimile dicendum est: Omnis quidem diuina scriptura magistra est virtutis & veræ Fidei: sed tamē liber Psalmorum certam quãdam formam, tractatumque animorum continet. Vt enim, qui ad regem literas mittit, certa ratione verba componit, ne extra eam formulam scribens, barbarus rudisque habeatur, ita quoque diuinus hic liber, percurrenti volentique cognoscere, qualis nostri Saluatoris in corpore humano cõuersatio fuerit, liquido eam commonstrat, & in memoriam reuocat. Instruuntur igitur istorum Psalmorum lectione affectus, & componuntur in melius, deinde animus eodem magisterio cõfirmatur. Sunt igitur, vt hoc primum in illo codice obseruetur, quidam Psalmi enarratorij, quidam admonitorij, quidam vaticinatores, quidam in precando supplices, quidam in confessione versantur. Ceterum qui in narrando occupantur, sunt isti, 10. 43. 48. 49. 77. 86. 88. 89. 129. 113. 126. 136. in vniuersum, duodeni numero. Qui autem in precibus votisque occupatione suam habent, sunt isti, ceterimus, sexagesimus septimus, 89. 101. 131. 141. in vniuersum Psalmi quatuor. Qui colloquia cum Deo, preces, obsecrationesque complectuntur, sunt hi, 5. 6. 7. 11. 12. 15. 24. 27. 33. 37. 42. 53. 54. 55. 56. 58. 63. 82. 85. 87. 135. 140. 142. in vniuersum 23. Psalmi: Qui autem colloquij, precum, gratiarumque actionis characterem habent, vnus est, nempe 138. Qui autem solummodo specie colloquij constant, sunt hi, 3. 25. 68. 69. 73. 78. 79. 122. 129. 130. in vniuersum Psalmi decem. Et qui in sola confessione versantur, vnus est, nempe quinquagesimus. Qui admixtam habent supplicationem, sunt hi, 9. 74. 104. 105. 106. 107. 135. 136. in vniuersum octo Psalmi. Qui coniunctam habent confessionem & obsecrationem cum laude, vnus est, nimirum ceterimus decimus. Qui autem admonitionem habent, vnus est, nempe 39. Qui vaticinia continent, sunt hi, 20. 21. 44. 46. 71. in vniuersum quinque Psalmi. Qui cum vaticinio historiarum quoque speciem habent, centesimus nonus, sed vnus. Adhortatorij autem, & qui præcipiendi argumentum continent, isti censendi sunt, 28. 32. 80. 94. 95. 96. 97. 102. 103. 113. in summa decem. Adhortatorij cum cantico, vnus est, nempe 149. Qui porro virtutes in vita describunt, sunt hi, 104. 111. 118. 124. 132. in vniuersum quinque Psalmi. Qui autem laudes celebrant, sunt hi, 46. 112. 116. 134. 145. 146. 147. 148. 150. in vniuersum nouem. Qui autem gratias agunt, sunt hi, 8. 17. 29. 33. 45. 62. 73. 83. 115. 121. 123. 125. 128. 141. in vniuersum quatuordecim Psalmi. Qui autem beatitudinem deprædicant, sunt hi, 1. 31. 40. 111. 118. 127. in vniuersum sex. Est & qui exhibeat alacritatem cum melodia, sed vnus, puta 117. Est qui ad fortitudinem instiget, nimirum 71. Sunt qui obiurgant impios, & eos qui sine lege viuunt, nimirum secundus, 13. 35. 51. 52. in summa quinque. Est qui inuocat, quartum dico. Sunt qui calamitates inflictas denunciant, vt 79. 66. in summa duo. Sunt qui de Domino gloriantur, vigesimus secundus is est, & 26. 38. 39. 41. 75. 83. 96. 98. 151. in vniuersum deni. Qui adhortatorij argumeti sunt, sunt isti, 57. 81. in vniuersum bini. Iam qui cum hymnis verba faciunt, sunt isti, 47. 64. in vniuersum duo. Qui iubilatio-

nem & resurrectionem tractet, sexagesimus quintus est, vnus numero. Rursus qui solum verba iubilationis affert, nonagesimus nonus. Cum igitur Psalmi tali ordine dispositi sint, licitum est lectori in singulis inuenire (quemadmodum dixi) motiones statumque sui animi, atque ita in singulis rebus formam disciplinamque adhibere, vt seligat, quibus vnâ verbis Deo placeat, & quibus dictis se ad emendationem instruat, Deoque gratias agat, ne si aliter verba concipiat, in impietatem delabatur. Non enim solum de operibus, sed de omni verbo ocioso, ratio nobis coram iudice Deo reddenda est. Si igitur beatitudinem alicuius deprædicare velis, habes quomodo id oporteat fieri, & de quo, & ad quem ea verba dicenda sunt, ex Psalmo primo, Beatus vir qui non abiit: & trigesimo primo, Beati quorum remissa sunt peccata: & 140. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: & 111. Beatus vir qui timet Dominum: & 127. Beati omnes qui timet Dominum. Quod si reprehendere velis Iudæorum aduersus Christum insidias, habes secundam Odẽ, Quare fremuerunt gentes. Quod si insectatores Iudæorum pateris, multique sint, qui in te insurgant, 3. Psalmum Pronunciabis, Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me. Sin autem etiam sic tribulatus inuocasti Dominum, & quoniam exaudiuit te gratias illi agere destinas, canito illi Psalmum quartum, Quum inuocarem, & 114. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus. Quod si ad malitiosorum insidias respicias, preces tuas ad aures Domini peruenire cupiens, mane tibi concinendus est quintus Psalmus. Verba mea auribus percipe. Si Domini minas sentis, ac proinde te perturbatum vides, opportunum erit si dicas sextum, Domine ne in furore tuo arguas me, & decimum septimum, Domine ne in furore tuo arguas, quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Quod si tibi aliqui insidias neant, quemadmodum Achitophel Dauidi, cantabis septimum Psalmum, Domine Deus meus in te speraui, & confide in Deo, qui liberabit te. Quod si intuens gratiam Dei vbique diffusam, & restitutum saluti genus humanum, ac proinde Dominum salutare velis, cantabis octauum, Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quod si rursus agendo Domino gratias, vindemiale carmen, siue pro torcularibus modulari statueris, habes rursus eundem illum octauum ad id idoneum, Domine Dominus noster, & octogesimum, Exultate Deo Salutaris nostro. Iam super hoste confecto, conseruatque creatura, non in te ipso glorians, sed ad Filium Dei respiciens, cuius virtute id efficitur, nonum Psalmum recitabis, Confiteor tibi Domine in toto corde meo. Quod si quis te metu conturbare studeat, habe tu ipse fiduciam in Domino, & cane decimum Psalmum. In Dominum confido, quomodo dicitis animæ meæ, &c. Cum videas multorum superbiam, & malitiam ita exuberantem, vt nihil Sancti in terris fiat, refuge ad Dominum, & canta vndecimum Psalmum. Saluum me fac Domine. Quod si diurnæ sint inimicorum insidiarum, ne desperes, quasi obliuioni traditus à Domino, sed inuoca Dominum, canens vigesimum sextum, Dominus illuminatio mea & salus mea, & cetera. Quod si audias male loquentes de prouidentia Dei, ne te confocias eorum impie-

Psalmorum verba pro suis quilibet accipere potest.

1. Cor. 11. Ephes. 5.

simile.

Psalmos digerit pro affectu; motusque animi dicendos. Mat. 12.

Psal. 1. Psal. 31. Psal. 40. Psal. 111. Psal. 127. Psal. 2.

Psal. 3.

Psal. 4. Psal. 114

Psal. 5.

Psal. 6. Psal. 17. 2. Reg. 15. Psal. 7.

Psal. 8.

Psal. 8. Psal. 80.

Psal. 9.

Psal. 10.

Psal. 11.

Psal. 28.

Psal. 52. tati, sed ad Dominum te cōferens, recita decimum-tertium Psalmum, & 52. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Quod si postmodum discere cōcupiscis, qualis sit cuius regni cœlorū, cantabis decimumquartum Psalmum, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Precibus tibi opus est propter aduersarios, eosque qui circūdant animam tuam, cane decimum sextum, Exaudi Domine iustitiam meam, & 85. Inclina Domine aurem tuam, & 88. Misericordias Domini in æternum cantabo, & centesimumdecimum, Domine clamaui ad te, exaudi me. Iam scire cōcupiscas, quomodo Moyses orauerit, habes 89. Domine refugium factus es nobis. Incolumis euasisti ab hostibus tuis, & liberatus es ab eis, qui te persequēbantur, cantabis 17. Psalmum, Diligam te Domine fortitudo mea. Miraris naturæ ordinem, & prouidentia in eam dotes, legisque sacrosancta præcepta, canta tu mihi decimum octauum, Cœli enarrant gloriam Dei, & 22. Vidēs afflictos, consolare eos, orans pro eis, recitaque illis verba deciminonī Psalmi, Exaudiat te Dominus in die tribulationis tuæ. Si vides te pasci à Domino & feliciter dirigi, gratulabundus ob hoc, cane Psalmum 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Si inimici tibi imminēt, tu tamen erige animū ad Dominum, & dic vigesimumquartum, Ad te leuauī animā meam, & videbis inimicos frustra agere. Expectāt inimici te manibus, nulla alia te quam sanguine plenis, studentque te interficere, ne deferas homini iudiciū, suspecta enim sunt omnia humana, sed Deum iudicem postula, ille enim solus iudex est, & dic 25. Iudica me Domine, quoniā, & c. & 34. Iudica Domine nocentes mihi, & 44. Iudica me Deus, & discerne causam meam. Quod si asperius incurrant inimici, & præ multitudine instar exercitus fuerint, ac propterea te contemnāt, quasi vnctus non sis, bellumque cupiant, ne præ metu contractior fueris, sed cane vigesimum sextū Psalmum: Omnes gentes plaudite manibus. Cæterum, quoniam imbecilla est hominum natura, si denuo institerint insidiatores, vt ocioſo animo, securūsq; ab illis sis, vociferare ad Dominum, ea pronuncia, quæ in vigesimo septimo continentur, Magnus Dominus & laudabilis nimis. Quod si discere velis in gratiis agendis, quomodo Deus aduendus sit, spiritaliter intelligens, cane 28. Audite hæc omnes gentes: ac iam deinde renouans domum tuam, animam scilicet tuam, quæ Dominum recipit, necnō & sensibile domicilium, in quo corporaliter habitas, gratias age, & dic 29. Deus deorum Dominus loquutus est: Et eum qui de gradibus inscriptus est, nimirum 126. Nisi Dominus ædificauerit domum. Porro qui te ob fidem in Christum ab omnibus amicis & cognatis, odio & persequutione infestari vides, ne te eius studij pœniteat: neque etiam si notos te auersari conspicias, animo cōtractior sis, sed potius ab illis te segregās, vi e quid in futurum immineat, & canta mihi trigessimū Psalmum, In te Domine speraui. Baptizatos autem conspiciens, & liberatos à corruptibili natiuitate, ac proinde admirans Dei in homines humanitatem, cane super illis 31. Psalmum: Beati quorum remissa sunt iniquitates. Et vbi psallere cum multis cupis, congregatis ad id rectis & integræ vitæ hominibus, concine 32. Psalmum, Exultate iusti in Domino. Si incidisti in inimicos, & plane eua-

A feris, insidiāsq; eorum effugeris, si vis gratiis agendis operam dare, conuoca mansuetos homines, & cum illis psalle 33. Benedicam Dominum in omni tempore. Quod si videris malorum, in sceleribus pertinaciam, ne credideris ex natura illis inesse peccatum, quemadmodum nonnulli hæretici, sed recita 35. Dixit iniustus in semetipſo, non est timor Dei ante oculos eius, & animaduertas ipſes sibi peccandi authores esse. Si efficaces votorumque compotes esse iniquos conspexeris, ac proinde à paruis efferrī, tūque illos admonere vellis, ne illorum admiratione æmulationeque capiantur, quum breui futurum sit, vt extinguantur, recita & tibi ipsi, cæterisque aliis 36. Noli æmulari in malignantibus. Quod si constitueris diligentius te ipsum obseruare, ac tu videas hostem imminere: nam contra huiusmodi homines acrius insurgit, ac cupias te cermate inungere aduersus eum, cane 38. Psalmum, Dixi, custodiam vias meas. Quod si cōspectis multis pauperibus & mendicis, eorum vicem doleas, potes eos qui iam misericordiam exercuerunt, laudibus extollere, cæterosque ad id ipsum cohortari, dum recitas 40. Psalmum, Beatus qui intelligit super egenum. Deinde si magno desiderio in Deum feraris, audierisque opprobria inimicorum, ne perturbetur, sed memor æterni fructus, qui ex huiusmodi desiderio nascitur, cōsolare animam spe in Deū, eaque fac vt releues & mitiges vitæ molestias, legendo 41. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes, & c. Assidue autem reuolucere volens beneficia Dei in patres nostros, dum proficiscerentur ex Ægypto, & in solitudine erant & quā bonus sit Deus, & quā ingrati mortales, habes 43. Deus auribus nostris audiuiſimus, & 77. Attendite, popule meus, & 88. Misericordias Domini in æternum cantabo, & 101. Domine exaudi orationem meam: & 105. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia, & c. & 113. In exitu Israël de Ægypto. Cæterum si ad Deum cōfugiens, creptus sis à tribulationibus te circumstantibus, & gratias ei agere constituas, & enarrare eius in te benignitatem, habes 45. Deus noster refugium & virtus. Sed peccasti, & conuersus delictū tuum agnoscis, & misericordiam quæris, habes confessionis & pœnitentiæ verba, in 50. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiā tuam. Quod si calumniam pateris apud malū regem, & vides calumniatorem insultantem, secede, & dic ea quæ sunt 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Quum autem persequuntur te, & calumniatur, tui prodendi cupidi, quemadmodū Pharisei & alienigenæ Dauidem, ne tædio marfescas, sed Domino tretus, illumque hymnis celebrans, recita ea quæ habentur in 53. Deus, in nomine tuo saluum me fac, & quinquagesimo quinto, Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo. Si concurrat tribulator ignarus, etiam in speluncam vbi tu latet, ne sic quidem formidaueris, Habes enim in huiusmodi necessitate vtilis ad consolationem sermones; & monumentis inscriptos in quinquagesimo sexto, Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam conculcauit me homo, & centesimo quadragesimo primo, Voce mea ad Dominum clamaui. Quod si insidiator iusserit domum tuam custodiri & effugere, gratiam huius rei imputa Deo, & hoc ipsum in anima tua quasi in aliqua colum-

Psal. 58. columna inscribe, vt monumentū sit tuæ incolumitatis, & dic ea quæ sunt in quinquagesimo octauo, Eripe me de inimicis meis Deus meus. Quod si inimici qui te affligunt, conuiciantur, & ex nugis calumnias struant, qui speciem amici præ se ferunt, & aliquantisper fatigeris disputando, poteris te ipsum consolari, laudans Deum, & recitans ea quæ sunt quarti psalmi, Cum inuocarem, exaudiuit me Deus: Et cōtra hypocritas & eos qui de specie personæque magnifici videntur, dic ad eorum confusionem quinquagesimum septimum: Si vero vtiq; iustitiā loquimini, recte iudicate filij hominū. Aduersus atrociter insipientes, conantesque affligere animam tuam, subiice te Deo, & bono animo sis, Quanto enim illi magis insamierint, tanto te magis submitte Domino, & recita ea quæ sunt sexagesimiprimi, Nonne Deo subiecta erit anima mea. Quod si ob persequutionē in solitudine recesseris, ne formidaueris tanquam solus ibi agas: sed quum Deus tibi adsit, mane illi surgens cantabis sexagesimum secundum, Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Quod si terreat te neque conuiescant ab insidiis, omniāque machinetur in tuam perniciem, etiam si plurimi fuerint, ne remittas, iacula enim puerorum, erunt plagæ eorum, si quidem cecineris. *Psal. 63.* Exaudi Deus orationem meam quum deprecor *Psal. 67.* & 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, *Psal. 69.* & 69. Deus in adiutorium meum intende, & septuagesimum, In te Domine speraui, non confundar in æternum. Vbi autem Deum hymnis celebra- re cupis, id petedum ex psalmo 64. Te decet hymnus Deus in Syon. Si rudem aliquem de resurrectione doceas, habes 79. Qui regis Israël intende. Misericordiam à Domino postulans, lauda eum, canens 66. Deo misereatur nostri. Cum videris impios pace florere, ne offendiculum tibi inde nascatur & vacilles, recita Psalmum 72. Quā bonus Deus Israël his, qui recto sunt corde. Domino irascente in populum suum, habes ad consolationem eius verba cordata in 73. Vt quid Deus repulisti nos? Quum opus est tibi confessione, cane 70. *Psal. 74.* In te Domine speraui: & septuagesimum quartum, Bonum est confiteri Domino, & centesimum quartum, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: & centesimum quintum, Confitemini Domino, quoniam bonus: & centesimum septimum, Paratum cor meum Deus, & 110. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: & centesimum decimum septimum, Confitemini Domino, quoniam bonus & centesimum trigessimum quintum. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternū misericordia eius: & 136. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam exaudisti verba oris mei: Si pudescere studeas opiniones ethnicorum & hæreticorum, eod quod apud eos non sit Dei cognitio, poteris canere & recitare 75. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & c. Inimicis vero præoccupantibus refugia tua, ac te magnopere afflictō, etiam si perturbetur, ne despondeas animū, sed ora potius, Quod si inuocando exauditus fueris, gratias agens Deo, recita 76. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea. Quod si institerint inimici, & intrauerint & prophanauerint domum Dei, & Sanctos disperferint, & illorum cadueta volucris cœli obiecerint, ne cōsternatus reformides eorum crudelitatem, doleas quidem vi-

A cem miserorum, sed tamen precibus Deum conueniens, recita septuagesimum octauum, Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam, Quod si festodie cupias Domino psallere, conuocatis Dei famulis, psalle ea quæ sunt in octogesimo, Exultate Deo adiutori nostro, & nonagesimo quarto, Venite exultemus Domino, iubilemus, Hostibus vero in vnum vndeunque conuenientibus & minas iacientibus, cōtra domū Dei, fœderaque incuntibus contra religionem, ne animo deficias ob eorum multitudinem & vires. Habe quasi pro anchora spei, ea quæ sunt in 82. Deus quis similis erit tibi? ne taceas. Quod si ante oculos habeas domum Dei, & æterna eius tabernacula, eaque desideres, quemadmodum Apostolus, recitabis octogesimo tertium Psalmum, Quā dilecta tabernacula tua Domine. Cessante tandem ira, & soluta captiuitate, si Deo gratias agere velis, habes octogesimo quartum, Benedic Domine terram tuam: & centesimum vingtesimū quintum, Credidi propter quod loquutus sum. Si dissidiū, quod Catholica Ecclesia cum schismatibus est, cupias dignoscere, eosque cōfundere, poteris ea quæ sunt octogesimo sexto recitare Fundamenta eius in montibus Sanctis. Si te cæterosque cōfirmare studeas ad pietatem, & quod spes in Deum pœnitenda sit, sed intrepidum animum reddat, laudabis Deum recitatione nonagesimi Psalmi. Qui habitat in adiutorio altissimi. Si psallere vis in Sabbato, habes nonagesimum primum, Bonū est cōfiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. Vis gratias agere dominico die? habes 23. Dixit insipiens in corde suo, nō est Deus. Si canere vis secunda Sabbati, psalle nonagesimum quartum, Venite exultemus Domino, iubilemus, & c. Modulari concupiscis die Parasceues, habes quod modulearis in nonagesimo secundo, Dominus regnauit, decorē indutus est. Tunc enim domus Dei ædificata est, quanquam inimici conati sunt impedire: Quapropter pro triumphali carmine is Psalmus, quem dixi, canendus est. Quod si per captiuitatē excisa sit domus Dei, ac denuo ædificata, cane 95. Cantate Domino canticum nouum, Cantate Domino omnis terra. Terra à bellis residente, ac iam deinde ocium & quietem agente. Dominoque regnante, si ad ipsum modulari velis, habes 96. Dominus regnauit, exultet terra. Quod si quarta Sabbati psallere cōcupiscas, habes nonagesimum tertium, Deus ultionum Dominus. Tunc enim traditus Dominus ultionem de morte sumere exorsus est, deque ea fortiter triumphauit. Quum igitur in legendo Evangelio quarta Sabbati videris Iudæos cōsiliū contra Dominum ineūtes, eumque per id temporis liberrime pro nobis vindicantis contra diabolū agere, psalle ea quæ sunt in nonagesimo tertio, vt dictum est superius. Quod si animaduertas Domini in omnia prouidentiam, eiusque dominium, cupiēs nonnullis tradere rudimenta Christianæ religionis, vt in illum credant, & obsequētes sint vbi persuaseris iis, vt ante omnia confiteantur, iube eos canere nonagesimum nonum, Iubilare Deo omnis terra. Cognitis eius vitibus in iudicandō, & quod misericordiæ immiscuerit Deus iudicium suum, si velis consolari, habes 101. Misericordiam & iudicium cantabo tibi. Et quoniam vbi que & in omnibus gratia à nobis Deo agenda sunt, quū ei benedicere velis, habes ad incitandum animum tuū,

Psalm. 102. centesimum secundum, Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, & centesimum-
Psalm. 103. tertium, Benedic anima mea Dominum, Deus meus magnificatus es vehementer. Laudate vis Deum, & cognoscere, quomodo & quibus in rebus laudandus sit, & quæ verba ad illius laudem dicenda sint, habes centesimum & duodecesimum. Laudate pueri
Psalm. 112. Dominum: & centesimum decimum sextum, Laudate Dominum omnes gētes, & centesimum quadragiesimum quintum, Lauda anima mea dominum, laudabo Dominum, in vita mea. Et 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum: & centesimum quadragiesimum sextum, Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus, & 147. Lauda Hierusalem Dominum, & centesimum quadragiesimum octauum, Laudate Dominum de cælis: & centesimum quadragiesimum nonum, Cantate Dominum canticum nouum, & centesimum quinquagesimum, Laudate Dominum in Sanctis eius. Habes fidem (vt inquit Dominus) & confidis precibus quas loqueris recita 115. Credidi propter quod locutus sum. Si altiore prouectiore que te in operibus agendis sentias, adeo vt tibi fas sit dicere, sequentium obliuiscor, ad præcedentia me extendo, habes in singulis profectibus, quod dicas in ea Ode, quæ est de quindecim gradibus. Captiuus factus es ab alienis cogitationibus, & sentis te abductum, & pœnituit, desine in posterum, & manens vbi peccantem te deprehendisti, sede, & plora tu quoque, vt populus Israëliticus fecit, dicens ex centesimo trigiesimo sexto, Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. Si tentationes putas tui probationem esse, & post tentationes gratias agere constituis, recita centesimum trigiesimum, Domine probasti me, & cognouisti me. Constringeris rursus ab inimicis, optasque te liberari, dic ea quæ sunt in centesimo trigiesimo nono, Eripe me domine ab homine malo. Supplicare & orate constituis, psalle
Psalm. 139. quintum, Verba mea auribus percipe, & centesimum
Psalm. 5. quadragiesimum primum, Voce mea ad Dominum
Psalm. 141. clamaui: & centesimum quadragiesimum secundum
Psalm. 142. Domine exaudi orationem meam auribus, &c. & centesimum quadragiesimum quintum, Lauda anima mea Dominum. Si inimicus tyrannus insurrexerit in populū, eum tu quoque tanquā David Goliath, ne formidaueris, quin fidem vt David habeas, & psallas centesimum quadragiesimum tertium, Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. Iam admirans Dei beneficentias, eiusque tum in te, tum in omnes bonitatis mentionem faciens, atque ideo Domino gratias agere cupiens, pronuncia dauidis verba, quæ & ipse quoque dixit in 103. Benedixisti domine terram tuam. Cantare vis domino, habes ad eam rem 95. Cantate domino canticum nouum: & 97. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Quod si, quū paruus esses, ante alios delectus sis ad vñs fratrum, ne extollare contra eos, sed domino, qui te e legit, eam gloriam imputans, psalle & tu quinquagesimum primum, qui proprie dauidis est, Quid gloriaris in militia, qui potens es iniquitate? Sed psallere vis Oden, in qua subauditur alleluia, habes centesimum sextum, Confitemini domino, & inuocate nomen eius: & centesimum quintum, Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius: & centesimum sextum,

Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in æternū misericordia eius. Dicant nunc qui, &c. *Psalm. 106.* Et 110. Confitebor tibi domine in toto corde meo. Et centesimum vndecimum, Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius, &c. & centesimum duodecesimum, Laudate pueri dominum, Laudate nomen domini: & 113. In exitu Israël de Ægypto, & 114. Dilexi quoniam exaudiet dominus: & 115. Credidi propter quod locutus sum: & 116. Laudate Dominū omnes gentes: & 117. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in secula misericordia eius: dicat nunc Israël: & 118. Beati immaculati: & 134. Laudate nomen domini: & 145. Lauda anima mea dominum: & 146. Laudate dominū quoniam bonus est psalmus: & 147. Lauda Hierusalē dominū: & 148. Laudate dominū de cælis: & 149. Carate domino canticū nouū, laus ei⁹ in Ecclesia sanctorū: & 150. Laudate dominū in sanctis eius, Quū vis seorsū à cæteris canere ea, quæ ad Christum spectant, in vnoquoque Psalmo talia inuenies, sed præsertim in. 44. Ad te domine leuauī animā meā: & 109. dixit dominus domino meo, quib. indicatur eius ex patre genuinus ortus, & in carne aduentus. 21. autē, & 68. diuinā eius crucem prædicant, & quas insidias propter nos tolerauerit, Iudæorūque dolos, & malitiam, & proditorem Iudæ Ischariotæ. Porro 20. & 49. & 71. regnū, ei⁹ & potestātē iudicandi demonstrat, eiusque ad nos secundū in carne aduentū. Et 15. eius carnalē resurrectionem ostendit. Vigiesimus autē tertius, & 46. annūciat eius ad cælos ascensum. Quum autem 92. 95. 87. 98. legeris, perspicies singula eius in nos, virtute passionis suæ, collata beneficia. Talis est character libri Psalmorum ad vtilitatem hominum, in quo alij sunt Psalmi ad castigandas motiones cuiuslibet animi: alij de aduentu Christi in carne frequentiora vaticinia habent, quemadmodum iam dixi. Cur autem modulis & numeris, huiusmodi verba cōcinnentur, operæpretium est referre. Quidam enim ex nostris simpliciores, tametsi crederent in verba Spiritu Dei afflata, tamen persuadent sibi ob amœnitatem soni, & voluptatem aurium Psalmos modulari, quod nequaquam ita est. Non enim dulcedinem aut eloquentiam affectauit sacra scriptura, sed vtilitatem animæ hac verborum formula quæsiuit, idque vt vbique, ita potissimum ob has duas rationes, quarum prior est: quia docuit, scripturam sanctam nō obiter modo, sed & latiori voce deum celebrare. Vno tenore sermonis decurrunt legis Prophetarūque verba, & quicquid in Bibliis historicum est vñā cum nouo Testamento, fufius contra, efferuntur Psalmorum, Odarum & canticorum scripta, atque ita seruat, vt homines pro viribus, omni que ope, dominum adament. Posterior vero quod, vt harmonia tibias comittens, vnum concentum efficit, ita quoque in anima variis motionibus cogitandi, cupiendi, noscendi, agitata, vnde membris initium operandi desumitur, ratio postulat hominem sibi consonum esse neque ipsum à sese dissidere, non vt optima quidem cogitet, pessima tamen faciat, quæ admodum Pilatus, qui quum diceret, Nullam causam mortis in eo inuenio, Iudæorum tamen sententiæ suffragatus est: Aut vt cōcupiscat mala, sed perpetrandi facultate destituatur, quales erant senes illi aduersus Susannam: Aut vt quidem ab adultério abstineat, à furto non abstineat, aut vt à furto se purum

Psalmi cur in Ecclesiis cōcinnentur

Luc. 33. Ioan. 18. 19. Dan. 11.

Psalm. 106.
Psalm. 110.
Psalm. 111.
Psalm. 112.
Psalm. 113.
Psalm. 114.
Psalm. 115.
Psalm. 116.
Psalm. 117.
Psalm. 118.
Psalm. 134.
Psalm. 44.
Psalm. 109.
Psalmi cur in Ecclesiis cōcinnentur
Luc. 33. Ioan. 18. 19. Dan. 11.
Psalm. 150.
Psalm. 150.
Psalm. 150.

617
 se purum seruet, ab homicidio non seruet. Ne igitur talis turbatio in nobis sit, cupit ratio animā, in qua est Christi sensus, vt Apostolus dixit, sensu illo pro duce vti, & per eum affectus suos exuperare, & in membra corporis imperiū habere, vt rationi obediant. Quo, vt in harmonia plectrum, ita ipse Psalterium factus, & Spiritui profus intentus & adhærens, omnibus membris & motionibus obedientiā præstet, & inferuiat voluntati Dei. Huiusmodi autē in verbis concinnitatis, & nusquam fluctuāris cōstitutionis imago & forma, est Psalmorū harmonia. Vt enim animi cogitatus verbis prodimus & significamus, ita spiritualis in anima concētus, signum esse volens Dominus melodiam verborum, Psalmos vt modulis canerentur instituit, & cum huiusmodi harmonia recitari voluit. Et inde concinnitas animi, si recte dispositus & affectus sit: agnoscat, sicut scriptum est, Si quis in mœrore est, psallat. Siquidem ita, id quod in anima turbidum est, asperum & in compositum, complanatur, & tristitia mitigatur, nobis psallentibus, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Et lubricitatem suam agnoscer, dicendo, Mei propemodum concussi sunt pedes: metusque suos spe confortabit per hæc verba, Dominus mihi adiutor, nō timebo quid in me fecerit homo. Qui igitur non ad istum modum legunt sacras odas, non prudentes psallunt, sed seiplos oblectant, habituri reprehensionem, quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Qui autem secundum prædictam rationem concinnunt, vt melodia verborum ex numeris vocum cum spiritus harmonia congruat, isti psallunt, & lingua & mente, nec seiplos solum, verum etiam alios, qui audire volunt, magnifice adiuuant. Certe beatus David Sauli accinens, non solum ipse placuit Deo, sed & turbidum insanæ vitium à Saulle propulsabat, & serenitatem eius animo induxit: Ita quoque modulantes Sancti ad tranquillitatem animas populorum, & ad concordiam cœlestium tripudiorum cohortabantur. Quippe modularim recitare Psalmos, nequaquam studium est cōcinnioris vocationis, sed argumentū cogitationū animi apte in harmoniam consonantium: Et numeris adstricta lectio, signum est concinnæ quiætæque in animo affectionis. Nam & laudare Deum in cymbalis benefonantibus, & cithara, & Psalterio decē chordarum, pro nota est ac significatione, membra corporis legitime esse cōposita, quasi chordas. Cogitationes vero animæ vt cymbala se habere, ac deinceps sono spiritūque oris omnia ista moueri & viuere, vt (quemadmodum scriptum est) Spiritu viuat, & opera carnis mortificet, Ita enim qui belle canit animam suam coaptat, & quasi ex inæqualitate ad equalitatem redigit, non vt percellatur ab aliquo, sed porius rerum bonarum imaginationes percipiat, maiusque desiderium futurorum bonorum in animum inducat. Siquidem melodiæ verborum intenta obliuiscitur suarum affectio num, & exhilarata respicit ad sensum Christi, optimā quæque cogitans. Decet igitur o filij, quemlibet legentem hunc librum, probe legere hæc omnia quæ afflatu spiritus edita sunt, ac tum demum, veluti ex paradiso, vtilitates decerpant, vbicunque ea apparebunt, quæ eius vsui videbuntur accommoda. Arbitror autem in scriptis huius libri omnem vitam humanam, tum animæ affectiones, tum mentis con-

ceptiones, suo modo ac magitudine definitas contineri, nihilque vltra hæc in rebus humanis reperiri posse. Si enim pœnitentiæ, aut confessionis vsus requiratur: aut tentatio, aut tribulatio apprehēderit te, aut persequatio insidiisque infestatus, aut in mœsticiam perturbationemue coniectus sis aut aliquid huiusmodi patiari, quemadmodum superius dictū est: Aut si te in virtutibus proficere, aduersarium vero debilitari sentias, aut si laudare, gratias agere, aut benedicere Domino volueris, omnium istarum rerum institutionem in Psalmis habes. Licebit enim eos, vt cuiusque argumentum loquitur, ad rem præsentem desumere, ac ita legere, tanquam de tuo negotio, affectionibusque cōscripti essent, eosque tuo consensu, similique affectu prosequēs, Domino offerre. Verum cauendum, ne quis eos secularibus ad eloquentiam verbis ornet, nēue conetur dictiones immutare, aut omnino aliud pro alio substituere, sed simpliciter, vt scripta sunt, recitet, & psallat quemadmodum dictum est, vt Sancti, qui ista verba suppeditarunt, sua esse agnoscentes, cōprecentur nobiscum, vel potius, vt Spiritus Sanctus, qui ita loquutus est in Sanctis, cōspiciens sua ibi verba resonare, nostram operam coadiuet. Quanto enim Sanctorum vita melior, tanto eorum verba nostris meliora efficacioraque iure dixeris. Quandoquidem in iis placuerūt Deo, omniāque illa dicentes (vt inquit Paulus) Debellaauerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt vires ignis, euitarunt aciem gladij, confirmati sunt ab infirmitate, validique in bello effecti, alienigenarum exercitus fugarunt, receperuntque mulieres ex resurrectione mortuos suos. Quapropter etiam nunc quisque ea recitans, certus fidensque sit, Deum per ea supplicantium preces auditorum esse, siue enim in tribulatione hæc dicat, magnam visurus est consolationem. Siue in tentatione persequationeue hæc psallat, probatior videbitur, & protegetur à Domino, eorum qui talia recitant protectore, & diabolus subuertet, & dæmones eius fugabit: quin hæc dicens, si peccauit, seipsum cōuerter, & à peccando conuiescet, Sin autem nō peccauerit, videbunt eum lætum, eò quod se ad ea quæ ante & à fronte sunt, extendat, & decertando robustus sit, illud cantici vsurpans, Non commouebor in æternum à veritate: atque adeo impostores, & qui fallacias suas necunt, refellet. Neque istius rei alius sponsor, quam sacra scriptura. Siquidem Deus iniunxit Mosi scribere canticum magnū & id populum docere, vñā cum duce constituto: iubet item scribere Deuteronomium, & in manibus gestare, & perpetuo eius verba meditata habere, quum ea sufficiant ad virtutis admonitionem, & opitulationem illis, qui se probe in iis exercuerint. Certe quum in terram promissionis venisset Iesus Naue, conspecta hostium acie, cunctisque regibus Amorrhæorū ad præliū coeuntibus, ipse pro armis ac gladiis Deuteronomium recitans in aures omnium, verbaque legis in memoriam reuocans, iisque populum obarmans, hostes superauit, Rex porro Iosias inuento eo libro, recitatoque ad omnium aures, nihil vterius aduersarios timebat. Iam si bellum populo ingruerat, arca in qua erant tabule legis, ante omnes præcedebat, & hoc sufficebat illis pro quavis acie in subsidium, nisi in ba-

Heb. 11.

Deut. 31.

4. Reg. 3.

Vitam humanam

iulis arcæ, aut in populo aliquod scelus aut hypo-
 crisis hæretet: Fide siquidem & sana affectione o-
 pus est, vt lex nostris precibus cooperetur. Ego cer-
 te (inquiēbat senex) à sapientibus audiui olim in Is-
 raël recitãdis sacris scripturis dæmones, expelli so-
 lere, insidiãsque eorum cõtra homines reteggi. Vn-
 de quavis pœna dignos censēbat, qui his vocibus
 omiſſis aliunde verba elegantia aucupantur, in iis-
 que se exorcistas nominant, quin potius operam
 ludunt, & se ridiculos dæmonibus præbent, qualia
 in Actis Apostolorum, Iudæorum filios fecisse leg-
 imus: qui & ipsi quoque eodem modo dæmones
 eiurare conati sunt. Ea igitur, quum dæmones ani-
 maduerunt, ludibrio habent, contra Sanctorum
 voces exhorret, & ferre nequeunt. Est enim in ver-
 bis sacrarum scripturarum Dominus, quem quum
 ferre nequirent, vociferabantur: Quæſo ne nos an-
 te tempus torqueas, vrebantur siquidem, si vel so-
 lum Dominum præsentem vidissent. Ita & Paulus
 imperauit impuris dæmonibus. Itidem quoque di-
 scipulis subiiciebantur dæmonia. Et super Helizæũ
 Prophetam facta est manus Domini, qui tribus reg-
 ibus de aquis vaticinia edidit, quum psalleret, se-
 cundum dies mandatum p̄saltes. Eadem modo ista
 super iis qui patiuntur, recitãda sunt, & magis pro-
 fueris, ac tuam ipsius fidem veram, firmãque esse
 approbaueris, adeo vt eam respiciens Deus solidũ
 remedium indigētibus præstet. Id cognitum habēs
 sanctus, 118. Psalmo loquutus est, Iustificationes
 tuas meditabor, nequaquam obliuiscar sermones
 tuos: & rursus, Cantabiles mihi erãt iustificatio-
 nes tuæ in loco peregrinationis meæ. Nam per hæc
 salutem lucrabantur, dicentes, Alioqui nisi lex tua
 meditatio mea esset, periissem tũ ĩ humilitate mea.
 Quin & Paulus istis ipsis confirmabat discipulum
 suum, quũ diceret, Hæc meditare, in istis sis, vt tuus
 profectus euidentis fiat. Hæc meditans, atque ita in
 Psalmis versans, vniuscuiusque sensum, ductu spiri-
 tus, apprehendere poteris. Talem vero & tu quo-
 que æmulaberis vitam, qualem gesserunt viri illi
 Sancti, Deo pleni, qui ista loquuti sunt.

Mat. 8.
Luc. 8.

Psal. 118.

Ibidem.

1. Tim. 4

REGVLÆ DE VIRGINITATE,
 SERVANDA ET DE MEDITATIONE,
 ad Virginem Religionem ingredientem.



EXORDIVM sermonis salutis ad
 Virginem, Primum omnium, cre-
 de in vnum Deum, Patrem omni-
 potentem, visibilibus & inuisibiliũ
 conditorem. Et in vnigenitum eius
 Filium, Iesum Christum, ex substã-
 tia Patris natum, eiq̄ue per omnia coæqualem po-
 tentia, qui ante secula fuit. Et in spiritum Sanctum
 qui est & in Patre & in Filio, quiq̄ue à Patre mitti-
 tur, & per Filium datur. Pater & Filius & Spiritus
 Sanctus, tres personæ, Deitas vna, vna potestas, vnũ
 Baptisma. Ipse enim Deus noster Pater omniũ, in-
 tra sex dies fecit cœlum & terram, & mare, & om-
 nia quæ in eis sunt. Idem ille cœlum sole & luna, &
 fidelibus pulcherrimis exornauit, & terram decen-
 ter fundauit super aquas, & instruxit eam plantis,
 omniq̄ue genere lignorum. Iussu eius erumpunt
 flumij melliflui, & fontes perennes, & iniunxit ter-

ra, & produxit plantas, & creauit omnes bestias
 terræ secundum genus suum, & volucra cœli secũ-
 dum genus suum, & præcepit aquis, & produxe-
 rūt pisces, & condidit immanes balenas. Postremo
 omnium fecit hominem, & omnia ad eius ministe-
 riũ donauit. Dixit enim Deus Filio suo, Faciamus
 hominem secundum imaginem & similitudinem
 nostram, & finxit Deus hominem sumens lutum de
 terra, & posuit eum in paradiso deliciarum. Immi-
 sit autem Deus in Adam stuporem, & consopiuit
 eum, & sumpsit vnã ex costis eius, & carnem pro
 ea substituit, & ædificauit costam quam sumpserat
 in mulierem, cãmque ad Adam produxit, & dixit
 Adam, Hæc caro nunc ex carne mea est, & os ex os-
 sibus meis: Ipsa vocabitur virago, quoniam ex vi-
 ro desumpta est, propter hoc relinquet homo pa-
 trem & matrem, erũntque duo in carne vna. Audi,
 ancilla Christi, & quicumque salutem quæritis, &
 insinua in aures tuas verba mea, & accipiant aures
 tuæ, numine afflata sermocinationes. Hoc myste-
 rium, inquit D. Paulus, magnum est, eò quòd omnis
 qui agglutinatur vxori, ambo in vnũ corpus sint,
 Ita quoque omnis vir siue mulier agglutinatus no-
 mino, vnus spiritus est. Si enim qui se mundo copu-
 lant, relinquũtque patrem & matrem, morta-
 libus hominibus copulantur, quanto magis virgo
 continēs relinquere debet terrestria omnia, & Do-
 mino soli agglutinari? Huius mei dicti testis est
 Paulus, ita loquens, Mulier innupta sollicita est eor-
 um quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spi-
 ritu. Nupta vero sollicita est eorum quæ sunt mun-
 di, quomodo placeat marito: ac ab illa differt. Hoc
 igitur dico, quod omnis virgo, aut vidua continēs,
 si curam suam collocet in mundanis, eius rei cura
 illi pro marito est, siue possessiones, siue alias sub-
 stantias sollicitudine sua amplectatur. Ipsa enim so-
 licitudo contaminat eius animam. Vt enim per vi-
 rum corpus contaminatur, ita quoq; habitus mun-
 dani, & animam & corpus continentis conspurcãt
 neque iam est sancta corpore & spiritu. Quæ au-
 tem curat opus Domini, huius sponsus est Chri-
 stus. Ea enim quæ coaptatur viro corruptibili, vo-
 luntatem viri sui facit. Nimirum quum ita scriptũ
 sit, Mulierem sui corporis potestatem non habere,
 sed virum ac rursus, Quemadmodũ Ecclesia subi-
 icitur domino, ita quoque mulieres viris suis per
 omnia. Hoc enim exemplo, si ita velimus, cœlestia
 intellexerimus. Quapropter quæ coniungitur su-
 percœlesti sponso, voluntatem sui sponsi facit: Ea
 autē est volũtas Christi, vt is qui sibi conglutinatus
 est, nihil secum omnino huius seculi ferat, aut ter-
 restria curet, sed solum vt crucem eius, qui pro ipso
 crucifixus est, baiulet, eiũque curam habeat, & de
 ea sollicitè cogit, & die & noctu, & perpetuis
 hymnis, & glorificationib. eum celebret, & illumi-
 natum habeat, mentis oculum, & sciat illius volun-
 tatem & faciat cor simplex possideat & mentem
 puram. Misericors sit, quemadmodum ipse miseri-
 cors est: ita & nos quoque eum sequamur: Man-
 suctus & quietus sit, & tolerans malorum, nulli
 malum pro malo reddens multas contumelias sus-
 tinens, quemadmodum ipse à Iudæis contumeliis
 affectus est, & sustinuit, verbera & torturas ferat.
 Nam & ipse quoque hæc passus est: Colaphis en-
 nim à ministro pontificis cæsus, nihil contra fecit,
 sed tantum dixit, Si male dixit, doce testimoniis:
 quid ma-

Gen. 1.
Hemini
creatio.
Gen. 2.
Ibidem.
Ibidem.
Exhorta-
tio ad ter-
restria
relinquē-
da.
Ephes. 5.
Amino-
ri ad ma-
ins.

1. Cor. 7.

Reus se-
pudum
cura pro
marito
habetur.
Simile.

Christus
quarum
virginis
sit sponsus
Ephes. 5.

Christi
sensu
quid fa-
cere de-
beat.

quid male dixerim: sin contra bene, quid me cædis?
 Nõnne potuit qui terræ imperauit, vt Dathan
 & Abiron viuos deglutiret, rursus imperare, vt
 eum, qui verberabat suum Conditorem, viuum de-
 glutiret? Sed sustinuit nobis relinquens exemplum
 vt nos per eius vestigia incedamus. Tu autem ho-
 mo non sustines ab homine tecum eiusdem natu-
 ræ contumeliis affici: Imitare Dominum tuum. Si
 enim ille, quum Deus esset, tolerauerit propter te
 ab homine peccatore colaphis cædi, Tu scilicet, in-
 dignaris, quòd hostis tibi conuitium dicit, & pa-
 ras vltionem? Proh immensam animi stoliditatem,
 & stultitiam magnam: Ideo nobis pœna destinata
 est, & ignis ardens, quòd quum rationales simus, ir-
 rationalibus bestiis nos similes reddamus. In mul-
 ta humilitate in hunc mundum venit: & opulen-
 tus quum esset, egenus factus est propter nos, vt
 nos illius egestate duresceremus: Et Deus quum es-
 set, homo factus est propter nos, & natus est ex
 Deipara Virgine, vt nos allerat à potentia diaboli.
 Quapropter qui seruari cupis, fac te stultum in hoc
 mundo, vt à Domino audias sapiens. Ab homini-
 bus contrã, ij qui in dando & accipiendo, in emen-
 do, vendendo, negotiũque gerendis, in fraudando,
 fœnerãdo versuti sunt, & ex vno obolo duos face-
 re norunt, prudētes appellari solent. Sed Deus hos
 ipsos stultos, inertes, & peccatores vocat. Audi i-
 gitur, inquit, quid Deus per prophetam Hieremiã
 dicat, Populus iste prudens est ad malefaciendum,
 cæterum benefacere non nouerunt: quin & bea-
 tus Paulus ait. Sapientia mundi huius, stultitia est
 apud Deum, & qui vult sapiens esse, fiat stultus, vt
 sapiens efficiatur. Idem rursus ait, Fratres, ne pue-
 rili sitis animo, sed ad malitiã infantuli sitis. Deus
 enim ad terrestria nos stultos esse vult, & ad cœle-
 stia prudētes. Nam & aduersarius noster diabolus
 prudens est in malitia, & nos oportet aduersus eũ
 prudenter incedere, vt vincamus illius versutas in-
 sidias. Dicit enim Dominus in Euangeliis, Esto
 te prudentes instar serpentum, & simplices sicut
 columbæ. Qui autem ab eo prudens vocatur, is sa-
 piens est ad faciendum voluntatem Dei, & ad ser-
 uanda præcepta eius. Ingens remedium est ad salu-
 tem animi humilitas, quum Satanus non ob scor-
 tationem aut adulterium, aut furtum deiectus sit,
 e cœlo, sed superbia illum inde præcipitarit infra
 ipsam, abyssum, cuius hæc verba fuere: Ascendam,
 & ponam solium e regione Dei, & ero æqualis al-
 tissimo: & ob hæc verba deiectus est, ignisq̄ue æ-
 ternus illi hæreditas & portio factus est. Superbia
 in diabolo est, humilitas contra, in Christo est,
 quum ipse Dominus loquatur, Si quis inter vos
 cupiat fieri magnus, sit omnium minister. Ample-
 ctamur valde ieiuniũ, magnum enim munimentũ
 est ieiunium, oratio item, & eleemosyna, quum ex
 morte hominem liberent. Vt enim ob escam & in-
 obediẽtiã proturbatus est Adam ex paradiso, ita
 rursus per ieiunium & obediẽtiam in Paradisum,
 qui volet, redibit. In hac virtute cultum corporis
 tui ornamentãque quære, o virgo, & placebis cœ-
 lesti sponso: Nam quæ cum mundo coalescunt &
 conferuntur, & vnguentis, aromatibus, & fragran-
 tiis, & amiectu precioso, & auro venustant sua cor-
 pora, vt placeant hominibus, Deo placere nõ pos-
 sunt: Christus autem nihil horum à te requirit, nisi
 solum cor mundum, & os incontaminatum, ieiu-

niõque liuidum. Quòd si accedant aliqui & dicant
 tibi, ne frequenter ieiunes, ne imbecilior fias, nec
 illis credas, nec aucultes: Istos enim diabolus su-
 bornauit. Reminiscere eius quòd scriptũ est, quòd
 quum Daniel & tres pueri capti essent à rege Ba-
 bylonis Nabuchodonosore, & alij pueruli vnã cũ
 illis, iussũque esset ab eo, vt de sua regia mensa co-
 mederent, & de suo vino biberent, Daniele &
 tres pueros noluisse saturari ex mensa regia, & ad
 eunuchum dixisse, qui eos curabat: Da nobis de se-
 minibus terræ, & vescemur, Quibus responsum est
 ab Eunuchò, Timeò ego Regem, qui hunc cibum
 vobis & potum imperauit dari, ne facies vestræ
 regi præ cæteris pueris, qui regia mensa aluntur,
 appareant squalidiores, & puniat me. Cui ita res-
 ponderunt, Experire id in seruis tuis plus minus
 decem diebus. Et dedit eis legumina ad cibum, &
 aquam ad potum, & produxit eos ad regem, & vi-
 sæ sunt species illorum eximia super eos, qui ex re-
 gia mensa vescēbantur. Vide igitur quid faciat ieiu-
 nium, morbos sanat, destillationes exiccat, dæmo-
 nes fugat, malãque cogitationes expellit, & men-
 tem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus
 salubrius, & ad thronum Dei homines sistit. Sed ne
 putes ista temere dici, habes eius rei testimonium
 in Euangeliis, ab ipso Christo prolatum: Sciscita-
 ti sunt ab eo discipuli, dicentes, Domine declara
 nobis, quõnam pacto immundi spiritus propellũ-
 tur? Quibus responsum est à Domino, Hoc genus
 non eiicitur nisi ieiuniis & orationibus. Quisquis
 igitur ab immundo spiritu vexatur, certum habere
 debet, hoc pharmaco, ieiunio inquam, statim spi-
 ritus malos afflictos abscedere, vim ieiunij metuen-
 tes. Valde enim dæmones oblectantur crapula, &
 ocio corporis. Magna vis in ieiunio, & magna &
 præclara fiunt per illud. Alioqui vnde fieri possent,
 vt homines tam mirifica præstent, vt Dominus per
 eos, vel signa faciat, vel sanitate laborantibus
 donet, nisi plane ob deuotas meditationes, & hu-
 militatem animi, & conuersationem bonam? Ieiu-
 nium enim Angelorum cibus est, & qui eo vitur,
 ordinis Angelici censendus est. Sed ne, mi dilecta,
 simplex quiddam & promiscuum ieiunium putes.
 Non enim qui à cibis ieiunat solummodo probe se
 gesserit, sed qui abstinet ab omni opere malo. Hoc
 enim ieiunium cõsetur. Si enim ieiunes, neque ser-
 ues os tuum, ne loquatur malum, aut non vitaueris
 iracundiam, aut mendacium, aut periurium, aut si
 alteri obtrectes: si istiusmodi prodierint ex ore ieiu-
 nantis, nihil profecit, sed omnem laborem suum
 perdidit. Tu igitur, ancilla Christi, & omnes qui
 vultis saluari, si ieiunaueris, purifica temetipsam
 ab omni pecuniæ studio, quoniam qui pecuniam
 amat, non potest Deum amare. Radix enim malo-
 rum est auaritia. Ambitionem & arrogantiam ac-
 riter fuge. Si eas tibi subiecerit animus, quasi quæ iam
 grandior sis & prouectior virtute, ne credideris his
 cogitationibus: Inimicus enim est qui hoc impe-
 dimentum adfert, & ambitionem tibi in mentem
 subiicit. Non igitur sustinueris eam cogitationem,
 quæ te tui laudibus palpat. Quòd si cogitatio hæc
 in animum summittatur, quæ suadeat ne tanta mo-
 le difficultatēque elucteris ad salutem, ne audieris
 eam, quum inimicus sit, qui tibi in animam hæc
 molliem & supinitatem suggerat, vt te deturber
 e bona vita. Multa enim sunt machinamenta ad-

Dan. 3.

Daniel et
socij ieiunant.

Ieiuniorũ
effectus.

Math 17.

Dæmones
delectan-
tur crapu-
la et ocio.

Ieiuniorũ
angelorum
cibus.

Frustra
ieiunat
qui à vi-
tys nõ ab-
stinet.

1. Tim. 6.

Deo pla-
cere non
possunt,
qui.

uerfus seruos Christi. Subiicit enim cogitationes hominibus, eosq; verbis laudare incipit, ut extollat eorum corda. Sed tu, ne receperis hominū laudes. Quod si tibi quispiam dixerit, Beata es, Responde illi, Si decessero ex hoc corpore bene imposito sine, tum me beatam putabo: Iam enim me beatam esse non credo. Homines enim quum simus, quemadmodum venti, solemus immutari. Si superbia suggerat tibi, ut contemnas comedentes, caue fidem illi habueris, alienus enim est. Quin poti' te omnium minimam reputa, vt multos producas ad regnum cœlorum, & à Deo exaltaberis. Si subiicit tibi in animum inimicus ingentia deuotionis exercitia, vt corpus tuū imbecille & inutile efficias: tu contra fac, vt tuum ieiunium modum habeat. Ieiuna vniuersum annum sine necessitate, hora nona in hymnis & orationibus perdurans: Sume panem tuum vnā cum oleribus oleo refectis: Omnia pura sunt quæcunque inanimata. Tu autem virgo id age, ne quisquā sciat tuas in deuotione meditationes: Imo ne cognatus quisquā: sed si quid facis, in occulto facias, & pater tuus cœlestis qui in occultis, videt, repēfabit tibi. Quod si manifestaris tuam vitam, nascetur tibi inanis gloria, & damnū fēferis. Sin autem ieiunes, habeasque vnanimem sodalem seruiētem Domino, eodem modo quo tu, huic foli arcana tuę deuotionis retegēs: ibi non oborietur inanis gloria. Loqueris enim vt saluetur anima: Magnam mercedem capies, si anima per te seruetur. In quibus est desiderium audiendi, loquere idonea. Quod si ille audierit, & audita non faciat, definas loqui, nec dederis sancta canibus, neque proieceris margaritas tuas ante porcos. Canes enim & porcos appellat eos Deus, qui in turpi vita degūt. Margaritæ siquidē sunt & preciosi lapides, verba Dei dignis solūmodo tribuenda. O Beatam animā quæ audit sermones inscriptos in hoc libro & facit eos. Testificor omnibus qui audiunt hæc verba, & faciunt, quod nomen illorum scribetur in libro vitę, & in tertio ordine angelorū inueniuntur. Si igitur ores, aut psallas, seorsum sede, nemo audiat nisi tu sola. Quod si habeas concordem vnā atque alteram virginem (verba enim Christi sunt, Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum) Abiice muliebrem sensum, & cape fiduciam & virile robur: Quoniam in regno cœlorū non est mas & fœmina, sed omnes fœminæ, quæcunque placuerunt Domino, virorum ordinem accipiunt, obliuiscere iuuenilium ornamentorum, vt accipias precium bonę viduę. Ait enim beatus Paulus, Honora viduas quæ verē sunt viduę. Quæ autem vere vidua est & deserta, ea sperat in Deo, & permanet in obsecrationib; & precibus, & noctes & dies: Cōtra, quę luxuriatur, viua perit. Deligatur vidua nō minor sexaginta annis, vnus viri vxor, si liberis educavit, si hospites susceperit, si pedes sanctorū lauit, si omne opus bonum perfequitur est. Iuniores viduas recusa, quum enim petulantiores euaserint aduersus Christum, nubere volunt habentes damnationem, quoniam primam fidem neglexerunt. Tu autē si non facias tibi iuueniles habitus, non audies iunior, sed grandior, & presbytera vocaberis, honorēmq; vt presbytera habebis. Materia tuarum vestium ne sit preciosa. Indumentū tuum fuscum sit, non tinctū, sed natiui coloris, aut saltem album amiculum fimbriis ca-

reat: eiusdemq; coloris sint manicæ laneæ, brachia obtegentes vltq; ad digitos manuum, capilli circūtonsi, Crinalis vitta ex lana sit, caput alstringens. Cucullula & superhumeralis laciniæ non habeat: Si occurras homini, facie conuelata & cernua esto neq; attollas vlli vultū, nisi dūtaxat Deo tuo. Quū steteris in oratione, pedes calceamentis obductos habeto. Ipsa ratio cultus vestitusque sanctitatē deceat, nunquam ad nudum te exueris, siue de die siue de nocte. Vestis tegat carnem tuam, nūquam te vlla fœmina nudam videat, nisi in summa necessitate: Imo neque te ipsam consideres deposita veste. A quo tēpore enim statuisti Deo casta esse, corpus tuum sanctificatum, & templum Dei est. Non debet igitur templum Dei ab vilo retegi. Non ibis ad balneum, siquidem sana sis, nisi de summa necessitate. Ne immerferis totum corpus in aquas, quoniam Domino consecrata es. Non contaminaueris carnem tuam vlla re mundana, sed faciem tantummodo laua, & manus & pedes. Quum laueris faciē tuam, non lauabis ambabus manibus, non exoliueris genas vultus tui, neq; pharmacis, aut nitro vttere, aut si quid huiusmodi est, quoniā mundana talia faciunt, sed pura aqua colluito, neque vnguētum corpori tuo allines, aut preciosis aromatibus vestes tuas imbuas. Quod si corpus imbecillius fuerit, vttere vino modico ob stomachum. Iam si (quod absit) in malum aliquod incidas, cura ne des hominibus occasionem dicendi, id malum tibi ob exercitia deuotionis accidisse. Sed antequam quidquā tibi ab aliis dicatur, tu mature fac vt tibi restituaris. Regulam tuam gestabis per omne tempus vitę tuę: In ieiuniis, orationibus & elemosynis perdura. Beatus qui hæc audit & noctes & dies. Non abscedat ab ore tuo Verbum Dei. Sit autem illud opus tuum omni tempore. Meditare in sacris scripturis: habe Psalterium, & Psalmos discere. Oriens sol videat librum in manibus tuis. Post tertiam synaxes conficies, quoniam ea hora defixum est lignum crucis. Sexta hora absolues deprecationes cum Psalmis, ploratu, & supplicationibus: quoniam hac hora pependit Filius Dei in cruce. Nonna hora rursus in hymnis & glorificationibus eris, cum lachrymis & confessione peccatorum tuorum Deo supplicabis, quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit spiritum suum: & post synaxim nonæ horæ, comede panem tuum, Domino gratias agens in mensa tua ad hunc modum: Benedictus Deus qui alis me à iuuentute mea qui das cibum omni carni imple gaudio & lætitiā cor nostrum, vt in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum in Christo Iesu Domino nostro, cum quo tibi gloria, honor, imperium, vnā cum Sancto Spiritu in secula seculorum, Amē. Et vbi sederis ad mensam, & inceperis frangere panem, ter eum consignans, his verbis gratias age: Gratias agimus tibi Pater noster de Sancta tua resurrectione per Iesum Filium tuū, quem nobis notum reddidisti, quod quemadmodū hic panis olim multis sermonibus dispersus, nunc autem coactus vnum quiddam redditus est, ita tu quoque congreges Ecclesiam tuam à finibus terræ in regnum tuum, quoniam tua est potentia & gloria in secula seculorum, Amē. Quod si affuerint tibi tres virgines, dicant benedictionem super panem, vnā tecum orent. Quod si adsit catechumena in mensa,

Superbia vitanda.

Inanima ta omnia pura.

Canes & porci, qui. Margaritæ, quid.

Mar. 16.

In cœlis non est meas aut fœmina.

1. Tim. 5.

Presbyteria. Vestis qualis esse debeat.

Vitta cucullula.

Balnei non videntur.

Facies quomodo lauanda.

Synaxes conficiende post tertiam cur.

Gratias agiones.

Consecratio mensæ.

in mensa, ne oret cum fidelibus, neque sedebis vnā cum illa panem comedas: Imo nec sedebis vt tuam offam comedas cum mulieribus negligentioribus, aut ridiculis absque necessitate. Tu enim Sancta es Domino, & cibus tuus & potus tuus sanctificatus est. Per preces enim & sacratoria verba sanctificatur. Virgines circūspectæ & religiosæ vnā tecum vescuntur. Non cœnabis cum fœminis superbis, neque habebis melierem arrogantem tibi familiarem. Ait enim sacra scriptura. Qui attingit picem, inquinabitur, & qui communicat superbo, similis illi efficietur. Sedente tecum in mensa opulēta fœmina, si videris pauperulam, voca eam ad cibos tuos, neque te moueat reuerentia diuitis. Ne ames gloriam hominum super gloriam dei, Deus enim egenorum & afflictorum Deus est. Beata anima quæ hæc seruat. Non est bonum iuenculam cum iuencula versari, alioqui nihil boni faciunt. Altera enim alteri obaudit, & altera alteram contemnit. Sed bonum est iuenculæ subesse aui. Siquidem anus non se dimittit ad voluntatem iunioris. Væ virgini quæ non subest regulæ. Est enim tanquā nauis gubernatore destituta. Rupto siquidem cacumine mali, iactatur à fluctibus horum illorum, quum ducem non habeat, donec offendat in scopulos, & statim pereat: Ita est omnis virgo, quæ non habet quem vereatur: Contrā beata est virgo quæ sub regula est. Est enim tanquā vitis fœcunda in horro, ad quam veniens cultor eius, palmites ipsius putat illamque & irrigat, & putridas herbas circum euellit. Illa autem nacta operarium: fructum suum reddit preciosum in tempore opportuno. Serua autē ista, & fac glorificationes in mensa, eritque tibi cibus & potus sanctificatus. Quum igitur surrexeris à mensa, rursus gratias agendo trinis vicibus dicas. Misericors & misericors Dominus escam dedit timentibus se. Gloria patri & Filio & Spiritui sancto, rursusque post peractam glorificationē, preces tuas his verbis absolues. Deus omnipotens & Dominus noster Iesus Christus, nomen quod est super omne nomē, gratias agimus tibi, & collaudamus te quod dignatus es nos tuorum bonorum participes fieri, carnalium scilicet bonorum. Rogamus te, & inuocamus te Domine, vt cœlestes escas nobis dones, desque nobis tremere & timere venerabile & preciosum nomen tuum, vt non obaudiamus præceptis tuis, Nomen tuum, & iustificationes tuas constitue in cordibus nostris, Sanctifica autem spiritum & animam nostram per dilectum filium tuum, Dominum nostrū Iesum Christum, cum quo tibi gloria, imperium, in secula seculorum, Amen. Sunt autem plurimi ex genere mundanorū, qui, vt amentes, & vt bruta animalia pabulū capiūt, qui manifeste querunt quicquid defraudent, quem opprimant, vt fœdum alicuiusmodi implent. Isti glorificare in mensa non norunt: Super istis loquutus est mirificus Paulus. Isti sunt inimici crucis Christi, quorum exitus perditio est quorū deus venter: & gloria in turpitudine ipsorū, qui terrestria sapiunt: nostra cōtra cōuersatio in cœlis est. Isti deteriores sunt belluis & iumentis: iumēta enim & belluę agnoscunt creatorē suū, eūque benedicunt. Homines contra, Dei digitis formati, eiusq; imaginē referentes, non nouerunt creatorē suū: verū illum quidē ore cōfiterentur, sed operibus negāt. Tu credis Deū esse, recte facis,

Cibus & potus per sacra verba sanctificatur. Eccl. 13.

Pauperes ad cibos inuocadi.

Gratias agiones.

Mundanis belluis deteriores.

Philip. 3.

etiā demōnia credūt, & horrēt: Fides absq; operib; mortua est. Quid enim prodest homini cōfiteri deū esse, si eū malis operibus inficietur: Quomodo se cōfiteretur dominū habere, quū ei nō seruiat? Vt enim seruiat, ideo audit verbū domini sui. Iā qui serui sunt, norūt emptores suos, eosq; honorāt, & nos quoq; deū debemus honorare, nō verbis solū, sed & factis. Ipse enim dominus noster Iesus Christus in Euāgelio suis verbis testatus est, Nō omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnū cœlorū, & rursū Nō sumes nomen Dei tui in vanū, iterūque præcepit nobis, dicēs: Abstinet ab iniquitate, quisquis nominat nomē domini. Vis autem intelligere bestias & iumenta, cognoscere deū, eūque benedicere: audi Spiritū sanctū præcipientem illis in hymnis, Benedicite bestię, & omnia iumenta dominum. Certe si illi non benedicerent, nō illis benedicendi munus iniunctū fuisset. Cæterū nō illi solūmodo laudant deum, verum etiam vniuersa creatura, tum illa quæ stellis illustratur, & quæ oculis conspicua non est: ambæ enim assidue eum cōfiterentur. Tu igitur ancilla dei, siue surgis siue sedes, aut si opus aliquod facis, siue comedis, siue cubitum vadis ad fomnum capiendū, siue cubitu surgis, nō abstinet hymnus dei à labiis tuis. Beata aures quæ hos sermones suscipiūt. Si ingrediaris in templū duodecima hora maiorē & lōgiorem facies synaxim cum virginib; tecum cōcordibus: Quod si nullam habeas concordē, sola synaxim absolues deo præsentē & audiente. Bonū autem est lachrymas effundere corā domino, memorēmq; esse duodecimæ horę, quod in illa dominus ad orcum descenderit, qui eō conspecto inhorruit, dicens, Quis est iste, qui cum autoritate & ingenti potestate descendit? quis iste qui è cœlo descendens, & crucifixus à mē, quum ipsa mors sim, domitus nō est? quis iste qui potas inferi æreas cōfregit, & vectas adamantinas cōtriuuit? quis iste qui soluit vincula eorum, qui à me captiui detinebantur? quis iste qui sua morte me ipsam in mortē demolitus est? Ideoq; per eam horā attentiores esse debemus, & lachrymis noctu dominum aduocare. magna siquidē virtus in lachrymis, & præclara per eas fiunt: magna peccata, & iniquitates per lachrymas obliterantur. Pro teste mihi est Euāgelium: quum enim Saluator noster traditus esset Iudæis, Petrusque iureiurando illum abnegarit, antequam gallus cātarer, dominus autem directo in eum vultu aspexisset, memorque ibi redditus Petrus esset verbi domini quod ei dixerat, antequam gallus sonet, ter me abnegabis, egressus foras, amarē lachrymatus est. Vides quale remediū in lachrymis, spectā quælo quam iniquitatē deleuerint. Quid enim terius hoc vitio? quippe qui ter iureiurando dominum abnegauerit, tantum tamen scelus per lachrymas deleuit. Vides igitur quantam vim habeant lachrymæ. Quandoquidem illa scripta sunt pro nostra doctrina, vt nos per illam incedentes, vitā æternam possideamus. Non omnes habent gratiam illam lachrymarum, sed illi dūtaxat qui mentem sursum attollunt, qui terrestriū obliuiscuntur, qui carnis curam non gerunt qui ignorant profus an sit mundus, qui mortificauerunt membra ea quæ sunt in terra, istis, inquā, solis data est mœsticiēs lachrymarum. Cor enim purum habentes, & perspicaces mētis oculos, ij cum adhuc in terra sunt, pœnas tamen inferorū cernunt, & æterna tormenta & tene-

Math. 7.

Bruta Deū cognoscunt eūque benedicunt. Dan. 3.

Semper orandum.

Synaxis hora duodecima, facte da.

Psal. 23.

Lachrymarum vis & efficacia. Mar. 26. Luc. 22.

Lachrymarum gratiam quinam habeant.

bras extremas, ploratum & stridorem dentium: jidem quoque caelestia dona vident quae donavit Deus sanctis suis, & glorias & coronas, & stolas candidas & regalia indumenta, & cellas lucidas, & delicias inenarrabiles, & vitam aeternam. Sed quid est quod amplius dicam? nisi illud quod est praem omnibus admirabile, cum scilicet qui puram habent mentem, Deum interioribus oculis contemplari. Quomodo igitur non poterit non plorare & lugere, qui ista videt? plorat enim & lamentatur ut vindicetur a diris poenis, atque iterum plorat & deprecatur, ut dignus fiat illorum caelestium bonorum muneribus. Atque hinc est quod Sancti odio habuerint hunc mundum, quum certum haberent qualia bona essent possessuri. Quapropter qui habet requiem suam in hoc mundo, ne speret eternam requiem se posse consequi. Regnum enim caelorum non eorum est qui hic otiantur, sed eorum qui in multa tribulatione & angustia vitam transigunt. Non enim id gratis accipiunt, sed cum ingenti labore & magnificis sudoribus illud adepti sunt, quotquot eo digni sunt habiti. Non illis cura est quantumcunque hic delassentur, siquidem illuc ingressi obliuiscuntur dolorum & laborum quos perpessi sunt in mundo isto, praemulta illa & inenarrabili requie, quae data est ipsis. Quid mihi dicis homo? Ecce binae vitae propositae sunt coram te vita & mors, utroqueque velis perge. Ecce ignis, & aqua, quo libet, porrigere manum tuam. Penes te est, si velis, ut vitam tibi compares, penes te quoque est, ut mortem coequitas. Mors omnino est mundus iste: Vita contra, ipsa iustitia. Longe igitur mundus distat a iustitia, tanto nimirum interuallo, quanto mors a vita abest. Si igitur ambulas in mundo, in morte ambulas, & extra Deum es, secundum sacram scripturam: quod si in iustitia ambulas, in vita ambulas, & nequaquam te attinget mors. Non enim est iustis mors, sed translatio, quippe qui transferuntur ex hoc mundo in requiem aeternam, non aliter quam si quis de excubiis abeat, ita quoque sancti a mala vita ista discedunt ad bona quae illis praeparata sunt, quae oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis subierunt, quae Deus diligentibus praeparavit. Peccatores contra & hic misere laborant, & ibi denuo eos gehenna expectat, bis deplorandi sunt, quod & hic in angustia affligantur, nec ibi tamen spaciosiora adipiscantur. Ideoque a sacra scriptura dictum est: Quocumque se vertat impius, exterminatur, angustiae enim illi vindicatur. Nam & ibi dolores, & hic tribulationes. Siquidem nemo est mortalium, qui non laboret miseris in ista misera vita, siue sit inops, siue sit opulentus, siue seruus, siue liber, siue peccator, siue iustus, omnes aequo laborant, & idem omnibus obuenit, tam sceleratis quam iustis in hoc mundo. Verum illic ita non agitur, quum alius sit ibi ordo, neque id mirum: Alia, enim ratione iustus, alia peccator laborat, siquidem iustus ideo in labore est, non ut impleat ventrem, quum ille ne semel quidem carnem suam curae habeat, neque se carne gestare cogitet: sed laboret noctes & dies, Deum quaerens, nunc somnum defraudat, nunc ventrem aqua & pane, idque non sufficienter, implet, nunc in desertis oberrat, affligens corpus suum erumnis multis donec percipiat immarcescibilem coronam, quae illi reposita est. Peccator vero affligitur & laborat, non iustitiae causa, sed ob carnem suam, ob istam inquam

Deum contemplatur qui.

Regnum caelorum quibus coepet.

Vita duae nobis propositae mors & vita.

Mors non est iustis.

Iustus & iniustus diversa ratione laborant quomodo.

turpem mulierem, alios atque alios labores suscipiens, nunquam rebus praesentibus contentus, in malitia, in invidia aetatem terens. Sed horum nihil cognitum habent vecordes. Excacavit enim eos materies, & multae curae istius mundi, & vagantur, donec ad eos seuerus ille satelles veniat qui non reueretur vultus neque donaria recipit. Ducuntur enim animae eorum per vim ab Angelis inclementibus, eosque Dominus se agnosceret negabit. Vani enim, quum sint, in vana quoque labores suos in hoc mundo contulerunt, & in terrestribus operati sunt. Quocirca & ipsi in perditionem abierunt. Non enim memores fuerunt Dei, quum in terra essent, nec curae illis fuit, metus Dei: quapropter & ipsi Deo curae non sunt. Iustus enim Deus, & iustum iudicium eius. Quum autem venerit iudicare mundum, tunc reddet unicuique secundum opera sua. Beatum cor quod suscipit haec: Media nocte excitaberis, & hymnis celebrabis Dominum Deum tuum. Ea enim hora surrexit Dominus a mortuis, & Patrem suum hymnis celebravit, atque ideo nobis iniunxit, ut eadem hora Deo hymnos diceremus. Quum primum surgis, huc versus recita, media nocte excitabar ad confitendum tibi super iudicium iustitiae tuae, & precare & incipe recitare totum 50. Psalmum donec absolvas, Et haec tibi certa sint pensa per singulos dies, & tot Psalmos dices quot poteris, & ad quemlibet Psalmum, preces, & genuum inflexio cum lacrimis addatur. Pronunciando Domino peccata tua, orandoque, ut tibi remittantur, & post tres Psalmos absolutos dices alleluia. Quod si virgines tecum fuerint, & illa quoque psallant, & singulae singulas preces effundant. Ceterum matutino tempore hunc Psalmum dicito, Deus Deus meus ad te de luce vigilo, sitiuit in te anima mea: ubi diluculum fuerit, recitabis hunc Psalmum, Benedicite omnia opera Domini Dominum, hymnumque dicito, Gloria in excelsis, &c. deinceps, Charitatem seruemus quae omnium potissima est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum sicuti teipsum. In istis duobus praecipis uniuersa lex & Prophetarum continentur. Deus charitas, & ipse prior dilexit hominem, & seipsum tradidit pro nobis. Si igitur ipse Dominus pro nobis mortuus est, nos quoque & ipsi pro aliis debemus animas nostras ponere. Deus charitas est, & qui habet charitatem, Deum habet. Ipse enim dixit, Ea re cognoscent omnes vos discipulos meos esse, si dilexeritis vos inuicem. Quicquid enim laborauerit homo qui charitatem non habet, frustra laborauerit. Ita ostendas charitatem in proximos, ut id non verbo facias, sed opere. Non retinebis offensam alicuius in corde tuo, alioqui precatio tua non pure ascendit. Non enim occidet sol in ira tua. Mansuetudinem retine, tolerantiam, longanimitatem, clementiam. Dicit enim Dominus, Nisi mutemini & efficiamini sicut paruuli, nequaquam intrabitis in regnum caelorum. Non dolere si quid difficilis incidat, non lugebis ob damnum neque ob contumeliam. Tristitia enim huius seculi mortem operatur. Sed duntaxat de peccatis tuis dolere, de alia re minutula non dolere. Ne exaltes vocem tuam obmurmurans alicui. Non enim decet ancillam Domini respondere. Non exibat maledictio ex ore tuo, non contumelia, non obretractatio. Os enim tuum consecratum est

Psalm. 118.

Media nocte surgendum orandum.

Psalm. 112.

Confitemini de peccatis.

Psalm. 62.

Psalm. 102.

Luce. 10.

1. Ioan. 4.

Ioan. 17.

Irascendum esse abiecerunt.

Ephes. 4.

Matth. 19.

Dolor & tristitia.

Maledictio sententia scienda.

tum est hymnis & glorificationibus dei. Non est bonum sine magna necessitate in publicum prodire. Quietem ama quantum potes, & seruatorum Domini non obliuiscere, neque obliterentur in corde tuo. Quum vir Sanctus ad te venerit, suscipe illum ut Filium dei. Ait enim dominus Iesus Christus, Qui vos recipit, me recipit. Si vir iustus aedes tuas ingreditur, cum timore & tremore occurreris illi, & adorabis humi ad pedes illius. Siquidem illum non adorabis, sed Deum, qui illum mittit. Capies aquam, & lauabis pedes eius, & cum omni reuerentia audies verba eius. Non confidas in tua castitate, ne cadas: sed metue. Quatenus enim metuis, eatenus non peccabis, vtile est continentem seorsum ab aliis panem suum comedere. Si federis in mensa cum virginibus, omne quod apponitur, comede cum illis, si enim non comederis, habebis tanquam ipsas contemnens. Non praedicabis exercitia deuotionis tuae. Quod si vinum bibant, etiam si tu non bibis, propter eas tu bibe pauillulum. Quod si adsint magnae anus, & cogant te abundantius bibere, ne audieris illas, sed dic eis, vos detriuistis iuuentutem vestram in multis exercitiis deuotionis, ego enim nondum perueni, imo ne ad primum quidem gradum vestrum. Porro de hospitalitate & eleemosinis non opus est ut admoneris. Id enim vltro per te facies. In Ecclesia tace, ne quicquam loquaris, sed lectionibus duntaxat intende. Quum subierit in cor tuum cogitatio illa, ut aliquid facias, ne temere & preceps eum tendas, ne inimicus tibi illudat, sed omnia cum iudicio maiorum aggredere. Quum psallis aut quum oras, ne sinas peregrinas cogitationes in cor tuum subire. Admoneo te dilecta, attende atque ausculta sermones in isto libro scriptos. Nec solum oculis extrinsecis scripta ista perlege, sed etiam interioribus. Intende unicuique praeepto, & id quod iubetur praesta. Si enim ista serues, digna habebis caelesti thalamo. Ne dixeris in corde tuo At quoniam ista modo praestare poteram? Ne pauorem concipiat mens tua, sed cum omni alacritate seruabis ea. Siquidem timentibus Dominum, praepcepta Domini difficilia non sunt. Non sit hora vlla in qua deficiat oleum in lampade tua, ne si quando spon-

Mat. 10.

In mensa quid agendum.

In Ecclesia tacendum.

Quomodo psallere aut orare debeat.

praepcepta Dei facilia quibus.

sus veniat, inueniat eam extinctam. Non enim scis quando venturus sit, siue ante somnum, siue diluculo. Sis igitur expedita, ut quum venerit, cum prudentioribus occurras illi, habens oleum in lampade tua, hoc est, opera bona. Omnibus horis sis memor exitus tui, habere quotidie ante oculos mortem, recorderis apud quem te sisti oportet. Graue quiddam est exercitium deuotionis, & intolerabile quiddam continentia, sed tamen nihil est dulcius caelesti spolio. Hic aliquamdiu fatigamur, illic autem vitam aeternam recipiemus. Dicit enim S. Paulus, Non sunt aestimandae passionis huius temporis, cum ea gloria quae reuelabitur erga nos. Bonum est refugere turbitiam, & seorsum secedere. Magna virtus continentia, ingens gloriatio puritas, magna encomia virginis, & virginitas opulentia indeficiens, & virginitas corona immarcescibilis, & virginitas templum Dei, & domicilium Sancti Spiritus, & virginitas margarita speciosa, vulgo inconspicua, & quae non nisi a paucis inuenitur, & continentia amica Dei, & a sanctis depraedicata, & continentia apud multos odiosa, sed apud dignos spectata, & continentia mortem & infernum profligans, & quae ab immortalitate possidetur, & continentia gaudium Prophetarum, & Apostolorum gloriatio, & continentia, Angelorum vita, & Sanctorum corona, Beatus est qui te tenet, beatus qui obdurat in tolerantia, quonia pauillulum fatigatus, multum in te gaudebit. Beatus qui icinauerit uniuersum hoc tempus, quoniam supernam Hierusalem inhabitans, cum Angelis choreas ducet, & cum sanctis Prophetis & Apostolis requiescet. Haec ego tibi scripsi, dilecta soror, saltatrix Christi, ad stabilitatem & utilitatem animae tuae. Ne igitur declines a sermonibus, istis vel ad dextram vel ad sinistram. Qui enim audierit sermones istos & despexerit, magnum illi cruci me fuerit. tibi autem, preciosissima soror, quae huc librum possides, det Deus ut ea obserues, & in his verberis, detque animum illustratum, & puram mentem, & illuminatos cordis oculos, ut nascaris immarcescibilem coronam, quam praeparauit Deus diligentibus se, per Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Rom. 8.

Virginitatis & continentiae.

Encomia.

Ioan. 5.

Ioan. 6.

2. Cor. 3.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIAE, TESTIMONIA EX SACRA

SCRIPTURA, DE NATURALI COMMUNIONE

NE SIMILIS ESSENTIAE INTER PATREM,

& filium, & spiritum sanctum.

DE LIBERTATE.

Ioan. 8.

2. Cor. 3.

Ibidem.



DE PATRE minime dubium est. De Filio vox ipsius Filij in medio est, Nisi vos Filius liberauerit, serui estis. De Spiritu sancto, per D. Paulum ita loquitur, Quum conuersus fuerit ad Dominum, detrahetur operimentum. Dominus autem Spiritus est: Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.

DE VIVIFICATIONE.

DICIT Saluator, Quemadmodum Pater excitat mortuos & viuificat, ita & Filius, quos vult, viuificat. De Spiritu Sancto ait: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam, & Apostolus, Litera occidit, Spiritus viuificat.

DE ELECTIONE.

Ephes. 4. De Patre, inquit Paulus, Posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundò Prophetas, tertid magistros, &c. De Filio idem Apostolus dicit, Qui descendit, is est, qui & ascendit supra cœlos, vt omnia impleat, idemque dedit hos quidem esse Apostolos, illos Prophetas, alios pastores & magistros. *Ibidem.* De Spiritu idem Apostolus adhortatur presbyteros in Ecclesiis, dicitque illis, Attenti sitis & vobis ipsis & vniuerso gregi, in quo vos ponit Spiritus Sanctus Episcopos, vt pasceretis Ecclesiam Dei.

DE LEGISLATIONE.

Psal. 118. De Patre ait Dauid, Ad faciendam voluntatem tuam Deus, volui, & lex tua in medio ventris mei. De Filio autem Paulus, Alij aliorum onera portate, & ita adimplebitis legem Christi. De Spiritu idem ille, Lex spiritus vitæ eius, quæ in Christo est, liberauit vos.

DE DOMINATV.

Psal. 109. Dauid ait, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextram meam, &c. Quod si obloquantur hæretici, dicentes, illud ad Dauidem refertur refutat eos Verbum Christi, quum inquit, Quid dicitis de Christo, cuius filius est? dicitur ei Dauidis, Respondet Saluator, Quomodo igitur dauid in Spiritu dominus eum vocat? Rursus de Patre, Audi Israël dominus deus tuus deus vnus est. De Filio autem ait, Dominus ex Sion Clamabit, & ex Hierusalem dabit vocem suam, & cœlitetur cœlum & terra. dominus autem parcat populo suo, & confortabit filios Israël, & cognoscetis quod ego sum dominus deus vester, quia tabernaculū imposui in monte Sion, in monte Sancto. Tabernaculi autem positor ille Filius, hæc dicit, Ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem Sanctum eius, &c. De Spiritu Sancto loquens, quoniam dixit dominus domino, & postea, dominus à dextris tuis.

QVOD ET PATER VOCET FILIVM, ET APOSTOLVS

Spiritum eumque eadem ratione Deum nominet qua Filium.

Iob. 2. Ita enim dicit, & futurum est postea. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & propheta-bunt filij vestri, & filia vestra, & fenes vestri in-somnia sumniabunt, & adolescentuli vestri visiones videbunt, & in seruos meos: & in ancillas meas in diebus illis. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & propheta-bunt & edent prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem & vaporem fumi. Sol cœuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini, magna illa, & illustris, futurumque est, vt omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus fiat. Quomodo autem inuocabunt, in quem non crederunt? aut quomodo audient sine prædicante? *Ibidem.* De Spiritu porro idem Apostolus dicit. Quum cõuersus fuerit ad Dominum detrahetur velum, Dominus autem Spiritus est, idemque, rursus quemadmodum à Spiritu Domini, atque iterum, Dominus autem

dirigat corda vestra, in charitate Dei & in toleran-tia Christi. Spiritus igitur Dominus est, ac denuo, dominus autem vos abundare faciet, & exuberare dilectione in vos inuicem, & in omnes quemadmodum nos in vos, vt stabiliat corda vestra, irre-prehensibiliter in sanctitate coram Deo Patre nostro, in præsentia domini nostri Iesu Christi. Tres igitur dominationes in vnam dominationem contrahens id confirmat, ad Ephesios scribens, Vnus dominus, vna Fides, vnū Baptisma. Ac rursus, Spiritum, ipsum Dominum appellari liquido in libro Iudicum scriptura ostendit, vbi ait de mirandis operibus Samsonis, in hæc verba, Et Spiritus domini venit in Samsonem, & discerpit leonem quasi hædum, Atque iterum, Venit Spiritus Domini in Samsonem, & sustulit portam Gazzæ, & asportauit in montem Et vndique progreditur Spiritus domini. Quum autem effatus esset mysteria dei, aperiens ea Dalila, dicit scriptura: Recessit à Samsonem dominus. Quapropter demonstratum iam est, Spiritum esse Dominum. Cognoscite enim (inquit) quoniam dominus Deus est: Et, Edificauerunt filij Gad altare ad Iordanem, & miserunt filij Israël ad eos, dicentes, Quare estis præuaricatores Dei facti? Responderunt pro excusatione filij Ruben tribunis Israël, dicentes, deus deus est dominus, & deus dominus ipse conficius, &c. Alibi rursus Paulus, deus qui dixit vt ex tenebris lux illucesceret, qui illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem cognitionis gloriæ dei in facie Christi. deus igitur qui dixit, vt lux ex tenebris illucesceret, spiritus est, Ac rursus idem ille, deus autem tolerantie ac consolationis, qui dat nobis eodem sensu esse erga Iesum Christum, vt vnanimiter glorificemus Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi. Quis igitur est Deus tolerantie & consolationis, qui dat nobis idem sentire erga Christum Iesum, vt vnanimiter glorificemus Deum, ac Patrem Domini nostri Iesu Christi? prorsus ille est Spiritus sanctus. Ac rursus, Si omnes prophetauerint, ingrediatur autem infidelis illiteratus, redarguitur ab omnibus, & ita occulta cordis illius manifesta redduntur, atque cadens in facie adorabit Deum, renuncians quod reuera Deus in vobis sit. Deum ergo nominauit Spiritum sanctum, loquentem in illis, Ac rursus, An nescitis vos templum dei esse, & Spiritum Dei habitare in vobis? Quibus verbis declarauit esse templum Dei. Iam vbi templum, ibi & deus, vt in suo templo. Aite enim, An nescitis quod corpora vestra templum sint Spiritus Sancti habitantis in vobis? Quod si non glorificas incolam tui Deum, factus es sanum idolorum, ait enim, An ignoratis quod templum Dei sitis, & Spiritus Dei habitet in vobis? Quin & alibi dicit, Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, vt in exacerbatione per diem tentationis, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea quadraginta annis. Iam Spiritus Sanctus recensetur ista dicere, prout Apostolus præ se fert in his verbis. Idcoque quemadmodum dicit Spiritus Sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, &c. Ergo Spiritum Sanctum tentauit Israël, & probauit in deserto, & viderunt opera eius nepe miracula. In alio Psalmo dicit ille, Et tentauerunt eum in locis aridis. Est igitur Spiritus Sanctus deus. Et alibi quoque quum assumere-tur Helias, postulabat ab eo Helizæus, vt in se veniret ge-

niret geminus Spiritus, promissitque Helias, si se videret aufert. Quum igitur vidisset & accepisset melotam illius, accessit ad Iordanem, & cum melota percussisset fluuium, non obtemperauit aqua. Dicit igitur Helizæus, vbi Deus & quæ vox significat ambo siue geminū. Vbi igitur Deus & pro eo quod est Spiritus geminus? Quin & ipse Seruator ait, Qui crediderit in me quemadmodum scriptura dicit, flumina ex ventre eius fluent aquæ viuæ. Exponens autem quid hoc esset aqua viuæ, inquit, Hoc autem dixit de Spiritu Sancto, quem accepturi erant, credentes in eum. Quod si vitalis illa aqua est Spiritus Sanctus, nimirum sequitur, vt Deus sit Spiritus Sanctus. Ait enim Propheta, Me reliquerunt fontem aquæ viuæ, & effoderunt sibi cisternas friuolas, quæ aquam continere non poterant. Et Dauid quoque, Quoniam apud te est fons vitæ, & in luce tua videbimus lucem. Vidēs ne Patrem fontem vocari? nec non & Filium, itidem & Spiritum Sanctum?

QVOD NON TRES DII SINT.

Vnus enim Deus, vna lex, & vnus legislator, & vnus Dominus. Quandoquidem vnus Deus in tribus personis prædicatur, At qui fieri potest (inquit aduersarius) vt & Pater dicatur Deus, & Filius Deus, & Spiritus Sanctus Deus, vt tamen tria nomina non sint? vbi communio est eiusdem naturæ, communia quoque sunt nomina dignitatis. Quemadmodum Deus, ea quæ ex vna natura in multitudinem diuiduntur, vno nomine appellat. Et quum irascitur hominibus, omnem hominem subiectum iræ quasi vnum hominem nuncupat: Et quum reconciliatur mundo, veluti vni homini reconciliatur. Quale est quum diluuium ob peccata inducit, ait Deus, Ablit vt maneat spiritus meus in hominibus istis, & delebo hominē quem feci. Atqui tum non vnus erat homo, sed myriades infinitæ, æque tamen nomine vnus naturæ omnes homines vnum hominem appellauit, idque ob substantiæ societatem. Dauid porro iterum dicit, Quid est homo quod memor es eius, aut Filius hominis quoniam visitas eum? non quod vnum hominem inuiserit, sed vniuersum orbem excitauit. Hoc autem compendio sermonis vtitur & Moses, cum exibat Pharaon ad mare, dabatque legi diuinæ pœnas, cadens cum infinitis curribus in mare, quo tempore multi mortales vnâ cum eo demersi sunt, multi que itidem equi. Moses tamen videns in omnibus demersis eandem esse naturam, & de equis & de hominibus ita modulatus est, Cantemus Domino, gloriose enim glorificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare: & tantas hominum copias appellauit hominem vnum, & tantum numerum equorum appellauit vnum equum, quum diceret, equum & ascensorem, ob communionem naturæ. Si igitur in hominibus, vbi ea quæ naturæ sunt confunduntur, vbi discrimē formæ, roboris, & volūtatis: Nō enim pares animi neque formæ, neque vires neque linguæ in illis sunt, vnde etiā *μερρες* dicuntur, quin ob cõmunionem naturæ, omnes incolæ orbis terrarum vnus homo nuncupantur. Vbi ergo indiuisa dignitas, vnum regnū, vna potentia, voluntas, efficacia, in suam proprietatem vindicās Trinitatē eamque

distinguens à creaturâ, cur non ibi vnum Deum appellare debeo? Sin autem, quod ter Deum nōmino, & Deū, & Deū, & Deum dico, tres idco deos constituo: & quum loquor Dominū & Dominum, & Dominum, tres dominos facio: quum aio, Pater Dominus, Filius Dominus, Spiritus Sanctus Dominus: Quomodo tu Apostole legislator veritatis, patronus religionis, Ephesius clamaſti dicens, Vnus Dominus, vnâ Fides, vnū Baptisma? Sed vnus est Dominus, idque secundum sanctificationem Cherubinorum. Nam & illi clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus. Quod si contentiosius agant hæretici, & dicant alium esse dominatum Patris, alium Filij, miror cur sustineat binis dominis inferuire, vox liquidem Domini est: Nemo potest seruire duobus dominis. Si alius est dominatus Patris alius Filij, & diuidis potestatem, quomodo regnū coles? Non possunt simul coli duæ potestates, nisi sint eiusdem ordinis. Nemo adorat regem & eius præfectum. Vbi enim par dignitas, par quoque adoratio. In pari dignitate non est pugna: Imparilitas excitat controuersiam: id quod æquale est, pacem tuetur. Non permisit tibi Christus diuidere honorem quum diceret: Hæc est voluntas Patris mei, vt omnes honorent Filium quemadmodum & Patrem. Honora Patrem vt honores Filium, vel potius honora Filium vt honores Patrem. Contumeliam in Filium Deus suam putat, Saluatoris enim verba sunt, Qui odit me, odit & Patrem meum. Ne existiment hæretici se gratificari Deo, eum maiorem Filio pronunciantes. Non recipit Pater honorem erga se quum Filius eius contumelia afficitur. Et vide euidens rerū argumentum ex veteri scriptura. Amici Iob qui venerant ad consolationem, increpabāt eū tanquam temeraria proloquentem, & iustificabant Deū. Iob autē dicebat Deo, Quis dabit iudicium inter me & te, vt videam quod sint iniquitates meæ: cur ita me iudices? Amici autem Iob iustificabant Deum, quū causas rerum ignotas haberent, eumque qui iustus erat, vt peccantem condemnabant: Deumque, vt iuste has calamitates inferentem collaudabāt, atque ita respondēt ad verba Iob, Magnifice loquutus es, audacia sermonis tui eximia, pro re verba fecisti. At Deus non conturbat iustum. Rursus dicit amicus eius, Secundum peccata tua intulit tibi. Si non multa essent peccata tua, non te flagellasset: Et putabāt se Deo patrocinari, dum iustum cõdemnarent. Sed quid Deus? Nunquid probauit eos, qui ita pro se præter æquum verba facerent, aut hoc genus patrocinij gratum habuit, iustoque iniuriā fieri passus est: nequaquam. Non igitur recipit eum erga se honorem, qui cum indignitate Filij cõiunctus est. Videamus igitur quid dicat amicis Iob, Quare non recta loquuti estis de cultore meo Iob? Si igitur non recta de cultore suo loquentes repudiāt, an scilicet qui contra vnigenitum Filium suū, linguas acuunt, recipiet? nequaquam. Indeprecabilis igitur pœna blasphemantibus Spiritum Sanctum. Audi ergo quid dicat Seruator, Omnis blasphemiam remittetur, blasphemiam autem in Spiritum Sanctum non remittetur.

QVOD TRINITAS APOSTOLOS MITTAT.

Matth. 10 De Patre dicit, In montem Sion veniet annun-
Act. 13 ciator Euangelij, & Euangelij annunciatore, quos
 quasi oues in medios lupos. De Filio, Ecce emitto vos
ibidem aduocavit Dominus. De Spiritu in actis di-
 cit. Qui autem missi erant a Spiritu Sancto, venci-
 runt Seleuciam. Si igitur Dei est aduocare, cur Spi-
 ritus per Prophetas loquitur? Hæc dicit Dominus.
 Aut cur Spiritus Sanctus qui Antiochiæ erant, dixit:
 Segregate mihi Paulum & Barnabam in hoc
 opus, ad quod vocavi eos. Discite igitur vires Trini-
 tatis. Pater legem condidit, Filius iubet, Spiritus San-
 ctus auctoritatem addit. Audi Deum loquentem,
 Qui Euangelium annunciant, venient quos Domi-
 nus aduocavit.

DECLARATIO, SANCTAM TRINITATEM SEDERE IN Throno excelso.

Esa. 6. Dicit Esaias, vbi Dominum Sabaoth sedentem
 in Throno excelso & sublimi, & Seraphini ei in or-
 bem circumstant, &c. Necessum est hic Patrem
ibidem intelligi, qui pro omnibus capitur: Et deinde pau-
 lo post, Et audiui vocem Domini loquentis,
 Quem mittam? & quis proficietur ad populum
 istum? & dixi ei, Auribus audietis & nequaquam
ioan. 12. intelligetis, & videntes videbitis & nequaquam
 cernetis. Incrassatum est enim cor populi huius,
 &c. Ioannes vero ad Filium eadem illa refert, cuius
 hæc verba sunt: Quam tot & tanta signa fecisset
 coram eis, non crediderunt in illum, ut impleteretur
 sermo Esaiæ, quem dixit, Domine quis credidit au-
 ditis nostris? & brachium Domini cui reuelatum
Esa. 53. est? Hæc dixit Esaias quem vidisset gloriam eius.
 De spiritu autem Paulus cum Iudæis qui Romæ
 erant, disceptans, ita loquutus est, Bene dixit Spi-
 ritus Sanctus per Prophetam, Auribus audietis & ne-
Act. 29. quaquam intelligetis, & videbitis, & nequaquam
 cernetis, &c.

QVOD SPIRITVS SEDEAT.

Ex libro Mosis non solum sedere, sed & assidere
 Patri & Filio, Spiritum Sanctum demonstratur, sed
 id petamus ex idonea historia. Propero autem ad
Genes. 18. Abrahamum. Et ecce tres viri, quos hospitio excep-
 pit sub quercu, qui surrexerunt, ut respectarent ver-
 sus Sodomam. Iam illud verbum (surrexerunt) in-
 dicat sessionem præcessisse. Dic mihi igitur, in men-
 sa tres isti sederunt, an non? atqui ait sedisse: Ergo
 illuc sedere, considendi simul intellectum affert,
 quum omnes sederint. In Daniele quum Susanna
Dan. 13. ad mortem abduceretur, ait scriptura. Excitavit Deus
 Spiritum Sanctum pueruli, cui nomen Daniel. Vox
psal. 77. igitur illa (excitavit) de stante intelligi non potest,
 sed de sedente aut dormiente, quemadmodum &
 in Psalmo, Excitatus est ut dormiens Dominus ex
 nubibus suis sanctis. Quin & aliam afferam tibi hi-
Matth. 3. storiam de Patre ad Ioannem, dicente, Super quem
 videris spiritum descendere & manere super eum,
ioan. 5. Dominus loquutus est. Sin autem Pater qui in me
 manet, ipse facit hæc opera. Dic igitur pro ratione
 istorum testimoniorum: Pater & Spiritus manent

A in Filio an non? Respondens, manent. Si igitur in
 Filio manent Pater & Spiritus, necesse est ut Filio
 sedente, ipsi quoque vna sedent. Si igitur hæc hi-
 storia est de Abraham & Loth, & in actibus Apo-
 stolorum scriptum est, quod sederit super unum-
 quemque eorum Spiritus Sanctus, ut in Psalms di-
Act. 11. citur, Qui sedens super Cherubin: Filio certe sci-
 mus eximiam sedendi rationem, præsertim que ni-
 mirum ad dextram patris acriter utatur. Tribus
 igitur apud Abraham sedentibus, ad brachium vide-
 licet Spiritus Sanctus sedebat, ille enim illi attribut-
 us est locus, quatenus ad Filium dixit, & de dex-
 tram, intelligere licebit, quod nec contumeliam
 dixerit suo spiritui, sede a sinistris. Vocabulum au-
 tem sessionis, dignitatis significationem præfert:
 quanquam alioqui qui sedet, finibus loci in quo
 sedet, circumscribitur. Deus autem noster nullis fi-
 nibus circumscribitur: verum conscribi videtur,
 cum, quæ illius sunt, ad corporalia transferuntur.
 Scriptura enim Deum nequaquam hominem fa-
 cit, sed nostro more de eo loquitur, ut res, quæ
psal. 109 supra nos sunt, sub istiusmodi natura manife-
 ster. Quod autem in Psalmo centesimonono
 loquitur, Dixit Dominus Domino meo, sede
 à dextris meis: & sedentibus illis, ait scriptura
ibidem. ad Christum: iuravit Dominus, & non pœni-
 tebit eum, tu es sacerdos in æternum, secun-
 dum ordinem melchisedec, & Dominus à dex-
 tris tuis, liquet igitur Spiritum Sanctum ad dex-
 tram esse.

QVOD TRINITAS, SECVNDVM CARNEM CHRIS- sum è Morte excitauerit.

D De Patre ita dicit, Deus autem & Dominum ex-
 citavit, & mox excitaturus est per potètiã suam.
 De Filio, Soluite templum hoc, & intra triduum
 excitabo illud. Ipse autem loquutus est de templo
 corporis sui: De Spiritu, Spiritus qui excitavit Ie-
 sum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora ve-
 stra per spiritum eius habitantis in vobis.

TRINITATEM A SEIPSA GLORIFICARI.

E Filius glorificat Patrem, Dicit enim, Glorifica-
 ui nomen tuum in terra, & Pater dicit Filio in Eu-
 angelio, Et glorificavi, & iterum glorificabo. Quod
 autem glorificatus sit Filius à Patre, & pater à Filio,
 in Euangelio inducatur, Pater glorifica Filium tu-
 um, ut & Filius glorificet te. Spiritus Sanctus Fi-
 lium glorificat: Ait enim de Paraclito, Ille glorifi-
 cabit me, eò quod de meo accepturus sit, & renu-
 ciaturus sit vobis. Filius quoque vicissim Spiritum
 glorificat, dicens, Omne peccatum remittetur, sed
 blasphemia in Spiritum Sanctum non remittetur,
 idque sit ob eius cum Patre & Filio communio-
 nem, & ob hoc quod nemo dicere possit Domi-
 num Iesum, nisi in Spiritu Sancto.

DE GLORIFICATIONE A TRINITATEM ESSE PARACLETICAM, PARACLETVM

psal. 106 Sacrifica Deo sacrificium laudis, & reddas altissi-
ibidem. mo vota tua, & inuoca me in die tribulationis tuæ,
 & eripiam te, & glorificabis me, spiritus nimirum est
 qui dicit, Eripiam te, quod vbiq; adfit Trinitas.

DE PATRE.

Hier. 23. Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus.

DE FILIO.

Ephes. 4. Qui ascendit, is est qui & descendit ad infetiores
 partes terræ, ut impleat omnia.

DE SPIRITV.

psal. 138. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?
ioan. 14. Si ascendero in cælum, tu illic es: Si descendero in
 infernũ, ades. Aliud, Vos cognoscitis illum, & apud
 vos manet. Et Esaias, Qui firmavit cælum & ter-
 ram, & dat spiritum populo, qui in ea est, & calcãt
Act. 1. illam. Et illud, Spiritus Domini repleuit orbẽ terra-
 rum: & Spiritus est in medio vestrum. Vides ut Pa-
 tri Spiritus adiungatur.

NEMINEM COGNOSCE-RE TRINITATEM.

ioan. 17. Dicit Seruator, Mundus te non nõuit, ego autem
ioan. 1. noui te: de Filio in Euangelio, In mundo erat, &
ioan. 14. mundus per eum factus est, & mundus illum non
 cognouit. De spiritu, Quẽ mundus capere non po-
 test, quoniam eum non agnoscit.

QVOD IN VETERI TESTAMENTO TRINITAS

peculiarem suam operatio- nem exhibuerit.

Act. 10. Cape (inquit) sanguinem cõsummationis, & im-
 pone sacerdotibus in summitate auriculæ dextræ,
 & in summitate pedis dextri, & in summitate dex-
 træ manus, & respice caput populi terrio obfigna-
 tum, ad formam seraphicorum dicentium, Sanctus,
 Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth: & secundum
 speciem lintei, Petro Ioppæ apparentis è cælo de-
 missi, eò quod ter demissum sit, & cum Dominus
 imperauit Mose ut diceret Aaroni & filiis eius: Ita
 benedicetis filiis Israël, dicentes illis, Et imponent
 nomen meum filiis Israël, & ego Dominus bene-
 dicam illis. Benedicat tibi Dominus & seruabit te,
 ostendet faciem suam super te, & miserebitur tui.
Num. 6. Attollat Dominus faciem suam super te, & det tibi
ibidem. pacem. Et in nouo Testamento itidem de Patre lo-
 quitur Paulus, Deus est qui operatur omnia in om-
 nibus. De Filio quoque idem, Sed omnia in om-
 nibus Christus. De Spiritu sancto, Hęc omnia ope-
1. Cor. 15. ratur vnus & idem Spiritus, disparties singulis pri-
Ephes. 1. uatim prout vult.
1. Cor. 12.

autem dictum esse ab aduocando, consuando, eodemque modo Deum & Seruatorem.

2. Cor. 5. De Patre Paulus ait: Pro Christo legatione fun-
 gimur, ut Deo aduocationes faciente per nos. Et E-
Esa. 6. saias ad Hierusalem, Aduocat te, qui nominauit te.
Esa. 61. Aduocat & Filius quemadmodum dixit, Spiritus
 Domini super me, eò quod vnxit me, ut euangeli-
 zarem pauperibus, misit me, ut consolarer omnes
 lugentes. Ioannes in epistola, Si quis peccauerit,
1. Ioan. 2. habemus paraclatum apud Patrem Iesum Christũ
 iustum, & ille est propitiatio pro peccatis nostris.
 De spiritu seruator ipsemet ad discipulos suos in-
 quit, Si diligitis me, præcepta mea seruate, & Ego
ioan. 14. ascendo ad Patrẽ, & rogabo Patrẽ & alium para-
ibidem. cletum mittet vobis spiritum veritatis.

DE TRINITATE.

Magnus Dominus noster, & magna virtus eius,
 & sapientiæ eius non est numerus, virtutem ap-
 pellat Filium, virtus enim potètia est, Christus au-
 tem potentia Dei, sapientia autem Dei ipse est spi-
 ritus, quum Seruator dicat, Ecce do vobis Spiritũ
 sapientiæ, & intellectus, & alibi, Verbo Domini
 cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus
 eorum, atque iterum, Benedicat vobis Deus, Deus
 vester benedicat vobis.

QVOD SCRIPTVRA ALI- QVANDO PATRIS SPIRITUM, aliquando filij, aliquando simpliciter spiritum vocet, idque faciat non confundendo, sed inuicem predicando.

Rom. 8. De Patre, Nos autem non accepimus spiritũ mũ-
 di, sed spiritum Dei. Rursus, Vos autem non estis in
 carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habet
 in vobis. Emisit Deus spiritum Filij sui in corda no-
 stra, clamantem Abba Pater. Rursus, Qui spiritum
 Christi non habet, non est eius. De spiritu Filius
 dixit, Ne solliciti sitis quid aut quo pacto loquami-
 ni, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus
 Patris mei qui loquitur in vobis. Dei spiritu, Pera-
 grauerunt Phrygiam & Galatarum regionem pro-
 hibiti à Spiritu sancto verbum Domini loqui in A-
 sia. Quum autem venissent in Mysiam, tentauerunt
 proficisci in Bithyniam, sed hoc illis non permisit
 spiritus. De spiritu, Ne contristaueritis Spiritum
 sanctum in quo consignati estis. Dicunt hæretici
 secundum ordinem & supputationem consistere
 deitatem. Inuenimus scriptum esse, Primus homo
 ex terra terrenus, secundus homo è cælo cœlestis,
 Rursus, Primum dicit terrenum animale, postea
 spiritualem. Si igitur primo in numerandi ratio-
 ne subiicitur secundus, vilior erat secundum vestra
 sententiam animali spiritualis, & terrestri homine
 homo cœlestis. Aliud. Nullus ignorat scripturam
 nominare Deum Abraham, Deum Isaac, & Deum
 Iacob. Aliud contra eos, qui tertio loco Spiritum
 Sanctum constituunt, occurat autem iis quod in
 D iij

Leuit. 26. veteri Testamento scriptum est, vbi dicitur, Quum in Babylonē exterminatus esset populus, & recordabor testamenti mei in initio cum Iacob, & testamēti mei cum Isaac, & testamenti mei cum Abraham. *1. Cor. 12.* Aliud, Diuisiones gratiarū sunt, idem autem spiritus: & diuisiones mysteriorū, idē autē Dominus & diuisiones operationum, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Aliud, Quo abibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? *Psal. 138.*

PRÆPONI FILIUM PATRI

Ioan. 16. Ait Seruator, Ego & Pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Aliud, Ego & Pater vnum sumus. Rursum Apostolus, Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei Patris, & communio S. spiritus cum omnibus vobis. *1. Cor. 13.*

ADVERSVS EOS QUI DISCRIMEN PONVNT INTER

(ex quo) & (per quem) & illud, ex quo, Patri, illud, per quem, Filio, vt minus attribuunt.

Inuenimus cōtra in scripturis, etiam de Patre dici, per quem: & de Filio, ex quo, & de spiritu similiter. De Patre Apostolus ait, Fidelis Deus per quem vocati estis in communionem Filij sui. Aliud, Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatē Dei Rursum, Quapropter non vltius es seruus, sed hæres per Deum, & illud, Quemadmodum excitatus est Christus per gloriā Patris. Rursum quum genuisset Eua Caim, dixit, Adepta sum hominē per Deū. Quid? nōne Iosepho in carcere per Deum data est manifestatio? De Filio ex Prophetia Paulus dixit Quoniā ex eo, & per eum, & in eum omnia. Quod si hic contradicat hæreticus, & de Patre hoc pronunciatum dicat, æque tamen hæc vox (per quem) pati dignitate attribuenda est Filio. Idem Apostolus ad Ephesios, Veraces in dilectione crescemus, amplificabimus in eum ad omnia, ex quo omne corpus sua ratione ac modulo coaptatur, &c. Ad Colossenses, ad eos qui non habent notitiam vnigeniti, dictū est, Quod qui caput tenet, id est, Christum, ex quo omne corpus periuncturas & colligaturas, &c. Et de plenitudine eius omnes accepimus. Quin & ipse Dominus ait, Quoniam de meo accipiet & renuntiabit vobis, & rursus, Cognoui virtutem ex me prodiisse. De spiritu, qui seminat in spiritu, ex spiritu metet vitam æternam, & Ioannes inquit, Quod Deus in nobis sit, ex spiritu eius, quem dedit nobis. Et Angeli vox est, Quod enim natum in ea est, ex spiritu sancto est. Ipse quoque Dominus loquitur, Quod natū est ex spiritu, spiritus est. Quod si illud (ex quo) imperatis est, hoc est, Patris, quod quæso illud referet, non factus est vir ex muliere, sed mulier ex viro? An scilicet hic Deum virū appellabimus?

PATRI, FILII, ET SPIRITVS SANCTI ESSE QUÆDAM

communia nomina, Qualia sunt Deus, Dominus, sanctus, Bonus, Spiritus, & alia nonnulla.

Quatenus intellectualis est, Spiritus dicitur, vt *Ioan. 4.* Deus est Spiritus. Et qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Rursum de Filio, Spiritus faciei nostræ Christus, Dominus sanctus Pater, & sanctus Filius, spiritus vero nō sanctificatus est, sed sanctificans, bonus, vt bonus Pater, & ex bono genitus bonus Filius, rectus Spiritus, vt rectus Dominus Deus, eō q̄ sit veritas, iustitia, ob immutabilitatem substantiæ, Paracletus vt vnigenitus, iuxta *Ioan. 14.* illud, Ego rogabo Patrem meum, & alium Paracletum dabit vobis. Ita commune id nomē spiritui cum Patre & Filio, ex cōmuniōne naturæ & proprietate coaptatum est. Nam vnde quæso aliunde, rursusque spiritus principalis, veritatis, & sapientię nominatus est?

OMNIA SPIRITVM FACERE QUÆ CHRISTVS FACIT.

Quales sunt operationes potentiarum, gratiæ sanitatum: siquidem per Spiritum sanctum, demones expellebantur. In spiritu Dei diabolus subigebatur, caro affligebatur ad præsentiam spiritus, peccatorum redemptio in gratia spiritus, Loti enim estis, & sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu sancto, Ex mortuis resurrectio, idque per operationē spiritus. Emittes enim spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ: Rursum, Si spiritus qui excitauit Iesum à mortuis. Quod si quis hanc creationem accipiat, tanquam de mortuorum viuificatione sit intelligendum, qui quæso non ingens efficacia spiritus dispensantis nobis vitam illam resurrectionis, & ad spiritualem vitam animas nostras moderantis? Quod si illa creatio intelligatur de hac vita, quæ est ex peccatis transformatio in melius: nam ita accipi potest secundum consuetudinē Scripturæ, quum Paulus dicat: Si qua in Christo noua creatura, Ita quoque ista innouatio, quæ à terrestri & passionibus obnoxia vita, ad cælestem viuendū rationem nos transfert per spiritum, magna admiratione animos nostros afficit. An igitur isthuc timebimus, ne nimis honoribus gloriā spiritus excedamus? An potius contra, ne nimis humiliter de eo sentiamus? Dicit enim Ananias Petrus Apostolus, Cur Sathanas impleuit cor tuum, vt mentireris spiritui sancto, non mentitus es hominibus, sed Deo.

PATREM, ET FILIUM, ET SPIRITVM SANCTVM

ducem fuisse Israeli.

Propheta igitur Hieremias de Patre loquitur, Ipse dux fuit Israeli in deserto, & ne dixeritis (inquit) vbi est Deus qui eduxit nos ex Ægypto, qui nos duxerit in deserto? Dauidis verbum, Duxisti vt ouem populum tuum. Esaias autem Propheta dixit, Spiritum Sanctum Israhel duxisse in solitudine. Sed libet ipsum audire, Duxit eos per abyssum, quasi equum in solitudine, & non sunt fatigati, & vt pecora per campum, descendit spiritus à Domino, & duxit eos. Ad Corinthios ad hunc modum Paulus, Bibebant igitur, inquit, ex spirituali consequente eos Petra: Petra autem erat Christus. Quod si quis dixerit spiritū intercedere pro nobis, ac proinde quanto supplex inferior est datore, tanto quoque

que inferiore esse spiritum, huic ita respondebimus, vnigenitum Filium, qui est ad dextram Patris omnipotentis, intercedere pro nobis. Quid ergo? inferiorisne ordinis est Spiritus Sanctus apud Paulum Apostolum ita loquentem, In quo consignati estis in diem liberationis? quin & Stephanus ita loquitur, Vos semper Spiritui Sancto oblistitis, quemadmodum & patres vestri. Esaias porro Propheta dicit, Exacerbauerūt Spiritum Sanctū. Idem rursus alibi loquitur, Domus Iacob exacerbauit spiritum Domini, at tu illum seruum dicis, quū seruus non nouerit quid faciat suus Dominus. Spiritus autem Sanctus, ita nouit ea quæ sunt Dei, vt Spiritus hominis, ea quæ sunt in homine.

FILIUM ESSE VERVM DEVM ET DOMINVM.

1. Ioan. 5. Ioannes ita in Epistola scribit, Scimus quod Filius Dei venit, & dedit nobis metem, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius Iesu Christo, hic est verus Deus & vita æterna. *1. Ioan. 5.*

FILIUM NOMINATVM ESSE MAGNVM DEVM.

Tit. 2. Apostolus ad Titum, Expectantes beatam sp̄e & aduentum gloriæ magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis. Idem ad Romanos, Ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in secula, Amen. *Rom. 9.*

ADVERSVS EOS QUI HOC DICTVM AD CON-

tumeliam Filij accipiunt, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem Patris qui misit me.

Si probro est Filio adimplere voluntatem Patris, probro quoque est Deo & Patri adimplere voluntatē iusti, cum Dauid de eo loquatur, Volūtatē timentium se faciet, & deprecationes eorum exaudiet. Quod si Deus adimplens voluntatem mortaliū, non cōfunditur pudore, Filius scilicet ob humanæ carnis negocia dispensationemque & habitum nobis conuenientem, & conditionem seruile, quam nostri causa suscepit, in probro erit cum dicit, Non veni facere voluntatem meam, hoc est, carnis meæ, sed Patris, hoc est, diuinam voluntatem? Ne igitur in vituperium accipiatur, quamuis illorū sententia maxime isthinc dissoluatur. Accessit ad eum leprosus, genua flectens, & dicit, Domine si vis, potes me mundare, hunc igitur non reiecit Saluator neque locutus est, quid blasphemias? cum dicit, si vis, ac potius non debes: Quid ergo? nōne approbavit perfectionem eius Fidei? nōne eiusdem mutata syllaba salutem illi contulit? dicens volo, mundare. Volens purgat lepram, volens viuificat mortuum. Voluit, & excitauit Lazarum, cuiusque vox est, Sicut Pater vitam habet in semetipso, ita & Filio dedit vitam habere in semetipso: & rursus, Vt Pater viuificat mortuos, ita & Filius quos vult viuificat, quod ipsum etiam à Dauid dicitur, Quoniam ira in furore eius, & vita in voluntate eius.

ADVERSVS EOS QUI DICVNT VERBA SERVATORIS

ad matrem Zebedorum ignorantiam pra se ferre.

Inuenimus in veteri Testamento, loquente Deo ad Salomonem, Postula à me, & faciam tibi: quid igitur? num antequam postularet Salomon, ignorabat Deus quid in animo habebat? sed voluit vnā cum cognitione Dei manifestare postulationē, vt inquit Paulus, Et postulationes vestræ innotescāt apud Deum, pro eo quod est, indicate illi quid velitis, non tanquam ignorantī, sed tanquam bonum propositum approbanti. *3. Reg. 3.* *Philip. 4.*

ADVERSVS EOS QUI DICVNT, MINISTRI ORDINEM

habere Filium, eō quod obtulerit Patri humanam naturam.

Scriptura indicat Patrem, alios adducere ad Filium, Audi igitur hoc ipsum è Filio: Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus cælestis traxerit illū. *Ioan. 6.*

ADVERSVS EOS QUI SERVIVNT VOCIBVS, ET NON

sententiis sacrarum literarum, & faciunt Patrem Filij sui Deum.

Apostolus dicit, Deus Domini nostri Iesu Christi, qui est Pater gloriæ. Isthic retum discrimina dispensauit, nam & gloriā Filium vnigenitō appellauit, Iesum Christū vero nominauit, prædicationē humanitatis, humanitatis enim Deus est, gloriæ vero Pater, si non credis huic dicto, sed aliā existimas esse gloriā, cuius Pater Deus est, aliā igitur cōminiscere naturam sublimiorē Filio, vt eius Pater nominetur: huius vero Deus, qui est Pater gloriæ. Glória enim vnigenitus dicitur. Et vidimus, inquit, *Ioan. 1.* gloriā eius, gloriā vt vnigeniti à Patre. Quapropter dictum illud, Deus Domini nostri Iesu Christi ita intelligendum est, ac si diceretur, Deus carnis Christi qui est Pater gloriæ, Patérque deitatis. Gloriam enim etiam Esaias Seruatorem nostrum nuncupat, secundum deitatis maiestatem: cum enim recenseret mira quæ in deserto erant, & solitudini Euāgelium deprædicaret, ait, Exultant deserta Iordani, & floreat vt lilium, quoniam gloria Libani data est ei, & preciositas Carmeli, & populus meus videbit gloriā domini & sublimitatē Dei, & conspiciet omnis caro salutare Dei. Gloria igitur est à gloria, vnde & à Paulo dictum est: Qui est splendor gloriæ & figura substantiæ eius. Pater igitur est gloriæ vnigeniti, Deus vero carnis Christi, non q̄ alium Christū dicam, alium vnigenitū: non enim diuido animo quæ ob vnitatem diuidi non debent. Pater siquidem vnigeniti est ante secula, Deus vero vnigeniti secundum carnem in fine seculorū, semperque illius Pater est, non semper autem Deus, sed ex quo carnem assumpsit. Deus Pater ergo deitatis, quū & Pater sit æternus, & Filius ei cōæternus, neque accipit sectionem aut diuisionem gloria veritatis. Quando igitur Pater Filij, Deus illius ob carnem nominatus est: ab eo scilicet tempore quo

Ibidem. puli maiestatem rei ex magnifica ratione adueniendi: ut igitur, inquam, in monte caligo & procella præcedebant, ita quoque in aduentu spiritus, Dum compleretur dies pentecostes, factus est strepitus quasi vehementis & rapidi flatus: & tunc apparuit spiritus, & conuulsit domum.

DE EO QVOD HÆRETICI DICVNT SPIRITVM

DONVM DEI ESSE.

Rom. 8. Nos autem cum dicimus donum vitæ: liberauit enim nos. Nam lex spiritus vitæ liberauit nos: & donum potentiae. Accipietis enim potentiam adueniente in vos Spiritu sancto, imò nos cum & Filiu affirmamus adoptionem dedisse, attestante Paulo, apud quem paulo post, Quomodo non cum eo nobis omnia largietur? Item alibi, Ut videamus donata nobis à Deo. De mysterio susceptæ humanitatis loquens, in epistola ad Hebræos hæc verba adiunxit.

Heb. 5. Quandoquidē igitur pueruli participes erant sanguinis & carnis, ipse quoque carundem rerum participes esse voluit, ut per mortem aboleret eum, qui vim imperiumque mortis haberet, hoc est, diabolus: filios autem suos in his verbis Apostolos nominat, per quos signa & prodigia in domo Israël facere Dominum sabaoth, habitantem in monte Sion demonstrat. Eorum ipsorum diserte ait, facies obfignandas esse sigillo Christi, erudiendosque, non iam deinceps legem Moïsis, quippe quæ ulterius nõ consistat, vnâque cum ea domus Iacob derelicta sit à Deo.

PATRIS ET FILII CONCORDIAM ESSE A DEO VERBO COMMONSTRARI.

Ioan. 5. Et ne credideris vilitatis esse verba, sed humanitatis: vilitatis quidem species, amoris tamen in homines præceptum est: Christus enim omnium Dominus, idem ille ipse est, qui Iudæis hæc dicit, *Mich. 6.* Quis ex vobis couincet me de peccato? Filius eius nimirum qui per Prophetam Michæam loquitur, Popule mi, quam iniuriam feci tibi? aut qua in re molestus fui tibi? responde mihi? & qui per Euangelium dicit, Si male loquutus sum, doce per testes de hoc malo. Filius eius itidē qui per Hieremiã ait, *Hier. 2.* Dixi colonis Israël, quid inuenerunt in me patres vestri, aut quod delictu aut iniuriam, quod ita longe à me recedunt? O qualem humanitatem, in qua bonitas naturam, imo potius non tam naturam, quàm nostras cogitationes alloquitur.

QVOMODO BONITAS DEI OSTENDATUR.

Exod. 20. Dicit Moïsi, Ego sum Deus qui talionem peccatorum parentum, in liberos reddo. Cæterum id aliquidque, nimirum in tertiam & quartam stirpē. Attende mihi quæso, quatenus vltionem protendat, nimirum non vltra quartam generationem. *Ibidem.* Nunc vide quo fine humanitatem claudat, Misericordia mea in mille prosapias, siue generationes, diligentibus me.

QVOD OMNES PROPHE-TÆ IN VNVM COLLATI,

rerum, à Christo in carne gestarum, monumenta absoluerunt.

Moses figurã crucis constituit, quod testatu quoque facit ipse Seruator, Quemadmodum, inquit, *Ioan. 3.* Moses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari Filium hominis. Itidem quoque & Ionas de morte eius specimem quoddam repræsentaui, Siquidem ille descendit in cetum, atque intra triduum inde prodiit, factusque est figura resurrectionis. Hoc ipsum denuo Seruator repetens, figuram eam veritati conciliat. Et quemadmodu egit Ionas *Mat. 12.* in ventre ceti tres dies, & tres noctes, ita quoque agere oportet filium hominis in corde terræ.

TRINITATEM ESSE CONSVBSTANTIALEM.

Quid est Deus? omnium principium, secundum Apostolum dicentem, Vnus Deus ex quo omnia: verbum autem eius ex ipso, nascendi ratione, & Spiritus progrediendi modo existit, deinde vniuersa rerum natura, per verbum & spiritum artificiose constituta est.

OBTRECTARE FILIO, EST

OBTRECTARE SPIRITVI SANCTO.

Plerisque eorum qui in terris agunt, terribilis est sermo Dei, vbi dicit, Omne peccatum & blasphemia remittitur hominibus, sed qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro. Quapropter admonet diuus Apostolus, iudicans literam occidere, spiritum *Ephes. 4.* viuificare: plerâque; siquidem sacrarum scripturarũ, si iuxta literam sentiamus, in nefarias collabemur blasphemias, quale est istud elogium Domini superius dictum, quod quidem, si abscise secundum verba capiamus, in nefarias præcipitabimur sententias, quin & ipsum Dominum sibi ipsi contrarium deprehendemus. Si enim, quisquis verbum dixerit contra Filium, id ei remittitur, cur igitur Filius, dicit, Qui me abnegat coram hominibus, abnegabo *Mat. 8.* & ego cum coram Angelis Dei? Item si omne peccatum & blasphemia relaxabitur hominibus, & de verbo ociofo rationem dabimus: qui fit, ut is qui appellat fratrem suum morionem, reus sit gehennæ ignis? aut cur Paulus Apostolus dicit, Ne erretis: *1. Cor. 6.* neque scorta, neque adulteri, neque molles, neque maledici, regnũ Dei possidebunt? Quod si hæc ita se habent, dic mihi, quomodo fieri posset, ut omne peccatu & omnis blasphemia remittatur hominibus: aut si remittitur hominibus in futuro seculo, cur ob id miser vapulat Origenes, sine aliquẽ pœnarũ constituẽs, ac tandẽ remissionẽ peccatorũ hominibus pariter & dæmonibus à Deo concedi prædicans? Item si blasphemia in Spiritum sanctu remissionem non habet, quid est cur accuset Ecclesia Nouatum reiicientẽ pœnitentiam? tenebricosum illud, & quod coniectu est difficillimum, quum ei, qui loquutus fuerit contra Filiu, remissio peccatorum indulgeatur: illi vero qui dixerit verbu contra Spiritum

Spiritum sanctum, nequaquam remittatur, adeo vt Filius præ Spiritu sancto & Patre minor inferiorque videatur. Qui igitur fit, vt Filius dicat, Ego & Pater vnum sumus, & Qui non honorat Filium, non honorat, & Patrem? Item, Quicumque dixerit verbum contra Filium, remittetur ei. Ergone scilicet condonabitur blasphemia in filium Simonianis, & Sabellianis, & Photinianis, & reliquis omnib⁹ qui in carnem Filij blasphemias dicunt? Apage eum ista absurditate. Si enim quis dicat fratri suo, heus fatue, reus est gehennæ ignis. In quam quæso gehennam gehennarum coiicietur, qui asserit Deum creaturam esse, eumque non Filium Dei, sed seruũ, sed administrum & minutum? Et si quisquis cõtra Filium verbum dixerit, remissionem impetrabit, quomodo idem Filius dixit, Qui non comedit carnem, nec bibit sanguinem meum, non habet vitam æternam? aut qui quæso blasphemans Filium blasphemias non dixerit in Trinitatem? Qui in eam blasphemiam dicit, is haud dubie abnegat sanctum Baptisma: qui autem sanctum Baptisma inficiatur, is nimirum Spiritum sanctum exuit. Et quemadmodum in sole isto sensibili, si in calorem radiõsue eius contumeliosus fueris, in totam naturam solis recurrit huiusmodi contumelia: ita quoque se res habet in trigemino sole Trinitatis & mysterij: contumelia vnius personæ, blasphemia est vniuersæ plenitudinis deitatis. Quid igitur sibi vult dictum illud Domini ad Iudæos, omnem blasphemiam & peccatum remitti hominibus: qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remitti ei, nec in hoc seculo, nec in postero? propterea necessum est, vt sapienter ista audiamus, & non errabimus, duplicem esse Christum post inenarrabilem vnitionẽ, loquor autem de ea quæ est ex deitate & humanitate, quam sacræ nobis contestantur, scripturæ: verbum enim caro factum est, deitatem ergo verbi ipse Christus Spiritum sanctum appellat, quemadmodum ad Samaritanã loquutus est: Spiritus (inquiens) Deus est, & vicissim humanitatem suam Filium hominis nominauit: sicut etiam alibi de sua carne loquitur, Nunc glorificatus est Filius hominis. Iudæi igitur qui semper in Deum offendunt, duplicem blasphemiam aduersus Christum exercent. Aliqui in carnem impingunt, hoc est, in Filium hominis, cum Prophetam, non Deum existimantes, quibus veniam dedit: id enim initiũ erat prædicationis, quum nondum capax erat mundus, vt Deum illum esse crederet, qui homo apparebat. Atque hinc est quod Christus ait, quod qui dixerit verbum contra Filium hominis, hoc est, in corpus eius, id ei condonabitur. Ausim enim dicere, ne ipsos quidem beatos discipulos perfectã sententiam de eius diuinitate habuisse, antequam Spiritus sanctus in die Pẽtēcostes eos visitasset: quum etiam post ipsam resurrectionem ipsum videntes, alij quidẽ adorauerint eum, alij vero hæsitauerint, nec tamen ob eam rem damnati sunt. Sunt alij qui in Spiritum sanctum impingunt, atque ita in Christi deitatem blasphemias dicunt, nimirum quod in Belzebub principe dæmoniorũ eiiceret dæmonia, de istis intelligendum est, quod ait, Non remittetur neq; in præsentī seculo, neque in futuro. Quin & hoc obseruandum est, non dixisse Christum blasphemanti & pœnitentiam agenti remissionẽ dandam non esse, sed blasphemanti & in blasphemia

manenti. Quandoquidem nullum est peccatum irremissibile apud Deum, in illis, qui verẽ & ex animo, & vt par est, pœnitentiam agunt. *Vere pœnitentib⁹ nullũ peccatu irremissibile.*

QVOD SIT EVANGELIVM. Euangelium est Dei verbi Domini Iesu Christi præsentia, ad humani generis salutem incarnati ex Spiritu sancto & Maria semper virgine.

DE ANGELIS.

Quæ est definitio substantiæ Angelicæ? Angelus animal est rationale, expers materiæ, hymnis dicendis aptum immortale.

QVOD OPVS SVPERCOE-LESTIVM POTESTATVM.

Hymnus irremissus, & amor incessabilis erga maiestatem Dei, fortasse etiam obsecratio continua de nostra salute. Cæterum quia ipsi ordines & milites denominatur, restat, vt ordinẽ distinguamus, in ordinem docentium, permittentium, punientium, eorumque qui animabus gratificantur, & qui apud homines permanent. Et quemadmodum discrimen ordinis in supernis potestatibus cognouimus, ita quoque stationis, & scientiæ discrimina sunt, Throni scilicet, Cherubim & Seraphim, qui continuo & sine villo mediatore aut interprete à Deo discunt, vtpote cæteris sublimiores & Deo propinquiores, & ab iis erudiuntur inferiores ordines, atque ita deinceps cæteri pro suo gradu: postremi autem omniũ sunt Angeli, qui & hominum pædagogi sunt censendi. *Angeli hominum pædagogi.*

QVOD SIT HOMO.

Homo est animal, intellectu præditum, & quod sentit diuinã mentem, vitæ æternæ capax, & huius spoliacione mortale: huiusmodi est igitur ratio hominis secundum terrestre plasmã.

HOMINEM COMPOSITVM ESSE ET NON SIMPLICEM, NEQVE EX SIMILARIBUS PARTIBUS, SED EX INCORPORALI MENTE, & CORPORE CONCUSPISCIBILI, SIUE ANIMALI.

Vt docuit Paulus. Qui carni concupiscibilem vim animæ attribuit, quam & carnem appellauit, cui adiuncta quoque est voluntas, camque militare, aut contra spiritũ: sed enim militare nequit, quod motu destituitur, & voluntatem propriam non habet. Hanc igitur carnẽ aduersus Spiritũ ait depugnare, non eam quidem immobilẽ, aut inanimale. Naturalis enim affectionũ motus ei inritus est, cum quo caro nominatur, vt in epistola ad Romanos manifestius interpretatus est, declarã motũ, qui in carne est, cõfligere aduersus mentẽ, & inuicẽ oppugnari, vt rem nequaquam eandẽ cum mente, sed prorsus diuersam. Gaudeo, inquit, lege Dei, secundũ interiorẽ hominem: video autem aliam legem mēbris meis, *Gal. 5.*

Ioan. 4.

Ioan. 17.

Mar. 8.

1. Cor. 6.

Luc. 9.

Obserua- tio.

Origenũ de gehennæ extirpatione.

Novatiani.

simile.

Angeli hominum pædagogi.

Gal. 5.

Rom. 7.

ibidem. bellantem contra legem mētis meæ, & in captiuitatem me redigentem. Hanc voluntatem, & animā proprie appellauit Paulus, distinguens eam à Spiritu, cum dicit: Deus sanctificabit vos perfectos, & integrum Spiritum vestrum. Et corpus & animam sine culpa conferuet in aduentum Domini nostri Iesu Christi. His verbis Spiritum & animam pro integro homine exponens, optansque eum sanctificari: ergo cum designauit spiritum, qui sanctificandus esset, hoc est, mentem humanam. Animam deinde & corpus tabernaculum terreſtre appellat, vt secundum hanc discriminationem triplex sit homo terrigena, mentalis siue intelligens, concupis-

Voluntas. **A** bilis, corporalis. Voluntas porro siue anima, in qua est vis concupiscibilis, vnica est menti & corpori humano. Inualeſcente igitur mente, totus homo efficitur mentalis, quanquam implicatus sit carnalibus concupiscentiis, secundum prædictam hostilitatem & contentionem in homine inuicem inter se pugnantis rationalis & irrationalis, non quidem dominantis sed dominum patientis. Cæterū principalis dicitur mens, quatenus princeps est & dux corporis animalis. Homo igitur, secundum principatum mentis, particeps est deitatis, quum sit animalis & mentalis, ideoque dicit, Qui vnitur Domino, vnus spiritus est.

ATHANASIVS ARCHIEPISCO-

PVS ALEXANDRIÆ, CVM SVIS COEPISCOPI, AD OMNES VBIQVE PER ÆGYPTVM, SYRIAM, PHOENICIAM, & Arabiam fratres, fidem & salutem amplectentes, Orthodoxos Episcopos in Domino SALVTEM.



Exhortatio.

QUOTQVOT impietatem concipitis insurgentem aduersus pietatem, nouis prorsus vocabulis, insidiosa hypocrisis, tumultibus, seditionibus, atque adeo verberibus, vulneribus, & cædibus subducere vos tanquam è tempestate in portum & cõseruare debetis, non admiscentes vos impietati eorum, qui indignis modis tractant vnā veramq; Trinitatis deitatem, Filiumque à Patre abalienant, Patremque à Filio disungunt, neque item admiscentes vos tumultibus eorum, & homicidiis: ita enim à nobis, qui nos ipsos, cõsq; qui nobis obtemperant, saluos optamus, agitur. Et iam pridem manifestam Arii hæresim, eorumque hypocrisis, qui fictis verbis simpliciores seducunt, refutamur, & ab eorum insolentis turbationibusque segregamur: Lugentes interim eorum facta, quibus causam præstant, vt nomen bonū male audiat, atq; id studio habemus, vt & in nobis & nostris seruetur fidei modestæque conuersationis disciplina. Et ad ea studia adhortamur, & vos quotquot iam istis hominibus obstitit, & quotquot nondū ad hunc zelum exciti estis, aut nondum intellexistis solui Christianismum, & calide sub alia specie diabolum oppugnare Ecclesiā, & tanquam nauem in vndas deprimere. Quod si nobis scribere, & super ea re communicare volueritis, libenter recipimus vestram concordiam, cõspirationem, & orationum consortia: neque ei rei

B impedimento erit distātia locorum indicamūsq; vobis, & si iam longo tēpore hæc pestis incubuit, nihilominus tamen in plerisque populis & Episcopis decus Apostolicæ fidei remanere, quanquam nonnulli vi, verbisque fallacibus populū detineant, & multi Episcoporum, tum formidine illustriū virorum in vrbibus, tum gloriæ ambitu, ea quæ sentiunt, dissimulant, & quæ non sentiunt, præ se ferunt. Qui si istis affectibus non terrentur, ex paucis verbis veritatē agnoscerēt, fieri scilicet non posse, vt idem & Dei opus, & Filius Dei sit, neque Spiritū Sanctū creaturis adnumerari debere, Deiq; aduetum non vt creaturæ aduentum existimandū, neque enim in serui aduentum credimus. **C** Quin & Deificam esse Spiritus gratiam approbamus, per quem fit vt dij efficiamur, & Dei templa reddamur: hæc tamen paucis dicta cuilibet Christiano satis manifesta sunt, quum ab initio prædicatam veritatem retineamus, in qua permanētes æternam spem suscipimus: symbolum igitur, tesseræque Fidei nostræ est cõsubstantialis Trinitas, Deus verus, ex Maria genitus homo: qui autem istis non astipulatur, anathema esto. Hæc enim scripta magni concilij Nicensis volunt cõsubstantialē scilicet Patri Filium esse & Spiritum vnā cum Patre & Filio conglorificari: Deum verum Filium Dei, incarnatum, passum esse, resurrexisse, in cælum ascendisse, venturum esse iudicem viuorum & mortuorū, cui gloria in secula seculorum, Amen.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ REVTATIO CONTRA HYPOCRISIM MELETII ET PAVLI SAMOSATENSIS, de cõsubstantialitate.



Quod alteri simile est, non est idem cum ipso cui simile est.

HOMO ad similitudinē Dei factus est, nec tamen est homo, Deus: nō enim quod alteri simile est, id idem est cum ipso, cuius similitudinē gerit. Nam simile est regnum cælorum saganæ & sementi, nec tamen

D est quicquā horum Regnū cælorū. Simile item est regnum cælorum patrifamiliās, qui doctus est in regno cælorum, sed tamen nequaquam est paterfamiliās, & alia huiusmodi cõpluria, quæ similitudine cõiungūtur, vt in corporibus lupus canis similis, sed non canis: & stannū argēto, sed nequaquam argen-

Filius nō est Deus similis cur. Luc. 10.

1. Jo. 3.

Hebr. 13. Filij diuinitate negat, qui dicit illi Patri similem.

Idem & Dei opus & Filium Dei nōst.

Filiū cõsubstantialē Patri, ex concilio Nicen.

Concionatore quid spectare deceat.

Argumentum.

argentum: & æs auro, at neutiquā aurum: & coccus sanguini, sed non sanguis: & calx niui, sed non nix, vt quæ tantummodo talia appareant. Deo igitur non est similis Filius, cum Deus sit, sed vnū cum eo, sicut in scriptura proditur, Ego & Pater vnus sumus, vbi Deitatem per illud quod vnum dixit, interpretatus est, Deitatem, inquam, non qualis est in deificatis, vt istam cum illa compares. Non enim Deus qualis homo, qui secundum similitudinem Dei factus est; respectūque similitudinis, nō natura Deus nominatur: neque Filius Dei in hanc similitudinem profectu virtutis cucitur, secundū quod de nobis dictum est, Filij Dei sumus, & si manifestatus fuerit, similes illi erimus: vbi autem substantia, ibi neque in maius aut minus profectus est. Nam id quidē in homine locum habet, in Deo non habet, quum semper sit idem, neque iam minor, postea vero maior, vt pote Deus. Christ⁹ enim heri & hodiē, idem est in æternum. Qui igitur Filio adimit, ne sit cõsubstantialis Patri, sed simile illum statuit, Deum eum esse negat. Idem quoque, qui cum ideo cõsubstantialē vult, quod naturam similem substantiæ diuinæ habeat, is aliam substantiam inducit, vt pote quæ non eadem, sed similis sit diuinæ substantiæ: non igitur iste, quidnam sit natura Filius, decenter effert, quum non sentiat eum ita cõsubstantialē Deo esse, quemadmodum homo ex substantia humana homini similis esse perhibetur: si autem non ita vt homo ex homine, secundum substantiam, Deo Filius par est natura, sed ex similitudine aliqua quasi concolor habetur, veluti simulachrum quod cum homine lineamentis conuenit, aut vt homo Deo aliqua in re similis esse censetur: certum est enim qui ita opinatur, etiam si maxime iactitet cõsubstantialitatem, nihil tamen tale in animo sentire: non enim, vt in vsu est, cõsubstantialitatem intelligi cupit, quæ intelli-

A genda est de vna atque eadem substantiā. Sed omnino præter vsū vocabulū vsurpat, & vt calūniari possit, vocem eam ethnicam dicit, quum tamen vox ea nunquam in alio significato pro consuetudine ethnica ponatur, quā vt eandē naturā designet, quod ipsum credendum est in Patre, Filio, & Spiritu Sancto: simul igitur iste & vim vocabuli cõsubstantialitatis subuertit, & naturam substantiæ adulterinæ denominat, cum eam opus velit, nō sobolem: Quocirca satis credibiliter & scitē adiūgit hanc dictionem impassibiliter, non vt calūniā passibilitatis detraheret. Quis enim Deum passibilem dicit? sed vt eum factum, creatūmve à Deo nō genitū, ex Deo processisse persuadeat, quasi istiusmodi progressus & enixus passionibus obnoxius sit: quemadmodum soliti sunt dicere, qui progressum naturalem, vt passionem repudiant, & quā ipsi dicunt substantiæ facturam, vt passionibus liberam, vacuam commendant, quanquam facturā ipsa, si humanitas capiatur, & motū habeat, & ex motu laborem, quæ aliena sunt ab opifice Deo, tamen generationē impatibilem, per istiusmodi expositionem, Filij progressum intelligentes; Spiritū alienum à Patre & Filio commonstrare nituntur, eò quod eius progressus, non natiuitati, sed profectui sese aliis impertienti, pro anhelitus similitudine ex ore prodeuntis, & recipientem se sanctificantis, similis habeatur, nimirum pro voce sua qua Spiritus dicitur. Atqui impossibile in Trinitatis gloria Spiritum conglorificari, nisi ex Deo per Filium progrediendi modo, non autem fiendi ratione naturā habeat (vt ipsi aiunt) Non enim factura cum factore, neque seruus cum Domino conglorificari debet: neque quod substantiam diuersā à natura Dei receperit, idem cum Dei natura fuerit (vt ait Ioannes) quoniam in nobis est, ex Spiritu quem dedit nobis.

Spiritum s. alienū deū à Patre & Filio dicit Samosatensis. Absurdum.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, IN EVANGELIVM DE SANCTISSIMA NOSTRA DEIPARA, SERMO IN QVO ANNUNTIATIONIS & incarnationis mysteria recensentur.



Concionatore quid spectare deceat.

SACROS sacrarum rerum præcones non ad imbecillitatem lectionis, sed ad eam quæ requiritur vim materiamque, & causam spectare oportet, quas præ oculis habentes, ita demum de eo quod denūciatur, destinationē cõiecturamque facere debemus. Quocirca etiam nunc ad prædicationem diuini Euāgelij de Deipara & matre Dei nos conferentes, concionaturi scilicet ad cætum conuentumque; istius festæ diei, necessum est in argumēto sanctissimæ & nulla carne vestitæ Trinitatis, vt etiam vnus ex illorum numero incarnationem celebremus. Nisi enim diserte prius & distincte de Trinitate disputatū fuerit, quomodo ea quæ vnus personæ propria peculiarisq; sunt, disputari poterint? Quapropter necessum est vt inde petito initio, trāscamus ad ea quæ ad incarnationem spectant, atque ita quæ Euāgelij sunt, quasi per subauditionē consequentur. Ac primum hoc memoriæ subiiciendum, festū hoc vnum esse ex Dominicis festis, atque adeo primarium &

D prorsus venerandum, vt pote quod pro ordine & digestionem rerum earum quæ in Euāgelij de Christo prædicantur, sacrosanctum habeatur: quippe in quo de Filij Dei è cælis descensu agatur. Nos enim eum è cælis descendisse credimus, quemadmodum & eundem ascendisse confitemur. Oportet igitur insistentes diuinæ prædicationi inde auspiciari, vnde rebus sua discrimina obuenerit queūt. Credimus igitur in Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem scilicet personarum indissolubilem, inter se distinctionem & vnitatem inconfusam possidentem. Non enim secundum interualla locorum distinctionē trium sanctarum personarum constituimus, aut cõfusaneam vnitatem; sed in exemptibilem distinctionem, & inconfusam vnitatem, cui nomen est Deus secundū vnā singularitatem substantiæ. Siquidē vnum Deum in Trinitate personarū cõfitemur: Deum, inquam, nullo principio inchoatū, aut tempore circūscriptū; singulis tamen personis proprietatem attribuentes; in Patre naturā ingeni, in Filio geniti, in Spiritu

Trinitas.

Sancto procedentis : nullo principio inchoatum, aut tempore circūscriptum Patrem glorificantes, nullo principio inchoatum aut tempore circūscriptum Filium prædicantes, nullo principio inchoatum, aut tempore circūscriptum Spiritum Sanctū confitētes : non tamen vt prior sit Pater, posterior Filius & Spiritus Sāctus, sed, quòd simul & pariter sint Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, secundum vnam & nunquam inchoatam, extemporalēque, & super substantialē vnitatem naturæ : venerantes vnum Deum, in tribus proprietatibus credentes, verēque glorificantes, non vt alium Deum priusque existentem Patrem, & alium Deum Filiū postea superinductum, & alium Deum Spiritum Sanctum postmodum excogitatum, secundum blasphemias hæreticorum, sed vnum Deum in tribus subsistētiis prædicantes, in quibus vna sit substantia, vis & efficacia, & quæcunque huius generis circa substantiā considerari possunt, & diuinitus in sacris literis, & hymnis prædicantur. Et vt formulam demus sermoni nostro, consummationem, ac plenitudinem, ea quæ in sacris literis celebrantur, tenere oportebit. Sed quænam ea sint, & circa quænam versentur, deinceps audiemus: nimirum eum increatum, incorporeum, intemporeum, expertem initij, sempiternum, indefinentem, infinitum, æternum, incognitum, ineffabilem, nulla figura delineatum, inperferutabilem, Deum deorū, Dominum dominorum, Regem regum, summum Imperatorem, creatorem, opificem, lumen, vitam, sanctitatem, bonitatem, immortalē, omnipotentem appellari, & quæcunque alia excellentiam huiusmodi, & naturæ rationem præ se ferunt. Non quòd singula istorum substantia eius sint, sed quòd circa substantiam eius versentur. Veluti quum duo pluræ ad vnum, cui attribuuntur, referri intelligimus, quod coaceruationem plenitudinēque diuinitatis in scripturis nuncupamus: non quod ad vnam tantummodo personam, sed eque ad quemlibet ex Trinitate pertineant. Quapropter vnigenitus Deus ait, Omnia quæ habet Pater, mea sunt, & ad Patrem loquens, Omnia mea tua sunt, quemadmodum & tua mea, & glorificatus sum in iis. In omnibus enim quibus glorificatur Pater, illis ipsis quoque glorificatur Filius, & Spiritus Sanctus. Atque hinc perfectus Deus Pater dicitur, & perfectus Deus Filius, & perfectus Deus Spiritus Sanctus, quoniam singuli non destituuntur plenitudine deitatis, sed æqualitatem habent omnium earum proprietatum, quibus æqualiter plenitudo diuinitatis intelligitur. Ex deriuatione ἰσθ, hoc est, qualis ἰσθ nominatur scēminea terminatione, quæ est æqualitatis multorum cōplexio & causa. Quibus enim æqualis substantia est, diuersis interim proprietatibus, ea æqualia ex æqualitate quæ ἰσθ, est Græcis nominantur, dicta videlicet quasi ὁσθ, hoc est, sanctitas: huic vocabulo ἰσθ si conuersione iota in ομπερον, deinde adiicias ἰσθιδον, ὁσθιδον facies, quæ ex hac etymologia quasi interpretari potest, quædam substantia effectrix plurium, quæ in eandem vnitatem, vnde sunt, quasi in suam summam conferuntur. Nam ita ad hominem secundum imaginē Dei factum respicientes, pro regula tradimus turbam earum proprietatum, quæ in eius natura sunt, substantiæque eius appellamus, quæ & ipsa est cōplexio & cōprehensio multorum, quæ totum il-

simul sunt Pater & Filius et Spiritus sanctus.

Ioan. 14. Luc. 10.

ἰσθ & ἰσθιδον.

ὁσθιδον vnde.

Cur hominē ad imaginē Dei factū dicamus.

lum acruū ad vnum refert, qualia sunt, eum creatum esse, intelligētē esse, rationalem, animatum, corporalem, passibilem, fluxum, temporalem, mortalem, fecundum, corruptibilem, vegetabilem, mutabilem, alternabilem, tristitiæ obnoxium, aliāque huiusmodi secundū analogiā, rationemque æqualiter ad huius naturam relata, æqualitas quædam, hoc est ἰσθ, mutatione deinde adiectionēque; literarum ὁσθ appellari potest, atque ita deinde hoc ipsum pro plenitudine cōsummationēque humanæ naturæ accipitur, cō quòd aggestu sui impleat eius integritatem: in quibus illud animaduertendum, quod nihil earum proprietatum, quæ in humana natura ad eius plenitudinem constituendam cernuntur, substantiam siue personā posse dici, sed promiscue & libere, quum in genere coaptantur, substantiæ nomen accipit vniuersitas illa, integerque acieus proprietatum humanarum: peculiariter vero & ad vnum relata, persona dicitur. Quum igitur communiter in multis istiusmodi considerantur, substantia nuncupatur: quum in vnum proprie conferuntur, persona siue substantia nominatur. Et sicut rursus hominem ad imaginem & similitudinē Dei formatum, simul in eo & mentem, & rationem, & spiritum cōtemplamur, neque in iis aliud alio prius aut posterius iudicamus, sed pariter consistere, & quum de vno loquimur, Trinitatem tamen in animo cogitamus, quasi si mentē ingenitam, verbum autem genitum statuas, idemque illud literis cōprehensum & atramento scriptum, emissum dicas: ita quoque in omnium Deo, Patrem, quasi mentē quandam, ingenitum, Filium vt verbum genitum, eumque emillum censeas, in tempore, quod placuit paternæ voluntati, non quidem vt vox, quæ effertur ad tempus, momentūque aliquod, & pro vsu rerum datur, sed vt verbum substantiale solidum, & se ipsa ita consistens vt genitum est: postquam enim semel è Patre prodiit, ἰσθιδον est, substantia est, statum indissolubilem, ex quo genitum est, possidens. Nam hypostasis sua interpretatione designat id quod subsistit, hoc est, quasi secūdo ordine consistit: Siquidem Pater quatenus est author geniti, Filium vt genitū sub se habet. Quapropter Euangelista loco huius præpositionis ἰσθ, quod est sub, præpositionem, apud, in Euangelio reposuit, In principio, inquit, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Æquiualemtia igitur sunt & eodē significatu, vtrōque citroque recurrunt hæ voces ἰσθ & ἰσθιδον, additæ nomini ἰσθιδον ergo est Filius, vt sub aliquo statum suum, id est, sub patre habens, & non à Patre segregatus, sed apud Patrem semper existens, neque aliam volūtatem seorsum à Patre suo possidēs, neque aliam potestātē, neque aliam operationem, imo nec diuersam substantiam obtinet. Sed quæcunque possidet Pater, Filius quoque vnā possidens, cōsubstantialis & Patri, & Spiritui Sancto recte perhibetur. Idem ille, quum sit ex voluntate illa Paterna antiqua & vera, magni paterni consilij Angelus, admirabilis, item cōsiliarius, & iam pridem Verbum Patris, vbi multifariam, multipliciterque patribus per Prophetas loquutus esset, his vltimis diebus loquutus est & nobis, incarnatus, & homo factus est, idemque (vt ait scriptura) etiam secula condidit. Neque prodigiosis numinibus suam commisit prouidentiam, vt ethnici blaterant, sed eam ipsam omnium rerum curam, appro-

Homine proprietates.

simile.

ἰσθιδον.

Ioan. 1.

ἰσθιδον.

ide significat.

Heb. 1.

Ioan. 5.

simile.

Filius est sigillū incommutabile Patris.

Verbi diuini incarnationis.

approbante cooperantēque Spiritu sancto, in se suscepit. Siquidem cōmunionem eiusdem, & vnus prudentiæ operationisque præ se ferens, ad hunc modum loquitur, Pater, inquit, vsque dum operatur, & ego operor. Non enim per aliam prouidentiam Pater, per aliam Filius, sed per vnā eadēque substantialem deitatis efficaciam operatur. Quæadmodum à præcone illo prædicatur, qui quum sit splendor gloriæ, & sigillum substantiæ eius, hoc est, Patris, omnia ferens verbo potentiæ suæ, expiatione peccatorum nostrorum conciliata, confidet ad dexteram Maiestatis in excelsis. Sermo autem iste iteratus in eandem sententiam cōit, si consideres splendorem istum esse veluti radium vere solarem, ab orbe vere solari indiscretā habere emicationē, & characterem esse; & specimen substantiæ eius, per quam ipse Pater exprimitur & repræsentatur: vt enim annulo signatorio species aliqua effigatur, quam & imaginem expressam, & sigillum appellamus, nihilque, quatenus ad suos pertinet, deficit ab exemplari suo: ita quoque Filius eandē cum Patre formā gerit. Non enim euariat impressā imago ab imprimente signaculo, sed incommutabilis perfenerat, iuxta sculpturā annuli, siue in cera, siue in auro signaculum illud effigiatū sit, pro ratione regij numismatis, ita quoque diuinus character Filij, substantiæ Patris incommutabile sigillum est, ferens omnia verbo potentiæ suæ, secundum suum ipsius exemplar, carnique suæ, quasi ceræ, eum typū formamque impressit. Non enim est impossibile vel incredibile, vt tempore Patris voluntati grato, vt character (siquidem & character est) incarnationē in se configuraret, quæ veluti pro cera, aut quasi pro auro vsus videri potest, quemadmodū totum illud mysterium ineffabilis huius & inenarrabilis incarnationis non nihil subostendit. Id enim adhuc ineffabile & inenarrabile permanet ob rationē crescendi. Siquidem pro modulis gradibusque crescēdi, de eius carne sentiendum, non quòd simul eodē temporis momento absolutus sit, quòd in cera effigenda ex impressu sigilli animaduertimus: simul enim super multis & in multis ceras annuli signatorij effigies induci potest: contra, in diuina incarnatione non statim simul sed per incrementum perfectitudo intelligitur. Quod ipsum quoque facile intellexerit, quisquis habet mentis subtilitatem, ac vrinandi peritus sit, & in profunditates animalis corporis, quod & ineffabiliter, & inenarrabiliter feminatur, intellectu descendere posset, ac perspicere primum illic, subsidente genitili semine, paulatim id in minimam coalescere particulam, & per gradus incrementum capere. Neque enim illud ipsum in rebus nostris satis perspicitur, nisi quatenus imaginando obscuris vestigijs indagamus. Secundum igitur crescendi rationem diuina verbi incarnationis progressus fecit, non quidem seorsum diuina crescente forma, vt simul vnā concrecente, sed crescente animali carne ad solidam eam integritatem, qua homo perficitur, dum in vtero gestatur, ideòque nouem mensium lege hominum ritu eius partus absolutus fuit. Atque hinc est quòd Christi incarnatio ex Deo personam suam habeat, non humanus ex homine. Siquidem iuxta diuinum characterē, humana eius forma statum suum accepit, vnitione scilicet cum anima, atque ita fit, vt Christus duo pariter sit, & vnum singulare, vnū-

que item sit, & non duo; & rursus duo, & nequaquam vnum est secundum rationem duarum naturarum: & vnus, non duo, secundum vnitatem subsistendi. Ideòque duas voluntates prædicamus, sed nequaquam duos volentes, aut duos operantes, sed vnum volentem secundum vnitatem personæ: cōtra, duas voluntates, & duas operationes secundum peculiarem vtriusque naturæ rationem. Hoc igitur modo diuini incarnationis mysterium deprædicantes, hæreticorum blasphemias repudiamus, & in quibus ipsos inter se diuersos relinquentes, transimus ad ea, quæ ab Euangelista de Deipara & matre Dei enarrantur, auditori illic explicatus seriem rei gesta. Significamus igitur tempore beneplaciti paternæ voluntatis, sub plenitudinem septuaginta hebdomadarum Prophetæ Danielis ab ædificatione Hierusalem, post remigrationem captiuitatis Iudæ ex Babylone, per Salathiel, & filium Ioseph, summos id temporis sacerdotes, & ad impletionem trecentorum nonaginta annorum, secundum vices sui sacrificij ingressum esse Zachariam in templum Domini, ad incensum offerendum, apparuisseque ei Angelum Domini ad dexteram altaris, annunciantem ei de Filio suo Ioanne, quem cōceptura esset vxor sua Elizabeth, edituræque esset Baptistam & præcursorem Christi, ac conceptione deinde peracta, & mense sexto, ex quo prægnans erat Elizabeth, emissum esse Archangelum Gabrielem à Deo in Nazareth ciuitatem Galilææ, ad virginem Mariam, & ingressus ad eam Angelus, salutauit eam, dicens: Aue gratiosa, Dominus tecum. Etiam hinc animaduertimus vocem illam salutationis Angeli esse vocem, quæ pro sono suo quo efferebatur, significationem habuit: verum eam ipsam nequaquam fuisse filij hypostasin, aut carnem esse factam, sed pro sono, loquendique ratione diuersam fuisse à verbo Dei, quod in vtero virginis pariter descendit, prorsusque blasphemias dicunt, qui autumant vocem Angeli fuisse materiam substantiamque Verbi: nobis ergo ob istam execrabilem blasphemiam, visum est locum præsentem annotare. Quum igitur diuersa sit à voce Archangeli, hypostasis verbi & Filij Dei, simul ac aperirentur aures virginis per Angelicū sonum, introgressa est in eam diuina Filij essentia, adeo, vt nec ipsa virgo hæc cognouerit, cognouerit autem Dei filius, quo pacto introierit. Quapropter vt ignara de euentu mysterij conturbata est, super verbis Angeli dicentis, Aue gratia plena, Dominus tecum, & cogitabat secum, qualisnam esset ea saluatio, vnde subsecutus Archangelus ad eam dixit: Ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud Deum, Ecce concipies in vtero, & paries filium, vocabisque nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius altissimi vocabitur, & dabit ei Dominus Deus solium Davidis Patris sui, & regnabit in domo Iacob in secula, & regni eius non erit finis. Quin & hic hæsitat virgo, vt pote ad naturam respiciens, & de Iosepho cogitans, cui nupta erat, ad Angelum tale responsum dedit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & quandoquidem dixerat, ô Angele, virum non cognosco. Tu autem per hoc aduerbium, ecce, quod demonstrandi vim habet, Ecce, inquis, concipies, quasi de tempore iam instanti mihi loqueris. Quomodo istud fiet, ignoro, sed dic mihi Angele atque

Due voluntates est duplex operationes in Christo.

70. Hebdomada.

Zacharias templum Domini ingressus est, quando. Ioannes Baptistam.

Luc. 1.

Angeli vox non est substantia verbi.

Luc. 1.

ibidem.

interpretare, quomodo istud fieri possit: cui respō-
dens Angelus dixit, Spiritus Sanctus superueniet
in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, atque hæc
est, inquit concipiendi ratio, ita concipies in vte-
ro superuentu Spiritus Sancti, & obubratione vir-
tutis altissimi, atque ideo, inquit, quod natum erit,
Sāctum, Filius altissimi vocabitur. Illa vero etiam-
num hæsitans, sed tamen optans, Fiet mihi, inquit,
secundum verbum tuum, & abiit ab illa Angelus.
Nam hoc significat Euangelista, Angelum ab ea di-
gressum esse, ne occasionem relinqueret dicere vo-
lentibus, cum ipsum Angelum incolam virginis in-
carnatum fuisse, aut verbū, quod ille insonuit, aut
prolocutus est, hominis naturam condidisse, sed
quod ascendente Angelo superuenit in virginem
Spiritus sanctus, obumbraveritque illam virtus
altissimi, atque ita postmodum consummatus est
salutaris ille conceptus. Quibus iterum necessario
est insistendum, considerandumque qua ratione ad
virginem dictum sit, Spiritus sanctus superueniet in
te, & virtus altissimi te obumbrabit: nunquid ite-
dem, vt ad Apostolos dixit Christus, Vos autē sede-
te Hierosolymis, donec induamini virtute ex alto,
adueniente in vos Spiritu sancto? idem enim genus
promittēdi, & eadem ratione intelligi potest: quū
& hic virtutē ab altissimo superuenturam in Apo-
stolos, & Spiritus sancti accessum denūciat. Quid
igitur? num vt Apostolis spiritus, & virtus altissimi
promittitur, ita & virgini quoque promittitur?
Quod si eadem ratione huic, vt Apostolis, promi-
sio facta est, itidemque virtus altissimi, & Spiritus
sanctus in eam descenderit, sequitur, vt quum in
Apostolis ea ipsa virtus & Spiritus sanctus incar-
nationem non fecerit, neque in virgine virtutem
altissimi, aut obumbrationē Sancti spiritus incar-
nationem operatam fuisse, nec hominem esse fa-
ctum, quanquam etiam alius secundum eam con-
suetudinē, quæ in sacris scripturis est, virtus altissi-
mi appellatur. Enimvero, vt in Apostolos virtus
ista ideo descendit, vt contra omnem aduersariam
virtutem vigerent, ideoque spiritus superuenit essen-
tialiter, cum omnibus suis dotibus, vt efficaciam
acciperent omnibus signis, prodigiis & portentis,
ad confirmandam, certamque & indubitatam red-
dendam promissionē Christi: ita quoque Spiritus
sanctus in virginem descendit cum omnibus suis
essentialibus virtutibus, quæ illi per rationem diui-
ni Principatus adsunt, imbuens eam in gratia, vt in
omnib⁹ gratiofa esset, atq; idcirco gratia plena co-
gnominata est, eō quod adimpletione Spiritus san-
cti omnibus gratiis abundaret, & virtute altissimi
obumbraretur, quam virtutem per omnia tempo-
ra conceptus eam habuisse confido, & post concep-
tum etiam retinuisse: neque enim id tempora-
rium in virgine accidisse opinor, sed per omnia tē-
pora hoc illi datum fuisse, quemadmodum & nunc
in præsentia & in æternum vsque habet hæc virgo
sibi obumbrantem virtutem altissimi, & superuen-
tum Spiritus sancti, & virtutem altissimi, vt sit gra-
tia plena: ita enim isthic opinamur omnia illi per
gratificationē Spiritus sancti, & virtutem altissimi
donata fuisse, & nequaquam sicuti hæretici dicūt,
vim scilicet quandam, energiāque spiritus indi-
tam esse virgini, vt incarnatio perficeretur. Nam
tamen sine seminio id factum credimus, tamen
non ita loquimur, quod secundum eam diuisio-

*Cur An-
gelus di-
xerit s. s.
superue-
niet, &c.
Act. 1.*

*An vir-
tus altissi-
mi aposto-
lis polli-
ceatur vt
D. Virgi-
ni.*

*Spiritus
s. in apo-
stolos essen-
tialiter
superue-
nit.*

*Spiritus
s. quomo-
do super-
uenit in
D. Virgi-
nem.*

*Spiritus
s. gratia
D. Virgi-
ni data est
in æter-
num.*

nem gratiarum, qua spiritus singulis diuidit prout
vult, caro ista formata sit citra interuentum pro-
priae essentia Filij Dei. Absit. ea enim est mēs Pau-
li Samosatensis, & reliquorum hæreticorum: verū
ita loquimur secundum orthodoxorum dogmatū
rectitudinem, virtute & spiritu esse impletam vir-
ginem, tum vt corpus eius sanctificaretur, tum vt
salutarem illum fetum concipere posset. Atque
ita deinceps diuina Verbi natura ibi suū taberna-
culum eligens, in ea incarnationem assumpsit, &
homo factus est, non ita quidem, vt potentiam ali-
quam operandi vim illi inderet, sed vt in ea natura-
liter secundum vniuersam integritatem deitatis,
persona Filij ab initio Deus, & vltior initio, car-
nem & hominis conditionem indueret. Declaratū
enim superius est virtutem regnūque, atque alia
omnia istius generis, de quibus in sacris literis mē-
tio fit, non ita de vnoquoque ex Trinitate esse in-
telligēda, quasi singula eorum personam propriam
denotent, sed ita accipi debere, quasi ea non sub-
stantiam significent, sed substantiæ proprietates,
atque ita energiā & virtutem circa personam es-
sentialiter referri, & in cōmune quidem ea de vna-
quaque personarum diuinarum prædicari, proprie-
tatem tamen solum ad personam Filij incarnatam, & ho-
minem factam pertinere. Superuenit igitur Spiritus
sanctus super eam, & sanctificauit ipsam, vt in
Psalmis Spiritus dicit, Sanctificauit tabernaculum
suum altissimus, & obumbravit virtus altissimi,
corroborans eam, & diuinæ vmbrae imaginem in-
duxit, vt inde lineamentis collectis, videre posset,
quatenus possibile est, Deum formæ expertem in
se concipi. Non enim suspicandum est, quod secū-
dum simplicem naturæ suæ proprietatem, virgo in
se habitatem Deum videre potuerit, aut quod ipsa
animata rationalisque & intellectualis incarnatio
cōspicere valuerit, sed quatenus possibile fuit, vt
pote obumbrante illam virtute altissimi, & vmbra
lineamentaque quasi faciente, vt videret, quatenus
fieri poterat, Deum in se habitantem. Et vt nos ipsi
animam inhabitatē in carne nostra possidemus,
nec tamē, quomodo qualisue ea sit, conspiciere pos-
sumus, sed quasi vmbra eius, & lineamēta ex vir-
tutibus eius & internis efficacis colligimus: Tale
quiddam tum virgo, tum ipsa rationalis & intelli-
gens anima contueri poterat, atque etiam nunc
potest, ex potentiis operationib⁹q; inde p̄ceden-
tibus. Atque secundum hanc proportionē potius
loquendum est, quod Deus fecerit hominem se-
cundum imaginem Dei: secundum imaginē enim
& similitudinē istiusmodi incarnationis, & assump-
ptæ humanitatis hominē Deus fecit, vt in se gestas
illud quod secundum imaginem & similitudinē
Dei effigiatum erat, nihil ambiguum relinqueret
de incarnatione & humanitate assumpta: Incarna-
tionis enim & assumptæ humanitatis speciem, sub
vna voce simul prædicamus, neque solum incarna-
tionem annunciamus, sed vnā cum incarnatione &
assumptam humanitatē, ne videamur cum impiis
hæreticis, inanimatam, mentēque vacuam, & irra-
tionalem incarnationem statuere, sed ex eo quod
dicimus incarnationem & humanitatem simul as-
sumptam & carnem credimus, & animam rationa-
lem & mente præditam significamus. Ideoque &
eos qui dicunt solam naturam Dei Verbi incarna-
tam, neque addunt eam animatā esse, & rationalem
& mente

*Incarna-
tio facta
nō est sine
interueni-
tione
essentia
Verbi.*

Psal. 45.

*Virgo dicit
in se habi-
tantē vi-
dere non
potuit.*

*Deus fecit
hominem
ad ima-
ginē Dei,
quomodo.*

*Christum
vnum ex
duobus
naturis.*

Psal. 81.

*Christus
est vnus
ratione
vnius
personæ,
sed du-
plex natu-
ra.*

*Gal. 4.
Filius à
Patre
primus mi-
titur quā
nascatur
ex femi-
na.*

& mente præditam, non admodum recipimus, nisi
resoluant, & exponant, quid iis verbis sentiant, id
enim nuper simpliciter dicebatur, sed postmodum
malitiosè tractatum est ab hæreticis, verba simpli-
cia deprauantibus. Sanctificata igitur superuentu
Spiritu Sancti virgo & corroborata, & virtute alti-
ssimi grauida, cum gestabat, qui ex sua propria es-
sentia Dei erat Filius, pro vnica eius diuinitatis na-
tura, & gignit eundem incarnatum, & hominē fa-
ctum secundum duarum naturarum proprietatem:
eundemque duplicē, & vnum ex duobus cōstantem,
inconfuse, immutabiliter, atque indiuisim credi o-
portere statuimus: non quidem deiferum hominē,
sed carniferum Deum: cæterum neque hoc pro hæ-
reticorum more intelligentes authores Niceni cō-
cilij, sed, vt diximus, ex operatione Spiritus & vir-
tutis altissimi, & imprægnatione virginis deiferum
hominem eum, qui ex virgine prodiit, credendum
esse statuerunt, gestasse eam Dei virtutem, & ener-
giā spiritus, quæ operata est coram Pharaone &
omnibus Filiis Israël. Eadē ratione principis Apo-
stolorum, verba in actis apostolorū de Christo præ-
dicatis, recte quidem ab eo esse dicta accipiunt, sed
quæ ab istis tortuose & malitiosè deprauentur,
quum ita loquitur, Iesum Nazarenum, quem vnxit
Deus Spiritu sancto, quæ verba ita nostri interpret-
antur, Deū scilicet in vtero virginis creasse homi-
nem sine vlllo semine per operationem spiritus, eū-
que vnxisse virtute altissimi, quasi oleo exultatio-
nis præ cōfortibus suis (vti scriptum est) illū ipsum
Filiū altissimi nominauit scriptura, quemadmo-
dum & in Psalmis refertur, loquente Christo ad
multitudinē. Et ego dixi, Dixi estis, & Filij altissimi
omnes: nos igitur talia hæreticorum dogmata in-
tellectusque reprehendere & corrigere desideran-
tes, per præsentem Euāgelij interpretationem asse-
rimus, non deiferum hominem esse Christum, sed
carniferum Deum, quatenus Deus hominem ge-
stat integrum, absolutumque. Deus interim perfe-
ctus, & homo perfectus, vnus ratione vnus perso-
næ, duplex tamen natura. Hunc igitur hominem
quem dicimus, quod verbum gestauerit, hunc ip-
sum Deus Pater, quum illi placuerat, cooperatione
Sancti spiritus, vnā simul collaborante Filio inun-
xit Spiritu Sancto, tribuens ei omnem efficaciam,
eundemque virtute altissimi circumcinxit, vt posset
sustinere omnem aduersariæ potestatis impetum,
& operari deinde curationem in populo. Siquidē
& tentari se à satana non recusauit, & omnem hu-
militatē & paupertatem in carne sua perpessus est,
& quemadmodum de eo magnus ille præco voci-
feratur dicens, Illud impossibile infirmumque legis
quatenus ea imbecillis erat ob carnem, Deus misso
Filio suo in similitudine carnis peccati & de pec-
cato condemnauit peccatum in carne. Quapro-
pter Filius Dei carne indutus homo factus esse di-
citur, quemadmodum & alibi Apostolus dicit,
Quum venisset plenitudo temporis, emisit Deus
Filiū suū, factum ex muliere, factum sub lege,
vt eos qui sub lege erant, redimeret. Atque hinc an-
notandum, quod primum Filius à Patre mittitur,
& tum demum nascitur ex femina, non quod pri-
mum nascatur è femina, & tum demum mittat-
ur à Patre, sed primum eius missio à Patre est, ac-
tum denique succedit eiusdem natiuitas è femina,
vt quum verbis istis Apostolicis consentiant Pro-

phetæ, qui Filium referunt missum esse. Et primum
in Esaia, ipsius qui missus est, verba ausculta, Ego
sum primus, & ego sum vnus in æternum, & man-
us mea fundauit terram, & dextera mea stabiliiuit
cælum: & egrediens in tempore operationis con-
iungit dicens, Et nunc Dominus misit me, & spi-
ritus eius: manifesto seipsum per hæc declarans,
quod ipse Deus, qui fecit cælum & terram, hæc dicat,
Et nunc Dominus misit me, & Spiritus eius:
etiam per Zachariam loquens, Oblectare, inquit,
& lætare filia Sion, quoniam ecce venio, & habi-
tabo in medio tui. Et defugient gentes multæ ad
Dominum in die illa, & cognosces, quod Domi-
nus omnipotens emisit me, iam inde & ipse in-
carnatus de seipso suis verbis confitetur: Missus
sum à Patre, inquit, Et misit me Pater, eadem mul-
tis sermonibus cōtestata reddidit, Ergo non vt ho-
mo missus est, sed vt Deus & homo Filius à Domi-
no Patre. Quale etiam illud est, Pluit Dominus à
Domino Patre, additum est à Domino: quale quo-
que & illud est, Dixit Dominus Domino meo. Ac-
cipit autem in his verbis thronum Dauidis corpo-
raliter ex ratione profapiæ, qua Pater illi Dauid
fuit. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & re-
gni eius non erit finis. Attende quæso sententiam
& dogma, quod hæc interpretatione constituitur.
Rimantur enim omnia hæretici sese inuicem ad-
hortantes, & fallaciosè quarunt, an acceperit thro-
num Dauidis Patris sui, & regnauerit super domū
Iacob in æternum: & num ista subsequuta sint post
incarnationem eius: quibus ita respondemus, non
obiter, sed cum quadam obseruatione verba ista
attendenda esse quum Angelus dicit. Et dabit illi
Dominus sedem Dauidis, neque enim addidit, vt
conformaret aut corroboraret, sed simpliciter lo-
quutus est, dabit. Et iam hinc ex vi eorum quæ
ex hoc verbo colliguntur, querenda dubij istius
solutio est, eō quod, dabit, pronunciauerit, vt
transferret hunc thronum. Quemadmodum & ip-
se Christus interpretatur, ad Iudæos loquens: Id-
circo auferetur regnum à vobis, & dabitur genti
facienti fructus eius. Ergo capiens Christus thro-
num Dauidis transtulit illum, & dedit sanctis Chri-
stianorum regibus, vt conuerteret eos ad domum
Iacob, qua tradita in opprobrium, & direptionem,
regnabit in Christianis in æternum, & regni eius
non erit finis. Non enim populo vlli alij residui
sunt prophetæ, secundum visiones Danielis, sed
hunc solum messiam esse prædicant, & regem a-
gnoscent, perseveratē vsque ad secundum suum
ipsius aduentum quo tempore quum venerit, ma-
nebit rex in secula, & regni eius non erit finis. Si-
quidem genitus ex virgine, & consummatus om-
nibus quæ ad negotium mortis & crucis pertine-
bant, post resurrectionem ad suos aiebat, Data est
mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ecce iam
inde regnare incepit, & prædicatur Christiano-
rum rex, quemadmodum in exordio precum sua-
rum se inuicem adhortantes, atque in cœtum cō-
uocantes clamare solent, Venite adoremus & pro-
cidamus coram Christo rege nostro: & illud ite-
dem, Is qui venturus est in magno suo & illustri ad-
uentu, permanebit regnans in æternum, & regni e-
ius non erit finis. Et quandoquidem ipse rex est,
qui natus est ex Virgine, idemque & dominus &
Deus, ea propter & mater quæ eum genuit, & regi-

Psal. 109

Luc. 1.

*Luc. 1.
An Deus
Christo
dederit
sedē Da-
uidis.*

*Christus
in æterno
manebit
Rex.
Ioan. 20.*

Virgo Maria Regina domina proprie dicitur. na, & domina, & deipara proprie & vere censetur, licebitque nobis ita congruenter dicere, dum ad ipsam & ad eum, qui ex ea genitus est, carniferum filium respicimus: Nunc scilicet adest regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta, variegata, eò quòd secundum sexum fœmimum, regina & domina & mater Dei appellari debeat. Eaque nunc ut regina assistens à dextris Filij, vbique regnantis, quasi in vestitu deaurato, incorruptionis & immortalitatis, circumamicta & variegata, sacris & solennibus verbis celebratur, non quidem secundum spiritualem simplicitatem, aut quasi sine corpore & carne assistat, sed quod induta sit (quatum spectat ad sanctissimam eius carnem) incorruptibilitate & immortalitate. Variegata rursus est, quantum attinet ad ossa sanctissima, quæ eius carnem suffulciunt. Nam ex carne eius, & ex ossibus eius, veluti ex veteri Adamo nouus iste Adam, ut vicem eius expleret, costem sibi finxit, nimirum istam incarnationem, eamque semel indutam perpetuo gestat. Ac proinde ista noua Eua mater vitæ appellatur, variegataque parmanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterum atque iterum, & semper & vndeque beatissimam. Sicuti ergo quum ad ipsum respicimus, regem, Dominum, & Deum appellamus: ita quoque quum ad eam oculos reiciimus, reginam, dominam, & deiparam esse animaduertimus, idque cõtemplatione oculi mentalis. Adest regina à dextris tuis, vestitu deaurato circumamicta, variegata. Et iam scilicet, audi filia Dauidis & Abrahæ, & inclina aurem tuam in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui, neque nostri, qui sumus de familia, & domo patris tui. Parentes enim tui sumus secundum generis profapiaeque rationem, nostraque filia es, quia ex nobis genita es: Decet enim te matrem, regeneratricem, dominam, ac heram cognominari, eò quòd ex te prodiit rex Dominus ac Deus noster: assistentem illi, nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti: quae de causa factum est, ut gratia plena appellata sis, utpote quæ omni gratia abundares, idque per superuentum in te Spiritus Sancti: ideoque vultum tuum deprecantur omnes diuites plebis, deitati scilicet istiusmodi bonis, & spiritualibus cõtemplationib.

Mater vitæ virgo dicitur.

Simile.

Gratia plena deipara dicitur cur.

Ad te clamamus, recordare nostri sanctissima virgo, quæ etiam à partu, virgo permansisti, & retribue nobis pro exiguis istis eloquiis magna dona ex diuitiis tuarum gratiarum, tu quæ gratia plena es: nam ideo his vocibus, ut ex re ipsa desumptis, & natura laudatoriis, præcipue in tuum encomium vtimur, si quando hymnus, si quando laus tibi, siue à nobis, siue ab vniuersa creatura offertur: Tibi inquam, gratiosæ dominæ nostræ, reginæ, heræ, matri Dei, arcæ sanctuarij. Ecce iam nunc & in exordio diei ut primitias laudis tibi hoc encomium Archangelus contexit dicens: Aue gratia plena, dominus tecum, beatam te prædicant omnes Angelorum & terrestrium hierarchiæ, & hierarchicas manus attollentes benedicunt tibi, quæ & in cœlis benediceris, & in terris beata prædicaris, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: istiusmodi enim benedictionibus te celebrat prima acies, quæ ex thronis cherubinibus, & seraphinis constat, qui aut flammei, aut magni regis Dei cognitores appellantur, beata tu in mulieribus, & beatus vterus tuus Dei gestator, & vbera, quæ ille adhuc infantulus suxit. Secunda vero hierarchia, quæ in se dominationes, virtutes, potestatesque cõplectitur, ad te respectans clamat, utpote quæ hæc didicerit à sublimiori hierarchia, priusque initiata sit, benedicta tu in mulieribus, & benedictus venter tuus, qui Deum concepit, & mammillæ quæ Deum educauerunt puerum factum. Iam tertia ex principibus Angelis & Archangelis acies quibus mandatum & permissum fuit, à Deo emittente, ut per vnum Gabrielem Archangelum ederet splendidissimum & capacissimum hymnum, in hæc verba: Aue gratia plena, Dominus tecum: ab istis deinde nos hierarchiæ terrestres exaltationes Dei in gutture ferentes, siue quòd didicimus, siue quòd mutuo hæc verba sumpserimus, exaltamus te magna & canora voce, dicentes, Aue gratia plena, Dominus tecum, intercede heræ, & domina, & regina & mater Dei pro nobis. Quoniam ex nobis tu oriunda es, & is qui editus est ex te, carnigerus Deus, noster est, quem decet gloria, & magnificentia, omnique honor, & adoratio, & gratiarum actio, cum Patre initij experte, & cum sancto bono viuifico spiritu, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

C

D

E

ad sanctos, & ab iis intellectus huius rei excipendus. Veri enim similes eos, rerum Evangelicarum magis, quam nos cõscios & peritos esse, sed ne citra omnes oberrantes moram iniiciamus nostro sermone, sufficere in præsentia vel vnus magister Apostolus ad vos plene de omni negotio instruendos. Scribit enim Hebræis beatus Paulus, quod impossibile est Deum mentiri, cumque in dicendo quam maxime veracem esse, & falsum non dicere. Siquidem rerum creaturarum natura ad proprium sibi haber, ut mutationi subiecta sit, & diuersis vicibus agitur: id inde illis nimirum euenit, quòd quum non

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, IN PASSIONEM ET CRUCEM DOMINI.

1049. 19.



psal. 21.

T venientes in Golgotha, hoc est, Caluarie locum, dederunt ei vinum bibendum felle mixtum, quod vbi gustasset, noluit bibere. Postmodum quum eum crucifixissent, diuiserunt eius vestimenta, missa forte, vt impleretur dictum Prophetæ, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super amictu meo miserunt fortem, & sedentes illic seruabant eum, & reliqua quæ sunt eius passionis. Quod autem nunc recitatum est verbum, Evangelium quidem est, sed tamẽ euidentiæ claritudinisque gratia defugiendum est

sancti patres Reu. euangeli- cam no bis per- tiores sunt Hebr. 6. Quod Deus sit verax & immutabilis.

665

Rem. 4.

Malach. 3.

psal. 115.

Deut. 32.

1049. 14.

psal. 17.

manias saphira.

Act. 5.

Vota sua Deo non reddere quid.

Rem. 13.

ibidem.

quum non essent, per imitationem acceperunt ex gratia humanitateque sui cõditoris, ut essent, quæ admodum Paulus testatur, qui, inquit, vocat ea, quæ non sunt tanquam quæ sint. Deus contra, per Verbum suum conditor existendo existens, immutabilem habet cum suo verbo naturam, & id per Prophetam commonstrat, dicens. Et ecce, inquam quoniam ego sum, & non immutor, Atque ideo in Psalmis de hominibus canitur, Ego dixi in extasi mea, omnis homo mendax. De Deo contra Moses in lege hoc testimonium affert, Deus fidelis & verax. Vir igitur ille, ut sic dicam, Christi gerulus ab ambobus eruditus, etiam ipse discrimen Dei cum rebus creatis exponens, ita scribit, Sit autem Deus verus, omnis contra homo mendax. Verus porro est Deus, nõ modo scilicet quod nõ mētiatur: nihil enim contrarium in illo: neque ut homo homini, ita ille testimonium verum præbet, quum nemini sit obnoxius: sed quod ipsam ex se veritatẽ gignat, Patetque sit Domini ita loquentis, Ego sum veritas: veritati porro nunquam mendacium amicum fuerit. Inde est quod secundum Psalmographum, veritatem Dominus exquirat, & mendacium à se reiiciat, & alienum faciat, dicens: Filij alieni mentiti sunt mihi: mentiti enim sunt Iudæi contra Seruatorem, & quum legem se dicerent seruare, veri in dicendo non fuerunt, sed præuaricabantur aduersus eum, qui legem dederat, mortem domino pro vicissitudine gratiarum molientes. Merito igitur reiecti sunt, & mortem, quam aduersus Dominum mentiendo induxerunt, eam vero aduersus seipos attraxerunt, ut ananias & Saphira in Actis Apostolorum, qui quum Deo vota fecissent, ex votis subtraxerunt, & cæteros quidem alios latuerunt. Minister tamen veritatis Petrus, eos à se extrudit, dicens, Non mentitis es hominibus, sed Deo. Quia in parte ingens miraculum editum est: quod enim solus nouerat Petrus, id morte Ananiæ & Saphiræ, omnibus innotuit, adeo ut omnes inde cautiore sint redditi, & exemplum Saphiræ perhorruerint. Scire enim debemus, & nequaquam ignorare, quod quæcunque promittimus Deo, non ea deinde nostra esse, sed Dei: & si inde quid defraudamus, ea nõ nos sumere iam tanquam nostra, sed ut Dei, sacrilegio compilare. Neque ista promissio solum ad pecunias pertinet, sed etiam ad verba professionisque pertingit. Certe diuinum reuera & magnum mysterium nostrum non in pecuniis habet promissionem suam, sed in professione perfecta, & in fide erga Deum: omnes certò promittimus, & omnes sumus promissionis debitores, adeo ut necessum sit præstare, virginem quidem virginitatem qualem promisit, continentem continentiam, maritatos pudicitiam, & mutuam inter se dilectionem & reuerentiam: & in summa quemlibet fidem in Deum, & obseruantiam, & iustitiam, & fortitudinem, ne nos ut malignos frustratoresque exemplum Ananiæ & Saphiræ apprehendat: huius enim rei gratia, etiam Apostolicus confirmatur sermo, nimirum, dandum esse omnibus id quod debetur, cui vectigal, vectigal: cui metum, metum: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debueritis, nisi vt vos mutuo ametis. Hoc ipse præstitit qui id præstandum denunciat. Atque ideo libere de se ipso pronunciat, Bonum certamen certavi, cursum cõsummaui fidem seruauit, in reliquum reposita est

mibi corona iustitiæ, quam dabit mihi iustus iudex Non enim mendax in promissis, sed seruans ea quæ Deo pollicitus erat, obtinuit vicissim à Deo verò incaducam repromissionem. Atque hinc est quod nos admonet, Ne vobis inuicem, inquit, mentiamini: ac rursus, Omne quod mendacium est, ex vestro ore non procedat. Vult enim ipse nos imitatores esse, quum inquit: Veritatem dico, non mentior, maxime quum ea ipsa sit Euangelica Domini sententia, Sit vestrum ita, ita: & non, non: hucusque nos, qui in Christo sumus, asseuerationibus nostris verba confirmemus, neque vltiori progressu, vt que ad iuramenta defugiamus, vt corruptibilibus pecuniarum gratia Deum in testem allegemus, præsertim quum Moses ita legem statuat, Non fumes nomen Domini Dei tui in re vana: nam si quis plane dignus est vt nomet Deum, dignus quoque est fide, vt ei citra iusiurandum credatur. Quisquis enim ad maiora idoneus est, multo magis ad minora idoneus fuerit. Ediuerfo, si non est fide dignus, vt ei credatur citra iuramentum, non est certe dignus qui Deum nomet. Si non est fidelis in sermone, quomodo vlla ratione ei iuramenti Deus testis esse voluerit, destitudo fide, ad quam Dominus respicit? Sapientia istius rei testis est, sic inquit: Sanctus enim spiritus disciplinæ fugiet dolum, & resiliet à cogitationibus stultis, neque habitabit in corpore obnoxio peccatis. Atque ideo est quod Dominus ab inuocantibus se, fidem ante omnia reposit, quemadmodum factum est in cæco, Credis, inquit, quod hoc possum tibi facere? ad lunaticum ait: Quod si credideris, fiet. Postulat autem id Seruator, non quod alicuius opera, aut ministerio indigeat: ipse enim fidei author est & suppeditator: sed ne videretur personis gratificari, & non annuere fidei, & ne si citra fidem reciperent ipsius beneficia, eadem perfidia & incredulitate amitterent. Vult enim gratiam quam largitur, permanere: & quum medetur, irrecidua esse suam medelam, præmonuit certe paralyticum, Ecce, inquit, sanus factus es, ne amplius pecces. Ac veluti medicus quispiam ingrediens ad egrotos, primum quærit an velint curari, ne & ipso satagente, & nolente illo, inutilis efficiatur curatio, aduersante egroto contra medici artem. Ita quoque Dominus è sanandis percunctatus est, & credentibus gratificatus est, ut per fidem gratiam obtinere possent. Indiciũ enim voluntatis animæ fides est. Quid igitur Deum vocat in testem, qui fidem non habet secundum veritatẽ? probat hoc Spiritus Sanctus in Psalmis, Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, per quam solam Dominus inuocari potest. Quapropter, quid iurant Deum, quibus ne in paruis quidem rebus fides habetur? alioqui iuramentum veritatis testimonium est, & non index negotiorum. Siquidem iurant homines non vt negotia significent, sed vt veritatem confirmet, eaque quæ proferunt, mendacio carere ostendant. Si igitur iuranti fides est & veritas, quis vsus iurandi? sin autẽ fides ei non est, cur tantum impietatis suscipimus, vt propter homunciones eosque mortales, Deum qui supra homines est, in testem vocemus? nam si regem terræ ad infima tribunalia in testem vocare nefarium est, utpote maiorem & actoribus & iudicibus, cur increatum ad creata accersimus? & Deum ab hominibus negligi effecimus: Apage, id omnem pharum,

1. 1049. 2.

math. 6.

Iurare nõ licet pro pecunia.

Exod. 20

Qui non est fide dignus, indignus est qui Deum nomet.

Sap. 1.

1049. 5.

Simile.

Fides est indicium animæ.

psal. 144

Iuramentum, quid

Regẽ terræ in teste

vocare ne

pharum,

superat iniquitatem & audaciam. Quid igitur faciendum? nihil amplius, nisi, vt sit nostrum ita, ita: & nostrum non, nō: & in summa non mentiamur. Si enim verum dicere videbimur, & in ea re imitari verum Deum, forsitan aliquis ita contradicatur, Si iusiurandum vetitum hominibus est, & non iurādo quis imitatur Deum: qui sit, vt ipse Deus in sacris scripturis iurare referatur? nam & Abrahæ iurauit, sicut Moses testatur, & in Psalmis scriptum est: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Videntur enim ista aut cum superioribus pugnare, aut isthinc hominibus iurandi facultatē concedi. Verum hoc ita non est, nec quisquam hoc putet: Deus enim per neminem iurat: qui enim potest, quum sit Dominus & conditor omnium? sed si, quod res est, dicendum est, ipsius sermo iusiurandum est, certa fide induēs auditores, quoniam quæ promittit & loquitur, prorsus fiet. Siquidem non vt homo iurat Deus, sed nobis ipsius sermo pro iuramento est ad veritatem. Hominibus autem loquens iurare dicitur, & hoc ipsum humano more efferunt sancti, vt inde ipsi loquentes fidem sibi haberi velint, inde etiam deo loquenti fidem habeāt: vt enim hominum sermo confirmat iusiurandum, ita quoque ea quæ loquitur Deus, ob firmitudinē & immutabilitatem voluntatis eius, pro iuramentis reputanda sint. Astipulatur meo sermone, & id ipsum quod inibi scriptum est, iusiurandum enim iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, vt re per pœnitudinem non retractanda, sed prorsus futura secundum stipulationem iuramenti. Hoc ipsum etiam Deus in Genesi ostendit, Per me, inquit, iurauit, atqui illud iuramentum non est: non enim per alium iurauit, quod propriū est iurandi, sed per se, quod estimationem iuramenti non capit: verum id sit, vt firmitudo promissionis appareat, & quantopere id quod dicitur, credi debeat: pro teste mihi sit canorus ille hymnorum scriptor, memorem Deum inter psallendum reddens, quum inquit, Vbi sunt misericordiæ tuæ Domine antiquæ quæ iurasti Dauidi seruo tuo in virtute tua? Non enim per veritatem iurat Deus, sed quia quæ verax in sermone suo dicit, id hominibus ad fidem pro iuramento est. Non igitur Deus hominum more iurat, neque nos ex ista re ad iuramenta facienda induci oportet, sed talia dicamus, & faciamus, & tales nos exhibeamus loquendo agendōque, vt apud auditorem iureiurando non indigamus, & ex se habeant verba nostra testimonium veritatis. Ea enim ratione plane imitabimur Deum. Hic mihi forsitan aliquis de Niniuiticis rebus ita percunctationem faciat. Si sermo Dei iusiurandum est, eo quod quæ dicat, vera sint, & non mentiatur: qui quæso factū, vt quum dixisset, adhuc tres dies, & Niniue subuertetur, non impleuerit sermonem? ista enim videntur cum superioribus pugnare. Verum tamen non mentitur Deus, absit, neq; sermo eius incompletus mansit: humanitate enim iram suam retudit, magisq; pœnitentiam Niniuitarum, quam præcedentia peccata respexit. Neque sermo Dei talis erat, quasi post triduum subuertenda esset Niniue, sed quod ad triduum eos sustinere vellet, vt in dilatione triduana, ant pœnitendi haberent facultatem, aut postmodum eius sæuitiam exciperent. Quid enim, inquit Propheta, adhuc tres dies, &

Obiectio.

Psal. 109

Responsio.

Iurat Deo non ut homo.

simile.

Gen. 22.

Psal. 88.

Conclusio exhortatoria.

Obiectio.

Ion. 3.

Responsio.

Niniue subuertetur: nō, inquit, post triduum subuertetur: nā omnino ita factum fuisset, sed adhuc tres dies, & subuertetur, vt in eo verbo, adhuc, tolerantiam Dei intelligeremus, & in subuersione, iram post ipsius tolerantiam futuram, nisi resipiscerent. Alioqui nisi hoc ita se habuisset, & vt homines pœnitentiam agerēt, ad triduum distulisset, quid quæso numini impedimento erat, quo minus illos citra illud spacium disperderet? An imbecillitas quæso? absit vt hoc vnquam in mentes nostras veniat: dominus enim virtutum fortis est & potēs Deus. An scilicet ignorantia earum rerum? ne hoc quidem dicendum est: nouit enim omnia antequam fiant. Quid igitur reliquum est, quod cogitemus, nisi longanimitatem & humanitatem Domini? cuius quū Propheta conscius erat, primum in fugam se dedit, quū in eam legationem mitteretur, semet ipse his verbis excusans: O Domine nunquid hæc mea verba fuerunt, quum adhuc essem in terra mea? atque ideo est quod præoccupauerim fugam in Tharfos, eò quod nossem te misericordem, & miseratorem esse, mansuetum & multæ misericordiæ, & tuam ipsius sententiam mutantem in destinatis malis. Fugit igitur Jonas, non tanquam contradicens numini, mœrebaturque, nō quod illi lata res fuisset perditio Niniuitarum, sed hoc ipsum ideo faciebat, quia Niniuite illi curæ essent. Timebat enim ne vanus apud eos haberetur, ac fide in posterum caret Prophetici sermo, ideo videlicet in mœre fuit, ne refutaretur à Domino, cāque res omnibus Niniuitis comperta foret, non quidem quod falsa essent in verbis Prophetæ, sed quod Deus misericors esset, ideo iam ipsis veniam concessam esse, noverat in verbo, adhuc, Dei mansuetudinem latere: eamque consuetudinem esse scripturæ, Deum vbi longanimitatem suam ostendere concupiscit, eam per hoc verbum, Adhuc, solere significare vt quū dicit per Esaiam, Quid adhuc facere debui vineæ meæ, quod non fecerim? per Hieremiam vero, Ob hoc, inquit, contendam vobiscum in iudicio: verbo autem, adhuc, designat suam bonitatem & tolerantiam: dicit enim, Peragrate insulas Chetim, & in Cedar mittite legatos, & videte: nisi mansuete & longanimitate agere vellent, non admonuisset eos, non iussisset peragrate, & peragrandō discere ex contrariis boni comparationem discrimenque. Certe vbi iam non vltius longanimitatem, sed iram præsentem hominum facta prouocant, ibi ad istum modum sua verba concipit. Non amplius feram, inquit, peccata vestra: atque ita per hoc verbum, adhuc, quod hic positum est, clare significat suam erga Niniuitas mansuetudinem: & verbo veritatem. Quandoquidem impossibile fuisset Deum vaniloquum esse, vbi quid dicit, atque adeo, vbi quid vult. Ideoque Abrahæ promittens falsus non fuit, sed Filium ei dedit. Et populum eduxit ab Aegypto per fatidicum Mosē, & Isaac pollicita confirmauit, patrēque eum reddidit duorum populorum. Iacobo iridem promissa faciens, Iosephū ei exhibuit, Et fideliss: mo suo Mosi fidem verborū præstitit, per ea quæ Pharaoni eueniebant. Dauidi quoq; quum polliceretur, in Salomone quod pollicitus erat, præstitit, loquor autem de ædificatione templi. Et quid opus multis? nihil omnium est quod loquitur Deus, quin opere consummatum fiat. Nam etsi in initio sciscitabundus eius sermone pro

A

B

C

D

E

Ion. 1.

Ion. 1.

Esai. 5.

Deus non est varius loquens.

Exemple

Esai. 7.

Mich. 5.

Zac. 9.

Ioan. 12.

Psal. 21.

ibidem.

Ioan. 12.

Esai. 53.

Iudeorū pertinacia.

ne pro re leui habeas, illius tamē pollicitatio successu tēporis reddit quod debet, & quod promissū est, omnino ad diē suā impletur. Ecce iam olim de domino pronunciata, & multis retro temporibus dicta nunc in Euangelis videmus adimpleta. Esaias enim prophetauit, ex inuba muliere nasciturum Emanuel, qui quidem nunc ex Maria Virgine natus, & Deum se probans, Prophetica verba adimpleuit Micheas quoque locum, vbi nasciturus esset, iam antea præfinit, & ipse dominus Bethleem in presepe repositus, Prophetæ verbum verum esse declarauit. Zacharias quoque Hierosolymis ingressum Domini annunciauit, & Dominus pro alio mittens, ingrediensque ciuitatem, Prophetiam sui consummauit. In summa, ne singula scriptorum recitem, ipsemet plenitudo legis & Prophetarum factus est quæ enim per eos prænucciabat, ea ipsa opere compleuit, ac proinde loquutus est, Ecce ego ipse qui loquor, adsum Ecce iam olim decantata in Psalmis de Seruatore, ea nunc adimplentur per audaciam militum. Quæ enim eum Dauid prædixit passurum, ea nunc populi Iudeorum perficiunt, dispartientes vestimenta Domini, & potantes eum aceto & felle. Hæc enim inquit, facta sunt, vt adimplerentur scripturæ, quarum vna quidem dicit, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meā miserunt sortem. Altera vero, Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto: multi certe qui incidunt in Euangelia, audiuntque illam vocem, vt impleretur scripturæ, arbitrari sunt, nulla alia de causa illa facta esse, quàm vt scripturæ adimplerentur, atque isthinc opinionem collegerunt, eos qui ista egerunt, extra culpam esse, atque adeo laude dignos, quod non vt delinquentes, sed vt obsequentes scripturis ista facerēt: alioqui Prophetarum sermones non veros fuisse futuros, nisi acta ista subsequuta fuissent: præcipue autem ista excerpserunt ex verbis Ioannis in enarratione incredulitatis Iudeorum, vbi inquit, secundum Prophetiam Esaiæ, quum tot signa coram eis fecisset, non crediderunt, vt sermo Esaiæ, quem dixit, impleretur, Domine quis credidit auditioni nostræ, & brachium Domini cui reuelatum est? Si enim ideo vt sermo Esaiæ, quem dixit, adimpleretur, non crediderunt Iudæi, non ipsi sibi eius incredulitatis authores sunt, sed is qui ea dixit futura, vnde euenit vt & opere adimpleretur. Aufer enim, inquit, sermonem Prophetæ, & omnino futurum est, vt illi credant. Cæterum hæc atque huiusmodi opinatio multum à veritate destituitur. Non enim Propheta istis author est, neque Iudæi extra culpam istius incredulitatis consistunt, sed Propheta ea, quæ ipsi facturi essent prospiciens futura esse denunciavit, illique postea id ipsum opere exequuti, verū esse sermonem Prophetæ declarauerunt. Neque vt inferuientes Prophetici verbis ista contra Christum ausi sunt, sed suo ipsimet studio; sponte volentēque illa perpetrauerunt, vt non Propheta istarum rerum author sit aut causa, sed ipsorum voluntas, quin potius ipsi in causa fuerunt, vt talia de ipsis Prophetæ prædiuinaerent. Siquidem Prophetæ proprium est futura prospicere, & in eo non allucinari: hominum autem proprium est agere quod velint. Et sicuti oculis contuentes, in contuendo nō fallimur, neq; aliter videmus & aliter res agitur sed vt agitur videm⁹, & vt videmus agitur: ita quo-

que Prophetæ futura & præsentia cernebant, verū quæ cernebant, oportebat fieri: & ea quæ fiebant, non poterant non videre. Rursum vt ea quæ nos nostris oculis conspiciamus, necesse est omnino esse, quum ea quæ sint, sub conspectum veniant: neque fieri potest vt aliter sint, quàm à nobis videtur: ita quoque quæ à Prophetis prospiciebantur, necessariū erat ea esse: neque fieri poterat, vt aliter essent, quàm ipsi præiudicauerant. Nam si ea quæ fiant, non prospicerent, iam Prophetæ non essent. In summa id pro certo haberi debet, Prophetas non solū legum esse magistros, vt quæ præcipiunt, fieri debeant: sed rerum quoque futurarum indices esse. Siquidem non eò quod dicunt, ideo quid sit: sed quia id futurum est, ideo ab illis prædicitur: nec fieri potest vt Prophetæ mentiantur, quum verè videant. Si enim res sub conditione & in dubio hæsisset, non pronunciaissent Prophetæ. Iudæi ergo sua voluntate inducti sunt, vt ea facerent, neque sancti per sua verba necessitatem addunt negotiis, vt cogantur ita fieri: sed quum præuideant studia eorum, voluntatēque, qui talia acturi sunt, rem, vt est futura, denunciant. Neque, vt isti aiunt, qui refragantur, tolle Prophetæ verba, & futurum est vt omnes Iudæi ei credant: ita quoque & ego dixero, sed in contrarium aufer acta Iudeorum, & prorsus nihil de iis prædicet Esaias. Ne igitur, quum Ioannes dicit, Non crediderunt in eum Iudæi, vt adimpleretur sermo Esaiæ, sermoni Prophetæ attribuas causam incredulitatis eorum, sed actioni ipsorum: quæ enim ipsi postmodum patrarunt, ea diu retro præiudicauit Propheta, cui nefas erat quicquam mentiri. Quin potius hoc tenendum, quod ea quæ nunc in eius passione fiunt, vere ille prospexit: quo & eius sermo verus apud posteros apparet, ac deprehenderentur infideles, conuincerenturque infidelitatis, etiam si eam dissimulent, quum sint animo ac voluntate prauis. Et quia occultabant suam infidelitatem, ideo sermo iste, qui eos argueret, habitus est: & idcirco certum est eos non credidisse, quum sermo iste ipsorum dissimulationem redarguat. Quod si rursus dicant, impossibile erat Iudæos credere, quia hoc de illis scriptum erat, ne impossibilitatem istam voluntati, delectuque agentium tribuas, qui se mutare poterant, sed illam statuas in verbis Prophetæ, quatenus ille mentiri non poterat. Nimirum, quem, quum vere videret, impossibile erat allucinari, alioqui vidisset, aut non vere, aut non, ita vt res se habebat, falsusque deprehensus fuisset. Eadem ratione illud de virgine miraculum adimpletum est, & illud quod Ioannes dixit, euentum suum hodie sortitum est, & omnia quæ prius scripta erant, adimpleta sunt, Non enim eò quod scripta erant, ideo eueniunt, sed quia erant futura omnino, ideo certo prædicta sunt. Idem nunc contrigit in diuisione vestium: siquidem vt nunc factum est, ita quoque antea præuisum fuit: & vt præindicatū fuit, & prænucciatum, ita quoque impletum, & perpetratum est: scriptū autem est ita: Quum eum crucifixissent diuiserunt vestimenta eius, iaciētes sortem, vt impletur quod dictum est à Propheta, Diuiserunt sibi vestimenta eius, & super amictu miserunt sortem. Mathæus ergo cū reliquis Euangelistis: simplicius narrat hanc diuisionem. Ioannes autem circumstantias diuisionis, causamq; sortitionis exponit, ita di-

simile.

Quæ à prophetis prospiciunt sunt necessario eueniunt.

Propheta non possunt mentiri.

Esai. 53.

Obiectio.

Responsio.

Esai. 7.

Ioan. 12.

Psal. 21.

Ioan. 19. cens, Milites igitur quum cruci affixissent Iesum, sumpserunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vt unicuique militū vna pars cederet. **Tunica** vero, quia erat omnino à summo ad imum incōfutilis, ita inter se colloquuti sunt, Ne scindamus eā, sed fortiamur de ea cuius sit, vt scriptura impleteretur, Diuiserūt sibi vestimenta mea, & super vestitu meo miserunt sortem, Forisā aliquis ista audiēdo erubescit, forsitan conspiciendo Dominum ludibrio haberi, duci, & cōuerberari, pudore afficitur, forsitan etiā aliquis intuens Dominū & Seruatorem, Regēque omniū, iudicari à Pilato, & crucifigi à Iudæis, vultum præ pudore submittit, & oculos deiicit quum neque ipse sol hoc spectaculū tulerit, sed totus obtenebratus sit, vt eadem opera aliorum quoque oculos auerteret, negligens iam præcepti de hominibus illuminandis, & nunc demum preuaricari audens, quum videret Dominum suum, qui hoc illi præceperat, ab hominibus excrucuari. Sed si causam didicerimus cur ita excruciatu sit, desinemus erubescere, admirātes potius bonitatem & humanitatem Domini gloriabimur & ipsi, quemadmodum Paulus in cruce Domini: cōquod Dominus non suo, sed nostro nomine patiebatur Siquidem peccatis hominum plurimis, & iā per vniuersum orbem propagatis, & quum iā antea hoc malum ingens, paulatim maius ac maius fieret, nec sustineri amplius ab hominibus posset, quippe quum peccatum contra omnes & in omnibus regnaret: Dominus immortalis & incorruptibilis, & pro immortalitate sua bonus & humanus, vtpote boni patris bonū verbum, creaturam suam negligendam non putauit, neque permisit alium quempiā suorum operum dominū esse. Sed quū videret malitiam intolerabile, neque mortale genus idoneū esse quod morti resisteret, neque pœnam suorum malorum persolvere posse (Nam excessus malitiæ transcendebat omne supplicium) vidensque simul patris bonitatem, & se quam idoneus esset & potens (Christus enim Dei potentia ac sapientia) cōmotus fuit sua humanitate, & misertus nostræ imbecillitatis, illā ipsam imbecillitatem induit. Siquidē ipse (vt propheta dicit) nostras infirmitates sustulit, & languores gestauit, & miserans nostram mortalitatem, ea ipsa mortalitate circumamictus est: Paulus enim dicit, Humiliauit se ipsum vsque ad mortē, idq; ad mortē crucis, vidensque simul, quā non ad solutionē pœnæ sufficeremus, illā ipsam pœnam in se transtulit. Siquidem Christus factus est pro nobis maledictio, atque ita humana carne amictus & circum indutus, per se quæ nostra erant, patri obtulit, vt ipse patiens, hominem patientem illæsum redderet, & parua magnis pensaret. Descendit enim vt nobis ascensum præpararet: & natiuitatē expertus est, vt nobis ingenti amicitiam conciliaret. Infirmatus est propter nos, vt nos cum robore erigeremur, & diceremus cum **Philip. 4.** Paulo, Omnia possum per fortificantē me, Iesum Christū: sumpsitque corpus corruptibile, vt corruptibile indueret incorruptibilitatem: induit mortale vt id quod mortale erat, indueret immortalitatem: in summa factus est homo & mortuus est, vt nos, qui homines moriebamur, deificaremur, neque vltius pateremur regnum mortis. Mors enim nobis nō dominabitur. Quū & Apostolicus sermo prædicat, ideo eum esse crucifixum, vt maledictionem

redimeret, & nos benedictionē possideremus. Ipse enim quum pateretur, nihil detrimenti sentiebat, sed potius dona gratiaque dilargiebatur: nec moriens mortuus remansit, sed potius mortuos viuificabat: nec immolatus perit, sed vt suę immolationis sanguine omnes simpliciter liberaret, ipseque interim mansit impatibilis. Quomodo autē id factū sit, si quis quærat, auscultet: duarum in eorum coitus cōgressusque fuit: rerum autem dico, non æqualium, sed quæ per omnia committi commiserique nequirent. Mortale enim cū immortalis copulatum fuit, & mortale corpus cum immortalis verbo cohesit: neque tamē id quod mortale erat, lesit immortale, quippe quū hoc ipsū impatibile esset, sed ipsū quod mortale erat, impatibile redditū est, vt potentiaq; ei quod immortale erat. Siquidē vis ea quæ vincit, in victas res dominū habet. Atque ideo ob coniunctū immortale verbū, mors in Christo mirabili ratione, sicuti stipula ab igni, consumebatur: verbūque quū incorruptibile esset, id quod corruptibile erat, sua presentia adiuuabat. Tenebrę enim à lumine illustrantur, & quod minus est, à maiore benedicuntur. Atque ideo etiam nunc à tortoribus, eas quas nos in Adam indueramus, pelliceas vestes exiit, vt nos pro iis Christū vicissim indueremus, Atque eadem de causa vestimenta sua diuidi sinxit, vt nos Patris haberemus indiuisibile verbum. Ego enim inquit, & Pater vnum sumus. Ideo quoque sortiuntur de tunica, & id cum patientia negligit, sicut Psalmographus ait, Dominus pars hereditatis meæ, & calix meus: vnde etiā est, quod non alibi patitur, neque in alio loco crucifigitur, quā in caluarie loco quem magister Hebręorum dicit sedem esse sepulchri Adæ. Ibi enim post maledictionem eum humatum esse effueerat. Quod si ista se res habet, miror eius loci genitum & proprietatem. Cōgruum enim erat, Dominum, quum vellet reuocare primū Adam, in eo loco pati, vt illius abolito peccato, ab vniuerso eius genere illud profligaret. Iam vero quia audierat Adam, Terras & in terram reuerteris, Ideo illic denuo positus est, vt Adamū inibi inuētum, à maledictione liberaret, & pro istis verbis, Terra es, & in terram reuerteris, eidē diceret, Excitare qui dormis, & surge ex mortuis, & illuminabit te Christus, & rursus, Surge age & sequere me: vt non vltius in terra consistas, sed ad cœlos ascendas. Necessum enim est, surgente seruatore consurgere quoque cum eo, & ipsum Adamum, & omnes ex Adamo oriundos. Et sicuti moriente Adamo, manebamus nos per eum mortui, ita quoque surgente Dominico corpore, necessum erat omnes eum eo consurgere. Hi enim Pauli intellectus est ad Corinthios scribentis: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Iam vt nobis constet, quomodo Iudæi eum in crucem sustulerint: necessum est videamus ea, quæ de istis rebus scripta sunt. Quandoquidem ne illa quidem sunt inutilia cognita, neque temere in Euāgeliis ad eum modum descripta sunt. Postquā Dominus igitur iudicatus esset, crucē suam sustulit: siquidem iudicium subiit & stetit ante præsidem. Verum caue ne dum ista legis, rem eam pudendam existimes, quum eam indignitatem ille nostra causa sustinuerit, idque ideo, ne insidiæ, quas passus est, si per silentium omisæ essent, occultaretur Iudæorum dolus, sed vt hoc iudicio in-

Sit ne erubescendū de passione Christi

Gal. 6.

Esai. 53.

Philip. 2.

Philip. 4.

Mortale cum mortali copulatum in Christo cur.

Vestimenta Christi cur diuisa.

Luc. 10. vsq. 15.

Adam ubi sepultus.

Esai. 4.

Christo resurgente te Resurrexistis ad. 1. Cor. 15.

Christo indicato crucem suam sustulit.

Christus condemnatus et passus, cur.

Ioan. 19.

Pilatus cognouit Christum esse Deū.

Pilatus cur manus suas lauerit. Christus non exhorruit mortem.

Christus cur in oc-

insidiantium calumnia manifesta redderetur. Si enim Dominus iudicium condemnatione passus non esset, sub dubia incertaque suspicione latuisset Iudæorum aduersus eum inuidia, quæ eo condemnato nullas latebras habere potest. Siquidem & Pilatus ipse Christo innocentiam attestatus est, & manifestas Iudæorum insidias reddidit. Nouerat enim (inquit scriptura) quod per inuidiā tradidissent eum: non cognouisset Pilatus Iudæorum inuidiā, nisi Seruator ad iudicium adstitisset. Magnum id certē & mirificum in Seruatore, qui tacendo & non respondendo, tam efficax erat in persuadendo, vt iudex vltro factiones conspirationesque aduersus eum initas & agnosceret, & confiteretur, seque magis turbis hominū, quā iustitiæ gratificatum esse. Qui si respondisset Pilato, poterat ille suspicari, formidine eum mortis ad loquendum inductum fuisse: iam quum taceat, quid admireris nisi illius robur, fortitudinemque in cōtinnenda morte? quumque eum de innocentia ita excuset Pilatus, quid aliud in mentem venire potest, nisi illum ipsum, qui ibi iudicio subiectus stabat, Deū esse: qui interim, dum à Pilato iudicabatur, eius vxori oracula edebat, quo simul Pilatus ex silentio eius fortitudinem stuperet, & ex oraculis cognosceret, eum in quem sententiam daret, non hominem, sed Deum esse. Timuit igitur iudex reum suum, & magis quam ipse reus videbatur condemnari, metumque in se hominis condēnati sensit, atque ipsemet suam in Christum quasi in se latam sententiam cohorrui. Atque ideo etiā suas manus lauit, dicens, Innocens sum ego à sanguine huius. Et si postea Iudæorum gratiā impar, consensum accommodauerit eorum calumniis, vt etiam illum crucifigendum traderet. Traditur igitur Seruator, & traditus non exhorruit mortem, sed potius se aduersus mortem, ablatis vestibus expediuit, & persecutus est fugientem colubrum. Non enim ita se habuit Dominus, vt moriturus, sed vt is, qui mortem ad occidendum persequeretur. Cæterum hic infelix diabolus conspecto hoc in Pilato miraculo, iudicemque magis quā iudicatum pauescere, animaduersaque Domini in exundis vestibus fiducia, omnia sibi tentanda putauit vt cognosceret quod prius cognoscere non potuit, quum illum in monte tentaret, essetne ipse Filius Dei, an non, tum enim cum pudore reiectus, obseruadum sibi persuadebat tempus mortis, certus omnino posse se per mortem, qua omnes in seruitutem redegerat, etiam hunc tentationibus subigere: scriptū est enim apud Lucam, quod quū consummasset diabolus omnem tentationem, abcesserit ab eo in tempus idoneum. Atqui hoc erat istud præsens tempus, in quo hostis ipse agnoscebat fore, vt ab omnibus subplantaretur, si ab ista victoria excideret. Nullum enim illi aliud omnibus destituto supererat certamen. Ideo omnia fatagebat, vt certa omnia cognosceret, & à conferendis manibus abstineret, si certo cognoscere posset, quis esset nimirum non inexpertus, quā sibi res futura esset cum homine inaccessio, & diuinis viribus prædito. Dominus igitur ridens illius vafri- ciem sciensque eum non sui reuerentia, sed vt homines in seruitute retineret, istas insidias captionesque facere, quo in omnes tyrannidem exerceret, in occulto habuit suam deitatem, ne ille per

formidinē vitato congressu illæsus abiret, sed contra despiciatim quasi cum homine manus conferatur, ad pugnam veniret, & ab hominibus inciperet supplantari. Non aliter quā si quis animaduersa in comparatque æmulo suo formidine secum decertandi, imbecillum se fingat, quā illum pelliciat ad pugnam: & ille dum pro vera habet illam simulatam imbecillitatem, audacter incertamen prodeat, mox domandus illius generosi Athletæ viribus. Ita quoque Dominus sub specie humanæ infirmitatis prouocans aduersarium, hominem quem induerat, suis viribus aduersus inimicum corroborauit. Atque ideo sub tempus mortis anxius esse, & morere cœpit, & oblectabat calicem transire, clamabat spiritum quidem promptum esse, carnem autem infirmam, vt aduersarius noster cum eo quasi cum homine congressurus, vires eius diuinas experiretur. Atque ita inductus ludificatusque adortus est Dominus: & nunc quidem quum animaduertet eius fortitudinem, animo fiduciaque contractione fuit: nunc autem quum videret imbecillitatem corporis, audaciam resumpsit. Ac iam deinde cernere erat diabolus quidem cum omni exercitu, principatibus, ac potestatibus in fugam se dare: Dominum cōtra, humanis armis diabolicas legiones persequi. Nec longū deinde in medio interual- lum, quū inimicum omnibus rebus suis spoliavit, quo tempore ille ita confusus pudefactusque, nihil non contra Dominum molitus est, dum & Iudæos concitat vt conspirarent, Pilatum vt condemnaret, milites vero vt illuderent, ignarus ea omnia sibi noxia esse. Cæca enim malitia est, & incircūspecta animi prauitas, vt quæ non intelligat, ipsam suas contra manus acuere, veluti si quis serpentem manu apprehendat, vt alteri iniiciat, quod fieri nō potest, quin ipse prius mordeatur: aut si quis ignē manu sumat, vt hostem lædat, interim non animaduertat seipsum comburi. Ita ipsa malitia contra sui vsurpatores militat, eosque qui ipsam tenent, magis quā illos in quos noxam parant, conflauit: ita quoque Pharaos volens capere, captus est: & exorsus persequi, persequutionem passus est: & necem moliens, submersus est: ita & Goliath, quibus armis Dauidem inuadebat, detruncatus est, & spoliare destinans spoliatus est: idem euenit infelici diabolo: siquidem inuadere tentans, inuasus est & cōcitans milites, ipse potius per illos carnifices concitabatur. Omnia siquidem contra seipsum agebat, qui etiam tum spoliabatur, quum ea victoria nondum hominibus innotescebat, quam ille, seipsum licet inuitus, in lucē extulit, ac promulgauit. Quū enim exueretur Dominus, eo ipso inuisibiliter erigebatur de diabolo trophaum: & quo illud manifestum fieret, narratur à Ioanne indutus fuisse purpura: à Mathæo vero & Marco chlamyde cocinea, coronaque illi ex spinis super caput esse positam, & calamum in manus datum: & ita quum eum produxissent, genibus flexis adorasse. Miraculum nouum & incredibile, & magne sine dubio victoriae insigne: quem enim vt hominem condemnauerant, eum mortuum deinde, vt Deum adorauerunt: & quem aspernabantur vt vilem & contemptibilem, eum confitebantur Regē, cui tunicam & vestem detraxerant, eum purpura circumdederunt: & quem ignorantes contumeliis afficiebant;

culto habiturū suā deitatem. simile.

Christus mox passurus morere cœpit, cur.

Malitia cæca. simile.

Malitia in suos possessores militat. Pharaos. Goliath.

Omnis erigit contra seipsum diabolus.

Ioan. 19. Mat. 26. Mar. 14.

eum Prophetam etiam nolentes appellauerunt: & quem per ludibrium, sublationemque pulsabat, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & coronam spineam & calamum. Nam tametsi ea quasi per contumeliam agebant, efficiebatur tamen inde, vt ab eo latenter spoliaretur. Quum enim sanguine terra per diabolum funestata, & multis vndis cruoris esset imbuta, & ore aperto primum receperat sanguine iusti Abel, ac deinde hominibus sanguinem sanguini superfundentibus, infusaque in eandem maledictione medacio, furto, adulterio, execrabilis reddita esset, dicente Domino, Et nunc maledicta terra, quae os diduxit, vt reciperet sanguinem Abelis fratris tui, cuique etiam prius ob praeruaricationem Adae maledixerat Dominus, dicens, Maledicta terra in operibus tuis, in arumnis inde victitabis per omnes dies vitae tuae, omniaque sanguine redundarent, & vbi que spinae ob execrationem nasceretur: & hoc chirographum nactus inimicus noster omnes inuaderet, & tyrannidem in omnes, vt in subiectos, sibi exerceret: ea de causa, quum cum omnibus spoliasset Dominus, hoc genere vestimenti indutus ad mortem processit, vt ostenderet victoriam de morte non temere, sed pro nostra salute, partam esse. Gestabatque in coccinea chlamyde speciem sanguinis, spinaque in corona, & chirographum in calamo, quo instrumento iam olim nos diabolus aeri suo, rationibusque inscriptos habebat, vt vna cum morte etiam ista simul demoliretur, & rerum naturam ab istis malis purificaret, & pro spinis lignum vitae largiretur vtendum, & pro sanguine peccatorum, suo sanguine, & terram, & omnes emundaret, & pro maledictione iam in reliquum incolas terrae benediceret, idque his verbis, Beati mites, quoniam ipsi terram possidebunt. Ideo enim nostrum sanguinem gestans, suum omnino sanguinem in terram exhaulit: vnde factum est, vt in ea, pro spinis bona, & vita repullulascerent, ad quam oculos suos dirigens sanctus ille loquutus est, Credo videre bona Domini in terra viuientium. Alia quoque ratione spineam coronam gestare videri potest, nimirum vt solitudines nostrae vitae extirparet. Iniecit enim scelestus ille, quanquam nolens, solitudines nostras super Dominum, non animaduertens futurum esse, vt earum gestatione Dominus omnes in securitatem assereret, quo & fementem verbi a spinis depurgatam haberent, & in precibus mentem inconuultam possiderent. Ipse enim in doloribus & curis erat, vt nos doloribus careremus. Atque hinc rursus est quod arundinem accepit, quum illi a diabolo porrigeretur, ignaro, quod contra seipsum gladium acueret. Dicitur enim arundo serpentibus lethalis esse, atque inde potissimum interfici. Quum igitur ipse Dominus Sabaoth (vt Esaias dicit) fugientem draconem & magnum illum serpentem diabolum persequi stauisset, tum eius rei causa id, quod illi exitiale erat, ab eis accepit, vt suis propriisque rebus debilitatiore reddito diabolo, iis quae Christi erant, homines fortiores redderentur. Quale quid David in Goliath designauit, qui sumpto aduersarij gladio, eo ipso illius caput praecidit. Idem quoque Seruator fecit, sumens arundinem ab illis, vt nos non solum liberaret a versutia serpentis, sed & illum serpentem tolleret, & mortuum exhiberet. Ad eum

Abel.

Gen. 4.

Gen. 3.

In chlamyde, corona & calamo quid gestabat Christus.

Mat. 5.

Psal. 26. spineam coronam cur gestauerit Christus.

Arundinem accepit Christus.

David. Goliath.

igitur modum circumscribitur sceleratus ille, videlicet se ab illis spoliari & excidere, quibus aduersum nos efferebatur, & se a terra proturbari, & terram a sanguine & spinis emundari, seque amisisse chirographum & calamum, quo nos in sua cautione descripserat, rursus non audendo audet, sed eo ipse se magis verberat. Quum enim audisset e Domino loquentem malitiosus ille, spiritum quidem proprium esse, sed carnem infirmam, credensque verbum vna cum carne languere & infirmari, nec carnem verbi virtute corroborari, rursus nefaria moliri coepit, carnificesque irritauit contra Seruatorem, circaque spinas quas retinebat, volucbarum proferens contrario, quam sperabat, euentus: eas enim tenendo amisit, quas putabat vbi vellet, se resumere posse. Caeterum illas non prius resumere potuit, nisi vbi iam eas maledictione inibi sita liberasset Seruator noster, quas quum ille gestasset, tum demum recepit serpens suas spinas & chlamydem, sed iam innoxias nobis, & ipsius tantummodo sceletis indices. Nunc enim diabolus in spinis veluti in stimulis contra nos calcitrat, deque illo & coccinea chlamyde dicitur: Quomodo vestimentum sanguine mixtum non est purum, ita neque tu purus eris, quoniam terram meam perdidisti, & populum meum trucidasti. Ideo etiam nunc irritans carnifices contra Seruatorem, in spinas quasi in stimulos calcitrauit, magisque pungebatur quam pungebat: resumpta enim a Domino arundine, quum milites arundine Christum se pulsare existimarent allucinabatur, quippe qui diabolus ipsos irritatem verberabant. Et vt gentes illae quae ascendebant contra Hierusalem, sese mutuo in valle Iosaphat contrucidabant, & persequentes Israel, quum ad riparum margines processerant, in sese manus vertebant, seque inuicem capiebant: Ita nunc quoque illi qui persequerentur Dominum, se metipsum non sentientes verberabant, non Domino interim, sed sibi noxij: vt enim, si quis lapide manu secare velit, lapidem quidem non scindit, sed manum vulnerat: eadem ratione contra Dominum agentes, vt pote contra incorruptibilem, perniticem suam molicbatur, & immortalis mortem intentantes, ipsi in morte rapiebatur: & quod pessimum erat, a suis ipsius membris hoc mali illi infligebatur, quod versutissimo illi ad summum vituperium cecidit. Omnino enim, si a Domino vapulasset gloriari poterat: nunc ab illis percuti, quos in seruitutem redegerat, id omne dedecus probrumque transgreditur. Sed tamen non illorum verbera serpentem conficiebant: nihil enim tale poterant, iidem illi & homines & carnifices: Sed vt dolori illi erat contumelia a Iudaeis illata, ita verberibus arundinis vi Christo impulsis consueciabatur, ea specie simulationeque vsus serpentem in spinis comprehendit, quem, dum vt homo vapulat a tortoribus verberari concessit, vt quum vellet ille gloriari se Deum esse, aut iactare quod Dominum tentando adortus esset, diuerberatus a carnificibus summum dedecus vituperiumque referret. Euenerunt autem ea illi praeter omnem expectationem. Nam quum vim suam exerceret, per eos qui contra Dominum occlamabant, non animaduvertebat se loco illarum vociferationum, taciturnitate a regione subinducere, exacerbansque Pilatum, non intelligebat se pro timiditate, locum, vicemque fortitudini praeparare, & incitans vt Dominus verberaretur, prorsus

Mat. 26.

Diaboli malitia illi ipsum decipit.

simile.

simile.

simile.

simile.

Christus tormenta quolibet passus est, cur.

quid est inter arma armaturae. Ephes. 6. Luc. 10. Crux imposita Christi, quid.

vestimentis Christi resumptio quid.

similiter portauit crucem cum Christo cur.

prorsus non sentiebat se frustrari, emergente, per eam occasionem, malorum tolerantia. In summa, debacchans, insanensque contra Seruatorem, non videbat se virtutem contra malitiam obarmare. Omni enim malitia & nequitia gaudet inimicus, & quicquid prauum, id diabolo pro armis est: siquidem formido mortis, dum periculum arcere intendit, peccatum suadet. Ideoque Christus sustinuit omnia, vt formidini fortitudinem, contumeliam patientiam, furori mansuetudinem, & in summa, omnem virtutem omni malitiae opponi posse demonstraret. Ac primum quidem docuit, verberanti maxillam etiam alteram esse obuertendam, neque metuendos eos qui corpus occiderent: & tunicam aufertenti, non esse eam reposcendam, & persequoribus benedicendum. Ac ne impossibile istud praecipuum apud nonnullos videretur, omnia in se consummata declarauit, & ex eis quae passus est, docuit omnes contumeliose habitos, non retorquere contumelias, & verberatos non reuerberare, & illufos non irasci, & ab eo qui auferret nostra, non reposcere, & in summa non expauescere mortem, sed eam contemnere spe futurorum. Sic enim facilius diabolo, omni que malitia victoria obtinetur, quam si nos ipsi vindicemus. Vindicantes enim & iniuriam vicissim iniuria retaliantes, & contumelias contumeliis pensantes, augemus contra nos ipsos malitiam, nec tam inimicos quam nos ipsos laedimus, quum pro condonatione & iudicio olim ob eam iniuriam habendo, ipsi nostra hac poena utamur. Caeterum vbi iniuriam, sicuti Dominus fecit toleramus, & conuicatoribus patientiam opponimus, & minantibus impavidum pectus, & morti spem immortalitatis, prorsus istiusmodi rebus discruciamus inimicum, sub istiusmodi panoplia succumbentem, quo genere armorum Paulus nos comuniens, inquit, Induite armaturam Dei, vt possitis resistere diaboli insidiis. Atque ita ad tolerantiam Domini euenit illud, quod dicit, Videbam satanam cadentem de caelo, vt fulgur. Statim igitur postquam ita fortiter se gessisset Dominus, & cecidisset inimicus, imposuerunt ei crucem, insigne reuera victoriae, monumentumque inuiti contra se ipsos inducentes. Quamdiu enim stabat inimicus, tenebant ipsi carnifices lignum, qui vbi lapsus & direptus esset, tum trophaeum suscepit Dominus, & sibi baiulauit. Si quidem decebat victorem iam triumphantem de diabolo, non alteri concedere, sed sibi suum trophaeum gestare. Resumpsit autem simul cum trophaeo vestimenta sua: ab illis, abiturus ad mortem, vt ea simul cum morte exueret, fecitque eos accelerare, qui ipsum ducebant: Quum autem duceretur, secundum Ioannem, sibi crucem baiulabat, secundum alios Euangelistas, Simon homo Cyrenaeus crucem ferebat. Est autem illud non contrarium Ioanni: non enim Ioannes contra scribit reliquis Euangelistis, sed vtrumque in eo factum est. Nam & sibi Dominus crucem portauit eandemque & ipse homo Simon tulit: quum igitur contra diabolus trophaeum baiularet, principio quidem suam sibi crucem ferebat. Vltro enim ad mortem tendebat, ac rursus eandem gestauit Simon homo, vt omnibus innotesceret Dominum non suam mortem, sed hominum obire. Rebus ad istam modum constitutis, cum festinatione ad locum vadit, vbi eum in crucem, ascendere oportebat, vt chirographum nostrum quod inimicus abstulerat, affigeret cruci, & spolians vestibus principes & potestates, cum fiducia eas traduceret & ostentui haberet, in ligno triumphans de illis, exhiberetque euulsum ex dracone hominem, & deinde proprio sanguine aspergeret, & emundificaret terram. Id quum facturus esset, exuebat vestimenta sua. Decebat enim quum hominem introduceret in paradysum, exuere tunicas, quas Adam accepit quum a paradiso eiiceretur. Quum enim ille peccasset ac deinde moriturus esset, accepit pelliceas tunicas ex morticinis animalium factas, insigne notamque mortalitatis ob peccatum sibi inflictae. Caeterum Dominus omnia nostra, propter nos recipiens, induit ea, vt rursus exueret, & pro istis nos vestiret vita & immortalitate. Induit etiam cum illis tunicam inconfutilem, desuper in totum contextam, vt vel inde Iudaei crederent, quisnam esset ille, qui eam induisset, cum non scilicet a terra, sed Verbum esse, quod aduenerat superne, ipsumque non diuisibile, sed indiuisibile esse Patris Verbum, & hominem factum corpus accepisse, non ex viro & muliere, sed ex sola duntaxat virgine, idque contextum artificio Spiritus: vnde carnifices alia vestimenta diuidunt, quum essent diuisibilia, & in quatuor partes distingueretur, idque ea de causa, quod pro peccatis quadripartiti orbis in Orientem scilicet, Occidentem, Boream, & Meridiem ea gestabat quae spectans Ioannes, indutum eum narrat, Ecce, inquit, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hanc tunicam solum scindere non potuerunt, metu eius signi, quod per eam denotabatur: neque tamen hoc illorum, sed suspensi Saluatoris opus erat. Nam quum penderet vt homo, principatus persequeretur, diabolus comprehendebat, carnifices deterebat, ne tunicam scinderent, vt ea manente maneret, & Iudaeorum probrum, quod non multo post accidit, nimirum quum velo scisso, tunica Christi ne a carnificibus quidem diuisa est, sed integra mansit. Manet enim semper Euangelium integrum quum vmbra diuidantur. Caeterum, quum exutus vestibus properaret ad mortem, diabolus rursus videns alacritatem Seruatoris, & se a caelis delapsus ad terram, & nunc a terra submoueri, non habebat quod ageret: omnia enim illi plena tumultu & consilij inopia erant, qui nec manere potuit, & rursus fugere exhorrescebat, memor tamen quod morientes in terra oporteat mori, secundum quod scriptum est, Terra es, & in terram reuertaris, non ausus est in terra manere, ne & ibi comprehederetur, quod igitur reliquum erat, in aërem subuoluauit, vt saltem ita Dominico corpore humi posito, liberum sibi aërem retineret: verum Dominus etiam ibi humaniter agens hominibusque studens, humi non est mortuus, sed in aërem ascendit per crucem, ibi quoque serpentem persequens, vt etiam inde principem potestatis aeris deturbaret & spiritualia nequitiae deiiceret, ac ne sic quidem terram immedicatum relinqueret. Nam quum ita penderet in cruce, & aërem purgavit manuum expansione, & terram redemit sanguine, & lateris sui cruore abluit. Quid igitur supererat quod ita patiendo ageret contra inimicum, quum ille & a caelo iam delapsus esset, & a terra summo, & ex aëre depulsus, ac iam in magno probro versaretur? quod quum magnifica de se iactasset,

Vestimenta sua exiit Christus, cur.

Tunica in consutis.

Quatuor partes vestimentorum, quid Ioan. 1. Christi tunica scindere non potuerunt carnifices cur.

Gen. 3.

Christus in aere mortuus, quid.

nihil omnium efficeret? unde quaque igitur victus, vbi que & auxiliij & consilij inops, staturabat apud se saltem infernum defendere. Is enim solus illi locus reliquus erat. Veritus igitur, ne & illuc quoque penetraret, seque inde expelleret, & omnes sibi hætenus subiectos in libertatem vindicaret, omnia miscebat, omnia agitabat, omnes in auxilium accersebat, rursusque irritavit Iudæos, vt in Dominum conuicia iacerent, risuque & contumelia infestarent. Et si quid omnino ex telis armisque illi supererat, id in Dominum immittebat, si quo modo illum hac ratione peccato obnoxium deprehenderet: Iudæi igitur subsannabant Dominum, dicentes

Ioan. 19. Si Filius Dei es, descende de cruce, sed Seruator noster reuera Dei Filius, non fugiendo mortem, sed eam expectando, conculcandoque innotescere voluit, quod ipse esset Filius Dei, & ipsa vita. Poterat enim de cruce descendere, qui alios excitauerat è morte, sed descensus ille specimen prætulisset fugientis mortem: contra, permanere in cruce, nihil aliud quam documentum erat, eum qui in cruce permanebat, vitam esse. Quapropter magnæ curæ fuit diabolo, vt Dominus istiusmodi vituperijs pulsaretur, optabatque eum de cruce descendere, ne inter mortuos versaretur, vt ille sic illeßus abiret, & ipse mortuorum dominium retineret. Metuebat siquidem, ne secundum illam scripturam ascendens in altum crucis, captiuam duceret captiuitatē, & acciperet dona in hominibus. Suspiciatus est enim, num ipse is esset de quo hoc scriptum erat. Vnde rursus concitat Pharisæos veterator ille, eosque frustra inducit, vt se credituros polliceantur, si de cruce descenderet. Omnia autem mouebat, & quiduis præter animi sententiam promittebat, modo efficere posset, ne moreretur, & ad infernum descenderet. Denuo igitur Iudæis author fuit, vt dicerēt, Alios saluos fecit, seipsum saluare nõ potest. Si Rex Israël est, descēdat de cruce, & credemus ei. Minime autem credere volebat Iudæos ille incredulitatis magister draco, sed Dominum mortem euitare cupiebat, nõ quod discere fatageret, an posset ille seipsum saluare, sed ne aliis salus efficeretur. Nam quum omnino cognouerat eum seruasse alios, ambiguum ei esse nõ poterat, quin ille qui aliis dedisset salutem, is ipse esset Seruator & vita. Ea igitur de causa cõuiciabantur, ne aliis salus conciliaretur. Nouerat enim ille versutus non moriturum quidē esse Dominum, sed illius mortem salutem & vitam futurā esse vniuersis: idcirco eum de cruce descendere cupiebat, faciebatque Pharisæos se promittere credituros esse, si saltem vel eo modo consequeretur, quæ volebat. Dominus autem reuera Seruator, qui non sua, sed nostra quæreret, non in se saluando, sed in creatura redimenda Saluatorem se esse innotescere volebat. Non enim medicus, eò quod se ipsum seruat, declaratur medicus, nisi simul & ægrotis artem suam exhibeat. Neque item sol suum iubar in se contrahens, pro lumine agnosceretur, nisi etiam orbi terrarum suos radios exporrigerat, & tenebras illuminet. Ita quoque & Dominus nõ seipsum saluauit, siquidem nulla salute indigebat, quum esset Saluator, sed ex suis in alios beneficiis voluit Saluator declarari. Neque descendendo de cruce voluit Filius Dei agnosci, sed ex eo quod in cruce permaneret. Multo enim magis mors Saluatoris, & Fidē & salutē hominibus attulit, quam descensus è

Ioan. 19.

Christus cur non descenderit de cruce.

Diabolus author contumeliarum Christi.

Diabolus cupit Christum non mori, idēque illud descendere de cruce.

cruce attulisset. Certe pendente in cruce Domino; monumenta aperiebantur, & qui ibi se puniti iacebant viuificabantur, & suspensus latro credebat, vt ostēderetur & reuera Saluator esse, & dum moritur, fidem sui fecundare. Ad ista iam deinde vere obstupuit diabolus, & magna in anxietate hæsitatiōneque detinebatur. Videbat enim se latronem in cruce amisisse: eumque, cui olim persuaserat latrocinium, nunc fidem recepisse: & quem concitauerat blasphemias dicere illum ipsum videbat iam Dominum adorare, alterumque latronem increpare. Illud de latrone illum pessimè habebat: quod quæ vt latronem occiderat, cum trāsferri ad paradysum cōspiceret: videns autem omnia sua arma deiecta, nec vllum sibi esse præsidium reliquum, quod non à Domino esset contusum, secundum illam Scripturam: Inimici defecerunt frameæ in totum, & ciuitates detraxisti: Hinc ergo turbatus & anxius animi, tentauit deinde Saluatori bibendum dare acetum cum felle, non sentiens hoc ipsum se contra seipsum instruere. Amaritiam enim iræ ex præuaricatione legis obortā, in qua omnes detinebat, Domino porrexit: quam ille accipiens absumpsit, & euacuauit, vt pro aceto vinū quod miscuit sapientia, nobis potandum daret, & pro felle dulciora melle & fauo cloquia nobis elargiretur: & pro eo quod nostra gustasset, diceret vicissim, Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Postquam autē etiam isthic exciderat, & spoliatus esset, iam in reliquum deinde tempus cum suspicio tenebat, quum tanta conspiceret se non contra hominem, sed contra Deum arma moliri, nimirum quia videbat rebus quibus omnes capiebat, nunc se miserè frustrari & confundi, & potius se ipsum cōsidere, quàm alios deiicere: Cedere igitur iam inde parabat, & tergum dare fugæ. Cernēs enim eundem & in cruce pendentem & mortem persequentem, in metu fuit, ne is ipse esset, de quo scriptū erat, Exaltabitur Dominus, vt miseretur nostri: ac proinde omnia statuerat relinquere, ac fugere, inuidens interim iis quos ille misericordia prosequutus esset. Cæterum Dominus reuera Saluator, noluit illum ita illæsum discedere, neque opus suum imperfectum deserere, neque deditos, adictosque inferno, relinquere inimico. Magno igitur stratagemate & mirabili opere vsus est. Nam quum cerneret illum alioqui audacem metu iam contractum, trementem & expauescentem, rursus sese lapsabundum simulat, vt hostem in congressum venientem plane edomaret. Si quidem draco ille nolebat mori Dominum, neque in ligno pendere:

B Optabat enim cum de cruce descendere, & non mori: sin autem non descenderet, saltem eum in ligno manere, & non mori. Metuebat enim ne fieret quod scriptum erat, Spiritus Domini super me, eò quod vnixerit me, vt euāgelizarem pauperibus misit me, & prædicarem captiuis remissionem, & cæcis recuperationem visus. Idcirco metuebat, ne is esset ille vñctus, & in legationem mittendus ad omnium liberationem. Omnibus igitur nudatus optabat saltem imperium inferni sibi retinere. Noua siquidem ei formido fuit, num is esset qui tenebras illustraret, de quo ita scriptura loquitur, Galilæa gentium; populus ille, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Nam & ipsum audierat Christum ita loquentem, Ego sum Lux: quamobrem

Acetum & felle Christo in cruce elatum, quid.

Psal. 33.

Psal. 72.

Psa. 61.

Luc. 4.

Psa. 9.

Ioan. 3.

quamobrem metuebat, ne & ille moreretur, & ipse ex omnibus eiiceretur. Dominus porro quum eum ita fugam adortantem conspiceret, metuens ne fuga elaberetur, voces humanas emisit, & voces imbecillitatis simulauit, dicens, Heloi, Heloi, lama labachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti? Et hoc fecit, ne diabolus ab eo quem vt hominem antea contempserat, nunc autem vt Deum exhorrescebat, fuga se subduceret. Certe istis verbis inductus ille vñdecūque sceleratissimus sub manus venit, Dominumque adoriens contractus est. Persuasit enim Iudæis vt cum ad cædem mactationemque deposcerent, cæterum id euenit, quod minime expectauit: mactatus enim est, non alibi, quàm in latere ad costas, ex quo effluxit sanguis & aqua: vt quoniam prius per mulierem è costa formatam profluxerat deceptio, ita nunc per costam secundi Adæ, redemptio & emundatio prioris Adæ dimanaret, & per sanguinem redemptio, per aquam vero emundatio obtingeret. Ea res igitur diabolo non ex sententia successit, quum morte ea quam metuebat, mortuus sit Dominus, ac ipse spoliatus sit, qui dum sperat se posse Christum morte superare, ipse potius mortuus esse deprehenditur: & quum se iactasset, quod homini insidias posuisset, fecit vt homo pro Deo agnosceretur. Simul enim, vt ille moriebatur, rerum natura suo sole destituta fuit, velumque templi scissum est, terra quassata, petra disrupta, milites cum ianitoribus inferni metu exhorruerunt. Ex quibus videre erat eum non hominem, sed Deum reuera in corpore humano esse, quemadmodum spectatores dicebant: Vere hic est Filius Dei. Nam & multa monumenta adaperata sunt, & eorum mortui resurrexerunt. Plane cæca res est malitia, quæ quum crederet se vnū occidere, omnibus simul spoliata est: & dum speraret se vnum ad inferos deportare, ab inferis expulsa est: ac proinde omnibus rebus deprehensum est, Dominum nõ imbecillitate naturæ mortuum esse, sed quod mortem ad cædem necemque persequutus sit, vt ea abolita, omnes liberaret, quotquot metu mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti. Non magnum in medio interuallum, & dolores inferni soluit, & alios excitauit, dicens, Surgite, abeamus hinc. Ipse autem resurrexit, ac descendit, ac pro ludibrio habuit illius audaciam, vt in hymnis præcitatum fuit, loquente spiritu, Qui habitat in cælis, iridebit eos, & Dominus subsannabit eos: ludibrio certe plane habetur, ita illusus, rebusque illi, præter animi sententiam cadentibus, instar miseri animalculi vespæ inuadentis petram, nec suo adoratu quicquam lædentis, quum potius aculeum suum elidat: ita quoque diabolus frustratus est, conflagans cum vita, hoc est, cum Christo. Non enim eum morte superare potuit, sed potius aculeum suum amisit, vt quos antea terrebat ille stimulus, nunc ab illis conuictio incessatur, quum dicit, Vbi mors tuus stimulus? vbi inferne tue victoria? ac rursus, In deglutitione mors fuit, postquam inualuerat, & rursus, Abstulit Deus omnē lachrymam ab omni vultu. Postmodum eiectus ille miser ex inferno, sedensque ad limina, conspiciatus est omnes suos vincos virtute Christi educi, & mortuos reuiuiscere, & captiuos dimitti, & omnes sanctos qui cum Adamo erant, obuiam tēdere, omnesque plaufibus strepere, quemadmodum scri-

Psal. 21. Christus cur clamauerit in cruce.

Velum templi scissum, quid.

Malitia diaboli cæca.

Psal. 2.

1. Cor. 15.

Apoc. 7.

ptum est: Præuenerunt principes conuicti psallentibus, in medio iuencularum tympanifruarum, eosque qui liberabantur. gaudio exultare his verbis loquentes, In conuertendo Domino captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, tunc impletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Nam & Angeli, & omnis exercitus Angelorum, hymnos canentiū, ac dicentium, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, & in hominibus bona voluntas, obuiam iuenculis animabus, quæ in libertatem asserebantur, procedere, animæque cum Angelis concurrere Patriarchis prodeuntibus, omnia vñdecunquē lætitia & Psalmis triumphalibus de victoria mortis resonare, sicuti olim sub Davide, quum iam prostratus iaceret Goliath, chori puellarum cum tympanis accurrentes dicebant, Percussit Dauid per myriades, idem quoque factitatum est in morte Saluatoris, cui à morte resurgenti omnes occurrebant cum choris, carminibus, & tympanis sese mutuo incitantes, Agite quæso, exultemus Domino, iubilemus Deo Salutari nostro. Alij inter tripudia dicebant, Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona in hominibus. Alij rursus omnes ad spectaculum deuocabant dicētes Iubilare Deo omnis terra, Psallite nomini eius: ac rursus, Venite & videte opera Domini, terribilis in consiliis super filios hominum, auferens bellā vsque ad extremum terræ. Non enim iam amplius inimicitia & bellum, sed omnia pacata sunt, hoste profligato & extincto, & tyranni pedibus manibusque colligatis. Alij rursus memores violentiæ diaboli, ingentiumque illius insidiarum, eumque nunc iacere extinctum conspicientes, cum admiratione dicunt, Quomodo cecidit è cælo lucifer, qui mane oriebatur? & quomodo contritus, & contractus est malleus vniuersæ terræ? Si quidem cum admiratione omnes stupebant. Mirabantur enim magnum illum tyranum ita derepente mortuum prostratumque iacere, nec inueniebāt causam prostrationis, maxime quia persuaserant sibi, morte mortem aboleri non posse: neque in crucem tantum serpentem tolli posse, vnde rursus præ admiratione dicebant, Quomodo capta est Babylon? videbant enim infernum spoliatum. Hæc quum infelix ille simul audire & cernere cogerebatur, furebat præ infania, & luctu atterebatur, seque ita spoliatum certans, eosque qui olim sub eo in luctu & ploratu agitauerant, nunc in Domino psallere, præ indignitate rerum disrumpebat seipsum, maxime quod tantum sui contemptum insultationemque animaduerteter, non potuit non seipsum lacere, nesciūque quid ageret, solum dentibus stridebat, vt Psalmographus qui illum viderat, testatur, Obseruabit peccator iustum, & dentibus super eum frendet, Dominus autem iridebit eum: & rursus, Peccator videbit & irascetur, dentibus suis frendet & contabescet. Stridebat autem ideo dentibus, quia dolebat se vnquam cum Christo congressum esse. Sciebat se quidem antea temerarie audacem fuisse contra iustos, sed vt nihil vnquam tale experiretur. Nam quanquam & Abeli insidiatus esset, & Patriarchas afflixisset, & Esaiæ insidias posuisset, & Hieremiam contumeliose habuisset, & Iob tentasset, mors tamen æque iterum inualescebat, regnabatque ab Adamo vsque ad Mosen: nunc autē quum simili audacia aduersus Dominum

Psal. 67.

Psal. 125.

Luc. 2.

simile.

Psal. 94.

Ephes. 4.

Psal. 97.

Psal. 65.

Diabolus excruciat seipsum, & stridet dentibus.

Psal. 36.

Irma. vsus esset, se plane Irum factum esse, & vndecunque depulsum, ab hominibus, supplantari animaduvertebat, ac tale opus non nisi Saluatoris esse, vt qui non modo solus ipse morti illuderet, sed & nos quoque morti superimponens, eam conculcandam daret, vt non solum nos à seruitute vindicaret, sed authorem seruitutis conficeret, ne rursus inualecens nos supplantaret, victoriamque suam irritam faceret. Quapropter ipse quum illuisset morti, nobis eam conculcandam tradidit, quod his verbis indicat, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, & rursus, Conculcabis leonem & draconem. Olim enim serpens deceperat Euam, & eius inuidia mors in orbem venit: nunc autem conculcatur, & volens decipere, audit, Vade retro satana Olim aduersarius noster diabolus, vt leo circuibat, sitiens nostram animam. Nunc autem cum dracone conculcatur, ac deinceps breui Dominus conteret satanam sub pedibus nostris, ac iam tantopere despicatui ac ludibrio est, vt qui in cauernâ aspidum manum inserat, non reformidet. Hæc enim Etaias prophetauit, & verum est quod dixit. Pueri certe voluptatē olim grandæuos decipientem iam impræsentiarum derident: & qui nondum sunt legitimæ ætatis, ea castitate, quæ supra legē est, lumbos suos accingunt: & virgines permanentes, ratione calcant serpētinæ voluptatis astutias, nihil veriti illius letales morsus. Quin & aliqui ipsum stimulum diaboli pedibus prementes, mortem minime exhorruerunt, & vitam suam cum morte commutauerunt, martyres Verbi effecti: ea enim de causa Dominus mortuus est. Multi quoque rebus terrenis humi relictis, libero subuolatu in aërem penetrant, & in cælo conuersantur, nihil iam metuentes principem aëris, sed si prohibere velit, potius increpantes sub his verbis, Apage te in tergum satana, quoniam Dominum Deum meum festino adorare. Ideo enim in aërem cruce sublatus est Saluator, vt via paradisi, quæ olim clausa erat ob peccatum, nunc volentibus pateret, quemadmodum Paulus testatur, qui eo loci raptus est, & in cælos ascendit. Ideo Dominus illuisset serpenti, & infernus deuastatus est, profligatoque mortis imperio omnes resurgunt, neque iam deinde diabolus aduersus nos insurgit. Cecidit enim, & plane iam super pectore & ventre prouoluitur: resurrexit enim Dominus, & homines didicerunt aspernari diuitias corporales, quippe qui verbo & scientia ditescant. Ille autem draco, qui se diuitem gloriabatur, nudatus est, & iam Irus & pauper omnia sua spolia amisit. Qui quum olim medius inter cherubinos versabatur, omnique lapide precioso redimitus, Sardio, laspide, Achate fulgebat, nunc in papyro & arundine, & ruderibus dormit, vt in Iob de eo refertur. Ideo enim Deus pauper fuit, vt nos illius paupertate ditesceremus, & diabolus nudaretur. Et quod mirabile est & magnum in rerum natura homines ad mortem properant optantes aduentum Domini, quum miser interea diabolus, qui olim imperia mortis tenebat, Saluatoris aduentum reformidet, & iudicium exhorreat. Nouit enim sibi præparatum ignem & Angelis suis. Eaque de causa iudicium subiit Dominus, vt nos à iudicio liberaret, illumque condemnaret. Cæterum de diuina cognitione in omnes & omnibus in locis quid

A opus est loqui, quum ex iis quæ fiunt, quisque sibi fidem hauriat? Non enim vlla dies præterlabitur, in qua non aliqui idola relinquunt, iuasque & patriæ leges inficiunt, & ad Deum confugiant, & Christi leges recipere concupiscant, incredibili admiratione in eum credentes. Qui enim hæcenus idololatram, & Christum vt hominem vilipēdebant, eundem postea Deum esse agnoscentes, desituunt idola: & quos dæmones in idolis metuebant, eos ad Dei cognitionem peruenientes, derelicti habent, & ab aliis expellunt: & voluptatem, cui in idololatria sua metuebant, in Christo nunc aspernantur. Et peccatum quod illos tum superabat, iam signo crucis vincentes despicatui habent, & ludibrium putant. Et prorsus nullam fidem virginitati habentes, & impossibile esse dicentes eam virtutem in hominibus reperiri, iidem vbi iam credere. Saluatori ex virgine nato, non solum eam in aliis esse agnoscunt, sed ipsi eam pudicitia & sanctitate corporis præstant, & vicissim ab Ethnicis ipsos iam tales esse factos credi non potest. Hinc iam ociosa obliterataque est omnis magia, & vniuersa Græcorum infatuata est sapientia. Nam in rebus diuinis, non verbis, sed factis opus est: nec pronuntiatio linguæ, sed animi affectus prodest. Ethnicici igitur verbis non capiunt illa quæ fide Christiani representant. Et quæ verbis agunt magi, hæc martyres Christi non verbis, sed rebus exhibēt, & de qua virginitate ambigunt magi & Græcorum Philosophi, hanc in Christo mulieres demonstrant: & dæmones, quibus, vt dijs, ethnici supplicant, eos pueruli in Christo persequuntur. In summa ille christigerulus vir, vt Deus in terris, mala ab hominibus depellit, & vndique quasi cum sole circumambulans & collustrans, iubar suum diffundit, cælestemque vitam præ se fert. En tibi vnū ex fortibus crucis factis: en quæ mors tibi Saluatoris efficit: non enim opus est hominis, sed Dei. Atque ideo vt homo passus est, vt hominibus ea quæ sunt, super hominem & diuina largiretur. Illius enim sunt ista in hominibus efficaciam, in agendo præstantiam. Nam si Paulus loquatur, non est alius qui in eo loquitur nisi Christus: siue magnalia & mirifica faciat, non est alia quam Christi gratia, qua ille operatur. Nam tamen in omnes venerit cognitio Dei, non tamen ea hominum doctrina est, sed Verbi, quod descendit, vt esset intercessor mediatorque Dei & hominum: ita enim scriptum est, iam quod Iudæi olim reticuerunt, id nunc completum vident: ita enim in scripturis habetur. Erunt omnes dociles Dei, quemadmodum & Hieremias scripsit, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, ac deinde ista verba subinfert. Et non docebit quisque fratrem suum, dicens Cognosce Dominum, quin omnes me cognoscēt, à minimo vsque ad maximum, quod misericors sum in causis eorum. Alioqui quis est, qui eos in idololatria, ita pœnitentia stimulat nisi Dominus? Aut quis est, qui eos inde abducit, etiamnum seruietes idolis, nisi ipse Christus, qui dicit, Quum exaltatus fuero, omnes traham ad me ipsum: Nam id certe pro ingenti miraculo habendum, quod etiamnum idololatriæ seruietibus mens aperiat, vt intelligant eos, quos hæcenus pro dijs habere, ligna prorsus & lapides esse: & quem iridebant vt crucifixum, hunc non pro homine, sed pro Deo agnoscant. Non igitur istius doctrinæ

Idololatriæ sunt Christiani.

Magia obliterata, sapientia Græcorum infatuata.

Efficacia passionis Christi.

Hier. 31.

Ibidem.

Ioan. 12.

Propositi.

doctrinæ homo magister censendus est, sed is, qui solus mentem intuetur Deus. Beata nimirum & viuifica crux Saluatoris, quæ de morte triumphasti: & eum, qui mortem in sua potestate habebat, diabolus sustulisti. O diuinum Verbum & reuera sapientia Patris, tu versuti illius faciem aperuisti, & sinus plicæque pectoris illius denudasti, vt & nos dicamus: Non enim illius cogitationes ignoramus, mortalium amator & bone Domine: Tu nos captiuos redemisti, & seruietes peccato tua propria morte liberaisti. Scimus quod à peccato liberati sumus, o pacificator fili Dei. Tu nobis filiorum adoptionem reddidisti, & vbi nos tuo Patri reconciliaras, inimicitiam in carne aboleuisti. O opulente Saluator & reuera Rex. Tu pauper fuisti, vt nos tua paupertate ditesceremus: Tu nobis regnum cælorum largitus es. O creator & conditor omnium, Verbum Patris: Tu nos denuo reformasti, tuæque creaturæ iumus conditi ad bona opera, lumen reuera & iubar Patris. Tu enim nos in tenebris illuminasti, & non videntes in lucem produxisti, o forma & imago reuera Patris. Tu enim nos perditos formasti, & imaginem Dei nobis retribuisti, Deus, Verbum, & prorsus vita. Tu nos mortuos viuificasti, & corruptos renouasti, induens nos immortalitate. Virtus, reuera & brachium, & dextera Patris. Tu enim dolores mortis soluisti, ianuas æreas, & vinctos ferreos confregisti, vt scriptura dicit. Tu & serpētem diabolum, hamo escæque humanæ carnis circumegisti per crucis trophæum, tuo ductu diuinogque auspicio omnes eum conculant, omnes ei illudunt. Te enim primum in illum insultante, initium creaturæ incepit esse, conditæ ad hoc, vt illi insultaret. Te illum prosternente, omnibus oborta admiratio est, vt in hæc verba prorumperent: Quomodo cecidisti è cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Teque capiente ab illo chirographum, affigentēque illud cruci, omnes in illum conuitia iactant, dicentes, Quomodo nunc requiescit? quomodo inquam requiescit exactor, & in ocium datus est accelerator? cōtriuuit Deus iugum peccatorum. Iam enim post hac ei substernitur putredo, & vermis efficitur eius operimentum, nec est vt quisquam ulterius draconem metuat, sed te. Et per te Patrem adoramus. Ad istum modum igitur Deus, vbi primum resurrexerat, insultauit morti, & nos ab ea liberauit. Iudæi, ne ista quidem videntes, ad pudorem redigi potuerunt, ignari contra seipsos ea se moliri, quæ in Dominum audebant: & in tradendo Christo, Hierosolymorum se traditionem prouocare, dicēte Propheta Hieremia, Tradita tradetur Hierusalē in manus Nabuchodonosor regis Babylonæ. Neque conspiciēbant, quod quum non vellent seruire Domino, se in seruos diabolo subiicerent, eique ancillarentur ad insidias Christi. Ignorabant enim in expectando Barrabbam, & in occidendo Dominum, quod ipsi vitam Barrabbæ acturi essent, futurumque esse, vt cædes & seditiones apud ipsos magis ac magis increbrescerēt. Abiicientes vero Christum, lucem à se & veritatem, & quicquid est Christus abiecerunt, vt Esaias dicit, Ecce enim dominator Dominus Sabaoth, auferet à Iudæa & Hierusalem, validum & validam, vires panis & vires aquæ, gigantem & robustum, Principem & bellatorem, & Iudicem & Prophetam, & coniectorem, & presbyterum, & præfectum quinquaginta militum, & mi-

Esai. 3.

rificum consiliarium, & sapientem architectum, & prudentem auscultatorem, & præstitutam illis principes adulescentes: & illusores iis dominabuntur. Illudebant enim infelices illi Domino, & non animaduvertebant illud Propheticum contra ipsos adimpleri, quod ita dicit, Illusores dominabuntur eorum. Hoc enim est illud mirabile Saluatoris, quod dum crucifixus pateretur pro humanitate, interim illuferit mortē, & contra Iudæos implerentur ea quæ scripta erāt. Quod autē lux ab illis ablata sit, ita restatum inuenies in Hieremia. Verbum quod factum est super Hieremiam in omnē populum Iudæ, vbi deinde istam vocem subinfert: Auferam ab illis vocem lætitiæ, & vocem gaudij, vocem sponsi, vocem sponsæ, odorem vnguenti, & lumen candelæ: Nihil tamen ob id fegiores fuere ad tradendum gentibus. Saluatorem neque viderunt, etiam tum cæcutientes, quod ipsi non ita diu postea dispergēdi essent inter gentes & quod in eorum hæreditatē contra ipsos ingressuri essent ethnici, quemadmodum scriptum est, Deus uenerunt gentes in hæreditatē tuam, polluerunt templum sanctum tuum, redegerunt Hierusalem in speciem tuguliori, vbi excubant custodes pomorum. Neque scenserunt, quum inficiarentur Dominum regem suum esse, se spoliari Dauidico honore: siquidem illi repositum erat Dauidis regnum, & vsque ad aduentum Saluatoris id propagatum fuit, teste Patriarcha Iacob, ita dicente, Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmoribus eius, donec venerit ille cui repositum est, & ipse est expectatio gentium. Et renudantes Dominum, ac verberibus multantes, non animaduvertebant se ab eo renudari, & quod planctum aduersus se proritabant: dicit enim Dominus, Auferam vestimenta mea, & lintea mea, vt non tegam turpitudinem illius. Et rursus ideo in planctu erit & luctu, incedet discalciata & nuda, facietque planctum veluti draconum, & luctum veluti filiarum Sirenum. Et quum iniicerent chlamydam coccineam, non prospiciebant quod aduersus se implerent criminationem illam Spiritus sancti, Quoniā manus vestræ plenæ sunt sanguinis. Læti porro quod Christum spinis circundarent, ea cæcutiētia fuere, vt non perceperint ipsos sibi has spinas circumponere. Scriptum est enim, Obstupescite, legite qui in fiducia fuistis, exuamini, nudæ litis, circumcingite lumbos, & super vbera vestra planctum facite, ab agro desiderij, & à vite germinationis. Terra populi mei spina, & fœnum ascendet, & ex omni domo tolletur lætitia. Irridebant Dominum quasi qui se faceret filium Dei, nec videbant se eo modo abiicere adoptionem filiorum, vt ipse protestatur, dicens, Filios genui & exaltaui, ipsi autem me contempserunt, Ecce relinquitur vobis domus vestra. Dederunt illi in potum acetum & fel, & in hoc ipso quoque mira eorum cecitas. Deus enim vineam ex Ægypto transtulit, & plantauit eam, & expectauit vt ex ea perciperet fructum, vnam, & vinum. Illi contra vecordes pro vino acetum, pro vna reddiderunt fel, insignia scelerum Sodomitarum in hoc ipso ostēdentes. Nam & illorum vna, vna fellis est, vt in Deuteronomio scriptum est. Ideo enim Dominus & Saluator noster, cum sciret istiusmodi fructum ab illis prouenturum, prædixit illis parabolam de vite, & quod ab illis auferendum esset regnum cælorum, & dandum esset gēti facienti fru-

Lux à lux ab illis ablata.

Hier. 16.

Psal. 78.

Gene. 49.

Iudæi cæcuti effecti.

Esai. 1.

Zach. 14. stum eius. Ad hæc diuifere carnificibus vestimenta Christi, prorsus immemores se inter gētes diuidēdos esse, quum Propheta ita dicat, Ecce dies veniunt, & diuidentur spolia tua in te, & simul inducam omnes gentes in Hierusalem, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & polluentur fœminæ, Et rursus, Et rubigo deuorabit eorū prædia. Quæ admodum & Michæas dicit, In illa die assumetur in vos parabola, & plorabitur ploratus modulatus, sub his verbis, Ærumna ærumnosa facta est portio populi mei, metata est, in funiculo (siue decempeda) non erat qui impediret, vt auerteret, agri vestri centuriati sunt: & vt compendio dicam, quū ita audaces temerariique essent aduersus Dominū, diem illam aduersum se prouocauerunt, quam prædixit Propheta. Dies enim iudicij Domini, & talio: nis iudicij Sion, & vertetur vales in picem, & terra eorum in sulfur, & erit terra eorum vt pix quæ ardet nocte & die, & non extinguetur in æternum, & ascendet fumus eius sursum in generationem, desolabitur, & habitabunt in ea volucres, & herinacei, & ibides, & corui, & inducetur in eam funiculus geometriæ cremi, & onocentauri habitabunt in ea, principes eorum non erunt, & magnates eorum erunt in perniciem, & pullulabunt in ciuitatibus eius ligna spinea, & in propugnaculis eius, & erūt stabulum Sirenum, & gurgustium strutionum, & inuicem occurrent dæmonia in onocentauros: & clamabit alter ad alterum, ibi requiescent onocentauri, & ibi herinacius suum nidum fecit, & seruauit terra campos suos cum securitate. In has calamitates inciderunt Iudæi, quum putarent se Christum occidere. Hæc cōtra seipfos prouocauerunt, dum inclamāt contra Saluatorem: ob ista condemnati sunt, dum volunt cōdemare Christum. Quisquis volet accedat, faciatque se arbitrum inspectoremque, & non ex rebus in obscuro latentibus, sed ex claris euentis veritatem colligat, & videat quisnā sit Dominicæ mortis fructus, & quodnam Iudæicarum insidiarum emolumentum. Si quidem Saluatoris mors orbem terrarum in libertatem asseruit, causamque dedit, vt gentes Deum glorificent. Iudæorum furor Iudæos cum ipsa ciuitate deleuit, & in Dei cognitione occæcavit, Mors Christi mortuos viuificauit, Iudæosque suamet insidiæ vita spoliarunt. Crux Saluatoris Ecclesiam gentiū quum deserta esset, colonis habitatoribusque frequentauit. Iudæi contra malitia orbem terrarum sibi intercluserunt, inhabitabilemque redderunt, vt qui ne iam quidem ciuitatem vllam habeant. Et rursus, Mors Saluatoris regnū cœlorum ostendit. Iudæi contra suo furore, suos reges perdidērunt, & magnates miserunt. His accedit, quod crux Domini Angelos hominibus confociauit, & interpretis conciliatrixque eorum amicitia fuit: Iudæi contra insidiando contubernium, societatemque domicili cum dæmonibus lucrati sunt. Morsque item Christi diminuit hominibus peccandi brutalitatē: Iudæi vicissim furore suo obrutuerunt & nunc cum Sirenibus, & herinaceis, & strutionibus, ex similitudine morum consuetudinem habēt, ita absurdi iam moribus vt ipsi onocentauri. Quū pro iure apud ipsos iniustitia recepta sit, pro mansuetudine rabies, eaque instar serpentis. In summa, nihil est apud illos, quod ipsis mortem non conciliet. Nunquid igitur opæ præcium mortē Christi

Ibidem.

Mich. 2.

Esa. 34.

Mors Christi fructus.

Iudæi nullā habent ciuitatē.

Iniustitia pro iure apud Iudæos recepta.

si suppliciter venerari, & dimittere cōsiliū Pharisæorum? Nunquid igitur dignius est crucem potius adorare, quàm Iudæorum & mundi gratiam lucrifacere? Id enim est quod beatus Paulus scribit Omnia existimo detrimentum, vt Christum lucrifaciam, idēdque & gloriam sibi crucē arbitrat, dicens, mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Atque hinc est quod ipse Dominus dicit, Quicumque non tulerit crucem suam, & sequatur me, non est me dignus, non potest meus discipulus esse. Sed hic opus est multa cautione, ne secundum Iudæos tollamus crucem, & non secundum Paulum, Paulus enim, vt trophæum peccati, gestabat crucem: Iudæi vero crucem ferebant vt Christum tollerēt. Quapropter caute & sobriè agendum est, ne dum accusamus Iudæos, paria cum illis contra Dominum faciamus. Multi siquidem adorantes Dominum, neque ita vt dignum est eo, viuentes, non sentiunt se reos fieri Dominicæ mortis. Qui enim comederit panem, & bibet calicem Domini indigne, reus est corporis & sanguinis Domini. Nam hoc Paulus ita esse testatur. Ad eandem rationem, Qui odit fratrem suum, non diligit Dominum. Sed eodem modo quo Iudæi & ipse Deū odio persequitur. Qui autem pauperem vilipendit contumelia afficit conditorem pauperis. Qui negligit pauperem esurientem, & sitientem, & nudū, similis est Iudæis, qui Christum exuerunt, & cum aceto & felle potauerunt. Et qui munera acceperit super innocente, non est diuersus à venditore Domini Iuda. Nam & ipse iustitiam, quæ est Christus venalem habet, vt ille Christum. Et qui non iudicat pupillo, neque viduæ ius reddit, hic vnus est ex insidiatoribus, & calumniatoribus Christi. In summa quæ quis in proximum operatur, ea omnia Christo imputantur, qui nostri causa descendit, & mortuus est. Ita enim Dominus in Euangeliis loquitur Quatenus fecistis vni ex pusillis istis, mihi fecistis. Iam & id rursus quoque sciendum & obseruandum est, quod scortator & propriam animam perdit, & ipse quoque, vt Iudæi contumelia templum & corpus Dei afficit. Qui enim templum Dei corrumpit, corrumpetur à Deo, vt Paulus scribit: & qui sub regno peccati agit, nihil differt à Iudæis insidiatoribus & dicentibus se non habere Dominū regē, sed Cæsarem. Ne ignoret qui detinetur à voluptatibus, maioremque in illis delectationem sentit, quod & ipse, sicuti Iudæi, Barrabam deposcit, & Dominum interficit. Ita enim Iudæi reprobos mores Barrabbæ scilicet diligentes, virtutem persequuti sunt: sciat quoque is qui in fide firmus non est, se talem esse, quales illi qui increduli erant, ac dicebant, Si Filius Dei est, descendat de cruce, & credemus ei. Nam & illi ista per incredulitatem loquuti sunt. Quid igitur hic faciendum est? Nihil aliud quàm vt credamus Christo, & secundum eū viuamus, sicuti Paulus dicitur, Imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi: & Iudæorum amicitiam, incredulitatem, subsannationes & fabulas, & profapiarum descriptas in infinitum series, auersemur, quæ potius quæstionem suppeditant, quàm ædificationem Dei in fide, sed adhæreamus cruce, & digne illa viuamus, & dicamus eandem cū Paulo voces: Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ita enim quū vixerimus, & crediderimus

Gal. 6.

Luc. 9.

Iudæi insulerunt crucem.

Quinā cū Iudæi reuolunt d-

minicæ mortis.

1. Cor. 11.

1. Ioan. 2.

Mat. 18.

Luc. 17.

Ioan. 19.

Philip. 3.

Gal. 6.

diderimus in Dominum, cognoscemus eius in cœlum assumptionem, eiusque ad dexteram maiestatis sessionem, & angelorum illi subiectionem conspiciemus, eiusque cum gloria reditum, quem An-

geli præinducant, sancti decantant, omnes autem videntes exultant, & gaudent in Christo Iesu, per quem Patri gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, AD SERAPIONEM EPISCO-PVM TMVEOS, CONTRA EOS QVI DICVNT SPIRITVM SANCTVM CREATURAM ESSE, EPISTOLA.



Athanasius in memo.

Hæc scripta reperies apud Euthymium in paraphrasia par. 11. 2. arti. 12.

simile.

ITERÆ tui sanctissimi affectus daturæ sunt mihi in cremo, etsi tum acerba erat contra nos persecutio, & multiplex peruestigatio eorum, qui me ad necem quærebāt, tamen pater misericordiatū, & Deus omnis consolationis, nos in tuis literis consolatus est. Nam refocillata mihi memoria tuæ pietatis, ceterorumque qui legitimi ingenuique Christiani sunt, videbar mihi eos præsentem habere: diu igitur eas literas cum gaudio in manu tenebam. Cæterū ubi eas perlegissem, incepti denuo mœrore angi. Scripsisti enim charissime & reuera desideratissime, qui quum male ferant blasphemiam in Filium, ipsi tamen male sentiunt de Spiritu sancto, dicuntque cum non solum creaturam esse, sed vnum quoque ex spiritibus ministris, & gradu tantummodo à cæteris Angelis differre. Quæ quidem res belli simulachrum cum Arianis habere videtur, quum interim veræ & piæ fidei controuersiam faciant. Vt enim illi abnegantes Filium, abnegant & Patrem, ita quoque & isti male loquētes de Spiritu Sancto male etiam loquuntur de Filio, bellumque cum veritate ita inter se ambæ istæ sectæ diuiserunt, vt illi contra Filium, isti contra Spiritum male sentiētes, eandem possideant aduersus Trinitatem blasphemiam. Hæc ego omnia simul intuens, cogitansque, non potui non grauem luctum mœroremque in animo concipere, quod rursus diabolus inuenerit histriones, qui illius vesaniam agant, decreueramque hoc tempore me intra silentium continete: vestra tamen sinceritatis adhortatione, simul & illorum prauis opinionibus, & satanica temeritate ad hanc epistolam paucis conscribendam impulsus sum, vix quoque ad id ipsum suffeci, sed in te spem posui, quod hac materia instructus, pro tua prudentia, ea quæ deessent, adiungeres, quo ita plena aduersus impiam hæresim refutatio conficiatur. Verum ista sententia eorum non est à cæteris aliena. Semel enim inficiati Dei Verbum, congruēter iam eandem blasphemias de Spiritu Sancto loquuntur: quapropter non est pluribus agendum aduersus eos: sufficiūt enim quæ prius in eos dicta fuerunt. Illis autem qui in causa Spiritus sancti falluntur, aliquo modo (prout ipsi verba fecerint) re aliquantisper excussa respondendum erit. Quorum certe statim vecordiam admireris, quod quum Filium Dei creaturam esse nolint, ferre tamen queant, spiritum Filij nominari creaturam. Ob verbi enim cum Patre vnitatem, nollunt Filium in numerum creaturarum recenseri, sentiuntque eum (quod & verum est) conditorem, opificemque esse creaturam. Cur igitur Spiritum sanctum qui habet ean-

dem vnitatem cum Filio, quam Filius habet cum Patre, creaturam dicunt? Neque intelligunt quod quemadmodum qui Filium diuidunt à Patre, nequeant tueri, vt vnus sit Deus: ita quoque qui diuidunt Spiritum sanctum à verbo, non possunt seruare vnam in Trinitate deitatem, quum illam rescindant, eique alienam & diuersæ speciei naturam admisceant, & creaturis coæquent: Quæ res ostendit, non vnus generis esse Trinitatem, sed eam constare ex duabus diuersisque naturis, ob diuersam (vt ipsi volunt) spiritus substantiam. Quale igitur eorū numen ex creatore creaturæque conflatum? Siquidem nō iam Trinitas, sed binitas, atque adeo creatura, in hoc numero reperitur, si Trinitatē, quod fieri non potest, constituere coneris. Iam qui quæso possunt cum creaturis post Trinitatem conditis Trinitatis spiritum coniungere? Quid hoc est, nisi denuo discerpere & dissoluere Trinitatē? Etgo qui male sentiunt de Spiritu sancto, non recte etiam de Filio sentiunt. Si enim recte de Verbo Dei sensissent, etiam de Spiritu sancto recte sensissent, qui à Patre procedit, qui Filij proprius est, qui à filio discipulis datur, & omnibus qui in ipsum credūt. Quapropter quum ita errant, fit, vt neque de Patre sanā fidem habeant. Qui enim spiritui aduersantur (vt magnus ille martyr Stephanus dixit) illi etiam Filium negantes, ne Patrem quidem habent. Vnde igitur ista (heus vos alloquor) vnde inquam ista temeritatis occasio, vt verbum Domini vobis timori non sit? Qui blasphemauerit in Spiritū Sanctum, non adipiscitur remissionem, neque in hoc seculo, neque in futuro. Cæterum Arianis, etsi Dei aduentū in carne, & quæ de eo dicta sunt, non intelligant, indeque occasionem suæ hæreseos mutuentur, nihilo tamen minus ob hoc Dei hostium & oppugnantium vocabulo notati sunt; vt qui reuera de terra loquerentur. Sed vos, vnde errorem traxistis aut à quibus tandem ista audiistis, aut quæ ratio modūque vestrae aberrationis? Quoniam, inquit legimus in Propheta Amos, Deum ad istum modū loquentem, Ecce ego ille qui stabilio tonitru, & creo spiritum, & annuncio in homines Christum eius, faciōque auroram & caliginem, & ascendo super excelsa terre, Dominus Deus omnipotēs nomen illi. Atque hinc, inquit, fit, vt Arianis Spiritum sanctum creaturam esse asserētibus fidem habeamus. Itane, dum quod apud Amos est, legitis, id quod in Prouerbiis est, non legistis? Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua, nunquam puto vos legisse, alioqui si à vobis lectum esset, Prouerbij illius veritatem recte interpretari fuissetis. Sed quum simpliciter inuenitis in scripturis, spiritum dici creaturam, statim existimatis de Spiritu sancto verba fieri. Atqui in Prouerbiis sa-

Binitas.

Cōclusio.

Act. 7. Stephānum.

Tropicorū error unde. Amos. 9.

Ibidem.

Confutatio erroris Prou. 8.

Absurdū.

pietia manifeste de se dicit: Creavit me: ibi vos tamen, idque recte, eam interpretationem huic dicto adiungitis, ut sapientiam rerum creatricem, minime numeritis in classe creaturarum. Itidem etiam hic sermo Prophetæ nullas præ se fert notas, ut de Spiritu sancto mentionem faciat, quum Spiritum nominat. Quomodo igitur, quum sit tanta diuersitas apud sacras literas, in hac voce, Spiritus, dictumque illud posset habere propriam suam & indeprauatam sententiam, vos tamen, vel ut vitiligatores vel ut a serpente Arianica hæresi morsu, existimatis apud Amos in iis verbis mentionem de Sancto Spiritu fieri, ne vobis memoria sentiendi, Spiritum sanctum esse creaturam, ex animo cadat. Dicitur saltem, ubi in scripturis sanctis reperitis Spiritum sanctum simpliciter nominari spiritum, sine additamento Dei, aut Patris, aut à me, hoc est, ex Deo, vel absque articulo, vel Christi, vel filij, aut ut non adiungatur sanctus aut paracletus, aut veritatis, hoc est, filij, qui seipsum nominat veritatem, ut simpliciter allegata hac voce, Spiritus, de Spiritu sancto hoc dictum suspicemini? Excipiatur ab hac ratione & quasi regula, quum quod prius distincte commemoratum est de spiritu, postea simpliciter repetitur: ibi enim ex superioribus præcognoscitur, de quo spiritu mentio fiat, etiam si in sequentibus nudum tantummodo Spiritus vocabulum sit positum. Aut quando ad illos sit sermo, qui iam sciunt de quo spiritu intelligendum sit, quod dicitur. Alioqui certe sine articulo τὸ, aut adiectionibus cæterarum notarum, nunquam Spiritus nudi vocabulum trahi potest ad significationem sancti spiritus, ut apud Paulum ad Galatas: Hoc solum cupio ex vobis resciscere, ex operibus legis accepistis spiritum, an ex auditione fidei? utpote quibus cognitum erat, se cum spiritu accepisse, qui datur creditibus, & renatis per lauacrum regenerationis. Quale illud ad Thessalonicenses, Spiritum nolite extinguere: qua forma verborum uti voluit, quia & ipsi sciebant quem spiritum accepissent: scilicet, ne spiritum, qui gratiam in ipsis accendebat, extinguerent. In Euangeliis vero si Euangelistæ loquantur humano more de Salvatore ob carnem, quam assumpsit: Iesus autem plenus spiritu, reuersus est à Iordane, aut illud, Iesus abductus est à spiritu in desertum: eandem rationem ista dicta in se continent. Siquidem prædictum fuit à Luca: Contigit autem dum baptizaretur vniuersus populus, Iesusque baptizatus esset & oraret, aperiri cælum, & descendere Spiritum sanctum corporali specie, instar columbæ super eum. Vnde liquet quum spiritum postea simpliciter dicit Euangelistam hoc de Spiritu sancto intelligere Ita apud quos est Spiritus sanctus, quum illis nude dicitur de Spiritu sine additamento Dei, aut alterius notæ, ambiguum illis esse non potest, quin Spiritus sanctus intelligendus sit, maxime si adsit articulus τὸ. Dicitur autem mihi, quemadmodum ante à vobis postulatum fuit, an vsquam legeritis in sacris literis Spiritum sanctum simpliciter nominari Spiritum, sine additamento eorum titulorum, & absque ea obseruatione, cuius supra meminimus? Verum mihi hoc nunquam dixeritis: ut pote quod nusquam scriptum reperiri possit. Sed contra in Genesi scriptum est, Et spiritus dei ferebatur super aquas, ac paulo post, Non manebit spiritus meus in hominibus istis, eò quod ipsi carnes sint. In Nu-

Spiritus in scripturis quando pro spiritu sancto capitur.

1. Thes. 5.

Math. 4.

Spiritus sanctus certis notis describitur in vniuersa scriptura.

Gen. 1. Gen. 6.

meris item Moses dicit ad Iesum filium Naue, Ne tu me amuleris, & quidam ita, Quum dederit Dominus spiritum suum super eos. Et in Iudicium libris de Othoniele, Et factus est Spiritus sanctus super eum, & iudicauit Israël. Atque itidem: Et factus est spiritus Domini super septem. Similiter quoque de Samsone, In virum puer adultus est, & benedixit eum Dominus, & incepit spiritus Domini cum illo ambulare. Et insluit in eum spiritus Domini. Dauid quoque ita canit, Et spiritum tuum sanctum ne auferas à me. Rursumque in centesimo quadagesimosecundo Psalmo, Spiritus tuus bonus deducet me in via recta, propter nomen tuum Domine. In Esaia quoque scriptum est, Spiritus Domini super me, propterea vnxit me. Quin & superius ita habetur: Væ vobis filij desertores, hæc dicit Dominus, Fecistis consilium sed non per me & fœdera, & non per Spiritum meum, ut peccato peccatum addatis. Ac rursum, Audite hæc, num ab initio in occulto locutus sum vobis? quum fieret, illic eram, & nunc Dominus emisit me, & spiritus eius. Paulò post ita dicit, Hoc meum cum illis pactum, dixit Dominus, Spiritus meus est super te, & rursum in sequentibus infert, Non legatus, neque angelus, sed ipse Dominus seruauit eos, eò quod illos diligeret, & parceret ipsis. Ipse redemit eos, & exaltauit illos per omnes dies seculi: sed ipsi immergeri fuere, & exacerbauerunt Spiritum sanctum, & versus est eis in inimicitiam. Ezechielis itidem hæc verba sunt, Sustulit me spiritus, & duxit me in terram Chaldaeorum, in captiuitatem, in visione in spiritu Dei. In Daniele autem, Excitauit deus Spiritum sancti pueri iunioris, cui nomen Daniel, & exclamauit voce magna, Purus sum ego à sanguine istius. Et Michæas ait, Domus Iacob exacerbauit spiritum Domini. Et per Iohellem Deus loquitur, Et cueniet postea, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Per Zachariam autem hæc inquit, Dei vox est loquentis: veruntamen sermones meos, & instituta mea non recipitis, quæcunque ego præcipio seruis meis Prophetis. Et quum obiurgat Propheta populum, post nonnulla interiecta hæc dicit, Cor suum reddiderunt contumax, ut non audirent legem meam. Et sermones suos emisit Dominus omnipotens in spiritu suo in manibus Prophetarum priorum: Et hæc quidem pauca collecta è priscis allegauimus: vos autem innicem consulite Euangelia, & quæ ab Apostolis scripta sunt, & audietis etiam ibi, quum plurimum variet significatio huius vocabuli, Spiritus peculiari & eximio quodam modo Spiritum sanctum non simpliciter spiritum, sed cum appendice & epitheto, qualia ante diximus, nominari. Dominus igitur, quum humanitus baptizaretur, ob carnem quam gestabat, dicitur super eum Spiritus sanctus descendisse, quem quum daret discipulis locutus est: Accipite Spiritum sanctum, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos omnia. Ac paulo post de eodem loquens, Quum venerit paracletus quem ego mittam vobis à Patre spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testificabitur de me. Et rursum: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Et paulo post, Si vero in spiritu Dei eiicio demonia, ergo peruenit ad vos regnum Dei. Deniq; omnem colendi numinis rationem, & nostri initiationem, in qua

Num. 11. Iud. 11. Ibidem. Psal. 51. Psal. 142. Esa. 61. Esa. 30. Esa. 48. Ibidem. Ibidem. Ibidem. Ezech. 11. Dan. 13. Mich. Iohel. 2. Zach. Humana spiritus dicitur significatio.

in qua nos sibi copulauit, & per se Patri, in Spiritu sancto absoluens & adimplens, præcepit discipulis, Profecti docete omnes gentes, baptizantes eas, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et quum eundem promitteret, præcepit eis ne ab Hierosolymis decederent, & post paucos dies dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes simul in eodem loco, & factus est subito è cælo sonus tanquam rapidioris & violentioris spiritus, & impleuit domum ubi sedebant, & apparuerunt illis dispersæ linguæ instar ignis, sederuntque super vnumquemque eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui aliis atque aliis linguis, quemadmodum τὸ πνεῦμα, hoc est, spiritus ille dabat eloqui illis. Inde per impositionem manus Apostolorum, Spiritus sanctus dabatur renatis. Agabus quoque in spiritu prophetauit, Hoc, inquiens, dicit Spiritus sanctus. Item Paulus, In quo vos spiritus sanctus Episcopos constituit, ut pasceretis Ecclesiã Dei, quam acquisiuit sibi per proprium sanguinem. Et Eunuchus baptizato rapuit Philippum spiritus Domini. Petrus quoque scripsit, referentes stipendium fidei vestræ salutem animarum, de qua salute inquisuerunt & scrutati sunt Prophetæ, qui de gratia in vos collata prophetauerunt, indagantes, & quali quo tempore manifestabit illis Spiritus Christi, testimonium perhibens de passionibus Christi, & paulo post de gloria eiusdem. Et Ioannes in Epistola sua scripsit, In hoc cognoscimus quod in eo manemus, & ipse in nobis eò quod ex Spiritu suo dedit nobis. Paulus item ad Romanos in hæc verba, Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu: qui autem Spiritum Christi non habet, ille eius non est. Si autem Christus in vobis, corpus quidem propter peccatum mortuum est, Spiritus autem viuus per iustitiam. Si autem spiritus eius qui excitauit Christum è mortuis habitat in vobis, is qui excitauit Iesum Christum è mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per spiritum inhabitantem in vobis. Ad Corinthios item: Nam Spiritus ille omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? ita quoque quæ Dei sunt, nullus cognoscit nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus ea quæ à Deo nobis donata sunt. Idem rursum, Omnia ista operatur vnus & idem ille spiritus, diuidens vnicuique peculiaria prout vult. Et rursum, Dominus autem spiritus est, ubi potro spiritus Domini, ibi libertas. Iam mihi videte quomodo & Gallatis scribit: Ut, inquit benedictio Abrahamæ fiat in Christo Iesu, ut promissionem spiritus illius capiamus per fidem. Et iterum, Quoniam autem estis filij, ideo emisit Deus spiritum filij sui in cordibus nostris, clamatem, Abba Pater: Quapropter non amplius seruus es, sed Filius & hæres Dei per Christum Iesum eiusdem ad Ephesios hæc verba sunt: Et ne Dei Spiritum sanctum contristetis, in quo consignati estis in diem redemptionis. Iterum idem ille, Studentes seruare vnitatem illius spiritus, in vinculo pacis. Ad Philipenses vero libere dicit, Quid enim, si vel quouis modo aut per occasionem, aut per veritatem Christus prædicetur, ob hoc ipsum gaudeo, atq; adeo gaudebo: Scio enim quod hoc cueniet mihi ad salutem, per vestras preces, & suggestionem spiritus Iesu Christi pro cor-

Mar. 16. Act. 2. Act. 21. Act. 20. Act. 8. 1. Ioan. 5. Ioh. 8. 1. Cor. 2. Ibidem. 2. Cor. 3. Gal. 3. Gal. 4. Ephes. 4. Ibidem. Phil. 1.

dis mei expectatione & spe mea, quod in nullo pudeam. Rursumque alibi, Nos vnus ipsa circumsio qui spiritu seruimus, & gloriamur in Christo Iesu. Et Thessalonicensibus, contestatus est, Ergo qui vilipendit, non hominem vilipendit, sed Deum qui dedit Spiritum sanctum nobis. Et apud Hæbreos Significante Spiritu sancto, ne vnquam manifestaretur via sanctorum, adhuc primo tabernaculo retinente suum statum. Et rursum: Quanto putatis tertiore dignus habebitur supplicio, qui Filium Dei conculcarit, & sanguinem testamenti communem putauerit, in quo sanctificatus est, & spiritum gratiæ contumeliose tractauerit? Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vituli aspersus immundos sanctificat, quod attinet ad puritatem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, purificabit conscientiam vestram ab operibus mortuis? Idem ad Thessalonicenses: Et tunc reuelabitur iniquus ille, quæ Dominus Iesus tollet spiritu oris sui, & destruet præsentia aduentus sui. Ecce quomodo Spiritus sanctus in vniuersa scriptura, certis notis describitur. Qui igitur sit, ut vos tale quid in Propheta conspiciatis? siquidem πνεῦμα illud, hoc est, spiritus apud Prophetam, ne articulum quidem τὸ sibi adiunctum habet, ut vel inde occasiones caperetis. Vos tamē temerè vobis figuras comminiscimini, & asseritis spiritum qui dicitur creati, Spiritum sanctum esse, quum tamen ex eruditissimis hominibus differentiam spirituum liceat cognoscere. Si quidem dicitur & hominis spiritus, quemadmodum à Dauide canitur: Nocte cum corde meo meditabar, & tumultuabatur spiritus meus. Baruch autem in precibus suis ait: Anima in angustiis & spiritus mœroris clamauit ad te. Et in oda trium puerorum, Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino. Apostolus item scribit: Ipse spiritus attestat spiritum nostro, quod sumus filij Dei, & hæredes. Et rursum: Nullus nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui habitat in eo. Et in epistola ad Thessalonicenses bene precatur, dicens, Integer spiritus vester, & anima & corpus inculpabiliter in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur. Quin & ventus spiritus dicitur, ad istum modum in Genesi: Et excitauit Dominus spiritum in terra, & cessauit aqua. In Iona itidem: Excitauit Dominus spiritum in mari, & factum est mare procellosum, & in periculo erat nauis ne quassaretur: Et in 106. Psalmo scriptum est: Dixit, venit spiritus turbinis, & exaltata sunt vndæ eius. Et in 148. Psalmo, Laudate Dominum ex terra, dracones, & omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellæ, qui facitis verbum eius. Et in Ezechielis lamentatione 602. In corde maris, in aqua multa duxerunt te remiges tui, spiritus austris contriuit te. Vos quoque si sacras literas euolueritis, inuenietis spiritus vocabulum in hoc vsurpari, ut & mentem verborum significet, Paulo ita scribente: Qui idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non literæ, sed spiritus. Litera enim occidit, spiritus viuificat. Siquidem dicta literis exarata sunt, & mens quæ in illis consistit, spiritus appellatur. Ita & lex spiritualis est, ut non (quemadmodum iam denuo loquitur) seruamus vetustati literæ, sed in nouitate spiritus. Idem inter gratias agendas inquit, Igitur ego mēte quidem seruo legi Dei, carne autē legi peccati:

1. Thes. 4. Heb. 2. Heb. 10. 2. Thes. 2. πνεῦμα. Figuras temere comminiscuntur hæretici. Psal. Bar. 2. Esa. 3. Rom. 8. Ibidem. 1. Thes. 5. Ventus dicitur spiritus. Gen. 8. Iona. 1. Psal. 106. Psal. 148. Ezech. 602. 2. Cor. 3. Lex spiritualis.

Rem. 8. nulla ergo condemnatio iis, qui in Christo Iesu sunt: Lex enim spiritus vitæ, quæ in Christo est, liberavit me à lege peccati. Philippus vero volens Eunuchum à litera ad spiritum convertere, intelligis, inquit, quæ legis? Tale quid & Chaleb habuisse in Numeris contestatum est, Deo ita loquente, Puer autem meus Chaleb, quoniam, alterius spiritus fuit, & secutus est me illuc in terram in quam vocatus est, introducam, quoniam alia, quam illi, mente locutus erat, placuit Deo. Tale cor siue mentem voluit Deus populum habere, per Esaiam dicens: Facite vobis cor nouum, & Spiritum nouum. Quum igitur res ad istum modum se habeat, & tanta sit diuersitas significationis in hoc vocabulo Spiritus, meliores essetis, si audientes de spiritu creato mentionem fieri, id existimetis ad aliquem ex spiritibus iam dictis pertinere. Quale est, quod in Esaiâ scriptum est: Consensit Aram cum Ephraim, & obstupuit anima eius, & anima populi illius, quemadmodum lignum quod in sylua à spiritu concutitur. Tale siquidem est & illud: Excitauit Dominus Spiritum in mari propter Iouam: Sequitur enim post tonitru ventorum spiritus, sicuti de pluuia super Achab scriptum est, Et factum est, donec &c. Et cælum obtenebratum nubibus & spiritu. Cæterum, quia de Christo mentionem facit illud elogium, Recte vos Spiritum sanctum esse obseruastis: sed cum natura distinguere & alienare à Filio, vnde quæso didicistis? quum Christum quidem dicatis creaturam non esse, sed Spiritum sanctum esse? Absurdum est, res diuersas natura, vno nomine appellare, vnâque conglorificare. Quæ enim communio, aut quæ similitudo Creatori cum creatura? Quid iam restat, nisi vt cum Filio in eodem sensu & classe constitutatis ea quæ à Filio sunt condita? Rectum igitur erat de spiritu ventorum intelligere illud scripti, de quo iam diximus. Verum quia in hoc dicto mentionem de Christo habitam ad calumniam vertitis, necessarium est vt acriter inspiciamus verba, num de spiritu qui creari dicitur, conuenientiore aliquam inuenire poterimus sententiam. Quid igitur est aliud annunciare inter homines Christum eius, nisi eum fieri hominem? quod & simile dictum est cum istis verbis, Ecce in vtero virgo habebit, & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, & quæcunque alia de eius aduentu scripta sunt. Verum quia de verbi aduentu in carnem sermo habetur, quem hic spiritum creatum intelligere possumus? nisi eum, qui in hominibus reformatur ac renouatur? Si quidem per Ezechielem promisit Deus, Et dabo vobis, inquit, cor nouum & Spiritum nouum dabo vobis, & auferam lapideum cor ex carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum dabo in vos. Quando hoc impletum est, nisi quum adueniens Dominus omnia gratia sua renouauit? En tibi in hoc ipso dicto differentia spirituum declaratur, & spiritus ille noster est qui renouatur. E diuerso Spiritum sanctum non ita nude Spiritum vocant, sed suum eum Spiritum esse dicit Deus, in quo, quæ nostra sunt, renouantur. Quemadmodum Psaltes ille in 103. Psalmo dicit, Auferes spiritum eorum, & deficient: & in pulucrem suum reuertentur: Emittes spiritum tuum

& creabuntur, & renouabis faciem terræ. Si igitur eo spiritu renouamur, certe ille qui creari dicitur, non Spiritus sanctus, sed noster intelligendus est. Quod si ideo (quia per verbum condita sunt omnia) recte sentitis Filium creaturam non esse, qui quæso blasphemum non erit, dicere Spiritum sanctum creaturam esse, in quo omnia Pater per Verbum suum, perficit, ac renouat? Et quia scriptum est simpliciter, spiritum creari, ex eo sibi sinxerunt Spiritum sanctum esse qui creatur. Rectum igitur est, vt credant non ipsum Spiritum sanctum creari, sed nostrum, qui in Spiritu sancto renouatur. De quo & Dauid in Psalmis inter vota sua canit: Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Atque ad istum modum describitur spiritus, vt Zacharias ait, Extendens cælum, & fundamento stabiliens terram, & fingens spiritum hominis in ipso. Quod enim prius creauerat, illud collapsum iterum creat, ipse in creatura consistens. Verbum enim caro factum est, vt (quemadmodum Apostolus dixit) duo conderet in vnum hominem, qui secundum Deum vocatus est in iustitia & sanctitate veritatis, non quod alius creatus sit, diuersus ab illo homine, qui primum secundum imaginem Dei factus erat, Paulus hæc loquitur, sed quod iuberet, vt mentem quæ in Christo condita, & renouata erat, recuperaremus, quod ipsum denuo per Ezechielem declarat, ita dicentem, Facite vobis ipsis cor nouum, & spiritum nouum. Et cur est quod moritur domus Israël? Nolo mortem morientis, dicit Dominus Adonai. Quum igitur illud de creato spiritu talem habeat intellectum, congrue intelligeretur ita firmamentum, tonitru, & fidelem sermonem, & inconcussam legem spiritu creati. Huius tonitru ministros, Iacobum & Ioannem esse cupiens Dominus, appellauit eos boanerges, hoc est, filij tonitru. Ioannes certe è cælo clamat, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Antea enim lex vmbra habebat futurorum bonorum, verum quum Christus hominibus iam ad esse predicaretur, Ego, inquit, adsum qui loquor, vt à Paulo refertur, tamen eius vox terram concussit, quod antea promiserat. Iterum semel concutiã, nõ solum terrã, sed & cælum. Illud porro verbum semel significat in rebus concussis transmutatione futurã, vt reliqua manerent quæ non concuterentur: Quapropter regnum incõcussum accipientes, obtinemus gratiã per quam acceptabiliter seruiamus deo. Regnum autem quod ipse infinitum dicit, illud est, de quo Dauid Psallit: Dominus regnauit, decorem indutus est, & circũcinxit se, nã & firmavit orbem terrarum, qui non commouebitur: illud igitur à Propheta dictum, aduentum Saluatoris inuenit, in quo & nos renouati sumus, & lex spiritus incõcussa permanet. At illi qui reuera sunt Tropici, hoc est, transmutabiles, fœdere inito cū Arthianis, blasphemiam in Deitatem inter se partiti sunt, vt isti Filium, illi vero Spiritum sanctum creaturã dicerent. Ausi quæ sunt, vt ipsi loquuntur, tropos sibi excogitare, & interpretari illud Apostoli dictum, qui recte Timotheo scripsit, Testor, inquit, coram Domino nostro Iesu Christo, & electis Angelis, vt hæc obserues sine præiudicio, nihil ex affectibus faciens. Illi autem dicunt, ex eo quod Paulus nominato Christo, Angelos statim subiūxerit, necessarium esse, spi-

Act. 8. Num. 13. Esai. 18. Iona. 1. Absurdū. Esai. 9. Ez. ecb. 36. Psal. 103. Ibidem.

Psal. 50. Zach. 1. Iona. 1. Ez. ecb. 18. Mar. 3. Iona. 1. Psal. 92. Tropici qui tropos sibi excogitat. 1. Tim. 5.

esse, spiritum Angelis annumerari, & eiusdem ordinis esse, cumque Angelum esse, sed maiorem cæteris. Primū igitur inuentū istud impietatis Valètini est, neq; isti ignorat se quod Valètini est, loqui: Is enim, inquit, misso paraclito, vnã cum eo missos esse Angelos eius coartancos. Atque ita redigentes spiritum in ordinem angelorum, non sentiunt se Angelos Trinitati consociare. Si enim post Patrem & Filium (vt ipsi volunt) sunt Angeli, certum esse in trinitate, neque eos iã esse administratorios spiritus, qui ad ministeria emittuntur, neq; sanctificari, sed potius aliis dare sanctitatem. Quæ igitur est ista tam impotens vãcordia? vbi scripturarum inuenerint, Angelum esse Spiritum sanctum? Eadem cum superioribus mihi necessum est dicere paraclitus, inquã, dominatus est spiritus adoptionis, Spiritus sanctificationis, spiritus Dei, & aliquando spiritus, nusquam autem Angelus, aut Archangelus, aut spiritus ministerij, quod in Angelos competit: sed potius huic pariter & Filio minister apud Mariam est Gabriel, quum ita dicat, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Iam quum scripturæ nusquam Spiritum sanctum nuncupent Angelum, quid habent, quo se in tam bruta temeritate excusent? Quorum animis Valentinus hoc delirium asseminauit, homo prorsus amens, qui hunc paraclitum, illos autem Angelos nominat, cõsque temporis parilitate Spiritu sancto coequales esse, dicit. Sed ecce, inquiunt, in Zacharia scriptum est: Hæc dicit Angelus, qui loquitur in me, & certum est hic Angelum spiritum significare in illo loquentē. Hoc nunquam diceret, si quod legunt attenderent: Ipse enim Zacharias quum visionem de candelabro vidisset, ita ait, Ecce respondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit, Non cognoscis ista quæ sunt? & dixi, Non Domine: & respondit mihi & dixit, Hic est sermo Domini ad Zorobabel, non in magna potentia, neque in robore, sed in spiritu meo dicit Dominus omnipotens. Ex quibus verbis liquet, Angelum illum loquentem prophetæ, non esse Spiritum sanctum, sed Angelum duntaxat, spiritum autem fuisse spiritum omnipotentis Dei, cuius ministerium obibat, famulabaturque hic Angelus, spiritumque esse indiuisum à deitate & fortitudine Filij, Sed quia Apostolicum dictum causantur, quod post Christum Angelos electos posuerit, dicant mihi quis sit ex istis Angelis, qui cum Trinitate vt eiusdem ordinis constituitur, cum omnes illi vnum numero nõ sint? aut quis illorum sit, qui in Iordanem in speciem columbæ descendit? Mille enim chiliades, & infinitæ myriades sunt, qui ministeria obeunt: aut cur cælo ad aperto scriptum non est, descendet aliquis ex numero electorum Angelorum, sed Spiritus sanctus? Aut cur dominus loquens ad discipulos de cõsmatione seculi, & de emittendis ad eam rem satellitibus verba faciens: Emitte, inquit, filius hominis Angelos suos: & superius quoq; scriptum est: Angeli ministrabant ei, Quin & ipse iterum dicit, Exhibunt Angeli. Vbi autem discipulis spiritus donatur, hæc eius verba sunt: accipite Spiritum Sanctum, & amandans eos ita locutus est, Abeuntes docete omnes gentes baptizates eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Non enim Angelum associat trinitati, neque in creatura nos sibi ac Patri coaptauit, sed in Spiritu sancto, quem ipse pro-

esse, spiritum Angelis annumerari, & eiusdem ordinis esse, cumque Angelum esse, sed maiorem cæteris. Primū igitur inuentū istud impietatis Valètini est, neq; isti ignorat se quod Valètini est, loqui: Is enim, inquit, misso paraclito, vnã cum eo missos esse Angelos eius coartancos. Atque ita redigentes spiritum in ordinem angelorum, non sentiunt se Angelos Trinitati consociare. Si enim post Patrem & Filium (vt ipsi volunt) sunt Angeli, certum esse in trinitate, neque eos iã esse administratorios spiritus, qui ad ministeria emittuntur, neq; sanctificari, sed potius aliis dare sanctitatem. Quæ igitur est ista tam impotens vãcordia? vbi scripturarum inuenerint, Angelum esse Spiritum sanctum? Eadem cum superioribus mihi necessum est dicere paraclitus, inquã, dominatus est spiritus adoptionis, Spiritus sanctificationis, spiritus Dei, & aliquando spiritus, nusquam autem Angelus, aut Archangelus, aut spiritus ministerij, quod in Angelos competit: sed potius huic pariter & Filio minister apud Mariam est Gabriel, quum ita dicat, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Iam quum scripturæ nusquam Spiritum sanctum nuncupent Angelum, quid habent, quo se in tam bruta temeritate excusent? Quorum animis Valentinus hoc delirium asseminauit, homo prorsus amens, qui hunc paraclitum, illos autem Angelos nominat, cõsque temporis parilitate Spiritu sancto coequales esse, dicit. Sed ecce, inquiunt, in Zacharia scriptum est: Hæc dicit Angelus, qui loquitur in me, & certum est hic Angelum spiritum significare in illo loquentē. Hoc nunquam diceret, si quod legunt attenderent: Ipse enim Zacharias quum visionem de candelabro vidisset, ita ait, Ecce respondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit, Non cognoscis ista quæ sunt? & dixi, Non Domine: & respondit mihi & dixit, Hic est sermo Domini ad Zorobabel, non in magna potentia, neque in robore, sed in spiritu meo dicit Dominus omnipotens. Ex quibus verbis liquet, Angelum illum loquentem prophetæ, non esse Spiritum sanctum, sed Angelum duntaxat, spiritum autem fuisse spiritum omnipotentis Dei, cuius ministerium obibat, famulabaturque hic Angelus, spiritumque esse indiuisum à deitate & fortitudine Filij, Sed quia Apostolicum dictum causantur, quod post Christum Angelos electos posuerit, dicant mihi quis sit ex istis Angelis, qui cum Trinitate vt eiusdem ordinis constituitur, cum omnes illi vnum numero nõ sint? aut quis illorum sit, qui in Iordanem in speciem columbæ descendit? Mille enim chiliades, & infinitæ myriades sunt, qui ministeria obeunt: aut cur cælo ad aperto scriptum non est, descendet aliquis ex numero electorum Angelorum, sed Spiritus sanctus? Aut cur dominus loquens ad discipulos de cõsmatione seculi, & de emittendis ad eam rem satellitibus verba faciens: Emitte, inquit, filius hominis Angelos suos: & superius quoq; scriptum est: Angeli ministrabant ei, Quin & ipse iterum dicit, Exhibunt Angeli. Vbi autem discipulis spiritus donatur, hæc eius verba sunt: accipite Spiritum Sanctum, & amandans eos ita locutus est, Abeuntes docete omnes gentes baptizates eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Non enim Angelum associat trinitati, neque in creatura nos sibi ac Patri coaptauit, sed in Spiritu sancto, quem ipse pro-

miserat: neque in promittendo, se angelum, sed spiritum veritatis missurum dixit, qui à Patre procedit. Certe & Moses, cui cognitum erat, Angelos creaturas esse, & Spiritum sanctum adunitum Patri & Filio, Deo ad ipsum ita loquente, Abi & ascende hinc tu & populi tui, quos ex Ægypto eduxisti in terram quam daturum iuravi Abraham & Isaac & Iacob dicens: Semini vestro dabo eam, & vnã emittam ante faciem tuam Angelum meum, & euiciet Chananeum, recusauit ducatum angeli: Nisi, inquit, ipse nobiscum proficisceris, ne me hinc abducas: nolebat enim creaturam populi ducem esse, ne omisso creatore creaturæ discerent inseruire. Certe angelum deprecans, rogabat Deum vt ipse dux esse vellet: deo autem promittente in hæc verba, et hoc quod dixisti, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & noui te præ omnibus. In Esaiâ scriptum est, Qui ascendere fecit pastorem ouium, vbi est, posuit in iis Spiritum sanctum qui dextera abduxit mosem, ac paulo post, descendit spiritus à domino, & deduxit eos: Sic duxisti populum tuum, faciens tibi nomen gloriæ. Quis hinc non contuetur veritatem quum Deo promittente, se ducem fore, non Angelum missurum polliceretur, sed spiritum suum, qui est super Angelos, isque eorum dux factus est? Vnde ostenditur spiritum nec creaturã nec Angelum esse, sed superiorem creaturis adunitum diuinitati Patris. Ipse enim Deus per Verbum in Spiritu sancto deduxit populum. Vnde per vniuersam scripturam dicit, ego eduxi populum ex Ægypto. Testes vos estis, an Deus alienus erat inter vos, præter me. Et sancti ita alloquuntur Deum, Deduxisti vt oues populum tuum. Et deduxisti eos in spe, & non extimuerunt. Huic & hymnum consecrant, dicentes, Qui deduxit populum per desertum, quoniam in æternum misericordia eius. Magnus item Moses assidue refert, Dominus deus præcedens ante faciem nostram. Quapropter Spiritus dei, nunquam fuerit nec creatura nec Angelus, sed proprius spiritus Deitatis ipsius. Nam existente spiritu in populo, deus per Filium in spiritu erat in populo. Esto (inquiunt & ipsi) ista ita se habeant, Sed quid causæ est, quod apostolus post Christum non subiunxit Spiritum sanctum, sed electos Angelos? Hic rursus merito quis ex iis roget, cur non subiunxerit, Archangelos, Cherubim, Seraphim, dominationes, Thronos, aut aliud quippiam, sed electos Angelos? Nunquid igitur, quoniã hoc nõ fecit, Angeli sunt Archangeli? aut solum duntaxat Angeli sunt? neque vlli sunt Cherubin? Seraphim? aut Throni? aut Dominationes? non principes aut aliquid huiusmodi: Sed hoc est necessitate imponere Apostolo, quare non sic, & cur non potius ita, vel ita scripserit, & ignorare scripturas atque inde porro errare circa veritatem. En tibi apud Esaiã scriptum est, Accedite ad me & audite, nunquid ab initio clandestino locutus sum vobis, quando fiebat, ego aderam, & nunc Dominus misit me, & spiritus eius. Atque itidem apud Aggæum, Et nunc corroborare Zorobabel, dicit dominus, & corroborare Iesus filius Iosedech, magnus sacerdos, dicit Dominus, & corroboretur vniuersus populus terræ, dicit Dominus, agite, quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens, & spiritus meus in medio vestri consistit. Hic apud vtrumque Prophetã, de solo Domino &

Exod. 23. Exod. 33. Esai. Psal. 166. Psal. 135. Concludit spiritum s. nec creaturam, nec Angelum esse. Obiectio. Responsio. Esai. 45. Agg. 2.

Abfur- spiritu mentio habita est. Quid mihi iam dicent? Si enim quia Paulus mentionem de Filio faciens, de spiritu reticuit, & electorum Angelorum meminit, ideo Spiritus sanctus illis in numero Angelorum reponendus videbitur: iam scilicet ubi in hac Prophetica inciderint, audacius disputabunt de eo, qui hic per silentium omittitur. Nam siue dominum esse Filium dicant, quid dicturi sunt de Patre? aut si contra. Patrem Dominum esse censeat, quidnam statuere possint de Filio? Absit, ut istiusmodi, quæ inde consequitur, blasphemia in alicuius mentem cadat: necessum enim illos dicere, ut vel non sit, vel ut creaturis annumeretur, qui prætermisus fuerit. Quid mihi locuturi sunt, si audiant Dominum ita dicentem? Iudex erat in quadam ciuitate, qui nec Deum metuebat, nec hominem reuerbatur: nunquid quia post Deum hominem nominauit, ideo iste homo erit Filius Dei, quem iudex iniquus veritus non est? An quia post Deum, nominauit hominem, tertius in ordine erit Filius, & posterior homine? quartusque futurus est Spiritus sanctus? quid si rursus audiant Apostolum in eadem epistola, Præcipio tibi coram Domino omnia viuificante, & Iesū Christo per martyrium bonam confessionem sub Pontio Pilato testificante, ut serues præceptum immaculatum, irreprehensibile: An hic quia tacitū est de Angelis & spiritu, an sint in rerū natura, ambigetur? quippe ni ambigent? Istiusmodi enim scelera loqui de Spiritu sancto etiam meditando didicerunt. Quid si audiant scripturam in Exodo loquentem, Imiuit autē populus Dominum, & crediderunt Deo & Mosi ministro eius, an hic annumerabunt Deo Mosem? & post Deum non intelligent Filium, sed Mosem? Quid si audiant Patriarcham Iacob benedicentem Iosephi filiis, Deus qui aluit me à iuuentute mea, usque in hunc diem, Angelus qui eripuit me ex omnibus malis, benedicat puerulis istis. Nunquid quia post Deum nominauit Angelū, prior Angelus est Filio? An Angelis confociabitur Filius? maximè: nam ita censebunt, quū habeant corruptam mentē: Atque apostolica fides talis non est, neque quisquam Christianorū tale quid tolerauerit. Sancta enim & beata Trinitas, indiuisa est, & vnita in se, & vbicunque Pater dicitur vnā est cum eo & ipsius verbū, & in Filio spiritus. Si autē Filius nominatur, in Filio est pater, nec spiritus est extra verbum. Vnā siquidē ē patre gratia, per Filiū in Spiritu sancto consummatur, et vnā est deitas & vnus deus, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus. Ita enim paulus dicens, Testificor coram Deo, & Iesū Christo, quippe qui non didicerat separare spiritū à Filio, qui ita in Christo erat, ut Filius in Patre. Electos autē Angelos merito simul introduxit, ut quandoquidē ista contestatio fiebat ad discipulū cognoscentē magistri verba. à Deo & Christo in Spiritu sancto dicta esse, Angelosque res nostras administrare visitantes vnusquisque operā seruaret magistri sui admonita, ut qui haberet earum admonitionum conscios & testes Angelos, aut quia illi semper vident faciem patris, qui est in cælis, propter paruulos in Ecclesia, Angelos cōtestatur, ut cognoscens discipulus se populorum curam gerere, non per incuriam & negligenter mandata Apostoli acciperet. Sacrorum igitur eloquiorū talis mihi videtur intellectus, redarguens irrationabilium hominum contra Spiritum san-

ctum maledicta. Illi autē peruicaciam suis pectoribus incubantem retinentes, ea quæ contra veritatem iactitant, non ex scripturis, ut ais, hauriunt, sed ex abundantia cordium suorum eructant. Si, inquit, Spiritus sanctus nec creatura est, nec Angelus est, sed ex patre procedit, ergo & ipse quoque Filius habendus est, eruntque inter se germani, Verbum & spiritus, quapropter si germanus est, quomodo verbum Filius vnigenitus nominabitur? aut quid est cur non similes inter se habeantur? Atqui Verbum è Patre genitum esse perhibetur, & spiritus post Filium secundo loco nominatur: denique si ex Patre est, cur non & ipse quoque genitus esse dicitur, & Filius appellatur, sed Spiritus sanctus duntaxat nūcupatur? Porro, si spiritus, Filius est spiritus, ergo Deus Spiritui sancto auus existimari debet. Istiusmodi ludos suis curiositatibus infames illi ludunt, volūntque perscrutari profunda dei, quæ nullus scit nisi spiritus, cui ipsi maledicunt. Non erit igitur posthac illis respondendum, & secundum Apostolicum præceptum, post admonitionem istorum quæ dicta sunt, vitari ut hæretici debebant, aut vicissim illorū sciscitationibus ex ipsis sciscitari, & reposcere ab illis responsum, quale ipsi à nobis poscunt. Si Patre ex Pater est, & alius cum eo genitus est, suntque fratres ex vno, quod nomen ipsis tribuendum? & quis istorum Pater & auus, ac retro illorum maiores? Sed hoc negabunt, quomodo igitur is Patre est, qui ipse ex patre natus non est? aut quomodo potest Filium habere, qui ipse alteri Filius non fuit? Scio impiam esse hanc percunctationem, sed ita ludentibus æquum est obcludere, ut sic saltem ex ista absurditate & impia scitatione, suam ipsi stultitiam sentire queant. Non enim hæc ita sunt (abominor enim) nec conuenit ita de deitate disputare. Non enim Deus, qualis homo, ut humano more de eo disceptari liceat. Tacendum igitur fuit, & à colloquio abstinendum. Sed tamen ne taciturnitas nostra causam illis impudentiæ præbeat, audiant è nobis vicissim: ut patris ipsius patrem aliquem esse, dicere non possumus: ita de Filio fratrem illi esse, nefas est dicere. nā ut ante patrem (sicut scriptum habetur) Deus non fuit, ita alius Filius non est. Vnigenitus enim est, ideoque & vnicus, & vnus pater, qui vnus & solus Filius patris est, & in sol a deitate istud patrē esse & Filium esse consistit, & semper est. Nam inter homines, si quis pater dicitur, ille alteri filius fuit: & si quis huius filius, ille vicissim alterius pater appellatur, adeo ut in hominibus proprie non seruetur patris & filij appellatio. Siquidem Abraham fuit Tharæ filius, idem pater Isaac fuit, Isaac Iacob, atque ad istum modum natura hominum se habet, aliique aliorum patres sunt, & quisque habet in se sui patris partem, ut & ipse vicissim alteri fiat pater. Sed in Deitate res ita se non habet: non enim ut homo Deus, nec diuisam habet naturam, ideoque ipse diuisus non gignit filium, ut ille vicissim efficiatur pater alterius. Quoniam autē ipse pater ex patre non est, neque filius pars est patris, ideo nec ipse gignit, ut genitus est, sed integer est integri splendor & imago. In deitate autē pater proprie est pater, & Filius proprie est Filius, atque ea de causa pater semper pater consistit, & filius semper filius: & quemadmodum Pater nunquam fuerit filius, ita nunquam filius fuerit Pater. Et quia Pater nunquam desi-

quam desinet solus esse pater, ideo Filius nunquam desinet solus esse Filius: Furor enim est nec vel cogitandum vel dicendum de Filio; illum alicui fratrem esse: aut de Patre, illum alicui auum esse. Non enim spiritus in sacris literis nominatus est Filius; ne frater verbi haberetur: neque filius filij, ne auus illi esse existimaretur: sed Filius ibi Filius Patris est dictus, & spiritus Patris, spiritus Filij nominatus est, & sic Trinitatis vna est Deitas, & vna fides. Quamobrem infania est dicere, spiritum creaturam esse: Nam si creatura esset non confociaretur Trinitati: rota enim trinitas Vnus Deus est, & satis est, si cognoscas spiritum non esse creaturam, neque cum rebus creatis numerandum. Non enim alienus admiscetur trinitati, cui sit indiuisa, sibi que similis. Hæc sufficiunt fidelibus, & hætenus eius recognitio ad homines peruenit. Huc usque quum deuentum est, Cherubin obuolat faciem eius, Qui autē plura istis querit, studetque inuestigare, male obtemperat dicenti: Ne nimium sis sapiens, ne percellaris. Quæ enim fide tradita sunt, ea non humana sapientia, sed audirione fidei decet comprehendere. Quæ enim oratio condigne interpretari queat, quæ sunt super naturam creatam: aut quæ auris intelligere poterit, quæ nefas est homini vel audire vel dicere: de iis quæ audiuit Paulus, ad istum modum locutus est: de Deo autem ista verba fecit, Quam inuestigabiles viæ eius? aut quis cognouit mentem Domini, aut quis illi consiliarius fuit? Abraham igitur non curiosum se percunctatorem præbuit Deo secum loquenti, sed credidit, & reputatum est illi ad iustitiam. Ita Moyses fidelis minister appellatus est. Illi autem, qui quæ sunt Arii sentiunt, in quorum malitiosam animam non introiit sapientia, neque fidem habent de sancta & indiuisa trinitate, verū ne ideo veritatem male interpretentur, neque quæ ipsi intelligere nequeunt, ea affirmant esse nou posse. Rem enim agunt longe absurdissimam, quod quum nequeant comprehendere, quomodo indiuisa sit sancta Trinitas, faciunt quidem hi qui Ariani sunt vnum ex Creaturis Filium. Isti autem qui Tropici vocantur, spiritum in numerum creaturarum redigunt. Decebat eos, quum profusum non intelligant se silentio tradere nec illos Filium, nec istos Spiritum creaturis confociare, aut agnoscere id quod scriptum est, & Patri coniungere Filium & Spiritum sanctum non segregare à Filio, ut indiuisa, & suæ naturæ permaneat sancta trinitas: Quibus cognitis, par erat eos non ita temerarios esse, aut dubitabundos interrogationes facere, quomodo scilicet ista esse possint, ne dum interrogatus hæreat in respondendo. Ipsi sibi superexcogitent quas intellectuum illationes. Est enim omnibus creatis, maxime autem nobis hominibus impossibile, condigne loqui de rebus ineffabilibus: Temorarium deinde maxime quum loqui nequeas, comminisci super arcanis illis nouas ditiones contra scripturas: Nam etiam absque illo furiosus est iste conatus, siue ita interrogas, siue ad interrogata vel semel cogites respondere: quum de rebus creatis ita percunctans sanæ mentis haberi non debeat. Age, mihi respondeant, qui in omnia verba tam facile prorumpunt. Cælum vnde constet & ex quânam materia, & quod eius temperamentum est. Quomodo sol aut reliquæ stellæ in naturam rerum prodierint. Et quid miri est, ex

rebus sublimioribus eorum vesaniam redarguere, quum rerum tantopere humi nascentium, qualis est lignorum conditio, & aquarum confluxus, animaliumque formationes, earumque inter se partium cōgruentiæ, quomodo eueniant, non cognoscantur: neque vnquam ipsi explicauerint, quum Salomoni ipse, qui abundantius præ cæteris sapientiæ compos fuit, cōspiciens impossibilem esse hominibus earum rerum inuestigationē, hæc verba protulerit: Et vniuersitatem omnis æui dedit in mentes eorū, ut non inueniret homo hoc opus quod fecit ab initio vsque ad finem. Quid igitur, quum nequeant ista explicare, etiam ea esse negabunt? certe negabunt, tam est illis corrupta mens: recte igitur hæc illis dicas, O stulti & vbique audaces, cur non potius desinitis curiose rimari de sancta Trinitate, ac fidei acquiescitis, & hæc esse creditis, maxime quū ad eam rem magistrum Apostolum dicentem habeatis. Primum credere oportet de Deo, quod est, eumque requirentibus, se remuneratorem esse. Nā enim quomodo est, dixit: sed rantomodo, quod est. Quod si ne sic quidem suppedescunt, dicant mihi, quomodo Pater est Pater, ut ita discant, quomodo sit ipsius Verbum, Verbum. Sed absurdum inquit esse de Patre sciscitari: audiant igitur vicissim absurdum esse de Filio eius ita sciscitari, quū superfluum sit & plenum infantiæ, istiusmodi syllogisationes conari. Ne igitur interroges, sed solum ex sacris literis condiscas. Sufficiunt enim quæ in illis reperias documenta. Fons igitur & Lux nominatur Pater, Me, inquit, reliquerunt fontem aquæ viuentis, & rursus in Baruch. Quid est Israël, quod in terra inimicorum tuorum hæres, reliquisti fontem sapientiæ: Et secundum Ioannem, Deus noster Lux est. Dicitur & Filius respectu quidem fontis istius fluius. Siquidem fluius Dei repletus est aquis: respectu verò lucis splendor, Paulo ita dicente, Qui est splendor gloriæ & forma substantiæ eius. Quum igitur Pater sit lux, Filius splendor eius, eadē de istis rebus loqui, grauari non debemus: licitū enim est videre, & in filio spiritū esse, per quē illuminamur, ut inquit, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitionē eius illuminatis oculis cordis, illuminante porro nos spiritu, Christus est qui per eum illuminat. Erat inquit, lux vera, quæ illuminat, omnem hominem venientem in hunc mundū, Rursus quū pater fons sit, Filiusque proinde flumem appelletur, nos qui inde bibimus, Spiritum sanctū bibere perhibemur. Scriptū est enim, quod vno spiritu potati sumus: potantes autem spiritū, Christū bibimus. Bibebat siquidē ex spirituali comitate eos petra, petra autē erat Christus. Vicissimque quū Christus, verus sit Filius, nos Spiritum sanctū accipientes filij efficiamur: non enim inquit, accepistis spiritū in seruitute ad timorē, sed accepistis spiritū adoptionis. Quum ergo per spiritū filij efficiamur, certū est, quod in Christo nomē liberorū Dei obtinemus. Quicumque enim eū acceperunt, dedit eis potestatem ut filij fierent. Deinde quū Pater (ut inquit Paulus) solus duntaxat sit Deus sapiens, Filius est ipsius sapientia: Quoniam Christus Dei virtus, & Dei sapientia est. Et quia Filius sapientia est nos spiritū sapientiæ accipientes, Filium habemus, & in ipso sapientes efficiamur. Ita enim scriptum est in 45. Psalmo, Dominus soluit cæcos, dominus sanctificat cæcos. Et quum spiritus

LUC. 18.

Abfur-

1. Tim. 6.

Abfur-

Exod. 14

Gen. 48.

Abfur-

Trinitas indiuisa & vnita in se.

2. Tim. 4

Explicatio.

Obiectio.

Responsu.

Tit. 3.

De Deo.

humano more discipulare.

scipare non licet.

simile.

Deus non habet diuisam naturam.

Spiritus non dicitur Filius in sacris literis.

Rom. 12. Non curiosi sumus de Trinitate differendum.

Rom. 11.

Ariani. Tropici Spiritum creaturam dicunt.

De Trinitate condigne loqui impossibile.

Heb. 11.

Hier. 2. Bar. 3.

Ioan. 10.

1. Cor. 1.

Eph. 1.

Ioan. 1.

1. Cor. 15.

Ioan. 1.

1. Cor. 1.

Psal. 45.

datur nobis (Accipite enim inquit Saluator Spiritum sanctum) Deus est in nobis, sic enim Ioannes scripsit, Si nos inuicē amauerimus, Deus in nobis manet. Per hoc cognoscimus quod in eo manemus & ipse in nobis quoniā ex spiritu suo dedit nobis: deo autem existente in nobis, etiam Filius in nobis est, dicente ipso filio, Veniemus ego & pater, & mansionem apud eum faciemus. Porro quum deinde Filius sit vita, in spiritu viuificari dicimur. Qui inquit, excitauit Iesum Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia vestra corpora per spiritum suū habitatem in vobis. Nobis porro viuificatis in spiritu, christus in nobis viuere dicitur. Christo enim, inquit, conrucifixus sum, viuo autem nō iam ego, sed viuuit in me Christus. Et rursum, Quemadmodū Filius opera quæ faciebat, patrem, dicebat facere. Pater enim, inquit, in me manens, ipse facit opera illa: Credite & me in Patre & Patre in me esse, sin minus, vel propter opera credite mihi: Ita quæ in virtute spiritus operatus est Paulus, dixit Christi opera esse: non enim audebo quippiam loqui, quæ non operatus est Christus per me ad obedientiam gentium in verbo & opere, in virtute signorū & miraculorum, in virtute Spiritus sancti. Quū igitur talis sit cōiugatio & vnitas in trinitate, quānam segregauerit aut filiu à patre, aut spiritu à filio? Aut quis ita temerarius erit, vt dicat inæqualē in se & diuersæ naturæ Trinitatē esse? aut alterius essentia patrē quam filium? aut alienigenā esse, Spiritū sanctū à filio? Quod si quis denuo interroget, quomodo, quū spiritus insit in nobis, dicatur filius in nobis esse? & quum filius insit in nobis dicatur pater in nobis esse? aut quomodo quum Trinitas sit, in vno significetur Trinitas? aut quomodo, quū vnus insit in nobis, Trinitas in nobis esse perhibeatur? Aut mihi primum diuidant à splendore lumen, aut sapientiam à sapiente, aut dicant quomodo ista sint. Quod si ne istud quidem possunt, multo magis furiosa temeritas est, istiusmodi de Deo disquirere. Deitas enim non demonstratione rationum traditur (vt dictum est) sed fide, & pia cogitatione cū religione. Si enim ea quæ sunt de salutari cruce, nō in sapientia verborum, sed in demonstratione exhibitioneque Spiritus & virtutis prædicauit Paulus, & ineffabilia verba audiuit in paradiso, quæ nō sunt in potestate hominis vt loquatur, quomodo quis de ipsa sancta Trinitate disertē loqui poterit? Ceterum istiusmodi perplexitatem sanare licuerit primum fide, deinde iis quæ superius dicta sunt, nimirum vbi loquebamur de imagine, de splendore, de fonte, de fluuiio, de substantia & forma. Quē admodum in propria sua imagine, est Filius in Patre, & ita Pater in Filio. Nam imbecillitatem interpretandi verbis istiusmodi, & qualicumque comprehendendi consolatione mitigans scriptura hoc genys similitudinū nobis tradidit. Atque isto modo propter temerariorum hominum incredulitatē simplicitet dicendum erit, atque ita si loquaris aut cogites, cum venia id licebit, scilicet vnā esse sanctificationem quæ fit per Patrem, & Filiū, & in Spiritu sancto. Nā quemadmodum Filius germen vni-genitum, ita & spiritus qui à Filio datur & mittitur, vnus & ipse est, & non multi, neq; vnus ex multis. Quū enim vnus sit Filius viuens sermo, vnā oportet esse perfectā & plenā sanctificatricem illam & illuminatricem vitā, vim scilicet & facultatem eius & donationem quæ à Patre dicitur procedere, quoniā à Verbo patris desumit, & mittitur & donatur, maxime quia Filius à Patre mittitur, ita enim inquit, Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vni-genitum daret. Filius porro spiritū emittit, quū sic loquatur, ego autem si abcessero mittā paraclētum. Et Filius Patrem glorificans, Pater inquit, ego glorificauit te, spiritus vero glorificat Filiū. Ille enim, prout ait, me glorificabit: filiique verba sunt, Quæ audiui à patre, hæc loquor ad mundū. Spiritus porro à Filio accipit: De meo enim, inquit, accipiet, & annuntiabit vobis. Et Filius in nomine Patris venit, Spiritum vero sanctum, inquit, quem mittet Pater in nomine meo. Quum igitur istiusmodi ordinem & naturam habeat spiritus ad Filium, qualem Filius habet ad Patre, qui fieri potest, vt qui spiritū creaturam dicit, non illud idē necessario & de Filio sentiat: Si enim Filij spiritus creatura est, consequens est vt dicant, etiam Verbum Patris creaturam esse. Istiusmodi phantasmata cum Ariani excogitassent, in Caiphæ Iudaismū proruerunt. Isti vero qui se simulant Arianici non sapere, ne sapient contra Spiritum sanctum, sed & quem admodum abominantur Arii verba, ita quoq; caueant, ne cōtra Spiritum sanctum se impios præbeant. Vt enim Filius qui in Patre est, & pater vicissim qui in eo est, creatura nō est, sed ex propria substantia sui Patris (Nam & hoc vos simulatis dicere) ita quoq; spiritum qui est in Filio, & vicissim Filius in eo, nefas est creaturis coniungere, aut separare à verbo, & imperfectā Trinitatem construere. Quātum igitur attinet ad dicta Prophetica & Apostolica, quorum sententiā deformantes seiplos decepterunt, sufficiunt ista quæ iā diximus, ad inscitias & blasphemias tropicorū redarguendas. Videamus iā singula seorsum, quæ in sacris literis de Spiritu sancto referuntur, & veluti probi trapezitæ examine-mus, an proprium aliquid habeat Spiritus sanctus cum rebus creatis, an contra proprius sit Dei, vt est, vel creaturam dicamus, aut aliud diuersum à creaturis, & tale quod proprium increabilis Trinitatis habeatur, Forsan vel sic pudeferi poterint, quū didicerint, quātum ablutant à sacris eloquiis, sua, quæ ipsi cōmenti sunt, blasphemie verba. Res cōditæ igitur, ex nō existentibus extiterunt, quum habeant principium suæ essentia. Siquidem in principio creauit Deus cælum & terrā, & omnia quæ in iis sunt, ex deo autem dicitur spiritus. Nemo enim, inquit, nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in illo: ita quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Nos autem nō spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Quæ igitur secundum ista verba cognatio est Spiritui sancto cū creaturis? quum creaturæ aliquando non erant, deus autem, semper sit, ex quo Spiritus sanctus: quod autem ex deo est, non est ex nihilo, neque conditum quippiam in se habere poterit. Quis igitur amētes istos sustineat, qui & ipsi in corde suo loquuntur, non est Deus? Nam quemadmodum nemo cognoscit quæ sunt hominis nisi spiritus qui est in illo: ita quoque quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus qui est in Deo, qui etiam profunda Dei scrutatur: Siquidē iste qui hoc insciabitur, eō euadet vt dicat spiritū hominis extrā hominē esse, & verbū quod in Patre est, & Spiritū sanctū, creaturas esse, Rursū spiritus iste, spiritus sanctificationis & renouationis &

Ioan. 14. Ibidem. Rom. 8. Phil. 1. Ioan. 5. Ibidem. Deitas Rationibus non demonstratur. simile.

tem eius & donationem quæ à Patre dicitur procedere, quoniā à Verbo patris desumit, & mittitur & donatur, maxime quia Filius à Patre mittitur, ita enim inquit, Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vni-genitum daret. Filius porro spiritū emittit, quū sic loquatur, ego autem si abcessero mittā paraclētum. Et Filius Patrem glorificans, Pater inquit, ego glorificauit te, spiritus vero glorificat Filiū. Ille enim, prout ait, me glorificabit: filiique verba sunt, Quæ audiui à patre, hæc loquor ad mundū. Spiritus porro à Filio accipit: De meo enim, inquit, accipiet, & annuntiabit vobis. Et Filius in nomine Patris venit, Spiritum vero sanctum, inquit, quem mittet Pater in nomine meo. Quum igitur istiusmodi ordinem & naturam habeat spiritus ad Filium, qualem Filius habet ad Patre, qui fieri potest, vt qui spiritū creaturam dicit, non illud idē necessario & de Filio sentiat: Si enim Filij spiritus creatura est, consequens est vt dicant, etiam Verbum Patris creaturam esse. Istiusmodi phantasmata cum Ariani excogitassent, in Caiphæ Iudaismū proruerunt. Isti vero qui se simulant Arianici non sapere, ne sapient contra Spiritum sanctum, sed & quem admodum abominantur Arii verba, ita quoq; caueant, ne cōtra Spiritum sanctum se impios præbeant. Vt enim Filius qui in Patre est, & pater vicissim qui in eo est, creatura nō est, sed ex propria substantia sui Patris (Nam & hoc vos simulatis dicere) ita quoq; spiritum qui est in Filio, & vicissim Filius in eo, nefas est creaturis coniungere, aut separare à verbo, & imperfectā Trinitatem construere. Quātum igitur attinet ad dicta Prophetica & Apostolica, quorum sententiā deformantes seiplos decepterunt, sufficiunt ista quæ iā diximus, ad inscitias & blasphemias tropicorū redarguendas. Videamus iā singula seorsum, quæ in sacris literis de Spiritu sancto referuntur, & veluti probi trapezitæ examine-mus, an proprium aliquid habeat Spiritus sanctus cum rebus creatis, an contra proprius sit Dei, vt est, vel creaturam dicamus, aut aliud diuersum à creaturis, & tale quod proprium increabilis Trinitatis habeatur, Forsan vel sic pudeferi poterint, quū didicerint, quātum ablutant à sacris eloquiis, sua, quæ ipsi cōmenti sunt, blasphemie verba. Res cōditæ igitur, ex nō existentibus extiterunt, quum habeant principium suæ essentia. Siquidem in principio creauit Deus cælum & terrā, & omnia quæ in iis sunt, ex deo autem dicitur spiritus. Nemo enim, inquit, nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in illo: ita quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Nos autem nō spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Quæ igitur secundum ista verba cognatio est Spiritui sancto cū creaturis? quum creaturæ aliquando non erant, deus autem, semper sit, ex quo Spiritus sanctus: quod autem ex deo est, non est ex nihilo, neque conditum quippiam in se habere poterit. Quis igitur amētes istos sustineat, qui & ipsi in corde suo loquuntur, non est Deus? Nam quemadmodum nemo cognoscit quæ sunt hominis nisi spiritus qui est in illo: ita quoque quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus qui est in Deo, qui etiam profunda Dei scrutatur: Siquidē iste qui hoc insciabitur, eō euadet vt dicat spiritū hominis extrā hominē esse, & verbū quod in Patre est, & Spiritū sanctū, creaturas esse, Rursū spiritus iste, spiritus sanctificationis & renouationis &

Ioan. 3. Ioan. 14. Absurdum. Ariani Caiphæ amulatores. Ea proprie de qui bus disputatur est. Gen. 1. Rom. 8. Ibidem.

nis & est & dicitur, quum Paulus dicat, Iesu Christo domino nostro dei Filio per virtutē declarato, secundum spiritū sanctificationis, ex resurrectione mortuorū. Iterumq; idē ipse dicat, Sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Et ad Titum scribens: Bonitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri, non ex operibus iustificationis, quæ fecimus nos, sed secundū suā misericordiā saluauit nos, per lauacrū regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundanter per Iesum Christū Saluatōre nostrū, vt iustificati gratia ipsius, hæredes redderemur secundum spem æternæ vitæ. Creaturæ autē nō dant, sed accipiunt sanctificationē & renouationem. emittes, inquit, spiritum tuū & creabūtur, & renouabis faciem terræ. Paulus quoque ad istū modum, Nā impossibile est, inquit, semel illuminatos & gustu imbutos cœlestis doni, & participes redditos Spiritus sancti. Quod igitur non sanctificatur ab alio, neque particeps redditur sanctificationis, sed sanctificationem impartit, in quo creaturæ omnes sanctificantur, quomodo illud fuerit vnū ex vulgo rerū conditarū? aut propriū illorū, cui se in participatum impendit? Necessum enim est, iis qui hoc loquuntur, dicere etiam, Filiū per quem omnia sunt condita, vnū esse ex hoc vulgo vniuersitatis. Spiritus quoque viuificator dicitur. Qui excitauit enim inquit, Iesum Christum ex mortuis, viuificabit mortalia corpora vestra per inhabitantē in vobis spiritum. Et dominus est ipsissima vita, & dux & subministrator vitæ, vt inquit Petrus, dixit porro illis dominus, Aqua quam ego dabo ei, fiet in illo fons aquæ salientis in vitā æternā. Hoc autem dixit de spiritu, quē accepturi erāt credentes in eum. Creaturæ vero, vt diximus viuificatur per eum: iam quod non aliunde particeps redditur vitæ, sed aliis impartitur, & viuificat res conditas, quā habet cognationē cū creaturis? aut quomodo hoc ipsum fuerit vnū ex creaturis, quæ in illo per Verbum viuificatur? Iā & vnguentum dicitur spiritus, & sigillum est, quū Ioannes scribat, Et vnctio quā accepistis ab eo, manet in vobis, nec opus habetis vt quispiam vos doceat, sed vt eius vnctio nimirum spiritus eius doceat vos in omnibus, In Esaia item spiritum est, Spiritus Domini super me, eō quod vnxit me, Paulus autem ait. In quo quum credideritis, signati estis in diem redemptionis. Quod si res conditæ eo signantur & inunguntur, & de omnibus docentur: ipse autem spiritus & sigillum & vnguentum est, in quo omnia inungit & signat verbum, quæ igitur similitudo aut proprietates vnguenti aut sigilli cum inunctis, & sigillatis? Quapropter secundum istas rationes, non fuerit vnus ex numero istius vniuersitatis, Nunquā enim fuerit sigillū, vnum ex iis quæ sunt sigillata: neque vnguentū ex numero eorum quæ sunt inuncta. Sed proprium Verbi quod inūgit & obsignat. Vnguentum enim fragrantiam, & halitum inunctoris habet, quo quum inuncti fuerint, & participes redditi, dicunt de se, Christi bonus odor sumus. Sigillum porro formam Christi sigillantem habet, eiusque participes efficiuntur, qui signantur secundum eā speciem conformati, dicente Apostolo, Filio mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: ita porro cōsignati, merito cōsortes efficiuntur diuinæ naturæ, vt Petrus dixit. Atq;

Tit. 3. ysa. 103. Absurdum. Rom. 8. Ioan. 6. 1. Ioan. 2. ysa. 61. Ephes. 1. Spiritus est sigillum & vnguentum. 1. Cor. 2. Gal. 4. 3. Pet. 1.

ita omnis creatura particeps fit Verbi in spiritu, & per spiritū dicimur omnes participes dei. Non scitis enim, inquit, quod templum dei sitis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei perdit, perdet & illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Iam si spiritus creatura esset, nō efficeretur per eum confociatio Dei in nobis, sed creaturæ coniungeremur, alienique à diuina natura redderemur, vt nusquā eius participes facti. Nūc vbicumque dicimur participes Christi: Dei etiam participes dicimur. Cōstat igitur vnguentum, quo imbuti sumus & sigillum quo signati sumus, non esse naturæ rerum conditarum, sed filij, ob spiritum qui in eo est, qui nos coaptat patri, Id enim Ioannes (vt superius dictum) docuit. In hoc cognoscimus quod in Deo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Si autem ex præsentia spiritus qui nobiscum est, efficiuntur consortes diuinæ naturæ, infanierit profecto, si quis hoc dicat fieri per spiritum creatum, & non per spiritum Dei. Ob eam enim causam in hominib. est, & ij in quibus est, deificatur. Quod si ille deificet, ambiguum esse non potest, quin huius natura, Dei sit natura. Iā & illud clarius euerit istiusmodi hæresim, quod in 103. Psalmo canitur. Auferes spiritū eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur, Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Paulus quoque ita ad Titum, Per lauacrū regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundatē per Iesum Christū. Si autem Pater per Verbum in Spiritu sancto creat omnia ac renouat, quæ similitudo aut cognatio creatori ad creaturas? aut quomodo vlla ratione illud, in quo creat omnia, creatura fuerit? Comitatur enim istiusmodi maledicentiam etiam blasphemiam in Christum: vt qui dicant spiritum creaturam esse, dicant quoque verbum, per quod omnia condita sunt, creaturam esse. Quinetiam Filij imago & est & dicitur spiritus. Quos enim præcognouit, eos etiā prædestinauit cōformes imaginis Filij sui. Igitur quum pro eorum confessione Filius res condita non sit, neque etiam eius imago res condita fuerit: qualis enim est imago, talē eum oportet esse cuius est imago. Quapropter merito & cōgruenter cōfitentur Filium nō esse creaturam, quū sit imago Patris, Qui igitur adnumerat creaturis Spiritū sanctum, omnino in eadē classe connumerat Filium, eaque re etiam conuictiosus est & in Patrem, ob eā quam infert in ipsius imaginem, blasphemiam. Ergo non est ex numero creaturarum spiritus, quum demonstratum sit, illum potius esse proprium Filij, & non alienum à Deo. Quin & illa est scita corū percunctatio. Si ex Deo est, inquiunt, spiritus, quare non & ipse quoq; Filius appellatur? Demonstratum hoc est antea, præceps & temerarium esse: demonstrabitur etiam nunc. Nihilominus, tametsi filius non appelletur in scripturis, sed spiritus Dei, æque tamen in Deo & ex deo esse cōmemoratur, vt Apostolus scripsit: Quod si Filius, ideo quia ex Deo & Patre est, proprius ipsius substantiæ est, necesse est & spiritum qui ex Deo esse dicitur, proprium esse secundum substantiam Filij. Certe quia Dominus est Filius, etiam spiritus ipse dicitur adoptionis, siue eius iuris, quo quis filius efficitur, Ac rursum. Quia Filius sapientia & veritas est, scriptum est & Spiritus,

1. Cor. 3. 2. Cor. 5. 1. Ioan. 5. Absurdum. Cōcludit spiritum esse naturā Deū Psal. 103. Ibidem. Tit. 3. Rom. 8. Obiectio. Responsio: Spiritus aequo ex Deo est at Filius. G iij

secundum diuitias gloriae suae, virtute corroborari per spiritum suum, ut habitet in interiore homine Christus. Iam quum Filius est in nobis, inest & Pater, Filio ita loquente, Ego in Patre, & Pater in me. Ideoque quum esset Filius in Prophetis, Prophetæ in ipso Spiritu sancto vaticinati sunt. Certe scriptura dicente factum esse Verbum Domini ad certum aliquem Prophetam, euidenter redditur quod ille in Spiritu sancto prophetauerit: siquidem in Zacharia scriptum est, Tamen verba mea & leges meas suscipite, quaecunque ego mandauero in spiritu meo seruis meis Prophetis, ubi paulo post inculans populum dixit, Et cor suum statuerunt inobsequens, ut non audiret leges meas, & verba quae emisit Dominus omnipotens, in spiritu suo in manibus Prophetarum suorum, qui prius fuerunt. Petrus autem in Actibus locutus est: Viri fratres omnino oportebat impleri scripturam quam praedixit Spiritus sanctus. Et in commune Apostoli clamauerunt, Domine qui fecisti caelum, & terram, & mare, & omnia quae in eis sunt, qui per os David famuli tui dixisti. Et Paulus quum Romae esset, liberè locutus venientibus ad se Iudaeis, Bene dixit, inquit, Spiritus sanctus per Esaiam Prophetam ad patres vestros. Timotheo autem scribens, Spiritus, inquit, disertè ait, quod in posterioribus temporibus deficient quidam à sana fide, attendentes spiritibus imposteribus. Quapropter quum refertur spiritus in aliquibus fuisse, intelligitur Verbum, quod dat spiritum, in eo fuisse. Certe quum Prophetia adimpleretur, Effundam, ait, de spiritu meo super omnem carnem. Paulus quoque Corinthiis dixit, Secundum suggestionem spiritus Iesu Christi in me: quin & iisdem quoque Corinthiis scribens: An, inquit, probationem quaeritis loquentis in me Christi? Si Christus igitur in eo loquebatur, certum est Christi fuisse spiritum loquentem in ipso. Nam & Christo in eo in Actibus loquente, iterum dixit, Et nunc ego vincens spiritu proficiscor Hierusalem, ignarus eorum quae mihi ibidem occurrunt, nisi quod Spiritus sanctus per singula oppida testificatus mihi, dicens, quod vincula & tribulationes me expectent. Vnde quum sancti aiunt hanc vocem, Haec dicit Dominus, non alia de causa dicunt, quam quod spiritus in ipsis loquatur. Et quum in spiritu loquuntur, in Christo se ea dicere profitentur. Et ibi Agabus in Actibus loquitur, Haec dicit Spiritus sanctus, non alia de causa dicit, nisi quod verbo ad ipsum factum, Spiritus sanctus suppeditabat ea quae loqueretur, & protestabatur ea, quae cum Hierosolymis manerent. Per spiritum vicissim, protestante Paulo, Christus ipse in eo loquebatur, ita ut ea quae per spiritum fiebat protestatio, Verbi habenda sit. Ita quoque in sanctam virginem Mariam, adueniente Verbo, vnà veniebat & Spiritus sanctus, & Verbum in spiritu fingebat & concinnabat sibi corpus. Volens consociare & offerre per se creaturam Patri, & reconciliare omnia in se, pacificans quae in caelis sunt, & in terra. Concorditer ergo ex sacris literis ostenditur, Spiritum sanctum creaturam non esse, sed proprium illum & suum esse Verbi & deitatis Patris. Ita enim sanctorum doctrina in sanctam & indiuisibilem Trinitatem in vnum coit ac con-

conferuntur, atque vna ea fides est Catholicae Ecclesiae. Contra Tropicorum aliena à fide, fabulosaque commentatio discrepat à scripturis, & consonat cum Arianorum stoliditate, ac congruenter hanc hypocrisis induunt, ut simplices decipiant. Sed gratia Deo, quod, ut scribis, latere nequiverunt sub co-^{Tropicorum fabulosa commentatio aliena à fide scripturis,} prae-textu, quo se simulant Arianis contradicere. Nam & apud illos in odio sunt, id quod spiritum duntaxat, & non pariter cum eo etiam Verbum creaturam esse pronunciant, & male apud omnes audiunt, ut perduelles oppugnatoreſq; Spiritus sancti, & minimo minus mortui, ut qui vacui sint & destituantur Spiritu sancto, & secundum beatum Paulum animales sint homines, & incapaces spiritus Dei, id quod spiritualiter diiudicentur. Qui vero ea sapiunt quae sunt spiritus, diiudicant quidem omnia, ipsi vero à nemine diiudicantur, quum in se habeant Dominum, qui iis seipsum, & per hoc patrem suum in Spiritu sancto reuelat. Ego igitur etsi in creto agam, tamen ob improbitatem eorum, qui alios auertunt à veritate, nihil faciès eorum de nostrae dictionis tenuitate & humilitate subfannationes, paucis scripsi, & tuae religiositati misi, plurimum te adhortans, ut in istis legendis quaedam emendes, & ubi imbecillior est dictio, ueniam dones. Ego enim secundum Apostolicam à patribus acceptam fidem ista tradidi, nihil prorsus aliunde adiciens, sed sicuti didiceram, ea scripsi, quae cum sacris scripturis congruerent. Id enim consonum est cum illis, quae ex sacris literis demonstrata fuere ad confirmationem, neque fornicus quippiam accersitum est. Sed ut ipse Dominus Iesus Christus Samaritanam docuit, & per eam nos, sanctae Trinitatis perfectitudinem, quae & indiuisibilis est, & vna deitas, prout ipsa veritas testificatur, ubi ait Samaritanæ puellæ, Crede mihi mulier, quoniam venit hora, quin & iam nunc adest, quum veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam Pater tales quaerit adoratores sui. In spiritu igitur & veritate adorandum esse, etiam isthinc ostenditur, quia Filius ipsa veritas est, quae madmodum ipse de se dicit: Ego sum veritas. Eamque David Prophetam inuocabat, Emitte, inquit, lucem tuam, & veritatem tuam. Veri idcirco adoratores adorent quidem Patrem, sed in spiritu & veritate, consistentes Filium, & in Filio spiritum, quum sit spiritus inseparabilis à Filio, ut inseparabilis est Filius à Patre. Quod & ipsa veritas suo testimonio probat, quum dicit: Mittam vobis paraclerum spiritum veritatis, qui à Patre procedit, quem mundus capere non potest, hoc est, illi qui cum negant ex Patre procedere, & in Filio esse. Oportet igitur ad imitationem veracium, cõfiteri, & assentiri veritati. Quod si post ista discere noluerint, & intelligere nequeat, saltem à blasphemis conualescant & non diuidat Trinitatem, ne diuidantur à vita: neque creaturis adnumerent Spiritum sanctum, ut non sicuti aliquando Pharisei Beelzebuli, pares cum illis audacia & temeritate ea quae Spiritus sancti sunt, attribuant, quod prorsus abscessum est ab omni spe veniæ, & ad paria cum illis supplicia sustinenda deuincit & obligat.

ATHA-

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, IN ILLVD EVANGELII,

QVICVNQVE DIXERIT VERBUM CONTRA

FILIVM HOMINIS, REMITTETVR EI: QVI

autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro seculo. Mat. 12. ad Serapionem.



DE Euangelico dicto, quod scribis mihi, ut exponam, quaeso da veniam nostrae conscientiae. Prorsus enim vereor illud aggredi, ne si cogitationes in illud demersero, scrutarique incepero, imbecillior appaream, quam ut profundam illam sententiam efferam. Tacere igitur de eo omnino statueram, & contentus prioribus esse scriptis: praesagiens tamen ne mihi denuo de eadem re scribere contendas, vixi mihi ipsi feci, ut scriberem medio crem, prout didici, istius rei interpretationem, ea potissimum fiducia, quod sperarem, te, si nos scopum attigissemus, approbaturum esse in gratiam docentis: sin à scopo aberrassemus, veniam daturum esse, quum non ignores nostram imbecillitatem & infirmitudinem. Dictum autem illud Euangelij tale est. Quum inter tot signa Euangelicæ praedicationis, Pharisei dicerent, Hic non eiicit demonia nisi in Beelzebub principe moniorum: Dominus videns cogitationes eorum dixit, Omne regnum contra se diuisum desolatur, subiungens, deinde: Si autem ego in spiritu Dei eiicio demonia, nimirum peruenit ad vos regnum Dei, ac deinde subiungit, Propterea dico vobis, omne peccatum & omnis blasphemia remittetur vobis hominibus: Ceterum spiritus blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Tu autem percunctabar, cur blasphemia in Filium remitteretur, in spiritum vero veniam non obtineat neque in hoc seculo neque in futuro? Prisci igitur homines, inter quos & Origenes, vir multarum disciplinarum, & multum industrius, & Theognostus ille admirandus & perquam studiosus (horum enim opera legebam, quum tuam epistolam acciperem) tradunt nobis hanc esse blasphemiam in Spiritum sanctum, quum, qui dignati sunt per Baptisma donis Spiritus sancti, recurrunt, ad peccata, atque inde esse quod remissionem non consequantur. Quemadmodum & Paulus in Epistola ad Hebraeos censet: Impossibile est enim semel illuminatos, & gustu imbutos caelestis doni, participesque factos Spiritus sancti, & qui gustauerunt bonum Dei verbum, & virtutes futuri seculi, quum collapsi fuerint, renouari per penitentiam. Haec quidem illi in commune dicunt, sed singuli suam peculiariter rationem addunt. Et Origenes, causam cur istiusmodi homines condemnentur, ita explicat: Deus, inquit, Pater in omnia penetrat, & omnia continet, animata, inanimata, rationalia, irrationalia: Filij autem potestas in sola rationalia sese extendit quatenus sunt, inter quae rationalia Ethnici sunt, qui blasphemant nondum re-

Mat. 12.

Ibidem.

Ibidem.

Origenes. Theognostus.

Blasphemia quid.

Heb. 6.

Origenes auctoritas de blasphemis.

cepta fide. Spiritus autem sanctus in solos eos sese explicat, qui sui participes facti sunt, Baptismatis gratia. Quum igitur blasphemia Ethnici peccant, in Filium peccant, quoniam ille in illis est, possunt tamen veniam consequi. Quum vero baptizati, quos collatum est donum regenerationis, peccant, istiusmodi iniquitatem in Spiritum sanctum sese extendere ait, quoniam quum Spiritu sancto continentur, delictum faciunt, ac proinde incondonabilem esse illorum culpam. Theognostus autem hanc rationem addit. Qui primos & secundos fines transgressus est, minori poena dignus videri possit: qui autem tertios fines contempserit, venia excluditur. Primos autem & secundos fines transmitti existimat, quum quis contra patrem & filium obloquitur: fines autem tertios constituit in initiatione per Baptisma, & in Spiritu sancti participatu, & id confirmare volens superinducit illud à Salvatore ad discipulos dictum, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nondum recipere potestis: quum autem venerit Spiritus sanctus, docebit vos omnia, post quae verba ita loquitur Theognostus. Quemadmodum cum nondum valentibus capere perfectitudinem initiationis colloquitur Dominus, se densitens ad illorum paruitatem, ita cum initiatione perfectis, versatur Spiritus sanctus: neque tamen quicquam ob hanc dicere poterit, spiritus doctrinam dispensare doctrinam Christi, sed quod illi contempserit se, & descendat pro modulo nondum initiatione perfectorum, spiritusque peculiariter sit perfectorum, atque ita non propter excellentiam spiritus praefilio, inexpiables & citra veniam est blasphemia in Filium, sed quia in non initiatis venia locum habet. In iis vero qui gustauerunt esse donum & initiati sunt, nulla ad veniam relinquitur excusatio, aut supplicij deprecatio. Atque illi quidem ad istum modum. Ego autem pro mea quae licumque eruditione, arbitror veriusque sententiam, nonnulla adhuc inquisitione & observatione indigere, cum occultior sit aliquis in eorum verbis & profundior intellectus. Certum enim est, Filium, quum sit in Patre, in illis etiam esse, in quibus est Pater, & spiritum non abesse. Indiuisa siquidem est sancta illa & perfecta & beata Trinitas. Quia & nouo ad istum modum: Si omnia per Filium facta sunt, & in eo omnia consistunt, quomodo extra ea essent, quae per ipsum facta sunt, & quae non essent? In omnibus ergo ille congruenter fuerit, ut necessario is qui peccat in Filium blasphematur, peccet in Patrem & in Spiritum sanctum. Praeterea si sacrum Baptisma in Spiritu sancto duntaxat tribueretur, recte diceretur, baptizatos peccare in Spiritum sanctum: sed postquam in Patre & Filio & Spiritu sancto tribuitur, & ita initiatio in-

Ethnici peccant in filium cum blasphemant. baptizati blasphemantes peccant in spiritum sanctum. Theognostus sententia.

Mat. 16.

Origenes et Theognostus sententiarum interpretatio. Qui peccat in Filium peccat etiam in Patre & Spiritu sancto.

baptizatis consummatur, necessum rursus est, eos, qui post Baptisma prauaricantur, in sanctam & indiuisam Trinitatem blasphemiam facere. Et hoc æquum est ita cogitare & sentire. Si enim ad eos qui accepissent lauacrū regenerationis (Pharisæos dico) & iam participes factos doni Spiritus sancti, ita loquutus fuisset Dominus verissimilis esset istiusmodi interpretatio, utpote de iis dicta, qui recurrerent ad peccatum, & delinquerent in Spiritū sanctum: Iam quum lauacrū hoc non acceperint, sed & Ioannis Baptismati derogauerint, quo pacto eos accusare potuit, ut blasphemantes in Spiritū sanctum, cuius nondum consortes erant redditi? non enim docendi ratione in futurum simpliciter ista locutus est Dominus, neque postmodum peccaturis hanc pœnam interminatus est, sed in præsentia Pharisæos, ut iam teos tantæ blasphemiae accusans, hoc dictum protulit. Pharisæis igitur accusatis, etiam priusquam Baptisma recepissent, non poterit hoc dictum pertinere ad eos, qui post lauacrū prauaricantur, & præsertim quia eos non in genere de peccatis, sed de blasphemia increpabat. In quibus hoc differentia est, quod qui peccat, legem transgreditur, qui blasphematur contra ipsam Deitatem, impiè agit. Super multis autem criminibus accusans eos Saluator, tum quod præceptum Dei de parentibus ob pecuniâ prauaricaretur, tum quod in Prophetas offenderet, & Dei domum, domum negotiationis facerent, tamen etiam in tantis delictis eos pœnitentiæ admonebat. Verum ubi eum dixissent in Beelzebub eiicere dæmonia, non ulterius hoc peccatum in genere, sed blasphemiam dixit tantâ esse, ut inde fuga nulla & receptus esset, & venia carere, nec cōdonationem ullam iis superesse, qui talia committerent. Alioqui, si eorū causa qui post lauacrū peccant, id dictum fuisset, illorumque culpa extra veniam seponeretur: cur apud Corinthios pœnitenti cōmunionem restituit Paulus? & Gallatas retrorsum abeuntes parturit, donec iterum formaretur in illis Christus? quum in hoc vocabulo iterum deprehendere liceat, etiam primâ eorum in spiritu sancto initiationem? Aut quid est quod Nouato succensam tollenti pœnitentiâ, dicensque nullam eos veniam obtinere, qui post lauacrū peccant? Quod si propter eos qui post lauacrū peccant, hoc verbum dictum est, ergo illud quibque ad Hebræos propter eosdem dictum est. Iam hoc dictum non excludit post lauacrū peccatum à pœnitentiâ, sed ostendit vnum esse Catholicæ Ecclesiæ Baptisma, & non duplex. Siquidem Hebræis scripsit, qui ne pro legis consuetudine, putarent sub prætextu pœnitentiæ, multa quotidie esse Baptismata faciendâ, ideo eos & ad pœnitentiâ hortatur, & vnam esse renouationem per Baptisma, & non secundam ostendit, ut & in alia epistola dicit, Vna Fides, vnum Baptisma, neque dixit rem impossibilem esse pœnitentiâ, sed impossibile esse per causam pœnitentiæ, quempiâ iterato Baptismate renouari. Estque inter pœnitentiâ & Baptisma non leue discrimen. Quem enim pœnitentiâ, is desinit quidem peccare, sed tamen retinet vulnere cicatrices. Qui autem baptizatur, tum veterem hominem exuit, tum superne renouatur, quasi de integro regeneratus spiritus gratia. Istiusmodi mihi cogitanti, maior profunditas sententiæ in hoc dicto occurrat. Et ob hoc iam antea pluri-

mum precatus Dominum, qui super puteum sedit, & in mari deambulauit, ad dispensationem deinde in eo pro nobis habitam reuertor: quippe quum fieri possit, ut inde huius lectionis sententiam nanciscar, quum omnis sacra scriptura eam annunciet & prædicet, maxime autem Ioannes ad iustū modū inquit, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & Paulus scribat, Qui quum in forma Dei esset, non rapinâ arbitratus est, esse se æqualē Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & specie inuentus est ut homo, Humiliauit seipsum, obediens factus vsque ad mortem, mortem autem crucis. Ideo enim Deus quum esset, etiam homo factus est, & ut Deus excitauit mortuos, & Verbo vniuersos sanans, mutauit aquam in vinum. Non enim hæc erant opera hominis, quale est, quod carnem gestans, siti lassitudineque laborauit, & mortē passus est. Hæc enim deitatis nequaquā erant. Contra, ut Deus locutus est, Ego in Patre, & Pater in me, vicissim autem ut corpore indutus reprehendit Iudæos, Quid me queritis interficere hominem, qui vobis veritatem locutus sum, quam audiui à Patre? Fiebant autem ista non diuisim, secundum factorum qualitatem, ut hæc quidem designarentur à corpore absque Deitate: illa vero à Deitate seorsum à corpore, sed cōiunctim ista omnia fiebat, vnusque erat Dominus qui illa faciebat per suam gratiam. Spuebat quidem ut homo, sputamentum tamen illud diuinum erat: siquidem per illam saluam oculos à natiuitate cæci visui restituit, & ostendere se volēs Deum, humana lingua id ipsum significauit, Ego & Pater, inquit, vnum sumus. Et solummodo volūtate persanauit. Manum vero suam humanam protendens focum Petri febricitantem crexit, & Archisynagogi filiâ iam defunctâ à morte excitauit. Hæretici igitur in suis professionibus insaniunt, quorum isti corporalia Saluatoris intuites, repudiant hoc dictum, In principio erat Verbum: alij ea quæ sunt diuinitatis, inspectantes, ignorant illud alterum dictum, Et Verbum caro factum est. Qui autem vir fidelis est & Apostolicus, cognoscēs Domini in genus humanum dilectionem, quæ videt ea quæ sunt Deitatis signa, admiratione veneratur Dominum in corpore latentem. Rursus quum videt quæ sunt corporis propria, plusquam obstupescit, animaduertens in illis Deitatis energiam. Istiusmodi cum sit Ecclesiastica fides, quidam humana eius respicientes, videntēsq; eius sitim, aut fatigationem, aut passionem, obtreçant Saluatori, ut homini mero, & magno opere quidem peccant, possunt tamen celeriter pœnitentiâ agendo, veniam consequi: quum habeant pro excusatione, imbecillitatem carnis. Cæterum, vbi quis Deitatis opera intuens, incipiat dubitare de Incarnatione Domini, & ille quidem maxime peccat, eod quod, quum videat eum comedentem, patientem, spectrū inanemque apparitionem corpus eius fuisse imaginatur: verum & istiusmodi celeriter respicientibus veniâ Christus donauerit, eod quod & ipsi causam erroris sui habeant ex magnitudine operum, humanam naturam excellentiam. At illi qui amborum istorum inficitiam, cæcitatēque transcendunt, putantes se legis scientiam tenere, quales erant eius temporis Pharisæi, in insaniam versi, & Verbū quod in corpore est, prorsus abnegant, & diuinitatis opera diabolo eiusque dæmonis imputant, merito

1. Cor. 1.
Gal. 4.
Nouatus
pœnitentiâ
abrogat.
Ephes. 4.
Inter pœnitentiâ
& baptis-
ma discrimen.

merito istius impietatis indeprecabile pœnâ luunt, quum & diabolus pro Deo accipiant, & verum certumque Deum nihil plus, quàm dæmonem operari credant. In istiusmodi impietatem delapsi erant eius tēporis Iudæi, & inter Iudæos Pharisæi: Christo enim exhibente opera Patris sui, quippe qui & mortuos excitari, & cæcis visum largitus sit, claudisque ambulare fecerit, surdis auditum aperuerit, mutos loquentes reddiderit, rerumque naturam sibi subiectam ostenderit, imperans ventis, deambulans in mari, plebeij quidem admiratione obstupuerunt, Deum glorificantes, contra mirifici isti Pharisæi dixerunt, Beelzebub esse istiusmodi opera, & stulti illi nullo pudore ducebantur. Vnde consequenter illos Saluator noster inuenerabiliter blasphemare ostendit. Quoadusque enim ad humana respicientes, animo claudicabant, dicentes, Num hic est fabri filius? aut quomodo iste literas nouit, quum non didicerit? Et quod signum tui exhibes? & descendat nunc de cruce, & credemus ei, ferebat eos, ut in filium hominis delinquentes, dolensque de ipsorum cæcitate, ita eos alloquutus est; Si cognouissetis, & vos quæ sunt ad pacem. Quin & magno Petro ianitricis verba, ut de homine loquentis respondenti, & postmodum ploranti veniam Dominus dedit. Quum autem sibi ita collapsis nouam adhuc aliam ruinam accumulauerant, adeo ut Dei opera Beelzebub esse dicerent, iam illos ulterius non tulit. Nam spiritum eius blasphemabāt, dicentes, Eum, qui talia faceret, Deum non esse, sed Beelzebub, ac propterea ut intoleranda patrantes, æternaliter eos multauit. Idem enim erat & paris audaciæ, si videntes mundi ordinem, & prouidentiam erga mundū, dixissent rerum naturam à Beelzebub conditam esse, ac proinde solē obedientem diabolo in ortus suos prodire, & per diabolū astra in cælum circummagi. Nam quemadmodū ista sunt Dei, ita & illa erant opera Patris. Quandoquidem si illa Beelzebub fuissent, necessario & ista Beelzebub fuerint. Et vbiā illis illud Genesios, In principio creauit Deus cælum & terram? Cæterum nihil est quod mireris istiusmodi illorū insaniam, quum & patres eorum eiusdem sententiæ fuerint. Siquidem in eremo nuper admodū egressi ex Ægypto, in vitulum quem finxere, Dei in se collata beneficia retulerunt, dicentes, Hi sunt dii tui Israël, qui te ex Ægypto eduxerunt. Propter istam igitur blasphemiam, & eorum qui talia tunc ausi fuere, multi sublati sunt. Quum ita denunciaret Dominus, dicens, Quacunque die visitabo, inducam super eos peccata ipsorum. Nam quandiu & illi ob aquam & panē murmurabāt, ferebat eos, non aliter quàm nutrix alumnum suum. Vbi autem magis insanierunt, & (ut psallit contra eos spiritus) mutauerunt gloriam eius in simulachrum vituli comedentis fœnum, iam deinde vt incondonabili crimine perpetrato, flagellati sunt ob vitulum quem fecit illis Aaron, ut ait scriptura. Eadem hic perpetrantes Pharisæi, tale respōsum à Domino acceperūt, quare Beelzebub ab ipsis excogitatus, & iam habet & olim habuit scilicet, ut cum eo simul in igne ipsi preparato, absumantur. Non enim ob hoc quod comparisonem faceret de blasphemia sui vel Spiritus sancti, quasi maior sit ille, ac proinde grauioris sit sceleris blasphemia in illum, hoc locutus est, absit. Nam & antea docuerat, omnia quæ Pater ha-

bet, ea Filij esse, & quod non Spiritus daret Filium, sed quod Filius Spiritum discipulis præberet, & per discipulos illis, qui in ipsum crederent. Non, inquam, ita ea de causa locutus est Dominus, sed quod ambæ blasphemie in ipsum caderent, istque inter se collatis, altera minor, altera maior esset: Pharisæi enim sunt, qui in vtroque genere blasphemie peccant. Siquidem & illi humanitatem eius intuentes, in hæc conuicia proruperunt, Vnde huic sapientia? & quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? & Patris opera speculantes, non solum eius Diuinitatem inficiati sunt, sed loco Deitatis dixerunt Beelzebub in eo esse, Beelzebubque esse opera quæ faceret. Atque ideo ambobus istis contra ipsum dictis, altero tamē ob humanitatem corporis sui, minoris blasphemie: altero verò ob Deitatem grauioris, de grauiori pœna indeprecabilem pronunciauit, certe discipulos confirmans, Si patrem familias, inquit, Beelzebub nominarunt, qui bus verbis se esse patrem familias significauit, ut intelligeretur idem ille esse qui ita tum à Iudæis blasphemabatur. Si autē Iudæi in Beelzebub eum dæmonia iicere dictitantes, nulli nisi Domino conuiciabantur, certum est illud dictum de blasphemia spiritus ad ipsum Dominum pertingere, & vniuersæ illa dicta Dominū de seipso retulisse: Ipse enim rerum vniuersitatis pater familias est. Verum idem denuo confirmationis causa repetere subterfugendum non est. Sitire videlicet, fatigari, dormire, verberari, comedere, propria hominū esse: Opera autē quæ fecit Dominus, ea non itidem ab hominibus, sed à Deo facta esse. Quum igitur aliqui (ut supra dixi) ad ea respicientes, Christo ut homini conuiciantur, minori supplicio digni cēsendi sunt, quàm qui opera Dei ad diabolus transferunt. Hi enim non solum sacra obiciunt canibus, sed & diabolū Deo parem faciunt, & lucem tenebras esse dicunt. Hanc igitur Pharisæorum blasphemiam inuenibilem esse Marcus annotauit, Qui inquit, blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem, sed reus est æterni peccati, eod quod dicebant eum spiritum immundum habere. At is qui à natiuitate cæcus fuerat, recepto visu, à seculo, inquit, non est auditum, quod quis oculos cæci nati aperuerit: nisi hic à Deo esset, nihil tale potuisset facere. Similiter & turbæ super domini operibus obstupescentes hæc verba dixerunt: Non est hoc dæmoniaco: Num dæmonium potest cæcorū oculos adaperire? Pharisæi contra legis periti habiti, quique limbos vestium dilatabant, qui gloriabantur tanquam cæteris peritiores, ne ita quidem ad pudorem redacti sunt: sed miseri, ut scriptum est, sacrificabant dæmonio, & non Deo, dum dicerent Christum dæmonium habere, & dæmonium esse opera Dei. Faciebant autem illud nulla alia de causa, quàm vt eum, qui talia faceret, inficiarentur, & Deum & Dei Filium. Si enim manducatio & species corporis, eum etiam hominē esse declarabant, cur non ex operibus perspiciebant, eum in Patre esse, & Patrem in illo? sed noluerunt. Quin potius ipsi Beelzebub in se habebant, ita loquentem: vt ex humanis, hominem eum solum pronunciant, ex operibus autem quæ propria erant Dei, non itidem eum Deum esse cōfiterentur: sed vt pro Christo Beelzebub sibi Deum cōstituerent, quo vnâ cum eo æternaliter in igne plecterentur. Atque ista istius

Miracula Christi diabolo tributa.
Mat. 26.
Ioan. 14.
Iudæi æternis pœnis damnati.
Gen. 1.
Exod. 32.
Psal. 105.
Pharisæi cum Beelzebub facti.
Pharisæi cum Beelzebub facti.

Ioan. 8.
Pharisæorum blasphemiam duplex in Christo.
Pharisæi diaboli Deo pare faciunt.
Mar. 3.
Ioan. 9.

Pharisæi pœnas luunt, merito

lectionis obseruatio hanc mihi sententiam com-
 plecti videtur, & ostendere vtrāque blasphemiam
 ad Christum pertinuisse, & de se locutum esse Filiū
 hominis, vt ex hoc quidem corporalitatem suam
 ostenderet: ex spiritu vero spiritualementem suam & in-
 tellectualem deitatem demonstraret. Siquidem ve-
 niam assequi posse in blasphemia contra Filium ho-
 minis constituit, vt corporalitatē suam declararet:
 inueniabilem vero blasphemiam ad spiritum per-
 tingere docuimus, vt hoc ad dictionem suā huma-
 nitatis loquēs, suam deitatem declararet. Istiusmo-
 di characterem etiam in Ioannis Euangelio vidi,
 vbi de esu corporis disputans, ac propterea mul-
 tos scandalizatos conspiciens, ita locutus est: Hoc-
 cine vos scandalizat? quid si igitur Filium homi-
 nis spectaueritis ascendētē, vbi prius erat? Spiritus
 est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Ver-
 ba quę ego locutus sum vobis, spiritus sunt & vita.
 Hic enim de vtroque, carne & spiritu suo locutus
 est, & spiritum a carne discriminauit, vt non solum
 in eo quod oculis apparebat, sed naturam quoque
 inuisibilem credentes, disceremus ea quę loqueretur,
 nō carnalia esse, sed spiritualia: quot enim ho-
 minibus corpus eius suffecisset ad cibū, vt vniuersi
 mundi alimonia fieret? sed propterea ascensionis
 suę in cælum mentionem fecit, vt eos à corporali
 intellectu abstraheret, ac deinde carnem suam de
 qua locutus erat, cibum è supernis cœlestem & spi-
 ritualem alimoniam, & ab ipso donandam intelli-
 gerent. Quę enim locutus sum vobis, inquit, spiri-
 tus est & vita. Quod perinde est ac si diceret cor-
 pus meum quod ostenditur & datur pro mūdo, in
 cibum dabitur, vt spiritualiter vnicuique tribuatur,
 & fiat singulis turamen præseruatiōque ad resurre-
 ctionem vitę æternę. Ita quoque Samaritanā ab-
 strahens Dominus à rebus sensibilibus, Deum esse
 spiritum pronunciauit, vt deinceps illa non cor-
 poralia, sed spiritualia de Deo cogitaret. Ita quo-
 que Propheta videns, Verbum carnem esse factum
 locutus est. Dominus Christus vult⁹ nostri, spiritus
 est: ne quis ex eo quod in illo appareret, merum
 hominem Dominū esse intelligeret, sed dum eum
 spiritum esse audit, Deum eum agnosceret in cor-
 pore constitutum. Vtrumque igitur iam liquet,
 eum, qui Dominum videt de se loquentem si cor-
 poralia eius tantummodo in oculis habeat, & non
 credens dicat, Vnde huic sapientia? peccare illum
 ipsum quidem, & vt in Filium hominis blasphe-
 mare: eundemque vero, si videat opera eius in Spi-
 ritu sancto facta, & dicat talium operum authorē,
 nec Deum esse, nec Dei Filium, sed ea opera Beelze-
 bub ascribat, manifestò blasphemare, eò quòd in-
 ficietur illius Deitatem. Nam & in Euangelico ser-
 mone, vt sæpe commemorari, quum diceret se Filium
 hominis esse, eo ipso suam humanitatē præ se fert,
 quemadmodū vbi de spiritu mentionem facit, suum
 illum Spiritum sanctū esse declarat, in quo omnia
 faciebat. Quapropter in operibus suis faciendis di-
 xit: Si mihi non creditis, operibus meis credite, vt
 cognoscatis quòd ego in Patre sum & Pater in me.
 Quum autem se oblaturus esset corporaliter pro
 nobis, eaque de causa in Hierusalem ascendebat,
 ita loquutus est discipulis suis, Dormite iam & re-
 quiescite, ecce venit hora, & Filius hominis tradi-
 tur in manus peccatorum: hic quidem opera, vt
 verus Deus crederetur, efficiebant: mors autem de-

clarabat eum verum corpus habere, ac propterea
 non immerito dicebat, eum qui tradebatur, Filium
 hominis esse. Verbum enim sua natura immortale
 & intactile, & ipsissima vita est. Sed Pharisei fidē
 operibus non adhibebant, & quod populus facie-
 bat, respicere volebant: vnde paulatim eos Domi-
 nus reprehēdens, inquit, Si ego in beelzebub eiicio
 dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? ac propterea
 illi futuri sunt vestri iudices. Quòd si in spiritu Dei
 eiicio dæmonia, ergo regnum cœlorū ad vos per-
 uenit. Atque ita se in spiritu eiicere dæmonia locutus
 est, non quasi Spiritu sancto minor esset, aut quasi
 spiritus ea in eo operaretur: sed vt ostenderet, se,
 quum esset Verbum Dei, omnia per spiritum face-
 re, & doceret auditores suos, quòd in quātum ope-
 ra spiritus Beelzebub imputarent, in tantum eos
 blasphemare in Spiritum sanctum, istorum operū
 choragum. Nam per hæc verba ostendit, ipsos non
 per ignorantiam, sed pōte se in hanc ineluctabilem
 blasphemiam infingere, nec pudore vllō duci, quum
 scirent istiusmodi opera Dei esse, eaque vt amentes
 Beelzebub ascriberent, affirmantes ea per spiritum
 immundum fieri. Quomodo igitur qui tantæ im-
 probitatis sunt, homines gentiles, de idolis pro nu-
 minibus habitis inculcare poterint, quum paris sint
 cum illis infantię, & fortallē grauius peccent, nimi-
 rum quòd lege accepta cum præuacatione legis
 Deum contempnant? Quid istiusmodi blasphemii
 facient, quum Prophetam Esaiam legerint, & inibi
 audierint signa aduentus Christi esse, cæcis visum
 restitui? claudis ambulationem? multis loquelam?
 mortuis resurrectionem? leprosis sanitatē? & sur-
 dis aurium refectionem? Quēnam quæso istorū
 operum authorē dicent? Nam si Deum esse au-
 thorem probent, se ipsos refutabunt, de sua in Do-
 minum impietate. Quę enim Propheta ante pro-
 spiciens futura dixit, ea præsens Dominus operatus
 est. Quòd si præcipites eadem proteruitate ausint
 dicere, & ea quoque in beelzebub fieri, vercor ne
 in impietate magis ac magis proficientes ac lecti-
 tantes, Quis dedit os homini? Quis fecit furdaltrū
 & furdum? videntem & cæcum? eaque quę his si-
 milia sunt, etiam eas voces, vt furiosi, Beelzebub
 esse dicant. Cui enim recepti visus gratiam attri-
 buunt, eidem etiam non videndi causam coguntur
 attribuere: Vtrūque enim ab eodem authore fieri
 sermo indicat. Prorsus si hoc dicant, futurum est,
 vt aliquando sentiant Beelzebub esse conditorem
 humani generis. Facientis enim est, vt habeat sua
 sub potestate quę facit, quum Moses ita loquatur,
 In principio creauit Deus cælum & terram, & ad
 imaginem Dei hominem fecit, & Daniel ita libere
 ad Darium ausus sit dicere, Nō venerot idola manu
 facta, sed Deum viuētē, qui creauit cælum & ter-
 ram, & qui habet sub suo dominio omnem car-
 nem. Nisi rursus mutata sentētia, cæcitatē, clau-
 dicationem aliāque vitia ex pœna conditoris pro-
 fecta esse, liberationem istorum malorum, benefi-
 ciāque in ita affectos à Beelzebub proficisci dicant,
 sed contra eam sententiam velle differere, admodū
 fatuum est. Est enim furiosi & prorsus mente capti
 istiusmodi cum impietate stultiloquium, quum in
 delictū vtriusque rei meliora non Deo, sed Beelze-
 bub assignent: siquidem illi nihil curant corrumpere
 sacrarum literarum placita, modo ita abnegēt
 Christi aduentum. Cæterum par erat, vt Dominum
 vel in

ioan. 6.

Corpus Christi esse cibū spiritualementem.

Explicatio.

ioan. 1.

Blasphemia in filium hominis, exēplum. Blasphemia in spiritum sanctum.

ioan. 5.

ioan. 18.

In spiritu Dei fecit dæmonia dicitur Christus. Ratio.

Esai. 35.

Gene. 1. Dan. 14.

vel in corporalibus veluti hominem non vilipen-
 derent, vel ex operibus verum Deum agnoscerent,
 sed omnia perperam faciebant: Intuentes enim ho-
 minem, vt homini conuiciabantur, spectantēque
 vicissim opera diuina non recipiebant eius diuini-
 tatem, & diabolo astipulabantur, arbitrati hoc fa-
 cinore sese effugere posse, ne à verbo Dei ab ipsis
 contumeliose habito iudicarentur. Atqui incan-
 tiores, Magi, & venefici Pharaonis, quanquam
 plurima tentassent, videntes tamen signa Moysis, se
 submiserunt, & terga dedere, hæc verba loquentes,
 digitum Dei esse qui talia faceret. Pharisei contra
 & Scribę integram manum Domini operantem vi-
 dentes, & plura maioraque quā illi spectantes,
 quę à Salvatore fiebant, à Beelzebub fieri pronun-
 ciabant, quum Magi, quibus hoc proprium est,
 cōfiterentur, non eadem se, sed ne minora quidem,
 posse facere. Quid igitur adhuc huic infantię addi
 possit? aut quis (quemadmodum Propheta dixit)
 quicquam simile huic impietati adduxerit? Ipse
 enim præ se Sodomitās iustos reddunt, & exupe-
 rant hominum gentilium ignorantiam, transcen-
 dunt autem Magorum Pharaonis stoliditatem, &
 cum Arianis paria faciunt, in mutuam vicissim im-
 pietatem collabentes. Siquidem Iudæi per Filium
 videntes opera Patris, ea Beelzebub ascribūt. Ari-
 ani quoque ipsi eadem opera intuentes, authorem
 eorum operum creaturis adnumerant, pronuncia-
 tes eum ex non entibus extitisse, & non fuisse ante-
 quam fieret. Iudæi quidem Dominum in corpore
 spectantes, murmurabant, dicentes, Cur tu, quum
 homo sis, Deum te facis? Isti vero Christi perduc-
 les videntes eum patientem, dormientem, cauillā-
 tur eum qui talia sustinet, verum Filium, & confub-

2. mod. 8.

Ariani et Iudæi diuinitatē Christi negant.

ioan. 10.

stantialē cum Patre esse nō posse. In summa, si quis
 expendere velit mutuas istorum prauas intellectu-
 ones, deprehendet eos, quemadmodum prædixi, in
 alucum marinæ furiositatis mutuo cōcidere. Qua-
 propter & illis & istis pœnam super hoc scelere in-
 ueniabilem decreuit, dicens: Qui locutus fuerit cō-
 tra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in
 hoc seculo, neque in futuro. Neque id immerito:
 Qui enim Filium abnegat, quem deprecari potest,
 vt propitiationem inueniat? aut quam vitam aut
 refocillationem expectabit, qui eum repudiat, qui
 ita loquitur? Ego sum vita, Venite ad me omnes las-
 titudine laborantes & onerati, & ego reficiam vos.
 Istis igitur, vt impiis in Christum, istiusmodi pœnā
 luentibus, satis liquet, quod, qui secundum carnem
 & secundum spiritum cum adorauerint, non ignari
 illum Filium Dei esse, nec tamen abnegent, eūdem
 Filium hominis factum esse, sed credāt in principio
 fuisse Verbum, & Verbum carnem factum esse, re-
 gnaturi sint æternaliter in cœlis, secundum sanctas
 pollicitationes Domini, & Saluatoris nostri, ita vt
 illi quidem abeant ad supplicium æternū, iusti vero
 in vitam æternam. Hęc tibi per compendium, qua-
 tenus didicērā, conscripsi. Tu autem istud à me, nō
 vt absolutam aliquam doctrinam, sed tanquam oc-
 casionem vltiora querendi tibi suppeditatem ac-
 cide: ac deinde tibi perfectissimum istius rei intel-
 lectum, tum ex Euangelicis verbis, tum ex Psalmis
 decerpens, veritatis manipulos obliga & reuinci,
 vt tibi eos ferenti ita accinant: Venientes autē ve-
 nient cum exultatione portantes manipulos suos,
 in Christo Iesu Domino nostro, cum quo Patri, &
 Filio, & Spiritui sancto sit gloria & imperium in
 secula seculorum, Amen.

Cōclusio. Mat. 12.

Psal. 12.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, DISPUTATIO IN NICENO

CONCILIO, CONTRA ARIVM: HABITA AN-

no Christi incarnationis ultra trecentessimum decimo, imperante pro Rege Constantino, beatoque patre Syluestro, & Episcopo Constantinopolitano Alexandro.

DE I prouidentia abibam comitatus
 charissimis meis fratribus ad desi-
 deratos mihi Dei amicos, pedeten-
 tim incedēs ob corporis imbecilli-
 tatē, vnā cum prædictis Dei seruis:
 ibi vnus ex comitib⁹ sciscitatus est,
 de verbo dominico, quod est: Pater meus qui me
 misit, maior me est, egoq; respōdi ad interrogatio-
 nem, quam ille protulerat, Inhibe in præsentia hæc
 de hac re quæstionē suauissime frater: verū vbi per-
 mittente Deo domū regressi essemus, me eius capi-
 tuli disquisitionē, quā solerrimē facturū. Hęc
 vbi loquutus es, obortus est subitus quidā in pe-
 ctore meo pietatis afflatus, mecumq; aicbā. Nō in-
 consideratē beatus Paulus scribens suo discipulo
 Timotheo, loquur⁹ est: Exerce te metipsum ad pie-
 tatem. Reuera diuinus thesaurus plenus omnino
 ineffabiliū bonotū, & sub cōiecturā non venientiū
 est religio & cultus numinis: Dicebāmq; mecū in
 animo pietatē rem magnificā esse & gloriosā, &
 quę posset ipsius magnificentiā adeuntes saluos fa-
 cere. Simul mihi & in mentē subibat Domini mei
 Iesu Cristi parabola de verē beato pietatis affectu,

Mat. 4.

1. Tim. 4.

Pietas quid, et quam utilis.

& religione, quę & maxima est, & omnibus im-
 mortalibus diuitiis scaturit, adeo vt raro in homi-
 nibus reperiat: nisi qui supra vulgus eximij, mē-
 te veritatis studiosa, incorruptibilem eius pulchri-
 tudinem peruestigant. Qui tamen ipsi non suis vi-
 ribus ad amabilem eius conspectum perueniunt,
 sed eò deducuntur suo in Deum amore & assidui-
 tate orationis, atque ita hoc donum Dei assequū-
 tur: quo fit, vt æternum in animis gaudium concipi-
 ant, qui speciosam illius dignitatē contemplā-
 tur, vt ait Dominus, Simile est regnum cœlorum
 thesauro abscondito in agris, quem vbi inuenit ho-
 mo, lætatur: deinde abit, & vendit omnia quęcū-
 que habet, & emit agrum illum, deinde quasi intus
 in corde meo ageret, colloquitur mecum beneuo-
 lenter, & ait: Homo, etsi multa sint peccata tua, re-
 tine fortiter veram pietatē: ob eam enim remissio
 peccatorū donatur, & mors vincitur, & in regnū
 cœlorum humano generi aditus patet. Præter hæc,
 & illud quoque in mente habui: Nouit Dominus
 pios liberare, & iniquos seruare in diem iudicij, pu-
 niendos æterno igni. Nam quisquis est impius, is
 quoq; & iniqu⁹ est. Ex impietate peccatū nascitur,
 H

Mat. 13.

Impietas omnium malorum mater. omnium malorum mater impietas, nutrix omnium mendacium hominum dementia. Beatus igitur filius pietatis, quoniam hic Filius Christi vocabitur. Simul tandem stetit in loco, quo iter habebamus, & nati genuinos syncerisque homines, libenter quidem nos & cum gaudio ibi commorabamur, quod digni habiti essemus, qui sanctos visitarem: illi vero, quod fratres suos conspicerent. Nobis igitur hæc inuicem comunicantibus, quæ ad pietatem spectabant, multa cum modestia & frugalitate: derepente ex radice Christo inimici Arii bellua sub humana specie ad nos insiluit: & aliquantisper audiens sermones pietatis, ac tandem eorum impatiens, in hæc verba prorupit, Aut docete me vestram doctrinam, aut ego docebo vos meam sententiam. Hic ego illi respondi, Ne pro uoca omnes ad disputationem: Magni enim viri sunt in domo Dei, sed si vis, in præsentia aduersum me, qui minimus sum, in aciem prodi. Nam ego me tibi libentissimè offero ad hæc disputationem, modo studio veritatis hanc disquisitionem subeamus, & non verbis diuinis, quæ vltro citroque adferentur, peruicaciam adhibeamus. Hic Arius ita loquutus est. Mihi videtur necessarium in hoc negotio, vt vterque definiat, & exponat, quid de Deo, & Christo, & Spiritu sancto sentiendum putet, idque per compendium, vt ad scopum verba nostra conuincantur, & ne inaniter verbis digladiemur: ita enim quæ sententia vincat, & quæ vincatur, in aperto erit. Nam de fide volo tecum disceptare: maxime quia audiui vos non recte disserere de fide & religione in Deum. Hic ATHANASIVS: Ego quod sentio, compendio dicam. Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, Deum semper Patrem, & in Deum Verbum, vni-genitum Filium Dei, eumque vnà cum Patre suo coexistere, & ex substantia Patris esse, & æqualem suo Patri esse, & eiusdem dignitatis, & cum Patre suo per Deitatem vbique adesse, & omnia continere sua essentia, & à nemine contineri, quemadmodum & Deus Pater ipseus. Credoque in Spiritum sanctum, eum esse Patris substantiæ, & coæternum cum Patre & Filio, Verbum quoque dico in carne fuisse. ARIVS Contra hæc. Credo et ego in vnum Deum æternum, & Filium eius, quem ante secula creauit, vt Deus, Filiumque sibi fecit: & quæcunque habet Filius, ea quum non haberet, accepisse à Deo, atque ideo illum Patri non æqualem esse, neque eiusdem dignitatis, sed vt creaturam relinqui, & deficere à gloria Dei, eundemque minorem esse, quantum attinet ad potentiam Dei: Credoque in Spiritum sanctum à Filio genitum. Entibi sententiam meam. Hic ATHANASIVS. inquit: Tam mihi cum omni arte exhordire quæstionem: video enim te magnis malis teneri: quanquam tu vltro in primo accessu nos increpabas, quasi non recte de Patre, & Filio, & Spiritu sancto sentiētes. Hic ARIVS. Quomodo ais Deum semper Patrem, qui solus Deus est, & sua voluntate condidit Filium, quemadmodum scriptum est? ATHANASIVS. Vbi scriptum est, quod solus Deus Pater est? ARIVS. Apud Paulum Apostolum, qui ita dicit, Nobis vnus Deus ex quo omnia. ATHANASIVS. Sequentia Apostoli verba adijunge: dicit enim, Et vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia. AR. Vides Filium ministrum operis, non autorem, quod ipse de se pronūcia-

uit, in iis quæ viderit Patrem facientē: Quæ enim Pater facit, hæc & Filius facit, obserua hic Filium esse ministrum creationis, non creatorem. ATHANASIVS. Vide ne pugnes cum veritate, Nam dictum Pauli quod putas valere in causa Dei Patris, hoc ipsum quoque de Filio dici apud Paulum reperies. Ita enim inquit, & ipse posuit in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas: istos rursus Euangelistas, illos vero pastores, & magistrōs, ad consummationem populorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec omnes occurramus in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt non amplius simus infantes, fluctuemusque, & horsum illorsum rapiamur, vndique mobiles omni vento humane doctrine temerariæ & vafra, ad iter sternendum errori. Sed veraces in dilectione, adolescamusque per omnia in eum, qui est caput, Christum, ex quo omne corpus ratione & proportione coaptatum, conglutinatūque, per omnem iuncturam suppeditationis, & cæ. Viden' hanc vocem (ex quo) cōmuniter prædicari de Patre & Filio, quam tu duntaxat Patri vendicas? AR. Bene est, quod recitas totum hoc membrum Apostoli: Sed ego maioris fidei esse censeo domini Verbum, quam Apostoli: Ille enim inquit, quod ex se non possit quicquam facere, nisi viderit Patrem facientem. ATHANASIVS. Quid in principio Deus fecit? AR. Cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, vt scriptum est. ATHANASIVS. Ergo superest vt à te ostendatur, quodnam Cælum, & quodnam mare, cum cæteris quæ in iis sunt, principio fecerit Deus, ac deinde quid Filius, quum ea condita vidisset, vt ipse quoque similiter quemadmodum Pater suus eadem fecerit. AR. Nefarium puto asseuerare, primum mundum à Deo conditum esse: alterum autem à Filio, quum de secundo mundo nulla demonstratio suppetat, nimirum re ipsa apud omnes manifesta, non alium esse mundum, quam qui conspicitur. ATHANASIVS. Igitur ex se Filius creauit omnia. AR. Obsecro, dic mihi qui fieri potest, vt ex se crearet omnia? non est, vt quispiam hoc dicat. ATHANASIVS. Sapiens consilium suum quod secum init, vbinam compefit? AR. In sua sapientia. ATHANASIVS. Christumne Dei potentia & Sapientia est, secundum beatum Paulum? an sic, an negas? AR. Extra controuersiam est, Christum esse Dei potentiam & Sapientiam. ATHANASIVS. Sapiens sapientia sua, an aliunde sapiens redditur? AR. Absit vt aliunde. ATHANASIVS. Igitur ex se omnia, vt qui sapientia sit, efficit. ARIVS. Ita se habet. Ergo Pater creauit? ATHANASIVS. Audi igitur, & ne temerè loquar, quæ dicta auditūque nefaria sunt, quasi ista tua à nemine subuerti queant. Sed tamen iam responde mihi in præsentia, de eo quod percunctatus sum: Is qui potens est, vnde creator rerum efficitur? AR. Sua potentia omnia fiunt. ATHANASIVS. Christumne potentia Dei est? ARIVS. In confesso est. ATHANASIVS. Igitur quum Christus sit potentia Dei, quæcunque facit hæc potentia, hoc est, Christus, eadem & fecit Pater. ARIVS. Quomodo si facit Christus, hæc Deus fecerit? ATHANASIVS. Potentiam à potente diuisa est? ARIVS. Minime, quis enim vnquam vidit luctatorem in pugna seorsum ipsum fortiter agere? & seorsum ab illo eius fortitudinē? nam si id esset, præmia & coronas ad vtrum-

ad vtrumque deferri oporteret. ATHANASIVS. Rectè dicis, si igitur in homine id ita se habere iudicas, vt neque vis corporis per se, neque corpus sine hac vi separatum quid agat, Ergo Christus, qui est potentia Patris, omnia indiscretò quæ operatur Pater, & ipse quoque operatur. AR. Esto, vt indiscretò Filius omnia operetur cum Patre, sed nunquid poterit esse æqualis Deo, quum ipse ex eo loquente audias, Pater qui me misit, maior me est? ATHANASIVS. Quæram vicissim ex te, sed age responde: Seruator mundi sibi cōtraria loquitur? AR. Absit. semper enim sibi in dicendo congruit Dei Filius. ATHANASIVS. Cur igitur in alio loco dicit, Ego & Pater vnum sumus? AR. Tu Sabellius es. ATHANASIVS. Cur Sabellius? AR. Quia Patrem & Filium vnū dicis. ATHANASIVS. Ne mihi mendacia affinge: non enim ita dico; quod Pater & Filius vnum sit, sed quod Dominus dixerit, Ego & Pater vnum sumus. AR. Sed hæc hæresis Sabellij est. ATHANASIVS. Ergo Dominus qui dixit, Ego & Pater vnū sumus, ideo Sabellius est? Nonne omnes Christiani Iesum agnoscimus Dei Filiū esse? & tu cum Sabellij dicis & magistrū hæresion? AR. Absit, vt sentiam, quippe quum Seruator hoc dixerit, Ego & Pater vnū sumus, de sua cum Patre concordia. ATHANASIVS. Quæ de causa hoc Dominus dixit? aut quid volebat docere? cōcordiamne suam cum Patre (vt tu vis) an deitatem? quod recta ratio dicat. Nam si pro tua sententia concordiam demonstrare volebat, nunquid ergo testes comparare sibi voluit, metuens scilicet ne à Patre ignominiose defraudaretur? Quod si ita est, Filius nimirum secundum te Patrem accusat. Iam cogita quo te abducat tuus sensus. AR. Quid tibi vis? num vt dicamus, Pater & Filius vnū sunt? ATHANASIVS. Dominus Iesus non dixit, Ego & Pater vnum sum, sed vnum sumus, & dualitatem in hoc verbo (sumus) perfectam ostendit, & in hoc vocabulo vnum, ea quæ sunt substantiæ, significauit. Tu autem re non intellecta, ad absurda raperis. AR. Quid? Nonne Dominus dixit, Pater qui me misit, maior me est? ATHANASIVS. Quid? nonne quoque dixit: Ego & Pater vnum sumus? ac rursus, Qui videt me, videt & Patrem meum? Quinimo & Apostolus quoque æqualitatem Filij quam habet cum Patre, liquido ostendit, his verbis: Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit. Vides æqualem esse Filium suo Patri, & non minorem? AR. Magna discordia mihi videtur scripturarum; in re præsentia. ATHANASIVS. Absit, vt obloquatur homo diuinis, & à Deo inspiratis scripturis, quasi non omnia inter se consonent: vt enim libra iusta, ita inter se congruunt omnes scripturæ. AR. At qui congruerint ista, Pater qui me misit, maior me est: & Ego & Pater vnum sumus? Iterum alio modo: Qui videt me, videt & Patrem meum? Per quod designat immutabilem sui speciem, quam habet cum Patre suo? vt & Paulus ait, æqualem suo Patri Filium non existere? ATHANASIVS. Audi homo ac intellige, non dissidere capitulum illud quod dicit, Pater qui me misit, maior me est, à reliquis capitibus. AR. Si hoc ostenderis, quod quidem possibile fuerit, forsitan & me facies, vt tuam sententiam sequar. ATHANASIVS. Quid? Filius Dei, Deusne est, an non? ARIVS. Deus creatus à Deo. ATHANASIVS. Si vis, responde mihi, quod rogo, Dei Filius creauitne omnia, an non? ARIVS. Concessum est prius, eum omnia fecisse, vt qui sit

potentia & sapientia Dei. ATHANASIVS. Ergo omnia continet, quæ à se sunt condita, siue visibilia siue invisibilia Dei Filius. ARIVS. Ita se habet. ATHANASIVS. Vbiq; igitur adest vi essentia suæ. Nam si dicas eum non vbiq; adesse: maiores dices res creatas creatore. AR. Adest vbiq;. ATHANASIVS. Si igitur vbiq; adest Dei Verbum, vnde est quod dicit, Pater qui me misit, maior me est: redde mihi eius rei rationem? AR. Ego hic hæreo, sed quæso dic tu mihi, qua ratione dixit Seruator, maiore se suum Patrem esse? ATHANASIVS. Nisi prius dixeris, quod ego quæro, non dicam quod tu vis. ARIVS. Dic quid vis. ATHANASIVS. Angeli incorporine sunt, an homines potius? ARIVS. Homines in corpore sunt: Angeli vero quia Spiritus, incorporei habendi sunt. ATHANASIVS. Qui igitur fatigatur, hominesne, an Angeli sunt? ARIVS. Angeli, qui in laborando corporibus carent, lassitudine non tentantur: hominibus autem propria est lassitudo, ob corporis molem & pondus. ATHANASIVS. Dominus igitur vnde fatigationem sensit? Scriptum est enim, Iesus, quum lassus esset ex itinere, sedebat. AR. Adducis me quo lubet exemplo Angelorum & hominum; non Verbum quod Deus est, laborasse lassitudine, sed ideo factum, vt ostenderet carnem quam prius habebat, quum Verbum & Deus esset, eam se denuo resumpsisse: ideoq; carni suæ permisisse vt pateretur quæ carnis sunt propria, quo constare possit, eam carnem esse. ATHANASIVS. Memor sis confessum fuisse, Verbum & Deum vbiq; adesse. AR. Quid ni? ATHANASIVS. Si sanè vbiq;: Cur igitur ab eo dictum est, Pater qui misit me, maior me est? AR. Oro te ne graueris auferre velamentum istud à litera, idque quàm primum: valde enim me torquet. ATHANASIVS. Vter illorum est; qui ita fatigatus fuit, homōne, an Deus Verbum? AR. Homo. ATHANASIVS. Tuum igitur est reliqua cogitatione consequi. AR. Deprehendo ex hoc dicto tuo quod velis Deum vbiq; adesse, nimirum quod respectu carnis suæ euntis, & lassitudine laborantis, & de loco in locum transeuntis, hæc verba dixerit, Pater qui me misit maior me est, idq; merito. ATHANASIVS. Iam in mentem reuoca tuam sententiam quam dixisti. Verbum quod Deus est, conditum esse, vnde mutuabimus rerum initium: ego enim non ausim ita temerè loqui de æterna deitate Filij. AR. Ego hoc de scripturis adfero: tu autem vnde habes, quod æternum Filium dicis? ATHANASIVS. Ego ex diuinis inspiratis literis didici, æternum esse Filium Dei. AR. Vbi sunt scripturæ, quæ cum æternum dicunt? ATHANASIVS. Adsit nobis ille celeberrimus Paulus, & veritati testimonium perhibebit: Inuisibilia enim eius, inquit, ex creatione mundi, operibusque intellecta perspiciuntur, & æterna eius potestas & deitas, quo fit, vt illi sint inexcusabiles, quod vbi cognouissent Deum, non vt Deum honorauerunt, & gratias egerunt. AR. Id de Patre ea scriptura loquitur. ATHANASIVS. Nonne beatus Paulus accusat eos qui in corpore apparente Deo, Dei Filio, non agnouerunt æternam eius Deitatem, omnia gubernantem? Ex magnitudine enim & pulchritudine rerum conditarum, congruenter oportet artificem æstimari, & gratias illi haberi: certum autem est, omnia creata per Verbum, suam naturam accepisse, & sine eo factum esse nihil. Quapropter etiam te oportebat, ex elementorum proba com-

Filius vbiq; adesse vi essentia suæ. ibidem.

Christus fatigatus ex itinere quatenus homo.

ibidem.

Rom. i.

Quod fili⁹ sit ætern⁹. pactione, animo metiri proportionabiliter eorum architectum, & agnitorem fieri, mundum esse æterni Dei opus: Deumque ipsum non esse creaturæ naturæ, ut quæ minime suffectura fuisset ad tantas res creandas. A R I V S. Esto, sit æternus Filius sed ita ut ab æterno conditus æternitatem quoque in se habeat. A T H. Si æternus est Filius, non est creatura: contra, si creatura est, æternus non fuerit. A R. Non ex mea autoritate ista loquor: ipse Filius dixit, se ante omnia à Deo creatum esse. A T H. Talène quid de Filio Deo tibi soli reuelatum est, an etiam aliis quoque? A R I V S. Non omnium est fides: Veruntamen, non mihi soli, sed etiam aliis multis innotuit fides eius. A T H. Vnde tibi reuelatum est, à Deone, an ab hominibus? A R I V S. à Deo. A T H. Ergone tu ipse auditor Dei fuisti, an alij de eo hoc tibi retulerunt? A R I V S. Non mihi retulerunt, sed multi sancti in spiritu loquentes dixerunt, Filium creatum quiddam esse. A T H. Qui sunt illi? nõ licebit nobis eos cognoscere? A R I V S. Quin & tu ipse nosti Prophetas & Apostolos locutos fuisse subinde, Filium creaturam esse. A T H. Audiui te ipsum modo ante horam istud ipsum de Filio dixisse: nunc autem transis an Apostolos & Prophetas: sed tamen enarra, quismam Prophetarum hoc dixit de eo. A R. Etiam nunc dico Filium hoc dicere per Sanctos Prophetas & Apostolos, quemadmodum & per Salomonem dixit, Dominus creauit me in initio viarum suarum, ad opera sua. *Proh. 8.* Vides quod ante omnia creauit eum Deus ad opera quæ per eum futura essent. A T H. Igitur respectus creaturarum causa fuit, ut iuxta te crearetur Filius. A R. Ita est. A T H. Igitur Deo preciosiores sunt creaturæ ab ipso conditæ, qui hoc fieri potest? Nam si ille propter has exitit, non autem hæ propter illum, ut tu sentis, plane credendum est, eas preciosiores esse. Sed absit ut nos ita sentiamus: siquidem omnia per Filium sunt, sicuti scriptum est. Decebat enim, inquit Apostolus, eum per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, principem suppeditatorumque salutis eorum, per passiones consummari. A R. Ignosce mihi hæcenus, quod dixerim propter opera conditum esse filium, non item in hoc, quod dixi, eum ante omnia creatum esse. A T H. Quis creatus est ante omnes creaturas? A R. Filius, atq; ideo primogenitus in scripturis appellatur. A T H. Si quis Satanam adoret, rectene an male facit? A R. Impius & sine Deo est, neque comunem sensum habet, nec meretur hominis appellationem. A T H. In Iob hæc verba de Satana habentur: Principium ille formationum Domini est factus, ad id ut ab angelis illuderetur. Tu igitur primam creaturam adorans, satanam adorans, quemadmodum hic sermo ostendit. Iam si contentiosus instes, satanam priorem filio creaturam esse, satanam facies antiquiorem Spiritu sancto: Tu enim ista statuebas, filium creatum fuisse, eundemque spiritum procreasse affirmabas. A R. Veritas me circumscribit, non tu: veruntamen postquam me huc induxisti, & ego quoque circumcludam te multis testimonijs, dicentibus Filium creaturam esse. A T H. Profer ex thesauro quæ tibi recondita sunt à patre tuo. A R. Meus pater quem adoro, Deus est: sed enim tu mihi responde super hoc dicto, Dominus creauit me, Domino ipso confitente, se creatum esse à patre suo. A T H. Hoc dictum intrus aliam vim

Reuelationem se à Deo habuisse istat Aritimo.

Proh. 8.

Deus cum postulatis vacaret, ita de satana verba facit.

Proh. 8.

habet, spiritualem, & diuinum thesaurum in se conditum possidet. A R. Non in hoc dicto animaduerto sonum vocemque; Salomonis, quippe qui fatuus non sum, sed & hic quoque intelligo, vel in hac solum dictione, præfecit, spirituale sensum spectandum esse: Quapropter & ego, ut non expers mysterij, assero illud dictum: Dum creauit me, non verbalem duntaxat sonum aut intellectum habere, quippe qui vim sententiæ ibi in abdito latentem sentiam, quam tu, quia non percipis alijs qui percipiunt, inuides, nec mirum: viri enim deterioris propria est in præstantiores inuidia. Quamobrem quod sentis, ingenue dicas, & quam hic sententiam, ut rectam, amplecteris: Dominus creauit me: Ego illud, creauit, accipio, ac si genuisset me locutus fuisset. A T H. Si igitur genitus est, certum est eum non creatum fuisse: contra si conditus est, genitus non fuerit. A R. Tu non intelligis vim istius dicti. A T H. Ne graueris me sustinere, donec intelligam, quæso. A R. Ne passio aliqua parturienti intelligeretur, dictum est, Dominus creauit me: In Deo enim creare, idem est quod gignere. A T H. Si ergo in Deo creare & gignere idem est, igitur omnis creatura filius est Dei. Quod si concedimus, Dominus omnibus rebus frater erit quæ per ipsum (ut tu ais) creatæ sunt: vbi ergo nunc illud est, quod vnigenitus Dei appellatur? A R. Illud quod vnigenitus dicitur, referendum est eò, quod præ cæteris eximius, supremus, & maximus sit. A T H. A N. A. Nõne tibi maximum videtur cælum? A R. Admodum. A T H. Ergo & illud secundum te Filius erit? terræque & Oceani, marisque aqua, filiarum nominandæ sunt. A R. Absit, vnum enim tantummodo Filium Deus fecit. A T H. Videntur tibi omnia eadem definitione creationis vnigenita esse, an nõ? A R. Videntur. A T H. Igitur si, ut cæteræ creaturæ, conditus est Filius, quomodo haberi poterit Filius Dei? A R. Quæso, quomodo intelligis illud: Dominus creauit me? A T H. Crede mihi, non eam tibi respondurus, sed in gratiam auditorum respondebo. Salomon iustus, & plenus sapientia, dignus habitus est, qui in parabolis significaret ædificationem templi corporis, scilicet Domini Iesu, ut ipse de se Dominus ad Iudæos locutus est: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo: hoc autem dixit de corporis sui templo, ut Ioannes refert. Sed enim Salomõ apertius de eadem re locutus est, sub istiusmodi verborum tractatu: Sapientia ædificauit sibi domum, & stabiliuit columnas septem, mactauit victimas suas, & miscuit in cratere vinum suum, preparauitque mensam: emisit seruos suos, clamans, & inuitans alta voce ad craterem suum, dicens, Quisquis est insciens, inclinet se ad me: & egenis mentis ita locuta est, Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis: derelinquite stultitiam ut viuatis. Haud dubie sapientia ista verbum Deus est, qui ob suam ineffabilem patrisque in homines charitatem, pauper factus est, quum diues esset, ut nos illius paupertate disceremus, & quum in forma Dei esset in forma serui factus est: & quum æqualis esset suo Patri, ut seruus & cõseruus nobiscum conuersatus est: perfectus quum esset in deitate, perfectus quoque in humanitate factus est: hic igitur & Verbum & Deus, sapientia & virtus Patris, quum incorporeus esset, ut Deus & Pater suus, ob nostram salutem ædificauit sibi domum.

Creare et gignere quomodo differunt.

(Domin⁹ creauit me) quomodo intelligi debeat.

Sap. 9.

Proh. 9.

Phil. 2.

1. Cor. II.

Mensa Christi.

Act. 2.

(Domin⁹ & Christ⁹ fecit deus) quomodo interpretari oporteat.

Arms scripturæ voces miscuit.

Verbu carne crucifixum. Verbu nõ fuisse crucifixi affixi, nec simul cum corpore passum.

domum, in vtero desparæ Mariæ sine commercio virili, & homo (ut dixi) factus est, & seipsum exhibuit exemplar omnis virtutis, ut qui illum sequi vellet, quasi in diuino itinere haberent vestigia, ad quæ similes facti, diuinæ naturæ participes redderentur, quemadmodum dixit vas illud electionis, Estote imitatores mei, sicuti & ego Iesu Christi. Post igitur illius passionem & resurrectionem; emisit Sapientia, Virtus, Verbum, Deus, Apostolus ad omnes stultos, brutos scilicet, gentiles; Deique ignaros, proposita mensa, nimirum sacro altari, & in eo panem cœlestem & incorruptibilem, & omnibus vitam donantem, qui inde participarent, sanctum videlicet, & sacrosanctum suum ipsius corpus exhibuit, vinumque exhilarans mentem, quod sobrietatem facit in cuiusque animo, qui inde degustât, quasi in cratere suum ipsius sanguinem miscet, aduocans sibi prædestinatos, atque electos per Apostolos suos. Atque ita omnis quidem stultitia omittitur: regni autem cœlorum ciues efficiuntur, qui illos audiunt. A R. Quandoquidem tu recte ad corpus retulisti illud dictum, Dominus creauit me, ego me tibi adstipulatorem præbeo ob scriptum hoc testimonium. Restat igitur, ut rectè concedas ad veritatem, & non aliter facias. A T H. Quid vis ut faciam? si quod veritati gratum & amicum est, requiris, promptum habebis me suffragatorẽ. A R. Testimonium tibi afferam, quod non poteris in alium sensum interpretari. Clarum enim illud est de essentia Verbi à Patre condita, mentionem facere. A T H. Si mihi dederis ex diuinitus inspiratis scripturis testimonium, non recusauero: id vnum caue, ne ea mihi adducas, quæ nuper ad vestram libidinem scripsistis: ea enim non feram. A R. Noli obrectare nobis, tanquam Deum non timẽtibus, Apostoli vox est, quam me prolaturum dixi. A T H. Dic ergo. A R. Clariss. Apostolorum Petrus testificans de eo qui manifestatus est in Israël, ita inquit, Certò igitur cognoscat omnis domus Israël, quod illum & Dominum & Christum fecit Deus. Quid? num nos hanc vocem in scripta misimus? A T H. Nõ vos quidem hanc vocem scripsistis, sed in eam non satis Christianè commentati estis. A R. Vides te circumscriptum, & ad conuicia raptris? quin potius si quid potes, ad hæc responde, aut transfuge ad veritatem. A T H. Recita mihi totum caput. A R. Certo sciat omnis domus Israël, quod eum & Dominum & Christum fecit Deus. A T H. Ne mutila voces scripturæ: nam corpus, si maneat in eo statu, quo ab initio conditum fuit, formosum est: vbi autem modulũ excessit, vel manu, vel pede, vel digito, turpe redditur: Dic igitur ea quæ in hac scriptura sequuntur. A R. Faciam, Iesum quem vos crucifixistis. A T H. Quisnã est ille qui crucifixus est, Verbumne Deus, an corpus, quod, Deus qui Verbum est, ex Maria virgine acceperat? A R. Quid, an non confiteris verbum crucifixum esse? A T H. Ego Deum verbum confiteor hominem factum, carne crucifixum esse. A R. Quid est hoc carne, nõne Verbum passum est? A T H. Tu autem quid hic sentis, magnopere te velim expromere. A R. Si non dixeris, ego dicam, Verbum vnã cum clavis confixum fuit, vnãque cum carne passum est. A T H. A re simili tibi demonstrandum est, Verbum Deum passum non esse. A R. Dic quod libet. A T H. Vidistine vnquam quenquam cruci affixum? A R. Quidni? A T H. Ergone quan-

diu corpus clavis illis detinetur in cruce, etiam anima detinetur, ut quæ nequeat recedere à corpore? A R. Recedit, nec mirum quum anima sit spiritus. A T H. Si recedit, certum est, eum non teneri in cruce, hoc est, in ligno & clavis: & ita se habet. Corpore enim detento, anima libera & indetentibilis suum corpus relinquens, abit ad suas sedes. A R. Ita res habet. A T H. Si in homine condemnato concedis animam non pati in hoc corporali supplicio, cur tu dicis Verbum & Deum vnã crucifixum esse cum corpore? A R. Demus non simul cum corpore passum esse Verbum. A T H. Igitur Apostolus Petrus cautè suum sermonem concepit, nõles quenquam præ inscitia interire. Arbitrãtib⁹ enim filiis Israël hominem esse nostro more Christum, testimonio declarauit hunc esse electum Dei, quum ait, Etsi quasi hominem suspendistis hunc iustum, ne tamẽ ignari sitis, Deum hunc ipsum Christum, & Dominum fecistis. A R. Viden? Christus & Dominus factus est à Deo. A T H. Deus Verbum, qui Dei est Filius, ante passionem Dominusne erat, an non? A R. Erat. A T H. Petrus inquit, Quem Iudæi crucifixerant, eum factum esse Dominum. A R. Sed quid hoc, quod dicit crucifixum Christum Dominum esse factum? Hic vellem scire quid diceret? A T H. Deus Verbum semper omnium est Dominus. Postquã vero ex carne Tyrannidi peccati subiecta carnem assumpserat, ut scriptum est, Verbum caro factum est (carnem autem voco hominem perfectum, quales & nos sumus) secũdam essentiam hominis tantum. Lux enim absque peccato factus est homo: hunc ipsum Deum Christum & Dominum fecit, hominem scilicet ex semine David, subiiciens illi principatus & potestates, & dominationes, & homines & angelos. Et in summa, omniũ sibi subiectorum factus est Christus Dominus: Christus quidẽ ob Spiritus sancti instar olei in ipsum cœlitus effusionẽ: Dominus verò, eò quod dominatum in oes suscepit. A R. Scorsum igitur Verbum Filius, & Dominus Deus, & scorsum homo. A T H. Absit. A R. Dic igitur quomodo: Dicis enim Dominum Deum Verbum, & templũ eius, hoc est, hominẽ filiũ quoque esse. Ego igitur in eam opinionem venio, duos esse Dominos. A T H. Non sunt duo, absit: vnus enim est Dei filius, qui propter nos homo factus est. Quin hoc mihi dicas, terrenus rex, quum homo sit, ipse scorsum regnat, & scorsum eius purpura: autne, an negas? A R. Qui fieri possit, aut hominem scorsum regnare, aut purpurã per se: scio tamen quid hac similitudine statueris inducere. A T H. Si igitur impossibile est, duos esse reges in vno regnatore, loquor autem de homine, & purpura, qui fieri potest, ut scorsum Verbi & Dei dominatum consistere affirmemus, & abiunctam instar vestimenti eius sanctam & preciosam carnẽ principatũ habere? Est enim illa amictus regis Verbi Dei. Quid? quod Apostolus Paulus vnitate dominatus, quem habet dominicus homo cum Deo Verbo, absolutissimè ostendit, eò quod dicit, Quorum patres illi, ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia in secula, Amen. Videtne Apostolum cum agnoscere Deum esse super omnia, qui ex semine Davidis genitus est? A R. Nõ vereris hominem Deum super omnia appellare? A T H. Paulus non est veritus, nec ego vereor, eò quod videam certam quandam Patris Dei dispensationem. A R. Quam dispensationem? A T H. De

Fili⁹ quomodo factus est Christus & domin⁹.

eius qui est Deus super omnia incarnatione. A R. Incarnationem Verbi, & ego quoque cōfiteor, sed tamen eum, qui crucifixus est, Deum super omnia appellare non audeo. A T H. Audi, & maiorem admirationem concede, eò quòd eum Deum supra omnia confitear: neq; alterum ab eo posse intelligi, qui homo factus est, & crucifixus propter nos, & semper Deus est. A R. Vbi res ista noua & miranda scripta est? A T H. Apud Hieremiam Prophetam: ita enim dicit, Hic Deus noster, non reputabitur alter ab eo, inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto à se, post hæc in terris visus est, & inter homines cōuersatus est. Qui igitur visus est, hic Deus ne erat, & est, ad quē nullus alius reputabitur Deus, an non? A R. Quemadmodū Propheta dicit, ipse Deus est. Nefas enim id est dici de Patre, q̄ visus sit: aut homo factus, cōuersatus sit cum hominibus, quā res manifesta sit, Deū Verbū hominem esse factum. A T H. Ergo vnus est Filius Dei, qui ante omnia secula vnā cum Patre coexistit, idēque quum Deus inuisibilis esset, homo visibilis factus est. A R. Vnum esse Filium Dei in confesso est, non tamen ille coexistit cum patre in infinitum. A T H. Sapiētia & virtus nōne coexistit cum Patre & sancto Spiritu? A R. Coexistit. A T H. Vnus igitur inuisibilis Filius Dei, ille, in quā, qui & visus est, incorporeus quidem sed corporatus: immortalis & mortem expertus, in carne intactilis, & tactus. A R. Assentior tuis dictis. A T H. Hic igitur ob carnem cum Verbo coniunctam, non autem inde diuisam, Dominus & Deus appellatur. Et dominationes quidē dicuntur, Filius tamen Dei Iesus Christus, Verbum & Deus vnus est. A R. Rectissime mihi videtur se habere definitio incarnationis, non tamen vt verus Deus sit Filius, quemadmodū Pater. A T H. Vnde hoc nobis sumptum adfers? A R. Nunquid legisti in Euangelio, quomodo loquatur Dominus ad suum Patrem? Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christū. Vidēsne eum, solum Patrem verū Deū appellare, quasi ipse non sit verus Deus? A T H. Atqui ista cum primis verbis per coniunctionem & coherent, neque quæ sequuntur, inde dirimēda sunt. & constanter apud recte sentientes in confesso est, ambas istas partes dominicæ vocis, inte se copulari debere, sed heus cum æquanimitate, quod dico, ausculta. Si quis inter præcipiendum, ita quēpiam de Constantino alloquatur. Certo cognoscas velim, solum Cæsarem Constantinum Imperatorē terræ & maris esse. Constantium eius filium esse, isne ea confessione patri filium coniungit, an non? A R. Non leue periculum est dicere Constantium cum patre suo Constantino non regnare, quum illi in numero plurali coniungatur, A T H. In Constantino & Constantio periculum maximum vides: De Iesu vero Christo & Patre eius, ita loqui nihil periculū est? Oportet te eandem saltem reuerentiam habere in Dominum, quam habes in Constantinū. Non adimis à filio Augustalem maiestatem, nec quicquā quod in patrem competit, quum tamen non aliunde, quā per Constantinum eorum maiestatem vnitam sentias. A R. Omisissis syllogismis, des mihi scriptam demonstrationem, verum Deum Filium esse, quemadmodum ego tibi vocem Euangelicam exhibui. A T H. Audi igitur scriptam demonstrationem, vt non erres. Ioannes Apostolus

ita locutus est, Scimus quòd Filius Dei venit, & dedit nobis intellectū, vt cognoscamus verum Deū: & sumus in vero eius Filio Iesu Christo, hic est verus Deus, & vita æterna. Iamne animaduertis eadem voces de Patre & Filio proferri, æqualiter Filio ac Patri deitatem imputantes? vt enim de Patre dixit, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, ita & hic de Filio dicit, Hic est verus Deus & vita æterna. Illud igitur, & quem misisti Iesum, coniunctum est cum præcedenti membro, quasi diceret, te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, vt cognoscant Filium tuum verum Deum, quemadmodum & te Patrem. Sicuti alio in loco locutus est Dominus Ego sum veritas, veritas autem nunquā fuerit mēdaciū. A R. Et ego confiteor tibi verum Deum esse Filium Dei, sed nunquid dicere poteris simul Deum, simul Filium esse? A T H. Quid tibi vis hoc genere loquēdi, simul Deum, simul Filium. Num hoc intelligis, quòd qui Filius est, simul quoque est & Filius Dei? Nam Deus verbum, Deus est, cum sit patris Filius. A R. Non ita loquor, sed q̄ dicere nequeas, simul Deus Pater, simul Filius cum Patre. A T H. Quare ita loqui non possum? A R. Quia Deus Pater ingenitus est: Filius autem genitus. A T H. Vox ista ingenitus, de solōne Deo vsurpatur, an etiam de alijs? A R. Eò dico, quòd Filius ingenitus dici nō potest: nam quod ingenitum est, principium sui nō habuit. A T H. Hæc vox ingenitus, substantiāne est, an substantiæ significatum habet? A R. Substantia est. A T H. Mentiris, nōne est substantia, sed substantiæ significatiua. A R. Quid vis innuere? A T H. Neque factū esse, neque genitum esse Dei substantiam, vnde commode dicitur, Dei substantiam ingenitam esse. Ac deinde responde mihi, Adāne genitus est? Quid hic ais, vel negas? A R. Non genitus est, sed formatus. A T H. De eò qui genitus vel ingenitus esset, quæsiui, non de eo qui creatus esset. A R. Ingenitum illum dico. A T H. Igitur erit nullo initio inchoatus secundum te. Imo ne Eua quidem genita est, sed condita. Quid mihi hic dices de nondum genito, ingenitum illum esse, an genitum? A R. Recte se habet hæc vox, ingenitus, eritque igitur Pater ingenitus, Filius autem genitus. A T H. Quid igitur existis vis concludere? A R. Filius genitus est, an non? A T H. Genitus est. A R. Viden eum antequam gigneretur, non fuisse: sin autem fuit, erit secundum tua verba ingenitus: quòd si id ita est, non fuerit genitus Filius. A T H. Deus simulne Pater est, an non? A R. Potentia quidem semper, sed actu non semper. A T H. Mundus quatenus ad potentiam attinet, eratne sine vllo fine & circumscriptione temporis apud Deum, an non? A R. Erat inquam. A T H. Igitur quemadmodum voluntate mundū fabricatus est Deus, ita & Filium fabricatus est pro tua sententia. A R. Non ita vt mundum, memor enim sum superiorum demonstrationum, sed ante secula dico eum voluntate habuisse Filium, sed tamen exiguum interuallum statuo inter Patrem & Filij generationem, vt genitus habeatur. A T H. Num Deo patri id decori, an probro id illi esse opinaris? A R. Absit, vt Deo adiungas probro: nam prorsus bonum est, Deum esse Patrem. A T H. Ergo à deterioribus ad meliora profecit Deus, secundum te. Nam si quum Pater non esset, factus est deinde Pater, nimirum versus immutatusque

1. Ioan. 5.
Ioan. 17.
Ioan. 14.
Ioan. 1.
Luc. 21.
Ibidem.
Luc. 21.
Ibidem.

tusque est, ab exiguis ad maxima. Si autem dicitur, priusquam Pater fieret, cum preciosiorem fuisse, ad deteriora progressus est: Si autem id ita habet, quomodo poterimus dicere, Deum immutabilem esse, in se perfectum esse, neque proficentem in melius, neque à melioribus degenerantem in peius? Corruptibile enim proprium est mutari, nunc quidem à melioribus in deteriora, nunc à minoribus in preciosiora. A R. Num ictū oculi volēs concedere quo Filius non extiterit, antequam nasceretur? A T H. Id quod non fuerit, non concedo fuisse. A R. Quamobrē? A T H. Quoniam scriptū est: Nō erit in te Deus recens, Si enim paucillum momenti cōcessero, fuisse aliquando tempus, quando ipse non erat, erit Deus ille quem confiteor recens Deus, quod absit, vt à Christiano sentiat: quippe qui hoc modo confessurus sit contraria sacris scripturis. A R. Quæ cōtrarietas, si dicas eum ad ictum oculi, priusquam generaretur non fuisse, ne ingentum eū esse intelligamus? A T H. Multa & magna contrarietas hic se ostendit contra pietatem sacram literarum vbi que protestantium Filium semper fuisse, neque vnquā fuisse tempus quo non extiterit. An tibi malum non videtur, si contraria loquamur diuinis scripturis? A R. Affer mihi testimonia. A T H. Audi Ioannem dicentem, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, Quis talia locutus est sanctorum Prophetarū, aut Apostolorum, qualia tu dicis? An in alicuius hominis cogitatū incidere possit, de ratione siue Verbo Deo: erat aliquando tempus, quando ille non erat? Quod si admittimus, iam sequitur, fuisse aliquando tempus, quando deus Pater fuit irrationalis, siue absque Verbo. A R. Ergo Verbum enunciatur intelligis. A T H. Nequāquā: ego enim loquor de verbo substantiali, non de verbo quod euanescit, aut quod ex Deo processit, & rursum in Patre resoluitur, secundum Sabellium, sed quod ineffabiliter genitum est: coexistere enim dico Filium cū Patre: Nam vt non possis animam sine ratione intelligere: ita Deum Patrem absque Filio fuisse credere nefarium est. Vt enim pater nullo principio inchoatus est, ita quoque Verbum, quod Deus est, & Filius Dei, principio caret. A R. Qui possit esse Filius sine principio, quum ipse profiteatur se ignorare diem consummationis seculi? A T H. Dic mihi, homo, quod sciscitabor de architecto: putasne eum qui sumpto calamo mensuras ichnographiæ dirigit, superiora inferioraque habitacula describit, secunda scilicet & tertia cœnacula: & primo absoluto, ad secundum procedit: & secundo exædificato ad tertium progreditur: putasne ipsum inquam intelligere quod absolute operis appropinquet, & imminet? aut eum ignarum fuisse, quid post primum cœnaculum illi in secundo laborandum esset? & in tertio totūque ædificio finem vltimum animo prospicere, an non? A R. Agnoscerem ita se habere. A T H. Filius igitur Dei qui omnia quā non essent, ad essentiam produxit, & coaptauit inter se clementia ista, qui prouidentia mundum hæcenus regit & gubernat, quemadmodum ipse Dominus locutus est, Pater meus hucusque operatur, & ego operor: ignorat scilicet, quando consummaturus sit quod ipse ædificat? Iam, inquam, cape experimentum, abi & quære ex homine indocto de men-

sis impletione, is si ignorat illud spacium triginta dierum esse, nihil ad tua interrogata respondebit. Quòd si attuleris hanc quæstionem ad hominem scientem, statim tibi respondebit: si decimus quintus dies est, dimidium mensis completum esse: sin autē fuerit vigesimus septimus dies, dicit tibi mensem ad finem decurrere, Eadem ratio, siue de luna, siue de anno agatur. Si enim ab experto scisciteris quando luna plena erit, pro sua scientia exponet, probabitque, quia vndecimus dies sit, plenilunium aduentare, sin autem duodecimus dies fuerit, dicit in proximo esse, vt luna compleatur. A R. Ita est vt retulisti. A T H. Si igitur architectus nouit, quando absoluturus sit ædificium, & vir peritus ex numero sentit, quando mensis finiatur, & ex scientia sphericæ cursus, quando futurum sit plenilunium, & quando decrescendo defectura sit luna, & quo spacio annus conficiatur: qui quæso non affirmaremus, Dominum Iesum qui mundum condidit, eūque consummaturus est, diem cōsummationis cognitam habere? Si enim id ignorabat, qui quæso, quum ab eo quæsitum esset de consummatione seculi huius, & de ipsius secundo aduentu, vera potuit respondere? Siquidem illorum est vera dicere, de rebus præsentibus & futuris, qui ea explorata certaque habent. Vnde Seruator conscius eius rei, veritatem eius, quod ab eo quærebatur, indicauit. Sciscitantibus enim discipulis, quod signum esset aduentus Domini Iesu & consummationis seculi huius, ad istū modū respondit, Videte, ne quis vos seducat: multi enim sub meo nomine venient, dicentes, Ego sum Christus, & multos seducunt, futurum autem est, vt audiat bella & rumores bellorum: videte, ne exterreamini, oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Insurgat enim gens contragentem, & regnum aduersus regnum, & erunt fames, & pestilentiæ, & terræ motus in singulis locis: verum hæc omnia, initia dolorum sunt. Tum tradituri sunt vos in tribulationes, & occident vos, & eritis odio habiti ab omnibus, propter nomen meum, ac tunc scandalizabuntur multi, & se inuicem prodent, & se inuicem odio habebunt, & multi que falsi Prophetæ surgent, multosque in errorem ducent: & quia tum abundabit iniquitas refrigescet charitas in plerisque. Qui autem perseverauerit in finem, saluus erit: & prædicabitur Euangelium regni in vniuerso mundo, in testimonium omnibus gentibus, & tunc aderit finis. Et Paulo post dicit: Erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab exordio mundi vsque nunc, neque futura est: & nisi concissi essent dies illi, non incolumis remaneret vlla caro. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, ecce illic, ne credideritis. Et post alia nonnulla dicit, Quemadmodum fulgur prodit ex Oriente, & apparet vsque in Occidentem, ita erit aduentus, Filij hominis: vbicunque fuerit cadaver, eò conuenient aquilæ. Statim autem post tribulationem eorum dierum, sol obtenebrabitur, & luna non dabit lucem suam, & stellæ cæli cadent, & vires cœlorum quassabuntur, & tunc apparebit signum Filij hominis in cælo: Ac deinde paulo post, Amen dico vobis, quòd nequaquam præterierit ætas ista, antequam omnia ista fiant: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. De die autem & hora nemo cognitum habet ne Angeli quidem cœlestes, nisi Pater solus. Iam prorsus est hominum

psal. 8.
Ioan. 1.
Verbum quid.
Quod filius sit patris coeternus.
Iuxta descriptionem operis futurum.
Ioan. 5.
Consummatione seculi non ignorauit Christus.

Hier. 3.
Filius dei vnus, idē est, incorporeus quidem sed corporatus: immortalis & mortem expertus, in carne intactilis, & tactus.
Filius est vnus, idē est, incorporeus quidem sed corporatus: immortalis & mortem expertus, in carne intactilis, & tactus.
Constantinus Constantini filius.
Quod filius sit verus Deus.

Luc. 21.
Ibidem.
Luc. 21.
Ibidem.

fapientium deprehendere ex tot indicis de die & hora à Seruatore prænunciatis, ipsum certissime cognoscere quando venturus sit, & restitutus omnia, quemadmodum prædefinitum est ab indifun-ctibili sua cum Patris voluntate. Sume enim in manus Euangeliū & lege partem eam mathæi, quæ est de hac quæstione, & omnia tibi innotescant, quæ non ignarus fuerit huius diei Dominus, alioqui si ignarus fuisset, quomodo ea quæ nondum contingebant signa & tentamenta diem istum antecederia prædicere potuit? Nam vsque ad cõsummationem & aduentum suum, signa notatque rerum præindicauit, adeo vt qui diligentiores sint & laboriosiores, tempus illud agnoscant, ex admonitis Domini. A R. Si reuera diem illum scit, cur ab eo dictum est, neque Filium notuisse diem illum? A T H. Non ab eo dictum est in hanc formam neque ego noui diem illam: id enim consequens fuisset, vt diceret Dominus, siquidem de se certum esse voluisset, quod istius rei ignoratione teneretur. **Quin** in Mathæo istud ipsum non refertur, neque Filius nouit diem illam, & cæteri Euangelistæ omiserunt istius rei mentionem. A Marco autem solum relatū est, neque Filius nouit diem illam. Lege Marci narrationem tecum in animo, & senties Domino diē illum & horam nequaquam occultam fuisse. Ait enim Dominus Iesus, De die autem illa & hora nulus cognitum habet, nec Angeli quidem cælorum, nec Filius nisi Pater. Sciens enim se nihil distare secundum substantiam à patre, sed vnitum se esse Patri Deo, suam præcognitionem subindicauit sub Patris præcognitione, quemadmodum ipse inquit, Ego & Pater vnum sumus: ac rursus, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Non propter res creatas locutus est, quum diceret, Omnia quæ habet Pater, mea sunt. Sed quæ spectant ad deitatem Patris, ea sibi propria & peculiaria esse ostendit, nimirum: Immortalitatem, incorruptibilitatem, inuincibilitatem incomprehensibilitatem, potentiam, & præcognoscendi vim, & quæcūque Pater est, ea sibi vt propria vendicauit. Ignorare tamen dixit, vt dictū est, Angelos & Filium. A R. Num & aliter est Filius? A T H. Verus quidem Filius Dei vnicus est, qui est & Verbum & Deus. Est autem & alius quoque filius adoptatus propter templum corporis eius domini nostri Iesu Christi: vt inquit diuinus apostolus, Non enim accepimus spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed spiritum adoptionis in quo clamamus, Abba Pater: & clarè ad Apostolos locutus est, Filii mei adhuc paulisper vobiscum sum, & ab eo ad eum, qui misit me. Et ad Iudæos in parabolis ad istum modum, Homo quidam habuit duos filios, qui conueniens maiorem ita locutus est, Abi & operare in vinea mea, qui respondit. Faciam Domine, & non abiit: Deinde adiit ad alterum Filium, & dixit, Vade operare in vinea mea, qui respondit, se non velle, postmodum autem penitentia ductus, abiit. Hic percunctatus est Dominus, vter ex istis voluntatem Patris fecit? Dicunt Iudæi, posterior filius. In confesso autem est, Deum patrem esse omnium, vineamque esse viam iustitiæ, in qua iubeat maiorem filium operari, qui quum ad exitum interuallum principio gaudere videbatur illa iussione, ipsum iubentem postea cõtempserit. Est autem ille Iudæorum populus, qui ob infidelitatem reiectus est ab adoptione, & minor filius,

Filius hominis nescit diem iudicij, quomodo intelligendum. Mat. 24.

Mar. 13.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Rom. 8.

Ioan. 13.

Mat. 21.

Explicatio.

gentium natio est, quæ principio vocationis suæ contumax per infidelitatem, in idololatria detinebatur. Postmodum autem penitentia ductus, & fidem habens, paternis mandatis obsecutus est, & per obsequium amicus hæresque patris, vt filius designatus, omni honore & gratia apud patrem suū dignus habitus est, excepto quod conscius non sit illius diei & horæ: loquor autem de consummatione seculi, nisi quod signa illi data sunt, ne ignarus finis appropinquantis imparatusque, ab illo die opprimeretur. A R. Agnosco illud rectū esse quod de die dixisti. Sed quod substantia vnitus sit patri filius, id non recte dictū est. A T H. Quandoquidem tibi vituperandi bona, non exiguum studium est, & aduersus ea quæ piorum confessionibus confirmata sunt, respondebis mihi, quid nam sit substantia. A R. Vnde est quod res subsistat, hoc eius substantiam dico. A T H. Probe loqueris. Cæterum quia nos in præsentia de Deo sermocinamur, dic mihi quænam sit Dei substantia? ne apud illiteratos existimemur de diuitiis loqui, [quæ & ipsæ substantiæ appellantur.] A R. Dei substantia est, vt si quicquid est deus illud substantia est. A T H. Recte tu quidem, sed vicissim audi. A R. Dic quod vis. A T H. Scilicet deum conformatum demissumque ad nostram imbecillitatem, subinde in diuinis scripturis humano more nobiscū colloqui, vt humana natura, ex verbis consimiliter habitis, id capere possit, quibus nos & erigimur, & ad supercælestium diuinorumque mysteriorum scientiam peruenimus? A R. Scio rem ita habere. A T H. Igitur Deus loquens ad suum Filium per Prophetam, Ex vtero ante luciferum genui te, indicat per hoc ex paterna substantia Filium prodiisse. A R. Quid ais? ventremne habet Deus? A T H. At qui iam antea dixi, sacras scripturas ob nostram imbecillitatem, subinde humanis similitudinibus de eo loqui, non quod Deus talis sit, sed vt nos corporalibus exemplis pie de diuinis cogitemus. Nulla igitur alia de causa vterum nominat, nisi vt doceat, Filium ex Patris substantia genitum esse, intelligi debere. Si autem hoc à vero est alienum, cū ipse explana, quo pacto hoc verbum intelligi debeat. A R. Scriptura loquitur ex persona Patris, Eruit cor meum verbum bonum, quid igitur? A T H. Scriptura probe loquitur, sed tu hoc dictum cum aliis multis male detorques. A R. Explica igitur tu nobis veritatem istius dicti: siquidē ego illud peruerto, vt tu dicis. A T H. Deus Spiritusne est impatibilis, an nō? A R. Spiritus, inquam, impatibilis est. A T H. Quum igitur scriptura dicit, Ex vtero genitum esse Filium, tum ex diuina substantia ingenuitatem Filij declarat: ne autem imbecille genus humanū, humano more christi natiuitatem intelligeret, hæc formulam sermonis concepit, Eruit cor meum verbum bonum. Verum ne rursus quispiam ausit asseuerare, hoc dicto, Verbum quod ore effertur, indicari, mentionem ortus ex vtero fecit, quo vel ita desisterent à prauo intellectu. Scriptura autem omnes humanas cogitationes vndecunque circūsepsit, vt eriperet hæretico omnem vesaniam male cogitandi de æterna & incomprehensibili Filij Dei generatione. Nam si ex ventre est, quomodo ex vtero prodiit? si ex corde eructatus est, quomodo ex vtero prodiit? A R. Quid igitur debemus hic dicere & cogitare? A T H. Nihil aliud, quàm vt filium ex substan-

Quod filius sit patri cõsubstantialis.

Quod filius sit cõsubstantialis patri.

Substantia quid. Hæc verba in Graeco extant, sed vicissim audi. A R. Dic quod vis. A T H. Scilicet deum conformatum demissumque ad nostram imbecillitatem, subinde in diuinis scripturis humano more nobiscū colloqui, vt humana natura, ex verbis consimiliter habitis, id capere possit, quibus nos & erigimur, & ad supercælestium diuinorumque mysteriorum scientiam peruenimus? A R. Scio rem ita habere. A T H. Igitur Deus loquens ad suum Filium per Prophetam, Ex vtero ante luciferum genui te, indicat per hoc ex paterna substantia Filium prodiisse. A R. Quid ais? ventremne habet Deus? A T H. At qui iam antea dixi, sacras scripturas ob nostram imbecillitatem, subinde humanis similitudinibus de eo loqui, non quod Deus talis sit, sed vt nos corporalibus exemplis pie de diuinis cogitemus.

Psal. 110.

Ex vtero id est, intelligi debere. Si autem hoc à vero est alienum, cū ipse explana, quo pacto hoc verbum intelligi debeat. A R. Scriptura loquitur ex persona Patris, Eruit cor meum verbum bonum, quid igitur? A T H. Scriptura probe loquitur, sed tu hoc dictum cum aliis multis male detorques. A R. Explica igitur tu nobis veritatem istius dicti: siquidē ego illud peruerto, vt tu dicis. A T H. Deus Spiritusne est impatibilis, an nō? A R. Spiritus, inquam, impatibilis est. A T H. Quum igitur scriptura dicit, Ex vtero genitum esse Filium, tum ex diuina substantia ingenuitatem Filij declarat: ne autem imbecille genus humanū, humano more christi natiuitatem intelligeret, hæc formulam sermonis concepit, Eruit cor meum verbum bonum. Verum ne rursus quispiam ausit asseuerare, hoc dicto, Verbum quod ore effertur, indicari, mentionem ortus ex vtero fecit, quo vel ita desisterent à prauo intellectu. Scriptura autem omnes humanas cogitationes vndecunque circūsepsit, vt eriperet hæretico omnem vesaniam male cogitandi de æterna & incomprehensibili Filij Dei generatione. Nam si ex ventre est, quomodo ex vtero prodiit? si ex corde eructatus est, quomodo ex vtero prodiit? A R. Quid igitur debemus hic dicere & cogitare? A T H. Nihil aliud, quàm vt filium ex substan-

Ibidem.

Ibidem.

ex substantia Dei & patris genitum esse, per huiusmodi exempla condiscamus. A R. Si filius erat cõsubstantialis Patri, cur id præsens discipulis suis nō dixit? A T H. Vbi quæso confessus non est, se cõsubstantialem esse Patri? A R. Potestne tu ostendere vñ, quod ex numero eorum est, quæ nulla arte confici possunt? A T H. Non ex dubiis ista colligere, sed ex euidētibus, rebus veritatem istius rei tibi ostendere volumus, modo mihi memor sis tui dicti: quicquid est deus, id esse illius substantiam, hoc est, Filium aïsne, an negas? A R. Nequaquam. A T H. Cur igitur locutus est Dominus, Ego & Pater vñ sumus? nisi idem sit cum Patre per paternam deitatem, qui potuit dicere, Ego & Pater vnum sumus? Quid igitur? falsane an vera locutus est? Absit vt falsa. Veritas enim nunquam mendacium fuerit. **Ioan. 10.** **Quin** & illud, Qui videt me, videt & Patrem meū, nihil aliud docet, quàm vnam vtriusque deitatem. Si enim Filius substantia alius est, ac proinde diuersus à Patre, qui potest in Filio spectari Pater? Nam si non potest lignea imago virilem formam referens æstimari agnoscique ex lapideo, quum res sit diuersæ substantiæ, & æque impossibile sit, aut naturam lapideam in ligno, aut vicissim ligneam in lapideo deprehendi, quantum attinet ad substantiæ rationem. Omnino sequitur, Deum regem omnium in Filio suo eiusdem secum substantiæ cognosci. Siquidem similia, quatenus sunt eiusdem substantiæ, oculis animaduersa, eorum, quæ visa non sunt, cognitionem afferunt. A R. Cur igitur Dominus locutus est, Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est? num vitis & agricola eiusdem substantiæ esse possunt? A T H. Noli mihi truncare dominicam vocem: sed, vt posita est, ita recita, Ego, inquit Dominus, sum vitis illa vera, vos autem palmites, Pater meus agricola est. Dic mihi igitur, negas te admittere Filium esse Patri cõsubstantialem, ob istam vitis & agricolæ comparisonem? Quid ergo, num hominibus eum cõsubstantialem, dices? A R. Nequaquam. A T H. Placide ausculta, & ad ista mihi respondeas, Vitis estne cum suis palmitibus eiusdem naturæ? aïsne an negas? A R. Prorsus aio, & oro te vt huius loci explicationi quamprimum finem imponas, vt me talē facias, qualis tu es. A T H. Nisi prius ad interrogatæ mea responderis, nullo modo petionis tuæ cõpos fies. A R. Loquere quod tibi videtur: nam & ego quatenus dabitur, pro viribus respondebo. A T H. Dextera & brachiū Christus esse commemoratur, quanam putas causa? A R. Istiusmodi si dicantur, pro congruentia & consequentia intelligere debemus: quale est & illud, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Nā hic consideramus opificium Dei: quum autem dicit, Brachium domini cui reuelatum est, certum est illud de Filio loqui: his adiice & illud, Dextera Domini fecit virtutem: In confesso est, eum de Filio loqui, per quæ omnia facta sunt. A T H. Brachiū ei cui est brachium, nōne cõsubstantialia est? aïsne an negas? A R. Sic habet. A T H. Et dextera, cui dextera est, eīne simul cõsubstantialis est? A R. Aio inquam, sed tu mihi vis æternum illum Deum ex partibus constitui. An nunquam audiisti Clementem Petri apostoli sc̄torem, qui istiusmodi opinionem subruit? A T H. Mi homo, memor sis dictorum. Ego enim ne erres, simplex, in compositum, in finitum nomen veneror, quum id didicerim ex sacris & diu-

Quod filius sit patri cõsubstantialis.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Ibidem.

Dextera & brachium Christus est, quomodo.

Psal. 118.

Psal. 53.

Psal. 117.

Clemens Petri sc̄tor.

nis scripturis, postmodum & ab Episcopis, qui mihi hoc per manus tradiderunt. Nulla igitur alia de causa scriptura brachium, & dexteram vocat Filiū, nisi vt pie intelligamus Filium Patri cõsubstantialem esse, quia concedi nequit in homine, vt discrimines inde brachium, aut dexteram, aut digitū, quasi id diuersa sit essentia. A R. Assentior tibi esse cõsubstantialia patri Filium: sed quod restat, expone mihi de vite. A T H. Duo genera vinearum solent commemorare scriptura, vnam quidem bonam fructuosam, hilarem, lætificantemque cor hominis nimirum Dominum Iesum Christum: alteram verò diabolam, rabiem, venenumque distillantem, vt scriptum est, Vitis eorum è Sodomis est, & palmes eorum ex Gomorra. Vna eorum, vna fellis, racemus acerbitudinis vinū eorum, furor aspidum insanabilis. **Quin** & populus nomine vitis appellatur, & iusti subinde vineæ nuncupantur. Simpliciter autem & absolute, & distinctim, Ego sum vitis illa vera, de se dixit seruator, ne ex communiōne vocabuli, adnumeraretur prædictis vitibus, vel cum diabolo, vel cum vite translata ex Ægypto, & plantata, vt faceret fructum vix, & spinas fecit, ac propterea de se cum appendice locutus est, Ego sum vitis illa vera, cuius fructus vita est, gaudium, pax, dilectio, iustitia, fides sincerissima, cognitio, religio, sanctitas, grauitas, humanitas, mansuetudo, cõtinentia, aliæque similia. Et quoniā palmites, qui eiusdem generositatis sunt, vere illius vitis palmites sunt, oportet eos similem fructum proferre cum ea vinea, cuius sunt palmites. Apostolis igitur dixit, dum eos instruit, vt manerent in fide, ne dum defiliunt è veritate quemadmodum Iudas fecit, infructuosi reddantur. **Qui** enim elabuntur è Domini charitate & fide, quasi palmites amputati, abiiciuntur extra diuina. Adhortatur igitur discipulos, vt sobrij sint & alacres, dum inquit, pater meus agricola est, ac si diceret, Scire vos volo, quod si pater quempiam colat, ille meum fructum refert, non si nens alienum fructum in veris palmitibus vitis germinare: Nam deambulans in vinea, hoc est, in cellis animæ, omnia putrida & insolentia tollit, ne lignorum luxuria insolens, fructum eorum non proferat quem agricola desiderat. Cæterum quia sensibilis vineæ mentio conferre aliquod nobis potest ad quæstionem propositam, initium hinc sumamus ad eius rei interpretationem conficiendā. Siquidem vitis sub hyemen florens fructificosaque relinquitur contra incursum hyemis crudelissimo assultu frigoris folia nonnulla tabefaciens, quæ per imbecillitatem caduca, à summo cacumine humi delabuntur: sed tamen per id tempus etiamnum vitis palmites suos retinens, hyemis violentiæ non cedit: & quamquam nonnulli ex palmitibus diuturnitate immensi frigoris lædantur, vitis tamen suo in statu permanens, cum sanis adhuc palmitibus, hyemen transmittit, hybernâsque ærumnas euadit. Cæterum quum ver attigerit, hoc est nouum annum, iam illa se putat ad requiem peruenisse: sed agricola derepente superueniens, cultrum illi inducit: principio diligenter circumspectens omnes palmites, incipit læsa ab hyeme amputare, deinde etiam sana à tertio quoque aut quarto oculo rescindere: vitis autem ita nudata & icta ferro sublimis consistit, & in cælum respiciens ad triduum lachrymat, nacta deinde consolationem ex diuina prou-

Filius dextera et brachium appellatus.

Vinearū duo genera.

Deut. 32.

Ioan. 15.

Palmities. I. Christianos decet à vite. I. Christo nō degenerare.

Ibidem.

Vitis.

Christus est vitis vera quomodo.

Hiberni venti vitis vera infesti.

Ioan. 6.

Palmites steriles.

Hyems.

dentia, omillis lachrymis, de repente ingēti numero copiosque palmitum refrondescit, talisque apparet qualis antea fuit vel potius speciosior. Atque ē superioribus de vera vite dictis, manifestius intelliges quæ sequuntur. Dominus igitur personam vitis palmitosæ & opacę sustinens, tum propter multitudinem discipulorum populorumque, vndique ad eum pro auxilio ventitantium, adeo vt numerus fidem superet, partim desiderio eius, quo illi, vt palmites inseparabiliter adhærerent: partim spiritualis commodi gratia, ne utiquam extra cum esse, sed cum illo esse cupientes: aliique ab eo sanitatē quærerent, alij rursus nomine Messię exciti, quum illum audirent aduenisse, ad eum se cōferrent, quo illud admirabile spectaculum Deum in homine præsentem contuerentur, cumque in corpore cum hominib. conuersari. Hic quum omnia gaudio redundarent, nemoque ab eo discedere vellet, velut densa aliqua vitis, inter tot myriades agminū secū ambulantium incedebat: verum omnibus Christo ob eius desiderium vnitis, vt experimentum de rot sectatoribus caperetur: cæpere hiberni venti summa cacumina perflare, multisque proinde frondiū instar exarescentibus euenit, vt non pauci ē vitali ista vite exciderint, dum isti metu principū sacerdotum, ne exularent ē synagoga, vitam suam abnegāt quarum rerum exempla etiam nunc videmus, quū hypocritæ nostri temporis, cæterorum omnium securi, malunt gloriam persecutorum Ecclesię, quā gloriam Dei. Non defuerunt etiam tum, qui nullā voluptatem sentirent ex spiritualibus & diuinis verbis Christi, retrorsum auerterentur, obrectantesque beneficiorum auctori, has voces edebant. Quis potest eum audire? Quod ipsum & nostris temporibus faciunt, qui veritatis comites præbere se nolunt, eò quod comites fidei sint tribulationes & pericula. Aiunt enim, Quis potest seruare traditionem præceptorū Domini & fidei? Quin etiam nunc infidelitatem Iudæ vehementia frigoris ostendit, quum quidam etiam nunc amore mundi deuicti, olim discipuli & affectæ Christi, quibus ipsis gazophylacium concreditum fuit, contra Christum Synodos nefarias conciliant: Non quod ille ignoraret illorum imbecillitatem, sed eos dominicis pecuniis fungentes prōptiores redderet, ad fortiter agendum pro Domino. At illi contra regem suum bellum suscipiunt propter mundi amorem. Istiusmodi palmites, vicem ignobilium steriliūque ramorum sustinent, reseccanturque ab agricola, vt fiant alimonie ignis æterni. Hyems porro illa veræ viti, hoc est, Domino acius imminet, quum nūc Scribæ & Pharisei eum lapidare vellent, metu ab inceptis resiliētes, ne ab iis qui Christum amabant, occiderentur: nunc cum comprehendere anniterentur, sed frustra, quod illis à Iesu concessum non fuit, quoadusque veniret dies & hora ante secula à Domino præconstituta, in qua illum oportebat pati: nunc cum præcipitare satagerent, illo per medium illorum inoffensè transeunte, aliæque infinita pericula incumberēt, quæ impotentia quidem grauitur, sed repulsa fortiter, in nihilum euanescebant. Cæterū quū iam noui anni principium adisset, quo tempore oportebat Pascha immolari secundum oracula Dei, omnēque colligationes iniquitatis ex mandato Dei soluendæ essent, & vt elemosynis Deum sibi propitium redderent, nec

A proximum odio haberent, neque quicquam molerentur aduersus quempiam mortalium, ob generis humani communionem, sed vt in pace ipsi purgatissimi victimas offerret, per id tempus Dominus, quod pacis & festæ dici erat, Hierosolymam cum discipulis venit non vt ignarus eorum, quæ sibi euentura essent, sed vt maximè eorum, cōsciū, quippe qui discipulis futura prædixerit: Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur in manus presbyterorū & Scribarum, & tradent eum gentibus, & condemnabunt eum morte. Vt igitur iniustitia iniquæ turbæ Iudæorum innotesceret, venit pax in Hierosolymam: illi autem qui paci infesti erant, viso eo perturbabatur. Odiosa siquidem res est pax, hostibus & homicidis, vt qui potius malis gaudeat, quā aut rebus bonis aut fecunditate pacis. Quapropter obseruantes locum vbi Christus erat cum discipulis, eò de repente armati superueniunt, & prius omnibus inspectis, nefarias manus in eum coniiciunt, adhuc discipulis apud eum consistentibus. Ille autem placide sceleratis ait, Si me quæritis, sinite istos abire. Discipuli porro contuentes tam grauiā pericula & tentationes, non præsentē ipsis virtute Spiritus sancti, relinquentes magistrum & Dominum fugam arripiūt. Illi vero vt domestici familiarēque satanæ comprehendentes Iesum, ducunt eum ad caluarie locum, vt crucifigerent eum ibi, omnia adimplentes, quæ prius de eo scripta fuere, & suspendentes eum fixerunt in cruce, non aliter quam vitem in pedamento. Ille autem relictus solus in cruce quasi binos & ternos duntaxat palmites retinens, manus in transuersum expandit, capite, pectore & pedibus in rectum protensis, percussus, præter ceteros ictus, etiam hasta lachrymabatur suo sacratissimo sanguine, quasi scatebris fontium: post triduum vero resurrexit, nihil diminutus, sed qualis antea fuit: imo magnificentior apparens, certissima fide adimplens corda discipulorum, quod ipse esset eorum vita, progerminauitque sibi post resurrectionem ingentem numerum discipulorum, multo maiore quā antea. Nec in Iudæa solum, sed & vsque ad mare palmites suos extendit, operuitque montes ymbra eius, & propagines eius cedros Dei. Pie ad istum modum tractatio de vera vite, quatenus datur, concipi debet. A R. Valde bene se habet, reliqua mihi superest quæstio de Spiritu sancto. Nam de Filio tecum confiteor, cum per omnia æqualem esse patri, id tantummodo excipio, quod ille sit omnipotens. A T H. Nihil eorum confiteris quæ ad pietatem spectant. A R. Qua de causa? A T H. Firmiter credendum est, æqualem esse Patri Filium, & omnium eorum Dominum esse, in quos dominium habet Pater. A R. Ego de omnipotentia loquor, nō quod non omnibus dominetur, quibus pater suus. A T H. Omnipotēs quid igitur est? A R. Ex eo dictus est, quod omnia sub sua potestate teneat. A T H. Quid ergo Filius secundum te omnia sub sua potestate non habet? A R. Recte & hoc cum cæteris narra. Omnia enim sub sua potestate habet & omnium est Dominus Filius, quemadmodum & Pater, quum sit vna substantia Patris & Filij, ac proinde vna deitas & omnipotentia: reliquum est vt de Spiritu sancto quæramus, quandoquidem in principio statuebas eum Patri & Filio consubstantialē esse. Ego autem contradicebam, quum documenta

Ioan. 13.

Venit pax in uerum.

salutem.

fax bestis.

bus bestis.

hemici-

dis edifi-

Ioan. 18.

Christus post passio-

nem multos

habuit di-

scipulos

quos am-

te.

Quod si-

lius sit om-

nipotens.

Quod spiritus sanctus sit Deus. Ioan. 17. Ioan. 14.

Mar. 16.

1. Cor. 6.

Gen. 6.

Rom. 4.

documenta habeam ex sacris scripturis, illum creatū esse, vt paucis tibi dicam, istius rei comprobationē ostēdam potissimum ex eo quod Ioannes affirmat omnia per Filium facta esse, nihil cooperante cum filio Spiritu sancto: Deinde quod emittatur à patre ē cœlis ad præsidium Apostolorum. Iam quod de loco in locum transit, id transitorie substantiæ est, ex qua re liquet eum conditæ naturæ esse, & nequaquam inconditæ, quā confitemur esse in beata illa essentia patris & filij omnia continente, & vbiq; præsentē per suam essentiam, quemadmodum in superioribus verbis à te concessum fuit & à me consensum, nō tibi, sed veritati, quum etiā Deus id per Prophetam loquatur, Ego sum qui vibrando iaculor, quibus ego arbitror te non posse cōtradicerē. A T H. Scriptum est, Estote sancti, sicut ego sum sanctus, sanctificans vos. Et Seruator iterum ad suum Patrē de sanctificatione discipulorū ita locutus est: Pater sanctifica eos in veritate tua, quum tamen idem de se ipso dicat, Ego sum veritas ac proinde secundum ista ipsa Patris Filijque diuinitas, & sancta est & sanctificans, vt quæ sanctificet omnia rationalia, quæ digna habentur ex libero studio & arbitrio recipere beatā essentiam in communionem sanctificationis. Si igitur Spiritus sanctus non est substantiæ Patris, cur cum Filius Dei in consociatū sanctificationis adnumerat? Ita enim Dominus ad discipulos loquitur: Proficiscētes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Si ergo omnes gentes quæ fidem recipiunt & sanctitatem, sanctificantur trina illa beatissima nomenclatura, certū est etiam Spiritum sanctum, eius etiam deitatis esse, cuius est Pater & Filius, quum & ipse sanctus sit ex substantia, & sanctos faciat omnes appropinquantes suæ communioni, vt dicit Apostolus ad Ephesios, Sed abluti estis, sed sanctificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu eius qui est sanctus. Qui si non est Dei patris & filij substantiæ, rursus dico, cur connumeratus est cum patre & filio? Et quasi patris filijque diuinitas non sufficeret ad sanctificationem fidelium, assumpsit, & paraclētum spiritum veritatis ad complementū sanctificationis, si ille nō sit eiusdem cum ipsis substantiæ? Quod si admittatur, quomodo dicere possumus numē nullius egenum, & ex se perfectum esse, nullaque re opus habere ad vim facultatēque benefaciendi? A R. Si æternæ deitatis cōsubstantialis esset spiritus, omnino omnibus in locis per essentiam præsens esset, neque quum emittitur, de loco in locum procederet. A T H. Sancti Angeli habentne Spiritum sanctum, an nō? A R. Admodum. A T H. Sempërne illis adest, an ad tempus sanctis illis potestatis præsto est? Age ergo dic mihi, quatenus Angelos sanctos esse existimas, & quatenus nō, certum est enim in Spiritu sancti essentia eos sanctos non esse secundum verbum Dei ita dicentis, Non vtique permanebit Spiritus meus cum hominibus istius ætatis, eò quod carnes sint. Et Paulus Apostolus ait, Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si igitur causa malorum operum in hoc est, quod Spiritus sanctus non sit cum peccatoribus, nec in iis habitet, cōsequens est, Angelos esse administratos peccati, nisi vbiq; habeat Spiritum sanctum. A R. Vbiq; habent potestates illæ Spiritum sanctum. A T H. Et sancti patres, qui à

condito æuo placuerunt Deo, coniunctum sibi habebant Spiritum, & nunc quoque habent, an non? A R. Habent, & habuerunt omnes sancti inseparabiliter Spiritum sanctum. A T H. Apostolis quum adhuc in carne agerent, adheratne spiritus sanctus an non? A R. Nefarium est dicere, non adfuisse Apostolis Spiritum sanctum. A T H. Simulne ibant prædicantes regnum cœlorum, an dispersi sunt in duodecim partes mundi? A R. Separati sunt à se inuicem quantum ad carnem attinet, vt docerent omnes gentes fidē eam quæ est in Christo. A T H. Si igitur Angelis adest Spiritus sanctus, & sanctis animabus patrum, quæ Deo placuerunt, Apostolisque præsto fuit, ipsis inter se longis intercapedinibus ob prædicationem regni cœlorum distantibus certe vniuersa implet Spiritus sanctus, vbiq; essentialiter præsens non aliter quā Deus pater & vnigenitus filius eius. A R. Donetur vt per essentiam suā vbiq; adsit Spiritus sanctus. Sed qua de causa à vniuersa. Propheta dictum est sub persona Dei, Ego Deus vester, coruscans terribile, & creans spiritum, nisi ille esset vis quædam, & potentia per creationem condita? A T H. Sempërne Spiritus sanctus creatur, an semel dūtaxat creatus est pro tua sententia? A R. Ne mihi interrogationes, nisi quæ sanę mentis sint facias, ante omnia secula dico creatum fuisse Spiritum sanctum. A T H. Propheta dixit, Creans, quæ vox Propheta indicat, Deum perpetuo creare: Ergo nō de Spiritu sancto illud, Creans, prædicatur: sed de statu ventorum ad instaurationem vniuersæ creature, eritque tibi liquidissimus istius loci intellectus, si in manus sumas Prophetam & sequentia legas. Nam si, quemadmodum tu tradis, ante omnia secula creatus est Spiritus, dixisset vtique, Ego Deus, firmas tonitru, & qui creauit Spiritum, nunc autem ad istum modum locutus non est. A R. Bene illud à te obseruatum est, sed in his verbis: Omnia per ipsum facta sunt, cuncta simul includuntur, etiam Spiritu sancto in ordinem sanctorum redactō et si summum præsidium potestatisque fuerit in eo ad rerum creationem. A T H. Dominumne omnium patrem Domini Iesu Christi sub creatitia natura cōprehendis, an non? A R. Absit, vt hoc dicam: nam audiuius id quod à Seruatore nostro dictum est, Nemo ē cognoscit filium nisi pater, neque patrem nisi Filius. A T H. Est ne quispiam mortalium, qui foris intusue à spiritu suo cognoscatur, an nō? A R. Apostoli vox est, neminem scire ea quæ sunt altærius hominis, nisi quod quisque noscatur duntaxat à suo spiritu: & qui fieri posset, vt dicas rem ita se non haberē? A T H. Dei profunda quis cognoscit? natura cōdita, an incondita substantia? An rem intractatam à creatura comprehendere dices? Sin minus, ab increato increatum intelligi asseuerabis: quod si fit, superest vt Spiritum sanctum patri & filio cōsubstantialē fatearis. Omnia enim quæ sunt Dei, etiam profunda cognoscit Spiritus sanctus, secundum beatū Paulum ita loquentem, Nemo nouit ea quæ sunt hominē nisi spiritus hominis qui est in eo: ita quæ sunt Dei, nullus scit, nisi spiritus Dei: Spiritus enim omnia scrutantur, etiam profunda Dei. A R. Omnia quæ desunt, quatenus Deus voluit, cognoscit Spiritus, nimirum ea cōsilia, quæ ei manifesta facta. A T H. Ergo nihil eximium tribuit Spiritui sancto supra hominum genus: Siquidem non faciet quippiam Deus, nisi reuelauerit seruis

Spiritus sanctus implet vniuersa. Esa. 42.

Interpretatio.

Spiritus sanctus oia profunda cognoscit. Rom. 8.

suis Prophetis. A R. Nonne tibi videntur omnia Dei, consilia Dei esse? A T H. Omnia quæ sunt Dei, ista vniuersa appellatur, quæ vi operaque eius sunt condita, siue visibilia siue inuisibilia. Ac multa sunt quæ hoc nomē, quod dei sint, promeretur: Quapropter mihi dicas velim in præsentia, num homo suo spiritu omnia adaperiat, an spiritus qui in illo est, omnia ista quæ ab homine aguntur, ex se cognita habeat, quum homo ad ea ipsa agenda à suo spiritu concitetur? A R. Ex se cognita habet spiritus qui in homine est, ea quæ sunt hominis. A T H. Spiritui mortalium concedis ex se cognoscere, quæ sunt sui hominis: Spiritui autem Dei non concedis eadem ratione scire? Ad hæc, quid nam profunda Dei esse intelligis? A R. Primum veraciter confitendum est, omnia quæ sunt Dei, spiritum Dei ex se scire: Deinde dicendum est, quæ sint profunda Dei, quæ ego appello Dei infinitudinem, incomprehensibilitatem, & quod est, & quomodo est. A T H. Quid? infinitudinem istam & incōprehensibilitatem, & quod est, & quomodo est, comprehendi dices ab aliqua condita natura? Id si fieri potest, certe pro tuis verbis incōprehensibilis non erit. Nam si comprehenditur ab aliqua creata natura, iam non poterit incomprehensibilis dici. A R. Des mihi testimonium ex sacris scripturis, quemadmodum de filio fecisti, spiritum esse consubstantialē Deo. A T H. Scriptum est in lege, Non sumes nomen Domini Dei tui in vanum: non enim purum reddet Dominus eum, qui suum nomen in vanum acceperit. Itidem de spiritu inuenimus à Seruatore nostro scriptum: ait enim ad Beelzebub filios, qui ei cōtumeliam facere volebant, Omne regnum in se diuisum, per se desolatur: & omnis Ciuitas aut domus in se diuisa, per se cadit. Et si Satanas satanam eiicit, & aduersum se insurrexit & diuisus est, quomodo igitur stabit regnum eius? Aut quomodo vasa instrumentaque fortis alicuius diripere potest, nisi prius ubi inuasit in ædes, fortem illum ligauerit, & tunc domum eius diripiet: Et si ego in Beelzebub eiicio dæmonia filij vestri, in quo eiiciunt? & paulò post subiicit: Propterea dico vobis, quod omne peccatum, & omnis blasphemia remittetur hominibus: Blasphemia autem in Spiritum sanctum nō remittetur, & si quis dixerit verbum in filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Vidēsne hic æqualem, esse spiritū Dei, idque etiam in futuro seculo? Vt enim qui in Deum patrem blasphematur, non purificabitur, quominus obnoxius sit æternæ punitioni: ita quoque qui in Spiritū sanctum blasphemias dicit, reus erit æterni peccati, lapsu huiusmodi extra veniam constituto. Si enim spiritus ille seruilis cōditionis esset, nequaquam is, qui in eum offenderit, æterno supplicio plecteretur, sicuti is qui in creatam Dei magnificentiam blasphemias dicit. Quem autem hic Filius Dei spiritum appellat, eundem illū quidam ex discipulis Christi de eo tractans, digitum Dei nominat: fac vt animo repetas inquisitionem de filio in Exodo habitam, & inuenies æternam Spiritus sancti potestatem consubstantialē esse Patri, eò quod digitus ipsius nuncupetur. Certe Magi in Agypto inexpugnabilem potentiam spiritus contemplant, exclamauerunt, dicentes, Hic est digitus Dei. Quibus verbis nihil aliud illi, quam con-

substantialē Spiritus sancti virtutem cōfitebantur, quam habet cum Deo patre, per hanc vocem, digitus Dei, contra quem oculos aduersum tollere impossibile est. Et ne quis cauillari possit, non recte dictum à Magis esse: Euangelistæ, vel potius in illis vocem domini auscultat, qui id vt recte dictum approbavit. Si ergo, inquit, in digito Dei eiicio dæmonia. A R. Vbi scriptum est Spiritum sanctum deū esse? A T H. Vbiq̄ hoc prædicant sacra scriptura, Deum esse Spiritum sanctum, eumque non separatim esse à dei & patris filiique vnigeniti maiestate. Dicit enim Petrus in actis ad Ananiam, Nunquid manens tibi manebat, & diuenditum in tua potestate erat? cur posuisti istud in corde tuo, vt menteris Spiritui sancto, non mentitus es hominibus sed Deo. Vides, quod quem in superioribus nominauerat Spiritum sanctum, in sequentibus appellauit Deum? Insuper & beato Paulo in secunda ad Thessalonic. epistola loquente ad istum modum, Dominus autem dirigat corda vestra in dilectione Dei, & tolerātia Christi: In hac epistola, quemnam Dominum appellari putas, omniumne dominum Deum patrem, an spiritum sanctum? Nam Christū expresse recensuit. Si enim primo loco patrem cōstituas, deus est Spiritus: sin Spiritum primo loco ibi nominatum confiteris, necessum est, vt eum dominum cognoscas: quod si dominum est, nimirū Deus quoque habendus fuerit. Scriptum est enim, Ego sum Dominus Deus tuus. Quare & inuenies vbique scriptum, eiusdem efficaciam esse Spiritum sanctum, & cum à gloria patris & filij abiunctum non esse. A R. Quare igitur scriptura nusquam dicit vt honoretur Spiritus sanctus vnā cū patre & filio? A T H. Scripturæ sacra manifestè loquuntur, omnes potestates, in cœlis incessanter honorare Spiritum Sanctum cum Patre & Filio, vt Esaias dicit. A R I V S. Cum Patre & Filio venerandum esse Spiritum sanctum, nusquam in scripturis dicitur. A T H. Erras. Quum vidisset Esaias maiestatem Domini, & exercitus sanctarū potestatum, quid ait eas clamare in sacris hymnis? nonne Sanctus, Sanctus, Sanctus? Cur neque supra hunc numerum in hoc hymno modulando transcendunt? neque inferius descendendo Oden illam comminuunt? Certe ea de causa, quod præter Trinitatem nefas sit, quenquam istiusmodi honoribus affici, nefasque item sit, ob beatam Trinitatis deitatem in vnitatem consistentem, quicquam de huiusmodi hymno decerpi. Quin & Moses, qua de causa docuit populum vt ter flectendo ceruices & genua, adorarent: nonne ob Trinitatis in vna deitate adorationem? Sed oraculorum diuinorum interpretes & vates Helias terrena inspiratione excitat filium viduæ, nihil aliud ea re ostendens, quam non posse quempiam dignum fieri æterna vita, nisi primum æqualem & consubstantialē & viuificam Trinitatem, per religiosam fidem in anima reperit, quæ instar ignis consumit omnia mortalia peccata mortificantia animam, & viuificat animam quæ iam inde possidet vitam æternam. Quin & ipsum Christiferum Paulum non potuisse aliter ad tertium cœlum ascendere, certum est, nisi in pectore suo possediisset indeficientem & consubstantialē Trinitatis fidem. Atque eodem exemplo Deus ostendit, neminem posse appellere in regnum cœlorum, qui non fuerit eius fidei, quæ in paulo habitauit. Quid? nonne & remissionis peccatorum vi-

Profunda dei.

Exod. 20.

Math. 12.

simile.

Mat. 12.

Act. 1.

2. Tim. 1.

Exod. 10.

In margine hac habentur in Græco textu.

Ex sermone contra Theologus affert tribus sanctificationibus dominum in vnitatem considerandum esse.

2. Cor. 12.

Ioan. 10. Arius errorem suum fatetur.

Arius Patrem & filium & Spiritum sanctum adorat.


Sabbatum Christi in diem dominicam transfuit.

Mat. 12.

catorum viuificum & sanctificum lacrum, sine quo nemo visurus est regnum cœlorum, in trina nominatione fidelibus tribuitur? Insuper præter ista omnia Ioannes dicit, Et hi tres vnus sunt. A R. Vere beati omnes, qui istam fidem retinent, & vsque ad mortem eam confitentur, & pro dignitate istius fidei agunt. Nam & ego resurrexi excitatus à mortuis: mortua enim res, error, & mortificat suum possessorem, & dirigit animam quæ se ei comitem præbet, vt petulantis fermentetur, efficitque ne signa æternæ vitæ, quæ ante oculos sunt agnoscat, quibus futurum esset, vt relinqueret mortem & eius filium errorem, & se vindicaret viuificæ fidei, quum enim quisque in se sit vnus homo, vnā æternæ & consubstantialis Trinitatis fidem habere debet, Ex hac infidelitate liberauit me Dominus, quæ non vnā fidem, sed triplicem docet, vnā de Patre æterno, alteram de filio creato, tertiam de Spiritu factitio. Quum certum sit non posse vnā esse ex tam multis diuersa naturæ personis fidem, Ego igitur gratias ago sanctæ Trinitati, adoroque Patrem, & Filium, & Spiritum sanctū. Iam ergo deinde dilecte simul deprecemur. Ego enim omnia indumenta erroris exuens, ea abicio per misericordiam Dei. A T H. Adhuc amictum erroris gestas, sed in melius mutata sententia cum abicies, & poterimus in vnū preces coniungere. A R. Nisi mihi liquidissime exprimas, non possum sentire, me quicquam retinere illius furiosæ hæreseos. A T H. Dignitatem clericalis ordinis tributam tibi ab hæresi, non existimas partem erroris esse, quod foris quidem præ se fert speciem pietatis, intus autem plenum est maledictione, adeo vt homo eo sacrilegio promptum spiritus gigantæ instrumentum fiat, ad dei oppugnationem? A R. Confiteor tibi in præsentia, non acquiescit mihi animus, nisi eiicero tyrannidem istius ambitionis ex mēte. A T H. Si coite nequeunt partes erroris cum virtute, multò minus cōueniant partes virtutis & veritatis cum partibus erroris. Contrarium enim mendacium veritati, & mendacio veritas: vnunquodque enim eorū ex fructibus suis cognoscitur, quæ admodum dixit veritas. Completa est diuino numine adiuuante S. Athanasij contra Arium disputatio.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ HOMILIA DE SEMENTE.

N die sabbathi congregati sumus nō quod laboremus iudaismo: nunquā enim falsa sabbatha vel attigerimus, sed in sabbatho ideo conuenimus, vt Dominum sabbathi Iesum adorem. Olim certe præscis illis hominibus in summo precio sabbathum fuit, quam quidem solennitatem Dominus in diem dominicam transfuit. Neque nos tamen nostra autoritate sabbathum vilipendimus, sed Propheta est qui illud reicit ac dicit: Nouilunia vestra & sabbatha vestra odit anima mea. Quoadusque enim ea agebantur, quæ digna erant legis institutione, vel potius quam diu nondum venerat magister, res Pædagogicæ vim suam auctoritatemque obtinebant: Cæterum quum iam adesset magister, irritus ociosusque factus est pædagogus: vt exorto sole, candela cessat. Opportune igitur & conuenienter de sabbatho nobis habita est ista lectio. Audiui-



mus enim iam quomodo Iesus ibat per sata, & quomodo aridam manum sanauerit. Quapropter mihi rectum videtur, si pauca in lectionem Euangelij differamus. Saluator ergo noster ibat per sata, & discipuli eum sequebantur, & vellentes spicas comedebant, iudæique illos increpabant, dicentes: Non est licitum hoc facere in sabbatho. Ex qua lege Iudæis id licitum non est? ex qua promulgatione? ex cuius Prophetæ verbis? vbi vetitum est vesci esurientem? vbi scriptum est nefas esse inanem ventrē implere? Atqui illi qui esum in sabbatho pro crimine obiciunt, ipsi eadem in Dominum ipso sabbatho moliantur: Refert enim scriptura in Euangelio de die, in qua Dominus passus est: Erat autē dies ille magna sabbathi. Legis ergo latorem iudem per sabbathi diem è medio tollunt, & discipulos vesci in sabbatho non permittunt. Ideoque Saluator, vt ex iam recitatis patet interrogabat eos quid facere liceret, benè facere, an male: vitam seruare an perdere? vesci culpatis, & cædes facitis. Semper enim Iudæi culicem percolant, & camelū deglutunt: semper exacte agunt in reddendis decimis rutarum & olerum, quum interim quæ grauiora sunt legis, non obseruent, & peragratis segetes discipulis, indignantur, quod spicas manibus confricarent ad edendum, quum tamen eas ferro non resecarent, quod si fecissent, opere eos sabbatum violasse cauillaturi fuissent: quapropter neque ferreis instrumentis vsi sunt, ne pro crimine obiceretur, non quod vescerentur, sed quod operarentur. Nunc autem quid culpatis, quod à Deo in salutem datum est? Si enim Deus vesci non prohibuit in sabbatho, cur tu tantopere vituperas, quod à Deo interdictum non est? Transibat igitur Saluator per segetes, granum ipse nimirum frumenti per segetes, & spirituale illud granum, quod in certum locum aliquem cadens cum multiplicibus spicis per orbem terrarum exurgit: Ipse enim de seipso dixit: Quod nisi granum frumenti in terram cadēs mortuum fuerit, ipsum solum manet: quod si moriatur, multum fructus adfert. Tractemus hoc ipsum & aliter. Transibat igitur Iesus per segetes ipse enim aliquando granum frumenti nominatur, ob vim nutritiuam, aliquando etiam seminator est, prout in Euangelio dicitur, Ecce egressus est seminator ad seminandum. Spargit quidem semen largiter Dominus, sed tamen fructificatio fit secundum solum subiectum. Vbi enim terra lapidosa est, facile exarescit semen, non quidem impotentia feminis, sed vitio telluris: quum semen per se sit efficax: terra autem sterilis, quia profunditatem non habet: vbi autem non retinet terra succulentiam suam, ibi radij solares grauius incidentes exiccant sementem: ac proinde culpa est, Semen bō non in imbecillitate feminis, sed in corrupte- num quā- la agri. Rursus semen seminatur in spinosam ter- do nō fru- ram, & semen quidem efficax, sed tamen suffo- ctificat nō- catur à spinis, & efficacia interior non permit- est in cul- titur fructificare ob exterius impedimentum. tur. Quod si semen nanciscatur bonam terram, reddit Mat. 20. non parem fructum, sed pro vno trigenta, se- Apostoli xaginta & centum: vniforme quidem semen, sed dispersi mortiformis fructus, diuersaque mentes co- per vni- rum qui erudiuntur. Egressus est igitur seminare uer sum- Seminator, & quædam per se, quædam per di- orbem. scipulos operatur. Et habes in Actis Apostolo- Act. 7.

Mar. 3. Luc. 6. Mar. 11. Mar. 2.

Luc. 11.

Christus granum frumenti nominatur, ali- quando etiam seminator dicitur.

Semen bō non in imbecillitate feminis, sed in corrupte- num quā- la agri. Rursus semen seminatur in spinosam ter- do nō fru- ram, & semen quidem efficax, sed tamen suffo- ctificat nō- catur à spinis, & efficacia interior non permit- est in cul- titur fructificare ob exterius impedimentum. tur. Quod si semen nanciscatur bonam terram, reddit Mat. 20. non parem fructum, sed pro vno trigenta, se- Apostoli xaginta & centum: vniforme quidem semen, sed dispersi mortiformis fructus, diuersaque mentes co- per vni- rum qui erudiuntur. Egressus est igitur seminare uer sum- Seminator, & quædam per se, quædam per di- orbem. scipulos operatur. Et habes in Actis Apostolo- Act. 7.

rum post lapidatum Stephanum, apostolos dispersos, & quasi disseminatos fuisse non quod imbecillitate disiecti, sed fidei gratia ita diuisi essent. Sed enim ita dispersi, vi seminantis frumenta effecti sunt ad panem supercaelestem, vniuersumque orbem peragrantes, viuificę doctrinę virtutes efficacialque disseminauerunt. Spiritualium igitur Seminantis Iesus vnigenitus Filius Dei, ibat per sata, qui non solum feminum, sed etiam sensibilem est Seminantis. Adhuc enim in initio dixit Pater: Producat terra germen herbę seminans semen secundum genus & similitudinem sui: quod Pater dixit, id Filius perfecit: ille quidem imperauit, iste vero imperata absoluit, atque ita ex Patre per Filium opus conditi orbis ad plenum perfectum fuit. Qui igitur intellecta alia seminauit, & sensibilia Patris nutu creauit, is est, qui per segetes transibat. Ingentia certe in seminibus miracula. Videamus ergo temporibus seminantis, ea quę ad feminum pertinent, & per hybernas horas, ea quę sunt terrę germinalescentis, disputemus, non vt Physicas rationes edisseramus, sed vt istorum miraculorum designatorem adoremus. Homines igitur quod suum est, operantes iungunt ad aratrum boues agricolas, persulcant terram, commoliunt superficiem soli, vt pluias recipiant, & subsidentes profundius germina humectet: Semine porro in mollem terram deiecto duplex omnino compendium sentitur: primum quod altius subsidant, alterum quod lateant, nec ab auiibus deuorentur. Hic quidem homo, quod in se est, facit, sed tamen fructificatio e cęlo proficiscitur: Hominis siquidem est feminare, Dei autem incrementum dare, imperioque Dei nubes ex marinis abyssis aquas hauriunt, & falgine in dulcedinem versa solo infundunt. Vniuersum quidem ista est pluuia quę deiicitur, sed tamen multiplicem operatur sementem: frumentum enim efficit, fabam, milium, zeam. Vnum igitur est quod descendit, sed multa sunt quę inde crescunt, & vniuersitas pluuiarum in multiplicem fructificationem abit, vt declaretur non dexteritate seminantis, sed Dei viribus fructificationem fieri. Principio autem sementis herba assurgit: verum quia aliquando frumentum vnā cum zizaniis seminatur, fit, vt ex similitudine foliorum discrimen non sentias, nec frumentum a lolio internoscas. Ceterū quū semētis inualuit, & in altū se spica attollit, discriminē sentitur, & fructificatio ostēdit, quid pro frumento quid pro lolio habendū sit: Si intelligis quę dico, progredere ad magis spiritua lia. Seminauit Iesus verbum regni cęlorū per orbē vniuersum opera suorum discipulorum: qui autem auribus excipit id quod prædicatum est, illudque retinet, eatenus certe germinationem foliorum edit, quod in Ecclesia se diligentem præbet. Nos igitur in eundem locum conuenimus, tum qui dutores panis sumus, tum quia zizania, fidelis scilicet & hypocrita. Imo vt verius eloquamur, quod prædicamus, agricolę Ecclesię sumus, ligonemque verborum aruis inducimus, vt colamus agrum istum ad fructificationem, sed tamen ignoramus subiecti soli conditionem. Similitudo foliorum frequenter imponit magistris culturę: verum vbi doctrina in opus præcedit, & fructus operum solidior euaserit, tum agnoscitur, quis fidelis, quis item hypocrita. Quemadmodum (vt fit subinde) vbi in vrbe venit

Narratio est historie seminantis, & seminis.

Pluuia licet vniuersa multiplici operatio.

Agricola Ecclesia

simile.

vir Gręcę docendi peritus, ibi captator voluptatis aurium, in Ecclesia deproperat, non vt medicinam animę, sed vt duntaxat pulchritudinem verborum rapiat, recedit facidus ille habita oratione, recedit etiā ab Ecclesia zizaniū: non enim habet quicquā frumentale, hoc est, fidem. Fidelis autem si quis facunde dicat, ad templū contendit, æquę auditorus illum, siue Latino, siue Syriaco, siue alio quouis sermone vtatur. Nō enim verba quærunt, sed opera: Sermo enim noster, & prædicatio nostra, nō in persuasibilibus humanę sapiētię verbis sed in exhibitione Spiritus & potestatis cōsistit. Quid refert si Gręcę loquamur, & animo barbari sumus? Quid prodest si concinnus est sermo, & mores sint inconcinni? Multo præstantius est, ne scire quidem Gręcę hiscere, & legem dei in corde possidere. Si enim Ecclesia esset auditorium rhetorum, opportuna res esset eloquentia: sed quia certamen de moribus, & de fructificatione propositū est, & cęlum est quod expectatur, non lingua requiritur, sed mores boni. Alij rursus laborant studio placendi hominibus, & ad tempus simulationē induunt: quod si clara persona vel ex plateis, vel ex aulis accedit, & Christianismum profitetur, decurrunt in Ecclesiam, vt homini illi suū vultum ostendant, mox quum ille vir clarus abierit, abijt & vnā simulator recepta sua mercede, ob hominem venit, & homini placuit, a Deo nihil quicquam accepturus: non enim illi mētem suam ostendere in votis habuit: Istiusmodi sunt zizania Ecclesię. Sed habet quiddam admirabile agricolę Ecclesiastici sermo, vt pote qui & zizania frumenta efficiat in gulis, prout eorum voluntas fuerit. Quum enim vltro neus sit hominum motus, & sui arbitrij mens, in te situm est, vel sine temetipsum lolium fieri, & pabulum brutorum animalium, an potius in frumentum mutari. Quærunt exēplar istius rei, sume ab arboribus quod quærunt: siquidem oleaster insitus, efficitur legitima olea: & syluestris vitis, fatiur vitis palmitem accipiens, obliuiscitur vetustę suę radicis, & assumit nouitatem recētis. Obluiscere & tu priorū, & arripe quod dicitur, & omittit quod est zizanię, & assume quod est frumentale, vt & tu intra arcā spiritualis Ecclesię recipiaris. Hęc omnia vobis dicta sunt, ex occasione recitati Euangelij, quod de satis loquitur ob illum, qui in animis seminatur, liberatorem animarum Iesum transeuntem per sata. Ille autem de industria in sabbatho per segetes vadens, discipulos suos per segetes traduxit, quo tempore discipuli in peragrando vellebant spicas, easque confricantes manibus suis edebant, mire nouam aream ex manibus suis facientes: Iudæi vero obiurgabant discipulos vescentes, & aduersus præceptorem indignabantur, Vide, inquiunt, quid faciant discipuli tui: seque abalienantes a iustitia, non dicunt, sodales locique discipulorum nostrorum: sic enim se a magisterio exterminassent. sed vide, inquiunt quid faciunt discipuli tui, eique ostendunt quę iam illi patebant. Quid cordiū cognitori ostēditis quę ab ipso videntur? Nōne subinde experimento percipistis, cum mentium cogitata intelligere? Non ille qui dixit. Quid cogitatis mala in cordibus vestris, intelligit cogitationes animorū? scilicet spicarum confricationes nō videbat, nouus ille & admirandus mortuus, liber inter mortuos? Siquidem alij mortui, quasi vinculis circumdati per angustum

Auditi- rum duo genera in Ecclesia.

I. Cor. 2.

Concinnatoris boni mores plus prorsum quę eloquentia.

Zizania Ecclesię.

Mat. 20.

Mat. 9.

tramitem abducebantur: Iesus autem propter nos mortuus est, & descendit ad inferna, in medium mortuorum: & inter mortuos incedens, non solū liber sed & liberator mortuorum erat. Atque vt discas eum esse mortuorum liberatorem, audi Euangelij verba, Et multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt. Ipse item in motu mento positus est, & multa monumenta ad aperta fuerunt. Erat igitur is inter mortuos liber, quem reliquerant etiam noti, quum Euangelium narret, discipulos eius derelicto eo aufugisse. Fugerunt quidem a vitio, sed ita, vt pro eodem crucifixo mortem optent, & quod nihil eius in cruce remanserit, & post crucem vitam resumpserit. Verum hic nō mihi duntaxat, sed etiam Psalmo, quem ego recitabo, intendas, videbisque cōsequenter eius resurrectionem. Factus sum vt homo destitutus auxilio, inter mortuos liber, posuerunt me in lacu infimo: ego autem oratione mea ad te conuertar Domine, & mane oratio mea præueniat te. Quid? mortuus, qui nondum resurrexerat, orat? orat inquam. Si quidem post enarrationem sepulchri & funeris, mentio fit de ea oratione quam ad Patrem habuit. Quid igitur in veneratione habeamus dominicum diem, id fit in gratiam dominicę resurrectionis. Iudæi vero etiam posteaquam dictum est ab Esaia: Et sabbatha vestra odit anima mea, suo sabbatho adherent. Nihil mihi ergo commune cum eo sabbatho, quod Deus exosum habet nō loquor de circumactū dierum, sed de Iudaismo: Non enim dies vltos auersatur Deus, sed eos qui in diebus male agunt. Quin & iam adherescunt sabbatho, & Christum increpant, dicentes: Vide quid faciunt discipuli tui, non licitum est hoc in sabbatho facere. Seruator autem e diuerso rursus ad illos, Neque hoc legistis quod Dauid fecit? Ille qui ex Dauide est, Dauidis meminit: ex Dauide inquam secundum carnem: ante Dauidem secundum Spiritum: ita vt secundum carnem dauidis Filius, secundum spiritum, dauidis pater habendus sit, nimirum qui ex radice Iesse ortus, virga illa admirabilis sit, quę genus Iudæorum cōminuit, genus autem ethnicorum, vt gregem, in vnum cogit. Ipse siquidem est qui dixit, Et agam vos sub virga ferrea. Multaq; mentio est de virga Iesu: Dixit igitur ad Iudæos, Ne hoc quidē legistis quid fecerit dauid, quum ipse esuriret, & sui cum illo: & quomodo ingressus sit in domū Dei, & panes propositionis sumpserit, & comederit: quod nemini licitū erat facere nisi solis sacerdotibus? Prudēs auditor Ecclesiasticis dogmatibus, & lectionibus familiaris, hanc historiam cognitam habet, nec opus est relatu, tamen quia iā magna vis populi huc cōfluxit, qui non nisi superficialiam sacrorū eloquiorum congitionem habet, nondūmquam profunda sententiarum in pectus recepit, visum est mihi rectum esse si historiam cursim ostendero, vt cognoscatur qua de causa huius rei mentionem fecerit Dominus. Fuit igitur olim apud Priscos rex quidam Dauid, principio quidem pastor, postmodum rex, non quod regnum per vim arripuerit, sed statim quidem post peccatum Saulis, eiusque reiectionem a Samuele ad regnum inunctus, verum qui non statim ad regnum peruenerit, vt qui multis interim annis seruiert Sauli. Ac tum demum, quum Deo visum esset, regnum attigit. Patiebatur igitur ille insidias Saulis multis a se beneficiis asse-

Christus inter mortuos liber. Mat. 27.

Mat. 26.

Psal. 21.

Esa. 1.

Mat. 12.

1. Reg. 21.

Dauid. Ibidem.

Dauid persequitur a saule et Absalone filio suo.

cti, passusque est idem insidias Absalonis filij sui. Et hæc quidem vere acciderunt Dauidi, ac proinde ille nonnullas aduentus Christi imagines, speciemque præ se fert, Congruum siquidem erat proauum sui nepotis aliquas similitudines in se præferre, atq; hinc est illud: liber generationis Iesū Christi filij Dauid. Sunt ergo rerum similitudines, sed non inter se personarum dignitate pares. Fit enim seruus similis domino suo, sed neutiquam par. Dauid igitur pastor, pastor & Christus: de se enim inquit Ego sum pastor bonus, sed ille pastor peccudum, iste animarū. Similitudo quidem in rebus est, sed tamen magna diuersitas in dignitate. Vnxit Dauidem in regem sacerdos Samuel, baptizauit nostrū Saluatorem Ioannes vt sacerdos. Similitudo hic rursus in Actis, sed in subiectis personis ingens discrimen. Porro Dauid vnctus in regem, non statim arripuit regnū, sed sustinuit in longū tēpus seruire Sauli. Noster item Seruator rex genitus ante secula, nec temporarium regnum possidens, sed ante secula, rex, ex rege Deo genitus, & ipse quoq; seruire sustinuit. Non enim rapinam arbitratus est, se æqualē esse Deo, sed ipse exinaniuit seipsum, serui formā accipiens, vt absolueret quod de eo dispositum erat. Persequutus est Dauidem Saul, persequutus est Christum Herodes: sed neque Saul persequēs Dauidi nocuit, nec Herodes persequēs Christum læsit. Insurrexit aduersus Dauidem Absalon filius, insurrexit & aduersus Christum Iudas, & ipse quoque filius. Discipulos enim suos sequebatur Christus appellare filios, dicens, Ecce ego & filiolii mei, quos dedisti mihi, & rursus idem alloquens discipulos, eos filios nominat. Locus autē vbi sublatus est Absalon, manus Absalon in hodiernum diem nuncupatur. En quām exactē imagines istarum rerum inter se congruunt: siquidem locus ille non vocatus est pes Absalonis, sed manus Absalonis: neque item caput Absalonis. Prior enim fuit capite manus, quę proditiōnem exercuit, secundum exemplar istius rei: ac proinde quasi negotio manu gesto, per vocabulum manus Absalonis, id quod futurum erat, oblique significauit. Multęque res Dauidis similitudine congruunt cum Saluatore. Hic igitur Dauid a Samuele oleo sensibili vnctus est: aliter autem Seruator noster. Cæterum, id qua ratione, aut quomodo factum sit, audi ex quadragesimo Psalmo, Thronus tuus Deus in secula seculorum, virga rectitudinis, virga regni tui, Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatē: Ideo vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præconfortibus tuis. Ne ex simili vocabulo vnctiōnis æqualitatem putares in istis sententiis. Siquidem vnctus est Dauid, vnctus & Christus, sed ille ab homine vnctus est, iste vero a Patre omnipotente eaque vnctio est ineffabilis, & res ipsa incomprehensibilis, propterea a Psalmographo nominatum est oleum exultationis præconfortibus. Nam tametsi similitudinis sunt participes, non tamen habent parem & eiusdem dignitatis vnctiōnem. Vbi-que enim similitudinē retinet, & excellētiā rei conseruat. Dauid igitur vnctus a Samuele aliquandiu manebat priuatus: Saul verò transgresso Dei præcepto, spiritui immundo mancipatus est: Dauid autem psallebat pastorali cithara, qui quum in solitudine ageret nec esset cum quibus loqueretur, citharam compinxit, ex cuius cocentu duo imptimis

Mat. 1.

Ioan. 10. Christi cū dauide colatio.

Phil. 2.

Dauidis Res multę similitudines congruunt cum Christo. Psal. 40.

Dauid utilitatē ex citharę sua conseruat.

consequerentur, quod & inde solitudinem suam mitigaret, nec ad dissolutas cantiones delaberetur. sed psalmos caneret, quo & modulationis fructum perciperet, & pietatem adiuuaret. Et psallebat in montibus, Altitudines montium Dei omnipotentis. Addebat & illud, Per medium montium transibit aqua & potabunt omnes bestiae agri, super eos vollarilia caeli nidificabunt: Psallebat etiam de hominibus in haec verba, Omnia subiecit infra pedes eius, oves & boues vniuersas. Psallebat quoque multifaria miracula Dei. Caterum quum torque-retur Saul ab immundo spiritu, non defuit qui indicaret Sauli Dauidis in cantando solerriam, atque eam ob occasionem accersitus est Dauid. Quoties-cunque igitur inuadebat eum spiritus immundus, sumebat Dauid citharam suam, eamque pulsabat, hymnos Domino cantans. Verum ne mihi hic tam respectum mentionemque habeas citharae, quam id quod cithara canebatur, neque verba rapiens ad theatrales voluptates euageris, sed memor Psalmo-rum, Ecclesiae adhaereas. Dauid igitur sumpta in ma-num cithara, psallens Deo, suffocantem daemone-m propulsabat. O magnam Psalmodiarum virtutem. Spi-ritus ille immundus suffocans alium, ipse inuisibili-ter suffocatur, & respirabat Saul. Nihil tamen minus Dauidi infestus erat ob istiusmodi causam.

Allophyl. Allophylus aliquando inuasit gentem Hebraeo-rum, & inter eos quidem Goliath immani corpo-re, animo ferox, visu terribilis, ad quadraginta di-es conuiciabatur Israelis, in singulare certamen quemlibet prouocans, indutus vasto clypeo, ha-stamque gestans, ocreas horrendas, quem qui vide-bant, aufugiebant, ipseque adeo Saul in pauore e-rat. Venit eo Dauid, inuisurus fratres, & manum conserit nudus cum armato, bellorum imperitus cum bellicosissimo, adolescens cum viro. Et omni-bus se metu contrahentibus, nemineque audente prodire, a dauide pugnae conditio suscipitur. Sciens autem id, quod res erat, psallebat, penes Dominum esse bellum, & fallacem esse equum ad salutem, eumque in multitudine virium non saluandum: Certum habebat, id esse quod psallebat, gestabat-que maximum genus armorum, fidem & galeam salutis capiti impositam: & arrepta virga & fun-da, lapidemque circumuibrans, aduersarium su-bito ictu percussit. Percurrimus verba: non enim longius immorari propositum fuit. Pro-stratus est ergo immanis ille Goliath a paruulo, peritus ab imperito & simplici: sumens deinde Dauid illius gladium, caput ipsi praecidit, caput-que deportatum est in Hierusalem: gladius autem in custodiam datus est Abimelech sacerdoti, libe-ratusque est populus ab aduersario, egressaque sunt foeminae in occursum eius choros ductitantes, quum omnes in animo haberent quam laetissime agere, nimirum liberi deiecto hoste, adeo ut populus vul-tu quasi florente renidere videretur, nihilque nisi choreas, harmonias, laetitiasque sibi proponeret. Ibi tripudiatrices illae cecinere, non ad dignitatem respectantes, sed ad merita rerum: Percussit Dauid per myriades, & Saul per chiliades, nec ex-presserunt, quot essent illae chiliades, aut quot essent myriades, quum possint chiliades multi-plicando redigi in myriades, & myriades resolu-i in chiliades: quae res animum Saulis percussit. O ma-gnam recordiam, nonne debuit tam recens bene-

Psal. 94. ibi.

Psal. 5.

Dauid non immun-das cantiones sed hymnos Domino psallebat, citharam manu pul-sans.

Allophyl.

1. Reg. 17.

Goliath a dauide prostratus

Myriades, est numerus decem milium. Χιλιάς, numerus mille continens.

ficium reuerentia prosequi? Quid inuides victori, ad vnam horam faustis vocibus celebrato, ipse qui ad quadraginta dies latuisti? Cur ab hostibus liberatus, laudibus assertoris laude digna patran-tis, infestus es? verum ille secum dicebat: Dede-runt mihi mille, & Dauidi decem millia. Atque ideo infensis oculis Dauidem intuebatur, Vide mihi num posteri eius sunt, quibus hodie Serua-tor dextram illam aridam sanauit: & egressi sunt illi ad concilium capiendum, non ut Dominum glorificarent, sed quoniam modo bene merito insidias ponerent. Euangelium enim dicit, quod pleni vecordiae egressi sint, & disceptauerint quid Iesu facerent, posteri nimirum persecuto-ris, posteri inquam, furiosi illius posteri insidia-toris aduersus hominem bene meritum. Toruis igitur oculis intuebatur Dauidem, obliquis iam inde eum oculis notans. Tales enim sunt inuidi, tales sunt hypocritae: Ideoque scriptura tibi di-cit. Oculi tui recta videant, nihil obliquum nihil liuidum, aut quod amorem aut fauorem praese ferat. Aspice amicum tuum recte, nihil dissimulater, nihil virulenter: Sed enim Saul infen-sis oculis aspiciebat Dauidem, considera mihi quidnam fruatur. videbat illum magni fieri, cupie-bat igitur illi dare filiam suam in vxorem. Heu mi-hi qualis tentatio inuidiae, insidiatur ei quem in ge-nerum accipit, neque filiae parcendum putat, ut per speciem magnificae affinitatis, filiae marito infi-dietur, & praemium quaerit centum allophylorum praepudia. Credebat enim, si eum in bellum coice-ret, centum cum vno congressos, facile eum confe-cturos esse, & ita se a sua anxietate liberatum iri: quo loco & inimicus, vere inimicus erat, & Deus ve-re Deus. Abit Dauid, & vnus centum occidit: Saul autem animaduertens deum aduersario suo opitu-latorem esse, ne ita quidem pudore deterritus est, mansitque in parandis insidiis pertinax, atque id non contra inimicum, sed bene meritum. Io-nathamque iratus, quod amicitiam cum Dauidem foueret, interficere conatus est. Dauid autem quum videret se insidiis appeti, per triduum se in latebras abdit, quidni? qui etiam vim tridui, eiusque my-sterium nouerat foederibus cum Ionatha initis, vi-ctor ille Goliathis se in fugam dedit: non de vindi-cta inimici cogitans, sed nolens contra eum, quem beneficium affecerat, gladium mouere: semelque permittens Deo vindictam, fuga cum suis famu-lis ad Abimelechum sacerdotem perlatus est. Haec omnia recensemus ob historiam Euangelij, & ob verbum illud Christi? An non legistis quid fe-cerit Dauid cum esuriret, quomodo venerit in do-mum Dei, & panes propositionis comederit? Ve-nerat autem Dauid ad Abimelechum sacerdotem cum paucis comitibus: ibi costernatus Abimelech, Vnde hoc, inquit, ut dux copiarum solus iter faciat? & vir clarissimus tam exiguo comitatu v-tatur? Caterum Dauid nulla mentione insidiarum habita, rem totam celauit: Pueris, inquit, iniun-ctum est, ut certum in locum conueniant, cui nome-n Deo fides. Et hoc mihi annota, etiam apud Dau-idem fidem esse, ob illum qui ex eo nasciturus erat, illum ipsum inquam, qui dicit: Fiat tibi secundum fidem tuam. Imagines & similitudines rerum isthic insunt. Postulat igitur panes dauid ab Abimelecho, ille autem respondit, Non sunt hic panes, nisi qui conse-

Posteri Saulis in-dai.

Inuidi et Hypocrita Sauli pa-ter.

Dauid ad Abime-lech sacer-dotem co-fugit.

qui consecrantur in conspectu Domini. Alterius hic denuo legis Mosaicae mentio facienda est, qua scripsit de ritibus sacrificij per sabbatum; Duode-cim panes calidos coctos ponendos esse in mensa: Vbi autem calefactio, ibi ignis. Dicant igitur Iu-daei, quomodo hic tueantur sabbatum, vbi & ignes incendere iubentur, & incendunt sacerdotes? vbi panes calidos & coctos apponunt in mensa? Num ego solus transgredior sabbatum? Ecce sacerdo-tes panes calidos in sabbatho coquunt, & cir-cuncisionem in sabbatho donant. Vbi autem cir-cuncisio, ibi & ferrum: vbi & ferrum, ibi & spongiae, caeteraque quae eodem spectant. Vbi panis confectio, ibi & fornaces, ibi & com-portatio farmentorum, & prorsus opus ab illis peragitur, qui panes conficiunt: Populo igitur Iudaeorum vetitum erat, ne in sabbatho opus fa-cerent: Sacerdotibus autem opus facere in sabbatho prohibitum non fuit: Quapropter nobis & v-niuerfis simul permittitur in sabbatho operari, quum nos omnes sumus regale sacerdotium. Olim igitur in sacerdotibus permittebatur, nobis quoque quoniam sumus regale sacerdotium, & gens san-cta, hoc ipsum permissum est, lege ita scribente, ut in die sabbathi duodecim panes in mensa pone-rentur. Panes igitur illos consecratos e mensa si-bi in alimoniam postulabat Dauid: Abimelech autem respondit, Si pueri se castos a mulieribus seruassent, id licere. Iam tu mihi qui fidelis es, in decursu istius sermonis probe cauteque haec ver-ba intellige & animaduerte quod dicitur, Et casti-moniam corporis assume. Nam si Abimelech tunc istiusmodi conditionem denunciauit, quare non & id ipsum a nobis quoque obseruandum fuerit? Dauid igitur ita accepit, Et panes comedit, & fortasse in sabbatho id egit. Caterum quia Iudei Seruatori exprobrabant, quod discipuli ipsius in sabbatho spicas vellerent & comederent: oppor-tunissime Christus hac historiam in sabbatho ge-stam commemorauit, ut ostenderet, si Dauidi pro salute attingere permissum fuit, & panes e mensa propositionis accipere, nec discipulis interdictum fuisse spicas capere & confectas comedere. Neque hoc, inquit, legistis, quid fecerit Dauid, quum & ipse esuriret & focij eius? Quomodo intrae-rit in domum dei, & panes propositionis comede-rit? Habes deinde adiunctam hic historiam de a-rida manu, quo pacto videlicet Seruator noster Synagogam intrauerit (Nobis hic celeriter percur-renda historia, ne per longitudinem fastidio si-mus auditori) ibique quum vidisset, quendam ari-dam manum habere, Iudaeosque paratos esse ad carpendum, dicit ad eum cui manus erat arida: Surge & sta in medio: non eum ad pompam curationis surgere & stare iussit, quum pro-curatione eidem praeeperit: Vide nemini dixeris. Quapropter vbi opportunum est, celat miraculum: contra, vbi in sabbatho miracu-lum faciendum erat, tunc apertissime operatur. Quare in Euangelis, & inuenies me vera dice-re. Videbis enim in sabbatho insigniora miracu-la facta, qui id quaeso? aut quomodo? A se-culo non est auditum, quod quis aperuerit oculo-cacinati. Hoc miraculum nullo alio die, quam in sabbatho designauit: Lutum enim faciens ex sputo humi deiecto, inunxit oculos eius, &

panes propositionis non habent Iu-daei.

Sabbathi diebus operari licet, cur.

1. Pet. 2.

Mat. 12. Luc. 6.

Joan. 9.

misit in Siloam, rediit inde & videt. Qui autem antea caecum, sed iam videntem intuebantur, ip-si non cernebant: contra, illius pupillae sensibili-les adaptatae fuerunt, Iudaeorum uero oculi mi-nime patuerunt, quos quum apertos haberent, nihil videbant, quippe qui condemnauerint Do-minum, his verbis, Non est hic homo ex Deo, quoniam sabbatum non obseruat. Quamquam vesaniam: nam quale hic opus factum quaeso, v-bi sputum ex labris, lutum inter digitos, atque inde inunctio tenuis, neque id factum instrumen-tis medicis, sed manu diuina? Quid carpis quod a-ctum est? habes miraculum in sabbatho. Abiit caecus, sed abiit videns, & in sabbatho fecit, ut quia in sab-batho doceret, fide dignus haberetur. Est & aliud sabbathi miraculum: Hierosolymis erat probatica piscina, & nunc quoque est, quae habebat quinque porticus: verum nunc aedes circumiecta in ruinis iacent. Paralyticus ibi decumbebat, per octo & tri-ginta annos aegrotans. Diuturnus ideo hic morbus fuit, ut Iudaei inde conuincerentur: si enim breuis illa aegrotatio fuisset, latuisset vis miraculi, nunc multi anni hunc morbum contestatum reddunt, ut vel ita videntes visum reciperent, Hic Seruator no-ster quum eo venisset, ac praeteriret, dicit aegroti: Vis sanus fieri? & reliqua. Atque ita ille surgens tol-lit grabatum suum & obambulat, erat autem sab-batum. At Iudaei non viderunt miraculum factum in sabbatho, sed eum qui grabatum suum baiulabat: Quum haec secum cogitare debuissent, quales que-so medici aduenerunt? Nemo eum antea sanauit, iacebat misellus, inops, nec vllum quidem habens qui ipsum in piscinam deiceret. Talis iste miracu-lorum patrorum, rerumque etiam magis admiran-darum auctor, utpote qui tatum vim paralytico de-derit, ut non solum assurrexerit: sed & lectulum por-tarit suum. Verum caeca res malitia. Condemnant istum a morbo ereptum, & dicunt ei, Non est tibi fas in sabbatho gestare grabatum. Respondit autem ille: Qui me sanum fecit mihi hoc iniunxit, Dei opus est quod factum est: inconsecta res est, per tri-ginta annos paralyticum sanitati restitui, ex eius ore audiui hoc praecipitum, Tolle grabatum tuum: corpus illi obediuit, & sanum factum est: ego illi ingratus ero, si non gestauero lectulum. Rursus Iudaei sciscitationes faciunt, non ut modum sanandi cognoscerent quo eum adorarent, sed ut insidias circumponerent. Iam illud tertium est, quod re-citatum est. Ingressus est Seruator in Synagogam, malorum scilicet Synagogam. Quid enim dete-rius, quam beneficia accipere, & insidiari? In hac Synagoga Iudaeorum homo quidam erat, cui ma-nus arida fuit. Vnus erat arida manu: caeteri autem qui aderant, arida metere, nec eum, qui tunc praesens e-rat, contuebantur, neque ex miraculo auctorem mi-raculi suspiciebant. Caeterum Seruator antequam hoc corpus perficeret, voluit prius per verba eorum mentes excollere, Cognitam enim habens eorum prauitatem animi, & amarulentam illam voragine-m pectoris: primum eos demulcet verbis, & syluestre indolem pectoris mansuefacere studet, & dicit il-lis, Licitumne est in sabbatho benefacere, an male-facere? animam seruare, an perdere? & nequa-quam ita verba formauit: licet ne operari? A-lloqui statim respondissent, contra legem dicis. Nunc autem id loquutus est, quod lex ipsa

Joan.

Paralyti-cus per 38. annos aegrotans.

Synagogam

Mat. 12.

voluit. Qui enim legem tulit, hoc adiunxit, operandum non esse, nisi quum pro seruanda anima hoc faciat: mox enim ubi in sabbato ceciderit animal in foueam, licitum est Iudæis extrahere inde, non hominem solum, sed & bouem, & asinum, atque ita salutaria lex concessit. Maxime quum etiam Iudæi in sabbato vescerentur. Quod si quis nunc eos percunctetur, non quod negationibus iactatur, sed quod in confesso est, fasne est benefacere? negauerint fas esse, vt qui non sint bonæ voluntatis; bonus enim ex bono thesauro. profert bona: Iudæi contra, quia mali erant, ad bona facienda consentire nequeunt, neque admittunt bona esse facienda: sed tamen mala facienda esse, non consentiunt: Improbata enim istiusmodi oratio fuisse, sed in silentio persistunt. At quum nudandum est, magnas nugas dicunt: quum calumniandum altissime vociferantur, Tolle, tolle, homo iste hæc & alia designauit: quum autem quæritur, benè an male facere liceat, silent. Dominus autem mœrens animo, ob cæcitatem cordium illorum, dixit homini, Qui vident, videant: qui obaudiunt, agant quod velint: & qui sunt duri corde, lapidescant. Verum interim mollescat dextera tua, surge, noli amplius mendicare. Nam quod iusserit illum surgere indicium est, eum prius sedisse: qui enim aridam manum habebat, quorsum sedebat, nisi vt plane mendicaret? Non do tibi nummos, ne absumas, sed sanitatem tibi dono nunquam absumendam. Neque per occasionem aridæ manus mendica, sed illa recuperans sanam & viuam, iam deinceps operare, extendasque & ipse manum tuam pauperi surge & cõsiste in medio, sis pro theatro spectantibus, in te certamen de sabbato agitur, cõsiste in medio vt & illi qui claudicant poplitibus, consistant, si modo videant. Consiste in medio & loquere ad Iudæos hæc prædicta verba: Licitumne est id facere, an nõ?

Mar. 3:

Manum aridam non recipit Christus.

Act. 9.

Manum aridam habet quis?

synam: iste, tamen si sanum sit corpus, mentem aridam habet. Audi ergo & tu quisquis es hac ipsa hora, salutaria ista verba, extende manum ab hodierna die, & incipe eleemosynam in pauperes facere, sed aliter istud tractari potest. Multi sunt incurij in suis precibus, & per vniuersum diem negotiosi sunt circa operationes humanas, & contemnunt opera sacra orationum. Ad istum dicat Scruator, Extende manum tuam, quemadmodum Apostolus dicit, Volo precari viros in omni loco, eleuantes sanctas manus. Cæterum quia & sermo noster satis processit, surgentes & nos ipsi extendamus manus, & non solum in die sed & per noctem. In nocte extendite manus vestras in sancta, & benedicite Domino, & exporrigamus manus sanctas, ablutas illas ipsas inter innocentes, vt inuocato rerum omnium deo, ipsius per Christum Dominum nostrum auxilio perfruamur, per quem Deo gloria, simul cum sancto Spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Psal. 133.

DECLARATIO LEVITICIDE DI-
VERSA EIVSDEM REI NOMENCLAT-
URA: Quod scilicet Christus sit verus Deus & verus
homo in vnitate, Contra Samosatenses.



T dixit moyses ad Aaronem, Accede ad altare, & fac holocaustum pro peccato tuo, & expiationem pro te & domo tua, & fac litationem pro iis, ita vt Dominus præcepit moysi. En tibi in isto loco licet vnus sit moyses, tamen veluti de altero quopiam Mose, nõ quasi de seipso loquitur Moyses, quum ait de se, Quemadmodum Moysi præcepit Dominus. Eadem ratio in verbo Dei quum ait beatus Petrus, missum esse filium Israël per Iesum Christum: Siquidem non illic aliud verbum, aliud Christum esse intelligi debet, sed vnum & eundem, idque per vnitatem humanitatis & incarnationis cum deitate. Nam etsi vtrunq; diuersè sit naturæ tamè nõ ita intelligendum, quasi verbum à Christo sit diuisum, & separatũ, quũ D. Ioannes dicat, Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Quod igitur recte & probe dictum est à Petro quum male & peruersè intelligant Samosatenses, in veritate nõ steterunt: Christus enim id esse quod ex ambobus constat in sacra scriptura intelligitur, vt quum dicitur, Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Quapropter quum dicit Petrus, Verbum per Iesum Christum filiis Israël esse missum, hoc indicare voluit, Verbum incarnatum filiis Israël manifestatum esse, vt contentus esset cũ hoc dicto, Verbum caro factum est. Quod si aliam inde mentem capiunt, & Verbum quemadmodum est, Deum agnoscunt, sed tamen illud ab eo quem assumpsit, & cui coadunitus est homine, disungunt, ipsi sibi in sua ista sententia cõtraria dicunt. Quem enim hic separantes à diuina incarnatione Deum esse sentiunt, eundem eleuant, quum audiunt eum carnem esse factum, & quæ ethnicorum sunt, sapiunt, nimirum vt & illi, qui sapiunt incarnationem esse mutationem verbi in carnem: Sed hoc ita non est, absit. Quemadmodum enim hic ineffabilem vnitatem Ioannes prædicat, morte deuorata

Leuit. 9.

Ioan. 1.

Samosatenses. Act. 10.

Ioan. 1.

Ioan. II.

simile.

Luc. I.

Cõclusio.

Mat. 28.

Verbum Dei, sapientia et virtus.

Ioan. I.

Christus cur ita appellatur.

Mat. 3.

Christus est verbum Dei carne ex Maria & in Maria induit.

Pro. 9.

1. Cor. 3.

2. Cor. 6.

uorata ab illa vita; quæ ipsissima vita est, prout ad Martham loquitur, Ego, inquiens, sum vita, ita quoque quum dicit beatus Petrus, per Iesum Christum missum esse Verbum, diuinam eoadiunctionem significat. Sicut enim quum quis audit, verbum carnem factum esse, non ex eo dicto colligit, verbum vltimus non subsistere, quod absurdum est, quemadmodum superius dictum fuit: ita quoque qui verbum audit, coaptatum esse carni, diuinum vnum & simplex mysterium intelligat. Manifestius autem & indubitatus colloquium inter Mariam & Archangelum, habitum vnitatem Dei & hominis declarauerit. Ait enim Spiritus sanctus superueniens in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideòque quod natum erit sanctum, vocabitur Filius Dei. Stulte igitur Samosatenses verbum separant, quod constat cõiunctum esse cum homine ex Maria genito. Non igitur verbum ab eo homine missum est, sed alios ipse suo nomine emisit, quum inquit, Ite, & docete omnes gentes. Mos autem est sacræ scripturæ, incuriose & simpliciter dictiones efferre: ita enim & in Numeris inuenias. Dixit enim, inquit moyses Ragueli Madianitæ socero Moysi. Non hic alius est Moyses qui loquitur, & alius est Moyses Raguelis gener, sed idem vtrobique Moyses. Si igitur & verbum Dei, & sapientia, & virtus, itidem & dextera, & brachium, &c. eius generis appellatur, & quod nobis humaniter coadunitus nostram initiatam naturam sibi circumamictam induerit, & huic attemperatus fuerit: Quid? an non merito eiusmodi nomina fortitur? Nam quod Ioannes dixit, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso nihil, Plasma verbi Dei, etiam hominem esse manifesto declarat. Si igitur ille hunc corruptum & in se susceptum renouat ac instaurat solida sua incarnatione ad perdurationem indefinitæ, atque ea de causa vnitus est, vt eum ad diuinorem redderet sortem, qui fieri potest vt ab homine illo ex Maria verbum ipsum Apostolique cæteri missi sint: quod si sit, quid obstat, quominus Prophetis à se missis, ipse Apostolorum Dominus ab Apostolo coadnumeretur? At qua ratione possit Christus vocari Christus, si nudus homo sit, contra idem ille si verbo coadunitus sit, merito nominatur Christus & Dei Filius, iam olim Propheta paternam in eo substantiam his verbis protestante, Et emittam Filium meum Christum: & in Iordane: Hic est Filius meus dilectus. Expleto igitur promisso suo, merito hunc esse ostendit, quem promiserat se esse missurum. Vtrunque igitur intelligimus Christum, verbum scilicet, quod Deus est, vnitum cum homine ex Maria, & in Maria: In huius enim vtero, verbum sibi domicilium formauit, quemadmodum ab initio Adamus terra, nisi quod diuiniori modo formauit, de quo etiam Salomon expressis verbis loquitur, qui nouerat verbum etiam sapientiam appellari, Sapientia edificauit sibi domum: quod Apostolus interpretans dicit, cuius domus nos sumus, idemque alibi templum vocat: quippe quum congruum sit Deo, in templo habitare, cuius imaginem olim ex lapidibus per Salomonem constructam esse voluit. Quapropter veritate apparente desit illa imaginaria Salomonis domus. Volens enim ille ingratis Iudæis ostendere imaginem veram, & id verum sui domicilium esse, in quo eum habi-

tare credimus, non pronũciauit se id destruere vellet, verum quum sciret, quid aduersum se ausuri essent Iudæi, hæc verba loquitur, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, liquidò præ se ferens ea quæ ab hominibus aguntur, ex se habere vitium suæ dissolutionis. Nisi enim Dominus ædificauerint domum, & custodierint ciuitatem, in vanum laborant qui eam ædificauerint, frustra que vigilauerint qui custodierint eam. Iudæorum igitur templum dissolutum est, quippe quod imago fuerat: domus autem Ecclesiæ firmiter collocata est: fundata enim est supra petram, & portæ inferorum non valebunt aduersus eam. Illorum siquidem erat vt dicerent, Tu homo quum sis, temetipsum Deum facis. Horum discipulus Samosatensis est, vnde merito, cum illis eadem verba prædicat. Sed nos non ita de Christo didicimus, si modo eum audiuimus, ab eo instituti sumus, deponentes veterem hominem, qui corrumpitur secundum concupiscentiam seductionis & eius loco resumentes nouum hominem secundum Deum creatum in iustitia & sanctitate veritatis. Christus igitur vtrunque simul pie intelligitur. Quod si subinde corpus Christum scriptura vocat, vt quum ait Petrus in docendo Cornelio, Iesum à Nazareth, quem vnxit Deus Spiritu sancto, idemque rursus ad Iudæos Iesum à Nazareth, virum exhibitum vobis declaratumque à Deo. Itidem & Paulus ad Athenienses, In viro quem definiuit, fidem omnibus faciens quum eum à morte excitasset. Missionem autem & declarationem idem esse cum vntione frequenter inuenimus, ex qua re volenti licitum est cognoscere, non esse in sanctorum scriptis discordiam, sed illos diuersimode vnitatem verbi Dei cum homine ex Maria appellatæ, nunc vntionem, nunc missionem, interduum & declarationem. Quod igitur à beato Petro dictum est, rectam quidem & integram deitatem vnigeniti significat, non autem consistentiam verbi Dei à Filio Mariæ disiungit, absit. Quomodo enim Petrus hæc dicere potuisset, qui sæpe ex eo audierat: Ego & pater vnus sumus: & qui videt me, videt & patrem meum & qui eum post resurrectionem oclusis foribus introeuntem ad cætum omnium Apostolorum cõspexerat, & si quid erat difficile creditu, his verbis dissoluentem cognouerat, Palpate me & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicuti me habere videtis, & non dixit, hunc aut illum hominem quem assumpsit, sed me palpate: Quapropter nullam veniam nancisci poterit Samosatensis, quum de vntione Dei tot argumentis confutetur, doceaturque ab ipso Deo verbo omnes interrogante, num haberent quod comederet, & eius rei certitudinem demonstrante, eo ipso quod comederet, sit verus Deus factum est. Prorsus enim qui cibum dedit, aut qui dederunt, attigerunt illius manus. Dederunt enim ei, inquit Euagelista, piscis assati partem, & fauam mellis, & comedens coram omnibus, sumensque reliquias reddidit illis. Vide mihi igitur, an non vt Thomæ, ita alia ratione rei certitudinem omnibus palpando exhibeat? Quod si per cicatrices certior esse cupis, à Thoma id discere, Admoue, inquit, manum tuam, & mitte in latus meum, & admoue digitos tuos, & videte manus meas. De suo latere, de suis manibus locutus est Deus Dei verbum, seq; pariter & integrum hominem, & integrum Deum

Ioan. 2. Psal. 126.

Samosatensis Iudæorum discipulus.

Missionem, declarationem, et vntionem Christi idem.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Ioan. 24.

Cõclusio.

Quod Christus sit verus Deus & homo perfectus. Luc. 24.

Ioan. 20.

ostendit, quum nunc palpatione sensum sui corporis sanctis, quatenus intelligi datur, præberet, nunc alia ratione rei certitudinem doceret, eò quòd per oculos foras corpore penetraret. Hæc quidem fidelibus ad confirmationem, infidelibus ad correctionem mediocriter sint dicta. Corrigatur igitur & Paulus Samosaten. auditor factus diuinæ vocis, dicentis, Meum est corpus quod palpatui offerebã, & non alium Christum præter me verbum, sed illud mecum, & me cum illo coadunitum. Nam vnctio siue unguentum ego ipse sum: homo autem is est qui à me vnctus est. Non igitur absque me homo ille Christus vnquam nominari meruisset, sed quia mecum est, & ego in illo, ideo nomen Christi, hoc est vncti, meretur. Missionem igitur verbi, significare eius cum Iesu ex Maria genito coadunionem, ipsa interpretatio Saluatoris ostendit, idem quoque illud dictum significat: Pater qui me misit, & ; A me metipso non veni, sed pater meus misit me. Vnctio-

Misio Christi quomodo intelligenda. Ioan. 5.

A nem enim cum homine, per quam possibile erat inuisibilem Dei naturam ex visibili hominibus innotescere, missionem nominavit. Non enim locum Deus mutat nostro more, qui locis ob paruitatem nostram conditionis includimur: qui enim, quum cælum & terram adimpleat, sed aduentus eius corporis in causa fuit, vt hoc sancti missionem vocarent. Quare si ipse Deus verbum Christus est ob coniunctionem, ergo & homo ex Maria genitus, ipse quoque Deus est ob coniunctionem, neque est alter absque altero Christus, sed vnus & idem. Qui ante secula ex patre, idem extremis temporibus ex virgine inuisibilis antea etiam sanctis & cælestibus virtutibus, nunc autem visibilis per hominem visibilem cui adunitus est: visibilis, inquam, non visibili deitate, sed diuinitatis per humanum corpus operatione, qui totum hominem, eò quòd proprium illum sibi fecerit, renouauit: illi reuerentia & adoratio, vt antea ita & nunc in secula seculorum, Amen.

Misio Christi nihil aliud est quam vnctio Dei cum homine. Nota.

TERTII TOMI FINIS.

OPERVM

OPERVM SANCTI PATRIS ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, TOMVS QVARTVS.

DE PLVRIMIS ET NECESSARIIS QVÆSTIONIBVS, QVÆ IN DIVINIS SCRIPTVRIS APVD MVLTOS IN DVBIO SVNT, ET TAMEN A QVORVM CHRISTIANO TENERI DEBENT: AD ANTIOCHVM PRINCIPVM, LIBELLVS.

VALENTINO AMPELANDRO INTERPRETE.

QVÆSTIO I.

Angelorum creatio.



Vnde declarari potest, quòd creati sint Angeli: nam in libro Genesios id non memoratur.

RESPONSIO.

Psal. 148

Cum nosset Deus esse Iudæos ad idola, & multorum deorum cultum propensos, eius rei gratia abscondit in Genesi hanc rationem de Angelis, ne & illos Deos facerent, qui vitulum & alia quædam deificauerant, quasi di essent. Quòd vero creati sint angeli, audi Dauidem Prophetam dicentem: Laudate eum omnes angeli eius: Laudate eum omnes virtutes eius: Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse madauit, & creata sunt.

Quæstio II.

Angelorum numerus.

Quantum igitur angelorum numerus, hominum multitudinem superat?

Responsio.

Luc. 15.

Alij quidē asserunt, quod nonaginta nouem partibus distributi sint, iuxta parabolam decem drachmarum: Alij verò æqualem angelorum & hominum esse numerum affirmant, in testimonium adducentes illud: Constituit gentium terminos iuxta numerum angelorum Dei.

Quæstio III.

Angelorum & demonum essentia diffinitio.

Quid inter se differunt angelorum essentia, & essentia dæmonum?

Responsio.

Essentia non differt, sed voluntas diuersa est, sicut boni & mali hominis animus inter se differt.

Quæstio IIII.

Angelorum ordines et essentia.

Quot sunt ordines, & quot sunt angelorum essentia?

Responsio.

Vna & eadem est essentia, sicut etiam vna tantum est essentia hominum. Ordines verò, sicut multum valēs in Theologia Dionysius inquit, sunt nouem: Angeli, Archangeli, Principatus, potestates, Virtutes, Dominationes: Sex alis alata Seraphim, multis oculis ornata Cherubin, & Throni.

Quæstio V.

Cæli quot nam sint.

Quot sunt cæli? Responsio. In dubio est apud multos hæc quæstio. Nā liber Genesios duos cælos commemorat. Diuus autem

1. Cor. 12.

Paulus etiam tertium cælum sese vidisse dicit. Et Dauid propheta de quarto cælo loquitur: Laudate eum cæli cælorum. Sciendū verò, quod quemadmodum natura hominum vna, & vnus homo dicitur, multi item sunt homines: Sic etiam cælorum natura vna, & vnum cælum dicitur in diuina scriptu-

Psal. 148

ra, & cæli multi.

Quæstio VI.

Quando, & quam ob causam ex cælo diabolus deciderit? Fabulantur enim quidam, quòd deciderit eo quòd Adamum adorare voluerit.

Diabolus cur ex cælo deciderit?

Responsio.

Hominum stultorum commenta sunt hæc. Diabolus enim, antequam creatus esset Adam, cecidit. Constat verò cecidisse eum propter superbiam suam, vt inquit Esaias propheta: Cogitauit apud semetipsum, supra nubes locabo solium meum, & altissimo similis ero.

Diabolus superbia cecidit. Esa. 14.

Quæstio VII.

Cuius rei gratia permisit deus, vt bellum esset inter genus humanum, & inter diabolum?

Diabolus & homines cur inter se bel-

Responsio.

Vt ij qui Deum diligunt, manifesti fierent: & vt ij qui deliciis dediti sunt, redarguerentur. Vbi nāque nullus est aduersarius, non manifestantur dextri Regis milites. Ergo diabolus victoriæ causa est, & hoc quoque pacto cognoscitur ab iis qui diligunt Deum.

ter se beligerare permisi. 1. Cor. 12.

Quæstio VIII.

Cum ex cælo diabolus prolapsus sit, quomodo scriptum est in libro Iob, quòd ingressi sint angeli Dei, vt starent in conspectu Domini, & diabolus in medio eorum? Responsio.

Iob. 1.

Nō dicit scriptura, quòd in cælis diabolus venerit in medium angelorum. Manifestum igitur est, quòd in terra. Etenim vbicumque sunt angeli, astat Deo. Verum sciendum est, quod per sanctum aliquem angelum diabolus Deus est loquutus, quemadmodum etiam reges per hominem aliquem intermedium, suum alloquuntur aduersarium.

Diabolo per angelum loquutus est Deus.

Quæstio IX.

Vnde potest declarari, quòd tempore mortis non vnā cum corpore moriatur anima quoque? Sic enim quidam opinantur.

Anima an moriatur cum corpore.

Responsio.

Verbum Christi & Dei nostri, clarissime nos docet, quòd corpus nostrum mortale, & quòd immortalis sit anima nostra. Inquit enim Christus: Ne metuatis ab istis qui occidunt corpus, animam verò non possunt occidere. Vnde constat quòd anima hominis immortalis sit, & à Deo existat.

Quæstio X.

Certus quidem est iste sermo, & quem omnibus modis recipiamus, sed quoniam modo anima recedit à corpore?

Anima qualis recedit.

Responsio.

Ex quatuor elementis credimus humanum corpus constitutum esse: ex sanguine videlicet, phlegmate, humore & cholera. Vtpote ex calido, frigido, humido & sicco: id est, ex igne & aqua, aere & terra. Nam sanguis quidem, quia calet, ex aere est utique. Atra vero bilis, quia sicca est, constat quod sit ex terra. In elementis istis quatuor, velut intra parietes, in domicilio corporis, instar colubæ cuiusdam conclusa est anima. In mortis igitur puncto recedentibus à se inuicem quatuor elementis, dissoluuntur (vt ita dicam) quatuor parietes domicilij, & discedit quæ intus conclusa fuit, columba, videlicet anima. Ac primum quidem, calidum & vitale recedit elementum, vnde mortua relinquuntur corpora. Nam choleram quidem, phlegma, & humorem etiam post mortem retinent, sanguinem vero non habent.

Quæstio XI.

Animæ quæ nos præuenientes, decedunt, inuoluntur hanc vitam rursus, vel non?

Responsio.

Nequaquam. Audi David Prophetam de hominibus defunctis dicentem: Homo sicut gramen dies eius, veluti flos agri, sic efflorbit. Quoniam spiritus pertransiit per eum, & non erit amplius, & locum eius non amplius agnoscent. De animabus vero sanctorum non est dubitandum: nam & post mortem, & in iudicij die cognoscent omnia.

Quæstio XII.

Quomodo videntur aliquoties Prophetæ vidisse Deum?

Responsio.

Post omnes prophetas, & post apparitionem & aduentum Christi, Ioannes Theologus inquit, Deum nemo vidit vnquam. Et vt confirmaret, tanquam terribile ac peregrinum verbum, subiunxit: Vnigenitus ille filius, qui est in sinu patris, hic enarrauit. Vnde & Apostolus Paulus de Deo loquitur, dicens: Quem nemo hominum vidit, neque videre potest.

Quamobrem nudam Dei essentiam nullibi vidit vllus, pro humana vero infirmitate, Deus assumpta forma sua maiestate longè infirmiori Prophetis apparuit. Et in summa, ille qui erat incorporeus, sicut homo sapius ipsis apparuit incarnatus. Vnde manifestò constat, quòd non essentiam, sed gloriam Dei viderint, quemadmodum & de angelis & de nudis animabus sentiendum est. Sola vero sancta Deipara virgo nudam essentiam Gabrielis archangeli, vt est, contemplata est.

Quæstio XIII.

Nunquid ergo scire possumus, quare non permiserit Deus, animam alicuius eorum qui è viuis decesserunt, ad nos redire, & enarrare qualisnam rerum apud inferos status, & qualis ibi sit necessitas?

Responsio.

Multi apud nos inde errores orientur. Multi enim demones formas humanas induere, & in hominum demortuorum figuris transformari potuissent, ac dicere à mortuis sese resurrexisse, atque inde multas res emittas, & falsa dogmata de iis quæ ibi fiunt, spargere, idque ad seducendum nos & perendum.

Quæstio XIII.

Quæ causa quòd adoramus ad mundi plagam Orientalem, & quare hoc faciunt Iudæi versus Austrum?

Responsio.

Non vnum & par de his potest dari responsum. Iudæis enim quibusdam respondendum, & quibusdam ex Græcis exponendum negotium, denique Christianis etiam quæ causam hanc concernunt, declaranda veniunt. Atqui Iudæis quidem respondemus, quòd eam ob causam qui fideles sumus adoramus ad Orientem, quòd Spiritus sanctus per Davidem prophetam præcepit, qui dicit: Adoremus ad locum ubi steterunt pedes Domini. Quòd si Iudæus obiciat: Vbi steterunt Domini pedes? Zacharias propheta docet: Cum, inquit, in Oriente pedes Domini, stabunt, in monte Oliuarum è regione Hierusalem. Vnde & Iudæi qui sunt Hierosolymis adorantes, versus Orientalem mundi plagam adorant, ad montem videlicet Oliuarum. Et hoc quidem breuiter Iudæis responsum esto. Quòd ad Græcos respondemus, quòd non ideo adoramus ad Orientem, quòd in ea parte mundi Deus aliquo modo circumscriptus habitet, sed quia Deus lux est vera diciturque: eam ob causam ad creatum istud lumen conuersi, non illud quod creatum est lumen, sed eius luminis creatorem adoramus, & ex elemento omnium splendidissimo, omnium elementorum splendidissimum creatorem Deum veneramus. Audiant vero fideles & discant, quòd sancti Apostoli Christianorum Ecclesias ideo iusserunt Orientem versus suas fundere preces, vt ad Paradisum, vnde cecideramus, respicientes, suppliciter à Deo petamus & à nostro Domino, vt in antiquam nos patriam & locum vnde cecidimus, restituere velit.

Quæstio XV.

Num igitur quia Christus vnus est insidens asino, asinos honorificè venerari debemus?

Responsio.

Non per asinum Christus diabolum deuicit & demones, neque in eo salutem operatus est, sed in cruce. Vnde asinum quidem si videant demones, non horrent, neque metunt: videntes vero crucem, terrentur, fugiunt, & euanescent.

Quæstio XVI.

Quare credentes omnes ad Crucis imaginem crucis facimus, lanceæ vero sanctæ, aut arundinis, aut spongiæ figuras nullas conficimus, cum tamen hæc tam sint sancta quam ipsa crux?

Responsio.

Figuram quidem crucis ex duobus lignis copingentes conficimus, vt si quis infidelium id in nobis reprehendat, quòd veneremur lignum, possimus duobus inter se disunctis lignis, & crucis dirempta forma, ea tanquam inutilia ligna reputare, & infideli persuadere, quòd non colamus lignum, sed quòd Crucis typum veneremur: in læcæ vero aut spongia, vel arundine, nec facere hoc nec ostendere possumus.

Quæstio XVII.

Quare vicesimo quinto die mensis Martij in vtero virginis clausus, habitare cepit Christus & Deus noster, veniens in terram?

Responsio.

Quia eodem die in mundi principio Deus creauit Adam. Hinc est quòd in hoc ipso mense omnes arboris & herbæ, animalia item ad proferendum fructum, & ad liberos procreandos commouentur, tanquam à Deo hoc tempore creata sint.

Quæstio XVIII.

Nullò

Nullò hominum adhuc dum mortuo, à quonam Cain mortem didicit, vt suum interimeret fratrem?

Responsio.

Diabolus ipsum edocuit hoc, & submonstrauit quonam modo fratrem suum occideret.

Quæstio XIX.

Quinam erant filij Dei, qui filias hominum viderunt ac duxerunt eas sibi vxores?

Responsio.

Erant isti filij Seth. Nam incorporea natura Dei, corpora nec amat, neque mulieribus commiscetur.

Quæstio XX.

Quare in Rubo Deus conspectus est Mosi, & non in aliqua planta alia?

Responsio.

Respondent quidam, id ideo factum, ne Iudæi ex lignis eius idolum sibi facere possent. Alij vero rationem hanc afferunt, quòd futurum esset, vt Christus germinaret ex nostra spinosa natura. Et eius rei gratia, in Rubo apparuit Mosi.

Quæstio XXI.

Quare legem in caligine dedit Deus?

Responsio.

Quia in ea obscure insertum latebat mysterium dispensationis Christi Dei nostri.

Quæstio XXII.

Quare duæ tabulæ legis primum confractæ sunt? Vt significaret Deus prioris legis transgressionem.

Responsio.

Cum Deus sit incorporeus & sine forma, qualia eius posteriora vidit Moses?

Responsio.

Ante secula existentem, & opificem omnium creaturarum credimus Deum huius vniuersi, & ipsum increatum. Vnde liquet, quòd posteriora Dei, sunt creaturæ, & res quas vidit & exposuit, dicens: In principio fecit Deus cælum & terram, & cætera. Et hæc quidem multum valens in diuina scriptura magnus Athanasius. Nos vero qui ab ipso sumus illuminati, asserimus quòd etiam aliter posteriores partes Dei dicat scriptura. Non quòd Deus habeat partes ante & à tergo, nam corporibus hæc sunt peculiaris, numen vero incorporeum existit. Sed quia vbique posteriores partes anterioribus sunt humiliores: Diuinitatem intellige per anteriora. Et propterea dixit: Nequaquam videre poterit homo meam faciem, & viuere. Non enim est possibile corporalibus & materialibus oculis videre incorpoream, & omni materia carentem essentiam Dei, & viuere: Posteriores vero partes Dei, carnem intellige, quam assumpsit ex Virgine, & per quam conspectus est. Preciosum enim & excelsum in Deo, est diuinitas quæ videri non potest, & quæ etiam dicitur facies. Posteriores vero partes Dei, caro est, quæ quasi contempta, tergum vocatur, quòd etiam Deus Mosi ostendere volens, dicit: Ostendam posteriora mea. Infirma nanque indutus carne per eam conspiciatur.

Quæstio XXIII.

Quis primum præfigurauit duos istos populos, populum videlicet Gentilem & Iudaicum?

Responsio.

Constat quòd Rebecca vxor Isaac, quæ gemellos peperit, Iacob & Esau. Quin etiam duæ tabulæ

legis, duorum istorum populorum suere symbolum. Quæstio XXV.

Quisnam in veteri Testamento primus exhibuit typum crucis viuificantis?

Responsio.

Iacob, cum benedicens filiis Ioseph transponeret manus.

Quæstio XXVI.

Qui sit quòd quæ somniamus aliquoties eadem vera?

Responsio.

Ex Deo sæpenumero sit hoc, & sapius etiam ex contingenti. Item quòd intelligentiæ particeps est anima, cognoscit quædam. Aliqua vero interdum demones quoque monstrantes prædicunt per somnia.

Quæstio XXVII.

Quid igitur, nunquid præsciis futurorum est diabolus, & demones futura prædicere queunt?

Responsio.

Præsciis rerum, & cordium cognitor solus est Deus. Nec enim vel angeli cordis abscondita vel futura videre possunt. Demones vero ea quæ præmonstrare putantur, versutè indagantes, prædicunt. Vtpote sæpenumero tãquam spiritus videntes imbres, qui adhuc sunt apud Indos, præuertunt & anticipant in Ægypto. Et per incantationes somniarumque magnam aliquando Nili inundationem egregiè perficiunt, & alia quædam eiusmodi operantur. Mentiuntur etiam aliquoties, id si cui deprehendere est animus, quæstionem aliquam apud semetipsum præsupponat, veluti: Quot nummi craftina mihi erunt exponendi. Aduocatum ad se incantatorem vel diuinatorem interroget de eo, quod apud se definiuit, ibi deprehendet eum prorsus non scire quicquam.

Quæstio XXVIII.

Quare maior pars hominum noctu nascitur, & noctu moritur?

Responsio.

Id ideo fieri videtur, vt ex hoc hypodigmate discamus, quòd obscura sit præsentis vitæ & natiuitas & mors: ingressus nimirum in hanc vitam & exitus.

Quæstio XXIX.

Quale signum tenere debet homo, ne seducatur & recipiat Antichristum, putans videlicet ipsum esse Deum.

Responsio.

Hoc ipsum quod Dominus tradidit nobis, dicens: Quòd quemadmodum fulgur exit ab Orientali plaga mundi, & in Occidentem vsque lucet, sic etiam filij hominis secundus erit aduentus. Docemur inde, quòd omnis Christi sese nomine venditans, si non veniat ex improviso, nec in toto mundo conspicuus, sed reperiatur in vna tantum regione vel ciuitate, quòd talis sine dubio sit Antichristus. In secundo nanque aduentu Christi, omne genus humanum congregabitur, & manebit inter ipsos Christus, & conspicietur ab omnibus.

Quæstio XXX.

Asserunt quidam, possibile non fore, vt Antichristus exulcitet à mortuis hominem, etiam si reliqua faciat omnia.

Responsio.

Quod Apostolus de Antichristo dicit, cum sese

Homo et eius humores ex quibus elementis consistunt.

Anima in corpore est instar columbæ conclusæ.

Anima defunctorum inuisibilis hanc vitam rursus. Psal. 102 sanctorum anime in celo ornantur. Deus fueritne visus à Prophetis.

Essentia Dei à nullo videri potest in hac vita.

Gloriam dei non essentiam viderunt Propheta. Mortuis cur non concedatur ad nos redire. Homini formas induunt demones. Adoratio cur fiat orientem versus.

Psal. 131. Zac. 14.

Deus cur citius in Rubo quàm alibi Mosi apparuerit.

Lex cur in caligine datur.

Tabulæ legis cur primum confractæ.

Asinus sine ideo veneratione dignus quod Christus insederit. Demones crucem fugiunt. Lancea. Arundo. Spongia.

Exod. 33.

Christus cur 25. Martij conceptus.

Adam 25. Martij creatus.

Rebecca præfiguratrix dupliis populis.

Iacob typus crucis Christi.

Somnia cur aliquando vera.

Demones sciantne futura.

Diuinator.

Nocturni nasci aut mori quid signo.

Antichristus quomodo cognoscendus. Mar. 24. Luc. 17.

Antichristus an sit mortuus. 1. Thes. 2.

exhibitorum in omnibus signis & virtutibus mendacij, liquet, quod etiam mortuum a se excitatum ostentabit, id autem non verè, sed tantum in phantasia.

Quæstio XXXI.

Si sanctus aliquis vir immiserit disciplinam, aut cruciatum, aut demonem, vel mortem, vel aliquam aliam castigatione, in domum aut in alicuius liberos, potestne ille homo exorare Deum & effugere hanc supplicij sententiam quam tulit seruus Dei?

Responsio.

Si sanctus sit ille vir qui hominibus cruciatum immisit, constat consilium illud a Deo profectum esse. Quisnam autem est, qui consilium Dei velit irritum facere? Ne ipsi quidem angeli inter sese unquam digladiantur, cognoscentes mutua dilectionis spiritualis vinculum. Nec exaudiretur quidem, etiam si per deprecatione suam alterius sancti preces aliquis irritas reddere vellet. Non enim conueniens est, vt famulorum suorum Deus alium affligat, alium verò foueat. Vnde Corinthiũ istum scortatorem, puniuit Apostolus. Et in Testamento veteri, cœlum clausit Helias pro siccitate, & idem aperuit rursus. Atque hæc quidem ita permittente Deo, septem milia sanctorum sustinere, qui genu non flexerāt Idolo Baal. Præterea cum Iob ab amicis esset affectus contumelia, fecit Deus, vt ipse culpam illis condonaret, dicens: Abite ad seruum meũ Iob, & orabit pro vobis. Ergo, quemadmodum apud sanctos Angelos, alius cõtra alium nihil committit, sic etiam de sanctis hominibus est sentendum.

Quæstio XXXII.

Quomodo incantatores quidam eiiciunt ex hominibus dæmonia?

Responsio.

Cum in Euangelio Christus dicat: Si Satanam eiicit Satanus, regnum eius non stabit, manifestum fit, quod incantator non eiicit dæmonem, sed Satã ex obfesso homine cedens, voluntarie recedit, ad decipiendum homines, & ad Deum ne curant, persuadet ipsis, vt ad incantatores currant & ad Magos.

Quæstio XXXIII.

Quonam modo temporibus mortiferis moriuntur quidam, sic vt quasdam videant visiones, & post horas duas vel tres resurgant, quædam referentes?

Responsio.

In istis anima tua nondum penitus a corpore digressa est, sed in quodam sunt excessu, & a nobis expirasse putantur: quæ verò visuntur ab ipsis & narrantur, ad nostram vtilitatem, ea Deus per illos administrat.

Quæstio XXXIII.

Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum super illis fiunt conuentus & peractiones bonorum operũ & oblationũ?

Responsio.

Nisi aliqua beneficia participarent ex illo, non vtique in cura & exquis fieret commemoratio. At sicut vitis floreat extra in agro, & odorem sentit in vase vinum Reclusum, si que confloreat, etiã ipsum: Ita quoque peccatorum animæ piorum precibus & bonis operibus consolantur.

Quæstio XXXV.

Quomodo corpus suum agnoscit anima in re-

surrectione, vt non ingrediatur in corpus aliquod alienum?

Responsio.

Est hoc nature consentaneum. Quemadmodum enim agni a matribus vespere separati, & mane rursus admissi, recta singuli ad matrem suam sua natura trahuntur: Sic etiam cum animabus in resurrectione futurum esse sentendum est.

Quæstio XXXVI.

Christum confitentibus Christianis, Iudæis verò etiam ipsum venisse in dubium reuocantibus, dicentibusque, ipsum adhuc veturum esse, Vnde persuadere possumus ipsis, quod & Deus sit Christus, & quod venerit, denique quod non sit seductor, sicut ipsi existimant, sed verax?

Responsio.

Quod Christus Deus & dominus sit, audiamus prophetam Dauidem dicentem: dominus Deus, & apparuit nobis. Item, Inclinauit cœlum, & descendit. Et rursus: qui sedet supra Cherubim, apparuit. Habacuc autem inquit, Deus a Thæmam veniet. Et Baruth: Hic Deus noster, non reputabitur alius erga illum: Omnem scientiarum viam scrutatus est, & dedit eam Iacob seruo suo. Postea visus est in terra, & cum hominibus cõuersatus est. Vides igitur quàm manifestè Prophetæ Christum dicant esse Deum.

Dicta et Interpretationes

Parabolarum Evangelij

Quæstio XXXVII.

Abeuntes in ciuitatem quæ sita nobis est è regione, hominem inuenietis, testaceum vas aquæ portantem. Quænam ciuitas est? Ecclesia. Quod aquæ testaceum vas? Sanctum baptisma. Quis ille homo? Præcursor. Quod cœnaculum? Regnum cœlorum.

Quæstio XXXVIII.

Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui cum seruis rationem subducere voluit. Quis est ille rex? Deus. Quis debitor decem mille talentorum? Homo qui multis peccatis immerfus, diuinæ tamen est longanimitatis particeps. Quis centum denariorum debitor? Subditus seruus eius qui talentorum decem debebat milia, qui & ipse quidem Dei longanimitatem consequutus, crudelis tamen ac durus erga conseruum suum visus est.

Quæstio XXXIX.

Homo quidam duos habebat filios, qui dixit ad alterum illorum: Vade in vineam. Qui respondit, Non ibo: & abiit. Et accedens ad alterum dixit similiter: qui respondit, Ego ibo, & non abiit. Quis ille homo? Deus. Quis ille qui dixit, Ibo & non abiit? Iudæi. Quis ille qui dixit: Non ibo, & tamen abiit? populus qui est ex gentibus.

Quæstio XL.

Hominis cuiusdam diuitis ager vberes fructus tulit, &c. Quis ille homo? Iudas: & qui sicut ipse, avari sunt & amantes pecuniæ.

Quæstio XLI.

Abite in castellum quod contra vos est, & inuenietis asinam alligatã & pullum. Quod est castellũ? Hic

Pullus. Hic Mundus. Alius verò, Iudæi. Pullus, Christiani. Qui ligauit, Mosaica lex. Qui soluit, Christus. Pullus enim est Ethnicorum inciticia & ignoratia.

Quæstio XLII.

Abeuntes in vicum qui contra vos est ad quemdam, dicetis ei: Magister dicit, Apud te facio Pascha cum discipulis meis. Quæ ista ciuitas? Infernus. Quis ille quidam? Adam. A mortuis enim ipsum excitaturus erat.

Quæstio XLIII.

Iam verò & securis ad arborum radicem est posita. Radix est fides. Arbor verò est homo, & securis est finis hominis.

Quæstio XLIII.

Homo quidam, domum suam ædificauit super petra. Quis ille homo? Sæctus Petrus. Petra, Christus. Domus, fides. Ventus, diabolus est. Qui verò super arenam ædificauit, Iudas est. Arena siquidem est sterilis.

Quæstio XLV.

Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui nuptias apparauit filio suo. Quis ille rex? Deus. Quis filius? Christus. Quinam illi sunt qui erant vocati? Prophetæ & Apostoli. qui illi qui denegabãt? Iudæi. Qui verò veniebant? Hi qui erant ex gentibus. Quis erat qui non habebat nuptialem vestem? Iudas, & qui, quemadmodum ipse, in sancta ministeria sese indignè ingerunt.

Quæstio XLVI.

Dixit dominus ad Petrum: Vade ad mare, & hamum proiice, primumque qui egressus fuerit, piscè cape, & eius aperto ore, staterem inuenies, hunc pro me dato & pro te. Quod mare illud est? Mundus. Hamus, verbum Dei. Piscis, Christus. Stater, crux Domini, in qua & ipse crucifigendus erat & Petrus.

Quæstio XLVII.

Homo quidam duos habebat filios, & dixit minor natu ad patrem suum: Pater, da mihi partem substantiæ meæ. Quis ille homo? Deus. Duo filij, iusti & peccatores. Filius minor natu, qui mète est instabili. Pars illum concernens, sunt eloquia & madata Dei.

Quæstio XLVIII.

Homo quidã clarus genere profectus est in terrã longinquam ad accipiendum regnum. Homo ille, Deus est: Longinqua regio, est aduentus eius in terram. Regnum, secundus eius aduentus. Serui, sunt Prophetæ, Apostoli, & Martyres. Mina autem, est gratia quam acceperat Iudas: similiter etiam talentum.

Quæstio XLIX.

Homo quidam plãtauit vineam, & sepem ei circumdedit. Homo ille, est Deus. Vinca, mundus. Torcular, est baptismus. Turris, fides. Agricola, sunt Iudæi. Serui, Prophetæ, Apostoli & Martyres. Hos misit vt prædicarent, & occiderunt eos, similiter etiam vnigenitum filium, qui est verbum Dei: & ablatum ab ipsis est regnum, & datum est Romanis, qui facerent fructus eius. Ipsi verò mali, malè perierunt, propter ipsorum incredulitatem & duritiem cordis.

Quæstio L.

Exiuit qui seminabat ad seminandũ semẽ suum. Semẽ, est verbũ Dei. Quod in spinas cecidit, Iudas, qui abiens semetipsum suffocauit & volucres cœli deuorarunt eum. Semen verò quod cecidit in terram bonam, Prophetæ sunt & Apostoli.

Quæstio LI.

Homo quidã a Hierusalẽ descendit Hierico, & incidit in latrones. Homo ille, est Adã. Hierusalẽ, paradysus. Hierico, mũdus. Latrones, sunt malæ cogitationes, & trãgressio. Sacerdos, Prophetæ, Leuites, Mosaica lex. Samaritanus, est Christus. Oleum, & vinũ, prætiosũ corpus & sanguis, & sanctũ baptismũ. Diuerforiũ autẽ est ecclesia. Et hospes, sanctus Paulus. Duo denarij sunt verũ & nouũ Testamẽtũ.

Quæstio LII.

Homo quidã diluculo egressus est ad conducendũ operarios. Homo ille, est Deus. Vinca, mundus est. Operarij, sunt Apostoli. Circa verò vndecimã horam venientes, Mathias est, qui cum reliquis vndecim Apostolis connumeratus est.

Quæstio LIII.

Mulier quædam drachmã habebat, quã perdidit. Mulier est ecclesia. Drachma verò Adam.

Quæstio LIII.

Simile factũ est regnũ cœlorũ thesauro qui absconditur in agro. Quis ille thesaurus? Christus. Qui sunt illi qui emerunt? Ioseph & Nicodemus, maxime verò sancta mater Deipara virgo.

Quæstio LV.

Simile factũ est regnũ cœlorũ fermẽto, quod acceptũ mulier abscondit in farinã tria sata. Quod illud fermentũ? Fides. Farinã tria sata, triidana Seruatoris resurrectio.

Quæstio LVI.

Quare Baptista vocat Iudæos progeniem viperarum? Quia illa bestia suæ matris ventrem exedit, & sic demum egreditur, qualia etiam isti parricidæ patrauerunt, suos interficientes doctores & Prophetas, inuidia commoti. Lapidarunt enim Mosem, Esaiam verò Prophetam cum lignea serra in duas partes diuiserunt ipsum disseccantes.

Quæstio LVII.

Quamnam ob causam cum traditus esset Ioannes, fecerit Iesus in Gallilæam? Vt nos doceret fugiendas esse tentationes. Quod si in eas inciderimus, vt strenuè nos & fortiter geramus.

Quæstio LVIII.

Quid peccauit ficus quod eam Christus arefecit? Quoniam id proposito fecit, & quomodo? Quoniam dominus passurus iã erat, ne existimaret eius discipuli ipsum nõ omnipotentẽ esse, sed infirmũ, ideoq; pateretur: in hac inanimata re, suã declarauit potentia vt ostenderet, quod omnes aduersarios suos ariditate percutere posset. Sed quemadmodũ dixit ipse, quia nõ venit ad condemnandũ mundũ, quin potius ad seruandum, suam quidem potentiam inanimata ficu declarat, suũ autẽ erga homines amorem, immensa patiẽtia erga homines exeret. Dicitur verò peccatũ quoq; ficus, quã exerat? est & ariditate percussit dominus noster Christus. Est etiã hæc huius rei ratio. quia post trãgressione Adã accepit folia ficus, quib; obtexit suæ turpitudinis peccatũ, cum destrueret trãgressiois peccatũ, & cõngeret deleretq; in cruce, arefecit operculum peccati, id est, folia ficus, quibus Adam tegebatur post trãgressioem.

Quæstio LVIII.

Quid peccauit ficus quod eam Christus arefecit? Quoniam id proposito fecit, & quomodo? Quoniam dominus passurus iã erat, ne existimaret eius discipuli ipsum nõ omnipotentẽ esse, sed infirmũ, ideoq; pateretur: in hac inanimata re, suã declarauit potentia vt ostenderet, quod omnes aduersarios suos ariditate percutere posset. Sed quemadmodũ dixit ipse, quia nõ venit ad condemnandũ mundũ, quin potius ad seruandum, suam quidem potentiam inanimata ficu declarat, suũ autẽ erga homines amorem, immensa patiẽtia erga homines exeret. Dicitur verò peccatũ quoq; ficus, quã exerat? est & ariditate percussit dominus noster Christus. Est etiã hæc huius rei ratio. quia post trãgressione Adã accepit folia ficus, quib; obtexit suæ turpitudinis peccatũ, cum destrueret trãgressiois peccatũ, & cõngeret deleretq; in cruce, arefecit operculum peccati, id est, folia ficus, quibus Adam tegebatur post trãgressioem.

Quæstio LIX.

Quid est quod Christus dicit: Quinq; viros habuisti, & nũc quẽ habes, nõ est tu vir? Respondit.

Quæstio LIX.

Quid est quod Christus dicit: Quinq; viros habuisti, & nũc quẽ habes, nõ est tu vir? Respondit.

Quæstio LIX.

Quid est quod Christus dicit: Quinq; viros habuisti, & nũc quẽ habes, nõ est tu vir? Respondit.

Quæstio LIX.

Quid est quod Christus dicit: Quinq; viros habuisti, & nũc quẽ habes, nõ est tu vir? Respondit.

K

Samaritana. Hæc mulier viros iuxta Samaritarū legē habuit, mortui qui iam erant, postea verò scortabatur: nemo siquidem cum ea, vt cum vxore legitima volebat cohabitare. Illa verò concupiscentiam suam cum refrenare nō posset, clam apud se habuit, cum quo consuetudinem habebat, & non erat hic manifestus aut legitimus maritus: sed eum virum secum habebat occultè.

Quæstio LX.

Adorare Deum in spiritu & veritate. Quinam sunt illi veri adoratores, qui nec in hoc monte, nec Hierosolymis, sed in spiritu adorant Deum & in veritate? *Responsio.*

Isti sunt qui in desertis montibus, & qui in speluncis & cauernis terræ habitant, qui citra congregationem Ecclesiæ per opera bona Dei spiritu illuminati, in spiritu & veritate adorant Deum & patrem nostrum qui est in cœlis. Qui irreprehensibiliter viuunt, & Deum religiose simul & reuerenter adorantes omni pietate & honestate virtutum relucet, nec opus habent Ecclesia, aut loco huic rei destinato, sed ipsi semetipsos templa facientes, quouis loco bonis operibus & vbique Deū placant, denique indefinenter ei cum hilaritate omnibus diebus vitæ suæ seruiunt.

Quæstio LXI.

Mat. 18. Quid est quod inquit: Si duo vestrum vnanimes conuenerint super terram de quacunque re petierint, dabitur eis? *Responsio.*

Hoc est, de quacunque re conuenerit animæ cum corpore, de pio nimirū & serio negotio, ibi Deus erit in medio eorum, sicut cum Helia in monte, & in fouea cum Daniele egit, ipsorum adimplens petitiones.

Quæstio LXII.

Mat. 5. Quid illud quod dicit, esto beneuolus cū aduersario tuo, dum adhuc es in via cum illo? *Responsio.*

Aduersarius. Aduersarius animæ corpus est, hæc enim sibi aduersantur inuicem, quemadmodum inquit Paulus: *1. Cor. 9.* Castigamus eum, & in seruitutem redigimus corpus per ieiunia, vigiliis, & per alias afflictiones: idque spontanei facimus & liberè, ne amplius cōtra animam per cōcupiscentias ignominiosas insurgat. Viam dicit vanam hanc & fallacem vitam. Nam à corpore postquam anima separata, & ex hac vita viaq; fuerit egressa, non amplius potest operari bonum. Quadrans autem dicitur etiam quod reliquū est, & quasi neglectum in animi cogitationib. Dicitur verò etiam conscientia, aduersarius: nam occultè nos in corde nostro redarguit, coërcet à malo, & si simus inobediētes, tandē nos ad Dei tribunal sistit, vbi & pœnas dabimus tū enormium peccatorum, tum etiam leuium & minimorum.

Quæstio LXIII.

Phil. 2. Quenam est ista parabola: Simile factū est regnū cœlorum grano sinapis? *Responsio.* Propter humanam suam naturā hoc dicit: Diues enim cum esset, humiliavit semetipsum vsque ad mortē, mortē verò crucis. Magnā autē & foliis luxuriantē arborem dicit ppter diuinitatē. Volucres autem cœli in ramis eius insidentes, Prophetas, Apostolos & Euangelistas intelligit.

Quæstio LXIIII.

Leuit. 19. Quid illud quod lex habet: Nō facietis Sisoen ex coma capitis vestri? *Responsio.*

Sisoen quidam aliter interpretati sunt, ego sic

sentio: Prohiberi hac lege capillorum tonsuram. Consueuere nāq; Græci infantum quoq; vertices rondere: & lanuginem abradere, eamque postmodū dæmonibus dedicare.

Quæstio LXV.

Quare flauit in discipulos suos Christus, dicens: Accipite Spiritum sanctum? *Responsio.*

Quemadmodum super cæco fecit lutum, & eius oculis illiniuit, vt ostēderet, quod ipse sit q ab initio formauit hominem ex luto: Ad eundem modū flauit etiam in discipulos, declarans se esse qui spiritum det & vitam hominibus, per primitiuā illā inspirationem quæ in Adam est, inspirauit. Quod autem inquit: Accipite Spiritū sanctū. Dedit ipsis per istam inspirationē, potestātē & donū peccata remittendi. His baptisimi & signorum accessit efficacia, quā dedit in festo Pēthecostes. Ideo inquit: Vos baptizabimini Spiritu sancto, & accipietis virtutem superuenientis in vos Spiritus sancti. Nā ante passionem eius, Apostoli non sanabant ægros per Spiritum sanctū, sed per potestatem & mādatum sibi à Christo traditum. Nondū enim erat Spiritus sanctus, nec enim adhuc tū Christus fuerat glorificatus. A mortuis verò resurgens glorificatus est. Spiritum autem sanctum vocat, non sancti Spiritus hypostasin, vel personā: hæc enim erat antē, & est eritq; semper sed Spiritus sancti donum quod ascensionis decimo, resurrectionis verò quinquagesimo die venit super discipulos Christi.

Quæstio LXVI.

Quis est ille Iudex iniquitatis, qui neq; Deum timebat, nec hominem reuerebatur? *Responsio.*

Deus. Nec enim vel Deū habet quem timeat, vel hominē quem reueretur. Erat autem in ea ciuitate vidua quædā. Quæ illa vidua est: anima cuiusque hominis, quæ diabolum aliquando maritū habuit, quo repudiato, Christū ex animo cōplectitur, vidua est, orans nocte dieq; iudicē deprecatur, & lugens dicit: Vindica me de aduersario meo.

Quæstio LXVII.

Quis autem est aduersarius? *Responsio.* Diabolus, qui tanquam leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret. Quid autem dicit iudex? Etiam si non timeam Deum, nec hominē reuerer, vindicabo tamen eam, ne veniēs me fugillet. Et infert Dominus, dicens: Audite quid dicat Iudex iniquitatis Deus, iniquos enim iudicat & cōdemnat. Iusto nāq; lex non est posita.

Quæstio LXVIII.

Quomodo illud intelligendum est: Qui pallium habet, vendat, & emat gladium? *Responsio.* Hoc ideo dixit Dominus, vt Apostolis proditio-nem sibi intentatā notā faceret, & aduentū Iudæorum. Ergo illud nec omnino subtrahit, ne à Iudæis turmatim aduentantibus terrerentur, nec etiā penitus illis indicauit omnia, ne tenerentur aliquo metu.

Quæstio LXIX.

Quomodo qui amat animam suam, perdet eam? *Responsio.*

Hic quidem, qui suam animam amat, est, qui ab-surdas cōcupiscentias suas perpetrat. Qui verò odit eā, est, qui nōn obedit, nec locū dat, si, quæ nocere possunt, subeat. Qui ergo animam suam vult perdere, est, qui imminentia pericula, afflictiones & tentationes

tētationes effugere cupit. Sicut igitur i periculis se perire salutē vocauit, sic eā inueniet i æterna vita.

Quæstio LXX.

Quidnam est illud: Si oculus tuus dexter, aut dextera tua manus offēdit te, erue vel abscinde, & proiice abs te? *Responsio.*

Non de membris corporis hoc dixit Dominus, abscindit: sed de amicis & cognatis, membra nāque sumus inuicem. Si igitur, inquit, habes amicum aut cognatum, cuius tanta tibi sit necessitas, quanta vel dextri tui oculi vel manus: iuxta dictum Iob: Oculi eram cæcorum, & pes claudorum: si videris ab ipso dāmnū inferri animæ tuæ, abscinde eum, nulla namque luci societas cū tenebris. Idq; faciendum maxime, si quid simulent, vel fraudulenter agant.

Quæstio LXXI.

Ficum arborem habebat quidā in vinea sua, qui venit quærens in ea fructum & non inuenit. *Responsio.*

Ficū scriptura vocare solet peccatis immerfam animā. Vincam verò fidelium, ecclesiam. Vinitores autē, angelos. Quādo igitur in Ecclesia multa fiunt opera, quæ ex fide nō sunt, nō vinea vocatur, sed ficus. Quapropter à tenera quidē ætate, vt par est, in ea per baptismū plantati, in senectute verò ad hunc modū immutati, meritō Deus quantumuis longanimis, dicit ad vinitorem vel angelū Ecclesiæ: Ecce tribus iam annis venio fructū quærens in ista ficu, nec tamen inuenio. Excide eam, nā quare vel terram inutiliter operiret? Ille verò respondet: Domine, sine illam adhuc hoc tātum anno, donec fouea circū eā facta, misero stercus. Tres igitur sunt anni hominum, in quibus venit Deus quærens fructum quæ sunt hominis tres ætates, vt pote quod pueri primū, deinde iuuenes, postremò sumus senes. Multi enī in senectute demū respicere, qui per afflictiones fossi, & per tētationes recepto stercore, fructiferi facti, protulere virtutem.

Quæstio LXXII.

Quare Ecclesia hoc nomine vocatur, & quare dicitur catholica? *Responsio.*

Ecclesia quidē dicitur, propterea quod euocatur omnes: Catholica verò, propterea quod per totū mundum diffusa sit.

Quæstio LXXIII.

Vnde dicitur Hæresis? *Responsio.* Ab eo, si quis eligat & exequatur sententiā suam priuatam & propriam.

Propositio LXXIII.

Orate ne fugā vestra fiat in hycme, vel i sabbatho *Explicatio.*

Notandū quod hycmē Deus nō fecit: Scriptū est enī: Æstatē & ver tu creasti. Fugere verò dicit, animæ separationē à corpore. Hycmē autem peccata vocat, & Sabbathū securitatē, Dicitq;: Væ animæ in peccato, securitate vel socordia, & negligentia constitutæ.

Propositio LXXV.

Lapidem quem reprobarunt adificantes. *Explicatio.*

Lapis ille Christus est quē Scribæ, Pharisei & seniores Iudaici populi reprobarūt, & factus est caput Ecclesiæ gentium. Id quod propter vnionē & consensum fidei, qui est inter gentes, dicitur. Quia nanque posteri cū gentiliū, tum etiam Iudæorum crediderūt in Christum, anguli similitudinē refert

Christus, qui illorū posteros copulauit in fide. Dicitur verò etiam alio modo Christus lapis angularis. Siquidē quando cōstruitur domus aliqua, ponunt ædificatēs in angulo muri lapidē aliquē summū angularem, qui angulū in summitate cōtineat. Talis verò lapis in summo loco muri constitutus, copulat & continet duos parietes. Hoc igitur modo Christus quoq; summus lapis angularis dicitur, quod in vnum copulat duos istos populos: Iudæos videlicet & Gentes, atq; eā ob causam angularis lapis dictus est.

Hic defunt quædam.

Quæstio LXXVI.

Quidnā est illud: Et inclinato capite tradidit spiritum? Nā omnes moribundi, moriuntur primū, & tum demum inclinant capita. *Responsio.*

Quoniā omnes scripturas Christus adimpleuit, Incarnationē, Natiuitatē, tinctionē in aqua, signorū declarationē, efficacē doctrinā demonstrationem, familiarē cohabitationē discipulorū. Humana denique omnia: Passionem, crucē, illusiones, vulnera clauorū. Istis, inquam, omnibus impletis, quæ pati debuerat, sola mors restabat adhuc. Atque hæc quidē sibi metuens, appropinquare non audebat, idēd Christus inclinato capite vocauit ipsam. Nā antequā caput inclinasset, verebatur propius accedere. Ideo inquit Euangelistes: Et inclinato capite, tradidit spiritum.

Quæstio LXXVII.

Quare magna voce clamauit Christus in cruce? *Responsio.*

Vt suā declararet potentiā, deterreret Iudæos, & ad fidem adduceret. Hæc enim vox petras discidit, velū templi dirupit, terrā mouit, & apertis mortuorū sepulchris, mortuos excitauit. Ac ne sic quidem intellexerunt insensati Iudæi.

Quæstio LXXVIII.

Quomodo vidit Maria Dominū? Flens enim in monumento stabat coram angelis, tristi vultu, & aspectu demisso. Quomodo igitur vidit eū, qui à tergo veniebat obambulans? *Responsio.*

Sic habet. Cū angeli federēt Mariæ ex aduerso, viderentq; Christū ei à tergo imminentē: illa quidē nō respiciebat, Angeli verò sedētes è regione, viderunt Christum à tergo venientē, qui statim surrexerunt. Videns verò mulier angelos surrexisse, animo perculsa respexit ad videndū, quid angeli cernerent & vidit venientē Iesum. Hæc est causa quod Maria, retrō conuersa, vidit Dominum.

Quæstio LXXIX.

Quare cū discipulis suis post resurrectionē suam Christus edere voluit, nec alia pars est inuēta, quā, assi piscis, & de apiario fauo? *Responsio.*

Quidā illud de fauo apiario, salem interpretati sunt, quæ verba futilium nugorum sunt fabulæ. Nā fauus & assus piscis eiusmodi sunt, qualia dicit scriptura. Habet autem admiradā interpretationem, & profundam atque valde remotā peruestigationem, sensus istius lectionis. Est autem hic: Piscis similitudinē habet aspera cōuersationis eorum qui bonis operibus sese exercēt, qui ieiuniis, vigiliis, & aliis castigationibus carnem domant, qui se ipsos mundo & voluptatib. crucifixerunt, & qui humiditati vitæ voluptatib. renunciarūt, ariditate seipos domates, disciplinæ viam ingrediūtur,

quemadmodū praecepit Christus: Qui vult animā suā seruare, perdet eā: ieiuniis utiq; vigiliis & aliis afflictionibus. Quomodo verò piscis assimilatur disciplinae studio, vel afflictionibus, nunc attende. *Homo pisci simili-*

Piscis similis est homo. Nā sicut piscis dū adhuc est in mari, sufficiens habet humiditatem, & in luto vivit suum adhuc sanguinem habēs: quādo verò captus ex aqua venerit, moritur, ad ignē verò positus assatur & arefit, perditq; suā omnē humiditatē, sanguinem & immunditiā. Atqui talis etiā est homo, dū adhuc in medio vitæ suæ curriculo affectibus indulgens, vivit in voluptatibus & immoderatis concupiscentiis. Quando verò relicto mūdo, asperioris vitæ in deserto exercitiū subierit, à Sācti Spiritus igne calefactus, à suis affectibus arefcit, & ab omni repurgatur immunditiā, atq; per virtutes accepta Deo fit hostia. Nam sicut piscis ad carbones assatus, fit commodus & utilis cibus: sic homo per calorē Spiritus sancti repurgatus, grata fit hostia Domino. Nūc quōd ad fauū apiariū attinet, talē habet interpretationē. Quarendū itaq; quomodo nō fuerit mel sine fauo. Est quidē fauus sine melle, & aliquādo mel est sine fauo, hic verò repertum est vtrunq; Quo verò pacto, audi: Mel quidē, propter Sancti Spiritus dulcedinē, quā super Apostolos & omnes fideles effusus erat: Fauus verò habuit, propter signaculū, quo per baptismum omnes fideles obsignavit. Etenim thesaurus mellis, quātō magis munitus est à fauo, tāto est tutior. Cōsimili modo & gratiæ diuinæ tanto sunt tutiores diuitiæ in homine, qui baptisimi signaculū & signū crucis, denique fidem quōq; quæ est in Christum, habet.

DE GLORIA CHRISTI.

Sciendū verò qd Dominus noster & Deus Iesus Christus, post suā quā ex Spiritu Sācto & ex Maria perpetua virgine sumpsit, incarnationem, post humanā formā, totāq; post assumptā humanā, sine tamē peccato & Ignorātia, naturā, postquā tāta edidisset miracula, essetq; crucifixus, & tertia die surrexisset secūdu scripturas: postmodū assumptus est, & cōsedit ad dextrā Dei: Dextrā verò Dei cūm audis, ne locos vel figurarū positiones circūscribe. Dextrū etenim & sinistrū, sunt finitorū quę describi possunt: De^o autē increatus est, & infinitus: cui nulla ascribi forma, & qui nec ipse circūscribi queat. Dextrā verò Dei quādo audieris, maiestātē Dei & gloriā intellige. Et Dei quidē fili^o & Deus: sicuti dictū est. Post adimpletā rotā dispensationē, tādem assumpt^o est. Spiritus verò sanctus in sancto festo Pēthecostes super sanctos Apostolos veniēs, & super omnē carnē effusus, nō est rursus assumpt^o, sed in generationes & generationes transit in omnes, & sicuti quemlibet hominū inuenit, habitat super eū, p cōueniētia cuiusq; & puritate, multum in anima superans dulcedinem mellis.

QUESTIONES EX VERTI TESTAMENTO.

Quæstio LXXX.

Quidnam est quod dicitur: Terra autem erat inuisibilis, & incondita? *Gene. 1. Terra inuisibilis.*

Quia nondum erat vigor quo exornaretur, Infusa namq; super terram aqua videri non poterat, inuisibilis videlicet & latens. Incondita verò nec adhuc dum exornata, quia incomposita & nondum

Homo pisci simili-

Salitaria vita hominis deo gratia.

Mel.

Fauus.

Dextera dei quanam.

Gene. 1. Terra inuisibilis.

perfecta. Nullus enim illi adhuc vigor erat, nulli flores vel prata, neque plantæ vel germen aliquod.

Quæstio LXXXI.

Qualis erat ille spiritus, qui ferebatur super aquas? *Spiritus ferebatur.*

Respondio. Videtur quidē quibusdā, quōd spiritus ille, sanctus sit Spiritus, viuificans aquarum naturam. Ego verò haud absurdē per illud verbū, ferebatur, dico significari motiuam aëris essentiam: etiam iuxta Dauid de Deo huius vniuersi dicentem: Flabit spiritus eius & fluent aquæ. *Psal. 147.*

Quæstio LXXXII.

Quare cūm vnam cōgregationē aquarū dixisset, postmodum multas vocauit? Inquit enim: Cōgregata est aqua quæ sub cælo erat in congregationes suas. *Respondio.*

Vna est aquarū natura & congregatio. Pluraliter verò collectiones vocauit, eo quōd aliud quidem est Indicum pelagus, aliud verò Ponticū, & aliud Atlanticū, aliud Propōtis, & Ægæum est aliud, & aliud Iouius sinus. Extra verò, terrā alluit maximū Pelagus, quod Oceanum vocant. Eā ob causam, aquam quidem vt est congregata, collectionē: vt autem ab alia separata est alia, collectiones vocauit.

Quæstio LXXXIII.

Quale lumē separabat diem & noctē, antequam sol creatus esset? Nā sol & reliqua luminaria postea demum sunt facta. Quomodo ergo illud intelligendum: Et fuit vespera & mane dies, quum sol nodū esset? *Lux ante solis creationem quam fuerit.*

Respondio.

Fiat lux, dixit Deus, & facta est. Illa igitur erat, quæ distinguebat diem ac noctem. Et Dixit Deus, Fiat lux, & facta est, Lux illa nō est sol. Qualis verò lux sit, audi: Est hæc lux illa matutina quæ exoritur diluculō, & mundum illustrat antequā sol oriatur. Nec est vt aliquis putet, quōd Solis hic splendor sit qui Solem præueniens statim lucet & mundū illustrat, sed hoc illud ipsum est quod dicit scriptura: Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Hæc lux magna & splendidissima quum esset, diuisit eam Deus in luminaria illa, solem & lunam, & reliqua. *Aurora.*

Quæstio LXXXIII.

Quid est quod inquit, Sint in signa & stata tēpora, & dies, & annos? *Signa.*

Respondio.

Signa vocat cognoscere semētis faciēda, messis, & vindemiæ opportunitatē, quo tempore plantandum, & ligna quando cādēda. Nam quiuis tēporis articulus peculiare habet opus. Quoduis temporis spatiū suas habet opportunitates, quibus peculiare aliquod opus exerceri debet.

Quæstio LXXXV.

Quare plātas quidē ante luminaria creauit Deus animalia verò post? *Plata cur ante luminaria creata.*

Respondio.

Propterea quōd plantæ sunt inanimatæ, & non habent oculos, suntque ante luminaria creatæ. Splendorem enim lucis portabant, post luminaria verò tandem animalia creata sunt. Nam lucem illā magnam quam Deus fecerat, in luminaria diuisit: quæ lux hinc inde dispersa, aliquatenus est imminuta: quod nisi factum fuisset, non potuissent animalia sustinere magnū iubar & splendorem tantī ignis. Atque huius quidem rei gratia post solem & lunam sunt animalia creata, vt illius ignis splendorē perferre possent.

Quæstio LXXXVI.

Quare Deus cūm ex terra finxisset hominem, nō etiam

Spiritus ferebatur.

Psal. 147.

Aquarū congregationes. Maria.

Lux ante solis creationem quam fuerit.

Aurora.

Plata cur ante luminaria creata.

Chr Eua etiam

simul cum etiam finxit Euan, sed eam formauit ex eius costa? *Adams nō est creatus.*

Respondio.

Ne haberent occasionem dicendi, aliud esse lutum Adæ, & aliud Eua: & lutum Adæ præstantius esse, quodque ex hoc boni & probi homines, ex Eua verò sint mali, peruersi & prauī: Ideo fecit eos Deus ex eodem luto terræ.

Quæstio LXXXVII.

Cūm præstantior & mirabilior factura Dei sit homo (regem cum ipsum super terram fecit, & secundum imaginem similitudinēque quam creauit ipsum) cur omnium postremū creauit eum Deus? *Homo cur omnium postremo creatus.*

Respondio.

Quemadmodum Rex quādo in aliquam urbem aduenturus dicitur: Primum omnem eius apparatus instruunt, parantes dona quæ conferant, & totū satellitium & hospitium, ac tum demum aduenit Rex: Ad eundem modum cum homine quoque factum est. Primò habitaculum ei procurauit Deus, fecitque sedem habitationis, ac de omnibus necessariis ei prospexit, postea ipsum creauit.

Quæstio LXXXVIII.

Quid illud est, Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram? Quid est, secundum imaginem: Et quid illud, iuxta similitudinem? *Imago Dei.*

Respondio.

Non est Deus, sicuti sunt homines, humanā habens figuram, Absit. Sed quod dicit, secundum imaginem: hoc est, Sicut in toto mundo Deus rex est & Imperator, & potestatem exercet in omnia, & quæ in cælo sunt & quæ in terra: Sic etiam homo princeps & rex constitutus est super omnes res terrestres, qui libera sua voluntatē facit quod vult sicut ipse Deus. Et hoc est quod dicitur, secundum imaginē. Quod verò iuxta similitudinem dicitur, est illa bonitas & iustitia. Sicut enim Deus bonus est, beneficus, misericors, iustus, longanimis, mansuetus, & qui nos amat, & condolet, pacificus, & placidus, qui nostri miseretur, & alit omnes homines, atque hanc bonitatem omnibus exhibet. Ad eundem modum fecit & formauit, & talem vult esse hominē, vt omnibus virtutibus exornatus sit & imitetur Deum, quantum quidem humanarum est virium, in omni bono opere & honestate.

Quæstio LXXXIX.

Ad quam dixit Deus, faciamus hominem secundum imaginem, & iuxta similitudinem nostram? *Similitudo Dei.*

Respondio.

Infames quidam hæretici hoc ad angelos & ad malos dæmones dictū esse contenderunt. Vbi delirant illi stupidi, nec intelligunt, quōd non dixit secundum imagines nostras, sed secundum imaginē nostram. Dei enim & angelorum ac dæmonum, neque essentia nec imago est eadem. Ego autem dico: Quōd præuidens vnigeniti filij incarnationem & humanæ naturæ assumptionem, quam ex Virgine naturam assumpturus esset, cūm sic vnam & eādem Dei & hominis personam, ac vnam & eandem sibi adorationem ab omni creatura oblatum iri intelligeret: ad ipsum vnigenitum filium hunc dixit sermonem.

Quæstio. XC.

Vtra est principiū & primas habet, nox vel dies? *Dies precesserit nox vel contra.*

Respondio.

A primitiua quidem mūdi creatione, ab eo tempore videlicet quo factus est Adā vsque ad aduen-

tum Christi, prior fuit dies, sicut etiā diuina scriptura loquitur, quo dixerit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & quod lucem Deus vocauerit diem, tenebras verò vocauerit noctem. Primum posita fuit lux: per hanc enim extitit primus dies. Et à luce primum inchoantes, in tenebras postea deuenimus. A recta namque via ad idola aberrantes, in tenebras errorum delati sumus. A Christi verò aduentu incipit rursus & diem præcedit nox. Ideo à vesperā incipientes, solenniter celebramus dies sequentes. Id quomodo factum sit, audies. Quandoquidem primò à luce defecimus ad tenebras, ab initio quidem fuit lux, tenebræ verò sunt insequutæ. Ex eodem verò tēpore quo Sol iustitiæ Christus deus noster mundo exortus est, & ex tenebris errorum ad lucē cognitionis Dei nos reduxit, à tenebris inchoamus, & in luce terminū cōstituiimus. Ibi non refert etiam si præcedat nox, cūm hæc nobis initium det lucis, & ad lucem deducat. Etenim præsens nostra vita, in scriptura tenebræ vocatur, quemadmodum diuus Paulus, inquit: Depositis igitur operibus tenebrarum, induamus arma lucis: hoc est, futuri seculi. Lux enim dicitur, quod futurū est. Arma verò illius lucis sunt virtutes. Ideo Christus quoq; dixit: Dum lumen habetis: ambulate, ne tenebræ vos apprehendant, vbi lucem virtutes vocauit, quas virtutes homo, dum vivit, præstare potest. Post mortem enim non poterit eas inuenire. Tenebræ verò sunt, præsens hoc seculum, propter tenebrosas illius actiones. Sicut rursus inquit Christus: Qui me sequitur, nō ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Sequi namque Christum, est quæ placita sunt ei facere, & eius mandata seruare. Talis non ambulabit in tenebris, hoc est, in vanis viis huius vitæ, sed accipiet & inhabitabit æternam lucē æternæ vitæ quæ futura est, & immensum, quod ibi futurum est gaudium & exultationem.

Dies solennes incipientes celebrari à vespera præcedenti, chr.

Vita nostra, tenebræ vocatur.

Rom. 13. Lux quid.

Ioan. 12.

Tenebræ quid.

Ioan. 8.

Sequi Christū.

Adam & Eua cur nō noverint munditatem suā ante peccatū.

Quæstio XCI.

Quōd Adam & Eua postquam comedissent, cognouere sese nudos esse. Nunquid antequam comedissent, etiam habebant hunc sensum? *Adam & Eua cur nō noverint munditatem suā ante peccatū.*

Respondio.

Quemadmodum infantuli non erubescunt, etiam si nullis vestibus tegantur, donec paulatim sumptis incrementis crescat corpus & pudor: Sic sanē quoque habet cum Adam & Eua. Nam cūm primum creati essent, sicut modò natus infans, peccati nondum participes, non pudebat eos non esse tectos. Post admissum verò peccatum, consutis folijs mēbra sua contegebant.

Quæstio XCII.

Quid est quod dicit: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis? *Respondio.*

Per increpationem Deus vanam imaginationem Adam reprehendens, dicit: Non factus es quod te fore putabas. Nunquid enim Deus es factus, sicut Satan dixit tibi, & te decepti? Hoc est quod dicit: Ecce Adam factus est velut vnus ex nobis. Nam maior fieri quum cuperet, factus est minor.

Quæstio XCIII.

Quid est quod inquit: Respectus eius erit ad te, & tu dominaberis ei? *Respondio.*

Oblato dono dixit Deus ad Cain: Munus illud tuum quod obtulisti, ad te respiciat, & tu dominaberis ei, agito cum eo quod volēs: nam illud ego non approbaui vel recepi.

Quaestio XCIII.

Adā cur Quare quum peccasset Adam, Abel qui iustus primo non erat, mortuus est?

Responsio.

Quia non voluit Deus mortis fundamentum esse firmum. Nam si Adam primus fuisset mortuus firmam illa certē basim habuisset, tanquam quæ primum mortuum eum qui peccasset, abripuisset. Quia verò eum qui iniuste fuit interemptus, primum recepit, lubricum habet & debile fundamentum.

Quaestio XCV.

Quid est quod dicit: Omnis qui occiderit Cain, septem vltionibus punietur?

Responsio.

In iis quæ perpetraverat Cain, primum peccatum fuit invidia, propter prerogatiuam Abellis. Secundum dolus. Nam interim dum cum eo colloqueretur, inquit: Eamus in agrum. Tertium, cædes, prioris mali additamentum. Quartum exaggeratio peccati, quòd occidit fratrem. Quintum, quòd parentibus luctum peperit. Sextum, quòd terram sanguine polluit. Septimum, quòd mentitus est Deo. Interrogatus enim de fratre suo Abel vbi esset, respondit: Nescio. Septem igitur vltionibus puniendus erat, qui interficeret Cain. Vltiones illæ septē, sunt istæ: Prima, quòd ad iram prouocauit Deum. Secunda, quòd dolore parrem affecit. Tertia, quòd orbam fecit matrem. Quarta, quòd interemit fratrem. Quinta, quòd effudit sanguinem. Sexta, quòd cædem patrauit. Septima, quòd infernū dedicauit.

Quaestio XCVI.

Quid est quod dixit: Maior est culpa mea quàm vt remittatur: viuamque & non moriar?

Responsio.

Maior, inquit, est condemnatio mea. Etenim talis per execrationem Dei factus fuerat Cain, vt terror & membrorum quassatio non admitteret, vt vel cibum sibi in os ingerere posset.

Quaestio XCVII.

Quid est quod dicit Lamèch: Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum?

Responsio.

Non dicit hic duo, sicut existimant quidam, neque Cain intelligit, vt quidam fabulantur, sed dicit quendam & hunc adolescentem. Occidi virum in vulnus meum, & adolescentem in liuorem meum: hoc est, Virum iuuenem, habentem ætatem virilem. Declinauit verò pœnam propter confessionem peccati, & ipse sua lata sententia, sententiam Dei remoratus est.

Quaestio XCVIII.

Quosnam filios Dei vocauit Moses, dicens: Videntes verò filij Dei filias hominum, acceperunt eas sibi vxores?

Responsio.

Ex Adam quidem natus est Seth, tertius enim erat post Abel. Ex Seth autem natus est Enos, qui dominum Deum cœpit inuocare. Vnde qui ex hoc nati sunt liberi, filij Dei vocati sunt, quemadmodum etiam nos ex Christi domini nostri nomine, Christiani nominamur. Segregatum est enim genus Seth, nec est cum iis commixtum qui erant ex Cain, propterea quòd ille à Deo omnium esset maledictus. Postea verò videntes filias ex cognatione Cain pulchras esse, atque blanditiis decepti,

duxerūt eas vxores, & suum ita genus corruerūt.

Quaestio XCIX.

Quid est quod dicit: Cùm respexisset Abraham, vidit: & ecce aries vnus cornibus implicitus hærebat ad plantam Sabec?

Responsio.

Planta Sabec est veneranda crux. Iuxta Hæbræos verò videtur Sabec, remissio esse & condonatio. Aries verò qui in Sabec hærebat ad plantam, quem etiam pro Isaac holocaustum obrulit, præfigurauit Christum, immolatum pro nobis sacrificium immaculatum, & qui pro nobis in cruce mortem subiit. Nam eius vibice nos omnes sanati sumus, inquit Esaias, & nostros ipse dolores portauit, & propter peccata nostra vulneratus est. Sicut igitur aries ille pro Isaac oblatus est, ita Christus immolatus est pro nobis.

Quaestio C.

Quid est quod inquit Isaac: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, & det tibi Dominus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & olei, & seruiant tibi populi, & cætera?

Responsio.

Ager est mundus, ros verò cœli diuinitas est, pinguedo autem terræ est humanitas. Quemadmodum igitur ros quidem inuisibiliter descendit, & in terra consistens, apparet: ad eundem modum Deus verbum, qui inuisibilis est, per carnem in terra conspectus est, & cum hominibus conuersatus. Frumentum verò & vinum sacramentorum diuinorum sunt ænigmata. Et omnes populi seruiunt Christo.

Quaestio CI.

Quid per illud significatur, quòd Iacob tres virgas accepit: Populeam viridem, amygdalinam, & ex platanis, & decorticauit eas?

Responsio.

Tres virgæ symbolice, sunt tres facultates animæ, rationalis, appetitiua, & animositas: vel tres cõtēplationes, corporum, rerum incorporarū, & sacræ Triadis. Vel generaliter per amygdalinam virgam, actiuam: per populeam, contemplatiuam & per eam quæ ex platanis erat, mundum hunc & eius cõtēplationem innuit.

Quaestio CII.

Quare Iacob respiciens vidit castra Dei, & dixit: Castra hæc sunt Dei?

Responsio.

Ideo apparent Iacob Angelorum castra, vt animetur & non timeat fratrem suum Esau. Erat enim consilium Esau, ipsum occidere. Ideo etiam cum Angelo luctatus est, qui dixit ei: Me victo, num hominem times? Cognoscebat verò se Deum habere adiutorem.

Quaestio CIII.

Quidnam est: Catulus leonis Iuda, de germine filij mi ascendisti, accumbens obdormiisti vt leo, & cætera?

Responsio.

Hoc Christo congruit. Quemadmodum enim leo etiam cùm dormit, terribilis est: Sic etiā mors dominica terrori est tum morti, tum diabolo quoque. Leonem verò ipsum & catulum leonis vocauit, tanquam regem & tanquam regis filium. Hoc verò: Quis excitabit eum, ineffabilem eius potentiam

tiam declarat. Nā ipse semetipsum excitauit, sicut ipse de se prædixit, cùm inquit: Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.

Quaestio CIIII.

Quid est quod inquit: Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem pullum alinæ suæ?

Responsio.

Vineam quidem Hierusalem, pullum verò vocat populum qui est ex gentibus, tanquam populum indomitum. Hoc nanque Christus quoque significauit, missis duobus discipulis ad soluendam alinam & pullum, super quem adhuc nullus hominum sedisset: Nullus videlicet Patriarcha, nec legislator vel propheta de salute gentium cogitauit, sed Apostoli ad id ordinati, soluerunt humanam naturam peccatis alligatam.

Quaestio CV.

Quid est quod dicit: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuz pallium suum? &c.

Responsio.

Hoc de Passione Christi dicit, & corpus quidem, stolam vocat: sanguinem verò, vinum: quandoquidem etiam mysticum illud vinum, sanguinè vocauit Dominus. Illud verò, pulchriores vino sunt eius oculi, lætitiā, quæ passionem eius sequuta est, significat.

Quaestio CVI.

Qui primus nominauit Deum in terra?

Responsio.

Diabolus, cùm ad Euam diceret: Quid est quod interdixit Deus, ne comederetis de hoc ligno?

Quaestio CVII.

Quid futurum est cum elementis, item cum sole, luna & stellis in secundo aduentu?

Responsio.

Simul dabitur ipsis locus aliquis & domicilium, sed non in perpetuum abolebuntur.

Quaestio CVIII.

Quare Cain quidem execratus est Deus, dicens: Maledictus tu super terram: Super Adam verò, execrationem imposuit terræ, dicens: In operibus tuis maledicta sit terra?

Responsio.

Eo quòd Cain negauit & à Deo peccatum suum abscondit, quapropter maiorem quoque in se pœnam deriuauit: Adam verò quia confessus est, magnum illud à se supplicium depulit. Nam qui sua peccata confitetur, remissionem consequitur.

Quaestio CIX.

Quidnam est: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt vana?

Responsio.

Gentes dit Romanos: Francorum videlicet genus, qui Christum crucifixerunt: Populum verò dicit, caput Iudæorum. Astiterunt reges terræ, Pilatus & Herodes. Principes verò Annas & Caiphas.

Quaestio CX.

PSALMVS PRO TORCVLARIBVS.

Qualia dicit torcularia?

Responsio.

Ecclesias in quibus vinum funditur. Veluti sacrosanctus domini nostri Iesu Christi sanguis effunditur & sanctū corpus eius immolatur. Quòd verò dicit Esaias Propheta: Torcular ego calcaui prorsus solus, hunc habet sensum: Sicuti torcular

est receptaculum, & in eo calcatur botrus, sic etiam Christus conculcauit inimicos suos tum intelligibiles, tum sensibiles. Dicimus autem & hoc, quòd botrus & vua Christus est, qui seipso comminuto, voluntariè pressus est, & ex morte sua distillauit diuinum mustum, suoque seipsum sanguine rubere fecit. Est verò omnino solus. Nam solus ipse Christus pro nobis mortuus est, non Angelus vel senex aliquis, sed ipse Christus seruauit nos. Petrus namque Christum negauit, & ipso passionis tempore cæteri quoque Apostoli dedere fugam.

Quaestio CXI.

Quid est quod dicit: Sitientes venite ad aquas?

Responsio.

Aqua sacrum baptisma significat, aut lachrymarum fontem, videlicet pœnitentiam. Hoc verò: Euntes emite, edite, & bibite absque argento, sanctum baptismum domini nostri Iesu Christi significat. Eodem modo per hoc, dominus diluuium inhabitare faciet, intelligitur sacrum baptismum: quia inundat super omnia peccata.

Quaestio CXII.

Vox domini per flammam ignis perrumpentis.

Responsio.

Significat hoc futurum supplicium ignis, qui tandem iussu Christi dirimetur. Ignis nanque duplicem vim habet, ad lucendum videlicet, quod dabitur iustis, & ad cremandum, quod peccatoribus dabitur.

Quaestio CXIII.

Flumen Dei impletum est aquis, quid hoc est?

Responsio.

Per aquam Apostoli notantur, qui omnigenis donis & diuina gratia impleti sunt. Ac quiuis homo qui purus & iustus est, non aliunde quàm hinc talis efficitur. Nam aqua & ros, aliquando quidem in scriptura donum Dei, aliquando verò animæ tentationes & perturbationem significat. Quando verò inquit: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent. Et, Vt ros Hermon descendens super montes Sion, dicit dona Spiritus sancti. Montes verò Sion, dicit spirituales qui viuunt in Deo. Rursus quando dicit, Saluum me fac Deus, quoniam ingressæ sunt aquæ vsque ad animam meam. Et, Vtique pertransiuit anima nostra aquam fundo carentem. Hanc aquam, animæ tentationes vocat.

Quaestio CXIIII.

Quid est quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxisti captiuitatem?

Responsio.

Dicit hoc, quòd Christus confusa cruce, deprædatus est infernum & captiuum duxit. Et hoc est & illud quod ait, dixit dominus: Reuertar ex Basan, hoc est, de cruce ad infernū redibo. Basan enim si interpretetur, turpitudinem significat. Nam Iudæi crucem vt turpem reputant, & ideo execrationis organum vocauerunt eam. Sed Christus eam sanctificauit, eo quòd in ea salutem hominum perfecerit.

Quaestio CXV.

Quid est quod dicit: Diuites facti sunt inopes, & esurierunt?

Responsio.

Diuites hoc loco vocat Iudæos, qui inopes facti sunt, eo quòd occiderunt panem vitæ, & venit su-

Quaestio CXVI.

psal. 100 Quid est quod inquit: Mane occidebam omnes peccatores terrae, ad dependendum ex ciuitate Domini omnes qui operantur iniquitatem?

Responsio.

Peccati initium est diaboli suggestio. Huius dicti hic est sensus: Sicut matutinum tempus dici est initium, sic omnis peccati initium est inimici fraudulenta suggestio. Ideo inquit: Mane occidebam, hoc est, respiciebam ad principia cogitationum, & inuestigabam earum intentiones, atque adeo peccatores omnes ut pote daemones, qui faciunt in me peccatum ad perdendum omnes ex ciuitate Domini, hoc est, ex anima. Anima namque Domini ciuitas est. Persequabar enim inquit, & abscondebam ipsorum capita, tanquam principia ad excindendum eos ex anima, ne operarentur omnem iniquitatem & peccatum.

Quaestio CXVII.

psal. 103 Quid est quod inquit: Catuli leonum rugientes ut rapiant, & ut quaerant a Deo cibum sibi. Exortus est Sol, & congregati sunt, & in speluncis suis cubabunt?

Responsio.

Catuli leonum sunt prophetae. Catulos leonum dicit prophetas. Rugiebant uero clamantes & dicentes, ac prophetantes incarnationem filij Dei. Exortus uero est sol, hoc est uenit Christus & tacuerunt Prophetae, qui prophetarunt usque ad Ioannem. Hoc est quod etiam alibi dicit scriptura, obscura aquam in aeris nubibus. A splendore eius nubes discussa sunt. Obscura aquam dicit diuinam scripturam, quoniam in caligine Moses legem accepit a Deo in monte Sina. Quin ipsi Prophetae quoque non manifeste, sed obscure & tenuiter quodammodo uiderunt aduentum Christi, & manifestarunt. Nubes enim uocat Prophetas, qui praedicarunt, & ut aquam effunderunt, spiraruntque ueluti uenti diuinum sermonem & legem super terram, quae est illa tenebrosa aqua. A fulgore uero eius in conspectu suo, ut ab assumpta carne eius coram se nubes discussa sunt: prophetae uidelicet recesserunt & quieuerunt.

Quaestio CXVIII.

psal. 73. Mos Sion. Quid est, Mons Sion iste, in quo habitasti in eo?

Responsio.

Diuina scriptura multis modis uoculam montis interpretatur. Et hic quidem mons Sion est locus Hierusalem, quem inhabitauit Dominus noster Iesus Christus incarnatus super terram. Montem rursus proprie uocat sanctissimam Deiparam Virginem, ueluti quum inquit: Mons qui Deo placuit ad habitandum in eo. Nam Dominus aeternum inhabitabit. Et alibi habetur: deus a Themam ueniet, & sanctus ex monte opaco & denso. Mons autem ibi dicitur sancta uirgo mater. Quia quemadmodum ij qui campo oberrantes, & calore aestuant, si montem subeant, uelut rore conspersi in umbra subter arbores montis, uel aqua sedat aestum flammam: Ad eundem modum hominibus quoque facta est sancta uirgo, quae rore quodam sui partus animas hominum aestu peccati confectas, in vitam reuocauit, & in umbra alarum sui filij fouit. Montes uero dicuntur etiam daemones propter tumorem superbiae. Qui tangit montes, & fumigant, hoc est qui demonibus appropinquat, qui tanquam fumus dissipantur & euascent. Mons item uirtus quoque dicitur, quemadmodum sanctus Gregorius inquit: Si-

A quidem etiam in monte Deus apparet hominibus, ipse quidem a sui domicilij specula descendens, nos uero ex terrena humilitate nostra in sublime tollens

Quaestio CXIX.

Quare uirtus dicitur mons?

Responsio.

Quia sicut mons celsus est supra terram, caelo tamen est humilior, ita qui in uita sua uirtute exercet, terra quidem est excelsior, eo quod huius uita curas & mundi negotia superat, nihilominus tamen est inferior caelo propterea quod adhuc in hac uita existit, & nondum est mortuus, ut penitus hoc mundo liberetur. Atque ob id inter caelum terramque tenet medium, sicut mos, quemadmodum dictum est. Deinde cum dicit, Montes excelsi ceruis: altos montes, excelsas uirtutes: ceruas uero, sanctorum animas uocat: quandoquidem in excelsis actionibus uirtutum, sicut in montibus ceruae, uersantur animae sanctorum. Petra uero confugium leporibus, est Christus. Estque confugium eorum qui sedent in deserto.

Quaestio CXX.

Quid uocat habitationem Herodij?

Responsio.

Herodius, ut aliqui dicunt, est auis quae nidum in deserto loco, in arboris alicuius cacumine collocat. Veniunt uero passeruli, & subter ipsam circumquaque in arbore nidificant. Dux autem ipsorum est, eisque praest domus Herodij, quae eos a nociuis reptilibus, quae ipsos laedere uolunt, custodiunt.

Quaestio CXXI.

Quid dicit Propheta cum inquit: In fine ne perdas, Dauidi?

Responsio.

Finem suae uita dicit Propheta, & orat ne uita suae finis ueniat, incidatque in aliquod damnum. Nam tota hominis uita si male transacta, finis autem eius bonus fuerit, beneficium est & gratia. Si uero finis diuersus fuerit, hoc demum est miserum. Orat ergo Propheta, ut suae uita finis bonus sit: nam ideo conscripsit hunc Psalmum.

Quaestio CXXII.

Quid est quod inquit: Gloriabuntur pij in gloria & exultabunt in cubilibus suis?

Responsio.

Pios dicit spirituales & sanctos homines, qui gloriabuntur post mortem in cubilibus suis. Cubilia uero sunt mansiones & domicilia sanctorum, quae post mortem inuenient, & exultabunt in regno caelorum.

Alia.

Dei perfectionem docens & ostendens diuina scriptura, uocauit ipsam somnum, cubile, lectum, & mortem Somnum quidem uocat, ut quum Dauid inquit: In pace simul iacebo sopitus & dormiam. Eodem uidelicet deueniam, & quiescam dum uiuo in Deo, iuxta Apostolum, qui inquit: uiuo autem non amplius ego, sed uiuit in me Christus. Cubile uero uocat, quum inquit: Gloriabuntur sancti in gloria, & exultabunt in cubilibus suis. Sicut enim qui in cubili cubat, requiescit & suauiter dormit: sic qui perfectus in Deo est, & qui creuit in uirum perfectum ad mensuram aetatis plenitudinis Christi, requiescit in deo, tanquam cubile reputans diuinam perfectionem. Cubilis autem fulcra dicuntur uirtutes. Lectum autem appellat, quum inquit Salomoni

Virtus mos dicitur, cur.

psal. 103

Cerna.

psal. 103

Herodius quid.

psal. 149

Cubilia.

Somnum.

Gal. 2. Cubile.

psal. 115. Iomon: Sexaginta robusti circudant ipsum. Quando enim ad perfectionem uenerit iustus, circudant, & circa ipsum incedunt fortes, angeli uidelicet. Iuxta dictum illud: Semper uidebam ante me Dominum, quoniam a dextris meis est, ne commouear. Est uero familiare diuinae scripturae, etiam angelum uocare Dominum. Ut in Manoc: Deum uidimus, inquit, cum esset in phantasia Dei. Denique mortem quoque uocauit Dauid diuinam perfectionem cum inquit: Preciosa est mors sanctorum in conspectu Domini. Vides quomodo & somnum, & cubile, & lectum, & mortem illam esse ostenderit diuina scriptura? Mortem autem illam nominauit, quod ille qui mortuus est, iustificatus est a peccato: Quemadmodum enim qui mortuus est, non potest rursus reuerti in uitam & amplius peccare: Ita qui apud Deum hoc honore dignus est habitus inde rursus decidere non potest, sed inquit cum Dauid: Dominus illuminatio mea & Seruator meus, quem timebo. Et cum Paulo: Siue namque uiuimus siue morimur, Domini sumus. Et rursus. uiuo autem non amplius ego, sed uiuit in me Christus: quod uero nunc in carne uiuo, uiuo in fide. Quapropter sancti perfecti, mundum contemnunt, & huius mundi uoluptates. Et sancti martyres, etiam contempserunt tormenta.

Quaestio CXXIII.

psal. 149 Altitudines dei. Altitudines Dei in gutture ipsorum, & gladij utrinque acuti in manibus ipsorum: quid hoc est?

Responsio.

Altitudines Dei sunt doctrinae legis & statuta spiritualia, quibus spirituales doctores praestant, habent enim in gutture suo, a spiritu sancto dona gratiae, ut ore suo & lingua doceant populum. Ancipites autem gladij sunt duo Testamenta, uetus & noua lex. Nam sicut miles gladium utraque parte acutum vibrans, inimicos interimit, & populum asserit: Sic etiam doctores spirituales ancipites habent gladios, doctrinas ueteris & noui Testamenti, per quas uindictam sumunt in gentibus, & ad puniendum illas, immittunt iram a Deo, per suas ad Deum supplicationes. Similiter quoque in communi, populum fidelium redarguunt & instituunt ad bonum. Quando uero non audiunt eas, sed ei quod bonum est aduersantur atque contemnunt illud, tunc etiam ipsi immittunt supplicium per suam deprecationem ad erudiendum illos ut uidelicet castigati discant non inobedientes esse Deo, & Dei ministris. Nam qui spirituales homines audit, Deum audit, quemadmodum dixit ipse Christus. Neque enim ad interitum, sed ad utilitatem ipsorum spirituales illi castigationem inducunt, ad correctionem boni & ad gloriam Dei, tanquam amantes & uictores Dei & olores mali.

EX EPISTOLIS PAULI.

Quaestio CXXIII.

Rem. 2. Quid est quod dicit: Gloria, honor, & pax omni qui operatur bonum: Iudaeo primum & Graeco. Non enim est personarum respectus apud Deum. Nam quicumque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur?

Responsio.

Grac. Laudat omnes qui operantur bonum. Graecum uero non dicit idololatram, sed piuum qui colat quidem Deum, uerum neque credat in Christum, ne-

A que ueterem legem teneat, sed sine lege Deum inuocet & colat, seruetque nihilominus uirtutem aliquam. Nam talis etiam si labatur, minus tamen punietur quam Iudaeus, eo quod Iudaeus legem transgreditur, habetque uehementiorem accusationem. Quando enim audis illud: Quotquot sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: minus supplicium reputa. Hoc uero: Quotquot in lege peccauerunt: isti grauiorem poenam & supplicium subibunt.

Quaestio CXXV.

Quid est illud: Nam qui insiti sumus per similitudinem mortis eius, etiam resurrectionis consortes erimus?

Responsio.

B Insiti sumus, participes uidelicet. Nam quemadmodum corpus Domini sepultum in terra, mundo salutem peperit: Sic nostrum quoque corpus in baptismo sepultum, nobis ipsis iustitiam protulit. Similitudo autem sic habet, sicut Christus mortuus est, & tertia die resurrexit: Sic & nos in baptismo morientes, resurgimus. Nam quod infantem ter in aquam immergimus, & ter educimus, mortem & triduanam Christi resurrectionem significat.

Quaestio CXXVI.

Quid est quod inquit: Etenim quod lex praestare non poterat, ea parte qua erat imbecilis, hoc Deus per carnem & caetera?

Responsio.

C Imbecilis, inquit, erat lex, uidelicet ad iustificandum hominem. Non enim poterat homo tyrannidem & vim carnis sustinere. Ideo misit Deus unigenitum filium suum, ut per carnem suam condemnaret peccatum. Hoc uero quod dicit, In similitudine carnis peccato obnoxia, non dixit: In carne peccati, sed in similitudine. Nam humana caro Christi in omnibus est similis facta humanae carni, quatenus uerus & absolutus est homo. Peccatis uero caro eius non fuit obnoxia, sicuti nostra est. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus.

Quaestio CXXVII.

D Quid est quod dicit: Date locum irae?

Responsio.

Et qui te contristauit ac tribulauit uel affecit iniuria, condona, omnemque uindictam tribue Deo, qui quod aequum est dispesabit. Illud uero: Beatus qui nil iudicat in eo quod probat, hoc significat: Quando per dispensationem feceris aliquid, quod ad salutem fratris tui spectat, etiam si id omnes incusant, tua uero conscientia te non condemnat, beatus es.

Quaestio CXXVIII.

Quid est quod inquit: quandoquidem & Iudaei signum postulant, & Graeci sapientiam quaerunt: Nos autem praedicamus Christum crucifixum?

Responsio.

E Si dixerimus, inquit, Iudaeo: Crede, Respondet, Excitate mortuos, medemini insanis. Si Graeco idem dicamus, petit a nobis rhetoricum ornatum in uerbis: Nos autem praedicamus Christum crucifixum, qui est signorum potentia, & sapientiae pelagus. Verum ipsi quidem offenduntur, & stultam reputant praedicationem, quando Deum crucifixum esse audiunt. Quod tamen non mirum: nam qui infirmi sunt oculis, non possunt pure uideri sole. Ad eundem modum etiam isti. Illud autem, quod stultitia Dei sapientiore dicit esse quam homines, de cruce loquitur. Nam sapientes & philosophi etiam praestantiores, inaniter multum laborarunt & occupati fuerunt, nec quicquam boni bene pati.

Rom. 8.

Simile.

Triduanam immersionis baptismi quid.

Rom. 8.

Lex antiqua imbecillis.

Caro Christi non fuit obnoxia.

Rom. 12.

Rom. 14.

1. Cor. 1.

Christum crucifixum praedicare.

Philosophi inaniter occupati.

Crucis v- tilitas. recteque egerunt. Crux verò, quam illi stultitiam reputabant, mundum seruauit, & propterea omnes excellit sapietia, eo quòd tãta bona operata est.

Quaestio CXXIX.

Quomodo verò dicit imbecilitatem Dei robustiorem esse quàm homines?

Responsio.

Imbecilitatem Dei vocat sensum Apostolorum, qui homines erant idiotæ & illiterati, & tamè breui tempore totum orbem occupantes Reges & satrapas, sapientes & potentes Principes deuicere.

Quaestio CXXX.

1. Cor. 2. Quid est illud: Sapientiam autem Dei loquimur in mysterio, quæ est abscondita?

Responsio.

Vides quomodo nomet ipse sapientiam quam prius stultitiam vocauerat. Etenim mysterium primum, dispensationem dicit, ideo quòd nullus neq; angelus, nec alia aliqua creata potestas cognouit hoc mysterium & dispensationem istam, quòd in terra Deus carnem assumpturus esset. Illud verò posteaquam factum est, omnibus innotuit: quemadmodum inquit Apostolus: Vt notum fiat nunc principatibus & potestatibus, insuper cælestibus. Vocat autem alibi quoque mysterium, eximia illa opera Dei, utpote, natiuitatem, præsepe, baptisma, crucem, mortem, resurrectionem & ascensionem.

Ephes. 3. Sicut etiam sanctus Gregorius theologus, mysteria vocat, festa, in sermone de Lucernis, qui incipit: Rursus Iesus ille meus, & iterum mysterium. Hoc autem dicit, propter festum Baptismi. Similiter etiam in reliquis.

Quaestio CXXXI.

1. Cor. 3. Quid est quod inquit: Si cuius opus exultum fuerit, damnum patietur: ipse verò saluus fiet, sed sic tanquam per ignem.

Responsio.

Si cuius opus exultum fuerit, damnum patietur regni cælorum, saluus verò fiet ipse tanquam per ignem. Quomodo verò seruabitur: hoc est, saluus & integer manebit in igne, nec videbit mortem, sed opus ipsius solummodo comburetur & confundetur. Ipse verò æternum permanebit integer pœnas lucens: nec tamen vnquam penitus interibit.

Quaestio CXXXII.

1. Cor. 5. Quid est quod dicit: Paululum fermenti totam massam fermentat?

Responsio.

Hoc propter malos & peruersos homines dicit. Nam quemadmodum vetus fermentum exiguum quidem est, multum autem farinae fermentari facit: Ad eundem modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impartit etiam aliis, & fit scâdalum, multosque lædit, propterea rursus dicit: Expurgate itaque vetus fermentum, ut noui sitis. Hoc est: Expellite malum & prauum ex vobis, aut vos ab ipso recedite: quâdoquidem omnis malitia inquinat hominem. Ideo Dauid malos fugiens, inquit: Non sedi in consilio vanitatis, & cum transgressoribus nõ incedam. Odi congregationem malignantium. Et quare faciebat ista? Dicit alibi rursus: Cum sancto sanctus eris, & cum electo eris electus, & peruerteris cum peruerso. Etenim qualis est ille cum quo conuersaris, talcm te quoque reddet.

Quaestio CXXXIII.

1. Cor. 6. Quid est quod dicit: Escæ ventri destinatae sunt

Responsio.

Hoc propter malos & peruersos homines dicit. Nam quemadmodum vetus fermentum exiguum quidem est, multum autem farinae fermentari facit: Ad eundem modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impartit etiam aliis, & fit scâdalum, multosque lædit, propterea rursus dicit: Expurgate itaque vetus fermentum, ut noui sitis. Hoc est: Expellite malum & prauum ex vobis, aut vos ab ipso recedite: quâdoquidem omnis malitia inquinat hominem. Ideo Dauid malos fugiens, inquit: Non sedi in consilio vanitatis, & cum transgressoribus nõ incedam. Odi congregationem malignantium. Et quare faciebat ista? Dicit alibi rursus: Cum sancto sanctus eris, & cum electo eris electus, & peruerteris cum peruerso. Etenim qualis est ille cum quo conuersaris, talcm te quoque reddet.

Quaestio CXXXIII.

1. Cor. 6. Quid est quod dicit: Escæ ventri destinatae sunt

Responsio.

Hoc propter malos & peruersos homines dicit. Nam quemadmodum vetus fermentum exiguum quidem est, multum autem farinae fermentari facit: Ad eundem modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impartit etiam aliis, & fit scâdalum, multosque lædit, propterea rursus dicit: Expurgate itaque vetus fermentum, ut noui sitis. Hoc est: Expellite malum & prauum ex vobis, aut vos ab ipso recedite: quâdoquidem omnis malitia inquinat hominem. Ideo Dauid malos fugiens, inquit: Non sedi in consilio vanitatis, & cum transgressoribus nõ incedam. Odi congregationem malignantium. Et quare faciebat ista? Dicit alibi rursus: Cum sancto sanctus eris, & cum electo eris electus, & peruerteris cum peruerso. Etenim qualis est ille cum quo conuersaris, talcm te quoque reddet.

Quaestio CXXXIII.

1. Cor. 6. Quid est quod dicit: Escæ ventri destinatae sunt

Responsio.

& venter escis: Deus autè & hunc & illas abolebit. Responsio.

Ventrem dicit crapulam non ipsum ventrem. Ad crapulam, inquit, habet venter desiderium, & hæc ad illum. Sed qui crapulæ ventrique deditus est, nõ potest seruire Deo, sed sui ipsius ventris seruus est. Ideo aboleuit illum, dicens: Deus & hunc & illas abolebit, hoc est, & cibos & gulositatè. Non enim ventrem aboleuit, absit. Audi enim quid dicat ipse: Corpus verò nõ stupro, sed Domino. Quapropter non aboleuit ventrem, sed crapulam, nec etiã mediocrem cibum, sed immoderatum: siquidè ex his scortatio gignitur. Inquit ergo. Corpus non est datum sub potestatem ingluuici, vt in scortationes incidat, sed vt Domino seruiat. Sicuti rursus retrò dicit alicubi: Omnia mihi licent, sed ego non redigar in potestatem à quoquam. Hoc ipsum nihil est aliud quàm quod hic dicit: quòd omnes quidem cibi quos creauit Deus homini nutrimentum, boni sunt, & licet mihi omnibus frui, eisque nutriri, sed illorum seruus non ero, neque sub suam potestatem me rediget gula: nam non conducit, nec ædificat in me bonum. Quapropter, necessariis contenti, respuamus reliqua non tantùm velut inutilia sed etiam tanquam quæ noceant, & quæ gignat absurdas concupiscentias iis qui ea possident.

Quaestio CXXXIII.

Quid est quod dicit: Et omnes in Mosen baptizati sunt? Responsio.

Baptismi signum erat, quòd per rubrum mare pertransiuit Israëliticus populus. Nã sicut illi transmissi, effugerunt inimicorum insidias, & in deserto nutriebatur manna: sic etiã baptizati liberantur à spiritali Pharaone, & ab Ægyptiis dæmonibus, sustentanturque supercælesti pane sancti Spiritus. Quia verò de baptismo sermo est, dicemus de eo manifestius.

DE SANCTO BAPTISMO

Primum baptisma fuit, inundatio diluuii ad excindendum peccatum. Secundum fuit Mosis, quâdo transiuit rubrum mare. Typicum enim erat. Nã sicut illic erat mare, sic in baptismo est aqua. Et sicut illic erat nubes, ita hic est Spiritus Sãctus. Quæ autem ista nubes fuerit, audi: Cum egredierentur ex Ægypto Hebræi cum Mose, misit nubem veluti columnam ignis, quæ illis luceret noctu, vt videlicet noctu quoque possent ambulare, ne ad ipsos vsque pertingerent Ægyptij. Sequebatur autem illos nubes à tergo, & tegebat eos, ne ipsos Ægyptij videre possent. Atque hoc est secundum baptisma. Tertium erat legale apud Hebræos. Nam quicumque erat immundus, aqua lauabatur, & suas quoque vestes lauabat, & sic redibat in castra. Quartum baptisma fuit Ioãnis. Introductorium quidem erat illud, nõdum tamen omninò spirituale, sed ad pœnitentiam solummodo. Quintum, est baptisma Iesu Christi, quo etiam ipse baptizatus est. Estque hoc totum spirituale, quo nos quoque baptizamur. Sextum baptisma lachrymis constat, estque verè laboriosum durumque. Veluti qui per singulas noctes lauat lectum suum, qui pœnitentia ducitur, & luget super peccatis quæ comisit. Septimum baptisma per martyrium & sanguinem est, quo Christus quoque baptizatus est. Estque tãto aliis honestius, quãto minus nondum pollutum est sordibus. Octauum & postremum non salutare, sed audens est, quòd æternam sine fine punit peccatores.

Quaestio CXXXIII.

Quid est quod dicit: Et omnes in Mosen baptizati sunt? Responsio.

Baptismi signum erat, quòd per rubrum mare pertransiuit Israëliticus populus. Nã sicut illi transmissi, effugerunt inimicorum insidias, & in deserto nutriebatur manna: sic etiã baptizati liberantur à spiritali Pharaone, & ab Ægyptiis dæmonibus, sustentanturque supercælesti pane sancti Spiritus. Quia verò de baptismo sermo est, dicemus de eo manifestius.

DE SANCTO BAPTISMO

Primum baptisma fuit, inundatio diluuii ad excindendum peccatum. Secundum fuit Mosis, quâdo transiuit rubrum mare. Typicum enim erat. Nã sicut illic erat mare, sic in baptismo est aqua. Et sicut illic erat nubes, ita hic est Spiritus Sãctus. Quæ autem ista nubes fuerit, audi: Cum egredierentur ex Ægypto Hebræi cum Mose, misit nubem veluti columnam ignis, quæ illis luceret noctu, vt videlicet noctu quoque possent ambulare, ne ad ipsos vsque pertingerent Ægyptij. Sequebatur autem illos nubes à tergo, & tegebat eos, ne ipsos Ægyptij videre possent. Atque hoc est secundum baptisma. Tertium erat legale apud Hebræos. Nam quicumque erat immundus, aqua lauabatur, & suas quoque vestes lauabat, & sic redibat in castra. Quartum baptisma fuit Ioãnis. Introductorium quidem erat illud, nõdum tamen omninò spirituale, sed ad pœnitentiam solummodo. Quintum, est baptisma Iesu Christi, quo etiam ipse baptizatus est. Estque hoc totum spirituale, quo nos quoque baptizamur. Sextum baptisma lachrymis constat, estque verè laboriosum durumque. Veluti qui per singulas noctes lauat lectum suum, qui pœnitentia ducitur, & luget super peccatis quæ comisit. Septimum baptisma per martyrium & sanguinem est, quo Christus quoque baptizatus est. Estque tãto aliis honestius, quãto minus nondum pollutum est sordibus. Octauum & postremum non salutare, sed audens est, quòd æternam sine fine punit peccatores.

Quaestio CXXXIII.

Quid est quod dicit: Et omnes in Mosen baptizati sunt? Responsio.

Hoc propter malos & peruersos homines dicit. Nam quemadmodum vetus fermentum exiguum quidem est, multum autem farinae fermentari facit: Ad eundem modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impartit etiam aliis, & fit scâdalum, multosque lædit, propterea rursus dicit: Expurgate itaque vetus fermentum, ut noui sitis. Hoc est: Expellite malum & prauum ex vobis, aut vos ab ipso recedite: quâdoquidem omnis malitia inquinat hominem. Ideo Dauid malos fugiens, inquit: Non sedi in consilio vanitatis, & cum transgressoribus nõ incedam. Odi congregationem malignantium. Et quare faciebat ista? Dicit alibi rursus: Cum sancto sanctus eris, & cum electo eris electus, & peruerteris cum peruerso. Etenim qualis est ille cum quo conuersaris, talcm te quoque reddet.

Quaestio CXXXIII.

1. Cor. 6. Quid est quod dicit: Escæ ventri destinatae sunt

Responsio.

Hoc propter malos & peruersos homines dicit. Nam quemadmodum vetus fermentum exiguum quidem est, multum autem farinae fermentari facit: Ad eundem modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impartit etiam aliis, & fit scâdalum, multosque lædit, propterea rursus dicit: Expurgate itaque vetus fermentum, ut noui sitis. Hoc est: Expellite malum & prauum ex vobis, aut vos ab ipso recedite: quâdoquidem omnis malitia inquinat hominem. Ideo Dauid malos fugiens, inquit: Non sedi in consilio vanitatis, & cum transgressoribus nõ incedam. Odi congregationem malignantium. Et quare faciebat ista? Dicit alibi rursus: Cum sancto sanctus eris, & cum electo eris electus, & peruerteris cum peruerso. Etenim qualis est ille cum quo conuersaris, talcm te quoque reddet.

Quaestio CXXXIII.

1. Cor. 6. Quid est quod dicit: Escæ ventri destinatae sunt

Responsio.

Quaestio CXXXV.

1. Cor. 15. Quid est quod inquit: Caro & sanguis regni Dei hæreditatem consequi non possunt?

Responsio.

Quod quicumque carnem suam fouet & nutrit ad satietatem, regnum Dei consequi non potest.

Quaestio CXXXVI.

1. Cor. 16. Quid est quod inquit: Qui non diligit Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, maranatha?

Responsio.

Hoc est: Ab ecclesia & à fidelibus segregate eum, sitque separans à populo ille qui nõ credit. Dominus enim venit, quòd significat Maranatha, si interpretaris.

Quaestio CXXXVII.

2. Cor. 5. Quid illud est: Si quis noua in Christo creatura, renouatur?

Responsio.

Hoc est: Si quis in Christum credit, in aliã vitam trãsiuit. Nam è supernis est natus per spiritum & viuit non eam quæ in peccatis, sed vitam quæ est in spiritu.

Quaestio CXXXVIII.

2. Cor. 12. Ter feci naufragium, quid est? Responsio.

Latenter innuens dicit, quòd ter naufragiũ passa sit humanitas. Primum per transgressionem Secundo in diluuiio temporibus Noë. Tertio post acceptam legem, quam in idololatriam incidisset populus vsque dũ venit Christus gubernator animarum qui erexit velum crucis, & tranquillam nobis navigationem ad cælos parauit.

Quaestio CXXXIX.

Quid est: Noctem atque diem in profundo egit? Responsio.

Noctem dicit conuersationem in tenebrosis erroribus ante aduentum Christi. Diem verò vocat vitam post aduentum Christi transactam in claritate baptismi. Dicunt autem quidam, quòd in medio pelagi nauigauerit: alij, quòd natauerit: vbi neque terram neque montes videre potuerit.

Quaestio CXL.

2. Cor. 12. Nuncius satanae. Quid est illud: Datus est mihi stimulus per carnem nuncius Satanæ, vt me colaphis cædat? Responsio.

Satan aduersarius dicitur. Nuncium igitur Satanæ dicit Alexandrum ærariũ fabrum, Hymeneum & Philetum qui diuexabant ipsum, & resistebant, dicentes resurrectionem iam fuisse: qui etiã apprehensum eum, in carceres proiciiebant, & multis afficiebant malis.

Quaestio CXLI.

Quid illud est: Sufficit tibi mea gratia? Responsio.

Hoc est: Sufficit tibi mea gratia, qua mortuos excitas, & cæcis visum das & alia signa facis. A persecutoribus verò pulsi & exagitati persecuentes vincite.

Quaestio CXLII.

Gal. ult. Quid est quod inquit: Mihi mûdus crucifixus est, & ego mundo? Responsio.

Mundum & curas eius relinquere, concupiscentiis & affectibus mori, ieiunare, vigilare, & in disciplina afflictiari. Sicut alibi dicit: Qui verò Christi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis.

Quaestio CXLIII.

Quid est quod dicit: Interstitium maceris diruit? Ephes. 2. Responsio.

Hoc est, inimicitia quam omnes homines habebamus aduersus Deum propter nostra peccata. Carne igitur assumpta dominus Deus, & mortuus, soluit peccatum quod nos à deo sciungebat. Atque sic in pacem redegit omnia, & nos fecit filios Dei. Nã deleuit, quòd aduersus nos erat, Chirographum in cruce. Quid autem fuerit Chirographum, audi: Cum peccasset Adam & accepisset manu sua delicto, comedissetque, scriptum est eius manu peccatum, quòd apud se scriptum diabolus habuit. Cum autem in ligno, hoc est, in cruce pederet Christus, & per suas manus clavis vulneraretur: tunc in cruce scriptum illud affixit & deleuit. Ipse namque diabolus qui Chirographum illud transgressionis Adam tenebat tãdiu retinuit, donec à cruce in Christo ligaretur.

Quaestio CXLIII.

Quid est quod inquit: Expergiscere qui dormis, surge à mortuis, & illucescet tibi Christus? Responsio.

Dormientem vocat eum qui peccatis immerfus est. Nam qui in peccatis viuit, mortuus dicitur. Etenim vt mortuus immobilis est, ita qui in peccatis est mortuus, ad bonum non mouetur.

Quaestio CXLV.

Quid est illud: Induite totam armaturam Dei? Responsio.

Totam armaturam Dei dicit Spiritum sanctum. Nam qui Spiritus sancti non est particeps, nihil potest aduersus oppositos nobis potentatus. Etenim non est nobis, inquit, lucta aduersus carnem & sanguinem. Non aduersus homines videlicet bellum geritur, sed aduersus principatus. Principatus autem dæmones vocat qui in hoc mundo principatum tenent: solummodo tamen in operibus tenebrarum. Hoc verò quod inquit, in cælestibus: docet, quòd non propter rem nihili nos oppugnent dæmones, sed propter cælestia bona. Quando enim ad regnum cæleste contendimus vehementer nobis resistunt. Ideo nos semper vigilare conuenit & virtute per gratiam Christi vincere. Scutum autem fidei, fidem vocat, synceram & feruidam.

Quaestio CXLVI.

Quid est quod dicit, Postquam exuistis veterem hominem, & induistis nouum qui renouatur? Responsio.

Veterem hominem dicit eum qui primus post lapsum Adæ natus est. Vel improbitatem eius & malitiam. Nouum hominem intelligit conuersationem Christianam, piã videlicet & bonam.

Quaestio CXLVII.

Quid est quod inquit: Ne doleatis quemadmodum ceteri qui non habent spem? Responsio.

Qui non habet spem resurrectionis, illis conuenit dolere. Nota autè quomodo de Christo dixerit, quòd mortuus sit & resurrexerit: De communi verò populo dixit qui obdormierunt, vt ostederet etiam eos qui dormiunt esse resurrecturos.

Quaestio CXLVIII.

Quid est quod dicit: Non rapinam arbitratus est æqualem se esse Deo? Responsio.

Quòd Apostolus dicit, est eiusmodi: Filius Dei, qui etiam ipse Deus, volens in terram descendere & incarnari, nõ veritus est à sua dignitate discedere.

Neque enim ex rapina diuinitatem suam habebat. Veluti si quis per rapinam aliquid habet, timet ne illud perdat. Talis non erat Christus. Absit. Sed cum verus Deus esset, homo quoque fieri voluit.

Quaestio CXLIX.

1. Thes. 4. Quid est illud: Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini?

Responsio.

Verbum Domini quod dixit, hoc est, quod audituri sint vocem filij Dei, & quod qui audierint, sint victuri: Hoc, inquit, & nos dicimus, quod nos qui viuemus & reliqui erimus in aduentu Domini nequaquam praueuimus eos qui obdormierunt. Viuentibus enim homines in illo die, nec videbunt mortem. Veritamen non praueuient eos qui obdormierunt ante. Nam primum resurgent mortui, deinde qui viuunt immutabuntur, & simul cum illis rapiuntur in occursum Domini in aera. Qualis autem iste raptus futurus sit, audi. Quando Dominus celesumate, hoc est, hortatu, & angeli clamabunt: Surgite, venit enim sponsus: Tunc de caelo descendet. Et primum resurgent mortui, deinde autem ij qui tunc viuunt, immutabuntur & fiet incorruptibiles. Et post haec omnes sancti & digni rapiuntur in nubibus, & Dominum nostrum de caelis venientem excipient, quemadmodum inquit: Et nos rapiemur in nubibus in occursum Domini in aera. Nam haec est gloria & corona iustorum. Peccatores vero expectabunt ipsum donec descendat. Atque hoc non fit aliter, quam si verba aliqua reducem regem excipiat. Ibi namque optimates & qui ceteris praestant, egrediuntur ei in occursum: pauperes autem & abiecti expectant, donec in ciuitatem veniant. Ad eundem modum etiam de Christo cogita. Descendente illo de caelo, omnes iusti & boni rapiuntur in caelum ut obuiam procedant venienti Domino nostro Iesu: Peccatores autem, in terra stabunt expectantes.

Quaestio CL.

2. Tim. 2. Quid est quod dicit: Nemo qui militat implicatur vitae negotiis, ut ei qui se in militia delegit, placeat?

Responsio.

Si ille qui terreno regi militat, non potest placere nisi alias vitae curas reliquerit: quanto magis id in militia quam sub caelesti rege militamus, fieri conuenit?

Quaestio CLI.

Ibidem. Quid est illud: quod si certat etiam aliquis, non coronatur, nisi legitime certauerit?

Responsio.

Nam etiam si quis miles bellum ingressus fuerit, neque sic quoque coronatur, nisi cum aduersario manum conferens, percusserit & interfecerit eum. Nam hoc est illud legitime certare.

Quaestio CLII.

Ibidem. Quid est illud: Laborat agricolam oportet primum de fructibus percipere?

Responsio.

Hoc de spiritualibus doctoribus dixit, quod sit conueniens, ut doctor qui pro se & pro suis auditoribus laborat & decertat, primum a Deo mercedem recipiat, deinde discipuli sui. Nam agricola qui fructus suos collegit, ille primus de eis in domo sua sibi recondit. Atque sic demum aut elemosynam elargi-

tur, vel satisfacit debitoribus. Aliud de eodem. Et aliter: Quicumque vult opus Dei exercere, qui alios docere, vel aliquibus vult prodesse, decet illum qui alios docet, imprimis operari virtutes, & ut accipiat a Deo dona gratiae, proferatque fructus sancti Spiritus, atque thesauros cognitionis bonorum Dei. Ita fiet ut aliis quoque possit impertiri dona. Nam si quis aliquem oleo suis manibus uncturus, oleum non habeat, quomodo impertierit aliis id quod ipse non habet? Ad eundem modum de iis qui docent alios, est sentiendum, sicuti dictum est.

Quaestio CLIII.

Quid est, Cogita quae dico?

Responsio.

Quia per parabolas ei scripserat omnia, propterea dicit: Attende. Et non obedierunt mandato Moysi quod praeeperat, quorum perire tria millia. Et hoc est quod dicit scriptura: Quorum membra considerunt in deserto.

Quaestio CLIII.

Quid est illud: Omnis transgressio & inobedientia istam praemij reparationem accepit?

Responsio.

Quicumque transgressi sunt & inobedientes fuerunt in lege veteri, condigna poena sunt affecti. Nam Adam qui transgressus fuerat, condemnatus est, Cain cum peccasset, execrationis poenam luit. Et illi qui temporibus Noe mala perpetraverat, aqua submersi sunt. Sodomitae qui turpibus sese facinoribus inquinauerat, horribiliter interiere. Et Iudaei saepius aduersus Prophetas insurgentes, percussi sunt a Deo, supplicis quoque affecti poenas dedere. Nunc igitur hoc dicit, Quod si in veteri Testamento quicumque reprobarunt & inobedientes fuere mandatis Domini, & quidem iis quae per angelos & per Prophetas fuerunt administrata, nihilominus tamen iustam poenam persoluerunt, & in se accumularunt iram Dei, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quae neque per angelos, neque per Prophetas nobis est tradita, sed per ipsum Christum & Deum? Nam veteris quidem legis minister fuit Moyses. Multum igitur haec legislatio praestat veteri, quod illa per seruum sit administrata, haec vero per ipsum dominum. Debemus ergo, dubio procul, ea quae nobis praeepta sunt praestare, ne nobis quam veteribus grauius iudicium sit subeundum.

Quaestio CLV.

Quid est: Non enim angelis subiecit orbem terrae futurum de quo loquimur?

Responsio.

Orbem terrae secundi aduentus, sui iudicium vocat, quando reddet unicuique secundum sua opera. Hoc vero quod inquit: De quo loquimur, illum significat, pro quo decertamus salutem consequi cupientes. In eo die, inquit Apostolus, non dedit Deus potestatem angelis mundum iudicandi, sed omne iudicium dedit filio suo. Et quia filius Dei, qui etiam ipse Deus est, habet omnem potestatem iudicandi mundum, quid passuri sunt ij qui mandatis eius non obtemperarunt? Nam si inobedientes in lege veteri, quae per angelos est lata, tanta passi sunt, idque non angelis iudicantibus mundum, quidnam illi patientur qui non obediunt ipsi Domino?

Quaestio

Quaestio CLVI.

Ibidem. Quid illud est: Quid est homo quod memores eius?

Responsio.

Hominem & filium hominis Christum dicit, sicut est per omnia consubstantialis patri, tanquam verus Deus & verus homo.

Quaestio CLVII.

Ibidem. Quid est: Minuisti eum paululum infra Angelos?

Responsio.

Paulisper inferiorem dicit, quod Christus apud inferos tribus diebus & tribus noctibus fuit.

Quaestio CLVIII.

Ibidem. Quid est: Eum vero qui paululum quiddam diminutus fuerat infra Angelos, cernimus Iesum propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatum in morte.

Responsio.

Gloria & honor Christi, crux est: quia innumera bona per crucem contigere. Conculcata namque est mors, & in exilium relegata maledictio. Infernus cessit in praedam, peccatum est abolitum, transgressio sublata, natura hominum ab affectu seruitutis liberata, diabolus est ligatus, plantata est salus, resurrectio est patefacta, malitia est abacta, vita est orta, idololatria dissoluta: & quod admirandum est maxime, quod Antiqui veteresque Prophetae in Christi sanguine & aqua ex eius latere profluente baptizati sunt. Id quomodo factum sit, audi: Quonia ex quatuor elementis constat humanum corpus, in ea post mortem rursus resoluitur. Ita cum Christo quoque factum est. Nam sanguis & aqua, quae ex latere Christi fluxere, resoluta sunt in id, in quod etiam Prophetarum sanguis resolutus est, videlicet in elementa, quae ibi inueniens baptizauit. Quod si quis nunc obiiciat, quod etiam infidelium corpora baptizauerit: respondemus, Non. Nam sicut aqua diffluens, quascunque quidem reperit herbas virescentes, eas irrigat & potat: quas autem aridas inuenierit, iis nihil prodest: sic etiam hic est cogitandum.

Quaestio CLIX.

Heb. 2. Quid est quod dicit: Nunc vero nondum videmus omnia esse illi subiecta: propterea quod orbem nondum penetrauerat praedicatio?

Responsio.

Decebat eum, videlicet Deum & patrem per quem omnia facta sunt & subsistunt, decem vitam, Christum scilicet, multos filios ad gloriam & regnum caelorum adducentem (filios autem vocat spirituales & sanctos homines) per passiones perfectum exhibere & gloriosum. Quaestio CLX.

Heb. 8. Quid est quod inquit: Et veri tabernaculi, quod fixit Deus & non homo?

Responsio.

Tabernaculum dicit caelum, quod non curauit homo, velut in terra facere solent Ecclesiarum templa. Absque manibus factum est, utpote quod fabricatum confirmatumque est verbo Dei.

Quaestio CLXI.

Heb. 11. Quid est: Sancti omnes per fidem expugnaverunt regna?

Responsio.

Abraham, Moyses, Iosue filius Naue, operati sunt iustitiam. Abraham, Phinees & Dauid promissiones acceperunt, similiter Iosue filius Naue, & Chaleb. Occluserunt ora leonum: Daniel in leonum fovea. Extinxerunt vim ignis, tres illi pueri in ignea fornace. Effugerunt acies gladij, Helias & Dauid. Validi facti sunt ex imbecillitate, velut Ezechias. Effecti

sunt robusti in bello, veluti Samson: qui vna asini maxilla mille prostravit externos. Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos, Sunamitis & Sathia. Alij vero distenti sunt, Iacobum fratrem Domini dicit, & alios quibus amputata sunt capita. Nam istud distendere nihil aliud est, quam decollare. Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, Esaias, Hieremias, & Michaeas. Lapidati sunt, Stephanus & Naboth. Dissecti sunt, Esaias quem terra lignea fecerunt Iudaei. Tentati sunt, veluti Iob. Occisione gladij occubuerunt, Iacobus, & Zacharias & alij. Atque omnes isti testimonium promeriti per fidem, nondum acceperunt promissionem. Omnes videlicet isti sancti testimonium sunt promeriti, quod placuerint Deo, etsi nodum fruuntur gaudio regni caelorum & eorum bonorum quae promissa sunt iustis, sed expectant secundum aduentum, ut tum coronentur omnes in vno horae momento. Nam hoc est quod inquit Apostolus: Quod de nobis melius quiddam prouiderit, ne tunc nobis consummaretur. Nam ante consummationem omnium sanctorum, non accipiunt isti vel dimidiam partem promissorum bonorum. Arbona quidem & spem habent, separati quoque sunt a peccatoribus. Ipsam vero perfectionem nondum sunt assequuti, quae est praestabilior. Nimirum ut omnes eodem tempore simul intrent in regnum, & aequaliter omnes sancti bonorum Dei participes fiant.

Quaestio CLXII.

Quid est: Quomodo tanta septi simus nube testium? Responsio.

Nubem testium, ipsos testes vocauit. Nam irrorant nos qui in peccatis detinemur & aestuamus, & vmbra suae intercessionis nos contegunt.

Quaestio CLXIII.

Ibidem. Quid est: Omni onere deposito, & tenaciter inhaerente peccato? Responsio.

Onus ver aceruum, multitudinem vocat. Sicut autem inquit: Quandoquidem habemus tantam multitudinem sanctorum testium, instar nubium irrorantem nos, in intercessionem precum, quas pro nobis sudare, cōfisi, imitemur & nos illorum virtutes. Et omni peccatorum abiecta mole, atque tenaciter inhaerente peccato relicto, per tolerantiam & longanimitatem, curramus in virtutis certamine. Tenaciter autem vel facile inhaerens peccatum dixit, eo quod id solum non habet vnum aliquem certum locum ubi consistat, sed statim vertitur atque dissoluitur. Peccatum enim radicem non habet, nec etiam habet fructum. Euanescit vero statim, & soluitur, si gladio poenitentiae excindatur. Nam securis, est poenitentia excindens omne malum. Est autem poenitentia non tantum inclinatio genuum, sed abstinentia a malo. Item labores, lachrymae & preces ad Deum pro praeteritorum peccatorum remissione. Nam ideo poenitentia, respicientia dicitur, quod mentem a malo ad bonum transferat.

TRACTATUS DE DEFINITIONIBUS



ARIÆ definitiones iuxta traditionem & fidem Ecclesiae catholicae, collectae a Clemente & alijs sanctis viris ac beatis patribus, quas ante omnes scientias alias indagare & in animum recodere necessum est ei, qui per auxilium Dei verbo veritatis praesse vo-

Definitio-
num tria ge-
nera.

Definitio
finitio-
num.

Definitio
quid.

Homo.

ἄνθρωπος.

Definitio-
num uti-
litatis.

Tria sunt
hominis
incognita
penes esse-
ntiam.

Finitum
quid.

Infinitum.

Definitio
difficile
quid.

Deo quid.

lucrit, & cuius homini orthodoxè sentienti, atque integram fidem erga Deum habenti.

Ad exquisitiorem igitur traditionem, sciendum quòd quævis interrogatio vel quæstio tres habet quæstiones & inquisitiones: ut pote, Quid sit res de qua quæritur: Secundum quid dicatur, & quot modis intelligatur definitio. Atque si quid quæramus quid sit res, liquet quod rei definitionem quæramus. Quando verò interrogamus secundum quid dicta sit, ethymologiã nominis postulamus. Quum autem dicimus, quot modis hoc nomē dicatur, patet quod quærimus quot sint huius nominis significata. Qui ergo absque definitionum cognitione docere conatur, idem ei, quod cæco viatori huc illuc oberranti, vsu veniet. Iuxta prædictos igitur modos istos, triplex de re est inquisitio facienda. Definitio finitionū est, quæ omnia quidem definit, ipsa verò à nulla definitur. Quapropter solus Deus, definitio definitionum est.

Definitio, est oratio brevis, rei subiectæ naturam explicans. Dicunturque definitiones, tanquam sint inspectiones rerum, & oculi, quæ vim rationis & quæ mente concepimus breviter explicent. Nā est quidem homo substantia carne, anima, ratione, sanguine, elementis & aliis pluribus constans. Nos autem determinamus ea, & succinctius per definitionem dicimus. Homo est animal rationale, mortale, mentis & scientiæ capax. Additur etiam ipsum verum nomen hominis, erecto corpore incedens. Abbreuiatur autem, qui rebus indidere nomina, multitudinem vocum, & propter cōcinnitatem vocauerunt hominem. Dicitur verò homo erecto incedens corpore. Nam animalia quidem bruta, declinato in terram capite deorsum spectant, homo autem incedens aspicit & contemplatur superna, unde anthropos per concisionem literarum nominatur. Rursus anthropos dicitur, propterea quod frōs illius sursum videt, & propter efficaciam oculorū qua sursum spectant. Nam oculus & mens hominis sursum respicit. Et ob id dicta est definitio, quòd definit & abbreviat multitudinem vocum & prolixitatem orationis decurtat. Multæ quidem & innumerabiles sunt quarumcunque rerum definitiones, nos verò ex multis paucas tantū & magis proprias propter inertiam hominū adnumerabimus. Vbi tamen illud sciendum credendumque est, quòd qui sedulo definitiones rerum annotauerit, is facile Rhetorum & vehementium oratorum in illorum orationibus ora obturare poterit. Nam si interrogatus, quid sit definitio, secundum quid dicatur definitio, & quot modis intelligatur: Si ad istas interrogationes hæsitauerit aduersarius, pudebit quasi qui nihil sciat amplius. Tria sunt quæ secundum essentiã hominib' sunt incognita, & infinita: Deus, Angelus, & anima, quæ soli Deo secundū essentiã cognita sunt. Quid est finitū, quid infinitū, quid difficile, & quid facile definitur? Finitū est, quod sic habet vt suos terminos nō excedat, veluti cælū, terram, & mare, quæ suos terminos non transcendunt. Infinitum est solum illud increatū, quod est Deus. Difficile definitū est, quod creatum & infinitū est, vt Angelus, anima, & dæmon. Vel, quod non totū, sed aliqua tantū parte cognoscitur, vt pote lignū vitæ. Facile definitū est, quod contrectari & penitus perspicere potest, vt si quis ante oculos panem videat, & quæ sunt eiusmodi. Quid est Deus, & se-

cundum quid dicitur Deus, & quot modis intelligitur? Est quidē Deus essentia sine causa, & omnium essentiarum supersubstantialis causa. Dicitur autē à currendo. Estque illud currere non intelligendū de motu locali, trāsitus videlicet de aliquo loco in locum alium, sed de Dei prouidentia, & efficaci operatione, ad omnia perueniendi. Vel ab ardendo dicitur, aut ab eo quod omnia contēplatur. Nam nihil eorum quæ sunt, vim illam, qua cūcta perspicit, effugere potest. Duobus autē modis vox illa Deus vsurpatur in diuina scriptura, iuxta naturā, & gratiam. Deus quidem, natura & essentia Deus est. Per gratiam autem & constitutionē, iusti etiam dii dicuntur. Dicit enim scriptura: Dixi ego, dii estis & filij altissimi. Dicitur autē est Pater, veluti qui omnia conseruet, & tāquam Pater liberos suos custodiat & confirmet. Filius ideo dicitur, quasi dicas: Qualis secundum essentiam est pater, talis etiam est filius, siue increat' ex increato, siue ex mortali mortalis. Spiritus autē dictus est, quasi omnis nutus. Velociter enim quaqua versum vergit & mouet. Dicitur verò Spiritus in diuina scriptura quadrupliciter. Spiritus sanctus, Angelus, anima & ventus. Mens etiam aliquoties Spiritus vocatur. Aeternum est, quod æternum permanet. Porro nō omne quod æternū est, sine principio dicitur. Omne verò principio carens, etiam æternum dicitur. Et principio carens dicitur, quod principium non habet. Atque hoc est Deus, ideoque principio carens & æternus dicitur, hoc est sine fine. Angeli autem & animæ non dicuntur esse sine principio, initiū enim acceperunt & creati sunt à Deo. Dicuntur autem æterni, quando quidem immortales sunt & æternū viuunt. Idioma dicitur, quod tanquam proprium in natura subsistit, & in alia nulla substantia reperitur. Velut in homine ridere posse: neque enim in alia aliqua natura consimiliter est risus. Quid dicitur natura? Inde natura dicta est, quod ita nascitur & existat, quemadmodū etiam essentia, tanquā existens & in veritate cognita. Rursus dicta est natura, à nascendo & germinando. Natura, essentia, genus & forma, vnū sunt. Facies autem character, hypostasis, proprium & indiuiduum, vnum quoque & idem sunt. Nam aliud est natura, aliud hypostasis. Si quis ergo de Diuinitate quærat, quot confitearis naturas: Responde vnā, hypostases verò tres. Quod si quis de incarnationis dispensatione interroget, quot naturas confiteare: responde duas, vnā verò hypostasim. Christus enim duas essentias & naturas habet immutabiles & inconfusas. Diuinitatem & humanitatem in vna hypostasi, Deus perfectus & perfectus homo cognitus. Atque propterea duas naturas in vna hypostasi consistemur incarnationem domini nostri Iesu Christi & Dei.

In confessione verò diuinitatis sacre Trinitatis vnā confitemur naturam, hypostases verò tres. Patris enim & Filij & Spiritus sancti, vna tantum est natura & essentia, vna potestas, regnum & potentia. Tres autem sunt hypostases, tres characteres & tres personæ. Hoc est: Pater & Filius & Spiritus sanctus. Vna in tribus personis diuinitas agnoscitur. Dicendum est igitur generalius quid sit essentia, & quid sit hypostasis. Atque, essentia quidem, genus, natura & forma, sicuti dictum est, idem sunt. Persona item, character, hypostasis, indiuiduum & pro-

natia. Hypostasis.

Natura. Hypostasis.

Christus duas essentias in vna hypostasi confitebitur.

In trinitate vna natura & tres hypostases.

& propriam etiam ipsa vnum sunt: Nam natura in se multas hypostases continere potest. Homines etenim vno corpore & vno spiritu constantes, omnes eiusdem sumus naturæ & essentiæ, sunt verò multæ hypostases. Nā ideo dicitur hypostasis quòd essentia subsistat. Atque natura quidem & essentia dicuntur vniuersales: Hypostasis verò partialis: Et vniuersale quidem nominatur, quòd vniuersaliter omnia comprehendit & continet. Partiale autem quod aliquam habet essentiæ partem. Verbi gratia: Si hominem dicas, iam quemuis hominem dixisti. Nam vniuersale hoc est & essenziale, & omnes homines dicuntur: eadem enim omnium est essentia. Si verò Petrum, Paulum, aut Ioannem dicas, tunc vnum hominem denotasti, eo quòd hoc partiale sit. Est enim commune, si hominem nominas, quando quidem omnes homines ita nominantur. Est verò vniuersaliusque nomen partiale. Porro conuenit, vt is qui rerum naturas cognoscere velit, etiam sciat quale sit id quod partiale, & quale sit quod vniuersale dicitur. Neque enim solummodo in hominibus, sed etiam in quacunque re cælestiū & terrestrium hoc reperitur. Manifestius ergo de istis non nihil dicendum. Nam hæc planè sunt necessaria, iis qui diligentius de aliqua re sunt inuestigaturi. Ad hunc ergo modum dicimus. Si Angelum nomines, iam totam expressisti essentiam Angelorum. Nam commune hoc est Angelorum nomen & essenziale, & sic omnes Angeli dicuntur. Si verò dicas Michaëlem vel Gabrielem, vnā dixisti hypostasim, hoc est, vnum Angelum tantum. Natura enim dicitur Angelica essentia, hypostasis, verò est vniuersaliusque Angeli appellatio. Etenim vna quædam communis est hominum natura, humanitas: hypostases verò sunt Petrus, Paulus, Thomas, & aliæ personæ & characteres. Natura igitur est domina & genitrix hypostasiū. Propterea rursus dicimus: Si dicas, Bona est natura Angelus, totam essentiam eorum significasti. Si verò dicas, Magnus est Gabriel, vnā ex omnibus hypostasim nominasti. Et si volatile nomines, ecce significasti totam volatiliū essentiam. Si columbam, aut turturem, aut lusciniam, aut pauonem vel cygnum, hypostases sunt ista tantum. Non solum autem spiritualibus, rationalibus & animatis quadrat ista regula: sed etiam omni inanimatæ, non sentienti & immobili naturæ, adhiberi potest. Verbi gratia: Si dicas quòd Deus creauerit lucem, ecce totam essentiam luminariorum significasti. Ipsa porro essentia diuiditur in suas hypostases, vt pote in solem, lunā, stellas, lucernas, Cereos, & alias differentias. Similis est ratio de ventis. Quòd si ventum nomines, iam omnem naturam ventorum nominasti: Si verò Austrum, Boream, vel Euroaquilonem, tantum sunt hypostases. Rursus si arborem dicas, totam arborū essentiam significasti. Si verò ficum, aut nucem, aut castaneam, aut amygdalum, vnā tantum hypostasim arborum dixisti. Rursus si aquam dicas, totam aquarum naturam dixisti. Si verò mare, aut paludē, aut puteū, aut fontem, vnā tantum aquarū dixisti hypostasim. Denique si fluuium nomines, omnes fluuios nominasti. Quando verò Mæandrum, Euphratem aut Nilum, tunc fluuiorum vnā tantum dixisti hypostasim. Et in cæteris omnia similiter oportet inuestigare, vt quemadmodum scriptum est, intelligantur & cognoscantur, discernanturque

inter se natura & hypostasis. Nam natura, radix est rerum, & fons. Hypostasis verò naturæ pars est. Sunt hæc iis qui ea quæ in mundo sunt, diligentius cognoscere & scrutari volunt, cognitu necessaria.

DE VOLUNTATE, IDIOMATE, Actū, vniōne, & consubstantiali.

Quid est voluntas? Voluntas est intelligentis & rationalis substantiæ appetitus, ad id quod animum suauiter afficit. Nam quicquid intelligit, constat etiam voluntate ducatur. Voluntas enim à valde currendo dicitur, aut apprehendendo id quod approbatur, eique placet. Tripliciter autem consideratur voluntas: Diuina, Angelica, & animalis: quia tantum tres istæ naturæ voluntate ducuntur. Tripliciter autem & in scriptura voluntatem inuenimus vsurpari: diuinam, deinde naturalem vel mediam, tertio carnalem, quæ diabolicam significat. Voluntas diuina, sunt madata Dei. Voluntas naturalis, est operatio diuinæ voluntatis. Carnalis vero voluntas, est legis diuinæ transgressio. Triplex ista voluntas est in homine. Est etiam alia naturalis voluntas, quæ communis est omnium hominū, quæ est cupiditas vitæ. Nam omnes homines vitā amant. Et in aspicienda contemplandaque luce, communem voluntatem quoque videre licet. Sunt etiam alia voluntatis genera, quæ dicuntur sententiarum. Nam alius vult viuere priuatus, alius rusticus, & alius nauigare, alius verò frui quiete, & alius peregrinari, alius vigilare, & alius dormire, & cæteri similiter alius vult aliud: nam multas voluntatis sententias habemus. Vnam verò voluntatem naturalem omnes accepimus amare vitam, videlicet immortalitatem quam accepimus primitus.

QUID DICITUR IDIOMA.

Idioma dicitur, ideo quòd simul sint propria: Imseparabiles enim sunt à suis naturis & hypostasis proprietas ipsarum. Idioma est, quod in vna aliqua natura propriè cognoscitur, & in alia nulla reperitur. Veluti quum dico, in Deo est, quòd est ante æternitatem temporum, quod est increatus & immensus, quæ in alia nulla vsquam sunt substantia. Angelorum idioma est, quòd affectibus passionum carent & sunt immortales, quòd sine intermissione laudibus Deum concelebrant. Idioma verò hominis est, quòd ex mortali & immortalis natura compositus est, quòd in alia nulla vsquam substantia reperitur. Atque hæc quidem sunt idiomatica naturalia. Alia sunt extraordinaria, vt albedo, nigredo, longitudo, breuitas, viriditas, velocitas, traditas, & similia, quæ non in omnibus hominibus reperiuntur. Non enim omnes homines sunt veloces, nec omnes sunt rufi. Naturalia autem idiomatica pariter in omni specie reperiuntur. Nam omnes homines pariter cibis ad sustentationem fruuntur, & sunt mortales, rationales, latos ungues habentes, & incedentes erecto corpore. Sunt autem & alia quæ non propriè dicuntur idiomatica, sed accidentia vel contingentia, quæ ad sunt substantiæ & recedunt, vt pote infantia, sanitas, morbus, caliditas, frigiditas. Denique quicquid mutari potest, cōtingens vel accidēs dicitur.

DE ACTV.

Actus, quemadmodum sanctus Gregorius Nyssen-
 nus inquit, est naturalis cuiusque rei potentia & mo-
 rus. Nam quoduis essentiale suam habet efficaciam.
 Vt pote, intelligetia intelligendi, sentiencia sentiendi,
 motiua mouendi, volatilia volandi, natailia natan-
 di, germina germinandi, reptilia reptandi, lucentia
 lucendi, & generatiua generandi vim habet. In qui-
 bus ablata rursus vi illa agendi, tollitur & interit ipsa
 rei natura. Sublato namque calore, ignis extinguitur,
 sublato animalis motu, animal interit: sublata vi
 intelligendi, anime interit intellectus & ratio. Hoc
 autem admirandum est, quod differentes quedam natu-
 rae suis naturalibus actionibus priuate, aliam effi-
 ciendi vim generant. Veluti lapis adustus, naturalē
 suā vim amittit, & fit inextinguibilis, atque vim adu-
 rendi retinet. Ad eundem modum Cedrus, amissa vi
 germinandi, sanandi efficaciam accipit, & vermes bac-
 carum suarum odore interficit. Oportet igitur vt
 prudentes, appellationes rerum considerent, & diui-
 dicent, quod costet, quomodo plures omnis generis
 substantie suarum actionum nomina, sed non natura-
 les appellationes habent, quas ex propriis actioni-
 bus acquisuerunt, habentque, & inde dicuntur. Ete-
 nim vt iam antea diximus, sicut dicitur Deus *ὁ πρὸ
 τῆς θεωρεῖν τὰ πάντα*, id est ab eo quod contempla-
 tur omnia, & Angelus ab Angelica operatione &
 ministrante: & homo *ὁ πρὸ τῆς ἀνω θεωρεῖν τὸν
 ὄψα*, id est ab eo quod vultu superna suspicit, ita
 & in reliquis. Virgo namque, *παρθένος*, a morti-
 ficanda carnis inflammatione dicitur, *ὡς ἑστέρη*,
 id est columba, ob id vocatur *ὅτι πέτεται ἑστέρως*,
 id est ceruus, *ὁ πρὸ τῆς ἐλέειν τὰς ὄφεις*, id est ab eo
 quod serpentes tollit, *χελιδὼν*, id est hirundo
ὡς τὸ τὰ χεῖλη δονεῖν, id est propterea quod gar-
 riendo labia mouet, *ὄφεις*, serpens, *τὰ περὶ ὄφιν*,
 id est, qui loquitur, videlicet quod olim Eux lo-
 quutus est, *δρακὼς*, id est, caprea *ἐκ τῆς ὄξιος
 δέρκην*, id est ab acumine visus, *τροχῶν*, id est,
 turtur, *ἡ τρυφῶσα πλὴν γενεῶν*, ἢ τοὶ τὸ οὐκ εἶον γένος,
 id est, seruus stirpem, videlicet proprium genus,
ἀηδῶν, id est luscinia, *ὡς τὸ ἀεὶ ἀδῶν*, propter
 ea quod irremisse canit, cum æstate tum hyeme,
γυψ, id est, vultur *ὡς τὸ γυρεῖν ὑψηλῶς*, propter
 sublimem volatum, *αἰετός*, id est aquila, *ὡς
 τὸ πολλὰ κίμα ἀνακρινίζεσθαι καὶ πολλὰ ζῆν*, id est,
 propterea quod sæpenumero renouatur ac multos
 annos viuit, *ποταμός*, id est fluuius, *ὡς πότιμον
 ἔχον ἐνέργειαν*, id est tanquam potabilem habens
 energiam, *χείμαρρος*, id est torrens, *ὅτι ἐν χεῖμα-
 ρὶ ρεῖ* propterea quod hyeme fluit. *φύσις*, id est
 natura, *ἐκ τῆς φύσιν τὰς ὑποστάσεις* ab eo quod
 substantias rerum germinando producit, *βιτάνη*,
 id est herba *ὡς τὸ βαδίζεσθαι ἀνω*, ob id quod sur-
 sum nascendo tendit, quemadmodum & *ἄνθρω-
 πος*, id est, homo *ἐκ τῆς ἀνω θεωρεῖν* ab eo quod quæ
 superna sunt videt, *ψυχή*, id est anima ex prop-
 pria energia hoc nominis habet. Nam *ψυχή*
 idem est quod viuificare: ob eam causam anima
ψυχή dicitur: corpus enim viuificat. Sunt & alia
 quedam quæ ad hunc modum propriarum ener-
 giarum appellationes habent, quæ non recensemus,
 ne omnia adnumerare velle videamur.

Lapis ad-
 dustus.
 Cedrus.
 Deus vn-
 de.
 Homo.
 Virgo.
 ἔλαφος
 χελιδὼν
 ὄφεις
 δρακὼς
 τροχῶν
 ἀηδῶν
 γυψ
 αἰετός
 αἰετός
 ποτά-
 μος.
 χείμαρ-
 ρος.
 φύσις
 βιτάνη
 ἄνθρω-
 πος.
 ψυχή.

Vnio quidē est rerum inter se distantium cōmunis
 conuenientia quedā. Dicta autē est vnio, propterea
 quod vnū fiant, hoc est, quod res cōeant & cōmiscantur.
 Porro quinque modis vnio dicitur: cōmixtiua, diui-
 siua, habitualis, positiua, & vnio sancta Christi, quæ
 præterea secundum hypostasim dicta est. Atque vnio
 quidē cōmixtiua dicitur, qualis est vini & aquæ. Di-
 uisiua, qualis est hominis ad hominem. Habitualis,
 qualis est auri ad aurū. Vnio autē Christi supra il-
 las secundū hypostasim dicitur. Secundū hypostasim
 verò vnio, est per se subsistens cōuenientia duarum
 naturarum in vtero sanctæ Deiparæ virginis. Non
 enim ante verbū quod Deus est, substantialiter ibi
 fuit corpus, vel anima, sed simul caro, & Deus qui
 verbū est, simul: caro animata & rationalis simul
 in eo fuere. Quemadmodū de nostra quoque cōcep-
 tione videtur, quod anima per se subsistens simul cō-
 currant cum corpore. Nam corpus per se cōsistere
 non potest, nec anima subsistit ante corpus. Quæ
 vnio, vnionis Domini fuit Imago quedam.

DE CONSVBSTITIALI.

Quid est cōsubstantiale, & secundū quid dictū est
 consubstantiale, & quotupliciter cōsubstantiale di-
 citur? Consobstantiale dicitur, quod est eiusdem sub-
 stantiæ & efficaciam immutabiliter. Nam ideo cō-
 substantiale dicitur, quod eandem habeat substantiam &
 vim. Dicitur autē quinque modis. Consobstantiale,
 simul genitū, cōgenitū, simul natū, & quod est eius-
 dem generis. Cōsubstantiale autē est, quod eiusdem
 quidem est substantiæ, sed aliqua tamen differentiam
 habet: verbi gratia, Lapis cariosus, & solidus, vel
 durus, consobstantiales, hoc est, vnus & eiusdem
 substantiæ. Ita lignū palmæ, & hebeni lignum. Et,
 caro cameli ac caro piscis. Hæc cōsubstantialia di-
 cuntur, eo quod eiusdem sunt substantiæ. Quemad-
 modum omnes homines eiusdem substantiæ sunt, suas
 tamen differentias habent, propterea quod alius quidē
 procerus, alius breuis, alius clarus, alius obscurus.
 Verūtamen pariter vnus & eiusdem sunt substan-
 tiæ, quantum ad animam & ad corpus. Alterius vel
 diuersæ substantiæ sunt, quorum substantiæ differunt
 & omnino non cohærent, sed ex omni parte aliud
 ab alio dissimile & alienum, vt ignis & aqua. Nam
 ignis alia, & alia est aquæ substantia. Ideo diuersæ
 substantiæ dicuntur, eo quod vtrunque aliunde na-
 tum & alterius generis est: velut homo quoque &
 Deus, Angelus & lutum, Sol & scænum. Nam hæc
 omnibus modis inter sese dissimilia sunt & aliena,
 ideoque diuersæ substantiæ dicuntur, vt pote quod
 hoc nihil cōmunicet cum alterius substantia, sed alia
 quidem illius, & alterius etiam alia sit substantia,
 sicut dictum est.

DE ANIMA ET MENTE.

Dupliciter dicitur anima. Altera quidē est irratio-
 nalis, quæ bestiarū est: altera verò rationalis, quæ est
 hominum. Atque ea quidē quæ bestiarum est, opi-
 ficium suum ex terra accipit iuxta mandatū Dei,
 quemadmodū diuina dicit scriptura: Et dixit Deus,
 Producat terra reptilia animarum viuentiū. Ergo
 animalia bruta ex terra acceperunt animam suam.
 Ideoque ad terrena solūmodo habet affectionem &
 omnem appetitum, nec est illis rerum cœlestium
 cura. Quomodo verò anima bestiarum ex terra
 facta

Anima.
 Gen. 1.
 Anima
 bestiarum
 ex terra
 facta

QUID SIT VNITAS, ET QVOT
 MODIS INTELLIGATVR.

facta sit, dicemus. Dedit terra iuxta præceptum
 Dei bestiis carnem. Caro sanguinem est operata:
 Sanguis autem animalis, anima facta est animali ir-
 rationali. Quare mortuo rursus animali, sanguis
 concretus & congelatus, in carnem transmutatur:
 caro autē corrupta & resoluta, terra fit rursus. Atque
 eam ob causam ignorat animalia bruta, neque cur-
 rant res cœlestes. Sed homo ex inspiratione diuina
 suam animam accepit, ideo res diuinas agnoscit,
 superna persequitur, & res cœlestes intelligit: est
 que rationalis, & mente præditus. Cæterum nemo
 existimet, quod ille spiritus quem in hominem in-
 flauit Deus, factus sit anima. Absit. Sed spiritus ille
 perficit animam. Nam si in homine spiritus ille es-
 set anima, esset nimirum ex Dei essentia. Si ergo ex
 Dei essentia esset anima, inalterabilis vtiq; semper
 esset & immutabilis, qualis est Deus. Inquit enim
 ipse: Ego ipse sum, & non sum permutatus. Anima
 autem interdū quidem stulta est, interdū sapiens, in-
 terdum peccatrix, interdū iusta, & alio quidē tem-
 pore fidelis, alio verò tempore incredula, aliquādo
 rerum ignara, aliquando sciens, nonnunquam præ-
 pta, & aliquoties tarda. Cum hæc in sese habeat a-
 nima, quoniam pacto dici potest, quod ex Dei sit es-
 sentia? Illud haud quaquam esse potest. Sed hæc in-
 spiratio animam in homine fabricata est, rationa-
 lem & intelligentem. Quapropter anima quoque
 ductu intellectus imaginatur superna, & quæ illic
 sunt querit, appetit & desiderat, quoniā illinc ha-
 bet creationem suam. Irrationalis autē anima non
 sic, sed quia terrestrius est, solūmodo terrestria querit,
 ideoque; vnā cum corpore quoque moritur. Ani-
 ma verò hominis æternum viuit, & non habet fi-
 nem. Habet autem anima tres partes: rationem, a-
 nimositatē, & appetitum. Atque per partem qui-
 dem rationalem Deum diligit. Per animositatem
 verò dæmonibus irascitur, & sese strenuè aduersus
 eos gerit. Et per partem appetitiuam, appetit æter-
 na bona. Habet autem homo sensus quinque cor-
 porales, & quinque animales. Atque corporales qui-
 dē sunt isti, visus, auditus, olfactus, gustus & tactus.
 Cōsideratur verò in visu quidem, album & nigrū.
 In auditu, acutum & graue. In olfactu, gratus odor
 & graue olens. In gustu, dulce & amarum. In tactu,
 durum & molle, calidum & frigidum. Sedes autem
 sensuum animæ sunt istæ: Mens, intelligentia, opi-
 nio, phantasia, & sensus. Diciturque vnusquisque
 sensus organum, sensorium, eo quod sensum cōser-
 uet, animal sensitium. Est autem operapretium
 & hoc cognoscere, quod quæuis caro corpus quo-
 que dicitur, non autem quoduis corpus dicitur e-
 tiam caro. Etenim stellæ cœlestia corpora dicuntur,
 non tamen vocantur cœlestes carnes. Atque corpus
 quidem dicitur dupliciter: Corpus materiale, &
 corpus subtile. Ac corp⁹ quidē materiale est, quod
 prehendi manu potest, & quod corruptioni mor-
 tique est obnoxium. Corpus verò tenue est, quod
 non comprehendi vel tangi potest, vt est sol, luna,
 & stellæ. Corpus autē crassum & materiale, quod
 caro dicitur, ex quatuor elementis constat, sangui-
 ne, phlegmate, humore & cholera. Videlicet, ex æ-
 re, terra, igne & aqua: hoc est, ex calido, frigido, hu-
 mido & sicco. Sed calidum & vitale elementum,
 aer calidum & humidum, terra siccum aquæ humi-
 dum elementum pariunt. Atque hæc sunt ex quibus
 constat homo, maximè autem hominis caro, ideo

Anima
 hominis.
 Quod ani-
 ma nō sit
 ex essentia
 Dei.

Anima
 partes.

Sensus qui-
 que.

Corpus
 duplex.

post mortem in ea rursus resoluatur.
 DE CORRVPTIBILI.
 Quid sit corruptibile, vnde dictum, & quot mo-
 dis dicatur. Dupliciter corruptibile dicitur, cor-
 poraliter & spiritualiter. Ac spiritualiter quidē, vt
 quum peccauerit quis, dicitur esse corruptus, quæ-
 admodū dicit scriptura: Corrupti sunt & abomi-
 nables facti in iniquitatibus. Corporaliter verò cor-
 ruptibile trib⁹ modis dicitur: Mors, Corruptio &
 Interitus. Mors dicitur, anime separatio à corpore.
 Corruptio verò est, quādo corpus à vermibus cōsu-
 mitur, & solūmodo relinquunt ossa. Interitus autē
 vocatur quādo putrescunt ipsa quoque ossa & absu-
 muntur, abeuntque ne amplius extent. Hoc enim
 de Domino nostro Iesu Christo quoque dicimus,
 quod mortem tantum subierit. Corruptionem ve-
 rò aut interitum sacrosanctum eius corpus neuti-
 quam sustinuit, sed resurrexit die tertia primogeni-
 tus factus ex mortuis.

QVARE DICITVR PRIMOGENITVS?

Eo quod primus ab inferis resurrexit, quæadmo-
 dum etiam nos resurgemus in secundo aduentu.
 Quia autē ante illum Lazarus resurrexerat & Lari-
 filia, multique alij, quare non illorum aliquis primo-
 genitus vocatus est? Ideo quod illi post resurrectionē
 suam è mortuis, rursus mortui sunt. Christus autē
 non amplius est mortuus, sed quod in resurrectione
 nobis eueniet, id ipsi iam contigit. Nam primus
 ex mortuis in ea resurrectione resurrexit, quæ est in
 incorruptibilitate, cuius nos quoque speramus in
 futuro participes fore, quam resurrectionem nulla
 mors amplius sequetur.

QUID EST VERBUM ET QVOT
 MODIS DICITVR?

Verbum dicitur tripliciter. Verbum substantiale,
 quod est Deus, qui verbum dicitur. Verbum inter-
 num, quod est Angelorum, & quod in mente no-
 stra dicitur. Verbum enunciatiuū, quod enūciatur
 per linguam, & quod mentis nuncius quoque di-
 citur. Dictum est autem verbum à dicendo.

QUID EST CHRISTIANVS?

Christianus est vera domus Christi, & rationalis,
 per bona opera & recta dogmata constructa. Hæ-
 reticus autem, est calumniator & accusator veri-
 tatis, vel, falsa opinio eius quod nod non est. Im-
 mutabile est, quod se semper similiter habet. Na-
 turale est, quod naturaliter inhæret: vel, veritas
 verè cognita. Præterea naturā est, quod Deus vel
 non sic creauit, vel quod omnino non creauit, qua-
 lia sunt peccatum & mors. Tria sunt quæ de ho-
 minibus prædicantur: Secundum naturam, præ-
 ter naturam, & supra naturam. Secundum natu-
 ram, est matrimonium: præter naturam, scortatio:
 supra naturam, virginitas. Et, secundum naturam
 sunt opes iuste acquisitæ, præter naturam avaritia,
 supra naturā inopia. Item, secundū naturā est tem-
 perantia in cibo, præter naturā crapula, supra natu-
 rā ieiunium. Similiter, secundum naturam est pax,
 præter naturam tumultus, supra naturā erga inimi-
 cos electio. Et in cæteris similiter. Etymologia est,
 quæ vim nominis alicuius rectè designat; & ex ip-
 so sensu explicat: veluti, pax est inde dicta, quod
 mentem tranquillam reddat. Tumultus, à facilitate
 confundendi. Error, ab eo quod oblique mentem
 trahat. Temperantia vel quod salutaria prouideat,
 vel quod corpus à sordibus conseruet. Scortatio

Corruptio
 Mors.
 Corruptio
 interitus.
 Primoge-
 nitus cur
 Christus
 dicitur.
 Verbum
 tribus mo-
 dis dicitur.
 Christianus
 quid.
 Hæretic⁹.
 Præter
 naturā
 quid.
 Nota.
 Ieiunium
 supra na-
 turam.
 Etymolo-
 gia.

vel ab eo quod iuuenturem inflammet, vel quod tam diu impugnet, donec mentem oculis priuet, vel quod à longinquo annuat. Similiter & in reliquis. Corpus quia ex quatuor elementis compositum est; rursus dissoluitur, & ad nihilum redigitur. Propterea corpora tam hominum quam bestiarum facile corrumpi possunt, statimque moriuntur, ex quatuor cum constant elementis: terra inquam, aqua, igne, & aere. Nam ea quae ex istis constant, semper generantur, semperque corrumpuntur, elementorum videlicet dissoluta compositione, & quolibet in suum locum recepto. Ipsa vero elementa, simplicia cum sine & incomposita, suam quoque stabilitatem semper indissolutam retinent.

DE ANIMA.

De anima autem hoc dicimus: Quod quinque sunt affectus, in ea quae animales affectus vocantur. Sunt autem isti: Ira, dolor, metus, sollicitudo, & inuidia. Quae ergo prudentia mentis praeditus est, poterit illis imperare. Est autem anima per se calida, tanquam ardens ignis. Sicut igitur ignis ea quae sunt in ollam posita, coquit: Sic anima quae igneam naturam habet, cibos in ventriculū receptos imminuit & consumit. Nam anima non propterea psyche vocatur, quod essentia sua sit frigida, sicut rudiores quidam existimant, sed propterea quod magno suo calore humores extergat, sicut ab effectu Solis manifeste declarari potest. Nam calidus cum sit & ignitus, siccatur & omnem humorem sursum trahit. Quod autem anima naturaliter sit calida, comprobatur à morientibus quoque. Quam enim primum anima recedens, corpus reliquerit, omnia statim membra sunt frigida, frigoreque; haud minus quam glacies hyemalis congelata relinquantur. Quoad enim abundantis cibo anima reficitur, viget corpus, & valet viribus. Quando vero cibus destituitur, absumit & corrumpit ipsum corpus. Non enim potest corpus absque cibo animae caliditati resistere. Quoadmodum nec aeneum vas ad fornacem positum, ignis vehementiam absque aqua ferre potest: (nimio enim ardore siccatur, & tandem dissoluitur) ad eundem modum olla corporis, si non habeat cibum, ab ignita anima accensa, penitus interit. Quod si aliquando de anima dubitet aliquis, ab ipso quare, num anima hominis in toto corpore sit, vel in vno aliquo loco. Et si in toto corpore respondeat animam esse, interroga, quomodo abscissa manu vel pede, non abscindatur anima, & adhuc viuat homo, ac nondum moriatur? Quod si dicat in parte aliqua animam esse, rursus quare, quoniam pacto hominis aliae partes esse queant absque anima, & quomodo membrum inanimatum habere possit homo: item quomodo possibile sit viuere sine anima? Nam quicquid animam non habet, mortuum est. Quare nescis quid dicas. Ego vero tibi dicam, qua in parte, quomodo & vbi requiescat anima. In tribus locis corporis suam habet sedem. Et sicuti solis radius vnum aliquem locum occupat, & in domum penetrat, illuminat verò totam domum: Sic anima quoque in tribus istis partibus corporis residens, totam domum corporis viuificat. Habet autem anima sedem suam in corde, in posteriori parte capitis quae caua vocatur, & in basilicis venis. In istis igitur tribus partibus habitat anima. Quare, si cor vulneretur, aut ex basilica ve-

na multum sanguinis effluat, aut si caput cadatur, vel gladio secetur, statim à corpore recedit anima, & mortuum corpus relinquitur. In istis porro tribus partibus anima sedem habet, in totum corpus vitalem suam potentiam distribuit.

DISPUTATIONIS ATQUE CONTROVERSIAE SVPER FIDE CATHOLICA, INTER

diuum Athanasium prius Diaconum, deinde quoque Episcopum, & Arium, coram probro iudice gentili à Constantino Imperatore delegato habite, Praefatio, docens contemporaneos fuisse, inter quas ista dicitur.



VM in manus strenui lectoris, beatissime Papa Materne, liber iste à catholico sacerdote, & probatissima vita beato Athanasio contra haereticos, id est, Sabellium, Photinum & Arium disputatus peruenerit, illico respondebit: Et quomodo fieri potest, ut cum sancto Athanasio successore beati Alexandri Episcopi habuerit Arius conflictum, cum constet eum, sicut in Ecclesiastica historia legitur, turpissima morte, id est, exemplo Iudae traditoris Domini nostri Iesu Christi fuisse solum, ut quod foetida mente conceperat, foetido terminaret sine? Sed si illud recolat quod in Chronica sua beatę memorię Sulpitius Seuerus posuit, dicens: Duo Arii tanquam duo serpentes ex vno ore sibilabant, duos Arios fuisse euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cum Ario superstitere, non cum illo qui fufus est, aut cum aliquo Arianita, sanctum Athanasium inisse conflictum. Quapropter oportet opus, ut credimus, à domino impletum, à Catholicis saepe relegatur, ut cognoscatur qualiter haereticorum possint vitare venena, & fidem suam absque ulla hesitatione, domino auxiliante, valeant custodire.

EIVSDEM DISPUTATIONIS INTRODUCTIONE, originem eius, & Arii perfidia declaras.



VM apud Nicenam urbem, à trecentis decem & octo Episcopis, ex Euangelicis Apostolicisque doctrinis, spirituali vigore praeditis, fides Ecclesiae confirmabatur: Ibi Arii perfidia, Constantino Imperatore praesente detegitur. Et cum eius perfidiae dogma eorundem episcoporum sententia refutatur, Arius ab Ecclesia separatur, ne tam impia doctrina diu in ecclesia latens, cunctorum inficeret mentes. Sed vbi Imperator coperit integram ab episcopis fidem Ecclesiae, ut est ab Apostolis tradita, sanctius confirmari, praecipit eundem Arium, ut rebellē sacrae fidei exilio relegari. Sed sicut Euam serpens in paradiso dolosis persuasionibus laqueauit, ita quoque Constantiam Germanam eiusdem principis, per quandam facillitatem, Arii perfidia irretiuit. Et latuit in ea diaboli virus, donec tepus erumpendi quo eam impleuerat inueniret. Igitur cum in ultimo sui obitus die frater visitatione eius perfuitur, statim ab ea innocenti fratri veneni pomum verbo porrigitur. Et illico, exemplo primi hominis, nescius in pertransgressionis via dilabatur, qui viperinis expositulationibus sensum accommodare videtur.

CONSTANTII EPISTOLA.

Constantinus Constantius pius, perpetuus victor ac triumphator semper Augustus, Probo iudici salutem. diuino munere paternum adeptis imperium, illud est nobis primitus enitendum, ut haeretica conuersatione deleta, sacrae nostrae fidei coniunctus orbis gaudeat vniuersus. Quoniam, quia peruerso itinere conuertit impium, saluam animam eius, & suorum multitudinem peccatorum cooperit, et quoniam nunc plerisque reperimus huius sceleris socios; hanc perfidiam ritu sacrilego percolentes, afferentes se integram fidei regulam retinere, qui non solum homines impia seductione fallentes, verumetiam & ingenitae maiestati iniuriam irrogantes, & filij creatam substantiam eius diuinitati iungentes. Monemus itaque, ut nostrae maiestatis, auctoritate percepta, inter Arium venerabile presbyterum, & Athanasium eiusdem auctoritate erroris diaconum, huius negotij examen facias ventilari. Praecipue suadens, ut animi peruersitate deposita, verae fidei ac probatae colla submittant. Haec nostrae mansuetudinis ac pietatis praecipua, solita temeritatis audacia contemnentes, ad grauem nos concitent iracundiam. Et licet huius fidei munus necdum perceperis, sapientia tamen qua praeter ceteris polles, cuncta te credimus posse sine cuiusquam susceptione personae, fideliter definire, Deo plus quam homini placitum. (Et alia manu) Optamus te bene valere. Datum Constantinopoli sub die XII. calendas Ianuarij.

PROB. Venerandi principis sacra, quae lecta est, gestis indatur. AV. Et adiecit. PROB. Prospiciens in idolorum cultura nullam veri numinis, maiestatem consistere, Christianus memetipsum dogmatibus subiicere volo, quibus astruitur vnus & verus deus esse, qui vniuersa, quae videntur, & quae non videntur, virtute verbi sui creauit. Et quoniam cum plures Christiani nominis titulo censentur, à veritate eius fidei procul aberrare dicuntur, diuersa & varia dogmatis instituta sectando, scire nunc magnopere desidero, quae sit recti dogmatis fides cui remotis dubietatibus, ambagibusque omnibus tenaciter inhaerere queam, ne erroris caecitate exui cupiens, maioribus tenebrarum erroribus implerer, si passim, & sine vilo examinis discrimine alicuius sectae quae primo occurrerit imitator existam. Quae vtrum praua sit necne, an veritate suffulta, ignoro. Et ideo si placet imò quia placere debet, vnusquisque vestrum in conspectu nostro fidei suae sententiam pandat, ut examinatione habita quae firmior cunctis & verior reperta fuerit, huic omnes iure credamus, & huic indubitanter spreto falsitatis errore, obsequamur. AR. & ATH. Quomodo tanti mysterij secreta committere possumus, & rei inexpertae arbitrium collocare, cum necdum gentilitatis maculam veri dogmatis perceptione ablueris? PROB. Hoc est vti que quod totis viribus cognoscere cupio, quod sit rectum & veridicum dogma, in quo me oporteat occulti mysterij sacramenta percipere. Neque enim modo mihi profunda mysteriorum arcana patefieri desidero, sed illa nunc flagito demonstrari, quae in vestra fide extrinsecus habentur & publice praedicantur, id est, quod vnus idemque verus Deus visibilium & invisibilium conditor sit rerum. Et quia hoc vos vno ore

Synodus Alexandriae congregata.

Constantini mors.

Arius in Ecclesiam reuocatus à Constantino.

Ioan. 15.

Probus à Constantino arbiter electus inter Athanasium & Arium.

Arius exprobratus Iudae traditoris mortuum.

Sulpitius Seuerus.

Impietas Arii coram Constantino detegitur.

Constantia Germana Constantij Ariana.



LORIOSI ac piissimi imperatoris Constantij epistola sacra comonitus, praecipit inter vos negotium fidei ventilari. ATHA. Et quis tam vecors audeat principalia praecipua renuere? PROB. Ergo venerandi Augusti sacra legatur epistola. AV.

Anima quinque affectus.

simile.

simile.

Anima vbi requiescat.

profiteri nō nescio, quę causa extiterit, vt in tā vari-
 as diuidamini sectas, & quę sunt vera, & quę sunt
 falsa, intelligi à nobis omnino nō possint, priusquā
 vestro certamine digno patientiā moderamine ha-
 bito, quid sit congruum diligentius cognoscamus.
 ATH. Cum sis omni literarum genere imbutus, &
 Philosophicis disciplinis admodum cruditus: mi-
 rari vsquequaue non debes, plurima penes nos &
 varia nouitarum dogmata extitisse, cum apud vos
 tot sententiarum nouitates emerferint, quot pene
 nomina ipsorum continentur autorum. Nam cum
 tres sint in mundo religiones, Iudæorum, Paganorum,
 & Christianorum, multis & longe discretis
 sententiarum diuersitatibus, vnaquęque religio à
 seipsa discedens, in varias proprię institutionis se-
 ctas diuisa est; dum vnusquisque suauitate recētio-
 nis sententię, non veritatem, sed veritatis similitu-
 dinem præferentis, illectus, antiquitus à patribus
 traditam lineam derelinquit, eo irremediabiliter
 per auia prauę oberrans, quo nouitate pro vetusta-
 te vitur tanquam antiqui limitis, & à patribus tra-
 diti viam incedens. Aut enim multum sentit, & mi-
 nus credit, & ideo medium & rectum iter ince-
 dere nescit. Hęc ideo præfatus sum, vt tibi claris-
 sima veritatis explorandę indicia demonstrarem,
 vt agnoscere facillime queas illum prauitatis erro-
 re inuolui, qui prisca Apostolicę fidei fundamenta
 deserens, ipse sibi pro suę voluntatis arbitrio fidē,
 quam sequi debeat, somniat. A R. Optime Athana-
 sius: error me perfidię, in abiectis & nuper inuen-
 tis rerum nouitatibus consistere profiterur,
 Apostolico in hoc ipsum congruente testimo-
 nio quo ait: profanas autem vocum nouitates eui-
 ta. Vnde obsecro, vt ab hoc inquisitionis tramite
 non recedas, diligentius atque attentius inuestigā-
 do, quis nouo, quisue antiquo vitur fidei sacra-
 mento? P R O B. Vt hęc quę asseritis facile innotescant,
 & ad lucem veritatis, remota omni ambigui-
 tatis caligine veniant, antiquę fidei regulam pan-
 dite, & ita vt est ab Apostolis tradita, nostris auri-
 bus intimate. A R. & ATH. simul. Credimus in Deū
 patrem omnipotentem, & in Iesum Christum fili-
 um eius Dominum nostrum, & in Spiritum san-
 ctum. Hęc est fidei nostrę regula, quam cęlesti ma-
 gisterio Dominus tradidit Apostolis, dicens: Ite,
 baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij,
 & Spiritus sancti. P R O. Magno miraculi stupore
 attonitus hæreo, tres à vobis Deos prædicari conspiciens,
 à quibus ad vnus Dei singularis potentię
 maiestatem confugiendum esse credideram. Vnde,
 quę sit huius rationis fides, vel quid ista trium rerū,
 triumque vocabulorum nomina indicent, nos bre-
 uiter informare dignemini. A R. Non quod tres ve-
 os numero in fidei professione fateamur, sed crede-
 re nos in Patrem, & filium, & Spiritum sanctum fi-
 deliter confitemur. P R O B. Satiū fidem vestram
 exponite, & quę vel qualis sit in eadem vestra cre-
 dultate declarate. A R. Ego enim confiteor, inge-
 nitum patrem ante omnia tempora filium ineffa-
 bilitate genuisse, per quem, & in quo, visibiles crea-
 turas, atque inuisibiles fecit. Qui nouissimis tem-
 poribus propter humani generis salutem, à patre
 missus, verum hominem in mundo gestauit, atque
 inuolabiliter de Maria virgine sine humani pudoris
 permixtionē suscepit. Qui cum sit creaturę suę
 Dominus, non tamen potest genitori suo, aut in

Religiones tres in mūdo.

Hæreticus fit quis.

1. Tim. 6.

Mar. vlt.

omnibus conferri, aut in aliquo cōparari. Quem
 & Deum, & sui originis profiteamur autorem. Nec
 tamen ideo duo dij, quia & hic Deus, nec ideo nō
 deus, quia solus pater deus. Sicut nō ideo nō bonus,
 quia solus pater bonus, cum sit & filius, non solum
 bonus, sed & bonorum creator. Sed sicut ei nō ad-
 mitur ne bonus sit, cum solus pater ipse filij pro-
 fessione sit bonus, sic ei non aufertur vt Deus sit, cū
 solus pater sit deus. Et sicut bonitas filij non præi-
 dicat singularitati paternę bonitatis, sic eius deitas
 non officit patri, ne vnicus ac singularis sit deus. Et
 hoc modo vnum Deum profiteamur, non negan-
 do, vt dixi, filium Deum, sed penē solum patrem v-
 nius diuinitatis authorem constituētes. ATH. Bene
 patrem filium ineffabiliter ante omnia tempora
 genuisse. Arius sua professione diffiniuit, sed vtrum
 filium ex ipsa patris essentia vel natura, vel aliunde
 genitum velit asserere? Hęc interim sua profe-
 sione reticuit. Ego enim patrem, & fili-
 um, & Spiritum sanctum vnus esse substantia,
 vnusque naturę confiteor. Ita vt non ex nihilo ne-
 que ex aliquo, sed de Patre filium, & de patre Spi-
 ritum sanctum credam procedere. Et licet tres in sua
 proprietate subsistentes profitear esse personas, ho-
 rum tamen natura vna est, vnāque diuinitas com-
 probatur. P R O. Quamquam hęc varia, & longe
 dissimilis sententiarum vestrarum diuersitas, ma-
 gnā confusionis caliginem mentibus nostris in-
 cutiat, tamen vt citō his ambagibus exuamur, &
 quę sit verę fidei professio cognoscamus, dignami-
 ni euidentioribus scripturę diuinę testimoniis as-
 sertionum vestrarum sententias communire. Et ne
 longo orationis ambitu ipsius permixtę disputa-
 tionis confusione procul euagimini, singulatim fi-
 dem vestram, vt dixi, edicite. Sed nunc Arius profe-
 quatur, & suam fidem veridicis testimoniis astrue-
 re non grauetur. A R. Quoniam me primitus cōgre-
 di præcepisti, respondeat Athanasius vtrum sim-
 plicis naturę sit Deus. ATH. Quis hoc impius negauerit?
 A R. Respondeat vtrum etiam omnia quę
 de Deo dicuntur, secundum essentiam accipienda
 sunt? ATH. Non temerē pronunciauerim, vniversa
 quę de Deo dicuntur secundum essentiam debere
 accipi, propter nonnullos relatiuos nominum ca-
 sus, secundum vsitatum humani sermonis eloquiū
 probatos, qui non propriē de Deo, sed personis &
 temporibus, vel quibuscunque rerum generibus
 coaptantur: id est, cum se nescire, vel se iterum cō-
 gnouisse fatetur. Aut cum rerum se factarum pœ-
 nitudinem gerit, & nunc se iratum nunc placatum
 ostendit. Quę omnia, si secundum essentiam volu-
 mus accipere, passibilem sine dubio & impro-
 udam diuinam profitebimur esse naturam, in quam
 aut ignoratiā, aut ex tempore orta cogitatio cadat,
 quam & tristitia pœnitendo conficiat, & lætitia
 subleuet vegetando. Quod quid aliud erit, nisi mu-
 tari ac perpeti, & instabili mobilitate huc illucque
 defluere? Vnde manifestissime comprobatur, non
 omnia de Deo secundum essentiam debere intelli-
 gi, sed aliquanta dispensationi respondentia: non
 naturę eius conuenientia certo certius profiteamur
 P R O B. Licet sufficienter & doctius, laudabiliter-
 que responderis, non omnia de Deo secundum es-
 sentiam dici, latius tamen hęc abs te audire deside-
 ro, cum tui loci disputationis tempus affuerit. Nūc
 interim (vt antea fassus sum) Arius, vt cœperat, pro-
 sequatur

Quod pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt eiusdem nature & essentie.

Non omnia de Deo secundum essentiam intelligi debent.

Athanasii fides de Trinitate

sequatur. A R. Si ea quę in principio profecutus
 sum, diligenter aduertas, illic omnem fidei nostrę
 credulitatem inueniens. ATH. Subsistere ante se-
 cula filium, veraciter Arius profiterur. Quod autē
 de patre natus sit, sono tantummodo vocis, & si-
 mulata verborum confessione, non veritatis pro-
 fessione confidit, dum eum à paternę naturę sub-
 stantia separat & conditione naturę, non dispen-
 sationis ratione patri subiectum affirmat. P R O B.
 Clarissimum fidei vestrę indicium date, & quem-
 admodum credatis, recenti profecutione signate,
 quo possit ad normam propositę confessionis dis-
 putationis materia coaptari. ATH. Ne vos
 grauem oratione longissima sensus, fidem meā bre-
 uis sermone concludo. Patrem, & filium, & Spiritū
 sanctum deitate, potestate, magnitudine, natura v-
 num esse profecutor. nec aliquid in hac trinitate no-
 uum extraneū me, ac si antea non fuerit, postea
 verō adiectum sit, assero: sed vt dixi, vnus eam na-
 turę, vnusque substantię credo. A R. Sicut tres
 personas in sua proprietate manentes, ita tres sub-
 stantias esse, patris, & filij, & Spiritus sancti, confi-
 teor. Alia enim Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti
 substantia. Nec potest vllō modo ingenitę substā-
 tię, aut genitę filij, aut creatę Spiritus sancti confer-
 ri natura. Vnde nec in potestate æquales, nec ma-
 gnitudine similes, nec natura consortes, à nobis fi-
 deli confessione creduntur. P R O B. Si hoc totum
 est, in quo à vobis inuicem dissentire videntur, id
 est, quod vnus diuersas, alius Trinitatis vnā dicit
 esse substantiam, id nunc disputationis ratio po-
 scit, vt assertiones vestras non subtilitate argumen-
 torum de industria dialecticę artis venientium, sed
 simplicibus & puris diuinę scripturę documentis
 robustius fulciatis. A R. I. Credo quod memorabili-
 bus prudentię vestrę sensibus Athanasij profecutionem
 nequaquam subtraxit obliuio, qua id ele-
 gantius perorauit illum debere ptauitatis errore
 notari, qui noua & inusitata verborum commenta
 sectatur, adiciens Apostolicis dogmatibus, quod
 ab eiusdem constat traditum non fuisse. P R O B. Ita
 memini. A R. I. Ergo Niceni concilij decreta lectio-
 ne pandātur, & agnosces Athanasium, vel eius au-
 tores, Apostolicam fidem nouorū adiectione ver-
 borum eatenus corrupisse, eosque qui antiquis pa-
 trum inherere doctrinis, ambitione regia vli, cen-
 suerint feralibus relegandos edictis. P R O B. Si præ-
 sentis negotij ratio postulat, vt decretum Niceni
 recitetur concilij, hoc quoque Athanasius sua pro-
 fecutione designet, vt ex vtriusque volūtatē assen-
 su, si quid illud offert extrinsecus, recitetur. ATH. A.
 Causę congruit, vt rerum gestarum lectiois copia
 non negetur. P R O B. Ergo vt desiderat, præfati de-
 creti lectio ventiletur.

SYMBOLVM NICENVM.

A V. Et lectum est ita: Credimus in vnum Deum
 patrem omnipotentem, visibilem & inuisibilem
 factorem. Et in vnum Dominum nostrum Iesum
 Christum filium Dei, genitum ex patre vnigenitū,
 hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen
 de lumine, Deum verum de Deo verō, genitum nō
 factū, vnus substantię cum patre (quod greci dicūt
 homousium) per quę facta sūt omnia, siue in cęlo,
 siue in terra. Qui propter nostram salutem descen-

dit, & incarnatus est, homo factus est, passus est,
 resurrexit tertia die, in cęlos ascendit, inde ventu-
 rus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum
 Sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat quando non
 erat, & antequam nasceretur non erat, quod & de
 non extantibus, vel ex alia substantia aut essentia,
 dicentes mutabilem aut conuertibilem Deum, hos
 anathematizat catholica & Apostolica Ecclesia.
 A R. I. Peruides virorum optime probe, istius decre-
 ta concilij, in fugillationem Apostolicę fidei, ausu
 temerarię assumptionis fuisse conscripta. Quid e-
 nim opus erat nouum hoc homousion vocabulum
 antiquis dogmatum regulis inferi? Nunquid enim
 Apostoli, vel eorum discipuli, atque omnes per or-
 dinem successores, qui vsque ad illud tempus viuē-
 tes in Christi confessione homousium vocabulum
 ignorabant? Impietatis sacrilegium in fidei veritate
 secutos esse dicemus, pro eo scilicet, quod huius
 nominis notione priuati, sine ipsi prædicationis asser-
 tione perrexerunt ad Christum. Si enim à nobis, vt
 isti penitēt mentiuntur, noua introducebatur cōtra
 Apostolorum statuta doctrina, quid vtiq; conue-
 niens erat, nouā à nobis ingestę doctrinę antiquis
 Apostolorum obuiare doctrinis, & nouitatem ve-
 rustati præscribere, non vetustatem nouitate per-
 uertere? Vt quid mihi hoc nomen sequendum im-
 ponit? Vt quid me ad huius rei nouitatem violenti-
 ter trahit? Vt quid hoc Apostolicę fidei superadiicit
 verbum, cuius nec Prophetę quidem, nec Aposto-
 li vsquam faciunt mentionem? Quod illud quęso
 nomen est, sine quo fides integra esse non possit, si-
 ne quo Christiani Christianę religionis abdicantur
 honore? Vnum enim ē duobus in hac causa se-
 qui necesse est: Si vera est homousij assertio, falsa e-
 rit Apostolorum prædicatio, quę sine hoc nomi-
 ne lōga per tempora floruerat: Si verō Apostolicę
 fides huius nominis expers vera est: sicuti & est: hęc
 sine dubio falsa erit, quę antiquę fidei nominis no-
 uitate adiecit. Reuolue cuncta noui & veteris
 Testamenti volumina, vtrum alicubi homousion
 inditum paginis poteris reperire. P R O B. Quid his
 refertur? ATH. A. Nominis tantum offendetis no-
 uitate, an etiam ipsius rei virtutem, quę hoc est
 sortita vocabulum, refugis? A R. I. Quid dicas, non
 satis intelligo. ATH. A. Quoniam res antiqua no-
 uum nomen accepit, non vocabulo nouo nouę
 rei virtus accessit, hoc vtiq; requiro, vtrum res
 quę antiqua est, simul à te cum nominis nouitate
 damnetur: A R. I. Res loqueris tortuosas, & omni
 stultitię miraculo dignas. Si enim homousion no-
 uum nomen est, non dubium quin & res noua sit,
 quam significare videtur. ATH. A. Ergo pariter rem
 nomēque condemnas? A R. I. Ita planē. ATH. Igi-
 tur si demonstrauiero rei antiquę, & ab Apostolis
 traditę nouum nomen attributum fuisse, videtur
 tandem fateberis? An etiam sic rem antiquam si-
 mul cum nominis nouitate condemnas? A R. I. Hoc
 non ostendes. P R O B. Et quę ratio causę flagitabā-
 tur, vt res antiqua nomen acciperet nouum? Nun-
 quid enim priusquam huius nominis vocabulum
 fortiteretur, sine nominis proprietate manebat? Hoc
 mihi nullam rationis consequentiam habere vide-
 tur. A R. I. Optime. ATH. A. Ecclesiasticę semper
 moris est disciplinę, si quando hæreticorum noua
 doctrina exurgit, contra insolētes questionum no-
 uitates rebus immutabiliter permanentibus, no-
 uis

Homousion Responit Arius.

Ecclesię moris est disciplina, si quando hæreticorum noua doctrina exurgit, contra insolētes questionum nouitates rebus immutabiliter permanentibus, no- uis

minum vocabula immutare, & significantius rerum naturas exprimere, quæ tamen existentium causarum virtutibus congruant, & quæ magis easdem antiquitatis fuisse demonstrent, non ortus nouitatem mensurent. Et, vt quod dico, planius fiat, vt exemplo in ipso Christianæ religionis prædicationis nuncio: Omnes qui credebant Domino nostro Iesu Christo, non Christiani, sed discipuli tantummodo nominabantur. Et quia multi nouorum dogmatum autores extiterant, doctrinæ obuiantes Apostolicæ, omnes sectatores suos discipulos nominabant. Nec erat vlla nominis discretio inter veros falsosque discipulos, siue qui Christi, siue qui Dositæ, siue Theodæ, siue Iudæ cuiusdã, siue etiam Ioannis sectatores, qui se quasi Christo, Ecclesiæ fatebantur, quin potius vno discipulorum nomine censerentur. Tunc Apostoli conuenientes Antiochiã, sicut eorum (Luca narrante) testantur acta, omnes discipulos nouo nomine, id est, Christianos appellant, discernentes à communi falsorum discipulorum vocabulo, vt & diuini per Esaiam oraculi sermo impletur, quo ait, Seruientibus verò mihi, vocabitur nomen nouum. Hanc ergo ab Apostolis traditam, nouis vtendi nominibus formam, Ecclesia tenens, contra diuersos hæreticos, vt sanè fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominum nouitates. Denique patri nouum innascibilitatis nomen ecclesia imposuit. Cum enim Sabelliana hæresis genitum ex Virgine patrem voluisset afferere, ingenitum contra hanc confitendo Ecclesia tradidit patrem. Vtique in diuinis scripturis ingenitum nusquam legimus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumniæ obuertere quæstionem, & simili, vt tu, propositionis genere vti, quo dicat: Cur diuinis scripturis sine vlllo prospectu pudoris violentiam facitis, profitendo innascibilem patrem, quod scriptum ostendere valetis? Item quia cum non solum genitum, sed & passum impio dogmate idem Sabellius profiteretur, vobis in vnum conuenientibus, inter cæteras quas promulgatis fidei sanctiones, dixistis patrem impassibilem esse, quod religiosè, sanctèque vos statuisse probamus. Sed hoc itidem ille proclamat. Ego vsq; quo vestræ licentiæ audaciã protèdetis profitèdo, quod scriptum nõ legitis, impassibilem patrem, quod nec Prophetæ tradiderunt, nec symboli autentici tradidit autoritas, sed hoc & vestra temeritate præsumptum. Rursus prosequuntur iidem ipsi qui Sirmio conuenerant. Et hanc religiosæ confessionis fidem de filio statuitis, Deum eum dicentes ex Deo, lumen de lumine. Iam hic Photino, qui ex humanæ generationis natura initium tribuit filio, quanta calumniandi occasio pateat, ipsum te quoque meriti non pigeat. Cur enim nõ similes querimoniarum causas intentat, cur nõ simili vociferatione ipse quoq; insaniat, dicens: quid dicitis quid statuitis, quid sequendũ vestro iudicio posteris traditis, confitendo filiũ Deũ ex Deo, lumen ex lumine? Ostendite mihi vtrum id eadem filij Dei forma, id est, in autentico symbolo, quod Apostoli tradiderunt, hoc scriptum legeritis. Sed contentus sum, cum ibi scriptum nõ fuerit, saltẽ mihi de Prophetis legatur, de Apostolorum literis ostendatur. Quis has vocum tulerit nouitates; quis hoc rudis admittere sensibus patiat, quod neque Prophetæ, neque Apostoli tradiderunt? Item similem patri filium multis & cre-

berimis conciliorum vestrorum decretis statutis. Exurgat nunc Eunomius, qui dissimilem confitetur, & dicat: Vbi hoc legistis, vbi hoc reperistis, vtrumne pater aut filius hac de se vsus est voce? Ergo tu Ari, qui me hodie tali constringis articulo, vt homouision propriè positum in scripturis ostendam, aut facere contra insolentes & futiuas hæreticæ intelligentiæ prauitates, quædam confessionis nomina non temere præsumpta, sed ex consequenti ratione collecta, fidei autoritatibus fuisse incerta, ita vt tot nouorum verborum religioso intellectui extiterint absolutiones, quot fuerint quæsitæ vel subministratæ perfidiæ occasiones. Aut si id fateri nolueris, tuis tecũ obiectiõibus agam. Ostẽde mihi non ex coniecturis, non ex verisimilibus rebus, non ex ratione vicini sermonis, non ad intelligendum prouocantibus rebus, non ad profitemdum pietate fidei suadẽte, sed pura & nuda verborum proprietate, ostende scriptum ingenitum, aut impassibilem patrem, verum Deum ex Deo, lumen de lumine, aut Patri Filium similem esse. Nolo mihi dicas, hoc fidei ratio poscit, hoc pietas docet, ad hanc me Domini professionem scripturarum consequentia prouocat. Nolo inquam mihi talia obtendas, quia & in me similia de homouision probatione respuis proferentem. Sed fero in manibus diuinarum voluminum codices, & eodem sono, iisdemque syllabis prædictorum vocabula minimum indita lege. Aut ostendere scriptum filium Patri similem, aut fatere dissimilem. Quo hinc erumpas, quo rursus euadas? ne tuis te obiectiõibus implicitum propositionis nexus enodandi tibi facultas nulla suppeditet, aut concede mihi ex consequentibus probare homouision, id est, vnus substantiæ fidem, aut si concedere nolueris, neganda sunt tibi vniuersa, quæ ipse fateris, quia ea nudè posita inuenire nusquam vti poteris. P R O B. Si Ecclesiasticæ consuetudinis mos est, vt aliqua verborum vocabula pro coërcendis hæreticorum motibus, in fidei autoritate nuda ponantur, quæ tamen ratione consequentium rerum existentium vestiatur, dum eorum veritas, ex qua originem sumunt, diuinis contineri literis inuenitur, quid dicis Ari, concedis homouision: sicut Athanasius dicit de diuinis scripturis per conuenienter professionum qualitates probari, an nõ? A R. Iste nescio qua syllogisticæ artis versutia, obiectiõnem meam conatur eludere. Ego enim hoc mihi ostendi desidero, vtrum homouision in dominicæ sit lectionis autoritate conscriptum, & ideo aut propriè positum legat, aut ab eius confessione recedat. P R O B. Vides quemadmodum in te, tuam referat quæstionem, & iisdem te quibus vteris, cõstringat articulis, professionis tuæ manifestiore, vt ipse exigit, documento. Aut ei de canonicis literis nude positum ostendas innascibilem, aut impassibilem Patrem, aut deũ ex Deo, aut lumen de lumine, aut Patri Filium similem esse. Quæ omnia, si propriè posita minime demonstrare valueris, negandi tibi necessitas imminet, cui discrimini illa, vt videtur mihi, sola poterit ratio subuenire, vt concedatis vobis ea, quæ in cõciliis vestris nude sunt posita, de scripturarum fontibus emanasse. Nam hoc contentiõnis vitio deputabitur, vt documentum nudè sermonis exigas, cui fidei sensum scripturis copiosius noueris redũdare. Sensum igitur quære, vnde vocabuli huius natu-

ius natura traxit originem. Et cum sensum inuenieris, nomen te inuenisse pariter non dubites. A T H. Quantiscunq; rationibus agat, nullatenus potest ab hac intentione remoueri. Nouit enim certissime, quia si ad hoc fuerit, remota huius nominis intentione, descensum, vt ex consequentia scripturarum vnã esse Patris & Filij substantiam, quod est homouision, doceatur, facillimè se posse superari, & ideo diffidentia actimoris periculo auertus, nudi sermonis flagitat documentum. Sed suis est iterum professionibus constringendus. Exigit à me, vt vnã Patris, & Filij substantiam, id est homouision scriptum ostendam. Tu autem tres vsias, id est, tres substantias confiteris. Ostende igitur mihi, vbi legisti tres vsias. Si enim ego vnum, hoc est, homouision, ideo negare debeo, quia hoc vnde scriptum non inuenio, tu quemadmodum audes tres vsias confiteri, cum hoc scriptum nusquam poteris demonstrare? P R O B. Si extat aliquod ex autoritatibus diuinis documentum propriè & specialiter positum, quo approbetur Patris & Filij & Spiritus sancti tres vsias, tresque vt fateris esse naturas, proferatur, quo possit Athanasius à cõfessione vnus substantiæ, quod est homouision declinare. Cum enim triouision propriè in scripturis ostenderis positum, apparebit Athanasium temeritate pertinacissimæ obstinationis in homouision confessione hætenus perdurare, quod propriè positum non potuit demonstrare. Si verò nec tu ipse tres vsias demonstrare valueris, pari mihi conditionis necessitate astrictus esse videris. A T H A N. Deceat tres vsias propriè positas, & facio vnus substantiæ, quæ est homouision, celsionem. A R. Si tres sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, necessariò tres sunt substantiæ, in quibus vnaquæque persona separatim & distinctius propriè cognoscat. A T H A N. Hic nulla profunt argumenta, hic veritas ex consequenti ratione colligitur, testimoniõrum proprietates flagitatur, lege specialiter triouision positum, & noli coniciendo dicere, si tres sunt, pater & Filius & Spiritus sanctus, necessariò sunt tres substantiæ, quia & ego simili coniectura possum veracius opinari, si vnum sunt Pater & Filius, quia ipse ait: Ego & pater vnus sumus quomodo non est vna substantia? Sed hanc disputationis viam ingredi penitus nolui, dum à me specialiter positum homouision demonstrandum exigeres testimonium. Simili ratione, tres vsias specialiter & propriè positas doce. Si enim ideo homouision vocabulum negare debeo, quia hoc scriptum nude demonstrare non valeo, necessariò tũc triouision fateri debeo, si propriè positum, hoc te ostendete cognouero. A R. Subsistit propriè Pater an non? A T H. Nisi mihi tres vsias propriè positas legeris, nullum tuis interrogationibus dabo responsum. Quis enim non videat, quo tua intendat obiectio? Vis enim argumento callidæ interrogationis diuersas approbare patris & filij substantias, sed hic argumentis non opus est operiri, vbi manifestiore testimonio proprietatis trium substantiarum exigitur documentum, sed si à proprietate testimoniorum, aut rerum consequentia transire desideras, hoc ipsum publicè conscientia innoret, non te potuisse tres vsias propriè positas demonstrare. Et cum vtriusque hoc articulo solueris, obiectiõibus vel interrogationibus tuis satisfaciam necesse est. P R O B. S. Quantum vestræ disputatio-

nis intentio monstrat, nec tu homouision, nec iste triouision propriè & specialiter positum valeris ostendere. Vnde ne puerili concertatione in rebus superfluis diutius immoremur, ab hac exactiõne documentum tandem vtriusque desinite, homouision, aut triouision de scripturarum autoritate colligite. Non enim fas erit, de nominis appellatione dubitare, quod testimoniõrum copiosa congestio firmius poterit roborare. A R I V S. Quoniam hoc tua decreuit sententia, debere nos rationum persuasiõibus ex rerum consequentium causis prædictorum nominum virtutes colligere, nec id Athanasio videatur difficultate nudi me demonstrandæ veritatis vocabuli proprietatis documenta quæsiisse, ita faciam, vt tui est decreti sententia promulgatum. Ego enim compendio magis vti volebam, ne longius orationis intentio euagata, ambiguis sensibus veritatem obumbret. A T H. Non potest fides venire in dubium, quæ veritatis sulca præsidio, crassiora mendaciorum nubila, fulgidæ claritatis lumine dissipat. Non enim potest propriis carere viribus, quæ non eget extrinsecus suffragiorum adminiculis adiuuari.

IN DIE SEQUENTI.

P R O B. S. Iudex dicit: Quoniam vos initi fœderis pacta indeclinabili sententiam seruare non dubito, quibus id vobis inuicem concessisse videmini, vt vnus substantiæ, vel trium substantiarum professionem, ex diuinarum consequentium literarum luculento disputationis examine comprobetis, omissa scilicet quæstione puri vocabuli atque propriè positi, exigatis iam nunc, & ipsius placiti ratio poscit, vt cuncta humanæ argumentationis cauillatione remota, de sacris diuinarum autoritatum voluminibus, Patris & Filij & Spiritus sancti, aut vnã, aut diuersas proferatis esse substantias. Ad quam rei probationem, non tatum (vt opinor) mea, sed cunctorum penè mortalium mens ita est pèdula expectatione suspensa, vt si tanti negotij merita paterentur, sine vllius diei conferendi ratione, vel alicuius momenti intercapidine, ad summã veritatis atq; ad calcem manifestissimæ notioniõis desideret peruenire. Vnde ne tam religiosa fidelium, & veritatis cupida frustretur intentio, omni lenocinio luxuriosè orationis expulso, de re, de causa, de competentibus, de necessariis agite rebus, omnem, vt dixi, verborum ambitum, & procul à causa euagantes locutionum phaleras, leporèque sermonum cautius euitantes, vt disputationis vestræ narratio veritatis magis, quàm cothurnato mentis ornetur eloquio. A T H A. Licet etiam dudum crebrò ac sepius de vnitate substantiæ citra acta disputauerim, measque disputationes scripto mandauerim, quibus à me in hac disputatione aliquid amplius addi possit, tamen quia hæc extrinsecus nullo eminus aduersante dicta sunt, necesse habeo hæc eadem rursus repetere, & in hoc publicæ actionis examine comprobare, quo possit tui iudicij sententia comprobare. P R O B. Si non fuerint Arii replicationibus tennata, tunc vestra poterit firmari sententia. A R. Vt quid hæ fraudum tendicula proponuntur? Vt quid in primordio nefandæ assertiõnis iudicij sententia prouocatur? Agamus primum quod nobis agendum necessitas demonstranda ve-

Exempla proponit.

Esa. 62.

Ingenitus

Innascibilis.

Impassibilis.

Deum de Deo lumen de lumine.

Similis Patri.

Tres vsias non esse in scriptis

Multis vocabulis vti utitur Ecclia quæ non sunt in scriptis

Arii Argumentum.

ritatis imponit. Inculsetur humano auditui fidei nostre professio, percipiant indicia, quibus modis, quibusque rationibus, quibus denique documentis nostra fulciatur assertio, & tum demum promulgationem sententiae, quae in nostro utique nequaquam pendet arbitrio, de iudice postulabimus.

Patrem & Filium, & Spiritum S. esse vniuersum esse deitatis.

P R O. Praeratiōnis meae nuper in hoc actionis principio habitae, & sponsonis vestrae dudum praeriteris gestis insertae, meminisse oportet. Quibus id peroratum est, ommissis superfluis, ad arcem negotij debere descendendi, quod debetis tandem aliquando aequitate. **A R I.** Doceat Patrem, & Filium & Spiritum sanctum vnius esse substantiae, vnius deitatis, vnius maiestatis, vnius virtutis, vni⁹ honoris, quod satis improvide, nimisque incauta professione soleret populus iactitare. **A T H A.** Proferis filium vere de patre natum, an non? **A R I.** Proferis ipse patrem alicuius deriuationis vel diuisionis vitio subiaceri non posse, an non? **A T H A.** Valde profiteor. **A R.** Ego quoque profiteor filium ex patre natum esse. **A T H A.** Id esse, arbitraris natum ex patre, quod etiam de patre? **A R.** Sufficit tibi quod ex patre dixerim natum, quod etiam facillime ostendo. Quid callidis vteris argumentis? Caeterum de patre natum nusquam mihi interim ad praesens occurrere potuit. Ex patre vero scriptum esse recole, Ioanne Apostolo dicente: Qui diligit patrem, diligit eum qui natus est ex eo. **A T H A.** Ergo nihil interesse putas, vtrum ex ipso, an de ipso nato dicatur? **A R I.** Si mihi demonstrare volueris, proprie positum filium de patre natum, tunc quid inde sentire debeam, aestimabo. Verum, quia in plerisque exemplaribus variè positum esse non nescio, vt in iisdem locis, quibus de ipso legitur, in aliis codicibus ex ipso legatur. Sed vtrum hoc interpolantium fraude, an hui⁹ rei significatione, id est, vt hoc sit ex ipso, quod etiam de ipso factum sit, non satis video. Nec hoc nostrae fidei aliquod potest afferre praerudicium. **A T H.** In hac tua prosecutione diligenti admodum cura exposita ratione aduertit. Sed quod tantum nostrae dixeris, & non vtrorumque designaueris fidei, non posse praerudicium in his verbis afferri, satis miratus sum, & arbitror quod fidem tuam munire festinans ita posueris, sperans me exinde leuiter sine aliquo documento posse transire. In Euangelio quoque de patre Dominus dixit: Spiritus est. Et vt se de patre natum ostenderet, ait: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de Spiritu, Spiritus est, quia Deus Spiritus est. Ego de deo patre exiui. Ecce filium de patre natum, ipso filio docente, ostendi. **A R.** Satis callidis & suspiciosis vteris disputationibus, quo dicas quod ad fidei meae munitionem hoc dixerim. Sed vt de sensibus tuis omnis suspicionis ambiguitas auferatur, vt superius fatus sum, vtrorumque fidei, siue ex ipso, siue de ipso natus dicatur, nullum potest penitus afferre in aliquo praerudicium. **A T H A.** Generans pater Deus ex se, id est, de seipso filium, hoc genuit quod est ipse, an aliud aliquid? **A R.** Hoc utique quod ipse est genuit, quia Deus Deum genuit, lux lucem genuit, perfectus perfectum genuit, omnipotens omnipotentem genuit. **A T H.** Ergo non extrinsecus, neque ex nihilo, neque ex aliqua praecedente aut, subsequente materia, sed ex seipso genuit. Et non aliud, quam id quod ipse est, genuit. **A R.** Alius alium genuit. **A T H.** Et nos confitemur, quia alius

Deus Pater hoc quod ipse est genuit, hoc est Deus genuit Deum.

aliud genuit, id est, pater filium: Sed sic de seipso, id est, de eo, id est: quod ipse est, genuit, quia alterius substantiae, vel diuersi generis filius esse non potest, ac sic vnius atque eiusdem cum patre substantiae erit. **A R.** Si nosset in quantos perfidiae errores, vnius substantiae professio vergat, nunquam profecto inter patrem & filium huius nominis faceres mentionem. Nec disputationem tuam, quibusdam interrogationum gradibus inscisam, tali conclusifco articulo, vt ad hunc impiae professionis deduceres finem. **A T H.** Quod sit impium atque sacrilegum, diuersas Patris, & Filij, & Spiritus sancti profiteri substantias, & quod pium sit atque religiosum vnius eos, religiosae ac pie substantiae confiteri, scias me o Ari, penitus ignorare non posse. Et hoc non humana opinione collectum; nec coniecturis & argumentis inuentum, sed caelestis doctrinae magisterio traditum demonstrabo. **P R O B.** Prius mihi vim qualitatemque rerum assignate, tum demum poterit demonstrari, vtrum patri, filioque conueniat. **A T H.** Substantia quidem duobus appellationum generibus distinguitur. Et est quidem vnius generis qualitas haec, quae existentis naturae essentiam indicet. Aliud vero est substantiae genus, quod ille, qui habet ab his, qui non habent, deriuatur. Et vt planius fiat quod dico, manifesta expositione assigno. Verbi gratia: Homo generis sui ac naturae substantia est. Rursus si quid illi est, quod extrinsecus est, id est, in materia auri, vel argenti, aliarumque specierum possidendarum, substantia eius dicitur. Et cum eiusdem vocabuli vna videatur appellatio, duas tamen res significare videtur. Sed nos de illo substantiae genere disputamus, quae vnaqueque natura, ob id quod est vel subsistit substantia nuncupatur. Et quicquid ex se de seipsa genuerit non aliud esse potest, quam id quod ipsa est. Denique homo pater generans filium sui generis, id est, suae substantiae hominem generat, quia homo hominem generat. Et recte suae substantiae hominem generat, quia veritas nouitatis substantiarum diuersitatem non recipit. Diuersitas autem substantiae est, vt exempli gratia dixerim, si homo pecudem gignat, vel si cuiuslibet generis pecus, alterius generis pecudem generet, id est, si bos generet asinum, vel si ouis generet capram, quae quoniam in diuersitatem generis pergit, monstruosa generatio erit, suae naturae proprietatem minime seruans. Rursum in elementorum qualitatibus, quae sit substantiarum diuersitas vel proprietates operae pretium est aduertere. Verbi gratia: Vniuscuiusque ignis vel luminis natura, id ex se, quod ipsa est ministrare videtur, vt lux fulgorem, vt ignis incendium, & in hoc officij sui genere subsistens, substantiae suae intemeratam videtur seruare naturam. Si vero lux ex se tenebras gignat, mutationi obnoxia erit, alterius a se generis materiam tribuens, quia in hoc immutabilitatis suae illibatam poterit seruare substantiam, si hoc quod ipsa est, ministrat ex se. Caeterum si, vt dixi, id quod ex se tribuit, aliud erit, quam ipsum quod tribuit tunc alterius substantiae dici poterit, quod omnino naturarum omnium qualitas, vel ordo, vel ratio non admittit. Age nunc, si videtur, iam a terrenis ac visibilibus, in superiora mentis oculum erigamus, vt ex his, quae facta sunt, infectae virtutis substantiam cognoscamus, apostolicae autoritatis edocti magisterio, qui ait, Inuisibilem diuinitatis virtutem,

Substantia appellatio distinctio dicitur. De quo genere substantia dicitur in tendat.

Rem. 1.

virtutem, per ea quae sunt, intelligi debere. **A R I V S.** Ergo filium ex Patre natum esse, & Deus Deum genuit, lux lucem, in qua professione vnum erit e duobus proculdubio retinendum: Aut enim ex seipso generans, id quod ipse est, genuit, & ob hoc filium vnius cum Patre substantiae erit: aut si alterius a se generis Deum genuit, vera natiuitas dici non poterit, quae proprietatem substantiae generantis seruare non potuit. Et eodis disputationis ratio deducitur, vt aut omnino natus non sit, aut degener natus sit, quod vtrumque fateri per absurdum & impium esse videtur. **P R O B.** Si quid sibi contra haec Arius competere nouit, edicere non moretur. **A R I.** Simplicis atque immutabilis naturae Deum esse non reor Athanasium ignorare, qui si, vt idem asseruit, de sua substantia generauit mutabilis proculdubio erit. Necessesse enim ex sese generando, aut partem substantiae per deriuationis generationem perdidisse, aut diuisionis vitium perpeti potuisse. Ego enim Dei Patris substantiam, neque ex se aliquid dedisse, neque in partium qualitates deriuatam fuisse, neque accessiois, vel detractionis, aut aliquid huiusmodi, quod sit passionis obnoxium sensisse, vel sentire potuisse confiteor. **A T H A N A.** Sed neque nos passionum conditionibus diuinam credimus subiaceri naturam, sed impassibilem Patrem impassibiliter ex seipso, id est Deo, Deum, quod ipse est, filium generasse fideliter confitemur. Nec nos diuisionum, vel deriuationum, ac partium cunctarumque rerum, vel passionum genera, quae inani sollicitudinis timore auertus obicere noluiti, a professionis veritate deflectunt, vt negemus Deum ex seipso ob hoc generare non potuisse, ne videatur his passionibus subiaceri. Quid igitur religiosius, quid ue sanctius, ac diuinis sit magis congruum legibus, aequa obsecro vos, o auditores, iudicij lance pensate, erigite mentis oculos, & terrificum futuri examinis diem metuentes, quid magis catholicae & Apostolicae veritati congruat, religiosa mentis intentione respicite, vtrum fateri omnipotentem Deum impassibiliter ex seipso filium generasse, an illud potius opinari debeamus, ne passionis vitio subiaceret ex seipso, id est, ex sua substantia filium generare non potuisse. Ego enim id astruo, id clarissima vocis professione asseruero, quod sicuti Deus impassibilis, ita & omnipotens est. Credo ergo eum de sua substantia potuisse filium generare, nec tamen alicuius passionis vitio subiectum fuisse, quoniam diuisio ac deriuatio, contractio, accessio, fluxus, vel si qua similia huiusmodi esse possunt genera passionum, corporeis & contractabilibus, atque ex diuersitate compositis conueniunt rebus. Deus vero, qui nullis corporeis schematum circumscibitur signis, nec aliquibus distinguitur membrorum lineamentis, vitio subiaceri potest passionis? Et recte in eodem generatione profiteor, quia genuit, & recte impassibiliter nihilominus confiteor, quia passibilis nunquam fuit. **A R I.** Num igitur, quia in Deo omnipotente negari non potest, idcirco ea eum perpeti non posse fatendum est, quae omnino incorrupta eius diuinitatis substantia non recipit? Vnde valde inhonestum, & satis impietate plenum esse videtur vt per vnius professionem substantiae nec Patrem proprie subsistere, nec filium in sua proprietate exta-

Notabis obiter eorum calliditatem.

re credamus. Illuc enim nequandae perfidiae huius vergit intentio, vt permixtis & in vnius rei copulationem e diuerso collectis atque confusis Patriis & filij personis, in sua (vt dixi) proprietatis singularitate minime subsistere valeat. Illud etiam nimis horrendum & procul a fidelium mentibus emouendum; in hac tua professionis perfidia continetur, inuolabilem Patrem de sua substantia generando, corruptionis ac diuisionis vitium declinare minime potuisse. **A T H A.** Veritate diuinæ generationis, velut modis insolubilibus arctius obligatus, per (nescio quae) nequandae intentionis molimina, qua diuinam certum est carere naturam, euadendi suffugiū quæris. An corruptionem incorrupto, passionem impassibili, impotentiam obicis omnipotentis? Sed haec crebro ac saepius repetens, nullatenus diuinæ maiestatis reuerentia a tam nequandis obiectionibus arceris: sed quantum video, sine vlllo pudoris intuitu, iniuriam venerandae filij natiuitati obuius properare contendis. Sed te effrenatius euagantem & velut vndoso aequoris gurgite naturali quadam licentia fluctuantem, diuinæ autoritatis testimonio coercerent, & inter certos diuinæ professionis limites coarctatum, legalium constitutionum metas egredi non sustinebunt, Inculcat igitur humanis sensibus sacro illo professionis suae oraculo diuina maiestas, ac se filium de occultis substantiae suae arcanis ineffabiliter genuisse testatur: & dixit: Ex vtero ante luciferum genui te. Vnum est ergo in hac diuinæ professionis contestatione tenendum: Aut de sua ineffabiliter substantia filium incorruptibiliter genuit, aut ne corrumpere, omnino non genuit, Sed ego hanc integram fidei partem eligo, quae me religiosum contestandi de se Deo suadeat famulari, ne vlla humanae passionis obstacula, ex infidelitatis sacrilegio defedat. Nullatenus enim potero reuocari, vt merito non credam Deum generare potuisse, nec humanae consuetudinis more corruptioni potuerit subiaceri, cum hoc mihi satis non esse dubitem profitendum, de Dei substantia natum esse, quem constat de patris vtero processisse. **A R.** Quantum tuae prosecutionis intentio monstrat, compositum nobis & corruptioni obnoxium, vis introducere Deum, qui etiam in eum corporalem vteri appellationem accipere non metuis. Necessesse ergo erit, vt aut membrum compositum sit, si vterum habet, aut corruptioni, vt dixi, obnoxius, si de sua substantia generauit. **A T H.** Recte hoc me sensisse argueris, si ego Deum habere vterum, propria temeritatis praesumptione, sine vlllo legis diuinæ testimonio affirmassem. At cum ipse Deus ad refellendam credere volentium infaniam, hoc de ipso pronunciare dignatus sit, quo euidentius per vteri nuncupationem, non extrinsecus, non aliunde, sed de seipso, id est, de sua substantia se filium generasse doceret, cur mihi vitiosae credulitatis notam infigis, cum potius deo dicere possis, si habes vterum, compositus eris, si de seipso genuisti, corruptioni obnoxius eris. Nam ita Dei vterus sine aliqua membrorum compositione accipitur, sicut oculus & manus, & pedes, sine vllis distinctionum lineamentis merè referuntur. Sicut ergo oculus, quia omnia videt: aures, quia omnia audit: manus, quia omnia operatur: pedes, quia vbi que est: ita vterum, quo de ipso ineffabiliter genuit, accipere debet. Nec te oportet infideliter opinari: quia

Deus habet vterum quomodo.

Virgo post partum manet incorrupta, ergo Deo Pater non subiacet corruptionis vitio cum virgini deditur incorruptam manere.

& si de seipso genuit, corrumpi vtiue non potuit, quem vt omnipotentem & incorruptibilem generare potuerit, & ne hac ipsa generatione corrumpi potuerit, fideliter conuenit profiteri. Nam si mirabiliter ex Virgine contra rerum naturam & incorruptibiliter creditur natus, quanto magis ex Patre credendus est incorruptibiliter genitus? Si enim substantialis natura Virginis, quæ ex seipsa vtiue corruptibilis naturæ conditione passioni & corruptioni potuit subiacere, intemperata pudoris integritate, & infractis virginalibus claustris, mirabili incorruptionis integritate filium genuit, cur non magis, vt dixi incorruptibilem Deum, genito ex se incorruptibiliter filio, corrumpi non potuisse credamus? Et vt nouum atque infandum monstruosæ opinionis genus damnable metuis fateri, Virginem partu non potuisse corrumpi, & formidare Deum, ne corruptionis vitio subiaceret, si de sua substantia generaret. Volente igitur Deo, corruptibilis naturæ Virgo sine vilo pudoris damno filium generauit, & ipse qui incomparabiliter cunctis naturis incorruptibilior permanet, hoc sibi præstare non potuit, vt de sua substantia filium incorruptibiliter generare potuerit? Ergo quia Deum de seipso, filium generasse, & diuinarum scripturarum testantur eloquia, & in sua Arius superiori prosecutione falsus est, iudica virorum optime Probe, quis magis cum diuinis conueniat scripturis, vtrumne ego, qui ob hoc vnus substantiæ cum Patre filium esse confiteor, quod videlicet ex ipso, & non aliunde dignoscitur natus, & ob hoc rursus incorruptibiliter genuisse profiteor, quia excellentissima diuinæ maiestatis substantia, per suam ineffabilem potentiam corruptioni subiacere nullatenus potuisset, an iste qui in tam ancipitis intelligentiæ discrimine positus, quo fidei suæ pedem referat, nescit. Nolens enim confiteri Deum de sua substantia incorruptibiliter genuisse, in ea confessionis necessitate attrahitur, vt neget omnimodo genuisse. Sed hoc ipsum negare obuiantibus vndique, & clara vociferatione exclamantibus, siue Prophetis, siue Apostolicis vocibus, nunquam sine dubio poterit. **P R O B V S.** Quicquid in hac prosecutionum vestrarum assertionem agnoscere potui, vltima examinis nostri sententia retinebit. Nunc verò, si qua vos adhuc de diuinis scripturis fidei vestræ congruentia superesse putatis, proferre dignamini, quò facillimè queamus processu disputationis, quid veri ratio contineat indagare. **A R I.** Quod tam breuibus & exiguis quæstionibus in omni illa disputationis meæ narratione vsus sum, Christiani pudoris, ac verecundiæ fuit, vt disputationis nostræ trames leuibus inchoaretur initiis. Sed quia video Athanasium, perspicuè veritatis robustissimam firmitatem, quibusdam arietantium impulsionebus quaterem, acius contra eum & validius opinor dimicandum. Dic ergo Patrem & filium vnus esse substantiæ. Sed illa intemperata ineffabilisque essentia, quæ Pater est, nec redundas vnquam in seipsa fuit, vt merito, quasi exuberatione quadam, sine damno sui in eadem substantia genuerit filium, cum eius essentia, quæ aliis omnibus infinita atque immensa sit & incorporea, nihil esse possit exuberans, si quidem determinatorum sit exuberare, quod est quasi extra se

effluere. Deus autem qui vniuersas complectitur, nihil extra se habet, aut quod effluere potest, aut infinitus est, quo poterit redundare, tunc quid effluere eorum est qui accipiunt incrementa. *Arius præpositione.* Qui si accipiunt, aliquando necesse est, vt semper accipiant, & nihilominus pari exuberatione semper & generent. Sin autem incrementa non accipit, quod ipsi etiam fatemur, nec effluit, nec redundat, quod æquale cum Patre esse dicatur, cum filium genuit ex sese, substantiam vtiue diuisit in filium, & paternam tantummodo ante substantiam pro rata parte secretam à sese, ac resectam, filium nominauit, tantumque sibi detraxit pater, quantum in filium contulit, quo tamen ipso quicquid est filius, aut hodie caret pater, & perfectus non est, aut eo si non indiget, quasi superfluo abundauit. Quod vtrumque in Deum non cadit, cum & in hoc ipso quidem Patris & Filii nomen esse non possit, vbi non habita generatio est, sed potius facta descisio. Tunc quidem necesse est omne quod diuidi potest posse corrumpi. Quæ si, vt manifestum est, in Deo esse non possunt, cur non potius voluntatis & charitatis esse filium confitemur? Quæ quidem voluntas Dei in hominibus quidem non libera est, nedum in Deo aliqua lege teneatur. Qui si non est filius voluntatis, superest vt coactus Deus quasi aliqua lege naturæ filium edidisse videatur. In qua quidem generatione id genitum quod erat pater, quædam patris pars filius nominatur, incertumque est, quid Pater, quid filius debeat nominari, cum in duas partes Dei sit diuisa substantia. Illud verò quod quasi ad proprietatem substantiæ naturalis demonstrandam, paterni oraculi testimonium protulit, vt merito Patrem ex eo quod ipse est, filium generasse credamus, quia dixit: ex vtero ante luciferum genui te, quàm id absurdum, quàmque ineptum sit, apertissime demonstrabo. Siquidem nõ solò aliquanta in ordine rationabilium creaturarum consistentia, sed insensibili elementorum qualitate subsistentia, de Dei vtero legimus processisse, Ait enim: Quis est pluuiæ Pater, vel de cuius vtero procedit nix? Num igitur, quia hæc rigentis & torpidi elementi qualitas diuino legitur, vtero procedere, idcirco vnus eiusdemque cum eo creditur esse substantiæ? Aut quia rursus homines Deum legimus genuisse, vt ipse ait: Filios enutriui & exaltaui. Et iterum: Primogenitus meus Israël est. Ac rursus: Omnis qui natus est ex Deo, non peccat. Idcirco rectius opinabimur homines cum Deo vnus esse substantiæ. Aut quia idem Apostolus totius creaturæ vniuersitatem generali pronuntiatione comprehendens, ex Deo asserit esse, dicens: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ob hoc prudentius conuicemus, vniuersitatem creaturæ hoc esse, quod Deus est, aut vnus cum eo esse substantiæ, quod videlicet ex ipso legitur substituisse. Sic ergo & filium cum ex Dei Patris vtero processisse fatemur, non ad indicium vnus naturæ, sed ad inuestigabilium secretorum arcana multum competenter debemus accipere. **A T H A N A.** In ludis theatralibus hi qui figurarum varietate mutantur, diuersi quidem alij apparent oculis intuentium. Nam idem ipse qui aptatæ imaginis specie rigidius quondam inceserat, iterum vultu

rum vultu in hoc ipso aptato, alterius membrorum motibus ludens, in mollitiem resoluitur fœminarum: ita nunc videtur mihi Arius, quæstionum imaginibus immutatis, velut diuersa iniiciens similitudinis varietate formari. Nam hoc quod dudum comptis & breuissimis disputationum obiectionibus intentauerat, sub alterius prætextu imaginis, iterum ac sæpius repetens, à proprietate quæstionis illatæ omnimodo non recessit. Neque enim, quia nunc latius & diffusius perplexa verborum ambage seriem propositionis extendit, idcirco aliud egisse videndus est, quàm superius conuincitur actitasse. dixit enim ob hoc Patrem & filium vnus non posse esse substantiæ, quod eadem paterna substantia, nec exuberatione amplissimæ deriuationis in augmenti copiam effluere possit, vt pote, quæ nullis metarum terminis aucta; finalibus nequeat modis arceri, quoniam eius est exuberationis copia redundare; quæ certo, vt diximus, concluditur sine: nec rursus, velut integram & intemperatam portionis defectionem aliquam pertulisse. Sed hæc omnia passionis genera diuinæ naturæ non conuenientia, iam superius calumniosius magis quàm verius dignoscitur intentasse. Quibus nos religioso fidei intellectu, competenter constat dedisse responsum. Neque enim exuberatione substantiæ redundantem filium dicimus, neque rursus defectæ naturæ portiunculam nominamus, sed perfectum patrem, perfectum filium, non ex his quæ in eo superfluis exuberationibus redundabant (quod dictu nephas est) sed ex seipso, id est, ex eo, quod ipse est impassibiliter, indiuisibiliter, incorruptibiliter, sine diminutione, sine discissione, sine affluentis copiarum redundatione, sine vilo omnino passionis genere ineffabiliter credimus natum. Et idcirco fatemur vnus esse substantiæ, quia non aliunde, non ex nihilo, non ex subiacentibus vel præcedentibus materiis qualitibus sed propriè Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, sapientiam de sapientia, extitisse fideliter fatemur. Nam si alterius ac diuersæ substantiæ, vt Arius arbitratur, filius esset, non diceret, sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Nam sicuti est Pater, ita & filius, Et si idem habentes se, vnus sunt proculdubio substantiæ. Neque aliud est viuere Patris, & aliud viuere filij, sed hoc est viuere, quod & esse, id est, non aliud est ipse Pater, aliud vita eius, sed vita essentia. Alioquin compositus videbitur, ex diuersitate subsistens, si aliud ipse, aliud vita eius significare videatur. Quia ergo apparet vitam Patris, hoc esse quod ipse est, Sicut enim habet vitam in se, sic dedit filio habere vitam, id est, sic est esse filij, sicut est esse Patris, non dubium est Patrem & filium vnus essentia atque vnus esse naturæ. Nam & quod ait: Sicut nouit me Pater, & ego noui Patrem, vnitatem proculdubio voluit indicare substantiæ. Quia secundum superioris disputationis intelligentiam, non aliud est nosse Patris, & aliud esse, hoc ipsum enim, quod est nouit, & quod nouit est, quia non aliter nouit & aliter est, & quia filius sic nouit Patrem, sicut Pater eum nouit. Notionem verò, in Deo essentiam esse diximus, non dubium, quod sicuti est Pater, ita & filius, ac si diuersitatem non admit-

tat, resque vno ac simili modo subsistat. Denique vt hanc Patris & Filij vnitatis substantiam plenius nosceremus, quædam nobis diuinæ scripturæ rerum visibilium exempla posuerunt, quibus nos ad inuisibilium intelligentiam religiosius prouocarent. Nam paterni luminis splendorem, & bonitatis eius imaginem filium posuere. Non quod ad res diuinas metiendas corporaliū satisfaciunt exempla specierum, sed quia ineffabilis illa natura exprimi non potuit, quædam ex his quæ videntur, similitudinis proferuntur testimonia. Vt sicut splendor & ignis, diuersæ non sunt substantiæ, Vel sicut imago ab eo cuius imago est, in alio quo differre non potest, ne fictum in se aliquid, aut diuersum retinens, perfecta & vera esse non possit: ita Pater & Filius, non diuersæ, sed vnus credantur esse substantiæ. Et quia nonnulla, exempli gratia, protulit testimonia, quibus astrueret, ita esse omnia ex Deo, vt non tamen de eius credantur processisse substantia. Interrogo, vtrum sic filium ex Patre asseret extitisse, sicut vniuersa ex ipso extitisse narrantur? Quid ergo dicis? Sic ne debemus accipere filium de Patris vtero processisse, vel ex patre genitum esse, sicut homines ex deo natos, vel sicut nix ex eius vtero legitur procedere, an longe aliter? Sed quæso vnum è duobus respondeas, aut similiter, aut non similiter dicas: **A R I V S.** Non similiter vniuersa ex Deo extiterunt, vel genita sunt, sicut filius. Aliter enim filius, aliter extitit creatura. **A T H A N A S I V S.** Si filium longe aliter, quàm creaturam extitisse fateris, cur in eius natiuitatis generatione rerum factarum exempla protulisti? Hi enim qui disparibus modis propriæ originis sumpserunt principia, non æquo intelligentiæ sensu corporari mihi videntur. Quod quia illuc prosecutionis tuæ intentio vergit, apparet te Photiniani dogmatis errorem sacrilegum defendere. Namque & ipse cum filium Dei Patre genitum abnegaret, atque talibus testimoniorum documentis coarctaretur, quibus luce clarius demonstratur filium Dei, Deum vere, & propriè de patris substantia genitum illuc impietatis suæ molimina vertit, vt iisdem modis, eodemque rationis ordine, filium de Patre assereret natum sicut homines per adoptionem gratiam, in diuinæ generationis prolem legimus consecratos. Quo tu quoque, licet aliis viarum iudiciis gradibus, ad eundem tamè infidelitatis cõpitum peruenisti, asserens non ob hoc de illa ineffabili patris substantia filium natum debere intelligi, quod ex Deo genitus, vel ex Patris vtero legitur processisse, cum ratione consimili non solum homines ex Deo nati, verumetiam insensibilium elementorum qualitates paterni vteri generatione processisse legantur. Et licet etiam prosecutionis tuæ narrationes vnus sermonis pronuntiatione dissolueris, quod dixisti lógè aliter filium, quàm creaturam diuinitus extitisse, tamen quia breuitate sermonis obscurius & perplexius probati, intentionem legentiū tetris quibusdam nebulis obruiisti: idcirco nunc ego lucidius & planius, quæ obscura sūt, & veritatem adumbrant, in lucem manifestissimè clarissimæque proferam notionis. Ostendam igitur, quàm ad proprietatem diuinæ generationis pertinet, hoc esse ex Deo nasci, quod est de ipso generari. Et vt manifestioribus diuinarum scripturarum testi-

perfectus pater, perfectum ex seipso genuit filium sine vilo genere passionis.

Ioan. 5.

Explicit.

Ioan. 10.

simile.

Ex Deo nasci quid.

Luc. 1. moniis vtar, Euangelicum proferam documentū. Angelus ad Mariam loquitur dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et item Apostolus: Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Num igitur, quia Angelus Mariam sic affatus est, vt non de ipsa, sed ex ipsa gignendum diceret filium, & quia Apostolus ex muliere, non de muliere natum asseruit filium, ob hoc in Christo veri hominis natiuitatem nequaquam profitebimur, aut extrinsecus, & non proprie, virginali credimus vtero processisse? Cernis igitur superflue te in diuinæ generationis natiuitatem visibilibus creaturarum exempla protulisse, cum euidentioribus testimoniorum documentis appareat, id esse ex ipso quod est etiam de ipso generari. Vnde mirari me fateor, cum creaturæ nomen in filium refugas, & non factum, sed vere, sicuti est profitendum, ex patre genitum credas, Photini te quodammodo, & si non integris, verisimilibus tamen prosecutionum generibus impietatis fuisse dogmata imitatum. **A R I.** Quis potius Photini sectetur perfidiam, vtrum ego, qui ea quæ filius ad demonstrandam diuinitatis suæ longe inferiorem, & non in omnibus similem naturam locutus est, secundum suam deitatem dicta accipio, an ipse tu, qui ponis cuncta humilitatis exempla, non fucatis verbis, nec simulata operis effluentia peractis, hominis reputans assumpto? Namque, vt non solum alterum se, verum etiam inferiorem patre ostenderet, ait: Pater maior me est. **Qua** professione euidentius declarat, Patris & Filij diuersas esse substantias. **A T H.** Duas profiteris in Christo esse naturas, an non? **A R.** Quis hoc impius negauerit Christum Deum & hominem confitendum? **A T H.** Debemus igitur eorum quæ Christus locutus est, aliquanta diuinitati, aliquanta humanitati ascribere, an sine vlllo partitionis discrimine, vniuersa aut Deo, aut homini assignare? **A R.** Hoc non solum irreligiosum, sed summæ putabitur esse dementia, vt omnia eum, aut secundum diuinitatem, aut secundum humanitatem locutum fuisse putemus. **A T H.** Si ergo secundum professionis tuæ sententiam, aliquanta diuinitati, nonnulla verò humanitati ascribenda sunt, cur non hoc quod ait: Pater maior me est humanitati, & quod ait: Ego & Pater vnum sumus, diuinitati reputamus? Nanque, vt noueris, secundum id quod homo erat, eum dixisse Pater maior me est, ait: Si diligeretis me, gauderetis vti que, quia vado ad Patrem, quia pater maior me est. Rogo itaque, cum filius secundum diuinitatis suæ potentiam vniuersa impleat, nec sit aliquis locus eadem diuinitate vacuus, vtpote, qui cælum & terram atque inferna pari omnipotentia impleat, quomodo ait, vado ad Patrem, cum quo & semper erat, & a quo nunquam recesserat? Eius enim est ire, & venire, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur, & cum in quo erat, deserens locum, ad eum vbi non erat, veniat. Nisi, quia vti que de illo quem assumpserat homine, loquebatur quod erat iturus ad Patrem, a quo & venturus est iudicare viuos & mortuos. Cæterum verbi diuinitas vniuersa implens, nullis locorum terminis separatur, sicut nihil est vnde discedat,

ita nihil est quo veniat. Et hoc modo apparet, secundum id quod homo est, non solum Patre, verum etiam Angelis minorem. Nam si secundum id quod Deus, est eum minorem accipere volueris, pari conditionis necessitate etiam Angelis, secundum diuinitatis naturam minor esse videtur. Denique Apostolus ait, necnon & Psalmographus: Minorasti eum paulominus ab Angelis. Si ergo nulla ratione admittitur, vt secundum id quod Deus est, maior Angelis habeatur, apparet hoc minorationis officium, non deo verbo, sed hominè reputandum assumpto. **P R O B.** Vt tua in omnibus fulciatur assertio veritate, conuenit a tuis partibus, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum diuinorum testimoniorum latione vnus approbare substantia. **A T H.** Quoniam excellentiam tuam perspicio huic rei instantissime ac fideliter innuere, vt Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnus esse substantiæ demonstremus, atque filium de patris substantia natum, ex diuinis voluminibus approbemus. Quoniam omnium prosecutionum mearum sententia ita se habere monstratur, vt sicuti hominum, vel quorumlibet animalium genus suæ substantiæ similes gignat, nec homo bouem, nec bos hominem generet, sed ad suam similitudinem, id est suæ substantiæ, vnaqueque res procreatur, mirari vti que non debeo, Deum potuisse de sua substantia filium generare, cui totum posse subiectum est: Sed, vt scripturarum testimonio mea oratio peruagetur, aggredior ipsius opitulatione munitus, filium de Patris substantia ineffabiliter natum esse, diuinis oraculis approbare, vt dum luculento disputationis tramite, non ex argumento Philosophicæ artis veniente, sed, vt dixi, de diuinis scripturis demonstrauero documentis, tum demum Arius obmutescat, cum filium de paterna substantia genitum, legalibus eloquiis me docente cognouerit: Paulus Apostolus de filio ad Hebræos scribens, ait: Cum sit, inquit, imago inuisibilis Dei & figuram substantiæ eius gerens. Ieremias quoque prudentissimus prophetarum, de dei patris persona cõcionatur, & dicit: Si stetissent in substantia mea, & audissent verbum meum, auerterem eos ab studiis eorum pessimis. Et vt cum de filio dixisse probaret, subiungit idẽ propheta, & dicit: Quis stabit in substantia mea & videbit verbum meum? Verbum enim esse filium de Patris substantia Dauit Propheta testatur, dicens: Eructauit cor meum verbum bonum. Ioanes quoque euangelista sciens apud Patrem verbum, id est, filium in principio apud Patrem esse, & a patre verbum nunquam separatam fuisse, in principio Euangelij, id est, annunciationis suæ posuit, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Item alio loco scriptura tradit: Initium operis verbum. Non quod in creatione verbi, id est, a filij creatione ceteras cõperit facere creaturas, sed quia per verbum dei, id est, per filium omnia creata nascuntur. Vnde dauid Propheta ponit, & dicit: verbo domini cæli firmati sunt. Et vt Spiritum sanctum huius operis socium ostenderet, ait: Et Spiritu oris eius omnis virtus eorū. Multa sunt enim quæ de filio scripturæ diuinæ perhibent testimonia, quod de substantia Patris, id est, de eo quod ipse est, genitus demonstratur, de qua substantia nõ tantum similis, sed coequalis patri filius cõprobatur.

Abstrudū
Psal. 8.
Quod Pat. ter, Filium & Spiritum sanctum vnus esse substantiæ demonstramus, atque filium de patris substantia natum, ex diuinis voluminibus approbemus.
Collo. 1. 2. Cor. 4. 1er. 23.
Psal. 44.
Ioan. 1.
Psal. 32.

Arij testimonio ex scripturis, quæ hanc heresim defendit.
Ioan. 14.
Christi verba quædam ad diuinitatem quædam ad humanitatem referenda ibidem.
Ioan. 10.
Ibidem.
Verbi diuinitas vbi que.

Hæc fides est quam Christus Apostolis tradidit, & ab Apostolis ad nos vsque peruenit. Nec possumus eam in aliquo immutare, quam constat nos debere ab initio, vt data est, fideliter cõseruare. **A R I.** E superiori prosecutione mea ita exorsus sum quod Athanasium perfidia cæcitatatis præcipitat in profundum. Deum enim vult facundiam sui sermonis ostendere, nescius in crimen versatur scripturæ diuinæ, eo quod in substantia Dei coæquet Filium genitori, cum ipse Filius de se protestetur, & dicat: Pater maior me est, & qui me misit, ipse mihi mandatum dedit. Et non ego veni, sed ille me misit, & non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui me misit: & sicut dixit mihi Pater, sic loquor, & quod dedit mihi seruauit: & omnia quæ dedit mihi, nemo aufert a me: & rogabo eum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum: & si hic calix non potest transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua: & transeat a me calix iste non sicut ego volo, sed quod tu: & quæ sunt ei placita, facio semper: & sedere ad dextram meam vel ad sinistram nõ est meum dare vobis: Et dedit illi nomen quod est super omne nomen: Et exaltauit puerum suum, & propterea vnxit te Deus tuus: & excitauit eum a mortuis: & sedere fecit ad dextram suam, & multa his similia, quæ studio breuitatis omitto. Si ergo maiorem habet, si missus est, si spontanea voluntate non venit, si voluntatem suam non fecit, si quod ei dicitur, loquitur, si sibi data custodit, si rogat, si pro calice deprecatur, si nomen ab alio accepit, si sedens discipulis petentibus, propria potestate non tribuit, si quæ sunt Patri placita facit, & ab ipso a mortuis suscitatur, æquum non videtur, vt qui de sua subiectione tanta ac talia dicit, Patri efficiatur æqualis. **P R O B.** Si aduersum tam copiosa diuinæ autoritatis testimonia quæ ab Ario de subiectione prolata sunt, aliquid Athanasio cõpetere videtur, edidere non moeretur, superstitione sermonis exclusa, & ex diuinis potius voluminibus, aut similis, aut dissimilis Patri filius, vel coequalis demonstratur, vt agnita veritate quæ sanæ fidei ac rationi conueniunt, roborentur. **A T H.** Quantum velit percurrat in elatione sermonis Arii caliditas, & sibi de autoritate diuinæ legis plaadat testimonij, quibus videlicet nititur ab æqualitate patris filium sequestrare, & cuncta quæ ab eo prolixius inserta noscuntur, iisdem etiam testimoniis a nobis eius intetio absque vlla difficultate prosterneatur. Christus igitur filius Dei in forma serui, quæ assumpsit ex Virgine, Patri dicitur esse subiectus, Apostolo Paulo nihilo minus affirmante: Vbi venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Ille itaque dicitur esse subiectus, qui sub lege ex muliere nascitur generatus, & in ea forma minorẽ indicat Patre, quæ assumpsit ex Virgine. Nam in forma dei Patris Angelicus ei chorus probatur præbuisse ministerij. Ita enim in Euangelio scriptum est: Et discessit ab eo diabolus, & venerunt Angeli, & ministrabant ei: Obicit quod voluntatem patris fecerit, & non suam. In hoc magis laudabilis huius verbi dicto debet agnosci. Quia qui Patris voluntatem facit æqualitatem ostendit, Apostolo cõfirmante. Hæc enim voluntas Dei in Christo Iesu. Nã, quia addidit, Sicut dixit mihi Pater, sic loquor. Quis hominũ genus, quod rectũ est intelliges, audito hoc ver-

bo turbetur? Si enim aliter Christus quæ deus Pater loqueretur, tunc magis patri inæqualis vel dissimilis diceretur. Si verò quæ loquitur pater ea loquitur filius, nunquam inæqualis Patri, aut dissimilis inuenitur. Quod dedit mihi, inquit, seruauit, & omnia quæ mihi dedit, nemo aufert a me. Dona enim diuina hoc modo intelligenda sunt filio attributa. Pater enim filio Pater omnipotens omnipotentiam, maiestatem maiestati, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudenti, præscientiam præscienti, eternitatem æternitati, diuinitatem diuinitati, coequalitatem æqualitati, immortalitatem immortalitati, visibilitatem inuisibilitati, regi regnũ, vitæ vitæ, & non aliam ab ea, quam habet dedit, & quantum habet tantam dedit, vel si qua alia quæ Pater filio indiuisibiliter & inseparabiliter cõtulisse monstratur. Sed hæc omnia nascenti potius quam indigenti dedisse probatur cui a filio dicitur: Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt. Si ista omnia quæ perhibetur Pater filio contulisse, alia in eo, & alia videntur esse in filio, mendacem sine dubio facimus filium, qui dicit sua esse quæ Patris sunt: Sed si in his quæ dixit mendax filius inuenitur, & Euangelista, qui dicit æqualem se faciens Deo, omni veritate fallitur. Ac si ita erit, vt nec Pater filio integre, aut veraciter aliquid contulisse monstratur. Sed si vera sunt sicuti sunt quæ Pater inseparabiliter & indiscrete contulit, conticescant dementia hominum linguæ, quæ nituntur filium a paterna substantia separare. Rogat filius patrem vt hominem verum se gestare cõtendat. Nam vt diuinitatis suæ intimaret potentiam, mari imperauit & ventis, & quinque milia hominum de quinque panibus saturauit. Calicem passionis, vt homo tristis accepit, vt Deus autem fontem aquæ viuæ vitæ salientis in vitam æternam credentibus propinauit. Accepit nomen, vt in hoc nomine cœlestia & terrestria & inferna eum adorent. Exaltatus est de imis ad superiora, id est, de carne humanæ fragilitatis, ad eum conscendens, sedet ad dexteram maiestatis, vt cum non dubitet humana infirmitas sequi, vbi caput suum viderit gloriari. Vnde est, vt christi ipsius vnctione malo prioris hominis delicto purgemur. Excitatus a mortuis est, vt nos exemplo suæ resurrectionis, a mortuis aculeo liberaremur. Sed & discipulis petentibus, non se posse dare testatur, ne inter eos diuortium nasceretur. Nam qui ait: Non est meum dare vobis, ipse iam dudum discipulis duodecim iudicandi tradidit potestatem. Quæ sunt Patri placita fecit, quia contraria facere nescit. Nam qui ait: Veni, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit: dixit, Vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui, & voluntarie sacrificabo tibi. Qui ait: Pater maior me est, dixit: Ego & Pater vnum sumus, & sint in nobis vnũ, sicut ego & tu sumus vnum, & oia mea tua sunt, & tua mea sunt, & creditis, quia ego in Patre, & pater in me est: & quæ Pater meus operatur iustissime, & ego operor: & sicut Pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat: & qui me videt, videt & patrem, quia ego & Pater vnum sumus: & qui me odit, & patrem meum odit: & clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: & ego te clarificaui super terram, & manifestaui nomẽ tuũ hominibus. Et vt ois humanæ caullario-

Distinctio
Galat. 4.
Mat. 4.
1. Thess. 5.

Dona, quæ Deus Pat. ter dedit filio.
Ioan. 5.
Omnipotentiæ similitudo.
Ioan. 6.
Psal. 29.
Ioan. 14.
Ioan. 10.
Ioan. 14.

nis quiescat intentio, Ioanem Euangelistam cuius superius vltus sum testimonio, proferam testem, qui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Si hæc tantæ diuinitati conuenientia quibus Patrem & Filium vnum esse docuimus perfidis non sufficiunt, alia si videtur superadiiciam. P R O B. Si huic tam validæ & certæ persecutioni Arius nilis fuerit obiurare, certum est cum non rationem sequi, sed verborum irrationalium campos effrenariis euagari, qui vltique nunc trium substantiarum rationem, vt superius fassus est, sicut Athanasius vnus permultis docuit documentis, per nescio quam nebulosam caliginem circuiens assertionem suam nequiverit demonstrare. A R I. Nunquid quia ex diuinis oraculis Athanasius, nescio quibus iam articulis filium vnus substantiæ & Patri coæqualem esse, ausu temerario nilis est affirmare, & Spiritum sanctum qui Patris vel filij minister est, iisdem debet æquali confessione conferre, cum ipse filius dicat: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & mittam vobis Spiritum veritatis & Spiritus à me procedet, & quæ Pater mittet in nomine meo, & Pater ad mortuorum ossa dicit, Dabo Spiritum meum in vos, & viuetis. Nunquid is, qui à patre mittitur vel procedit, iisdem debet æquari, cum Propheta in Psalmo de eo testatur, dicens: Ecce Dominus formans tonitruum, & creans Spiritum, prorsus nunquã mihi vlla ratio poterit persuadere, quod creatura poterit coequari Creatori, aut vna cum eodẽ possit potestate potiri. A T H. Si iudicis clementia permisissum tribuit & largitur, ex diuinis autoritatibus etiam Spiritum sanctum non creaturam esse, sed deum & creatorem cum Patre & Filio breuiter demonstrabo. P R O B. Vt tua confessio continet approba breuiter, quod ratio exigit documentum. Non ex argumẽto sermonis, sed ex diuinarum scripturarum testimoniis, Spiritum sanctum patri vel filio coæqualem esse, aut sicut ipse fassus est Deum, vel creatorem communi operis esse ostende. Vt dum hæc veridicis testimoniis approbaueris, Arius à sua intentione veræ fidei professione conuictus, abscedat. A T H. Priusquam Spiritum sanctum Deum esse perdoceam, eundem creatorem esse cûctorum verbis legalibus approbabo. Scriptum est enim: Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et in Salomone: Et ipse, inquit, creauit ea per Spiritum suum. Et in Psalmo: Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & inno-uabis faciem terræ. Et in libro Iob: Spiritus diuinus est, inquit, creauit me. Et in libro Iudith: Tibi, inquit, seruiet omnis creatura tua, quoniam dixisti, & facta sunt, misisti Spiritum tuum, & edificauit. Tantæ enim potestatis, vel creationis Spiritus sanctus ostenditur, vt ipso cooperante corpus Domini Iesu Christi, qui nobis in Sacramento fidei datus est, in vtero Virginis formaretur, Euangelista dicente: Ne timeas Ioseph accipere Mariã coniugẽ tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Et item: Priusquam, inquit, conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto, non quod Saluatoris nostri Pater dicens est Spiritus sanctus, vt duo credantur patres, sed quod cum Patre & Filio idem Spiritus sanctus cooperariis & vnus potestatis est, cum iisdem socius inuenitur, Domino affirmante: Itẽ inquit

discipulis) baptizare omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ergo si minister est (vt tua Sacrilega continet confessio) quousque eo in Sacramento fidei nihil confertur credentibus. Nam sicut Dominus Apostolos ad prædicandum destinavit, pari etiam modo Spiritus sanctus facere declaratur. Ita enim in actibus Apostolorum reperimus scriptum. Petro enim cogitante de visione, dixit ei Spiritus sanctus: Ecce viri quærunt te, exurgens vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi eos ad te, Et iterum: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus quo assumpsi eos: Et iterum: Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos. Nam & si vniuersa cum Patre & Filio, vt superius ostensum est, procreauit, in quo minoris vel ministri personam, vt ipse fateri non metuis, tanta maiestas habebit? Sed & deum esse, sicut me promississe memini, his testimoniis approbabo, David Propheta dicente: Audiant quid loquatur in me Dominus Deus. Nulli itaq; dubiũ est quod oēs prophetæ non nisi per Spiritum annuncient vel loquantur, sicut in Euangelio scriptum est: Cum venerit, inquit, Spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit, & ventura annunciabit vobis. Et item per Prophetã dominus dicit: noluerunt audire sermones meos, quos mandavi in spiritu meo per os Prophetarum priorum, dicit dominus. Sed nolõ pastifera prata diuinæ legis testimonia percurrentes, longius à nostra propositione euagemur, ad id quod promissimus, reuertamur. Ad Hebræos quoq; Paulus gentium prædicator scribens, ait: Testificatur autem nobis Spiritus sanctus, & hoc est testamentum quod dispono ad eos post dies illos, dicit dominus, in actibus Apostolorum, ad Ananiam dixisse Petrum meminimus, vt in subsequentibus dicit: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Et Paulus ad Corinthios: Diuisiones autem donantium sunt, idem verò Spiritus: Et diuisiones ministeriorũ sunt, idem ipse Dominus: Et diuisiones operationum sunt, idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce Spiritus sanctus prædicante Apostolo, idẽ Deus, idem dominus declaratur. In Euangelio, sicut iam dictum est ipse dominus dicit: Spiritus est Deus. Item ad Corint. Paulus scribens, ait: Dominus autem Spiritus est. Et ad Ephesios: Nolite, inquit, contristare Spiritum Dei. Item ad Corinthios Nescitis, inquit, quia corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti, quẽ habetis à Deo. Et ostendens eum in humanis corporibus habitantẽ, adiungit & dicit: Glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro, nã vt Deus & Dominus esse manifestissime Spiritus sanctus demonstratur, ad Mariam Angelus dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius dei. Ecce quantis diuinorum testimoniorum documentis, Spiritum sanctum Deum, & vnus potestatis vel societatis cum patre & Filio esse docuimus: quid adhuc in perfidis remaneat responsionibus ignoro. Paulus itaque Apostolus, Spiritum sanctum cum Patre & Filio vnã societatem habere apertissime demonstrauit, dicens: Gratia domini nostri Iesu Christi, & claritas & societas Spiritus sancti cõ omnibus vobis. P R O B. Si post innumerabilia testimonia remansisse aliquid Ario videtur, proponere non grauetur. Quanquã (vt reor) nihil illi responsionis remanserit, qua videlicet possit Athanasium de vnus substantiæ, id est, homousij ratione depellere. Sed ne postmodum de aliqua oppressione causetur, à nobis nullus ei ad respondendũ adimitur locus. A R I. Nulli dubium est, quin magicis artibus Athanasius non desinat iudicem peruertere sensus, vt rectæ fidei tramitem erga eos, qui eam religiose sectantur & colunt, tenere non possint. Et idcirco quod in examine tui culminis explicare non valeo, principis iudicio referuabo, vbi veritatis indago præpoller, & magicas artes ob verẽ fidei obseruantiam præualere non posse credendum est. A T H. Qui suis assertionibus adesse non possunt, quibuslibet fallacibus argumentis vel cauillationibus excusationem sibi inuenire non desinunt, sicut nunc facere Arium plenius vestra perspicit magnitudo. Mihi verò ad omnia quæ ab eo in culminis vestri præsentia posita sunt, veram fidem vendicãti, respondisse sufficiat. P R O B. Imperitioris & minus de scientia præsumptis est prauitati potius studium dare, quã veritati patientiã commodare, cum id assertoribus fidei conueniat, veritatem po-

Ioan. 1.

Ioan. 15.

Psal. 32. Psal. 103.

Iob. 33. Iud. 16.

Mat. 1.

Mat. 28.

Aff. 10.

Aff. 13.

Aff. 16.

Ioan. 15.

Heb. 9.

Aff. 5.

1. Cor. 12.

Ioan. 4. 2. Cor. 3. Eph. 4.

Luc. 1.

proponere non grauetur. Quanquã (vt reor) nihil illi responsionis remanserit, qua videlicet possit Athanasium de vnus substantiæ, id est, homousij ratione depellere. Sed ne postmodum de aliqua oppressione causetur, à nobis nullus ei ad respondendũ adimitur locus. A R I. Nulli dubium est, quin magicis artibus Athanasius non desinat iudicem peruertere sensus, vt rectæ fidei tramitem erga eos, qui eam religiose sectantur & colunt, tenere non possint. Et idcirco quod in examine tui culminis explicare non valeo, principis iudicio referuabo, vbi veritatis indago præpoller, & magicas artes ob verẽ fidei obseruantiam præualere non posse credendum est. A T H. Qui suis assertionibus adesse non possunt, quibuslibet fallacibus argumentis vel cauillationibus excusationem sibi inuenire non desinunt, sicut nunc facere Arium plenius vestra perspicit magnitudo. Mihi verò ad omnia quæ ab eo in culminis vestri præsentia posita sunt, veram fidem vendicãti, respondisse sufficiat. P R O B. Imperitioris & minus de scientia præsumptis est prauitati potius studium dare, quã veritati patientiã commodare, cum id assertoribus fidei conueniat, veritatem po-

Arius ab Athanasio victus confugit ad calumniam.

tius sequi, quã erroris vel falsitatis compede præpediri. Horum igitur mos est, qui cum suæ perfidiæ causam ad finem vsque venire conspexerint, metuentes ne cunctis hominibus eorum perfidia innotescat, ad potioris se conferre præsentiam, ignorant, quoniam & illic veritati victoria tribuitur, vbi potentia liberalis sententia promulgatur. Frustra igitur A R I V S. videtur de nostro iudicio ad Principis appellare præsentiam, cum in conflictu certaminis, nihil aduersus se senserit prauitatis, qui suam ignauiam, quibuslibet modis obtegere cupiens, nilis est ad principis conferre præsentiam, quem constitit Athanasium, ab homousij defensione, quod est vnus substantiæ, diuellere penitus non potuisse. Sed (vt eius superflua decreuit intentio) cum ne faciat, nullo modo refranabo, ne victi personam non sustinens, de adempto temporis spacio gloriatur. Meæ verò solertiæ erit vniuersa, quæ ab vtriusque in nostra cognitione prolata sunt, gloriosi sensibus principis intimare, vt falsidicis ambagibus procul amotis, ad victoriæ palmam Athanasius, puræ fidei assertor, valeat peruenire.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRIÆ, AD MONACHOS EXHORTATIO.



Et si quid gloriari in Christo licet, huiusmodi principiis initiati, vt sit inchoatio vestra perfectio, & ad veram viuẽdi frugem gradus interpositos præuolentes, apice ipsius culminis occupato, disciplina summã teneatis, vt in votis habere debeat, & imitari quisque vos quã posse credat: Instituti mihi tamen huius licentiam prærogatiuẽ paternus ascripsit affectus, & amplectenda mihi vestra exostulationis exactio. Qui dum me auditis, non solum libenter, sed etiam auidẽ, impudentem me vestro amore fecistis. Præcedentes duco, & vltra mensuram meã possibilitatis extensus, quos sequi cupio, ducere cõpellor. Pergam igitur per tramitem vitæ vestræ, vt quasi qui primis literarum imbuatur elementis depictis, adubratis prærogationibus, notas stylo imitatore calcabo, accedentibus ad sperata beati instituti præmia, quæ sequenda sunt. Primum abstinentiæ cura, ieiunij patientiæ, orandi assiduitas & legẽdi, vel si quis adhuc literarum expertus sit, audiendi sit desiderium cum cupiditate dicendi. Hæc enim sunt prima quasi lactentium cunabulorum in Dei agnitione crepundia, quibus homo admonitus, ortus sui diuini tramitis ingredi viam velle. incipiat, dum posse consuescat. Et quidem ista tradens, non de vulgi promiscua fide loquor, quod omnipotentis Dei tantum insinuata confessio, & innocentia singularis instillata doctrina, venia sola efficit esse contentum. Quamquam dominus noster, sicut legimus, omnes velit saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, tamen quia præminentis gratiæ cuncti capaces esse non possunt: Non enim omnes, qui ex Israël sunt, Israëlitæ sunt: Nam & Ismael à consortio fraternæ hæreditatis excluditur, & compugnantes Iacob & Esau, vnus yteri claustra rupe-

runt, vel contenti puteo aquæ viuæ, nos in holocaustum nostri, hostiã voluntariæ oblationis apremus, desiderantes escas & parantes, ac primatibus illis ad mensuram viæ hanc sententiam largientes. Omnis creatura Dei bona, & nihil abiiciẽdũ, quod cum gratiarum actione percipitur, nos ad præmiũ gloriæ illo labore nitentes, bonum est non manducare carnem, neque bibere vinũ. Et rursus: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos atera incorruptam. Abstinentia enim continentia nutritrix est, quæ inupta siue nupta, facilius possibilitatis frenos patitur, si non deliciarum calcaribus incitetur, quam sic eos qui ad summa nituntur, vel cupio vel mando colere, ne putent in aliis crimen esse nupsisse, scientes scriptam esse: Bonũ est nubere, melius est non nubere. Qui hoc enim illicitum credunt, ipsi præmium sui laboris immittunt. Illicitis enim cauere, iugum necessitatis est: permilla vincere; munus arbitrij. Malis abstinere, disciplinæ merces est: bona supergredi, libertas meriti est, non finis imperij. Illud legis indultum est terminis, hoc gratiæ referuatum est incrementis. Ieiuniorum quoque non sit volentibus certa mensura, sed in quãtũm possibilitas valet, nisi laborantis extensa, quæ præter dominicam semper sint solennia, si votiua sint. His sese Moyses beatissimus præparans, affatibus Dei dignus ingessit. His prædictas per Ionã Ninuitem minas, in placidam rursum flexere sententiam: His Getuliæ populus Assyria obsidione conclusus, & vsque ad deditionem, sui experta plurima virtute conterritus, ab Holo-

1. Tim. 4

1. Cor. 9.

Abstinentia.

1. Cor. 7.

Ieiunia quãtũm vel quid possint excepia.

Gene. 21. Gal. 4.

Oratio- nes.

Mat. 7. Ioan. 16.

Nemo ad Deum in- terius sine legēdi stu- dio.

psal. 1.

Legendi utilitas.

Mores.

Victus & vestitus ratio.

Taciturnitas.

noſter in carne hominis quē aſſumpſerat, eruditus, ſuadelas diaboli tentātis obrundit. Quas & ſi aliter potuiſſet expellere, docēdos tamen populos voluit hac imitatione formare. Orationibus verō ita frequēter inſtandū eſt, vt vix eas aliquod tēpus interpolet. Scripū eſt enim: Orationib⁹ inſtate, vigilātes in illis. Et iterum: Quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis. Per has amicus dormiens excitatur: & quamuis omnem familiam ſopor altus obſederit, depromi tamen ſibi ac porrigi panes importunus expoſtulator extorquet. Has, ſi fieri poteſt, ſola intercapedo diſrumpat. Cuius rei cura in canonicis ponenda eſt ſalubriter mominētis: Non quod apocripha debeamus, præſertim ignorata, damnare, ſed quod ad ſcientiam Dei digeſtam, canonis ſeriem putemus poſſe ſufficere. Illa enim ſi conſentiunt, ſuperuacua ſunt. Si diſſentiunt, vitanda ſunt. Sine legēdi ſtudio neminem ad Deum intentum, ſine autem legēdi ſtudio nemo ad dominum eſſe valebit intētus. Primū, quod huiusmodi opera ab aliis actibus caducæ occupationis adducunt, & diuerſorum exemplorum inſinuata cognitio, vel bonorum appetentiam, vel malorum factam eſſe cautelam. Neque enim aliās Petrus Apoſtolus admoneret nos, dicens: Parati ſemper eſtote ad rationem reddendam, ad omnes poſcentes vos de verbo ſpei veſtræ, & fidei. Et Apoſtolus: Nō ceſſamus pro vobis orātes, vt impleamini agnitione eius in omni ſapientia & intellectu ſpirituali. Et ruruſ: Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia. Nam & in veteri Teſtamento ſimilē hominibus curam ſacræ præceptionis inculcauit eloquium. Sic enim David ait: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorū, & in via peccatorū non ſtetit, & in cathedra peſtilentię non ſedit: Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et ad Ieſum Naue Deus loquitur: Non recedet liber ille de manibus tuis, & mediteris in eo die ac nocte. His quoque negotiis malarum cogitationum lubrica frequenter interſerunt. Et quamuis ipſa ſedulitas animum ad Deum præſtet intentum, efficit tamen in ſeſe mordax ſeculi cura ſolicitem. Quōd ſi hæc frequenter & importune patitur religioſo labori deditus, nūquam profecto illis carebit ocioſus. Nam quoniam ſtudiorum membra digeſſimus, morum augmenta cumulemus. Illud autem extra commonitionem puto, vt ſit victus facilis, veſtituſque vilis, cum hæc regēdi corporis gratia reperta ſint, non ornandi: & illa ſuſtinendæ animæ potius, quàm obruendæ. His ergo, quæ ſupra oſtēdimus, actibus mācipatus, omne odium deponat inimici. Nec hoc tantum ſine contentus, ſimilitates amore commutet, iram patientiæ temperet freno, avaritiam abſtinentiæ forti vincat imperio, & præcipuē linguam cuſtodia taciturnitatis obſepiat, ne in litigium cōtrouerſia ferueſcat, ne in maledictum procurrat, ne in obreſtationem maledica ſerpat, ne in iurationē facilis prolabatur, ne in mendacium ſicta ſimulet, ne in circūuentione aſtuta calleat, ne in elationem ſuperba iactetur, ſed obſeruans tempus tacendi, & tempus loquendi, omne verbum otioſum, obnoxium ſciat eſſe rationi. Nam ideo & David beatiſſimus, ori ſuo cuſtodiam depoſcit. E condiendum ſale, benedicti Pauli pagina ſacra, ſermonem cōſtituit. Et nullum indomabile membrum eſſe quàm linguam,

teſtificata Iacobi præcepta ſignarunt. Sit igitur qui huiusmodi viam ſcandit tacitus, mitis, benignus. Et quia charitatis inſolubilis habetur affectus, in ſtudio parili ſemper aliū iudicans potiorē. Hoc enim freno aſtringit inuidiam, quā vicini cibi elationis ſæpius incitatā iudicio, dum gratias referendi ſibi honoris appetit, notā miſeri liuoris incurrit. Nec primū adeo vnusquique percipit, ſi ab hominibus id requirit: Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Qui cum de huiusmodi ſtudio diſcipulos erudiret, ipſum pronunciat maximū, qui minimus velit eſſe cunctorum. Eſto, ab aliquibus frater tuus propēſus honoretur, nec illos quaſi minus amicos habeas, nec hunc quaſi æmulū prælatæ venerationis attendas. Quinimo iudica circa te augmentum illius honoris accreſcere, ſciēs ſcriptū: Si enim gloriatur vnū membrū, congauēt omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & mēbra. Nam quicumque aliquem veſtrum diligit, omnem dignitatē Deo in quem vos coitis, aſcribit. In hoc ſilentium placet, in hoc affabilitas blāda diligitur. Hunc rudis & innata ſimplicitas, hunc ſciētia erudita commendat. Huius in ſeiunij iugitate patiētia, huius in abſtinentiæ virtute contemptus, huius lectionis aſſiduitate ſedulitas pro diuinorum munerum diuerſitate laudatur. Hæc autem ſicut ſcriptū eſt, operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidēs ſingulis prout vult: Sicut enim corpus vnum membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamē corpus ſunt, ita & Chriſtus. Omnes enim nos in vno ſpiritu, in vnum corpus baptizati ſumus. Singuli vobis poteſtis omnium bonorum ſummam præſumere, ſi nullus ſe incipiat in eo, quod alter præcellit, efferre. Sed enim vos inuicem nexu aſtriētæ charitatis arētabit, tūc eos qui foris ſunt, & in ſeculari actu adhuc mundialibus vinculis colligantur, nolite attentioris vitæ aſtiritatem damnare ſciētes ſcriptum: Nolo iudicetis, ne iudicemini. Et iterum: Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat aut cādit. Potens eſt enim ſtatuerre illum Deus. Magis benignitatis adhortationibus & illiciente blandimento via veritatis oſtenſa, nubem erroris aperite, vt non trahi incipiat vnusquique, ſed ſequi præcedentem. Semper duriora pleētēda ſunt, ne viribus inclinata curuatio priuſquam in circulum veniat fatiſcens, fragmenta effundat. Huic enim ſæpius ſcandala vulgi dicaciter gignuntur. Dum ad religionis iugum cenſoriū arrogatur imperiū, vita noſtra iubeat, lingua perſuadeat: quia plus autoritatis geſtat exemplum, & ingerit appetentiam ſui morum lenis formatio. In omni igitur actu veſtro, quaſi ſpeculo relucēte, fulgete. Vbiq; circunſpecti, vbiq; ſoliciti, ne quid liuor inueniat, ne quid rumor vel falſus inſligat. Fæminas probas & religionis ſtudio vero deditas, cum meſura venerationis honorate, vt nec aſtiritas inhumana, nec ſedulitas ſit remiſſa. Acceſſus ad vos inuicem veſter non ingeſtus ſit, ſed innatus, quem cauſa fecerit, non quem cauſa ſibi relaxarit. Plures audite cum pluribus, aut ſi quando alterius ſexus frequentia deērit, vel annorum cuiuſquam eſt probata grauitas, vel celebritas loci, vel ratio tēporis, id honeſte, quia præcipue vobis atas, hora, ſolicitudo, vitanda ſunt. Non quo mihi fas ſit, de his qui vere ſemel deuota Deo peſtora dicauerunt, ſecus æſtimate aliquid, ſed vt ex abundanti ſic omne quod

Charitas.

Iudicium tollit.

Autori- tatis mul- tū habet vita bo- na.

quod fingi poteſt, tanquam poſſit: & credi, cauca- mus, ne in nullo famæ noſtræ vulnere ſerpat nata ab occasione ſuſpicio. Ipſa famæ ſemina priuſquam linguis nutriantur, intercaſt. Non tamen nobis fides facti, ſed poſſibilitas etiam religāda mendacij. Beata enim vita eſt præclara, de qua nihil licet fal- citati. Neque enim ego hoc iudicium meum aſterus cenſor arripui, ſed cœleſte imperiū monitor blandus aſſumpſi. Nam & ſic ait Apoſtolus Zelans vos Dei zelo, deſpondi vos vni viro virginem caſtā exhibere Chriſto, ſciens ſcriptum eſſe: Ne ponatis offentionem, vel ſcandalum fratri. Et iterum: Sine offentione eſtote Iudæis & Gentibus, & Eccleſiæ Dei. Et iterum: Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum. Et iterum: Vt quid enim libertas noſtra iudicetur ab infideli cōſcientia? Et iterum: Omnia autem veſtra, honeſta ſiant. Et iterum: Commēdantes voſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. Et iterum: Prouideamus bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Et iterum: Vt is qui aduerſo eſt, confundatur, nihil habens dicere mali. Neque me præterit ſecularis laboris inuidia in obreſtationem ſemper religionis ardere, & mordacem malignis rumoribus impreſſum dicacitatis inſigere. Vtatur ſua mundus natura, dum nihil in noſtra inueniat diſci- plina. Falſitas ex more iactetur, dum nec veriſſimile quidem poſſit eſſe quod dicitur. Nemo ideo debet contemnerre vulnus infamiæ, quia ſemper conſue- uerit rumor ſimulare. Sed eo attentius præcauere, quod ſoleat etiam ſicta componere. Nemo ab obreſtationis metu redditur obreſtandi ſolennitate ſecurus. Neque eſt negligentia cauſa ſolicitudoſis continuata materia. Sit igitur pudoris ac reueren- tiæ veſtræ tuta ac circunſpecta cuſtodia. Neceſſarius eſt domo, & rarus egreſſus, quem aut religio- nis ratio extulerit, aut ad ſubſtantiam victus cauſa exercendi operis ordinarit. Muneribus cunctis, niſi quæ ad quotidianum cibum annuumque veſtitum ſuppetant, abſtinentes. Scientes ſcriptum eſſe: Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſumus. Et iterum: Vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis. Nec quidem præbendæ elemoſynæ gratia vltra ſupradictos victus ab vllo quippiam præſumatis, ſcientes ſcriptum: Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet, acceptum eſt, non ſecū- dum id quod non habet. Sic illa Euangelici ſermo- nis diuina ſentētia, anum pauperem inter larga locupletum munera gemina tantum æra mittentem, magnifica accepta largitione ditauit. Quia non poteſt parum eſſe, quod totum eſt. Neque quiſquā amplius dedit quàm qui ſibi nihil reſeruauit. Hæc ſi cui præter vos nimium videbtuunt aſtrieta, qui Dei clauſtra pulſare tentauerit, prout ratio ſua tulerit, relaxabit. Ne quis forte ait connexus ſit con- iuge, aut liberis impeditus. Habet præter hæc char- ta ſubſtantia plurima, quæ ſequatur. Neque ſe re- pulſum credat, ſed aditu alterius vocationis admiſ- ſum, ſicut ſcriptum eſt: Vnusquique in qua voca- tione vocatus eſt, in ea permaneat. Non tamen vt propenſiorem curam patrimonio, quàm religioni in caducis magis occupatus impendat, agnoſcens ſcriptum eſſe: & poſſidentes tanquam non poſſi- dentes. Si quem tamen poſteritatis compede fœlici- or natura ſi intelligatur abſoluerit, cauſam hære-

Sufficien- tia.

Nemo plus de- dit quā qui om- nia de- dit.

di in mundo, niſi ignarus eſt Dei munerum, non ha- bebbit. Cur enim viuendi volūtate non ſoluat, quod moriendi lege rumpendum eſt, faciēs de ſorte mer- cedem, vt de neceſſitate virtutem augeat? Quini- mo, qui in ſua re familiari de paruis magna, de vili- bus precioſa, æterna facit de caducis, ſolus eſt poſt- quam peruenerit, ni ſempiternus patrimoni ſui poſſit eſſe poſſeſſor. Si auarus non eſt, debet deſi- derare perpetua, ſciens ſcriptū eſſe: Nolite theſau- rizare vobis theſauros in terra, vbi tinea & rubigo exterminant, & vbi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo, vbi neque tinea, neque ærugo exterminant, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Hoc enim ei qui non caret filiis, hortamentum eſt: qui caret, imperium. Iſta vos cuncta cōgrua temporibus, apta perſonis, referta exemplis, condita blanditiis, affatu illice, hortamenti mitis integritate, facilius poteſt per- ſuadere qui facit. Neque enim aliquo horū omnium fruſtu inuidi eſtis, cuiuſquam æſtimatione fraudā- di. Erat vobis certe corpus firmum, ætas integra, rudes animi, quamuis anguſta pro humani generis varietate patebant, vel negociandi vſus, vel ſtudiū militandi. Diuerſæ artes innumera in actibus mū- di augendę facultatis officia. Poſtremo non deerat, vel pauper vxor, quæ viuendi pararet voluptatem, & in iſta humanis ſenſibus pignorum blandimen- ta. Quæ vos omnia quidem corpore, & caſtis ſen- ſibus reſpuentes diuinæ ſententiæ formam religio- ſis actibus cuſtoditis, dicente ſcriptura: Quicum- que plus me fecerit domum, aut vxorem, aut fi- lios, non eſt me dignus. Veſtra igitur intuentes exempla, nec illi de meritorum ſumma, anguſta ſui æſtimatione deſperēt, qui ſubſtantia parili ad ſtu- dium vitæ huius aduenerunt. In hoc ergo filij cha- riſſimi viuendi tramite conſtituti, vacate, & vi- dete quoniam ſuaus eſt dominus. Dies nocteſ- que lectionibus atque orationibus ducite. Et mei ſemper, quem in opere & ſcientia abortium om- nium ſacerdotum præceptorem vobis tanti habui- ſtis eligere, mementote. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, confortamini, omnia veſtra in cha- ritate ſiant, & Deus pacis erit vobiſcum.

Mat. 6.

RELATIO MIRACVLORVM DO-
MINI NOSTRI IESV CHRISTI,
quæ per imaginem ipſius facta ſunt, in
Beritho ciuitate, quinto Idus
Noouembriſ.

Apud Cæſaream Cappadociæ urbem præmaxi-
mam, conuenientes de ſingulis vrbibus Aſia-
ſanctiſſimi præſules, pro ſtabilimento ſanctæ
Eccleſiæ inierunt conſilium. Siquidem apud eos
de cruore lateris domini noſtri Ieſu Chriſti, non
exiguus error exortus eſſe videbatur. Quæ ex re,
vt præfati ſumus, in iam dicta vrbe maximus con-
gregatus eſt ſanctorum Epiſcoporum conuentus,
vt ex hoc errore in vnum tractare deberent. Sed
dum cuncti ex more in ſanctam Eccleſiam ad reſi-
dendum ſe contuliſſent, Petrus beatiſſimus Ni-
comedie vrbe Antiſtes, in medio eorum conſur-
gens, ita ad vniuerſos exortus eſt loqui: Si pla-
cet, inquit, veſtræ ſanctitati, o ſanctiſſimi patres,
libellum vnum Arhanasij Alexandrinæ vrbe ma-

gni Episcopi, me vobis referre delectat. Sancta Synodus respondit: Placet plane, & vt legatur, opta-

mus. Ad hæc ille libellum in medio protulit, & materiam ipsius tituli taliter aggressus est legendo.

LIBELLVS ATHANASII EPI-

SCOPI ALEXANDRINÆ VRBIS, DE PASSIONE IMAGINIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, qualiter crucifixa est in Syria, in vrbe Beritho.

PETRVS NICOMEDIÆ EPISCOPVS LIBEL-

LVM HVNC D. ATHANASII ESSE SCRIBIT

Actione quarta Synodi 2. Nicena, ubi iisdem fere verbis integer habetur Tomo 3.



LECTISSIMI itaque omnes filii sanctæ Ecclesiæ, mentis vestræ oculos simul & aures erigite, & considerantes admiremini rem gestam, quam ad vestrâ scientiam transmittere cupimus. Cernite cuncti infir-

mita Dei omnipotentis mirabilia, & ei laudes ineffabiles reddite per secula. Contemplemini eius magnitudinem, multis modis luce clariorem, super humanum genus resplenduisse semper. Considerate sublime dispensationis eius mysterium, & ideo ex nimia eius pietate permoti, assumite planctum, lachrymasque amaras proferre mementote, ac singultibus super tale miraculum in nostra generatione patratum, quod penè omnibus seculis est mandatum. Deo quippe nihil impossibile, sed etiam nec aliquid est difficile. Nam super ea quæ ipse modernis dignatus est patrare temporibus, omne cor obstupescit, audientium fugit visus, hebetatur auditus. Sicut enim in passione vnigeniti ipsius expauit cælum, Dei cæca imago est reddita, radij quoque solis luce obrenebrati sunt, quinetiam terræ motus suo horrendo fonitu abyssi fundamenta valide exterruit, & mortuos plurimos quos tenebat, eructauit viuificatos: ita & nunc secundo eadem signa pariter sunt innouata. Igitur audientes intelligite, intelligentes obstupescite, & ea quæ vobis intimare curamus, plena fide & aure intenta cordis percipite. Est autem huiusmodi series narrationis.

Capitulum I.

Est quædam ciuitas in Syria, inter terminos Tyri & Sidonis posita, Berith^o vocata, Antiochiæ verò subdita. In hac vrbe innumerabilis multitudo erat Hebræorum, quamuis eodem tempore ciuitas Metropolitana obtineret dignitatē. Accidit autem, vt iuxta synagogam Hebræorum, quæ magna valde habebatur, quidam Christicola à quodam suscepisset cellulam, censumque ei ex ea redderet. In qua dum ingressus esset ad habitandum, iconā domini nostri Iesu Christi, quam apud se habebat, fixit in pariete contra lectuli sui faciem, quæ etiam continebat in se integram domini staturam. Euoluto denique non paruo temporis spacio, iam prælibatus deicola perquirere studuit in alio loco eiusdem vrbis spatiosam domum ad habitandum.

Christicola.

Imago Iesu Christi.

Quam cum reperisset, tollens cuncta quæ ad se pertinere videbantur, egressus est de cellula. Domini autem prouidentia id agente, Iesu Christi domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem domini occulto peractum est consilio, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt ostenderet cunctis se collentibus, suorum miraculorum virtutem ad increpationem impiorum, firmamentum quoque suorum fidelium. Factum est autem post hæc, vt Hebræus quidam eandem cellulam suscipere ad habitandum. Quam ingressus, cum suis omnibus cepit habitare in ea, minime contemplatus locum illum, qui dominicā iconam apud se retinebat absconditam. Die verò quadam idem Hebræus de suis contubernalibus inuitauit, vnum ad prædium. Epulantibus illis, eleuauit Hebræus qui inuitatus fuerat, oculos, & vidit in interiori loco cellulæ eius iconam dominicā parieti connexā. Tunc vehemēti furore exarscens, cepit fremere dentibus aduersus cum qui ipsum conuocauerat, dicens: Tu Hebræus cum sis, quomodo apud te Iesu illius Nazareni iconam habes repositam? Conuitia quoque & opprobria tanta aduersus dominum Saluatorem emisit, quanta nec aures fidelium sufferere possunt, nec nos scriptis tradere præsumimus, ob iniuriam nostri redemptoris. Iudæus verò qui illum maleuolum conuocauerat ad prandium, satisfacere illi cupiens, sacramentis terribilibus profitebatur se aliquando minime, quā præmonstrabat, vidisse iconam. Ad hæc qui inuitatus fuerat, siluit. Finito autem conuiuio abscessit, & abiit ad summos sacerdotes & principes, & dixit eis: Notum vobis sit, quoniam Hebræus ille talis Iesu Nazareni iconam apud se retinet clanculo. At illi hæc audientes, dixerunt ad eum: Nunquid possunt vera esse quæ asseris? non credimus nisi demonstraueris. Ipse verò affirmabat, quia ego in domo eius eam demonstrare curabo. Hæc illi audientes, maximam in iram deciderunt. Sed die illo, quia iam ora incumberebat vespertina, siluerunt. Manè vero facto, summi sacerdotes, Principes, & maiores natu plebis Iudæorum, assumentes secum illum qui eum accusauerat, ad domum ipsius velocius festinauerunt. Videntes autem vera esse quæ dicta fuerant, facto impetu cum eo, qui hæc testificauerat, irruerunt in eum. Multisque contumeliis, ac variis cruciatibus affectum, extra synagogam semiuiuum proiecerunt,

1. Tim. 2.

Hebræus stridet dentibus in imaginem Christi.

Iudæus iniuriis et cruciatibus affectus propter imaginem Christi.

Capitulum

Capitulum II.

Eponentes autem Domini nostri Iesu Christi iconā in terra, dixerunt ad inuicem: Quoniā aures nostras tetigit non exigua opinio, quod Iesum Nazarenum patres nostri diuersis modis illuserunt, ita & nos huic faciamus. Tunc cœperunt spueri in faciem imaginis Domini Saluatoris nostri, & percutiebant eum alapis, & inde dicentes: Quanta Iesu Gallilæo nostri genitores fecerunt eadē & nos huic eius imagini faciamus. Innumerabilibus itaque illusionibus dominicā illuserunt iconam. Iterum dicunt, in eius passione scriptum esse agnoscimus, quod eius pedes & manus in cruce confixæ sunt, nos verò quamuis moderniores tempore nil prætermittentes, addamus & hæc: Tunc crucifigentes iconam dominicam, clauos acutissimos adhibuerunt in manibus, & pedibus illius imaginis. Post hæc permoti magis ac magis fellis amaritudine, dicunt inter se: Audiuimus quod patres nostri Iesu Gallilæo acetum & fel in potum cum spōgia præbuerunt, hoc & huic faciamus. Quod & sic fecerunt, apponentes ad os sanctæ iconæ nostri Redemptoris acetum cum felle mixtum. Nec sic itaque cordis sui malitiam refrænant, iterum dicunt: Didicimus quod nostri maiores coronam contextam de spinis capiti illius crucifixi circumponebant, postmodū arundine percutiebant, insultantes ei, & nos igitur nequaquam postponentes id ipsum faciamus. Cūque coronam spinicam capiti illius circumposuissent, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginis illius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extremū verò, cum insaniam suæ mētis tolerare non possent, dixerunt, sicut veraciter didicimus, patres nostri latus Iesu lancea aperuerunt. Nos verò ne aliquid minus fecisse videamur, & hoc ipsum adiiciamus. Nullam ad hæc moram mediam fecerunt, & afferri lanceā iusserunt, & præceperunt cuidam Hebræo tollere eam, & valido ictu latus dextrum iconæ illius transfodere. Cūque tam maximum facinus fuisset perpetratum, res mira & vehementer stupenda, nullōque vnquam seculo vnquam audita, ibi repente est effecta. Nam ipsius vulneris locus, aqua & sanguine ilicet cepit decurrere. Et sicut in passione Dei Filij Saluatoris mundi olim contigit cælum expauisse, ita nunc quoque pariter Deo præstante, eadem innouantur siue reparantur. Verè enim in hoc facto non solum elementa mundi concuti potuere, sed etiam virtutes supernæ tale facinus exhorruere. Tibi ergo Christe cum patre, spirituque sancto sit gloria indeficiens. Quis enim est sicut tu Domine, & quis est Deus faciens mirabilia signa, & terribilia, & obstupescenda in cælo & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, hominison, mundi redemptor ac Saluator, totius bonitatis & pietatis fons & origo. O quantus es Domine Iesu in humilitate qui cum esses Deus morticinium nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impij & crudeles paulo min⁹ ab Angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt. O quā magnus es noster Saluator in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tuo proditori ad te venienti osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam reintegrasti, quando ad passionis victi-

Iudæi Christi imaginem illudunt. Mat. 26.

Luc. 23. Ioan. 19. 20. Imago Christi crucifigitur. Scerum felle mixtum.

Corona spinea. Arundo. Lancea.

Lancea in latus imaginis Christi transfossa exiit sanguis & aqua.

Contemplatio deuota.

Luc. 22.

mam velut ouis mansueta ducebaris. O quantus es in misericordia Christe, spes vnica mundi, qui eum in cruce teipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam & immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute incuruatus, in eadem carne quam ex Virgine sancta & immaculata assumpseras, mortem pertulisti crudelem. Et qui eras in substantia cum patre sanctoque spiritu vnus & impassibilis existens, & inuisibilis, condoluisti humanam perire naturam. Et ideo in hanc lachrymarum vallem descendens, pro nostris erratibus & piaculis, formam seruilem suscepisti, in qua te permisisti ab iniquis teneri, flagellari, ad vltimum verò crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua cruciferis Domine iterum ad cōfusionem impiorum omnium fidelium, & ad corroborationem omnium in te credentium. Et ideo tibi omnipotenti Deo vna cum patre spirituque sancto gloria sit, per cuncta seculorum secula, decus & fortitudo, virtus atque victoria, Amen.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Miracula sanguinis ex imagine Christi hausti.

Capitulum III. Videte omnes Ecclesiæ filij cætera quæ postmodum facta sunt, ipsius enim mysterij fuit dispensatio. Postquam enim, vt superius dictum est, latus sanctæ imaginis illius lancea apertum est, continuo exiit sanguis & aqua. Dixerunt autem principes sacerdotum, afferatur vas ad locum vulneris, & videamus exitum rei. Qui ilicet detulerunt hydriam, & ad locum vulneris, vnde sanguis & aqua decurrebant, statuerunt. Quæ absque vlla mora subito repleta est. Dixerunt autem ad inuicem: Quoniam susurrant Christum colentes, quod signa & mirabilia multa inaudita fecerit in mundo, quæ nemo alius potuit agere: accipiamus hunc sanguinē, & aquam hanc, & deferamus ad nostram synagogam, & congregemus vniuersos qui se male habent, & ex hoc perungamus eos, & si vera sunt ea quæ de Christo dicuntur, continuo sanabuntur: sin aliās, ostentui habeantur à nobis cuncta, quæ à suis sequacibus astruuntur de eo. Hæc dicentes, hydriam deferunt ad synagogam, æstimantes se CHRISTO IESV Domino nostro æterni Regis Filio, maximā inferre posse iniuriam. Congregauerunt igitur quoscumque repererunt languidos, & in conspectu cunctorum Hebræorum introducti sunt in synagogam, inter quos quidam prouectæ ætatis erat homo, quem à natiuitate sua grauissima possederat corporis molestia, quæ Græca locutione παρὰ λυσις, Latina verò dissolutio membrorum dicitur. Hic dum primū ab eis fuisset perunctus, repente de suo grabato, quasi ceruus exiliens, ad laudem Filij Dei incolumis redditus ad propria remeauit. Deinde adducentes cæcos nonnullos, loca eorum luminum pervngere studuerunt. Qui ipsi statim in Iesu Christi nomine discussa cæcitate, post multos annos lumen amissum recipere meruerunt. Egrotantes autem plurimi ad hoc spectaculum sunt adducti, manibus post terga reuinctis. Cūque & illi fuissent peruncti, mirabili Dei virtute vndique perfusi, sensu reintegrato pristino, ad propria dum reuertuntur sanissimi, laudes Dei omnipotentis filij Iesu Christo domino Saluatori nostro persoluuntur ab omni populo. Tumultus autem exortus est magnus per totam eandem urbem concurrentibus

omnibus, propter innumerabilia quae fiebant miracula. Et quicumque variis languoribus infirmos possidentes habebant apud se, illuc eos deducentes perungebant, & statim sanitatem quam desiderabant, consequerentur. Omnes autem ad quoscunque peruenire potuit opinio, afferentes infirmos quos habere poterant in domibus, paralyticos, cecos, claudos, surdos, mutos, & leprosos siue aridos, deducebant eos ad synagogam Iudaeorum, ubi haec fiebant signa diuinitus. Sed quamuis maxima esset haec eadem synagoga, nequaquam tamen recipere poterat superuenientium multitudinem. Infinitae enim erant populorum cateruae, quae undique illuc confluebant propter innumerabilia miracula & prodigia, quae pro sua nimia prolixitate ne fastidium generent, transgrediendo praetermittuntur.

Iudaei ad fidem Christi conuersi.

Esai. 7.

Omnes autem Principes sacerdotum, & seniores, & omnis turba Iudaeorum paruulorum ac maiorum, & mulierum, videntes quae facta fuerant, crediderunt in dominum nostrum Iesum Christum, & dicebant: Gloria tibi sit aeternae Deus, & omnipotens pater, qui nobis indignis, quamuis seruo, reuelasti unicum Filium tuum dominum nostrum Iesum Christum, quem, ut Esaias vaticinium cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac post partum virgo permansit. Gloria sit tibi Christe, quem patres nostri verum Deum & verum hominem, in cruce morte horribili afficere non metuerunt. Qui nunc etiam a nobis iterum passus es te in imagine tua cruci affigere. Gloria sit tibi Christe Fili Dei, qui tanta miracula nobis miseris demonstrasti. * Te credimus, tu nobis esto propitius, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima, atque virtute ad te confugimus. Haec & his similia clamantes dicebant, lachrymas autem amaras emittebant & singultus.

** In te.*

Capitulum IIII.

Postquam autem curati sunt cuncti, qui aegritudine detinebantur, occurrit omnis multitudo Iudaeorum ad domum sanctae Ecclesiae, quae in eadem vrbe erat, ubi Metropolitanus. Cuius prouoluti vestigiis, se peccasse, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Qui cum ab eis perquireret omnem rei gestae veritatem, sanctam iconam domini Saluatoris eidem demonstrantes, annunciauerunt cuncta quae in ea exercuerant. Et qualiter ab ictu lanceae sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius, necnon & de mirabilibus ab ea ostensis, illi retulerunt per ordinem. Ille vero interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset repta, & si ab aliquo eam exceperissent. At illi retulerunt ei, quod quidam Christicola per obliuionem in cellula synagogae proxima dimisisset eadem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri, & repertus in praesentia domini Metropolitanus statuitur. Cumque ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, vel a quo tam mirabiliter posita esset, respondit dicens: quod Nicodemus qui ad Iesum nocte venerat, propriis manibus eam composuisset, & mortuus Gamalieli tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli discipulus, cum diem sibi cerneret adesse extremum, Iacobo eam reliquit, & Iacobus Simeoni,

Metropolitano.

Ioan. 3. Nicodemus imago Christi sculptus

& Simeon Zachaeo, & sic per successores temporum in Hierosolyma perduravit, usquequo subuersio illius urbis patrata est quadragesimo & tertio anno post ascensionem domini Saluatoris ad caelos. Sed biennium antequam Titus & Vespasianus eandem subuerterent urbem, admoniti sunt a Spiritu sancto fideles atque discipuli Christi, ut relicta vrbe, ad regnum se transferrent Agrippae regis, quia ipse tunc Aegyptia Romanis foederatus erat. Qui egressi ab vrbe, omnia quae ad cultum nostrae religionis vel fidei pertinere videbantur, secum auferentes, in has regiones transfulerunt se. Quo tempore etiam icona, cum caeteris rebus Ecclesiasticis deportata, usque hodie in Syria permansit, quam ego ipse a parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, iure hereditario usque nunc possedi. Haec certa & manifesta ratio est de icona sancta domini Saluatoris, qualiter de Syria in Iudaeam partes deuenit. Auditis his sermonibus reuerendissimus Metropolitanus, valde hilari redditus, conuersus ad populum Israeliticum dicebat: Conuertere Israel ad dominum patrem vniuersorum viuentium, & adora nobiscum eius filium, per quem sunt omnia creata, & Spiritum sanctum, qui est viuificator cunctorum viuentium, & illuminator nostrarum animarum. Festina debitum absolucere votum. Omnis autem turba stirpis Iudaicae, clara voce cepit cantare, & dicere: Unus Deus Pater, & ipse ingenuitus: Unus Filius, & ipse vnigenitus Christus, quem Patres nostri crucifixerunt, & nos ipsum agnouimus verum dominum. Unus Spiritus sanctus, & ab utroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse saluandos. Haec dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis consequi sceleribus, per baptismi remedium. Quos suscipiens beatus Antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudiuit Christiana. Ad vltimum vero catechumenos factos, & triduo peracto ieiunio, ex aqua & Spiritu sancto regenerauit eos.

Act. 22.

Confessio fidei Iudaeorum.

Iudaei baptizati.

Capitulum V.

Postquam vero baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, ut synagogam suam Ecclesiam consecraret in honore sancti Saluatoris mundi. Quorum petitionem minime aspernatus, synagogam illorum, quae maior esse videbatur, in nomine vnigeniti Dei Filij Redemptoris mundi consecravit. Ex tunc itaque per diuersas orbis terrae nationes & prouincias mos inoleuit, ut basilicas plurimas vel oratoria, Pontifices Christianae legis, in honore sancti Saluatoris mundi condere & dedicare non desinant. Nam antea antiquiores nostri, vel maiores, hoc peragere minime praesumpserunt. Sed ad narrationis vestrae ordinem reflectamus articulum. Rogauerunt autem Metropolitanus praefatum virum, ut caeteras synagogas eorum in honore quorundam beatorum martyrum consecrando reconciliaret. Itaque & huic petitioni libenter animum accommodauit, & quae illi suggererunt, Dei iuuamine fretus, cuncta expleuit deuotus. Factum est gaudium magnum in ciuitate illa, non solum de sanitae corporum, quae emanauerat maxima, sed & de tantis animabus, quae ab interitu Satanae ad vitam aeternam fuerant reuocatae.

Capitulum

Capitulum VI.

Venerabilis vero & summus Antistes, die noctaque variis fluctuabat cogitationibus de hydra, quae dominicum intra se retinebat cruorem, valde hesitans, quid de ea opportunum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio, omnium Ecclesiarum, quae per orbem terrae, longe lateque consistebant, inestimabile atque profuturum prouidit consolationis remedium. Denique ampullas praecipit fieri vitreas, in quibus portiones misit singulas de sanguine & aqua, quae de imagine domini Saluatoris nostri decurrerant, quas etiam per Asiam, Aphricam, Europam, per suos nuncios dirigens, cuncta quae apud urbem iam dictam suo tempore contigerant, deuenisse suis scriptis vel eloquiis manifestissime vniuersis sanctae Ecclesiae filiis viriliter declarauit. Hoc insuper ab eis efflagitans, ut per annos singulos in mense Nouembri, qui apud Hebraeos est nonus, apud nos vero mensis vndecimus, nono die ipsius mensis, id est, quinto idus Nouembris, non minori reuerentia quam natalis domini vel paschalis, ista die praecipua obseruatione colatur.

Agrippae & aqua imaginis Christi partes ad Ecclesias per totam urbem distribuit.

Capitulum VII.

ATHANASII EPISTOLA ET

AEYPTIORVM EPISCOPORVM, AD MARCVM PAPAM

pro exemplaribus Niceni concilij, quia Arianorum exemplaria incenderant.



DOMINO sancto & Apostolico culminis venerando Marco sanctae Romanae & Apostolicae sedis, atque vniuersalis Ecclesiae Papae, Athanasius & vniuersi Aegyptiorum Episcopi salutem. Ad vos peruenisse non dubitamus, quanta & qualia ab haereticis, & maxime ab Arianis quotidie patimur. Quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam viuere iam nos tædeat. Nam instanti tempore, subito & insperate in nos irruentes, nosque iuxta praecipitum domini, qui ait: Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt. In tantum etiam nostra vastauerunt, ut nec libros, nec vestimenta Ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua vtenilia nobis dimiserint. Libros vero nostros usque ad minimum incedentes, nec iota vnum relinquentes, propter veritatis fidem Nicenam synodum, qua clerus & populus imbuebatur, & maxime iam imbuti erant, in contumeliam nostram, & omnium Christianorum incenderunt. Quapropter precamur pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Niceni concilij exemplaria, ut illa nobis quae sanctae recordationis praedecessoris vestri Syluestri fuerunt, sub tua mittatis stipulatione. Nam quando praedicta synodo cum pontifice nostro, id est, Alexandrinae magnae ciuitatis Episcopo in diaconatus interfuimus officio, sub nostrae praesentiae testimonio, per beatos viros Victorem & Vincentium presbyteros, Apostolicae sedis apocrisarios, missa sunt praedicto Papae Syluestro cum stipulatione subnexa capitula septuaginta. Sanè praesentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo semel, & quadraginta a Graecis Graeca dicta

Mat. 5.

Ubi catholicorum ab Arianis incensi.

Victor. Vincentium

Haec est vera & vehementer credula ratio de cruore lateris domini nostri Saluatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius, quae crucifixae est in Syria in Beritho ciuitate. Hic est etiam sanguis ille dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter aestimandum est a vere catholicis, praeter id quod scribitur a nobis, quasi ex carne & sanguine Christi aliquid possit in mundo inueniri, nisi illud quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Haec ergo sciens amantissimi patres & fratres acceleraturi declarare, vobis ad aedificationem animarum vestrarum, ad incrementum vestrae fidei, ut & in hoc scire valeatis, quanta sit virtus & pietas domini Saluatoris nostri Iesu Christi. Idcirco in fide fortes estote, & congaudete super magna & obstupescenda eius miracula, quae in nostra generatione a Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum laetitia gaudentes, & cum nimia cordis compunctione eius maiestati immensas gratias agite, eo quod fidei suae, & scientiae dignos vos fecit esse. Ipsi Christo Iesu saluatori nostro, cum patre sanctoque spiritu gloria sit honorque, laus etiam perennis. Qui sempiternum atque indiuisum absque initio & fine obtinet imperium. Amen.

Sanguis Christi a sacerdotibus efficitur quoti die.

Roma mater & caput omnium Ecclesiarum.

Episcopi Romano pontifici obediunt.

N

quasi vulnus corpori infixum, auditu tantæ misericordiae obsecro, salutari curetur antidoto, ut diuino freti iuuamine, vestraque; autoritate atque auxilio roborati, aduersantium tergiuersationes euadere valeamus, atque inconfuso vultu, non fraude cuiusquam percussis, assistere æterno iudici mereamur, & vocem audire inquitentem: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Et subscriptio: Oratorem pro nobis sanctum Apostolatam vestrum suis dominus conseruet temporibus.

RESCRIPTVM MARCI PAPAE, DE missione capitulorum Niceni concilij Athanasio, & omnibus Ægyptiorum Episcopis.

Dominis venerabilibus fratribus Athanasio, & vniuersis Ægyptiorum Episcopis, MARCVS sanctæ Romanæ Apostolicæque sedis, & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus. Doleo fratres, & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppidè consolor, quod vento agitata non estis arundo, sed recti in fide, inter omnes procellarum & turbidum afflictiones, inter omnes colluctationes, incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestrae literis, vigor constantiæ vestrae, quam olim noueramus, agnouimus. Cōgratulātes vobis, quod ad custodiendum gregem pastorem curam vigilanter insequimini, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali seuitia simplices quasque dilacerent. Qui non ad hoc subintrarunt, ut aliqua correctione proficiant, sed ut ea quæ sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectionem vestram, ut bonum quod cepistis, adminiculante diuina gratia, usque in finem perducere satagatis, veritatis voce monente: Beatus qui perseverauerit in finem. Vnde enim Mat. 10. beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Nam iuxta Apostolum: Omnes qui voluerint pie vivere in Christo, persecutionem patientur. Quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis, cum persecutionum seuitiam suppleat, sed dissimilitudines morum & contumaciæ inobediētium, & malignarum tela linguarum, quibus cōflictationibus, ut cōmunia semper membra pulsan- tur, ut nulla priorum portio cōflictatione sit libera, ita ut nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nā hæc & omnia incrementa probabilitium studiorum & in eis usque in finem perseverantiæ, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda, ut in omnibus quæ agimus, Deus omni perfecte laudetur tempore. De capitulorum namque veritate & numero Niceni concilij, quibus vos interfuisse literis vestrae fraternitatis significastis, à nostris qui vnà nobiscum interfuerunt diligentioribus requisimus colloquutionibus. Qui ita, ut vestrae testatæ sunt literæ, omnē nobis ordinē exposuerunt, & vestra epistolā per omnia verā esse testati sunt, nō ut aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos & vos illosque absque vlla in posterum titubatione vnum sentire optaremus, & sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino providente, & beato apostolo Petro opem ferente, in futuro manebit, sine vlla hæreticorum insultatione, firmā & immobilis omni tempore persistet. His itaque peractis, diligenter requirentes, in

sancto nostræ & Apostolicæ sedis scrinio, eadē quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Syluestro sunt directæ, septuaginta sicut significastis capitula inuenimus. Ipsa autem vobis, propter autoritatem & subscriptionē tatorum patrum, & eius magis concilij minime misimus, sed per eadem, coramque apocri- fias vestris, alia similia, eudem numerum, eadēque verba, & ipsam subscriptionem continentia vobis rescribere, & sub certa stipulatione & cōfirmatione mittere curauimus. Et quis est qui fratribus talia negare audeat? Nā non neganda nobis hæc sancti spiritus dona dominus docuit, sed fideliter exercenda, & fratribus cōtradenda & docenda distribuit. Hæc Apostolorum viua traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligēda ac fouēda, atque fiducialiter ab omnibus tenēda hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauata succubuit, sed ut in exordio normā fidei Christianæ percepit ab autoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata finctenus manet secundum ipsius domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est Euangelis: Petre (inquiens) ecce satan expetiuit, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam à veritatis tramite declinare. Quoniam dominus & Saluator omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo sanguine redemit, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum, quorum & pusillitas mea, licet impar sit & infima, pro suscepta tamen diuina dignatione, ministerio pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem Saluatoris nostri Iesu Christi, quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ etiam erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummularis iubemur, id est, Christianos populos imbueri & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis eius veritatem confundimus prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus & de officio suscepto, rationem iustus iudex Christus Deus districtam egerit? Ideo fratres hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua debetis solitudine, vigiletis ad inuestigandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, & à sanis mentibus ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate, qua potestis pro viribus extirpetis. Quantum enim habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligētius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficit, fuerit executus? Ita ante tribunal domini de reatu negligentiam se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis autores noluerit custodire. Data viij. Calendas nouembris. Nepotiano & Secundo, viris clarissimis cōsulis.

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, EPISTOLÆ DVÆ AD SERAPIONEM Episcopum de Sancto Spiritu Des. Erasmo Roterod. interprete.



Excusatio.

Ioan. 16.

Ioan. 20.

Ioel. 2.

Ioan. 11.

Ioan. 10.

Mat. 3.

Rom. 8.

Gal. 4.

Ioan. 14.

1. Cor. 2.

Spiritus s. non est creatura.

Ioan. 14.

ADMIRABERE forsitan qui factus sit: ut qui iussus eram Epistola de spiritu sancto conscripta disputationem in cōpedium cōferre, remque; paucis explicare, nunc videas me supersedentem hac de re verba facere, scribere aduersus eos qui impietatem admittentes in filium Dei, dicebant illum esse creaturam. Verum haud reprehēdes factum sat scio, si causam intellexeris, quin potius approbabit tua pietas, vbi viderit quā probabilis ratio nobis hoc persuaserit. Quoniam enim, ut ipse dominus ait, non à seipso loquetur paraclētus, sed quæcunq; audierit loquetur, quoniam ex me accipiet & annuntiabit vobis & quum insufflasset in eos, dedit illum ex se discipulis, ita & pater effudit illum super omnem carnem, sicut scriptum est: ideo sanè prius de filio Dei cōgruenter mihi tum dictum est, tum scriptum, nimirum ut ex cognitione filij, valeamus & spiritus sancti rectam habere cognitionem. Qualē proprietatem cognouimus filium habere cum patre, eadē cōperiemus & spiritum sanctum habere cum filio, & quemadmodum filius dicit: Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt, sic hæc omnia comperiemus esse, per filium in spiritu sancto. Et quæadmodum pater ostendit filium, dicēs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacitū est, sic filij est spiritus. Emisit enim, inquit ad Romanos Apostolus, spiritum suum, in cordibus nostris clamātem, Abba pater. Et quod admirabilius est, quemadmodū filius dicit, quæ mea sunt, patris sunt, sic patris est spiritus sanctus, quemadmodum dictus est filij. Siquidem ipse filius dicit, vbi venerit paraclētus, quæ ego mittā vobis à patre, spiritū veritatis qui à patre procedit, ille testimonium, perhibebit de me. Paulus autem scribit: Nemo nouit quæ sunt hominum, nisi spiritus hominis qui est in ipso. Sic & quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, qui est in eo. Nos verò non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum, qui est ex Deo, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quin & in tota diuina scriptura comperies, quod spiritus sanctus qui dicitur, filij, idem dicitur esse Dei. Idque in superioribus libris conscripsimus. Proinde quemadmodum filius eo quod habet proprietatem cum patre, quodque proprium germē est ex illius substantia, nō est creatura, sed patri hominifios, hoc est, eiusdem essentia, sic haudquaquam spiritus sanctus possit esse creatura, quin potius impius est qui hoc dicat, eo quod habet proprietatem cū filio, quodque ex illo datur omnibus: denique quod quæ habet, filij sunt. Hæc sufficiebant ad persuadēdū, vel cuius cōtētioso, ne posthac dicat esse creaturam spiritū Dei, qui est in Deo: quique; profunda scrutatur Dei, qui ex patre datur per filium, ne ex his cogatur & filium dicere creaturā, qui est verbum, qui sapientia, qui figura, qui splendor est patris, quem quisquis videt, videt & patrem, ac deinceps audiat: Qui negat filium, nec patrem habet. Alioqui paulatim iste progrediens velut amēs dicturus est, non esse Deum. Attamen bonum fuerit pluribus

argumentis impios redarguere, & ex quibus demonstratur filius non esse creatura, ex iisdē demonstrare, nec spiritum sanctū esse creaturā. Ex non extantibus sunt creaturæ, & esse cōeperunt. Nā in principio creauit Deus cælum & terrā, quæque in his sunt. At Spiritus sanctus ex Deo est, diciturque, quæadmodum ait Apostolus: Quod si filius quoniā nō est ex non extantibus, sed ex Deo, cōsequenter nō potest esse creatura, necesse est, nec spiritum sanctū esse creaturā, eo quod in cōfesso est eū esse ex Deo. Nā creaturæ sunt ex non extantibus. Rursum vnctio & signaculū dicitur & est, spiritus sanctus. Etenim Ioānes scribit: Et vos vnctionē accepistis ab eo, ut maneat in vobis, nec opus habetis ut quisquā vos doceat, sed sicut illius vnctio, spiritus eius docet vos de omnibus. Rursum in Esaia propheta scriptū est: Spiritus domini super me, eo quod vnxit me. Paulus sic scribit: In quo & credētes signati estis. Et iterum: Ne contristetis spiritum sanctū in quo signati estis in diē redemptionis. Vnctiones autem in hoc vnguntur ac signantur. Quod si vnctiones in hoc vnguntur ac signantur, haudquaquam erit creatura spiritus. Neque enim quod vngitur, simile est iis, quæ vnguntur. Siquidem hæc vnctio, halitus est filij, ut qui habet spiritum, dicat, Christi bonus odor sumus. Iam & signaculū filium exprimit, ut is qui signatur, habeat Christi formam, sicut dicit Apostolus: Filioli mei, quos iterū parturio donec formetur Christus in vobis. Quod si spiritus bonus odor, ac forma filij est, manifestum est spiritum non esse creaturam, quandoquidem nec filius cum sit in forma patris, est creatura. Etenim ut qui videt filium, videt & patrem: sic qui spiritum sanctum habet, habet filium, & qui habet illum, templum est Dei, quemadmodum scribit Paulus: An nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Ioannes autem ait: In hoc cognoscimus, quod in Deo manemus, & ipse in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis. Quod si filium, eo quod est in patre, & pater in ipso, confitemur non esse creaturam: omnino necesse est, ne spiritum quidem esse creaturam, quandoquidem in hoc est filius, & ipse vicissim in filio. Quapropter & qui spiritum accipit, templum Dei dicitur. Rursum autem ex hoc bonum fuerit cognoscere, si filius est Dei Verbum, vnus est sicuti pater. Vnus enim Deus, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, vnde & vni- genitus filius & dictus est & scriptus. At creaturæ multæ sunt variæque; Angeli, Archàngeli, Cherubim, Principatus, Potestates, cæteræque; quemadmodum dictum est. Porrò si quia filius non est de multorum numero, sed vnus est, sicut pater vnus est, nequaquam est creatura, spiritus (oportet enim à filio accipere etiam ipsam de spiritu cognitionē) nullo pacto potest esse creatura. Neque enim est de numero multorum, sed vnus est & idem. Hoc nouerat Apostolus, dicens: Hæc autem omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens vnicique prout vult: Ac paulò post: In vno spiritu, nos omnes in vnum corpus baptizari sumus, & omnes vnūm spiritum hausimus. Ac rursum, quoniam oportet ex filio capere spiritus cognitionem, nimirum decuerit & probationes ex eodem pferri. Itaque filius vtrique est, quum sit in patre & pater in ipso. Nā omnia tenet & cōplectitur, sicuti scriptū est, in illo cōsistūt omnia, siue visibilia siue inuisibilia, & ipse est ante

Gene. 1.

Esa. 61.

1. Phe. 4.

2. Cor. 2.

Gal. 4.

Ioan. 14.

1. Cor. 3.

1. Ioan. 3.

Filius Spiritus s. nō sunt de numero multorum.

1. Cor. 12.

Creaturae sunt in locis distinctis. omnia. Atqui creaturae sunt in locis distinctis, veluti Sol & luna, reliquaque; luminaria in firmamento, in caelo angeli, homines in terra. Quod si filius eo quod non est in distinctis locis, sed dum in patre est, ubique est, & est extra omnia, non est creatura, consequenter nec spiritus sanctus erit creatura, quum non sit in distinctis locis, sed impleat omnia, manens extra omnia. Sic enim & scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Dauid item canit: Quod ibo a spiritu tuo, significas eum non esse in loco, sed sic esse extra omnia, ut tamen sit in filio, sicut filius est in patre. Nam hanc ob causam, nec ipse est creatura, quemadmodum est demonstratum. Super haec omnia, magis etiam ex hoc damnabitur haeresis Ariana, rursusque; perspicuum fiet a filio proficisci quae est de spiritu sancto cognitione. Creator igitur est filius, quemadmodum pater. Quae enim, inquit, video patrem facientem, haec & ego facio. Omnia igitur per eum facta sunt, & sine illo factum est nihil. Quod, si quia conditor est filius quemadmodum pater, ideo non est creatura, & si, quia per eum condita sunt omnia, non est de numero rerum conditarum, manifestum est, ne spiritum quidem esse creaturam, quandoquidem & de illo scriptum est, ciiij. Psalmo: Auferes spiritum tuum & deficient, & in terram suam reuertentur: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terrae. Hoc verum quum ita scriptum sit, palam est spiritum non esse creaturam sed adesse in creando. Siquidem pater per verbum in spiritu creat omnia. Etenim ubi verbum, illic & spiritus, & quae creantur per verbum, habent ex spiritu per verbum vim, ut sint. Ita etiam scriptum est in xxxij. Psalmo: Spiritu domini caeli fundati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: Videlicet a deo spiritus inseparabilis est a filio, ut hoc quod dicitur non sinat te dubitare. Etenim quum sermo domini fieret ad Prophetam, ea quae a verbo proficiscebantur in spiritu loquebatur Propheta. Id quod etiam scriptum est in Actibus apostolorum, Petro dicente: Viri fratres, oportebat impleri scripturam quam praedixit spiritus sanctus: Velut in Zacharia, quum sermo Dei ad illum fieret, scriptum est, verum tamen sermones meos ac legitima mea suscipite quaecumque; ego praecipio in spiritu meo Prophetis. Rursus cum paulo post incusans Propheta populum, dicit: Cor suum statuerunt imperuabile, ut non exaudiret legem meam, ac sermones quos emisit dominus omnipotens, in spiritu suo per manus Prophetarum superiorum. Item Christo loquente in Paulo, sicut ipse dixit: An experimentum queritis in me loquentis Christi? nihilominus habebat spiritum, subministrantem ipsi quod loqueretur. Hunc enim in modo idem scribit: Iuxta subministrationem spiritus Iesu Christi in me. Rursus Christo in ipso loquente, ait: nisi quod spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur mihi dicens, quod vincula & afflictiones me manent. Non enim extra verbum est spiritus, sed cum sit in ipso verbo, in Deo per illud est, ita ut dona quoque; in trinitate det. Nam in horum distributione sicut Corinthiis scribit, idem spiritus est, & idem Deus est qui operatur omnia in omnibus. Siquidem ipse pater per verbum in spiritu operatur, datque; omnia videlicet cum bene precaretur Corinthiis, in trinitate precatus est, dicens: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & communicatio sancti spiritus cum vobis omnibus. Propterea quod cum participes sumus spiritus, habe-

mus verbi gratiam, & in eo patris charitatem. Caeterum quemadmodum vna est gratia trinitatis, ita indiuisa est trinitas. Caeterum hoc aliquis videre possit etiam in ipsa sancta Maria. Nam Archangelus Gabriel emissus, ut illi nunciaret verbi descensum in illam futurum, spiritus, inquit, sanctus superueniet super te: Sciens in verbo esse spiritum. Proinde protinus attexit, & virtus altissimi obumbrabit tibi: Christus enim Dei, virtus & Dei sapientia. Quum autem spiritus sit in verbo, palam est quod in Deo quoque; sit spiritus per verbum. Itaque; spiritu veniente ad nos, venient filius & pater, & mansionem facient in nobis, eo quod indiuisa sit trinitas, vnaque; huius deitas, & vna Deus super omnia, & per omnia, & in omnibus. Haec est catholicae Ecclesiae fides. Quippe in trinitate eam fundauit & radicauit dominus cum diceret discipulis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & sancti spiritus. Quod si spiritus esset creatura, nequaquam cum copulasset patri, ne sibi ipsi inaequalis esset trinitas, si peregrinum quippiam & alienum ipsi iungeretur. Quid enim deerat Deo, ut aliquid alienae substantiae adiungeretur, simulque; cum ipso glorificaretur? Absit: Non est ita, Plenus, inquit, ipse sum. Propterea ipse dominus nomini patris spiritum adiunxit, ut ostenderet, quod sancta trinitas non consistat ex diuersis, hoc est, ex Creatore & creatura, sed quod vna huius sit deitas. Hoc cum sciret Paulus, docuit vnam esse gratiam quae in trinitate daretur, dicens: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma: quemadmodum autem vnum baptisma, sic & vna fides. Etenim qui credit in patrem nouit in patre filium & spiritum sanctum, qui non est extra filium, & ideo credit etiam in filium & in spiritum sanctum, quandoquidem vna est trinitatis deitas, quae ex vno patre cognoscitur. Catholicae quidem fidei forma haec est, caeterum qui blasphemiam iaciunt in spiritum, dicentes illum esse creaturam, si minus ex his quae dicta sunt respiscunt, vel ex his quae dicuntur pudefacti, deiiciantur. Si trinitas est & in trinitate est fides, dicat vtrum trinitas semper sit, an fuerit, cum non esset trinitas. Quod si sempiterna est trinitas, non est creatura spiritus, qui semper adest verbo cum sit in ipso. Nam erat cum creaturae non essent: quod si creatura est, creaturae verum sunt ex non extantibus, manifestum est, quod aliquando non fuerit trinitas, sed dualitas. Isto verum quid magis impium, si quis dicat, ex mutatione profectusque; consistere trinitatem, ac dualitatem quidem esse, caeterum recipere ex creatura generationem, quae cum patre & filio commisceatur, itaque; sit trinitas. Absit ut tale quippiam vel in mente veniat Christianis. Quae admodum enim filius, quia semper est, non est creatura, ita quoniam semper est trinitas, nulla est in ea creatura, quapropter non est creatura spiritus. Quae admodum enim semper fuit, ita nunc quoque; est, & quae admodum nunc est, ita semper fuit, estque; trinitas, atque; in ea pater, filius, & spiritus sanctus. Et vnus deus pater qui est super omnia, & per omnia & in omnibus, qui & benedictus in secula, Amen. Ego quidem quae admodum rem paucis declarans, haec scripsi mihi quae, sic tu veluti intelliges, si quid deest velis supplere, ac domesticis quidem fidei recitato: eos verum qui per contentionem dicunt blasphemias, redarguito, forsitan vel sero aliquando respiscences abstergent ab anima sua prius insitam ipsis sententiae peruersitatem: Bonum est enim istos iuxta quod scriptum est resillire, nec immo-

Mat. 12. nec immorari, ne si immorentur, audiant quod dictum est a domino: Quicumque dixerit verbum aduersus Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in praesenti seculo, neque in futuro.

SANCTI ATHANASII EPISTOLA AD SERAPIONEM, DE SANCTO SPIRITU.

Tit. 3. **V**ersatus sum in epistola nunc quoque a tua pietate scripta, vehementerque; admiratus impudentiam hereticorum, animaduerti nihil æquum quadrare in istos, quam id quod praecipit Apostolus: Haereticum hominem post vnam & alteram correptionem deuita: sciens quod subuersus est huiusmodi, & peccat, quum sit suo ipsius iudicio condennatus. Habet enim peruersam mentem, non ut postquam audierit obtineret, neque; ut quum didicerit respiscat, interrogatur, sed propter eos qui ab ipso seducti sunt, ne videlicet si tacuerit, etiam ab illis condennetur. Itaque; sufficiebat ea quae prius dicta sunt, sufficiebat ad hoc, ut istos temptationibus acceptis cõpescerent blasphemiam aduersus spiritum sanctum. Verum illis non est satisfactum. Sed rursus impudenter agunt ut declarent, quod exercitati ad pugnandum cum verbo, ac deinceps meditati pugnant aduersus spiritum, paulo post futuri sunt mortui verbi inopia, videlicet etiam si quis respondeat ad has illorum perorationes, nihilo secius inuidentes malorum erunt, tantum ut quarentes non inueniant, aut audientes non intelligant. Quales autem sunt istorum erudite perorationes? Si, inquit, non est creatura spiritus sanctus, ergo filius est, ac duo fratres erunt, verbum & ipse: deinde addit, quemadmodum scribis: Si ex filio accipiet spiritus, sique; ab eo datur, sic enim scriptum est, protinus inferunt, ergo auus est pater, & spiritus eius nepos. Quis hos audiens Christianus iam non magis paganos eos iudicabit? Nam talia pagani aduersum nos dicunt inter sese confabulantes. Quis volet ad talem istorum insaniam respondere? Ego sane quum multas cogitarem quæres congruentem illis responsionem, nullam inueni quam id quod ad Phariseos dicitur: quemadmodum enim illos peruersè percunctantes, vicissim percunctatus est Seruator, ut sentirent suam ipsorum prauam intelligentiam. Sic quoniam & isti talia percunctantur, dicant nobis, vel potius respondeant interrogati, quemadmodum interrogant. Quoniam enim qui loquuntur suas ipsorum intentiones non intelligunt, forsitan vel audientes agnoscerent suam ipsorum dementia. Si non est creatura spiritus sanctus quemadmodum in superioribus demonstratum est, sed in Deo est, & ex Deo datur, ergo filius est ipse, & duo sunt fratres, ipse & filius: & si filij est spiritus atque; a filio omnia accipit spiritus: quemadmodum ipse dixit: Et postquam inflasset, dedit eum discipulis. Nam & ista vos confitemini: ergo auus est pater, & nepos est illius spiritus. Nam quae percunctantes postulastis a nobis, de iisdem & vos ex iisdem interrogati par est. Itaque si abnegatis quae scripra sunt, ne Christiani quidem iam dici poteritis, par autem est, ut nos Christiani vos percunctemur. Quod si eandem nobiscum legitis, necesse est, ut vos quoque; de iisdem eodem modo interrogemini a nobis. Proinde dicite nunc nihil contentantes: An filius est spiri-

Proph. 26. **A**tius, & atius pater? Quod si ratiocinantes quemadmodum tunc faciebatur Pharisei, dixeritis & vos apud vos ipsos: Si dixerimus quod filius est, audiemus ubi scriptum est? Quod si dixerimus non est filius, timeamus ne dicant nobis, quomodo igitur scriptum est: Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Quod si istiusmodi cogitationibus apud vos ipsos decertantes, dixeritis vos quoque, nescimus: Necesse est, & cum cui tales a vobis proponuntur quaestiones, tacere, videlicet obtemperante ei qui dicit: Ne respondeas stulto iuxta suam stultitiam, ne similis illi fias, sed respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi videatur sapiens. Caeterum responsio quae maxime vobis congruit, silentium est; ut vestra ipsorum insaniam agnoscat. Rursum igitur æquum est, ut ex his quae adfertis, vos huc in modum interrogemus: Quandoquidem Propheta in spiritu Dei loquuntur, & in Esaia Spiritus sanctus vaticinatur, quemadmodum in superioribus demonstratum est; ergo & spiritus verbum est Dei, suntque; duo verba spiritus & filius? Nam Propheta tunc vaticinabantur quando fiebat verbum Dei ad illos. Ad haec quoniam omnia per verbum facta sunt, & sine eo factum est nihil, ac Deus sapientia fundauit terram, omniaque; per sapientiam fecit: scriptum est autem, quae admodum in superioribus demonstratum est: Emittes spiritum tuum & creabuntur, ergo aut spiritus verbum est, aut in duobus fecit Deus omnia: in sapientia & in spiritu. Et quomodo Paulus dicit: Vnus Deus ex quo omnia, & vnus dominus per quem omnia: ac rursus: Quum filius sit imago patris inuisibilis, est autem ipse spiritus imago filij. Scriptum est enim: Quos praesciuit, hos & praedestinavit conformes imagines filij sui. Ergo hac ratione auus est pater, quoniam filius quidem in nomine patris venit, spiritum autem sanctum, dicit filius, quem mittet pater in nomine meo. Itaque & hac ratione auus est pater. Quid ad haec? Quamuis omnia facile temereque; dicitis. Quid cogitatis apud vos ipsos? an videntes vos non habere quod respondeatis, incusatis huiusmodi percunctationes? Sed prius vos ipsos condennate (vos enim soletis talia percunctari) & obtenerate scripturis, quumque; non habeatis quod dicatis, posthac discite. Filius quidem in scripturis non nominatus est spiritus, sed spiritus sanctus & spiritus. Quae admodum autem filius non est nominatus spiritus, sic nec de filio scriptum est, quod ipse sit spiritus sanctus. An igitur quoniam spiritus sanctus non est dictus filius, neque; filius est spiritus, ideo dissentit a veritate fides? Absit. Quin potius vnumquodque; eorum quae significantur habet propriam intelligentiam. Etenim filius propriam essentiae naturaeque patris est germen, & hoc habet quod significatur: caeterum quod dicitur spiritus Dei, quodque est in ipso, non est alienum a natura filij, neque a patris deitate. Eoque in trinitate, in patre & in filio, & in ipso spiritu vna est deitas, & in eadem trinitate vnum est baptisma & vna fides. Nimirum patre mittente spiritum, filius insufflans dat illum discipulis: quandoquidem omnia quaecumque habet pater filij sunt: quumque; Verbum fieret in Prophetis, ipsi spiritu prophetiam edebant, quae admodum scriptum ac demonstratum est. Et verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque non iam creatura est spiritus, sed proprietatem habens cum essentia Verbi ac Dei, & in ipso dicitur esse. Nam non

debet nos pigere eadem repetere. Quoniam spiritus non est dictus filius, non tamen est extra Filium. Nam spiritus adoptionis filiorum dicitur, & quoniam Christus Dei virtus, & Dei sapientia est, congruenter dictum est de spiritu, Spiritus sapientiae, & Spiritus virtutis. Eo quod participes Spiritus, habemus Filium, & filium habentes, habemus Spiritum clamantem in cordibus nostris, Abba pater: quemadmodum dixit Paulus. Quod si spiritus est Dei, & in ipso esse dicitur in scripturis. Nam ea quae sunt Dei nullus nouit, nisi spiritus Dei qui est in ipso, & ipse insuper filius dixit: Ego in patre & pater in me: quare non est idem nomen & huic & illi, sed hic quidem filius, ille verò dicitur spiritus? Si quis ad huc modum percunctetur, insanierit talis, scrutans non scrutanda, nec obtemperans Apostolo dicenti: Quis enim nouit mentem domini, aut quis consiliarius illius fuit? Alioqui quibus Deus nomen indidit, quis illis audebit mutare nomen? Alioqui & rebus conditis subministrat vocabula. Dicat, quandoquidem creatura eodem nutu facta est, quare hic sol, & illud caelum illa terra, mare & aer? Quod si hoc quidem his qui sanae mentis sunt impossibile est, manet enim vnumquodque sicuti creatum est, multo magis ea quae sunt supra creaturam, sempiternam habent perseverantiam, nec aliter sunt, quam ut sunt, pater, pater est, non auus, & filius est filius Dei, nec est pater spiritus: spiritus sanctus, est spiritus sanctus, nec progenitus est a patre, neque frater filio. Haec quum ita demonstrata sint, insanierit si quis interroget, num igitur filius est spiritus? Ne verò, quoniam hoc ita scriptum non est, ideo eximat aliquis illum a Dei natura proprietateque, sed quemadmodum scriptum est credat, nec dicat, quare sic & quare non sic, ne talia cogitans incipiat meditari ac dicere: Vbi igitur est Deus, quomodo est? ac mox audiat: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Nam quae fide traduntur, cognitionem habent curiositate inscrutabile. Quum itaque discipuli audissent, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, non erant curiosi, quare secundus esset filius, tertius spiritus, aut quare omnino trinitas, verum ut audierant, credebant. Neque quemadmodum vos facitis percunctabatur, ergo filius est spiritus? neque quum dominus post filium nominaret spiritum, interrogabant, ergo pater est auus? Non enim audierant in nomine aut, sed in nomine patris, & hanc fidem praedicauerunt ubique, recte cogitantes: neque enim licuit aliter loqui, quam sicut locutus fuerat Seruator, seipsum filium nominans & Spiritum sanctum, nec fas erat immutare, secus quam erat ordine coniuncti, quemadmodum & de patre. Quemadmodum enim non licet aliter de Deo loqui, quam quod pater est, ita impium est interrogare, an filius sit spiritus, aut spiritus filius. Hac de causa Sabellius iudicatus est ab Ecclesia alienus, quod ausus sit patri tribuere nomen filij, ac vicissim filio tribuere nomen patris. An itaque posthac audebit aliquis quum audiat filium ac spiritum, dicere, ergone auus est pater? aut ergo filius est spiritus? Profecto audebunt Eunomij, & Eudoxij, & Eusebij. Posteaquam enim semel simulant Arianam haeresim, nunquam cohibebunt suam linguam ab impietate. Quis enim illis haec tradidit? quis docuit? Nemo certe ex diuinis scripturis, verum ex spiritu cordis ipsorum perfecta est ista dementia. Etenim si quoniam creatura non est spiritus (nam id demonstratum est) interrogatis

ergone spiritus est filius? tempus est, ut vos edoctos filium non esse creaturam (per hunc enim sunt creaturam omnes conditae) interrogemus, ergone pater est filius, aut hoc etiam modo, ergone spiritus est filius? & filius ipse est spiritus sanctus: qui talia cogitabunt, extra sanctam trinitatem erunt, absque Deo esse iudicabuntur, transmutantes nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti, atque inuertentes illud pro suo arbitrio in similitudine generationis humanae, nepotes & auos nominantes, ac more gentium generationem deorum fingentes. Non est autem Ecclesiastica fides, sed est, ut dicebat Seruator: In patrem & filium & spiritum sanctum. Patrem quidem qui non possit dici auus, & filium qui non possit dici pater, & spiritum sanctum, qui non aliter quam hoc pacto nominatur. De hac fide non licet variè loqui, sed semper pater est pater, & filius semper filius, & spiritus sanctus semper spiritus sanctus tum est, tum dicitur. In rebus enim humanis non est eodem modo, quamquam Ariani talia imaginantur. Nam quemadmodum scriptum est: Non sicut homo Deus, ita dixerit aliquis, non sicut deus homines. Si quidem in hominibus qui pater est, non semper est pater, neque qui filius, semper filius. Nam idem filij quidem pater fit, rursus idem alteri fuit filius, & filius qui patris est filius, alteri fit pater. Abraham igitur quum esset filius Nachor, pater factus est Isaac, & Isaac quum esset filius Abraham, pater factus est Iacob. Vnusquisque quum sit pars parietis, nascitur quidem filius, ceterum idem alteri fit pater. In deitate verò non ita dicitur, quoniam non ut homo Deus. Itaque qui pater est, non est ex patre, eoque non gignit eum qui futurus sit alterius pater, neque filius pars est patris, unde nec in hoc genitus est, ut generet filium. Unde in deitate sola, pater proprie, solusque pater quum sit, est & fuit & semper erit, & qui filius proprie solus filius est. Et in his consistit ut pater semper pater, & qui filius semper filius & sit & dicatur: Insuper & Spiritus sanctus semper spiritus sanctus est, & hunc Dei esse, & a patre per filium dari credimus. Sic enim sancta trinitas inuariabilis permanet, cognosciturque in eadem deitate. Itaque qui percunctatur, ergone filius est spiritus, perinde quasi possint nomina permutari, ducitur imaginatione, & sibi ipsi insaniam lucrifacit. Ceterum qui interrogat, ergone auus est pater, excogitans nouum nomen patri, errat corde. Itaque post hac ad haereticorum impudentiam respondere non est tutum. Nam id est repugnare Apostolicae admonitioni. Consulit enim, imò potius praecipit ipse, quod bonum est. Haec satis erant ad redargutionem vestri stultiloquij, ne post hac luseritis contra deitatem. Nam ludentium proprium est percunctari quae scripta non sunt, dicere: Ergone filius est spiritus sanctus, & auus pater? Ad hunc modum rident qui habitant in Caesarea & in Scythopoli. Sufficit ut credatis quod non est creatura spiritus, sed quod est spiritus Dei, & in hoc trinitas, pater & filius & spiritus sanctus, quodque neque patris vocabulum tribuendum est filio, neque fas est dicere, quod ipse spiritus idem sit cum filio, neque quod filius idem sit cum spiritu sancto, sed sic est quemadmodum dictum est, & vna in hac trinitate deitas est, & vna fides, & vnum baptisma, in ea datur, & perfectio vna in Christo Iesu domino nostro, per quem & cum quo patri gloria & imperium cum sancto spiritu, in omnia secula seculorum, Amen.

DIVI

DIVI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, DE VNITA DEITATE TRINITATIS AD THEOPHILVM.

LIBER PRIMVS.

Oratio ad S. Trinitatem.



V Vnus Deus pater, & filii, & sancte spiritus, qui unitam deitatem nobis declarasti, & sacrosanctae solius diuinitatis indiuisam gloriam reuelasti, & perfectam trinitatis tuae sempiternitatem demonstrasti. Ideo optimam duxi, ut tua veritas patefacta claresceret, & haereticorum detecta caecitas innotesceret. Propter quod subito in emulationem accensus est animus meus, & exarsit sicut ignis rutilans in densas arborum sylvas. Unde quia multi tentauerunt ad styllum viam demonstrare iustitiae, & nobis placuit per anfractus angustiae eius iter dirigere, & latam & spatiosam viam primum fugere. Quis non cupiat, deversa antiquitatis caligine, per aquam vitae renouari? & post steriles & ieiunas siliquas panem vitae edere? & omnia voragine poculi venenosi, calicem salutis accipere? & prostrata idolorum prophana cultura, deum verum agnoscere creatorem? & nunc sprete inueterati sibilatione serpentis, hymnum Deo suaviter canere? & tandem refutatis squamosi draconis verberibus, ex Euangelicis praecipis melle & lacte potari? Et rursus per immortalitatem resumptam Angelos apostaticos iudicare? & post terrenum hominem caelestibus regnis & sublimibus in Hierusalem mancipari? Rogo, quae & quanta est haec in deo humanitatis dilectio, qui tanta premia credentibus pollicetur? Quis non omni auuiditate festinet de graui somno exurgere, & clarissimam lucem cum infinita admiratione conspiceret? Quam cupio non ad pupillam oculorum obtutibus ostendere, sed religionis fratribus in arcano cordis secreto recondere. In quo non ambitiosi voluminis confeci cumulum, ne plus verba exaggerarem, quam sensum inuestigantibus intimarem, sed breuiter infinita comprehendi & humili sermone sublimia indicaui. Unde totum ibi est plenum, ubi nihil est minus, imò penitus totum videtur ignorare, qui huic plenitudini diuinae trinitatis aliquid voluerit derogare. Propter quod simplex impensissimè obsecro tua tranquillissimam trinitatis gloriam, ut perducas me ad statum perfectum fidei confessionis meae verba promentem. Si caeli non sufficiunt in proferendam sublimitatem magnitudinis tuae, si non satiatur oculus ad videndum, aut auris ad audiendum opera magnificentiae tuae, unde sufficit paruitas mea geminas in confessione referre tibi maximas gratias? A Deo veniam postulo, ne forte cum praesumptionis dicta adsumptero, tuae mihi inuestati videar aliquid derogare: Sed prostratus iaceo ante tuae sublimitatis gloriae sedem, ut permittas me de plenitudine thesauri tui legis fontem bibere, & de quatuor exuberantibus fluminibus aquam vitae haurire. Ex quibus confidenter haereticis per auctoritatem regulae praescribamus, & catholicis de sempiterno, velut de nectaris fonte spiritus tui corda sitiētium irrigemus. Haec est inquam, materia formulae in collisione haereticorum: & haec est tituli victoria.

DE SACROSANCTO VNITO NOMINE TRINITATIS.

Ego vnum Deum vbi meminimus, non ad vnam tantummodo personam patris haec in dicendo taxauimus, dum filium de vna patris esse plenitudinem,

N iiii

Rom. 8. Gal. 4. 1. Cor. 2.

psal. 52.

Mat. 28.

Sabellius cur condamnatus.

Mat. 28.

In nomine quid.

Deitas cur unita.

Omnipotens Deus.

Vnus.

Verus.

Bonus.

Summus.

Vnus spiritus.

Aequalis.

Trinitas.

& sanctum spiritum non negavi. Et solum Deum ubi memoravi, nō ad solam personam patris hęc, vt dicam verius indicaui: quia filium, & sanctum spiritum de hac ipsa sola substantia patris esse non abnegavi. Similiter omnipotentem Deum, siue verum Deum, vel bonū Deum, aut summum Deum, sed vnum spiritum, de quo vocatim paulō ante narraui, nōne hęc cuncta vocabula ad vnitam diuinitatem patris, & filij, & sancti spiritus declarauit: Vnde quamuis in hoc loco copiosę sint significationes dictę, tamen ad vnitam diuinitatem trinitatis euidentius sunt approbata. Nam vnitas, nō vt hęretici suis oppressi blasphemis dicere sape consueuerunt, in voluntate est, nō in deitate: quod absit, dum vnitas non tantum in voluntate sit, sed imō in deitate. Ac per hoc vnitas hęc, vt certus sis, non in concordia tantum est, sed realiter, imō substantialiter constat in natura diuinitatis. Ergo postulo à te, qui legis hanc istius scripturę meę fidei professionem, ne hic superflua vel profusa verba perquiras, sed strictim, capaciter, imō spiritualiter cum summo studio dicta ad stylum sacre scripturę conferas, & secundum regulę æquitate iustitia moderante perpendas. Itaque interrogantis atque soluentis accipe personam, quę exigit sibi fieri satisfactionem. H A E R. Quir pater spiritus dicitur, & filius spiritus nuncupatur, & spiritus sanctus spiritus appellatur? A T. Perfe ete ad hęc respōdetur pro loco interrogati. An ignoras quia pater vnus Deus est, & filius vnus Deus est, & spiritus sanctus vnus Deus est? Nōne vnus Deus est, dum vnitum nomen sit in natura & sic & vnus spiritus est, quia vnita est deitas eorū? Nam si tu per singula nomina personarum vnitum nomē spiritus ter designasti, num quod tres spiritus edicere oportebat? Absit. Quod si hoc poterat dici, tale erat, vt & hoc in confessionem deberet introduci, tres deos in plurali numero nuncupari. Vt iam non esset in eis vna naturā diuinitatis, sed unusquisque in propria, vel diuersa natura sua consisteret: quod absit. Interea rursus eadem repeto, & ad tua dicta verba comparo, & sensum intellectus mei tibi reuelo. Pater vnus Deus est, & filius vnigenitus Deus est, & spiritus sanctus vnus in patre & filio Deus est. Nōne quia vnitatis nomē ter designauit, ideo tres deos potero confiteri? Absit. Vnde quamuis triplex sit dictum, vnum tamen tenet in deitate trinitatis nominis iudicium. Interim vel in hoc titulo animaduerte dicentem: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Nunquid in hoc dicto tres deos designauit, eo quod vnum nomen ter indicaui? Absit. Idcirco nos qui fidem Euangelicam atque Apostolicam patrum tenemus, nec tres deos, nec tres dominos, nec tres spiritus, vel certe ad huiuscemodi pluralitatis dicta nec tenemus, nec in corde nostro suscipimus: præsertim cum nos vnitatē deitatis vniter, non pluraliter in trinitate consistere sciamus. Propter quod nō debemus tres naturas in his personis contra ius Euangelicę censurę profiteri, cum sit vnus Pater Deus, & vnigenitus sit filius Deus & vnus sit spiritus sanctus deus. Ideo vnus est Deus, quia vnita est deitas, sicut per singulas personas scriptū est: Et quia nullus Deus nisi vnus, vel hoc audi: Israël, dominus Deus tuus vnus est. Nec non: Vade retro Satanas, scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi

Tres personę Trinitatis cur dicantur spiritus.

Exo. 3.

Mat. 4.

foli seruies. H A E R. Sed vt hęc dicta de autoritatis iure adhuc mihi confirmes, postulo. A T H. Ignoras scriptum esse: Intelligētibz legem loquor? Itaque qui aures habet ad audiendum, audiat. Et quid spiritus per historiographum Moysen in toto penē libro Geneseos Ecclesiis testetur intelligat: Deum dixisse, & Deum fecisse, & Deum benedixisse eam: id est, & dixit Deus: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram. Et sic profecutus est: fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, masculum & feminam fecit eos, & benedixit eos, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terram. Quę tandem est causa, vnum dixisse, faciamus & vnum fecisse, & vnum dicenti & facienti interfuisse, & bona facta videntem benedixisse? dum faciamus, vnus tantum solitarij persona non sit, sed & facientis ad imaginem Dei ipsius tantum persona non sit, sed & videntis, & benedicientis vnā cum eo sit. Non tibi videtur, quoniam per tacita nomina personarum, quamuis paulisper deitatis vnitum est nomen insinuatum? Vides quia nemo ad semetipsum dicit, fiat, sed ad facientem: & nemo qui facit, ad suam personam loquitur, & fecit. Et quis de se indicat, & fecit & benedixit? Nam verbotenus si vna esset persona dicentis, & facientis, & benedicientis, sic intumisset fecisse se opus suum, & dixi, & feci, & benedixi. Discite itaque vnitum nomen esse in natura trinitatis, Psalmographo approbante: Verbo domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Vtique verbum filium indicauit: dominum autem patrem designauit, & spiritum oris eius, spiritum sanctum dixit. Vides in personis vnitum esse nomen in natura trinitatis, Psalmographo quoque approbante: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Ecce Deum & Deum: nō tamen pluraliter inuenies dictum fuisse in his personis deos: Sed & adhuc scriptum est de vnito nomine diuinitatis: Et pluit dominus à domino. Sed & Esaias: Hęc dicit dominus Christo meo cui tenui dexteram, vt obaudiant eum omnes gētes &c. Non tamen de minimis: quia vnita est dominatio eorum in natura sempiterna: Sicut & de persona sancti spiritus, Vas electiois breuiter absolui, dicens: Idē spiritus, idē & dominus, idē & Dens, qui operatur omnia in omnibus. Et alio in loco idē ipse repetit: Quia dominus est spiritus: Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Vel accipe in persona patris in Euangelio ad Samaritanam dictum fuisse: quia Deus spiritus est. Nam & de persona filij Hieremias receptissimus Prophetarum testatur: Spiritus faciei nostrę Christus dominus. Siue hoc: Quia misit dominus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater. De spiritu autem principali filius indicat: Spiritus ubi vult adspirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, vel quò eat: Ergo vt compendio scripturę sensum de natura diuinę trinitatis vniter dicentis colligas Viuit dominus. Et: Benedictus Deus meus. Et: Exaltetur Deus salutis meę. Vides per singulas significationes vnitum nomen deitatis ter indicatum, hoc est, Deus, Deus, & Deus: non tamen deos. Vel per eundem accipe: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et: Inuoca me in die tribulationis tuę, & eripiam te, & magnificabis me. Vtique si vna esset tantummodo in hoc exemplo fixa persona, debuerat hęc sine aliqua distinctione

Lucę. 8.

Gene. 1.

Psal. 32.

Psal. 44.

Esai. 45.

1. Cor. 12.

2. Cor. 3.

Rom. 8.

Ioan. 3.

Psal. 17.

Psal. 49.

ctione in prosequendo taxasse, hoc est: Viuit Deus, qui est benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meę. Ita ne non vniter in his personis est nomen diuinitatis patris, & filij, & spiritus sancti in omnibus declaratur? id est, Deus, & Deus, & Deus: Sicut alio in loco cautum est de vnito nomine dominationis: Adferre domino patrię gentium, adferre domino gloriam & honorem, adferre gloriam nomini eius. Quia si vna esset tantummodo personę gloria, sic debuerat intumescere: Adferre domino patrię gentium, adferre ei gloriam & honorem adferre gloriam nomini eius. Quid amplius? Nunquid adhuc nobis ad patefaciendam veritatem argumenta sunt necessaria? Nunquid gentes quarum introitus ianuę credentibus ad vitam æternam patēs est, in vnam tantummodo personam patris baptizantur? & nō in tres, quorum nomina hęc sunt per singula distincta, patris, & filij, & sancti spiritus, quibus est vnita natura, sicut scriptum est: Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vnde in his personis per omnia in deitate vnitum nomen est, & per ipsa nomina trinitatis tantum personę distinctę sunt. Ergo quamuis in superioribus exemplis scripturarū tacita sint nomina personarum, tamen vnitum nomen diuinitatis per omnia est in his demonstratum, sicut & in hoc exemplo veritatis, in quo nomina personarum euidenter sunt ostensa, & vnitum nomen naturale clausē est declaratum, dicēte Ioanne Euangelista in epistola sua: Tres sunt qui testimonium dicunt in cęlo, pater, & verbum, & spiritus: Et in Christo Iesu vnum sunt, non tamen vnus est, quia non est eorum vna persona. Nam vnū quod dixit de vtrisque, quid aliud intelligitur, quā quòd deus pater natura idem ipse dicatur, & dominus, idem ipse sit & spiritus, & filius deus? Idemque sit in diuinitate & dominus, idem sit & spiritus, sed & spiritus paracletus deus: Idemque sit & dominus in natura deitatis, idem sit & spiritus. Vides quia in deitate & substantia plenitudinis per omnia vnū sunt, & in omnibus personarum tres sunt: Nā quo tres sunt, quid aliud sentitur fuisse quā pater verus vnus, qui genuit, idem non sit qui & genitus ab ipso est? Et filius vnus qui non genuit, sicut ipse à patre genitus, pater non sit, & hic spiritus sanctus, qui nec pater, nec filius est. Præterea qui nec genuit, nec est genitus: cum alter sit hic persona qui genuit, & alter sit in persona qui vnigenitus ab ipso est, & alius æque in persona, vt dixi, secundum diuinā scripturam, qui nec pater, nec filius est. Hic est spiritus sanctus, sed planē de vnita natura est. Ideo in deitate vnita, commune nomen est ei. Sicut in claritate Euangelicę scripturę de spiritu paracleto filius testatur, dicens: De patre procedit. Et sic profecutus est: Et de meo accipiet. Et ideo vbi personę requiruntur, propria nomina per hęc distinguuntur: Vbi autem deitas poscitur, vnitum nomen in his indicatur, quoniam sumus, ad nomina personarum pluraliter dictum demonstratur. Ac per hoc in deitate vnum sunt, & in nominibus personarum tres sunt. Sanē vt omnem scrupulum legentibus amputemus adhuc breuiter dilucidabo, multifariē approbās hoc vnitatis nomē esse verissimū trinitatis quę tamē cū refertur multifaria sapientia dei quę vniter in patre, & filio, & spiritu sancto consistit, de qua si significes sapientię deitatē

Psal. 28.

Per nomina Trinitatis persona tantum distinguuntur. 1. Ioan. 5.

Ioan. 16.

Vnitas.

& deitatem sapientię, nōne hęc ipsa est vnitas, quę & diuinitas trinitatis? Ergo vt compedio hęc adsignemus, siue sapientię gloria, siue deitatis gloria, aut summitas, aut dominatio, aut dignitas, aut claritas, aut maiestas, aut imperium, aut potestas, aut sempiternitas nominatur, nōne hęc multifariē quamuis sint dicta, tamen ad vnitam deitatem incomparabilem patris, & filij, & spiritus sancti vniter sunt declarata? Aut putas quod significaciones dicuntur ad gloriam deitatis, totidemque sint & species diuersitatis? Absit: dum hęc vniuersa ad vnitam substantiam dicta referantur. Nam si hęc vna atque eadem ipsa est multiplex præfaga sapientia patris, & filij, & spiritus sancti, quę est vna virtus, siue vnita forma magnitudinis æqualitatis ei, siue vna maiestas, siue vna claritas, quę in hanc vnitam deitatem plenitudinis secundum scripturę regulam in hoc loco collecta reperitur? Nunquid sic in eadem deitate trinitatis potest aduersus scripturas referri, tres sapientias, aut tres virtutes, aut tres imagines, aut tres substantias, aut tres claritates, aut tres plenitudines diuinitatis, vel cætera huiusmodi pluraliter Ariomanitarū more dicamus? Absit. Nam si hęc eorum blasphemia ita vt aiunt haberet: quare non tres deos plurali numero nuncuparent ac publica voce circa proprias vel diuersas substantias suas esse pollicentur? Quod absit. Dum perfecte vnitum nomen diuinitatis vniter, vel multifariē quamuis dictum, vniter in trinitate consistat. H A E R. Sed vt breuiter hęc ipsa dicta de autoritate per singulas personas vniter mihi ostendas postulo. A T H. Audi vniter in trinitate dictum: sapiēs est deus, & fortis, & magnus, qui iubet Soli, & non orietur, qui sydera concludit, & tendit cęlum quemadmodō pellem, qui ambulat super mare tanquam super aridam, qui facit magnalia, & quę inuestigari non possunt. Et in Salomone ait: Deus sapientia sua fundauit terram, parauit autem cęlos prudentia: Vel hoc Apostolo agnosce dicente: Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Sed & ipse rursus ait: Vt habitet in me virtus Christi. Et in Psalmographo scriptum est: Ambulabunt de virtute in virtutem. Non tamen pluraliter sapientias, aut virtutes in his personis esse significauit, sicut idem ipse repetit: Dominus deus virtutum nobiscum. Sed & hoc: Laudate eum in firmamento virtutis eius. Et alio in loco: Nō accepimus spiritum timoris, sed virtutis. Siue vniter sanctimonie trinitatis dicta percipere, vt cautum inuenimus: Sanctitas & sanctimonia in sanctificatione eius. Vides itaque esse in vtrisque vnam sapientiam, siue virtutem, aut lucem, aut sanctitatem, vel operationem, nec non & alia huiuscemodi multipliciter dicta, quę non sunt ad hęc illata exempla, quę satis longum est per ipsam trinitatem vniter dicta enarrare: Sufficiat, etsi pauca, ad probationem pro multis in cognitionē lucis fuisse exposita documenta. Ergo si pater, & filius, & spiritus sanctus in deitate vnum sunt: Vtique sine dubio in trinitate diuinitatis per omnia vnum sunt, & in omnibus personarum tres sunt. Itaque, vt scias de his quę superius comprehendi, nullam diuisionem aut distantiam in vnam deitatem substantię plenitudinis patris, & filij, & sancti spiritus fecisse me meministi.

Ariomanitarum error de Trinitate.

Iob 9.

Prover. 3.

1. Cor. 1.

2. Cor. 12.

Psal. 83.

Psal. 150.

Psal. 35.

D. ATHANASII ALEXANDRINI

EPISCOPI, DE PROPRIIS PERSONIS, ET VNITO NOMINE DEITATIS AD THEOPHILVM.

LIBER II.

HÆRET.



NUNC per singula nomina personarum, vt nomen deitatis mihi exponas, postulo. **A T H.** Audi: Si filius in nomine patris venit, nunquid ipse est pater qui ait: Ego veni in nomine patris mei: Dum nomen patris Deus sit, in cuius nomine filius venit manifeste? Ac per hoc in vnita natura diuinitatis vnū nomen est eorumdem comprobātū, sicut ipse pater ad legislatorem Moſen testatus est, dicens: Attēde illi, & ne fueris inobediens ei, nōmē enim meū est in illo. Et ad hęc Patriarcha Dauid sic ait: Benedictus qui venit in nomine domini. Nā si spiritus paraclētus in nomine filij venit, vt ipse dicit: quē mittit pater in nomine meo, nunquid & ipse filius dicitur est, cum sine dubio nomē filij deus sit in vna pariter natura diuinitatis? In hoc ergo nomine cui dēter paraclētus venit. Ideo per singulas personas secundum naturam trinitatis vnitū nomē tibi est declaratum. Esaias hęc approbās dicit: Descēdit spiritus à deo, & eduxit eos, sic eduxisti populū tuum facere tibi nomen glorię. Sed & ipse idem indicat: Et irritauerunt spiritum sanctum, & conuersus est illis ad inimicitia, dominus ipse expugnauit eos, & remoratus est dierū ęternorū, qui eduxit de terra pastorem ouium, & subiūxit: Vbi est qui posuit in illis spiritum suum. Vides ergo vnitū nomē hoc patris & filij esse huic dominū spiritū sanctū, qui eduxit filios Israhel de terra ęgypti, sicut Propheta dicit: Sic eduxisti populum tuum facere tibi nomen glorię, qui conuersus est filiis Israhel ad inimicitia. **HÆ R.** Rogo, vt si vnitū nomen est in deitate trinitatis, cur vnusquisque in suo nomine non venerit? **A T H.** Porro quasi hoc quod vnitū nomē substantiuū ad deitatē vniter refertur, iam propriū esse nō ostendatur. Vtique in hoc propriū est eorū, sed vnitū: Nā vt certus sis, nomina in personis propria sunt, & non cōmunia. Sed dicis mihi: Quorū in suo nomine proprio, quod est natiuitatis, nō tamē statim ad indiscretā deitatem, vbi refertur: In qua inuenietur vnitas dei nomē. Sed in eo sanē in quo & superius comprehendī, persona ipsius tantummodo gignētis distinguitur, hic ipse filius nō venit? Audi, quia si in hoc nomine tātū venisset, quod dicitur filius & nō in substantia deitatis cōmuni, dicitur eras mihi: Non est vnitū nomē in natura diuinitatis filij cū patre, sed propriū, vt nō tantū nomina propria iā in personas distingueres, sed vnitū nomē in deitate trinitatis tātīdē per ipsas psonas separares, hoc est, vt ppria nomina eorū in singulis, vel diuersis substantiis esse designares. Sed planē si pater & filius, & spiritus sanctus secūdu singula nomina psonarū perfecte distinguuntur, nūquid sic & secūdu deitatem vnitū nomē in his personis per singulas naturas substantias diuiditur? Absit: nā & si tu Ariane vbi nomina tātū in personis deberes distinguere, ibi simul eū ipsis nominib⁹ & naturas per grad⁹ singulos distinguas, vt tres naturas secūdu nomina personarū esse dicas, vt per ipsa nomina discrepātes & substā-

tias esse adsignes. Cur non erubescis? & nō tres dominos cōtra vnitā verā naturā publica voce profiteris circa diuersas vel dispares substantias suas cōsistere? vt solet profiteri vnū, verū, sempiternū, ininitabilem, infectū, & alterū ininitabilem de creaturis profectū, & tertiu de ministris, quasi subiectū: Vt patri incomparabilem, vel inenarrabilem adscribas: filij autē prę ceteris de factura ignobili procedentem substantiā demonstrēs, spiritū adæquē sanctū de ministris angelis habentem substantiam indices. Vnde ad hoc reuertamur, de quo per singulas personas superius tractabamus. Sed & si spiritus paraclētus in suo nomine tantū venisset, & nō in substantia cōmuni, iam propriū nomen eius in persona esse videretur, & nō secundū cōmūnem naturam, vt tantū vnusquisque nomina singula in personis suis ostenderet, deitatis autem vnitū nomen non indicaret. Porro in hoc nomine deitatis patris venit verus filius, in quo est natura cū patre. Et in cuius naturę nomine venit spiritus paraclētus, quę in hac ipsa sacrosancta trinitate vniter cōsistit, sicut superius prædixi, patre de filio suo indicante: Nomen meum est in illo. Et filio hęc dicta confirmāte: Ego veni in nomine patris mei, & nō recepistis me. Cum autem alius venerit in nomine suo, eum recipietis. Sed & de spiritu sancto ipso rursūm repēte: quem mittit pater meus in nomine meo. Et deinceps eum de nomine suo audi discipulos hortātem: Omnia quęcūq; petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis. Sed Apostolū Paulum eadem testantem: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. Audi & Esaiam de vnito nomine glorię sancti spiritus declarantem: Descendit spiritus à deo & eduxit eos: sic eduxisti populum tuū facere tibi nomē glorię. Disce iā vnitū nomē esse in natura diuinę trinitatis **HÆ R.** Declara ergo mihi, si verus est filius, aut nō. **A T H.** Nōnne pater, vt nos intelligerem⁹, hęc significationē intulit, vt diuinitatē natiuitatis propriā filij sui de semetipso insinuaret, dicens: Ex vtero ante luciferum genui te. Nunquid hic factus est, qui sic vnigenitus ab Euangelista nobis annunciat⁹ est? Qui nō credit, iā iudicatus est, quoniā nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Sed & in epistola suā hac eadē indicat: Et sum⁹, inquit, in vero filio eius Iesu Christo, qui est (ait) verus & vita ęterna. Ecce habes ex vtero, ecce in vnigenito dei, ecce in vero filio dei Iesu Christo, qui est (ait) verus, & vita ęterna: Rogo, quę est tāta Hæreticorū demētia, verum creatorē facturę suę cōparari? Aut quę cęcitas tāta est, tantam veritatis probationem falsis argumentis blasphemare? Dum Centurio adhuc gentilis homo ad tuam cōfessionem indicauerit: Verē filius Dei erat iste: **HÆ R.** Et quemadmodū vnitū nomē est in natura diuinitatis, dū alter in alterius nomine venisse videtur? **A T H.** Vere veneno sunt infecta subtili cū dolo hęc obtusa corda interrogātis atq; impugnantis. Proculdubio in hoc sanē alter est pater qui

Ioan. 5.

psal. 117.

Ioan. 14.

Esai. 63.

Exo. 13.

Nomina in personis sunt propria non communia, aut vnita.

Deitatis essentia communis tribus personis.

Mat. 11.

1. Cor. 6.

Filius sit⁹ ne verus nec ne. psal. 109

Mat. 27. Mar. 15.

pater verbum & spiritus s. differunt tantum in persona.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

origo filij à patre.

Malach. 1.

Mat. 3.

Ioan. 1.

Esai. 48.

ter qui vere genuit, & in hoc alter est filius qui vere ab eo genitus est. Sed & in hoc alter est spiritus hic principalis paraclētus, qui in pētecoste in Apostolos effusus est. Et ideo in hac sigillatim dicta memēto nomina in personis esse distincta. Vides quia alter ab altero, siue alius ab alio in persona tantum differt, & non in plenitudine diuinitatis & scias, sicut ipse dominus ait: Alius est qui testimonium perhibet mihi, qui me misit pater. Sed & alio in loco idē ipse in persona Sancti Spiritus indicat: Rogabo patrem meum, & alium paraclētū mittet vobis. Scito alium ab alio, siue alterū ab altero in persona tantū differre, & non in vnita plenitudine diuinitatis & scias. Nam si secundum nomina personarū alter in altero sine dubio dici potest, nunquid sic & in vnita deitate alter deus potest pronunciarī pater? quasi sit in natura diuersus à filio: & alter deus potest dici filius à patre? quasi sit in deitate alter, & alius deus potest profiteri spirit⁹ sanctus, tanquam sit in substantia discrepante à patre & à filio? Absit: Dum vnitū nomē sit in eis in vna vera natura, ac per hoc vnus ver⁹ est deus. **HÆ R.** Et quomodo in nominibus personarum vnū de vno, aut alterū de altero, hoc est filium de patre esse significas? **A T H A N.** Ignoras vnū patrē de semetipso genuisse filiū: quia nemo sibimetipso pater pater est, & quis sibimetipso filius filius est? Dum pater non sit genitus, & filius non sit ingenuus, sed planē pater filij est quem genuit & filius est patris qui vere de ipso genitus est. Quapropter non vt quidam solent blasphemātes in confessione introducere duo nominata principia, vt & in toto nec patrem verum, nec verum filium profiteantur, dū filius de eo testatur: quē mittit pater in nomine meo: Non tibi videtur, quia duplex hic cōtineatur intellectus, id est, vt in nomine personarū tātū sit distinctio, in deitate autem nulla sit discretio? **HÆ R E T I C V S.** Et quare in nomine spiritus sancti nemo venisse inuenitur? **A T H A N A S I V S.** In cuius naturę nomine missi sunt Apostoli: Ite, baptizate omnes gentes in nomine. Et sic profect⁹ est. per singulas personas, patris, filij, & spiritus sancti: Nōnne vnitū diuinitatis nomē prius tacitē præmisit, & sic in nominibus personarū apertissime declarauit, patris, & filij, & spiritus sancti: Porro nunquid potest arceri de hoc deitatis nomine sanctus Spiritus? Aut nunquid potest cōtra regulā traditionis Euāgelicę censurā de hoc vnito trinitatis nomine sancti spiritus sublata vel tacita persona baptismū in Ecclesia perfectum celebrari? Absit. Alioqui quomodo in hoc nomine deitatis, patris, & filij, & sancti spiritus in fide baptismi vniter credētib⁹ in his nō hoc nomē honorificatū inuenit esse in gētib⁹: sicut prælag⁹ spiritus sanctus per Malachiā Prophetā testatur: Quia magnificū est nomē meū in gētib⁹, dicit domin⁹ de⁹. Quod Ioānes Baptista absoluit: Ego quidem vos baptizo in aqua pœnitentię, post me autem venit, qui vos baptizabit spiritus sancto & igne. **HÆ R E T.** Declara mihi si nomen patris est in filio, & in spiritus sancto. **A T H A N A S I V S.** Iam frequenter de autoritate scripturarum ostensum est, deum patrē per legislatorē Moſen testatū: Ego dominus de⁹, hoc est nomē meū memoriale sēpiternū in generationes & progenies. De filij autē persona sic ait: Nomen meum est in illo. Et alio in loco idem ipse

repetit: Ego dominus deus, qui voco nomē tuum deus Israhel: Quod ipse filius cōfirmatū dicens: Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me. Et Dauid ad hęc ait: Benedictus qui venit in nomine domini: Nā & de persona spiritus sancti filius testatus est, quē mittit pater in nomine meo. Vides filiū venisse in nomine patris, & spiritū sanctū venisse in nomine filij. Apostolos autē missos fuisse, vt baptizaret omnes gētes in vnito nomine deitatis, quod est naturę inuisibilis, id est, sancti spiritus, sicut scriptū est: Nolite cōtristare spiritū sanctū dei, in quo signati estis in die redēptionis vestrę. Sed & hoc accipe: Et omnes vnū spiritū potauimus. Siue vnitatis nomē baptismi operante suscipe dicentis: Et vos critis mihi in filios & filias, dicit domin⁹ deus omnipotens. Vel hoc: Sed ex deo nati sum⁹. Nec nō Et baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi. Et alio in loco: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Sed ex deo natū esse Ioannes testatur: In sua venit, & sui eum non receperunt: Quotquot autem receperūt eum, dedit eis potestātē filios dei fieri, credētib⁹ in nomine eius: qui nō ex sanguine, neq; ex volūtate carnis, neq; ex volūtate viri, sed ex deo natus est. Disce ergo hoc vnitū nomē esse sempiternū in deitate patris, & filij, & sancti spiritus: Idcirco dum nomē patris deus sit, in hoc nomē sit & filij in natura, sic & sancti spiritus. Nam vis scire cū in diuinitate patris nomē, id est dei, siue domini, aut spiritus homines cōmune nomē est, id est, patris & filij, & sancti spiritus. Ideo secūdu ipsā plenitudinē naturę diuinitatis dū refers, vnitū nomē per omnia in his esse ostēdis. Sanē hic secundū personas paulisper tacita deitate vnitū nomen est. Dū autem singulas personas nominādo percurris, nomina propria eorū inesse designas. Vnde oportet nos rursū ad superiora dicta recurrere, si potest vnito nomini naturę diuinę trinitatis aliquid superaddi, vel minui. Responde mihi in hoc loco omnis confusa scientia hereticorū. Præterea vbi nullus nec numerus, sed nec aliqua differētia in vnita plenitudine deitatis, patris, & filij, & sancti spiritus inuenitur, dū vnus in alterius nomine distincte in diuinitate, tamen vniter atque æqualiter nominetur. **HÆ R.** Pande itaque mihi quomodo tres vnum sunt. **A T H.** Memento quia pater & filius, & sanctus spiritus tres sunt, qui in vna natura trinitatis cōsistūt. Ideo tres vnū sunt siue vnū sunt tres. **HÆ R.** Nimirū diuisa est hęc trinitas an indiuisa, edicito mihi. **A T H A.** Planē diuisa est in nominibus tātū personarū, in deitate autē in diuisa est. **HÆ R.** Edicito mihi, quomodo interpretatur vnitas? **A T H.** Nescis quia vna est patris, & filij, & sancti spiritus diuinitas? **HÆ R.** Quid intelligitur in hoc loco natura? **A T H A.** Hoc quod sentitur deitas, siue substantia, vel plenitudo diuinitatis. **HÆ R E T.** Quid est vna trinitas? **A T H A N.** Vtique quia vna cōmunis est in ipsa trinitate plenitudo diuinitatis, in trinitate consistere declaratur, & ipsa trinitas adæque per singula nomina personarum perfecte demonstratur. Omnino iam breuiter est dictum, quod superius cum grandi cautela secundū scripturę regulam catholicę est collectum: vt sicut in diuinitate confiteris esse patrem, sic profitearis esse filium, & sanctum spiritum.

Esai. 45.

Ioan. 14.

Apostoli missi à trinitate.

Ephef. 4.

1. Cor. 12. Act. 2.

1. Cor. 6.

Ioan. 11.

Deus est nomen cōmune Patris, & Filij, & spiritus sancti.

Quomodo tres vnū sunt.

Natura:

SANCTIS. PATRIS ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI, DE ASSVMPTIO-

ne hominis contra Marcellinum hæreticum, ad Theophilum. LIB. III.

HÆRETICVS



QUÆMADMODVM in deitate vnā æqualitatem confiteris filij esse cum patre, cum ipse de se testimonium perhibeat: Qui me misit maior me est? ATHANA. Proh dolor, si sic intelligis deum fuisse,

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

philip. 2.

Deus pater, patri non habet.

significationes dicuntur ad gloriam deitatis, totidemque sunt & species diuersitatis? Absit: Dum hæc vniuersa ad vnitam substantiam dicta declarantur: Illud accedit ad causam: Nunquid vbi vna plenitudo diuinitatis est, pars diuersa vel excisa in parte inæqualis in eo est? Dum plenitudo nullam diminutionis partem admittat sibi proprie comparari, cum forma Dei omnem plenitudinem in se contineat diuinitatis, & ipsa sacrosancta indiscretio æqualitatis nullam patiatur differentiam maiestatis, sicut ipse testatur: Ego in patre, & pater in me. Sed & Esaias hæc comprobans dicit: Quoniam in te est deus, & non est deus præter te: Tu enim es deus, & nesciebas, Deus Israël salutaris à deo. Vel hoc Apostolum audi testatem: Quoniam deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Vides quoniam omnis plenitudo diuinitatis patris in filio est, & totus filius in patre est. Ideo vnita est in his personis sempiterna æqualitas, quia est immensa deitas, sicut Euangelista dixit, propter hoc magis querebant eum Iudæi interficere: quoniam nõ solum soluebat Sabbathum, sed & quod patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo, Vel tale dictum accipe: Tu cum sis homo, æqualem te facis deo. Sed & hoc: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: quoniam qui non honorificat filium, nõ honorificat patrem qui misit eum: Scito vnũ & æqualem in his esse honorẽ deitatis. Denique ipsum audi ad patrem clamantem: Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Sed & alio in loco idem ipse repetit: Omnia quæ patris sunt mea sunt. Si ad diuinitatẽ refers, vnum sunt, si ad operationem facturę eorũ indicas, communis est. Vel hoc intellige Euangelistam Ioannem dicentem: Omnes de plenitudine eius accepimus, gratiam pro gratia. Quod ipse dominus absoluit: Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Siue hoc: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Et alio in loco ipse dicit: Quæcunque enim pater facit, eadem & filius facit similiter. Disce hanc vnitam esse operationem in natura diuinitatis, quæ credentibus vitam æternã tribuit. Et, nemo venit ad me, nisi pater adducat eum. Et, nemo vadit ad patrem nisi per me. Disce quia per filium itur ad patrem, & de patre vniter venit ad filium. Nunquid, vt iam prædixi, plurali numero plenitudines in hoc loco designauit Hæretice: dũ vnita sit plenitudo diuinitatis eorũdem, quæ vitam æternã operatur credentibus. Vtique omnes credentes de hac ipsa vnita plenitudine patris & filij, imò & sancti spiritus accepimus, & semper est plenu: quia nihil de indiscreta trinitate deitatis eorum aliquo est minus. Ac per hoc vna est eorum æqualitas, quæ est inenarrabilis claritas. Sanè ne in his diutius immoremur, & occasione exquisita tã diu prolixam orationẽ fecerimus, vt de quæstione Atij proponentes, nõs tãquam cauillantes fugisse videamur,

2. Cor. 5.

Esai. 43.

videamur, deniq; Esaiam audiant aduersus dogmata iniquitatis ipsorum hac sententia interrogatẽ: Stultus enim stulta loquitur, & cor eius vana intelligit, & consummat iniqua, & loquitur ad dominũ errorem, ad dispendendas animas esurientes, & animas sitientes inanes faciet. Consilium enim malorum inique cogitauit disperdere humiles in sermonibus iniquis, & dissipare verba humilium in iudicio. Nam pij sapientiam cogitauerunt, & hoc consilium manebit, vnde oportet nos vniuersa secundum regulam Euangelicam limantes, vel distinguentes ad causam cogitationis contradicentis accedere in superiore dicentis: Qui, me misit maior me est. Animaduerte causa assumpti hominis dictum fuisse, vt cautum inuenimus formam dei formam serui accepisse, sicut scriptum est: Misit de summo & accepit me, assumpsit me de multitudine aquarum. Et alio in loco: Beatus quem elegisti, & assumpsisti. Necnon: Dominus autem assumpsit me. Nunquidnam homo Deum assumpsit, & non Deum hominem? Deus vtiq; hominem, non homo Deum assumpsit: Nam etsi assumpsit de Maria virgine, nõ quod semper ante assumptionem hominis vnã cum patre fuit, amisit; sed neque deitas eius in homine augmentum aut detrimentũ vllum sustinuit. Cum talis in homine fuerit præfenti tempore, qualis & in sinu Patris semper ante assumptionem hominis vna cum Patre fuisse cognoscitur. Sed è diuerso dicis mihi: Quemadmodum hominem Deus assumpsit? Ignoras Esaiam prophetasse: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus. Sed & Apostolus hæc confirmat, dicens: Formam Dei, formam serui suscepisse. HÆRET. Quapropter nobiscũ Deus? ATHA. Quid aliud intelligitur, quàm quod Deus verus, & homo verus, hominem verum de Maria virgine, pro salute adsumpserit nostra? Quæ tamen Maria ex tribu Iuda semen traxit Dauid. HÆRET. Vnde Filius Dei, & Filius hominis vocitatus est. ATH. Sicut claritate Euangelicæ censuræ cautum est: Fili Dauid miserere mei. Quod Vas electionis breuiter absoluit: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, & qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Ecce secundum Deum. Vnam tamen personam duplici significatione esse ostendit, sicut idem ipse alio in loco repetit: Vnus enim Deus. Et non in alia persona hæc dicẽdo distinxit: Vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Sicut scriptum est: Et homo est, & quis agnoscit eum? Vides quia mediator. Nec iam Deus tanum pure sine homine quem assumpsit dici potest, nec homo sine Deo. Considera quia duplex est in vna persona mediatoris significatio, Deus & homo. Dum de Deo Deus sit, & secundum carnem idem ipse Filius hominis sit. Ideo Deus verus, & homo verus est hic mediator, sicut & forma Dei, & forma hominis. Interrogabo te de mediatore meo, imò omnium nostrum. Responde mihi, cuius causa scriptum vel distinctum inuenitur: Vtrum Dei, an hominis, qui esuriuit, aut sitiuit, aut lachrymatus est, & in agonia positus sanguinem sudauit & ad postremum passionem mortis verè sustinuit? Si Deum proprie sumis dicendo hæc vniuersa perpessum fuisse,

Ioan. 14.

psal. 17.

psal. 64.

psal. 26.

Deus assumpsit humanitatem, nõ è contra.

Esai. 7. phil. 2.

Luc. 18. Rom. 1.

1. Tim. 1.

Idem. 2. Christus non potest dici mediator sine homine.

Infirmus erat Christus quatenus homo.

occurrit tibi Esaias contradicens: Deus æternus qui fecit extrema terræ, non esuriet, neque laborabit, nec est inuestigatio prudentiæ eius, dans esurientibus cibum, & laborantibus virtutem; &c. Et adhuc sanctus Hieremias indicat: Nunquid eris vt homo dormiens, & sicut vir qui non potest saluos facere? Vides quia Deus non esuriet vnquam, qui vniuersa ex nihilo constituit. Sed neq; deitas eius aliquando passionem sustinuit, cum ab ipsius nutu vniuersa regantur & viuificentur. Quapropter omnis potestas signorum vel prodigiorum Deo facienti est adscribenda, & omnis tristitia passionis homini est imputanda. Sicut legimus Prophetam dicente: Homo in plaga positus, sciens ferre infirmitates. Nam quid amplius quam ipse homo de se testatur: Quid me queritis occidere hominem qui veritatem locutus sum vobis? Nunquid ad deitatem pertinet hoc dictum: Tristis est anima mea vsque ad mortem? Nunquid causa Dei Scriptum est: Quia oportet Filium hominis multa pati à senioribus, & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere? Nunquid causa Dei hæc oratio offertur: Pater, si fieri potest transfer calicem istum à me, si hæc vniuersa diuinitati sunt imputanda? Absit: Cum hic homo verè pro nobis passus sit, qui naturam de virgine ex radice nostra infirma in se habuit. Ideo nostras infirmitates in nostro mortali, vel passibili homini vere sustinuit, qui post passionem à Deo rursus vere assumptus est. Quod ipse Dominus absoluit: Ego pono animam meam, vt iterum accipiam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me. Itaque intellige, quia prior hic homo in natiuitate de Maria virgine assumptus est, & in passione permittente potestate eius traditus est, & post passionem denuo assumptus ab ipso vel acceptus est, sicut scriptum est: Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Vides qui secundum infirmitatem nostram homo vere crucifixus est, & secundum virtutem Dei viuit. Denique considera Deum pro dispensatione hominis sui, quem assumpsit, locutum fuisse: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Nonne de templo corporis sui locutus est hæc, quod post triduum ipse suscitauit à mortuis? Nunquid homo qui orabat, vt calix ab illo transiret, contra se dicebat: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo rursus assumendi eam? Vides quia vbi omnis potestas, nulla in deitate autoritas mortis est. Vbi autem infirmitas corporis est, ibi tristitia cordis est. Nunquid homo solitarius, Photine Hæretice, sine Deo aquas in vinum transfudit? aut confidentia sua mare pedibus ambulauit? Nunquid homo qui mortẽ timuisse videtur, sine Deo mortuos suscitasse inuenitur? Nunquid per potentiam hominis solitarij terra contremuit? aut rupes & saxa sese illidentia dissiluerunt? Nunquid homo sine Deo ventis imperabat, & placidas æquoris vndas compecebat? Nunquid homo solitarius à mortuis resurgere potuit? aut in medio discipulorum ianuis clausis stetit inter illos, & docuit eos de regno Dei? Nunquid homo solitarius aut super omnes cælos ascendere à semetipso sine Deo valuit? Hæc cuncta facta cum Deus causa assumpti hominis suis sit operatus, ideo omnis potestas signorum & prodigi-

Hier. 11.

Ioan. 18.

Esai. 53. Ioan. 10.

2. Cor. 13.

Ioan. 2.

Ioan. 10.

Miracula Christi eius diuinitatem aperiuunt.

giorum Deo est adscribenda, & omnis infirmitas passionis homini est imputanda. Sanè hic secundum naturam Dei, & non hominis dicta accipe, dicentis: **Qui me videt, videt & Patrem meum.** Sed & alio loco idem ipse repetit: **Nemo vidit Patrem, nisi Filius: Nemo scit Filium, nisi Pater.** Siue hoc: **Nemo vidit Deum & vixit.** Sed & Apostolus ad hanc testatur: **Qui est imago Dei inuisibilis.** Quod ipse Pater inuisibilis absoluit: **Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.** Vides vna esse inuisibilitatis diuinæ naturæ imaginem Patris, & filij, imò & sancti Spiritus, pure quam nemo vidit vnquam hominum, nec videre potest, sicut scriptum est: **Deum nemo vidit vnquam.** Nam si homo vere assumptus, visus, palpatus, flagellatus, pallio circumdatus, spinis coronatus, felle & acetò potatus, in ligno crucis clavis constipatus, lancea latere perforatus, sanguine & aqua madidatus, & vsq; adeo sepulturæ traditus vel humatus sit. Nonne hæc cuncta vere secundum naturam hominis sustinuit Marcionita? Denique de ipsa natura hominis scriptum accipe, & tu Paganis consimilis folicola Manichæ: nunquid de natura Dei dictum est: **Videte manus meas & pedes meos, quoniam ego ipse sum, palpate & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem?** Vtique causa hominis, & non deitatis post resurrectionem piscem & fauam edit. Nunquid vt deitas à Thoma videretur, poscit ab eo: **porrigè digitum tuum huc, & vide manus meas, & immitte manum tuam in latere meo, & noli esse incredulus, sed fidelis?** Absit: Dum ipse de Deitate sua prius dixerit: **Nemo vidit Filium nisi Pater.** Et: **Qui me vidit, vidit & Patrem meum.** Nonne hic nulla phantasia facta est, vbi vniuersa veritas in hominis passione, vel resurrectione declarata est? Interrogabo & te Photine, qui Christum Deum verum abnegas, & hominem purum tantummodo confiteris. Nunquid causa hominis cautum inuenitur: **In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil?** Nunquid homo in hoc principio fuit, Homuntionita, & non Deus Dei Filius ante omne omnino principium semper vna cum patre fuit? Sanè hunc hominem de Maria virgine assumpsit. Nunquid per hominem visibilia & inuisibilia facta sunt? sicut magister gentium testatur: **Omnia per ipsum facta sunt visibilia, & inuisibilia, tam ea quæ sunt in cælo, quam ea quæ sunt in terra, siue throni, siue virtutes, siue potestates, siue dominationes?** Accipe in hoc dicto & tu consimilis synagoga Satanæ, nomen falsum apostatice Iudæe, qui asseris Patrem ad Angelos locutum fuisse, **Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Dum imago Angelicæ facturæ sit Spiritus vel ignis: quæ tamen à Deo Filio facta est, sicut scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.** Vel hoc: **Qui facit Angelos suos Spiritus, & ministros suos ignem flammantem.** Nunquid Angelus vt ipse factus est, alterum ministerio facere, aut imaginem suam ipse potuit? Absit. Planè Deus Dei Filius ad imaginem vnitæ immortalitatis suæ, similitudinem æquitatis suæ fecit hominem, vt homo in qua iustitia factus fuerat, imaginis incorruptæ permaneret, & simi-

litudinem voluntatis per operationem spiritalem factoris imitando possideret, dum non sit factus talis homo proprie, qualis est pura creatoris imago diuinitatis: quia sanè interest ad imaginem & similitudinem referri: & multū distat, vt qualis vel quantus est factor, tantus dicatur esse qui factus à Deo est. Vnde post transgressionem Adam imaginem immortalitatis, in qua factus fuerat, amittit: quia diabolo consensit, vt cautum est: quia Deus mortem non fecit, ne claretur in perditione viuorum. Siue hoc: qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & immortalitatem. Vel hoc: **Absorpta est mors in victoria, vbi est mors aculeus tuus?** Aut hoc: **Novissimus inimicus destruitur mors.** Sed & hoc: **Quoniam Deus omnes vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis peruenire: Nec non & hoc scriptum est: Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde.** Sed & in Euangelio positum est: **In ipso quod factum est, vita est, & vita erat lux hominum.** Itaque quod in Adam amisimus, per Christum dominum nostrum in baptismo suscepimus, vt scriptum est: **Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.** Vides imaginem primi hominis de transgressionem factam esse mortalem siue terrenam: & imaginem secundi hominis, de iustitia & veritate factam esse immortalem vel cælestem: **Dum in Adâ omnes moriuntur, & in Christo omnes viuificantur.** Disce iam tu Ebion & Photine semper fuisse Deum Dei Filium cum Patre, qui hominem & vniuersa instituit, qui se ante Abraham in claritate Euangelicæ censuræ fuisse testatur, dicens: **Ante Abraham ego sum: Et non Deitas Filij Dei, quæ vna cum Patre semper fuit: Nam hic homo Filius Dauid, & Filius Abrahæ nuper sit genitus.** Vtique hæc cuncta superius dicta ipsa diuinitas Filij Dei est operata, antequam hominem assumpsit, qui pro nostra salute denuo de spiritu sancto ex Maria virgine natus est. Vnde deus verus, & homo verus est sicut & Filius Dei, & Filius hominis est, dum de Deo Deus, & secundum carnem idem ipse Filius hominis. Itaque sciat se omnis confusa sylua Hæreticorum, vbi tot genera draconum & ferarum requiescunt, in hoc blasphemate, cum alij Deum sine homine tantum prædicet, & alij hominem tantummodo purum sine Deo profiteantur. Dum causas dispensationis passim confundunt, infirmitatem humanam mortalis hominis diuinitati immortalis adscribant, aut impassibilem deitatem ad naturam hominis passibilis proprie comparent, in hoc miseri laborant, vt alij Deum verum, & alij hominem verum Filium Dei abnegent. Respondete mihi manichæi, Filij tenebrarum, in quos tot genera serpentium lubricos habent anfractus, **Filium Dei, id est, Deum verum, & hominem verum de Maria virgine pro nostra salute non confitemini, vt scriptum est: Ecce virgo in utero concipiet & pariet Filium, & vocabis nomen eius Emanuël: quod interpretatur, nobiscum Deus.** Si phantasma tibi videtur Angelum Gabrielem Mariæ testificari, dicentem: **Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam ante Deum: Ecce accipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum: Vel Euangelista ad hæc testante: Et peperit Filium primogenitum, & pannis eum inuoluit, & posuit in præsepio.** Nunquid phantasia fuit, quod adorauerunt Magi

Magi venientes ab Oriente? Nunquid phantasia secundum legem octaua die manibus palpatur vel circumciditur? Nunquid pro phantasia infantes occisunt? Nunquid phantasia Ioannes manibus atretans baptizauit? Nunquid phantasia erat super quem vidit Ioannes Spiritum sanctum in specie columbæ venientem, & manentem super eo? Nunquid phantasia pedes discipulorum manibus lauit? Nunquid phantasia vere madaucavit & bibit? Nunquid phantasia lutum de sputo fecit, & liniuit oculos cæci, & vidit? Nunquid phantasia Lazarum fœtētem quarto die suscitauit? Nunquid phantasia vnicum matris viuificauit? Nunquid phantasia in cruce pependit, cum tremefactis cardinibus mundi videns Centurio confessionem dedit, dicens: **Vere Filius Dei est hic: Nunquid phantasia in sindone inuoluit Ioseph, & posuit in monumento? Nunquid phantasia à mortuis post tres dies resurrexit, & in cælis ascendit, & sedit ad dexteram Patris? Absit Manichæe, in quo diabolus vniuersa phantasmata erroris est operatus: præsertim cum hæc cuncta superius memorata, Deus verus in homine vero sit operatus. Ideoque cognosce in hoc loco & tu Ariane, quem diabolus in agro dominico inter bonum triticum ausus est ad eradicandum semē suum zizania ferere. Memento quemadmodū acceperis, & quomodo audieris: **Serua & age penitentiam. Sin vero, veniam ad te vt fur, & nescis qua hora veniam ad te.** Audis hæretice, qui nomen tantum Christiani habes, & ore diaboli loqueris, qui ignoras causa dispensationis hominis dictum fuisse: **Qui me misit, maior me est. Hæretice, si pro dispensatione hominis, vt asseris, positum est: Qui me misit, maior me est: Ergo quo tempore missus à Patre est? Forte dicturus es: Absens ab illo. Tūc non fuisse recognoscitur.** A T H A. O satis confusa conscientie cæcitas, quæ prorsus serpentis veneno est infecta. Vtique si absens à Patre fuit, quomodo indiuisa natura est? & si diuisus est, quomodo vnus in vno est? Et si absens fuit, cum in homine fuit & est, cur à piscatore Ioanne nobis in sinu Patris agens vnus semper annunciatum est dicens: **Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.** Denique ad hæc ipsum audi loquentem: **Verba quæ locutus sum, non sunt mea, sed eius qui me misit.** Sed & hæc: **Opera quæ ego facio nō sunt mea, sed eius qui me misit Patris ipse operatur sua.** Et: **Si mihi non creditis, operibus credite, quia ego in Patre, & Pater in me. Ecce de loquente Pater loquitur, & de operante Pater vniter operatur, & de manente Patre in Filio, manet Filius in patre.** Vides indiuisam esse naturam diuinitatis Patris, & Filij, dū quod loquitur natura Filij, vniter loquitur & Patris, & quod operatur natura Filij, hæc ipsa vniter natura diuinitatis operatur & Patris. Et cum maneat naturaliter filius in Patre, idē inuicē manet Pater in Filio. Itaq; cōsidera, quia quicquid ad deitatem refertur, vnitatē indiscrētā esse designat: quicquid humanam hominis indicat, naturam infirmitatis ostendit, sicut ipse ait: **Spiritus carnē & ossa nō habet, sicut me videtis habentē.** Nonne in hoc dicto hominē ostendit? Nā secundum Deū sic persecutus est Spiritus est qui viuificat: **Nam caro nihil prodest: Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt.** Vides quia vbi autoritatem refert, diuinitatē indiuisam esse ostendit, vbi ad hominem, naturam**

phantasia
secundum legem
occtaua die
manibus palpatur
vel circumciditur
Nunquid pro
phantasia
infantes occisunt
Nunquid phantasia
Ioannes manibus
atretans baptizauit
Nunquid phantasia
erat super quem
vidit Ioannes
Spiritus sanctum
in specie columbæ
venientem
& manentem
super eo
Nunquid
phantasia pedes
discipulorum
manibus lauit
Nunquid
phantasia vere
madaucavit
& bibit
Nunquid
phantasia lutum
de sputo fecit
& liniuit oculos
cæci
& vidit
Nunquid
phantasia Lazarum
fœtētem
quarto die
suscitauit
Nunquid
phantasia vnicum
matris viuificauit
Nunquid
phantasia in cruce
pependit
cum tremefactis
cardinibus mundi
videns Centurio
confessionem dedit
dicens
Vere Filius
Dei est hic
Nunquid
phantasia in sindone
inuoluit Ioseph
& posuit in monumento
Nunquid
phantasia à mortuis
post tres dies
resurrexit
& in cælis
ascendit
& sedit ad
dexteram Patris
Absit
Manichæe
in quo diabolus
vniuersa
phantasmata
erroris est
operatus
præsertim
cum hæc cuncta
superius
memorata
Deus verus
in homine
vero sit
operatus
Ideoque
cognosce
in hoc loco
& tu Ariane
quem diabolus
in agro dominico
inter bonum
triticum ausus
est ad eradicandum
semē suum
zizania ferere
Memento
quemadmodū
acceperis
& quomodo
audieris
Serua
& age
penitentiam
Sin vero
veniam ad te
vt fur
& nescis
qua hora
veniam ad te
Audis
hæretice
qui nomen
tantum
Christiani habes
& ore
diaboli loqueris
qui ignoras
causa
dispensationis
hominis
dictum fuisse
Qui me misit
maior me est
Hæretice
si pro
dispensatione
hominis
vt asseris
positum est
Qui me misit
maior me est
Ergo
quo tempore
missus à Patre
est
Forte
dicturus es
Absens
ab illo
Tūc non
fuisse
recognoscitur
A T H A
O satis
confusa
conscientie
cæcitas
quæ prorsus
serpentis
veneno est
infecta
Vtique
si absens
à Patre
fuit
quomodo
indiuisa
natura est
& si diuisus
est
quomodo
vnus in vno
est
Et si absens
fuit
cum in
homine
fuit & est
cur à
piscatore
Ioanne nobis
in sinu
Patris agens
vnus
semper
annunciatum
est dicens
Deum
nemo vidit
vnquam
nisi vnigenitus
qui est in
sinu Patris
ipse
enarrauit
Denique
ad hæc
ipsum audi
loquentem
Verba
quæ locutus
sum
non sunt
mea
sed eius
qui me misit
Sed & hæc
Opera
quæ ego
facio
nō sunt
mea
sed eius
qui me misit
Patris
ipse operatur
sua
Et
Si mihi
non creditis
operibus
credite
quia ego
in Patre
& Pater
in me
Ecce de loquente
Pater loquitur
& de operante
Pater vniter
operatur
& de manente
Patre in Filio
manet Filius
in patre
Vides
indiuisam
esse naturam
diuinitatis
Patris
& Filij
dū quod loquitur
natura Filij
vniter loquitur
& Patris
& quod operatur
natura Filij
hæc ipsa vniter
natura diuinitatis
operatur & Patris
Et cum
maneat
naturaliter
filius in Patre
idē inuicē
manet
Pater in Filio
Itaq;
cōsidera
quia quicquid
ad deitatem
refertur
vnitatē
indiscrētā
esse designat
quicquid
humanam
hominis indicat
naturam infirmitatis
ostendit
sicut ipse ait
Spiritus
carnē & ossa
nō habet
sicut me
videtis habentē
Nonne
in hoc dicto
hominē
ostendit
Nā secundum
Deū sic
persecutus est
Spiritus est
qui viuificat
Nam caro
nihil prodest
Verba
quæ ego
locutus sum
vobis
Spiritus
& vita
sunt
Vides
quia vbi
autoritatem
refert
diuinitatē
indiuisam
esse ostendit
vbi ad
hominem
naturam

infirmitatis designat. Ac per hoc omnis potestas Deo est adscribenda, & omnis infirmitas homini est imputanda. Hæretice, rogo, qui maior? qui assumptus, an qui assumptus est? Deus, an homo? hoc est, forma Dei, an forma serui hominis? qui glorificat, aut qui glorificatus est? sicut ipse dicit: **Nunc honorificatus est Filius hominis, & Deus honorificauit eum.** Et sic persecutus est: **Et Deus protinus honorificauit eum in se.** A T H A. Considera iam in his dictis vnā personam duplici vocabulo declaratam esse, Dei & hominis, Apostolo dicente: **Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.** Siue hoc: **Mediator autem vnus non est, Deus autem vnus est.** Vides autem mediatorem vel arbitrum vnū esse Deum, Dei & hominum, hominem Christum Iesum. Sed ediuerso dicis mihi Hæretice: **In vna persona quid potest discerni? Ergo si non discernis, certus esto, quia & deitatem passim simul esse ostendis.** Et cur tu in vno homine causam animæ discernis, Hæretice? secundum dominicū dictum, **ed quod non debeat timeri homo, qui habeat potestatem occidere corpus, animam autem non possit occidere?** Si tu in hac causa animam tantum discernis in vna persona hominis quæ ab homine non interimitur: quanto magis nos in vna persona Dei & hominis, causam immortalitatis, id est, deitatem ab hominis infirma natura discernimus? Denique Deum ad hæc audi loquentem: **Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.** Nunquid deitas dissoluta est, Marcelline hæretice, vt asseueras? siue sapientia, vel virtus Dei Patris, & non homo? Vtique homo vere passus est, qui templum Dei factus est, qui ab ipso resuscitatus est, sicut scriptura diuina testatur: **Confige clavis à timore tuo carnes meas.** Vel hæc dicta accipe: **Spiritus autem promptus.** Nonne de vna persona hæc dixit, cuius tantū causa distinxit: **Rogo, si ipse infirmitatē hominis, quam adsumpsit, deitati suæ immortalis non imputauit, tu tantam, & tam immensam deitatem, per quam omnia sunt facta, homini passibili adscribis?** Sicut soles proponere Apostolū dixisse: **Omnia subiecta sunt ei, præter eum qui subiecit ei omnia.** Nā cum subiecta illi fuerint omnia, & ipse subiectus erit ei, qui sibi subiecit omnia. Hoc euidenter ad deitatem diuinitatis Filij Dei non pertinet dictū, dum per ipsum cuncta sint facta, & semper illi fuerint subdita, quia nemo sit qui facturæ suæ non dominetur semper. Vnde homini qui nuper natus est, sine dubio ante passionē Filij non fuerant subiecta, cum adhuc ipse homo mortis esset pro nobis debitor. Vnde post passionē vniuersa sūt ei subdita, sicut ipse homo de se significat, qui adhuc in colis non fuerat: **Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.** Deniq; vel hoc accipe: **Et potestatem dedit ei ad iudiciū faciendū, quoniā Filius hominis est.** Ideo huiusmodi oēs cōparationes pro infirmitate hominis sunt dictæ: **Qui me misit, maior me est.** Siue in hoc dicto, in quo solent argumentari: **Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus: Cum alio in loco ipse dicat: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?** Sicut & de persona sancti Spiritus sic cautū inuenimus: **Spiritus tuus bonus deducat me in via recta.** Disce vna esse bonitatem in natura Patris, & Filij, & sancti Spiritus. Igitur vel nunc perpēde, quia omnis infirmitas homini est imputanda, &

omnis potestas bonitatis signorum vel prodigio-
rum deitati indiscretæ Trinitatis est adscribenda.
HÆRET. Ergo, si vna natura Patris, & filij indiscre-
ta est, quia dicitur vnus in vno est, sicut scriptum est:
Ioan. 10. Ego in Patre, & Pater in me: & causa dispen-
Idem 14. sationis hominis dictum fuisse asseris, id est, Qui me
misi, maior me est: quid iam de persona Spiritus
paracleti hoc loco dicturus es? minor non est, qui à
Filio missus est? Sicut ipse ait: Si nõ abiero: paracle-
tus non veniet. Et: Si abiero, mittam eum ad vos, &
docebit vos omnem veritatẽ. ATH. O inaudita adhuc
penitus tam inquisita præscriptio. Itaq; suggerente
ipso de se sancto Spiritu, oportet nos vnũ pro mul-
tis pertinens dare autoritatẽ exemplũ. Memento
reciprocã esse hanc naturã: virtutẽ mittentis &
missi, dum hic qui nunc missus est, ipse iam pridem
missũ mittentem inueniatur. Deniq; per sanctum
Esaia. 48. Esaia Deum Dei Filium accipe testantẽ: Accedite
ad me & audite hæc. Non ab initio in occulto lo-
cutus sum, cum fierent illic eram, & nũc Dominus
misi me, & Spiritus eius. Disce tandem aliquãdo
Mittentis & missi vnitã esse hanc naturã diuinitatẽ mittentis & missi,
vnam esse natu- ram. dum qui nunc in Euãgelio quãuis missurum se Spi-
ritum paracletũ testatus sit, tamen se ipse ab eo iam
prius missum per inlytum Esaia professus est:
dum hic qui mittitur, à mittente nunquam diuidi-
tur, quia indiscreta natura est, dum inter mitten-
tem & missum personã ostenduntur, & nulla in
diuinitate diuisio est. Præterea dum vbiq; præfens
& exterius, à summitate cœlorũ vsq; ad profundi-
tatem inferorum. HÆR. Rogo si Filius hominis

est, vt de vetere scripturarũ autoritate mihi indices.
ATH. Quãso audi Psalmographũ: Fiat manus tua
super virum dexterae tuæ, & super filium hominis,
quem cõfirmasti tibi. Ecce Filiũ dexterae, ecce filiũ
hominis, sicut Apostolus dicit: Qui factus est ei ex
Rom. 1. semine Dauid secundum carnẽ. Nam secundũ dei-
tatẽ, sic ait: Qui prædestinatus est Filius Dei in vir-
tute, secundũ Spiritũ sanctificationis. Sicut & ipse
Phariseos interrogat de diuinitate sua: Quid vobis
videtur de Christo? cuius Filius est? Respõderunt
Mat. 22. ei Iudæi: Dauid. Et ait illis: Quomodo ergo Dauid
in Spiritu vocat eum Dominũ dicẽs: Dixit Domi-
nus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponã
inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ? Si ergo Da-
uid in Spiritu vocat eum dominũ, quomodo Filius
eius est? Et nemo poterat respõdere illi verbũ. Disce
ergo quia secundũ carnem Filius hominis est, hoc
est, Dauid, & secundũ diuinitatem idem ipse Filius
Dei est in virtute, & Dominus ipse Dauid est. Quã-
obrem Vnigenitũ dum scriptura refert, secundum
diuinitatẽ indicat, quia in deitate vnigenitus à Deo
Patre omnino fratres nõ habet: & dum Primoge-
nitum nominat, naturã hominis ostendit, quod A-
postolus declarat dicens: Vt sit ipse primogenitus
inter multos fratres. Ac per hoc in deitate vbi di-
cit, impassibilem diuinitatem designat. Vbi autem
potestas est Dei, in
causã hominis indicat, naturã passibilem esse de-
mõstrat. Vides quia vbi secundum autoritatẽ refert,
diuinitatem indiuisã esse ostendit. Vbi secundum
hominem, naturam infirmitatis declarat. Ideo om-
nis potestas Deo est adscribenda, & omnis infirmitas
passionis homini est imputanda.

D. ATHANASII ALEXANDRINI

EPISCOPI, DE SINGVLIS NOMINIBVS, AD-

VERSVS NOVELLAM HÆRESIM CUIVSDAM

POTENTINI VRBICI,

LIB. IIII.

HÆRET.



IC iam de singulis nominibus atq; A
personis identidem referas mihi.
ATH. Non tibi sufficere debuerat
vnum pro multis expositum fidei
dominicæ exemplum, dicentis: Eũ-
tes baptizate omnes gentes, in no-
mine Patris, & Filij, & sancti Spiritus: De quo iam
pridem in primo libello tam absolute digesserã, in
quo totius sacramenti veritatẽ in vna deitate con-
sistere declaraueram. Necnon & nomina propria
in singulis personis inesse distinxeram. An ignoras,
quia Pater vnus innatus est, & ipse sibi Filius non
est, & vnus hic Spiritus sanctus, qui nõ vt hic Pater
genuit, & non sicut hic Filius natus est, sed nec fa-
ctura est? Sanẽ vt scriptura diuina testatur de vnita
veritate est, ac per hoc nomina vera propria in per-
sonis sunt, & non vocabula vacua. HÆRET. Vt
hæc de autoritate ostendas postulo. ATHAN. In
claritate Euangelij scriptum est: Et baptizato Iesu,
confestim ascẽdit de aqua, & ecce aperti sunt cœli,
& vidit Spiritum Dei descendentem de cœlo sicut
columbam venientẽ in ipsum. Et ecce vox de cœ-

lis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo com-
placui. Nonne alter est in persona qui baptizatus
est, & alter qui sicut columba de cœlis descendit, &
& alius adæquẽ cuius vox de cœlis audita est? Alio
in loco scriptũ est: Omnis qui diligit Patrẽ, diligit
cum qui natus est ex ipso. Nunquid ipse est Pater in
persona, qui & natus est? Absit: Vel hoc accipe te-
stimonium: qui non confitetur Filium, nec Patrẽ
habet: qui autem confitetur Filiũ, & Filium & Pa-
trem habet. Denique Patris vocem de cœlis audi
dicentem: hic est Filius meus dilectissimus in quo
bene complacui, ipsum audite. Dum omnimodo
alter sit, qui testetur de cœlis, & alius adẽquẽ in ter-
ris. Sicut Filius ad Patrem clamat: Pater, hono-
rifica nomen tuum: Et venit vox de cœlis: Et hono-
rificauit, & iterum honorificabo. Nam & alio
in loco idem ipse repetit: Ego à Patre exiui, &
veni. Vtique si ipse erat Pater in persona, qui &
Filius, sic debuerat intimasse: Ego à me exiui, &
veni. Dum proculdubio alter sit, qui exiuit, & alius
sit de quo exierit. Sed ad hæc subiunxit de per-
sona sancti Spiritus: Cum venerit aduocatus illẽ,
quem ego mittam vobis à Patre meo. Spiritum
veritatis

veritatis qui à patre meo procedit, ipse testificabi-
tur de me. Itãne nõ alter est qui mittit, & alius ad-
æquẽ in persona à quo procedit, & alter est hic ipse
qui venit? Deniq; si vna esset persona, à quo tandẽ
mitteretur? vel à quo procederet? Sicut Apostolus
hæc in salutatione ad Corinthios confirmat, dicẽs:
2. Cor. 13. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei,
hoc est Patris, & cõmunicatio sancti Spiritus cum
omnibus vobis. Nonne aperte per singula nomina,
sicut & superius continetur, singulas personas in-
esse distinxit? Itaque alter est Pater in persona qui
genuit, & alius Filius est, qui vnigenitus ab ipso, &
alius Spiritus paracletus, qui de vnita natura est. Sed
dicis mihi Hæreticẽ, quemadmodũ Spiritus de vnita
natura consistit? Ecce Filius de eõ testatus: A pa-
tre procedit: & sic persecutus est, & de meo acce-
pit. Quod testimonium Pater cõprobauit, dicens:
Spiritus à me procedit. O homo! si Spiritus hic pa-
raclerus, vt dicis, Pater nõ est, Filius non est, factu-
ra nõ est, quid tibi esse videtur? O vera cecitas: Vti-
que si scriptura tibi non sufficit, quã sic de eo signi-
ficat, me nõ est iam super eo quod interrogas. Sanẽ
non debeo dissimulare, eõ quod non tibi debeam
indicare quod sentio. Sed vt prius scias quos la-
queos euites, indicabo tibi. Hæc hæresis nouella
exitit inaudita cuiusdã VRBICI POTENTINI,
qui hunc Spiritum sanctũ, Patrem aut Filium, aut
certe facturam vsurpat debere confiteri: Vt si quis
certe ignarus, vel rudis in scripturis diuinis, de his
quã per amaritudinem versutia eius sunt in mediũ
prolata commenta audierit, & aliquid ex his bla-
sphemẽ dictis elegerit, statim in hæresim incidat.
Audi itaque quemadmodum absolui debeant tor-
tuosa vincula iniquitatis eius. O Potentine, qui ad-
uersus scripturas diuinas, vel totum mundum tu solus
à Catholicis dissentis, dum Philosophorum do-
ctrinas scõctaris, qui sic sentis: vtiq; si Spiritus san-
ctus, & hic paracletus, vt dicis, Pater esset, sine du-
bio iam non esset vnus Pater, sed duo patres: aut
si Spiritus & hic paracletus, Filius esset, sine du-
bio iam non vnus Filius esset, sed duo Filij: vel si fa-
ctura esset Spiritus paracletus, procul dubio non
iam esset verus Deus, qui factus est, quod absit: Ac
per hoc eadẽ ipsã repeto, & per apertiores sermo-
nes hæc dicta de autoritate iuris indico. Igitur si
alter Pater erat & hic paracletus vt quid dictum
Apostoli inuenimus: Vnus enim Deus Pater? Siue
hoc dictum: Nobis tamen vnus Deus Pater, ex
quo omnia, & nos in ipsum? Disce ergo, quia vnus
est innascibilis Deus Pater. Sed & si alter Filius es-
set hic Spiritus consolator, cur vnigenitus Filius à
Ioanne Euangelista, prædicabatur, dicens: Deum
nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus Filius, qui est
in sinu Patris, ipse enarrauit? Siue hoc: Et vnus Do-
minus Iesus Christus per quem omnia, & nos per
ipsum. Vides quia vnus est Filius, qui est vnigenitus
Deus. Sed & si creatura erat Spiritus sanctus, &
Deus verus non erat: cur legimus ipsum Dominũ
Christũ Nicodemo indicantẽ: Quod nascitur de
Spiritu, Spiritus est: Et: Quia Deus ipse Spiritus est.
Vel saltem hoc exemplum accipe: Er nolite con-
tristare Spiritum sanctum Dei in quo signati estis
in die Redemptionis. Sed ad hæc dicta suscipe: Nisi
quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non
intrabit in regnũ cœlorum. Memento, quia Deus
est Spiritus sanctus, qui cuncta operatur in signis &

prodigiis, sicut vas electionis breuiter absoluit:
Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus, di-
uidens singulis prout vult: Qui vtiq; si creatura
erat, quemadmodũ hæc vniuersã mirabilia poterat
operari? Vnde non Pater est hic paracletus; Potẽ-
tine, ne duos Patres aduersus stylum regulæ autori-
tatis in confessione introducantur: & non Filius
est, ne duo Fili contra sacras scripturas esse videan-
tur: & non factura est, ne nõ Deus verus sit. Sed ad
postremũ quid dicas, audi ipsã scripturã diuinã:
Verus est Deus, quia de ipsã vera deitate vnita, in-
comparabilq; cõsistit. HÆR. Rogo, si vnita deitas
est incõparabilis, nunquid sic & nomina personarũ
incõparabilia sunt? ATH. Proh dolor, si multi sunt
patres, qui aliquando patres non fuerunt, nunquid
aliquis ex his Deo Patri in sempiterna generatione
Pater digne comparabitur? Absit: Aut quia multi
sunt Filij, qui nuper nati sunt, & antea Filij nõ fue-
runt, nunquid aliquis ei ad sempiternã diuinitatẽ
Filius propriẽ adsimilabitur? Aut quia multi sunt
Spiritus in cœlo, & in terra, qui facti sunt, nõquid
aliquis eorum in sempiterna diuinitate sancto Spi-
ritui adæquabitur? Absit, ne factura factori suo cõ-
paretur, dum factura nuper cõperit, factor autem
eius semper ante omne omnino principium fuerit.
Memento vnum esse Patrem, ex quo omnia, & vnũ
esse Filium, per quem omnia, & vnũ esse sanctum
Spiritus, in quo omnia sicut scriptum est: Omnia
ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Cõsidera ad hæc su-
perius argumẽta dicta, tres significationes per vnũ
nomen esse ostẽdas, id est, ex ipso, & per ipsum,
& in ipso: dũ alius sit ex alio, aut per aliud, quia ad
singulas personas hoc pertinet dictũ. Nam de vni-
to nomine sic ait: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso,
quod idem ipsum est vnũ. Vnde quãuis hæc voca-
bula in proprias personas tacitẽ sint dicta, tamen
vnum nomen in his clausẽ est reuelatũ. Ergo quia
ait: Ex ipso, ex Deo Patre vocitat, vt fierent demõ-
strauit, & per ipsum, per deum Filium hæc ipsã facta
indicauit, & in ipso, in deo sancto Spiritu sancti-
ficata pronunciauit. Vides quia ex quo, ex Patre est
dictũ: & per quẽ, per Filium est factũ: & in quo, in
sancto Spiritu est vniter cõsummatum. Itaq; quod
ait, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, quia identidem
hæc ipsã est diuinitas Patris, quã & Filij, sic & san-
cti Spiritus, ideo cuncta ex ipso, & per ipsum, & in
ipso sunt facta. Ipsi trinitati vnitã & inenarrabili
honor & gloria in secula seculorum, Amen.
Et quã nomina in personis tantũ distinguantur, in trini-
tate per-
Filiũ, ipse Filius potest dici: Nũquid Pater hominẽ
de Maria virgine assumpsit? Nunquid Pater natus, tum di-
aut incarnatus, aut passus est? Absit à nobis, Sabelli
stinguan-
hæreticẽ, ne hanc blasphemiam admittamus. Dum
tur quo-
hic verus Filius Dei, vere incomparabiliter natus
modo.
fuerit de Patre, & pro nostra salute denuõ dignatus
Sabellianus
fuerit assumere hominẽ de Maria Virgine. Vnde
iam Deus verus & homo verus dicitur, imõ & est.
Ideo in hæc diuisã sunt nomina personarũ, ne quem
Patrẽ dicis, hunc eundẽ & Filiũ confusẽ designes,
aut ne Filiũ Patrem esse pronuncies, vel certe hunc
Spiritũ sanctum inæstimabilẽ, ne forte Patrem aut
Filiũ temere testeris, & nullã omnino firmitatẽ te-
nere inueniaris: dũ per ipsã nomina personarũ, ip-
sam vnitatẽ passim cõfundas, vt ipsum sibi dicas in
persona esse Patrẽ, quẽ & Filiũ, quãsi ipse se genuit.

Ioan. 10.
Idem 14.
Esa. 48.
Mittentis
& missi
vnam
esse natu-
ram.
Mat. 28.
Mat. 3.
Luc. 3.
2. Pet. 1.

2. Cor. 13.
Mat. 22.
Mar. 11.
Luc. 20.
Potestas
est Dei, in
firmitas
vero ho-
minis.
Vrbicus.
Absurda
ex errori-
bus Vrbici
collecta.
Ioan. 1.
Ioan. 3.

Ioan. 1.

patris filius eius est, quia de ipso inenarrabiliter ante omne omnino principium natus est: & sempiternitas filij Pater eius est, quia ipse cum ante cuncta secula incomparabiliter genuit: siue sempiternitas Spiritus paraleti vnita deitas eius est cum Patre & filio, quæ facta non est, sicut filius testatus est de eo: A Patre procedit, & de meo accipiet. Sed & Pater hæc dicta comprobatur per Prophetam, dicens: Spiritus à me procedit. Et alio in loco: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Quod in Pentecoste in Apostolos factum fuisse, scripturæ diuinæ testantur. Nam sicut Pater declarat filij suum in deitate sua, quoniam Deus verus est: ita & filius demonstrat Patrem in substantia sua, quoniam Deus verus est: sic & Spiritus sanctus reuelat Patrem & filium, in vnica natura sua æterna quoniam Deus verus est. Hæc est, inquam vnica omnipotens sempiterna trinitas, cui de recenti in deitate nulla accessit dignitas. Hæc R. Interrogo te, responde mihi: Non ergo mutabilis, vel conuertibilis hæc vnica substantia trinitatis? ATHANASIVS. Audi itaque, scriptum est: Ego sum Deus, & nõ sum mutatus. Vel Prophetam ad hæc dicentem: Mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & annitai non deficient. Intellige itaque nec incrementum, nec detrimentum vllum posse sustinere hanc immutabilem vnitam plenitudinem substantiæ trinitatis. Hæc R. Rogo, si vnica est substantia diuinitatis Patris, & Filij, & Sancti Spiritus, de autoritate scripturarum mihi id indices. ATHANASIVS. Audi Spiritum sanctum per hieremiam prophetam testatam, vel imò Hæreticos per hæc autoritatis iura increpantem: Super montes accipite planctum, & super semitas deserti luctum, quia defecerunt, eò quòd non sint homines, non audierunt vocem substantiæ. A volatilibus cæli vsque ad pecora. Et sic profecutus est: Quis homo sapiens & intelligit hæc? Hic, vt intelligi datur, montes, & colles in superbia elatas potestates huius mundi esse. Et semitæ deserti, Iudæi sunt, qui semper errantes Christum Deum verum, de substantia Patris ante cuncta secula natum, non cognouerunt: Volatilia autem cæli: Hæretici sunt, qui omni vento doctrinæ huc atque illuc, sicut aues circumferuntur, & vnitam iussionis vocem, substantiæ Patris, & Filij, & Sancti Spiritus esse non confitentur: Pecora adæque gètiles sunt, qui Deum factorem suum non cognouerunt. Vere nemo ex his arbitrandus est sapiens, qui non intelligunt hanc vnitam esse substantiam trinitatis. Vel ad hæc intellige Prophetam clamantem: Quis stabit in substantia Domini, & videbit verbum eius: planè quis hominum potuit stare in substantia Domini & videre verbum, id est, filium eius: sicut ipse dicit: Et nemo vidit Patrem nisi filius, & nemo scit filium, nisi Pater. Vel tale dictum accipe: Qui me vidit, vidit & Patrem meum. Nam de persona paraleti, idem ipse effatus est: Spiritus vbi vult adspirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat, sic est omnis qui natus est ex aqua & Spiritu sancto. Considera vnã esse inuisibilem substantiam trinitatis. Sed ad hæc adiecit: Si steterissent in substantia mea, & audissent verba mea, auerissem eos à studiis eorum pessimis. Vel in hoc substantia mea, dulcedo mea est: Necnon: Qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ eius. Sed & hoc, quòd secundum autoritatem iure opti-

10el. 2.

simile.

Maluc. 3. Psal. 101

Hier. 9.

Explana- tio.

Volatilia cæli.

Pecora.

10an. 14.

10an. 3.

Heb. 1.

splendor quid.

mo. censetur, accipe: Splendor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis ipsius Deus filius. Vides vnã esse inuisibilem imaginem substantiæ gloriæ bonitatis. Denique paulum Apostolum pro increpatione hereticorum audi hanc imaginem declarantem: Sed si opertum est Euangelium nostrum, in his qui perirent est opertum, in quibus Deus seculi huius excæcauit mentes infidelium, vt non peruideant lumen Euangelij inuisibilis. Hæc R. Sanè si & Spiritus sancti imago inuisibilis Dei Patris, & filij est, de autoritate mihi indica. ATHANASIVS. Scio quia difficilis exitus est hic ignorantibus in absolendo, sed nos oportet semper ad coruscantis Pauli eloquium intento corde aspicere, dicentis: Nos omnes reuelata facie gloriæ Domini specularantes in eandem imaginem reformamur à gloria in gloriam, sicut à Domini Spiritu. Considera in vnã imaginem quemadmodum vnã glorianter designauit, id est gloriam Domini, à gloria in gloriam, sicut à Domini Spiritu: nõne vt est imago Dei Patris in gloria, sic eadem ipsa talis imago est gloriæ filij, sicut sancti Spiritus imago gloriæ eadem ipsa & tanta vel talis est? Hæc R. Declara mihi, si diuisa est hæc vna, atque eadem ipsa substantia Patris, & Filij, & Spiritus sancti, an indiuisa, aut si extensa est inuicem? ATHANASIVS. O experientia hominis, qui seipsum non intelligit. Vtique vnã vbi indicasti vnitatis plenitudinem, substantiæ nomen indiuisum in eis esse monstrasti: nomina adæque tria. Et rursus in repetendo quòd distinxisti, proprietatem earumdem singulis personis inesse demonstrasti, meo modo quia inenarrabilia sunt quæ dicimus quæ omnino credenda sunt. Non tamen facultas data est, vt ad liquidum sint hæc à nobis discutienda: quoniam ipsa sacrosancta trinitas scire se tantum voluit, non tamen permisit vt Dei diuinitate sua proprie debeat definiri: vnde non est diuina substantia diuisa, aut extensa inuicem, vel protensa in aliquo, vel excisa in partibus, sed nec mutationi alicuius rei comparatur: quia liquor nõ est in hac natura planè, sed nec defluctio quædam, quia nullus detrimentum, vel augmentum sustinet, præsertim enim inenarrabilis sit hæc plenitudo substantiæ indiuisæ trinitatis, sicut ipse Deus Dei filius indicat: Ego in Patre, & Pater in me. Sed & Spiritus sanctus in Patre, & in Filio inuicem, & in se consistens est: Sicut scriptum est: Quis enim scit hominum quæ sint hominis, quæ in ipso sunt, nisi Spiritus qui in ipso est? Ita & quæ in Deo sunt nemo cognouit, nisi Spiritus Dei: nos autem non Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis quæ & loquimur. Scito proprie veritatis argumentum indiscretum esse positum de homine & Spiritu, qui in ipso est, & de Deo & Spiritu, qui de ipso est. Nam & hoc: Qui se iungit metrici vnũ corpus efficitur, & erunt, inquit, duo in carne vna: qui autem se iungit Domino, vnus Spiritus est. Vides indiscretum esse hanc plenitudinem diuinæ trinitatis, sed & vbique præfens est ista natura trinitatis. Quæ omnia implet interius & exterius, à summitate cælorum vsque ad profundum inferorum, sicut ipse dominus per Prophetam testatur. Ego sum Dominus Deus, qui impleo cælum, & terram, & omnia quæ in eis sunt. Vel hoc vniter in Trinitate dictum accipe. Quòd i-

2. Cor. 4.

2. Cor. 3.

Trinitas tantum sciri potest sed non definitur

10an. 10.

1. Cor. 6.

bo à Spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiã: Si ascēdero in cælum, tu ibi es, & si descendero in infernum, tu ades illic. Si assumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in extremis maris: etenim inde manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Itaque quia dixit: quò abibo à Spiritu tuo, psalmographus, Spiritum principalem, qui à patre processit, declarauit: Faciem autem ipsius patris filium demonstrauit manifeste. Quis potest ante vnitam deitatem Trinitatis in cælo aut in inferno se occultare vel fugere? cui omnis orbis terrarum, velut stillicidiũ deputatum est, aut sicut spuma gracilis, aut ros quòd antelucanum de cælo descendit, sicut

scriptum est: Qui continet circuitum terræ, & eos qui habitant in ea sicut locustæ. Necnon: Qui mēsus est manu aqua, & cælum palmo, & vnuerfam terram clausa manu. Et rursus: Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorũ. Considera incomprehensibilem esse vnitæ diuinitatis virtutem, vt cælum, quòd palmo continetur, idem & thronus eius sit: & terra, quæ pugillo concluditur, rursus scabellum pedum eius sit. Ac per hoc vnuerfa implet, & omnia continet interius & exterius, vt vbique præfens est hæc indiscreta sempiterna Trinitas, cui est inuisibilis plenitudo diuinitatis.

Mat. 5.

D. ATHANASII ALEXANDRINI EPISCOPI, DE BEATITVDINE FILII DEI, ET DE PRÆSCRIPTIONE SECTÆ PESSIMÆ, AD THEOPHILVM. LIB. VI.

HÆRETICVS.



OSCO à te, de vnita deitatis nomine multifariè dictum vt identidem reperas, & sic de nominibus personarum in prosequendo distinguas. ATHANASIVS. Disce prius in ambiguo esse positam hanc tuam secundam interrogationem: Nõne vnitas nullo modo patitur vnionis personam in confessionem introduci: dum vnitatis naturæ nomen in tribus his personis sit: & tres hæc personæ in nomina tantum distincte sint: Vnde non potest vnitas ostendi in personis. Nec vt dixi, hæc personæ sine deitatis vnitate: nunquid potes Deum tantum confiteri, si & in hoc ignores, cui propriam personam debeas assignare? Nunquid oportet hunc Deum tantum indicare? Nisi & in hoc agnoscas vnitam personam eius distinguere in Filium qui natus sit. Nunquid sic confuse Deum tantum conuenit profiteri? nisi prius credatur, quis de vnita natura sit, & in hoc persona eius distinguatur, qua nec pater, nec filius, est hic Spiritus sanctus. Quapropter duplex est huius mysterij intellectus, Deus Pater, Deus & filius, Deus & Sanctus Spiritus. Vides vnitatis indicium in tribus esse personis, & tres has personas nominibus tantum esse discretas: vnde nec vnitas potest ostendi sine personis, nec hæc personæ sine vnito nomine deitatis. Ecce iam habes positos ante oculos tuos thesauros lucis, & thesauros tenebrarum, vbiubi placet, porrigere manum tuam. Vnde necesse est nos iam terminum immobilem, secundum Euangelicæ regulæ æquitatem, contra hostes figere, & per librantem sapientiam limitem iustitiæ vbique aduersus omnes hereses peragrantes custodire, vt cælitus hæc statuta veritatis mox viam lucis à tenebris diuidat. Hæc est, inquam via lucis, cuius in cõfessione aperitur ostium salutis: itaque qui in hanc professionem ingrediuntur, beatitudinem eius adipiscuntur. Beatitudo ei, qui confitetur vnũ Deum Patrem & Filium & Sanctum Spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur solum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Beatitudo ei, qui confitetur vnũ omnipotentem Deum Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur vnũ Deum Patrem, & Filium, &

& Sanctum Spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur vnũ Deum summum Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur vnũ Deum bonum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum sempiternum esse. Beatitudo ei, qui confitetur indiuisam esse substantiam patris, & filij, & Sancti spiritus. Beatitudo ei, qui nihil addiderit, vel diminuerit vnitæ naturæ Patris, & filij, & Sancti spiritus. Beatitudo ei, qui confitetur omnia bona facta fuisse à Patre, & Filio, & Sancto spiritu. Beatitudo ei, qui confitetur vnã æqualitatem in sempiterna plenitudine deitatis esse Patris, & filij, & Sancti spiritus. Beatitudo ei, qui secundum singula nomina trinitatis, id est, Patris, & filij, & Sancti spiritus proprias his tantum personas distinctas esse confitetur. Itaque idem ipse refrico quia vehementer timeo, ne aliquod offendiculum minus intelligētibz posuerim, adeo per apertiores sermones hæc ipsa dicta paucis exponere desidero verbis. Ego vbi vnũ Deum memini, ad vnitam deitatem Patris, & filij, & Sancti spiritus declaravi. Item omnipotentem Deum, ad omnipotentem substantiam trinitatis propalavi. Item solum Deum, ad solius naturæ supra scriptæ trinitatis indicaui. Identidè vnũ verum Deum, ad vnã veram naturam diuinitatis Patris, & filij, & Sancti spiritus hæc dicta retuli. Aut in quo summum Deum, aut summitatem dei Patris, & filij, & Sancti spiritus adsignaui. Siue vnũ bonum Deum, ad vnã bonitatem naturæ trinitatis demonstraui & vnũ Deum ad vnã dominationē deitatis reuelavi. Seu in quo indiuisam trinitatem memoratus sum, ad vnã substantiam plenitudinis eorum hæc præfatus sum. Et hæc omnia quæ superius singula indicaui, ad indiuisam deitatis sempiternitatem Patris, & filij, & Sancti spiritus manifestaui. Ac per hoc de vnito nomine deitatis, multifariè quamuis sit dictum per singulas personas, quòd retuleris in Patre, hoc ipsum & confitearis necesse est vniter esse vt in filio, sic & in Sancto spiritu. IDcirco qui legis, contestor ego hodie tibi cælum, & terram, per hanc scripturæ mæ fidei catholicæ confessionem: Quòd si non ex toto cor de eam fueris profecutus, aut in fastidium animi lectoris.

Sermonē sum cõ- uertis ad lectoris.

contemnendam ac detrectandam habere putaueris, eris tu ipse reus in die iudicij, cum huius scripturæ chirographum ante tribunal Christi in testimonium tibi fuerit recitatum, aut si in maledictionis via Hæreticorum, quod non opto, inuentus fueris examini sociatus. Quæ ergo ut à te caueantur, ideo inferius tibi recitabuntur. Hæc est, inquã, fugienda atque præcauenda via tenebrarum, in qua tot genera serpentium lubricos habent anfractus, aduersus quos oportuit nos scutum fidei per nomina vera personarum confitentes erigere, ut secundum ipsam autoritatem eos diuinitus iaculemur, vnde tot & talia sunt ferramenta Spiritualia, quot & vulnera refecanda: ac per hoc non fuit dissimulanda causa mortifera, quoniam non poterant ea prius per fomenta blandiente medicina curari, ne intrinsecus in peius serperet cancer. Nam si velint seueritatis prius ferramenta recipere, facile poterant ad medelã salutis peruenire: Sed quoniam adhæsit in illis radix zizanix, germinans in felle amaritudinis, propterea diffidunt introire in viam confessionis, quia hæc via lucis scandalum est illis. Vnde oportet nos ostendere eis, quos edat viæ suæ fructus maledictionis omnium male credentium, sicut scriptum est: Maledictus omnis, qui non obaudierit verba libri huius, ut faciat ea in corde suo. Maledictus qui Patris, & Filij, & Sancti spiritus vnitam sempiternam substantiam esse non cõfiteretur. Maledictus, qui secundum tres personas, tres diuersas substantias esse cõfiteretur. Maledictus, qui tria principia in hac eorum vnitatem sempiterna deitatis esse confiteretur, Maledictus, qui solum verum Deum Patrem, & vnigenitum verum Filium, & vnicum verum Deum Spiritum sanctum non confiteretur. Maledictus, qui vnitum nomen secundum deitatem, trinitatis esse non cõfiteretur. Maledictus, qui conuertibilem diuinitatem Filij dei, id est, verbum Dei, sic in carnem translatum vel mutatum profiteretur, ut hoc modo desuerit aut amiserit, quod iam pridem ante assumptionem hominis fuerit, præsertim cum talis in homine præsentem tempore fuerit, & sit, qualem se semper ante assumptionem hominis vnã cum Patre fuisse conscius erit, fiat, fiat. Maledictus, qui indiuisam deitatem Patris, & Filij, & Sancti spiritus non confiteretur. Maledictus, qui propter tria nomina personarum tres deos, aut tres substantias, aut tres omnipotentes confiteretur. Maledictus, qui secundum singulas personas tria nomina tantum distincta Patris, & Filij, & Sancti spiritus non cõfiteretur. Maledictus, qui vnã personam confiteretur. Maledictus, qui quem Filium dicit, hunc eundem & Patrem confuse designat. Maledictus, qui Patrem natum, aut incarnatum, aut passum esse confiteretur. Maledictus, qui inenarrabiliter Filium vere genitum de substantia Patris esse non confiteretur. Maledictus, qui hanc natiuitatem factam, aut creatam vel conditam esse confiteretur. Maledictus, qui verum Filium Dei ex voluntate tantum dicit esse, & non potius de natiuitate. Maledictus, qui dicit, erat tempus quando non erat filius. Maledictus, qui hanc dei natiuitatem ex nullis extantibus phantasma esse confiteretur, quod Græci *ἐξ ἄνω* appellant. Maledictus, qui diuinitatem Filij dei dicit initium habere de tempore, ortum ex nihilo, nomen quasi adoptionis accepisse nuper ex altero. Maledictus, qui vnũ de vno, filium

maledi-
ctones.

A de patre vere natum non confitetur. Maledictus, qui impassibiliter Filium natum de Patre non confitetur. Maledictus, qui dicit, fuit aliquando Pater sine filio. Maledictus, qui non confitetur, ante omne omnino principium, vel initium semper fuisse filium eum Patre. Maledictus, qui immortalem diuinitatem Filij Dei esse non confitetur. Maledictus, qui de sempiterno filio Dei dicit: non erat antequam de Maria nasceretur. Maledictus, qui vnitam deitatem Patris, & filij, & Sancti spiritus, ex charitate concordix tantum esse confiteretur, & non magis per hanc ipsam vnitam diuinitatem. Maledictus, qui vnitam deitatem in tres has personas esse non cõfiteretur. Maledictus, qui aduersus vigorem & censuram diuinæ scripturæ hunc verum Deum spiritum paraclitum Patrem, aut filium, vel certe facturam vsurpat debere confiteri. Maledictus, qui filium Dei, Deum verum & hominem verum de Maria Virgine nuper assumpsisse pro nostra salute non confitetur. Maledictus, qui filium Dei hominem tantummodo solitarium, vel purum tantummodo confiteretur. Maledictus, qui Deum Dei filium sempiternum de assumptione hominis nuper hoc principium habere assignat. Maledictus, qui deitatem eius passam esse confiteretur. Maledictus, qui incomparabilem deitatem trinitatis proprie ad hominis lineamenta esse confiteretur, dum scriptum inueniamus, quia non sit illi similis quisquam Deus in celo sursum, neque in terra deorsum. Væ vobis, qui primam fidem baptismi cœlitus institutum irritam facitis, & instrumenta libertatis semel cõcessa per iterationem infirmatis. Væ vobis, qui lapsis penitentibus veniam tribuendam esse non creditis. Væ vobis, qui Patris, & filij, & Sancti spiritus vnã personam defenditis, & non tres, secundum ipsa nomina veritatis. Væ vobis, qui filium Dei de Maria virgine nihil assumpsisse creditis. Væ vobis, qui filium Dei mediatorem Dei & hominum non cõfitemini: Fiat, fiat. Væ vobis, qui falsos Prophetas, aut falsos Apostolos in autoritatem accipitis. Væ vobis, qui graua peccata dimittitis & aduersus autoritatem Apostolorum nuptias secundas damnatis. Væ vobis, qui peccatum aut mortem Dominum fecisse ascribitis. Væ vobis, qui hunc mundum à semetipso semper coeternum deo fuisse ascribitis, ut à Deo factum esse negetis. Væ vobis, qui mundum ex aliqua subiacti materia factum esse defenditis. Væ vobis, qui non per hunc factorem Deum Patrem, & filium, & Sanctum spiritum cuncta que in cœlis sunt & in terra, id est, visibilia & inuisibilia facta esse creditis. IDENTIDEM. hic cõtra diuersa mortifera venena draconum & aspidum est nostra congressio. Si quis confiteretur Angelum apostaticum in natura qua factus est, non à deo factum fuisse, sed à se esse, vnde det illi sempiternum cum deo principium, anathema illi. Si quis confiteretur Angelum apostaticum in mala natura à Deo factum fuisse, & non dixerit eum à semetipso voluntate sua malum concepisse, anathema illi. Si quis confiteretur Angelum Satanæ mundum fecisse, quod absit, & non iudicauerit omne peccatum per ipsum adinuentum fuisse, anathema illi. Si quis confiteretur, quod Deus animam hominis tantum fecerit, & Satanæ ei corpus plasmauerit, quod absit, anathema illi. Si quis confiteretur animas hominum in reuolutionem rursus in mundo, aut in hominibus, aut in peccatis, aut in

anathe-
ma.

aut in serpentibus reuerti, anathema illi. Si quis confiteretur hominem in anima tantum in diem iudicij resurgere, & non cum corpore, quemadmodum Deus illum fecit, anathema illi. Si quis confiteretur filium dei quasi phantasma, sic in homine visum fuisse, anathema illi. Si quis confiteretur verum hominem, quem assumpsit, non vere manducasse, aut bibisse, aut lachrymatum fuisse, & sanguinem sudasse, & passum fuisse, & resurrexisse, & in cœlis ad dexteram Patris confedissee, anathema illi. Si quis confiteretur filium Dei, sicut aquam per fistulam, sic per corpus Mariæ transitum fecisse, ut nihil de ea assumpsisse affirmet, anathema illi. Si quis cõfiteretur animas hominum de propria substantia dei esse, quod absit, ut nec factas eas à deo affirmet, & quod substantiam suam facere quis potest, anathema illi. Si quis cõfiteretur animas hominum semper cum Deo fuisse, ut æternas eas assignet, & nec factas nec fieri eas posse dicat dum scriptum sit: Qui fecit quod est à foris, fecit & id quod est intus, anathema illi. Si quis nouum & vetus testamentum blasphemat, anathema illi. Si quis Sanctos patriarchas, aut Prophetas, aut Apostolos, aut martyres blasphemat, anathema illi. Si quis solem aut lunam, vel huiusmodi facturam adorat, anathema illi. Si quis præter vnũ Deum verũ, id est, Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum, alterũ Deum, dum non sit omnino alter Deus, adorandum crediderit, anathema illi. Si quis de inuisa immutabilique plenitudine sempiternæ diuinitatis dicit: mutabilis & conuertibilis est natura filij, ut hoc modo deserit esse, quod iam pridem fuerat, anathema illi. Dum dici-

A tur mihi, quod multifarie à Patribus in conspicabili materia visus fuerit, ignoras in præfigurationem operis assumpti hominis, siue futuri iudicij hæc cuncta in eo præostensa fuisse, & non sanè inuisibilis pura deitas, sicut cautum est: hæc omnia in figura facta sunt nostri: sin verò, responde mihi quia in Angelo visus est, nunquid diuinitas eius proprie Angelica est: Aut quia in certamine colluctantis sicut homo palpatus, vel visus est, nunquid natura Dei quasi natura hominis palpabilis aut visibilis est? Aut quia in rubo ut ignis visus est, nunquid substantia eius talis est? Aut quia frequenter in variis speciebus visus est, nunquid sic & diuersas, permixtas, siue concretas naturas in semetipso continet? dum vnita deitas indiscreta sit, inuisibilisque eius maiestas. Itaque intellige cum in Angelo visus est, nuncius Patris præostensus est. Siue in homine, quia in Maria Virgine nuper natus est, vel in igne vtique, quia iudicium ex eo futurum est, dũ scriptum sit, quia magni consilij Angelus sit. Et in homine mediator Emanuel natus sit, & in igne, quasi conflator auri & argenti, ut cordium iustorum probator sit. Quanquam & in his speciebus assumptis quomodo voluit, visus sit, tamen in deitate idem ipse inuisibilis est, qualis semper apud Patrem fuit & est. Proculdubio hæc cuncta tunc Deus in figurã hominis operabatur, quia opus futuri in eo iam præostendebatur, quod ipse absoluit dicens: Si mihi non creditis, vel operibus credite, quia ego in Patre & Pater in me est, Nonne mirabilia Deus præsens operabatur, & opera sua per hominem facta agnoscebantur.

Filius
quando
visus est
sub forma
Angeli,
hominis,
ignis,
quid.

D. ATHANASII ALEXANDRINI

EPISCOPI, DE PROFESSIONE REGVLÆ
CATHOLICÆ CVM INCREPATIONE HÆRETICÆ,
AD THEOPHILVM. LIB. VII.



ROPTER quod impensissime obsecro tuam sublimitatis gloriã, ut longes à sensibus nostris hæc eradicanda atque comburenda semina zizanix, & quantum distat oriens ab occasu, tantum recedat à cordibus nostris hæc in superiori libro præscripta à nobis adulterina hæreticorum confessio. Vnde puto hic iam nullam ignorantix fuisse derelictam excusationem inter viam lucis, & viam tenebrarum. Ergo vbiubi placet quisquis es proficiscere. Sanè nõ sumus æmuli in Sacramẽto diuino celendo, sed magis hortamur, ut in via benedictionis vniter ingredientes inueniamur. Vnde prius nobis maxima cura fuit docendi de tam admirabili regalique decreto, in quo omnibus gentibus præmium vitæ æternæ promittitur, dicente Domino: Euntes Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vere ego in hoc satis admiro, & in stupore mentis diutius intentus collaudo tantã sacratissimæ trinitatis gloriam in duodecim penitens verbis distinctionum breuiter fuisse expositã. Vere in hoc edicto vnitum deitatis nomen Patris & Filij, & Spiritus sancti ante præmissum est. Vere in hoc sacratissima Trinitatis nomina in personis

tantum distincta sunt. Vere nec lex, nec propheta tam absolutè hoc arcanũ mysterium reuelauerunt. Vere super omnem custodiendam diuinitus dispositionem hoc maximè custodiendum est. Vere super hoc nõ est quod addi, & ab hoc non est quod minui. Vere in hoc donum baptismi præceptum addere vel minuere blasphemum est. Hæc sic se habent, ut de regula scripturarum mihi descripturæ. Si hæc Regula impensissime obsecro. ATHANASIVS. Sci-
to prius in hac scripturæ sententia argumentum fidei esse expositum, cum increpatione nocturni superfeminatis zizaniam, O plena præstigiis obfessa mens Hæreticorum à diabolo: quor in nomine Patris, & Filij, & Sancti spiritus baptizans, & vnitam deitatem blasphemus? Cur nomina tantum Patris, & Filij, & Spiritus cõfiteris & vnitatis nomen abnegas? Quor indicatur vnitatis, si in Patre, & filio, & Sancto Spiritu non est vna atque eadem ipsa æqualis plenitudo diuinitatis? Quor ad nostrum intellectum Pater significat de vnigenito filio suo: ex vtero ante luciferum genui te, si vos eum facturam esse testamini? Quor vnus in vno est, si diuisa natura est? Quor ego & pater vnum sumus, si non est in his vna virtus sapientiæ & diuinitatis? Quor omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, si non est in

Mat. 28.

Regula
scripturæ.

Mat. 13.

Ioan. 10.

his vna deitas, siue vna operatio facturæ? Quur verum Patrem blasphematis, cum filium eius verum creaturæ suæ comparatis? Quur ipse clamat: Ego in Patre, & pater in me, si diuersa vel excisa in his naturæ veritatis? Quur legitis: Seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, si cum de ipsa vnita deitate patris, & filij esse non accipitis? Quur legitis vas electionis dixisse: Omnes vnum Spiritum potauimus, si eum vos de vnita vera natura discernitis? Cur hic aduocatus Spiritus veritatis à deo patre processit & venit, si vos eum in alia substantia esse asseritis? Cur hoc vnitum nomen diuinitatis celebrari, & honorificari inuenitur in gentibus, si in ipso nomine trinitatis baptismum vniter non celebratur diuinitatis? Cur, Tres vnū sunt, Ioannem Euangelistam dixisse legitis, si diuersas naturas in personis esse accipitis? Cur vnum donum baptismi secundum styllum scripturæ esse dicitis, si discrepantes naturas in Patre, & filio, & Sancto Spiritu esse præscribitis? Cur secundum traditionem baptismum celebratis, & in confessione vnitum sempiternum nomen trinitatis blasphematis? Hypocrite, quomodo accipitis: & Spiritu qui nascetur, Spiritus est, si & Spiritu paracletus deus esse negatur? Hypocrite, quomodo in Spiritu adorare oportet, si Deus Spiritus esse negatur? Hypocrite, quoniam modo suscipitis: Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens vniciue sicut vult, si cū de vnita deitatis operatione secernitis? Hypocrite, quomodo accipitis dictum fuisse: Idem Spiritus, idem Dominus, idem & Deus, si cum vos verum Deum de vera vnita natura in omnibus mirabilia operantem non suscipitis? Hypocrite, per quem ministratur sermo sapientiæ, siue verbum scientiæ, siue fides, siue gratia sanctorum, seu operatio virtutum, seu prophetia, seu separatio Spirituum, nisi quoniam de vnita plenitudine est? Hypocrite, discite vnam esse operationem Patris, & filij, & Sancti Spiritus, dum opera quæ operatur Pater ipsa opera vniter demonstrantur esse & filij, sic & Sancti Spiritus. Ita & filius quod operatur, hæc ipsa opera reparantur ad Patrem, ad principalem Spiritum hæc ipsa opera vniter declarantur esse & patris, & filij. Vides vnitam esse eorumdem operationem in vna natura deitatis? HÆR. Rogo, vt hæc dicta de autoritate adhuc scripturarum mihi edisseras.

Mat. 28. ATHAN. Quæso iam quoties tibi indicatum est: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris & filij, & Sancti Spiritus? Aut si hæc contradicenda existimas, eò quod in vnum donum baptismi operationes nomine deitatis vniter in trinitate non cōtineantur, cur tu hoc nomine deitatis sublato, Patris, & filij, & Sancti Spiritus, baptizas dicendo: Baptizo te in Patre, & in filio, & Sancto Spiritu, & non in vno nomine? Vt hoc modo artificiosè vnitum nomen eorum tacitè in deitate non nominare, vel abnegare, sed & nomina in personis tantummodo eorum velis assignare: Quia si sic erat celebrandum baptismi, obtinuerat Arianorum assertio, qui sic sentiunt, vt vbi nomina in personis indicant, ibi simul in ipsis nominibus, & singulas vel diuersas substantias esse pronunciant, vt vnitatem in concordia tantum charitatis esse assignent, & nō potius in vnita plenitudine diuinitatis. Et quid

amplius ad hæc vnitatis Dei Patris nomen & filij, & Sancti Spiritus, quasi adoptiuum nuper accessisse profiteatur, vt hoc nomē videatur esse ex nihilo, aut ex altero vel de tempore: quod absit. Nam verum nomen deitatis vbi nominat, ad vnam tantummodo personam Patris hæc dicendo asserunt, vt veram vnitatem diuinitatis diuidant, qui vbi nomina potius in personis deberent discernere, ibi simul cū ipsis nominibus & tres naturas diuersas distinguunt: quod absit à nobis, ne istam blasphemiam admittamus, cum vnum nomen deitatis in trinitate vniter dictum accipiamus, per quod & remissa peccatorum baptismum operante in nos suscipimus, nomina verò tantummodo in personis perfecte distinguamus. Rogo, vbi vinculum fidei inuenitur apud eos, si substantiæ vnitatis nomen in trinitate non tenetur? Rogo quemadmodum singulis personis in singulas vel diuersas plenitudines esse asseribitis, dum vnita natura sit in hac ipsa plenitudine diuinæ trinitatis: Rogo, quò tres vnum sunt, si diuersa in vtrisque est natura diuinitatis? Rogo quemadmodum septiformem hunc Spiritum sapientiæ, & intellectus, Spiritum cōsiliij, & virtutis, Spiritum scientiæ, & pietatis, Spiritum timoris domini consequi merentur: quem de vnita plenitudine diuinitatis consistere non consentitur? Rogo, non legistis Apostolum Petrum clauis regni cælorum habentem, Ananiæ dixisse, quare satanas impleuit cor tuum ad mentendum Spiritui sancto: Et sic profectus est: Non es hominibus mentitus, sed Deo, si vos eum Deum verum esse negatis? Rogo, si Deus non erat, vt dicitis, hic paracletus Spiritus, cur sibi tantam autoritatem præsumebat ad discipulos, dicēs: Segregate mihi Paulum & Barnabam, quos elegi in opus ministerij, in quo assumpsi eos? Vides quia Deus est qui segregauit, & qui elegit in opus ministerij, in quo & assumpsit eos. Rogo, quemadmodum hæc vnita plenitudo diuinæ trinitatis à vobis diuiditur, cum vnus in vno, aut certe vnus in vtrisque consistere inter se declarentur? Rogo, vbi vna fides esse ostenditur, si sempiterna trinitas apud eos vniter esse non accipitur? Cur legitis, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, si vnitatis nomē in deitate trinitatis diuiditis, & vnitam & operationem eorum in factura esse negatis? Rogo nō legistis Apostolum dixisse: Ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur, id est, ex Deo Patre, & coram Deo Sancto Spiritu, in Christo filio dei testimoniū prædicamus? Cur legitis historiographum Moysen indicasse, & dixit Deus, & fecit Deus, & bene dixit Deus, si hoc vnitam nomine diuinitatis vniter operatum fuisse non accipitis? HÆR. Itaque quemadmodum multifarie vnitum nomen trinitatis mihi palam fecisti: si ergo & omnia vniter sic hi fecerunt, hæc dicta de autoritate iure confirmes postulo.

ATHAN. Audi hunc vnum de multis pertinens exemplum. Memento post hanc tantam satisfactionem hucusque erit finis sermo dicentis. Si tamen adhuc nihil te commouet de his quæ superius secundum scripturæ rectissimam lineam ad ordinem tibi diligenter exposui, optime THEOPHILE, vt cognoscas horum verborum, de quibus iam superius eruditus es, veritatem: Air: psalmographus, imò præfagus Spiritus per psalmographum: Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Vtique verbum filium declarauit, Dominum

Dominum autem Patrem eius indicauit, & Spiritum oris eius, Spiritum principalem esse demonstrauit. Vides quàm breuiter per singulas significationes in personis inesse distinxit, id est, verbum & Dominum, & Spiritum, & vnitam operationem in his esse ostendit. Nam si te adhuc ambiguitas tenet, eadem ipsa repeto. Vbi aiti verbum Domini, non sonum vocis in consubstantiuum esse accipias, quem si validus quis emiserit, solet resonare echo: cuius tantum in phantasia auditus est resonantis, sed factum nullius. Sanè de hoc verbo Domini nostri Patris, qui est salus nostra, sicut v-

A bique diuinæ scripturæ testantur, Filius Dei Deus est substantiuus, per quem omnia facta sunt. Ergo quia dixit: Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum, cognosce hoc verbum substantiuum non aliunde, quàm de Patre proprie natum fuisse, sed & Spiritu oris eius, eum Spiritum dixit, qui de se ipsa vnita substantia processit, sicut cautum inuenimus. Non ex alia natura, quàm de ipsa, ac per hoc vnita est Patris, filij, ac Sancti Spiritus substantia, quam Græci dicunt οὐσίον. Sed & vnita est eiusdem trinitatis operatio in factura.

SVCCINCTA DIVINÆ SCRIP-

PTVRÆ, VETERIS AC NOVI INSTRUMENTI, SYNOPSIS, ID EST OB-

SERVATIO S. AC MAGNI ATHANASII.



OMNIS nostra qui Christiani sumus, Scriptura, diuinitus inspirata est. Libros habet non infinitos sed finitos, ac certo canone comprehensos. Et veteris quidem instrumenti sunt isti.

Genesis, Cuius initium est: In principio fecit Deus cælum & terram.

Exodus, Cuius initium est: Hæc sunt nomina filiorum Israël eorum qui Ægyptum ingressi sunt.

Leuiticus, Cuius principium est: Et vocauit Dominus Moysen, & loquutus est illi in tabernaculo testimonij.

Numeri, Cuius initium est: Et locutus est Dominus ad Moysen in solitudine Sina, in tabernaculo testimonij.

Deuteronomium, Cuius initium est: Isti sunt sermones, quos loquutus est Moyses ad omnem Israël trans Iordanem, in solitudine ad occasum prope mare rubrum.

Iesus filius Naue, Cuius initium est: Et factum est post mortem serui Domini, dixit Dominus ad Iesu filium Naue, famulum Mosi, dicens.

Iudices, Cuius initium est: Et factum est post mortem Iesu, & interrogarunt filij Israël in Domino dicentes: Quis ascendet dux aduersus Chanaanos?

Ruth, Cuius initium est: Et factum est, cum iudicarent iudices, facta est fames in terra.

Regum, primus & secundus, in vnum computantur volumine, & primi quidem initium est: Et homo erat ex Ramathaim Sipha, de monte Ephraim, & nomen illi Elcana, Filius Ieremeel, Filij Heli. Secundi verò initium est: Et factum est post mortem Saulis, & Dauid percussio Amalech, reuersus est.

Regum tertius & quartus, & ipsi pro vno connumerantur volumine. Et tertij quidem initium est: Et rex Dauid factus senior, ætate iam grandis erat. Et operuerunt eum vestibus, nec tamen calciebat. Quarti verò principium est, Et præuaricatus est Moab aduersus Israël, post

mortem Achab. Paralipomenon, prior & posterior, pro vno libro computantur. Et prioris quidem initium est, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, Enoch, Mathusala, Lamech, Noë. Posterioris verò, Et confirmatus est Salomon filius Dauidis, in regno suo. Et Dominus Deus ipse cum ipso, & magnificauit eum ad sublime vsque.

Esdras, prior & posterior, vno comprehenduntur volumine. Et prioris quidem initium est: Et obtulit Iosias pascha in hierusalem Domino suo, quartadecima die mensis primi: posterioris verò, Et in primo anno Cyri regis Persarum, vt adimpleretur sermo, qui ab ore Hieremiæ processerat, excitauit Dominus Spiritum Cyri regis Persarum.

Psalterium Dauidicum, habens Psalmos cli. cuius initium est: Beatus vir qui non ambulauit in consilio impiorum.

Parabolæ Salomonis, quarum principium est: Parabolæ Salomonis filij Dauidis, qui regnavit in Israël, ad cognoscendam sapientiam & disciplinam.

Ecclesiastes eiusdem, Cuius initium est: Verba Ecclesiastæ filij Dauidis, regis Israël in Hierusalem. Vanitas vanitatum & omnia vanitas.

Canticum Canticorum, eiusdem, cuius principium est: Canticum Canticorum Salomonis. Osculetur me osculo oris sui. Quia meliora sunt vbera tua vino.

Iob. Cuius principium est: Homo quidam erat in regione Ausitide, nomine Iob. Et erat homo ille verax, inculpatus & pius.

duodecim Prophetæ, Vno volumine comprehensi. Sunt autè isti: Osee primus. Cuius initium est: Sermo Domini, qui factus est ad Osee filium Beer, in diebus Oziæ & Ioatham & Acham, & Ezechie regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israël. Principium sermonum Domini in Osee.

Deinde Amos. Cuius principium est: Sermones Amos, qui facti sunt in Accarim, ex Thecua, quos vidit super Hierusalem, in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israël, biennio ante terræ motum.

Michæas. Cuius principium est: Et factus est sermo

Domini ad Michæam Morathitem, in diebus Ioa-
tham & Acham & Ezechia regum Iuda, quem vi-
dit super Samariam & Hierusalem.

Ioel. Cuius initium est: Sermo Domini, qui fa-
ctus est ad Ioel filium Bathuel. Audite hæc om-
nia senes, & auribus percipite oēs habitatores terre.

Abdias. Cuius principium est, Visio Abdia. Hæc
dicit Dominus Deus ad Idumæam.

Jonas. Cuius initium est: Et factus est sermo Do-
mini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & va-
de in Niniuem ciuitatem illam magnam.

Ἀννυα Naum. Cuius initium est: Assumptio Niniue, li-
ber visionis Naum Halcesæi.

Ambacum. Cuius initium est: Assumptio, quam
vidit Ambacum Propheta.

*Сум Ние-
ронимо
визум ест
реддере
assumptio-
nem.* Sophonias. Cuius initium est: Sermo Domini qui
factus est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godo-
liæ, filij Amoria filij Ezechia, in diebus Iosæ filij
Amos regis Iuda.

*Hebrais
est,onus.
Poterat
reddi,ca-
ptura.* Aggæus. Cuius initium est: in anno secundo Da-
rij regis, mense sexto, die vna mensis, factus est ser-
mo Domini, in manu Aggæi Propheta, dicens.

Zacharias. Cuius initium est: In octauo mense,
anno secundo Darij, factus est sermo Domini ad
Zachariam filium Barachig filij Addo Propheta, dicens.

Malachias. Cuius initium est: Assumptio sermo-
nis Domini ad Israëlem in manu Angeli eius.

Hi sunt duodecim prophetae vno volumine com-
prehensi, sequuntur reliqui quatuor, quorum cui-
que proprium adnumeratur volumen. Et sunt isti:

Esaïas. Cuius initium est: Visio quam vidit Esaïas
filius Amos quam vidit aduersus Iudæam, & ad-
uersus Hierusalem, in regno Ozia & ioatham, &
Acham, & Ezechia, qui regnarunt in Iudæa. Audi
cælum, & auribus percipe terra, quoniam Domi-
nus loquutus est.

Hieremias. Cuius initium est: Verbum Dei, quod
factum est ad Hieremiam filium Chelkia. Qui er-
rat ex Sacerdotibus.

Ezechiel, cuius principium est: Et factum est in
anno tricesimo, mense quarto, & ego eram in me-
dio captiuitatis ad flumen Chobar, & aperti sunt
cæli: & vidi visiones Dei.

Daniel, cuius exordium est: Et erat vir habitans
in Babylone, & nomen illi Ioakim, & accepit vxo-
rem nomine Susannam filiam Chelkia, pulchram
valde, ac timentem Dominum.

Sunt itaque Canonici veteris instrumenti libri
vigintiduo, literis Hebraicis numero pares. Tori-
dem enim apud Hebræos sunt literarum elementa.
præter istos autem sunt adhuc alij eiusdem veteris
instrumenti libri, non canonici, qui catechumenis
tantum leguntur.

Sapientia Solomonis, cuius exordium est: Diligi-
te iustitiam, qui iudicatis terram.

Sapientia Iesu filij Sirach, cuius initium est: Om-
nis sapientia à Domino est, & cum ipso est in se-
culum.

Esther, cuius initium est: Anno secundo, regnan-
te Artaxerxe Magno, vna die mensis nisan, somnium
vidit Mardocheus filius Iairi filij Semei, filij Kisæi,
ex tribu Benjamin.

Iudith, cuius principium est: Anno duodecimo
regni Nabuchodonosor, qui in Assyria regnauit, in
Niniue ciuitate magna, in diebus Arphaxad, qui
Medis imperauit in ecbatanis.

A Tobia, cuius exordium est: Liber sermonum To-
bit, filij Tobiel, filij Annaniel, filij Aduel, filij Ga-
bael, ex semine Aziel de tribu Nephthaim, qui in ca-
ptiuitate fuit, in diebus ennemassari regis Assy-
riorum.

Isti sunt libri Veteris instrumenti non canonici.
Quidam verò ex veteribus, apud Hebræos pro cano-
nicis reputari dixerunt, librum Esther, & historiam
Ruth, quam cum historicis Iudicium vno libro com-
prehendi: Esther verò ad aliud quoddam volumen
Canonicum pertinere: atque ita numerum xxij. cano-
nicorum librorum, apud illos compleri volunt.

Et tot quidem sunt & eiusmodi cum in canone,
tum extra canonem Veteris instrumenti libri.

B Noui verò, determinati & canonici sunt isti.
Secundum Mathæum: cuius initium est: Liber
generationis Iesu Christi, filij Abraham.

Secundum Marcum: cuius initium est: Princi-
pium Euangelij Iesu Christi, filij dei: sicut scriptum
est in Esaia Propheta.

Secundum Lucam, cuius initium est: Quoniam
multi conati sunt contexere narrationem de iis
rebus, quæ certissimæ sunt inter nos fidei.

Secundum Ioannem: cuius principium est: In
principio erat verbum, & verbum erat apud De-
um, & Deus erat verbum.

C Acta Apostolorum: quorum principium est: Pri-
mum quidem sermonem feci de omnibus ð Theo-
phile, quæ cepit Iesus cum facere tum docere.

Catholicæ Epistolæ Apostolorum, omnes nu-
mero septem, vno comprehensæ volumine.

Iacobi vna: cuius principium est: Iacobus Dei ac
domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribu-
bus, quæ sunt in dispersione, Salutem.

Petri duæ: & prioris quidem initium est: Petrus
Apostolus Iesu Christi sparsim incolentibus pon-
tum, Galatiam, Cappadociam, &c. Posterioris ve-
rò: Symeon Petrus & Apostolus Iesu Christi, his
qui æque preciosam fidem nobiscum sortiti sunt, &c.

D Ioannis tres, & primæ quidem initium est: quod
erat ab initio, quod audiimus, quod oculis nostris
vidimus, &c. Secundæ verò: Senior electæ Domi-
næ, & filiis ipsius, quos ego diligo in veritate.

Tertiæ: Senior Gaio dilecto, quæ ego diligo, &c.

Iudæ vna: cuius initium est: Iudas Iesu Christi
seruus, frater verò Iacobi, dilectus in Deo patre, &
Iesu Christo, seruatis, vocatis, &c.

Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim, in vnum
redactæ volumen.

E Prima ad Romanos: cuius principium est: Paulus
seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus
in Euangelium Dei.

Ad Corinthios duæ: prioris initium est: Paulus
vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem
Dei.

Posterioris principium est: Paulus Apostolus Ie-
su Christi, per voluntatem Dei, & Timotheus fra-
ter, Ecclesiæ Dei quæ est in Corintho.

Quarta ad Galatas: cuius principium est: Paulus
apostolus non ab hominibus, neque per homines.

Quinta ad Ephesios: cuius initium est: Paulus A-
postolus Iesu Christi per voluntatem Dei, sanctis
qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.

Sexta ad Philippenses: cuius exordium est: Paulus
& Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis
qui sunt Philippis, cum Episcopis & diaconis.

Septima

Septima ad Colossenses: cuius exordium est: Paulus
Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, &
Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sanctis ac
fidelibus fratribus in Christo.

Octaua, prior ad Thessalon. cuius initium est: Paulus
& Siluanus & Timotheus, Ecclesiæ Thessaloni-
censium, in Deo Patre, & Domino Iesu Christo.

Nona, posterior ad Thessalon. cuius initium est:
Paulus & Siluanus & timotheus, Ecclesiæ Thessa-
lonicensium, &c.

Decima ad Hebræos: cuius exordium est: Multi-
fariam & multis modis, olim Deus loquutus patri-
bus per Prophetas, nouissime extremis diebus lo-
quutus est nobis in filio.

Vndecima ad Timotheum prior: cuius initium
est. Paulus Apostolus Iesu Christi, secundum præ-
ceptum dei seruatoris nostri, & Iesu Christi, qui est
spes nostra: timotheo germano filio in fide.

Duodecima ad timotheum posterior: cuius prin-
cipium est: Paulus Apostolus Iesu Christi, per vo-
luntatem Dei, iuxta promissionem vitæ, eius quæ
est: in Christo Iesu, Timotheo dilecto filio.

Tertiadecima ad Titum, cuius initium est, Paulus
seruus Dei: Apostolus verò Iesu Christi, secun-
dum fidem electorum dei, & agnitionem veritatis,
eius quæ est secundum pietatem, in spe vitæ æternæ.

Quartadecima ad Philemonem: cuius exordi-
um est: Paulus vinctus Iesu Christi, & Timotheus
frater, Philemoni dilecto & cooperario nostro.

Est præterea & Apocalypsis Ioannis theologi, à
Priscis Sanctis, & spiritu dei imbutis patribus, velut
quæ illius sit, accepta & approbata: cuius principium
est: Apocalypsis Iesu Christi quæ dedit illi Deus, vt
ostendat seruis suis quæ oporteat fieri citò, & signi-
ficauit per Angelum suum, quæ misit seruo suo Ioanni.

Hi sunt & tot noui instrumenti libri, Canonici, &
fidei nostræ veluti primitiæ quedam, vel certe anco-
ræ, & substructacula, vt pote, ab ipsis Apostolis Chri-
sti, qui & cum illo cõuersati, & ab eo instructi sunt,
cõscripti & expositi. Quæquam post ea ad istorum

normam & consonantiã, & alij innumeri sunt à ma-
gnis, sapientissimis, & diuino Spiritu repletis patri-
bus, temporum successu, ad præmissorum testimoniũ
& illustrationem elaborati, de quibus nunc nobis nõ
est sermo, cum sint admodum multi & infiniti, simulq;
omnes eiusdem normæ à veteribus dependentes,
illosq; & exponentes & declarantes. In istis itaque,
sicut dictum est, comprehensi sunt omnes cum Ve-
teris tum Noui instrumenti libri quos modicè,
quod ad numerum attinet, iam perstrinximus: dein-
ceps verò diuisim nobis resumendi sunt, & fusius,
à quibus singuli cõscripti sunt, & vnde quisque ha-
beat, quod sortitus est nomẽ, quidq; in se cõtineat
summatim & compendiosè, iuxta promissum ordi-
nem singulis ex nomine descriptis, exponendũ est.

Liber primus. Genesis.

LIBER hic generationis, Mosis est, qui ea quæ
in illo continentur ex iussu domini loquutus
est & scripsit: vocatur autem hoc nomine, pro-
pterea quod & vniuersorum, cæli pariter ac terre
hominumq; & omnium corum quæ visuntur genera-
tionem, & ipsam paradisi consitionem cõplectitur.

Exponit autem quomodo primo die facta sit lux:
altero firmamentũ, quod Deus cælũ vocauit: ter-
tio quomodo cõgregatæ sunt aquæ, visq; arida, &
collectiones aquarum vocatæ maria, arida verò ter-
ra, terraque germinauerat herbam fœni, & omne
lignum: quarto, quomodo processerit sol & luna,
& vniuersus astrorũ chorus: quinto, quomodo fa-
cta sit, volucrum, piscium, & cetorum, quæ in aquis
agunt generatio: sexto, quomodo facta sint quadru-
peda, & bestia, & serpentes, & iumenta, homoque
ad imaginem & similitudinem dei formatus: septimo
verò, quomodo Deus ab operibus suis requieue-
rit, dieq; septimo benedixerit. Deinde & hoc libro
commemoratur transgressio Adæ, illiusque de para-
diso eiectio. Abelis per fratrem Cain facta cædes;
translatio Enoch, fabricatio arcæ, diluuium, tem-
poribus noë factum, structura turris, diuisio lingua-
rum, dispersio nationum, & egressus Abrahæ ex
Chaldæa. Continet autem hic liber, & Sodomorum
subuersionem, & legem de circuncisione la-
tam, & iurandum promissionis Dei Abrahæ fa-
ctæ, & generationem Isaac, & Iacob, & qui ex illo
sunt Patriarcharum, & quod Abraham vixerit an-
nos centum octoginta: Ismahel verò ex Agar an-
nos natus 137. mortuus sit: præterea quomodo Io-
seph à fratribus sit venditus in Ægyptum, calum-
niamque à Domina sua passus, & in carcerem con-
iectus, ac tandem totius Ægypti princeps consti-
tutus. Isti subiungitur descensus Iacob in Ægyptum
cum filiis suis ac domesticis, numero 75. & quomodo
illuc constitutus, benedictionemque patri-
archis filiis suis impartitus, mortuus sit annos
natus 147. Corpusque illius translatum ac sepul-
rum in Chanaan. Et quomodo Ioseph post fa-
mem Ægypti annos vixerit 76. mortuusque sit
anno ætatis suæ 110. posteaquam de ossibus suis
mandauerat, vt & ipsa in monumentum patrum
transferrentur.

Liber secundus. Exodus.

ET hunc Exodi librum, Moses, de quo iam me-
minimus conscripsit. Vocatur autem hoc no-
mine: propterea quod exodum filiorum Israel
ex Ægypto continet, è qua illi post promissionem
Abrahæ factam anno quadragentesimo tricesimo,
post incolatum verò illius ducentesimo quintode-
cimo, (tot enim annos in illa exularunt) & post
decem plagas Pharaoni illatas, egressi sunt. Nam
decem hæc plagas contra illum Dominus indu-
xit primam, qua fluminis vndam mutauit in san-
guinem. Alteram, qua ranas in tota Ægypto produ-
xit, tertiam qua cynifes. Quartam, qua muscam ca-
ninam. Quintam, qua mortem iumentorum. Sex-
tam, qua vlcera turgentia & vrentia hominibus &
iumentis immisit. Septimam, qua grandinem & i-
gnem flammantem deiecit. Octauam, qua locustæ.
Nonam, qua triduanas vniuersæ Ægypto tenebras,
dempta tellure filiorum Israel, intulit. Decimam,
qua omnes Ægypti primogenitos ab homine, vs-
que ad iumenta occidit. Deinde commemoratur,
quomodo egressum populum persequutus sit pha-
rao, & Israel quidem sicco pede mare rubrum hac
atque illac diuisum transierit: Ægyptij verò popu-
lum insectaticum Pharaone suo in ipso mari sub-
mersi sint comprehenditur & hoc libro, quomo-
do Ioannes ac Mambres Ægyptiorum magi prin-
cipio quidem Mosis restiterint, tandè verò pudefa-
cti discesserint: præterea ponitur & paschatis factio
aquæ acerbitas in dulcedinem mutata cõtorni cum da-
p i j

Et Hebraea
& Graeca habent
175.

Exodus
cur ita dicitur.

Decem
plage
Ægypti:

2.Tim.3:

*Ἀννυα
Сум Ние-
ронимо
визум ест
реддере
assumptio-
nem.
Hebrais
est,onus.
Poterat
reddi,ca-
ptura.*

*Genesis
liber cur
ita vocetur.*

ta copia è cœlo suppeditatum menna, è petra red-
ditus vndæ liquor, quam & tentationis & iurgij
Petram Moses appellavit. Tunc & Sabbathi ob-
servantia initium sumpsit, & legislatio diuinitus in
monte Sina per Mosem in duabus tabulis lapideis
facta est. Et de tabernaculo deque indumento,
cum summi Pontificis, tum reliquorum sacerdotum
parando in hoc libro imperatur, vbi artifi-
ces declarantur, per quos omnia fiant. Beseleel ex
tribu Iuda, & Liab ex tribu Dam. Operum verò
sumptus sunt, auri talenta viginti nouem, & sicti
septingenti, argenti verò talenta centum: æris au-
tem septuaginta, & sicti quingenti. Continet hic
liber & transgressionem populi, qua vitulum sub mō-
te conflauit, & quomodo Amalec per extensionem
manuum Mosi percussus sit, cum reliquis placitis
& iustificationibus Dei, præsertim decem præ-
ceptis geminæ tabule inscriptis, quorum primum
est: Ego sum Dominus Deus tuus. Alterum,
non facies tibi ipsi simulachrum, neque vllam si-
militudinem. Tertium, non usurpabis nomen
Domini Dei tui in vanum. Quartum, recordare
diei Sabbathorum. Quintum, honora patrem
tuum, ac matrem tuam. Sextum, non occides.
Septimum, non mœcaberis. Octauum, non fu-
raberis. Nonum, non dices contra proximum tu-
um falsum testimonium. Decimum, non con-
cupisces vxorem proximi tui, neque quicquam
eorum quæ sunt proximi tui. Tabernaculum ve-
rò anno secundo post egressum Ægypti neomenia
primi mensis perfectum est & collocatum. Et in
istis terminatur Exodi liber.

Decem
præcepta.

Liber. III. Leuiticus.

Leuiti-
cus cur i-
t. dicatur

ET hic liber Leuiticus à Mose conscriptus est.
Id autem nominis ob eam causam accepit,
quod peculiariter vniuersam Leuitici mune-
ris dispositionem continet, & quo pacto ex tri-
bu Leui ad Sacerdotium electi sint & vncti Aa-
ron & filij illius, & quicquid discriminis est inter
Sacrificia & oblationes, & qualis sit vniuersi ta-
bernaculi cultus, qualis item sit Leuitici ac Sacer-
dotalis muneris functio. Deinde & cuiusque sa-
crificij legem exponit cum eius quod salutis gra-
tia, tum quod pro delicto, siue spontaneo, seu
inuoluntario sit offerendum, & quomodo singula
diuidenda sint & offerenda. Comprehensa si-
mul hoc volumine est summi quoque Sacerdotis
& aliorum vnctio. Ad hæc, & diiudicatio & cog-
nitio iudiciorum, quibus tam hominum quam
indumentorum, ædiūque & parietum lepra de-
prehēdi possit, & qui sint repurgandorū ritus, præ-
terea quæ sit lex ac distinctio connubiorum legiti-
morum, & quæ pro illegitimis sint habenda. Item
quid discriminis sit, inter mundas & immundas
bestias, volucres, ac pisces quoque, videlicet quod
quibusdam ex istis vesci possint Hebræi, à quibus-
dam verò abstinere debeant. Declarat etiam hoc
volumen quis sit tubarum dies, in neomenia men-
sis septimi, & magni ieiunij præceptum ponit,
quod eodem septimo mense, decima mensis custo-
diendum sit, quam Sabbathum Sabbarhorum, &
peccati remissionem vocat. Deinde & festum Ta-
bernaculorum, decima quinta mensis eiusdem ce-
lebrandum ponit, & de festis, & quæ in illis offe-

Sabbathū
sabbatho-
rum.

renda sint præcipit. Item de manumittendis He-
bræis, qui in seruitutem venundati erant, de debi-
torum remissione, de quiete septimo quoque an-
no telluri permittenda. Ad hæc & de legalibus præ-
ceptis ac testimoniis admonet, simulque seruanti-
bus illa bona pollicetur, transgredientibus verò
grauissima mala minatur. Inter cibos verò mundos
& immundos ad hunc modum discernit. In iu-
mentis istiusmodi munda esse dicit: videlicet, quæ
ungulam diuidant, & geminas unguas habeant,
ac ruminationem regerant. Qualia sunt vitulus, o-
uis, capra, ceruus, caprea, oryx, bubalus, pygargus,
tragelaphus, camelopardalis, & quæ alia sunt hu-
iusmodi. Si verò cuiquam horum aliquid defuerit,
pro immundo habendum decernit, vt sunt, came-
lus, lepus, & choerogryllus. Nam ista animantia
ruminant quidem, unguam verò non findunt, &
sus quoque. Etenim & ipse quidem unguas habet
ac diuidit, sed non ruminat. De volatilibus verò
quæ edi verat, hæc sunt: aquila, gryphes, aliaætus,
vultur, miluus, & quæ istis sunt similia, & coruus.
& quæ illi similia, & passer, & noctua, & larus, &
quæ alia sunt huiusmodi, & accipiter, & quæ illi
cōsimilia sunt, & nycticorax, & cataractes, & Ibis,
& porphyrio, & pellican⁹, & cœnus, & erodius, &
charadrius, cum similibus aliis, & vpupa, & ves-
pertilio. De volatilibus repentibus, quæ quatuor
pedibus ingrediuntur, omnia dicit esse immunda.
Quæ verò crura pedibus sublimiora habent, ita
vt illis de telluris superficie salant, qualia sunt, bru-
chus, attago, locusta, lacerta, & quæ his sunt simi-
lia, edenda dicit. In aquis verò, siue in mari, siue
in fluminibus, ac torrentibus nata, munda habenda,
quæcunque pennulas & squamas habet, vtpote
trigla, scarus, glaucus, cestreus & quæ his sunt si-
milia. Quæ verò alterutris istarum carent, immunda
nec edenda esse dicit, videlicet, sepia, quæ pen-
nulas quidem habet, squamas verò non habet. Ex
illis autem quæ supra tellurem repunt, immunda
esse definit ista, mustelam, Crocodilum terrestrem,
murem, chamæleonta, scem, saurā, & talpam. De
serpētibus & quæ illis similia sunt, superfluum erat
admonere. Hoc namque bestiarum genus mani-
festò dicit omnibus abominandum ac detestan-
dum. Quanquam in Deuteronomio illorum me-
minit.

Animas
liamun-
da qua.

Volatilia
prohibita

Animas
lia immū-
da.

Liber IIII. Numeri.

EIVSDEM Mos est, & hic Numerorum li-
ber. Vocatur autem hoc nomine, propter
ea quod in se totius populi numerum com-
plectitur, recensita iussu Domini, vnaquaque
Iudæorum tribu. Numeratus est verò populus
à vicesimo anno, & supra, quisque vir bello
aptus, absque tribu Leui. Illa namque sepa-
ratim numerata est. Et inuentus est numerus
eorum qui recensiti sunt, sexcenta millia, tria
millia quingenti, & quinquaginta. Qui verò po-
pulum numerauerunt, erant Moses & Aaron, &
cum illis cuiusque tribus princeps. Et nomina
principum erant ista, & hic illorum nume-
rus.

Numeri
cur ita vo-
cetur.

Numerus
filiorum
Israel
quantus.

Ruben.
46500.

De tribu Ruben, Elisur Filius Sediur, quorum
numerus erat quadraginta sex millia & quin-
genti.

De tribu Sy-

Symeon De tribu Symeon Salamiel, filius Surifadæ, quo-
rum numerus erat quinquaginta nouem millia tre-
centi.
Exemplar
habet De tribu Isachar nathanael filius Sogar, quorum
numerus erat quinquaginta quatuor milia qua-
dringenti.
74600.
Isachar De tribu Zabulon, Eliab filius Xclon, quorum
numerus erat quinquaginta septem millia quadrin-
genti.
34400.
Zabulon De filiis Ioseph, de tribu Ephraim, Elisanna fi-
lius Emiud, quorum numerus erat quadraginta
millia quingenti.
57400.
Ephraim De filiis Manasse, Gamaliel, filius Phadasur, quo-
rum numerus erat triginta duo millia ducenti.
40500. De filiis Benjamin, Abida filius Gedeum, quorū
numerus erat trigintaquinque millia quadringenti.
Manasse De filiis Dan, Achiezer filius Amifadæ, quorum
numerus erat sexaginta duo millia quingenti.
32200. De tribu Aser, Phageel filius Echran, quorum
numerus erat quadraginta millia mille quingenti.
Beniamin De filiis Gad, Elisaph filius Ragucl, quorum nu-
merus erat quadraginta quinque millia sexcenti
35400. De tribu Nephtholim, Achire filius Ænan, quorum
numerus erat quinquaginta tria millia quadrin-
genti.
Dan De tribu Iuda, Naafon filius Aminadab, quorum
numerus erat, septuaginta quatuor millia sexcenti.
62500. Iste est populi bellici numerus, sexcenta tria mil-
lia, quingenti quinquaginta.
Aser Tribum verò Leui Moses & Aaron, secundum
vocem Domini separatim soli recensuerunt, à mense
41500. vno & supra, & erat numerus illorum vinginti
Gad duo millia.
45650. Et masculos primogenitos, in omnibus aliis tri-
bus, solus Moses numeravit, & inuentus est illo-
Nephtholim rum numerus, viginti duo millia ducenti septua-
ginta tres. Horum loco deputati sunt Deo Leuitæ.
53400. Totidem enim & illi erant, & iussi sunt & isti san-
Iuda ctificari per Mosem & per Aaronem, postea loco
populi ad operandum opera Domini, & portan-
74600. dum vasa tabernaculi, seruiendumque ipsi Aaroni
& filiis eius deputari. Comprehenditur autem hoc
libro & dispositio, iuxta quam populus proficisci
iubebatur, & tabernaculi structura, & præceptum
de tubis quibus conuocabatur populus: deinde &
dedicatio altaris, & quomodo tabernaculum vn-
xerit, ipsumque & quæcunque in illo erant sancti-
ficauerit: denique quo ordine offerendum fuerit
in dedicatione altaris, & quis terminus ministran-
di Leuitis, quod ab anno vicesimo quinto princi-
pium illis ministrandi, quinquagesimo verò finis
fuerit, sed ita vt postea tabernaculi tantum custo-
diam gererent. Scriptum est, & de aqua deprehen-
sionis & maledictionis, de lege votariorum, quo-
modo vino abstinere, nec caput tondere debeant.
Item quomodo murmuranti propter carnis penuriam
populo coturnices Deus, deinde & sitienti i-
terumque murmurantes, aquam ex petra dederit,
quam Moses aquam contradictionis vocauit. Mi-
sit & exploratores, ex vnaquaque tribu vnum in-
ter quos erant Iesus Naue & Chaleb Iephone. Hic
& Synagoga Core contra Mosem insurrexit, viui-
que tellure cum Dathan & Abirom absorpti sunt:
& maria soror Aaronis lepra percussa est: virgaque
Aaronis germinauit. Postea mortuus est Aaron

Explora-
tores.

Aaron
mortuus.

in monte Hor, cui successit Eleazar filius eius. Hoc
libro & historia Balaam & afinæ ipsius humana
voce loquutæ describitur, & quomodo rex quidē
Moabitæ, Balac, confusus populus verò ex cō-
silio Balaam impuratus sit: Phinees autem mulie-
rem Madianitem cum Zambre Israëlita, è tribu Syme-
on propter scortationes confoderit, atque ea ra-
tione iram Dei sedarit. Ad hæc posteaquam con-
tra Deum & Mosem loquutus esset populus, ser-
pentum moribus periit, contra quos tandem, vbi
ad Deum clamassent, serpentem ænum fieri iussit
Deus ac suspendi, quo viuo viuerent, qui à serpen-
tibus essent percussi. Præcipit etiam hoc libro de-
us Mosi & Eleazaro Sacerdoti, denuo recensere
populum, à vigesimo anno & supra, cuius tum in-
uentus est numerus, sexcenta millia mille septin-
genti triginta. Et Leuitæ quoque iterum separa-
tim numerati sunt, & inuentus est illorum nume-
rus viginti tria millia. Recensiti sunt autem in A-
raboth Moab, ab Iordanem contra Iericho. In i-
stis autem nemo eorum erat, qui antea numerati
fuerant. Mortui quippè erant, demptis Chaleb &
Iesu Naue. Complexus est hoc quoque volumine
Moses, profectioes & mansiones Israëlitis, quibus
ex Ægypto profecti subinde quieuerant. Et sunt i-
stæ: È Ramessa Ægypti primo mense post celebra-
tum Pascha, profecti venerunt in Sochoth. De
Sochoth in Buthā, de Buthā in Beelsephō, cōtra ma-
gdolō. De Beelsephon per mare transferūt. De ma-
ri in Marath, de Marath ad Elim, vbi erant palmae.
De Elim in desertum* Sur. E deserto Sur in Rapha-
ca. De Raphaca in Elim. De Elim in Raphidim. De
Raphidim in solitudinem Sina. De Sina ad Sepul-
chra concupiscentiæ. De sepulchris concupiscentiæ
in Asiroth. De Asiroth, in Rathama. De Rathama
in Remmon Phares. De Remmon Phares in Le-
mona. De Lemona in Dessan. De Dessan in Macel-
lath. De Macellath in Saphar. De Saphar in Cha-
radath. De Caradath in Macloth. De Macloth
in Cataath. De Cataath in Tarath. De Tarath
in Matteca. De Matteca ad Selmona. De Sel-
mone in Masuroth. De Masuroth in Banæa. De
Banæa ad montem Gadgad. De monte Gad-
gad in Etabatha. De Etabatha in Sebrona. De
Sebrona in Gesiongaber. De Gesiongaber in so-
litudinem Sin. E solitudine Sin in solitudinem
Pharan, quæ est Cades. Ibi mortua est Miri-
am. E Cades ad montem Hor, prope Edom,
quo conscenso Aaron iussu Domini mortuus est,
anno egressionis filiorum Israel quadragesimo,
mense quinto, prima mensis, cum vixisset annos
centum viginti tres. De monte Hor ad Selmona.
De Selmone in Phino. De Phino in Sobothi. De
Sobothi in Gæ, in Peran ad montana, Moab.
De Gæ in Dæbongad. A Dæbongad ad Gel-
mondeblathem. De Gelmondeblathem, ad
montes Abarim è regione Abau. De montibus
Abarim ad Dylmas moab, inde ad Iordanem iux-
ta Iericho vbi castrametati sunt. Mansiones istæ
sunt quadraginta tres. Hic verò tandem trans Ior-
danem fusis ac deuictis Gentibus, Moses, ac
Seon Rege Amorrhæorum, & Og Rege Basan, qui
ex gigantibus erat, eas regiones rubenitis, gaditis,
& dimidiæ tribui Manasse dari præcepit, dispo-
suitque, vt Leuitis Filij Israel, de possessionis
sue sortibus darent, ciuitates ad habitandum, &
P iij

Exemplar
habet
cæsp.

Mors Ad-
ronis.

ciuitatum suburbia : deinde & ciuitates refugij tres, trans Iordanem, & tres in terra Canaan, quæ ad hoc positæ essent, vt ad eas fugeret, si quispiam hominem contra animi sui sententiam occidisset, ne præcipitanter ab occisi cognato deprehensus irerimeretur, donec iudicio coram Ecclesia listi posset. Iubentur hoc libro & simbras in palliis facere, & simbris adnectere vittas hyacinthinas, vt illis cõspectis mandatorum Dei admoneantur. Accipiunt & filix Selpaad sortem Patris ipsarum, & illarum occasione mandatum Domini datur, & lex ponitur, quæ pro legitimis decernuntur cum cõsobrinis inita coniugia. Moses verò terram promissionis vidit de monte Abirim, hoc est, Abau, audiuitque à Deo, quod illam ingressurus non esset, propter exacerbationem ad aquam contradictionis factam. Mortuus est autem Aaron annorum centum viginti trium, anno post exitum Ægypti quadragesimo, mense quinto. Qui ad considerandam terram missi sunt quisque de sua tribu, iuxta mandatum Domini desumpti sunt. Horum nomina sunt ista : De tribu Ruben, Salamiel filius Zachur. De tribu Symeon, Saphur filius Suri. De tribu Iuda, Chaleb filius Iephone. De tribu Isachar, Ilal filius Ioseph. De tribu Ephraim, Nauses filius Naue. De tribu Benjamin, phaltim filius Raphu. De tribu Zabulon, Gudiel Filius Sudi. De tribu Dan, Amies filius Gamæ. De tribu Aser, Sathur Filius Michael. De tribu Naphthalim, Nabi Filius Nabi. De tribu Gad, Gadduliel filius machi: locus verò vnde missi sunt, est Pharan & Cades Barne. Tunc Naue Filium Naue Moses Iesum nominauit. Tempus autem quo missi sunt, erat veris medium, in quo iam præmaturi botri erant, & dies quibus terram considerarunt, fuerunt quadraginta.

Liber v. Deuteronomium.

ET hunc librum Moses conscripsit, & quæ in illo sunt, loquutus est. Vocatur autem hoc nomine, quod post acceptam in tabulis scriptam legem, veluti secundam legem hosce libri præsentis sermones ex præcepto Domini, Moses Israël loquutus est. Nam posteaquam Moses quæ hoc libro continentur loquutus est, ad hunc modum in isto Deuteronomio conscripta sunt. Isti sunt sermones fœderis, quos Dominus Mosi præcepit proponere Filiis Israël in terra Moab, præter fœdus quod pepigit cum eis in Horeb. Quapropter & tabulæ quidem in Horeb datæ, & in medio arcæ collocatæ sunt : hunc verò librum Sacerdotibus Moses, arcam portantibus, ad latera arcæ in testimonium ponere, & septimo quoque anno in die remissionis, quando & festum Tabernaculorum celebrabatur, legere iussit. Ista quidem vna est ratio, ob quam hic liber Deuteronomium vocatus est, altera verò est, quod in ipso quicquid prædictum erat, siue in Exodo, siue in Leuitico, siue in Numeris, omnia legitima, iustificationes & præcepta, repetit & declarat, & populum horum iterum admonet vt ea custodiat. Resumit etiam exitum populi ex Ægypto, & cuncta illi præstita beneficia, signa quoque & portenta, ne Dei qui illa patrauerat obliuiscerentur. Decernit etiam benedictionem iis qui legem custodiunt, maledictionem verò iis

Consobrinorum coniugia.

Exploratores terræ promissionis.

Deuteronomium cur id nominis accepit.

qui illam transgrediuntur, & benedictionem in monte Garizin promulgari mandat, per Symeon, Leui, Iudah, Isachar, Ioseph & Benjamin: maledictionem verò in monte Gæbal per Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, & Nephthalim. Ad recordationem verò, & iugem exercitationem, prolixam Odam ex iussu Domini conscripsit, vt illam perdiscerent ac meditantes, in memoria dei persisterent. Postquam verò singulis tribubus benedixit, benedictionemque illarum literis mandauit, ac manus suas super Iesum Naue, vt sibi secundum mandatum Dei succederet, posuit, montem Abarim, qui est Abau, conscendit, inque illo iubente Domino moritur, annorum centum viginti, cum necdum oculi ipsius caligassent, nec facies eius quicquam tabis sensisset. Nemo autem sepulchrum illius vidit, in hodiernum vsque diem.

Moses moritur in monte Abarim

Liber VI. Iesus Naue.

QVÆ deinceps ad Esdram vsque sequuntur volumina : non prorsus ab illis sunt conscripta, quorum inscriptiones præferunt, & de quibus tractant. Feruntur autem à Prophetis, qui singulis temporibus vixerunt esse scripta, distinguendum itaque est inter illorum inscriptiones. Præsentis liber inscriptionem habet, Iesus Naue : propterea quod ipse Iesus Naue Mosi successor populi dux factus est, cuius isto volumine historia & res gestæ continentur. Commemoratur hic quomodo Iordanis fluuij pars superior ex ipso fonte defluens immota steterit, inferior verò decurrens exinaniata sit, vt populus sicco pede transferret, & quomodo in Gargalis omnes in solitudine natos cultus faxeis circumciderit, nomen loci illius Galgal vocauerit, & quod mox atque populus Iordane transmissio de terræ illius frugibus edisset, manna deinceps deserit, vrbis Iericho mœnia vltro corruerint, Raab meretrix propter hospirio susceptos & occultatos exploratores seruata sit, sol in supremo cœli vertice iuxta Gabao orante Iesu Naue integri dici spatio, donec ille hostes deuicisset, steterit, postquam verò Amorræos, & omnes illorum Reges expugnauit, omnemque eam terram nouem tribubus cum dimidia Manasse distribuit, & populū annos xxvi. gubernauit, mortuus est annorum cx. Qui verò terram populo diuiserant, erant Eleazarus sacerdos, & ipse Iesus Naue, ac de vnaquaque tribu vir vnus: de tribu Iuda, Chaleb: de tribu Symeō, Salamiel: de tribu Benjamin, eldad: de tribu Dan, Bacheir: de tribu Manasse, Aniel: de tribu Ephraim, Camuel : de tribu Zabulon, Elisaphan: de tribu Isachar, Phitiel: de tribu Aser, Achior: de tribu Nephthalim, Phatael. Reges autem illius terræ, quos Moses & filij Israël trans Iordanem ab ortu solis, & valle Arnon vsque ad montem Hermon, omni terra Arrhaba ab Oriente subiugata percusserunt, hos fuisse dicit, Seon Regem amorræorum, qui in Esēban habitauit ac regnauit. Et Og Regem Basan, qui ex Gigantibus adhuc supererat, & in Astaroth habitauit, regnauitque à monte Hermon, vsque ad terminos Gergeseorum, & dimidium galaad. Istis occisis dedit Moses ipsorum terram Rubenitis. Gaditis, ac dimidiæ tribui Manasse. Reges verò Amorræorum, quos Iesus Naue cum filiis Israël, post-

Iesus Naue Mosi successor.

Iordanis flumini.

Raab meretrix seruata.

Solis stetit.

Iesus moritur.

raël, postquam Iordanem transferant in planicie Libani, vsque ad montem Chelca, donec ascendas, Sceir, bello sustulit, quorū & terrā reliquis tribubus, iuxta cuiusq; sortem possidendam dedit, istos esse dicit : Chetæum, Amorræum, Chananæum, Pheræum, Euæum, Iebusæum, Regem Iericho, Regem Hai, quæ contermina est Bethel, Regem Ierusalem, Regem Chebron, Regem Ierimoth, Regem Lachis, Regem Elam, Regem Gazer, Regem Dabir, Regem Gize, Regem Ærath, Regem Ærat, Regem Arath, Regē Lobna, Regem Odollam, Regem Elat, Regem Ataphuth, Regem Opher, Regem Ophethsaroth, Regem Asom, Regem Somon, Regem Mamroth, Regem Ziph, Regem Cades, Regem Zaac, Regem Manedoth, Regem locomontis Carmeli, Regē Eddor in Phenedaor, Regem Gid Galilææ, Regem Therfa.

Liber VII. Iudices.

VOCATUR hic liber Iudicū, propterea quod post mortem Iesu Naue populum suum Deus à relictis Chananæorum Gētibus pressum per Iudices seruauit, quorum hoc volumine singulorum facta & vitæ tempus continentur. Sunt autem isti. Primus Gothoniel: hic occidit Chufarsathaim Regem Syriæ fluuiorum, qui populum Israël afflixerat annos quadraginta. Post hūc Auod ambidexter. Hic Æglon Regem Moabitarum gladio ancipiti palmæ longitudinem habente interemit, à quo fuerat pressus Israël, annos decem & octo : & ipse gubernauit Israël annos octoginta. Tertius Samegar, * filius Dinach, qui sexcentos de Philistiim vomere percussit, annumque vnum populum iudicauit. Quartus Barach, filius Abincem. Hic expugnauit Iabin & Sisaram, qui Israël annos viginti afflixerant. Sisaram autem Iaël, vxor Chather Cinæi clauo occidit. Iudicauit iste Israël annos quadraginta. Quintus Gedeon, qui & Ierobaal dictus est. Percussit iste Madianitas, & Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana ipsorum principes, ac Turrin Phanael subuertit, principisque illorū cum spinis tritruauit ac contriuit, à quibus tribulatus fuerat Israël annos septem, iudicauit autem ipse Israël annos quadraginta.

Iudices cur sic vocentur.

Alias in Græco est Iudices, quod dicitur filius A-nath.

Abimelech quam inhumauit.

Iephte filia sua immolauit.

mus Ailon Zabulonites annos decem. Duodecimus Labdon Pharonites, annos octo. Tredecimus Samson, de stirpe Dan. Hic in mandibula asini interdem & virga, aliquando etiam immisis vulpibus, & nouissime per ruinam domus Philistæos percussit, à quibus Israël afflictus fuerat annos quadraginta : iudicauit autem Israël annos viginti. Fuerunt itaque iudices Israël numero tredecim. Israël Anno verò illorū fuerunt quadringenti & vndecim. tredecim.

Samson.

Iudices Israelis tredecim.

Liber VIII. Ruth.

ITA vocatur hic liber, propterea quod historiam Ruth solam complectitur. Est autem Ruth genere Moabitida, castitate verò honesta. Relicta cognatione paternaque superstitione, ad pietatem ac verum Dei cultum conuersa, Bethlehem Iudæ cum focu sua incontanter concessit, vbi & Booz ex tribu Iuda, matrimonio coniuncta est, ex qua postea Dauid originem hoc ordine sumpsit. Booz ex Ruth sustulit filium Obed, Obed verò genuit Iesse, Iesse Dauidem.

Ruth cur sic dicatur.

Liber IX. Regum I. & II.

REGUM nominantur isti, ob id, quod Regum cum Iuda tum Israël facta & annos continent. Digesta sunt autem primo libro ista. Mors Eli Sacerdotis ac filiorum ipsius. Natiuitas Samuelis, & quomodo populus hæctenus à Deo gubernatus, qui singulis temporibus liberatorem ipsis excitauerat, Regem sibi secundum morem Gentium à Samuele petierit, atque is Saulem illis de tribu Benjamin dederit, & ex illo deinceps & in Israël Reges esse cœperint. Continetur etiam hoc volumine quomodo vbi mandatum Dei transgressus esset Saül, ablatum sit à stirpe ipsius regnum, & Dauid in ipsius locum vnctus, atque in huius stitipem translatum regnum. Præterea commemoratur, quemadmodum sit per Dauidem Goliath minutissimo occisus lapillo, Saül verò, postquam tripudiantes mulieres Dauidi decem millia, & ipsi mille dederant, inuidia percitus Dauidem persequutus, Dauid tamen seruatus, & Saül tandem bello arctatus consultis Pythonissis, interemptus occubuerit. Et in huius occasu terminatur primus Regum liber.

Dauid vnctus.

Goliath occisus à Davide.

Dauid Sauli succedit.

In secundo verò libro, Sauli Dauid in regnum succedit. Memphibosche autem filius Saulis initio pro conseruando sibi regno cõtendit, tandem verò vniuersæ tribus Dauidi iunguntur. Cunctos hostes bello superat Dauid, Bersabee vxorem Vriæ sibi sumit. Absalom patrem suum Dauidem persequutus paulò post in bello occiditur. Dauid numerato populo iram in se diuinam prouocat, quæ postea placato Deo cessat. Et hic secundus Regū liber senio confecto Dauid finitur. Habuit autem sub se Dauid quosdā viros fortes, magnos ac multos, quorum minores Centuriones, maiores verò Chiliarchas constituit. Habentur quorundam ipsorum nomina & res gestæ. Sebochæ Astotheus, qui Seph filiū Rapha ex gigantibus nati percussit. Bleanam filius Ariorgi, Bethleemites. Hic percussit Goliath Chetæum, cuius hastæ lignum instar liciatorij textentium erat. Erat autem & ipse filius Rapha. Ionathan filius Semesi, fratris Dauid. Istæ

percussit virum quēdam de Rhamedon, qui Israeli conuiciatus fuerat, & senos digitos in manibus ac totidem habebat in pedibus, & ipse filius Rapha, ex Gigantibus nati. Adinon Asonæus. Hic frameam suam aduersus octoginta milites, simul congregatos eduxit. Iesse Bada, filius Achamane. Et iste frameam suam contra triginta vno momento eduxit. Eleanan, filius Sose. Hic cum essent congregati Philistiim, solus in eos irruit, atque ita quous obuios interemit, vt manus ipsius hastam tenēs obrigesceret, & populus post ipsius tergum cæsos spoliaret. Mara filius Afa Saruchæus. Iste irruentibus Philistæis, ac partem agri lente refertam depopulari volentibus, fugiente populo, solus obstitit, & Philistæos persequutus agri partem seruauit. Eleazar filius Dodetharconi. Et iste tempore messis hordeaceæ cum irrumperent Philistæi, & populus fugeret, solus restitit, & Philistæos persequutus, hordeum defendit ac seruauit. Tres verò fortes ex triginta erant cum Dauide cum Philistæi Bethlehem obsidione cinxissent. Hi tres cum ex cisterna Bethlehem bibere cuperet Dauid, castra Philistinorum perruperunt, haustamque ex cisterna aquam Dauidi attulerunt. Admiratus Dauid ipso virtutem, aquam quidem accepit, bibere verò noluit, sed libauit eam Domino dicens. Propitius sit mihi Dominus ne hoc faciam. An sanguinem istorum hominum, qui cum animarum suarum periculo profecti sunt, bibam? Baneas filius Iodæ, qui multa fortia facta designauit, & filios Ariel Moabitæ percussit, & cum in diebus niuis ad cisternam descendisset, leonem percussit. Hic & fortem quendam virum Ægyptium quinque cubitorum staturam habentem, & hastam instar scalæ nauticæ gestantem percussit. Hasta enim primùm illum spoliavit, deinde & occidit. Abisa frater Iobab, filius Saruixæ sororis Dauidis. Princeps erat & iste inter tres, de quibus dictum est. Percussit autem tempore quodam triginta viros lancea sua, & capræ instar cucurrit in montibus, & præterea percussit & occidit Iesbi qui Dauidem occidere moliebatur. Erat autem Iesbi de genere Rapha & hasta ipsius trecenta æris sicla ponderabat, & gladio accinctus erat. Itaque isti erant magni & potentes. Bellatores autem in vniuersum habuit Dauid myriades triginta quatuor, & ducentos.

Liber X. Regum III. AC IIII.

Adonias filius Dauidis. **Salomon templum edificat.** **Adonias** IN tertio Regum continentur ista. Adonias, senio iam grauato Dauide patre, seipsum extollit, & sine patris conscientia regem se creat. Quo cognito, Dauid mittit Mathan Prophetam, & Sadoch Sacerdotem, ac Bancam filium Iodæ: præcipitque, vt Salomonem vngant in Regem, quod & faciunt adhuc viuente Dauide. Adonias itaque confestim pessundatur. Salomon verò in septennio domum Domini, deinde & muros Ierusalem edificauit. Erant autem illi septuaginta millia profelytorum, qui onera portabant, & octoginta millia latomorum. Qui verò operibus præerant numero erant ter mille & sexcenti. Alimoniam verò Salomonis singulis mensibus duodecim viri administrabant. Impendebantur autem singulis diebus cori similaginis triginta, farinæ triticeæ cori sexaginta, vituli selecti decem, boues pascui viginti,

A oues centum, exceptis ceruis & capreis; atque altilibus faginatis. Gregem verò habuit, equarum quas fœturæ gratia alebat, quadraginta millia, equorum verò curculium duodecim millia. Diuitiæ illius erant multæ. Singulis enim annis adferebantur illi auri talenta sexcæta sexaginta sex absque tributis quæ pendebantur à subditis. Sed & Regina Saba, cum ad ipsum venisset, dedit ei auri talenta Regine Saba. **Roboam Salomoni succedit.** **Ieroboam.** **Elias eius gesta.** **Abiab.** Iuda videlicet & Benjamin. Complectitur itaque tertius hic liber res gestas & annos Regum istorum Salomonis, qui simul omnium tribuum Rex erat. Postquam autem diuisum est regnum, vt diximus, in Iudæa duarum tribuum principatum gesserunt Roboam, Abia, Afa, & Iosaphat: decem verò reliquarum in Samaria, Ieroboam, Nabath, Baafa, Elau, Zambre & Achab. Tractat & de Prophetis videlicet istis: de Nathan, Gad, & Achia Selonita, qui contra altare Samariæ clamauit. De Elia & Elissæo, & eo qui regi Achaab prophetauit. De filio Ader, & illius percussore, qui & Achaab reprehendit. De filiis Prophetarum seorsum anachoreticam vitam ducentibus. Habetur etiam hoc libro, quomodo prophetauerit Elias, & non pluerit annos tres, & corui illi propter verbū Domini mane panes, vesperi carnes detulerint. Effecit etiam in Sarephtha Sidoniæ per verbū Domini, vt hydria farina viduæ nō defecerit & oleario vasculo nihil decesserit. Præterea & filii eius mortuū orando vitæ restituit, & Prophetas Baal occidi curauit, quorum numerus erat, quadringenti quinquaginta. Iordanæ quoque pallio percussit, vndaque illius vtrinque diuisa, pedes fluuium transiit. Terminatur autem tertius hic liber morte Achab Regis Israël, & morte Iosaphat Regis Iuda, desinens in principium regni Ochoziæ filij Achab, & Ioram filij Iosaphat, Regis Iuda.

Quartus Regum.

Elisæus. **Naama Syria à lepra mundatur.** **Senacherib.** **Iosias.** IN isto libro commemoratur, quomodo duo duces quinquagenarij regis Ochoziæ igne cœlitus, per verbum Eliæ prophetæ consumpti, & Elias tandem sublatus sit, spiritusque illius in Elisæo requieuerit, ita vt in illo duplo fuerit. Deinde de Elisæo quomodo Sunamitidis filium mortuum precando excitauerit, & Naaman Syrum à lepra mundauerit, vascula vxoris Prophetæ mortui in verbo Domini oleo repleuerit, super corpus ipsius mortui cuiusdam cadauer coniectum, mox atque Prophetæ ossa tetigerat reuixerit, cum pallio Eliæ Iordanem percussit, diremptaque hac atque illac vnda pedibus & ipse fluuium transiit. Continetur etiam isto volumine, quomodo Senacherib & Rapsafes post multas blasphemias promulgati, deque exercitu ipsorum vna nocte occisi sint centena octoginta quinque; virosque millia, & quomodo Iosias rex vniuersa simulachra sustulerit, lucos succiderit, & Pascha, sicut scriptum est, legaliter seruauerit. Habet hic liber regum quoque gesta & annos, eorum qui in Iuda regnarunt, Ioram, Ochoziæ, Ioas, Amassia, Ozias, Ioatham, Achaz Ezechia,

Iudæa Reges. **Saul.** **David.** **Salomon.** **Roboam.** **Abias.** **Assa.** **Iosaphat culpam meruit.** **Ioram.** **Ochozias.** **Gotholia.** **Ioas.** **Amassias.** Ezechia, Manasse, Amos, Iosia, Ioachaz, Eliakim, Ioakim, Mathanam & Sedekia: Eorum verò qui in Samaria, Ochoziæ, Ioram, Iehu, Ioachaz, Ioe, Ieroboam, Zacharia, Sellum, Manaem, Phakesia, Phakes, & Ofce: & Prophetarum, Elia, Elizæi, Esaiæ, & Ieremia. Præterea quomodo regnum Samariæ defierit, sub Ofce filio Hela, qui Phakee filium Romeliæ occidit, regnum verò Ierosolymitanum sub Sedekia. Nam & ipse in Babylonem abductus, & ademptis oculis in pistrinum annos vigintifex abiectus est. Ad hæc quomodo rex Babylonis regem Ioakim exaltauerit, thronūque illius supra cunctos Babylonie reges extulerit, & cum eo ederit ac biberit omnibus diebus vitæ ipsius. Finitur itaque liber iste, in seruitutem abducto iam populo, & tota vrbe capta.

Epitome gestorum regum Iudææ & Israël.

Resumenda sunt quæ his libris tractantur, & per epitomen exponenda omnium Regū cum Iudææ, tum Samariæ nomina, & res gestæ, & cuiusque anni. Et primum de regibus Ierusalem. Post interitum Saulis, qui annos regnauerat quadraginta, regnauit Dauid super vniuersum Israël, & ipse annos quadraginta, in Chebrâ septē: deinde super omnē Israël, & Iudæam triginta tres, & fecit quod rectum erat corde perfecto: sub hoc erant Prophetæ Samuel, Nathan, Gad. Salomon filius Dauid, & ipse super omnem populum regnauit annos quadraginta, & fecit quod malum erat: sub isto erant Prophetæ Nathan & Gad. Roboam filius Salomonis, regnauit annos decem & septem, & fecit quod malum erat: sub hoc scissum est regnum. Manserunt autem cum ipso in Ierusalem tribus duæ, Iuda & Benjamin: in Samaria verò reliquæ decem. Habet sub se Prophetas Achian Seloniten, & Samæam, & Addo. Abias filius Roboam regnauit annos tres. Cor huius non erat perfectum, sicut Dauidis, sed ambulauit in peccatis patris ipsius: sub hoc vixit Addo propheta.

Assa filius Abiæ regnauit annos quadraginta vnum, & fecit quod rectum erat: veruntamen adhuc manebant excelsa: sub isto Prophetæ erant Azarias, Adad filius Oded, & Anami. Iosaphat filius Assæ regnauit annos viginti vnū, & fecit quod rectum erat, attamen adhuc erant excelsa. Tandem verò culpam meruit, quod amicitia iunxerat cum Ocholia rege Israël, & in structura nauium socius illi fuerat: sub hoc erant Prophetæ Elias, Elisæus, Michæas, Hieu filius Ananiæ, Oziel filius Zachariæ, & Eliad Odiæ de Marisa. Ioram filius Iosaphat, regnauit annos octo, & fecit quod malum erat. Habet enim vxorem filium Achaab: sub hoc erant Prophetæ Elias & Elisæus. Ochozias filius Ioram, regnauit annum vnum, & fecit quod malum erat. Post hunc regnauit mater ipsius Gotholia, annos septem. Ioas filius Ochoziæ regnauit annos quadraginta. Ilte occidit Zachariam, & donec Iodæ vir prudens viueret à quo instruebatur, fecit quod rectum erat. Hunc interfecerunt ipsius serui in domo Maeloth: sub isto prophetauit Azarias filius Iodæ. Amassias filius eius regnauit annos viginti nouem, & fecit initio regni quod rectum erat, sed non sicut Dauid. Nam adhuc populus immolabat in excelsis, & lucos non excidit: sub hoc prophe-

Azarias. **Azarias.** **Ioatham.** **Achas.** **Ezechias.** **Manasses.** **Amos.** **Iosias Rex vir pius.** **Ioachaz.** tarunt Prophetæ quidam, quorum tamen nomina scripta non sunt. Postquam verò eos qui in monte Seir habitabant percussit, in superbiam elatus, simulachra eorum quos percusserat coluit, ob quam causam & in manus hostium traditus, percussus est. Azarias, qui & Ozias, regnauit annos quinquaginta duos, & primum quod rectum erat fecit: sicut & pater ipsius, excelsa tamen non sustulit. Vbi verò rerum successu potiri cœpit, elatus est animo, voluitque per seipsum immolare in templo, quod solis sacerdotibus licebat. Quapropter & lepra percussus est, postquam audisset, Non tuum est Ozia immolare Domino, sed Sacerdotum filiorum Aaron, qui ad hæc sanctificati sunt: sub hoc prophetauit Esaias.

Ioatham filius Azariæ regnauit annos sedecim, & fecit quod rectum erat, quemadmodum pater eius: veruntamen excelsa non est demolitus, & sub hoc erat Esaias.

Achas filius Ioatham regnauit annos sedecim, & fecit quod malum erat, & sub isto prophetauit Esaias: deinde & Oded. Ezechias filius eius, regnauit annos viginti nouem, & fecit quod rectum erat, sicut Dauid perfectè. Ilte demolitus est serpentem æneum, quem suspenderat Moses: sub hoc quoque prophetauit Esaias. Isto regnante Senecherib & Rapsafes Assyrij Dominum blasphemauerunt, qui quidem postea percussi sunt, tum autem vna nocte cæsi sunt ab angelo de illorum exercitu millia centum octoginta quinque. Ezechias verò cum ægrotaret, vt iam moriturus esset, ad prorationem vitæ annos quindecim accepit. Manasses filius Ezechia regnauit annos quinquaginta quinque, & malum fecit. Quæ namque Ezechias pater eius demolitus fuerat, ipse restituit: alter Ieroboam factus est Iudæ, vt huius gratia reprehensus est, quod peccare fecerat Iudæ: ob quam causam & in Babylonē captiuus abductus est. In captiuitate tamen constitutus, quemadmodū in Paralypomenis scriptum est, pœnitentiā egit, atque ita emendatū Deus in Ierusalē reduxit, vbi & regnum recuperauit. Postquam verò pœnitentiā egisset, & populum vt Deo seruiret docuisset, eadem mortuus est. In ciuitate tamen Dauid non est sepultus, sed in horto suo, horto Hoza. Amos filius Manasse regnauit annos duos, & fecit quod malum erat, sicut pater eius Manasses, & occiderunt illum serui ipsius, sepultusque est in horto Hoza, in quo sepultus est & pater ipsius.

Iosias filius Amos regnauit annos triginta vnum. Hunc populus Regem creauit cum annos octo natus esset, & fecit quod rectum erat, ambulans in omni via Dauidis, nec declinans, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Vniuersos quippe lucos succidit, & cuncta simulachra sustulit, cum annum esset sedecim, legem verò Dei quæsuit, & cum neglectam inuenisset legi curauit, ac Pascha celebrandum præconis voce promulgauit, celebravitque: sicut scriptum est. Istum occidit Pharao Nechao ad Euphratem, cum velut amicus ad ipsum venisset. Sub hoc fuerunt Prophetæ Ieremias, Sophonias, & Olda prophetiza, vxor Selle. Ioachaz filius Iosia regnauit menses tres, & fecit quod malum erat. Transtulit hunc Pharao Neco: sub hoc quoque prophetauit Ieremias.

Eliachim Eliachim alter filius Iosias, qui & Ioachim cognominatus est, regnavit annos vndecim, & fecit quod malum erat. **Ioachim** qui & Iechonias filius Eliachim, regnavit menses tres, & fecit quod malum erat, translatusque est in Babylonem. **Manthanan** filius Ioachim. Hunc Nabuchodonosor constituit regem, **Sedechiam**que mutato nomine vocavit: regnavit annos vndecim, & fecit quod malum erat: sub isto quoque erat **Ieremias**. Ad hunc usque duravit regnum Iuda, sub quo dissipatum est, sicut & regnum Samariae: vrbs namque Ierusalem capta, & vniuersi in Babylonem captiui, ablati quoque templi vasis, abducti sunt. Reges itaque in Ierusalem, à Dauide usque ad captiuitatem Babylonicam fuerunt viginti vnus: præter Gotholiam reginam, quæ & ipsa, sicut dictum est, post **Ochozias** filij mortem septem annos regnavit.

Reges Israël.

Consequenter & de regibus Israël, qui in Samaria regnarunt dicendum est, quo quisque vocatus sit nomine, quot annos regnaverit, & quomodo vixerit. Primus fuit **Ieroboam**, filius **Nabath**. Hic cum rediisset ex Ægypto diuiso regno, regnavit in Samaria. Tam insigniter autem quod malum erat fecit, vt similis illi non fuerit. Veritus enim ne facta defectione subuerteretur, duos aureos vitulos fecit, populūque seduxit, dicens: Hi sunt dii tui, qui reduxerunt vos ex Ægypto. Instituit etiam populo dies festos ac Sacerdotes, atque ita peccare fecit, & aberrare Israël. Ipsum enim omnes posterii reges imitati sunt. Regnavit autem annos viginti duos: sub hoc erat **Propheta Achia** Selonita, & qui contra ipsum & altare ipsius clamavit. **Nabath** filius **Ieroboam** regnavit annos duos, & fecit quod malum erat. Nec amplius post illum de genere ipsius quisquam regnavit. **Baasa**, de alia stirpe, regnavit annos viginti quatuor, & fecit quod malum erat, nec de huius stirpe, postea quisquam regnavit. **Zambre** alterius generis, regnavit annis duodecim, & quod malum erat fecit. **Achab** filius **Zambre** regnavit annos vigintiduos, & præ cæteris quod malum erat fecit. Sub hoc **Propheta** erant, **Elias**, **Elissæus**, **Michæas**, & qui regi **Achaab** de Syria & filio **Ader** prophetauit, & qui proprio iussu percussus ac vulneratus, **Regem**que **Achab** redarguit. Et præterea seorsum habitantes multi prophetarum filij. **Ochozias** filius **Achaab**, regnavit annos duos, & fecit quod malum erat. Sub hoc quoque erant **Elias** & **Elissæus**, quinquagenarios enim illius igne cælitus in verbo domini percussit **Elias**. **Ioaram** alter filius **Achab**, regnavit annos duodecim, & fecit quod malum erat. Post hunc nemo amplius de hac stirpe regnavit: Sub isto assumptus est in cælū **Elias**. **Elissæus** verò perduravit usque ad **Ieroboam** filium **Ioas** regem Israël. Erant autem sub istis etiā filij **Prophetarum**. **Iehu** de alia stirpe, filius **Manasse**, regnavit annos viginti octo. Hic genus **Achaab** sustulit statuamque illius contriuit & **Prophetas** **Baal** per insidias occidit. Et hætenus quidem fecit quod rectum erat, promissionemque accepit, quod quatuor ipsius filij sessuri essent super thronū **Israel**, veruntamen legem domini non seruauit toto corde. Neque enim à peccatis **Ieroboam**

Ieroboam quam impium.

Nabath.

Baasa.

Achab.

Ochozias.

Ioaram.

Iehu Rex vir bonus.

abstinuit, propter vitulos aureos. **Ioachaz** filius **Iehu** regnavit annos tredecim, fecitque quod malum erat. **Ierusalem** expugnauit & templi aurum & vasa abstulit. **Ieroboam** filius **Ioachaz** regnavit annos quadraginta vnum, & fecit quod malum erat. **Zacharias** filius **Ieroboam** regnavit menses sex, & operatus est malum. Hætenus posteritas **Iehu**, in quartam generationem duravit. **Sellum** ex alia progenie, filius **Iabis**, regnavit dies triginta, & quod malum erat operatus est. **Manacem** ex alio genere, filius **Gadide**, regnavit annos viginti & operatus est quod malum erat. **Phakeias** filius **Manacem**, regnavit annos decem, & fecit quod malum erat. Sub hoc **propheta** erant **Esaias** & **Osee**. **Phakée**, de alia stirpe, filius **Romeliae**, regnavit annos viginti. Hic occidit **Phakeiam**, & fecit quod malum erat. Sub hoc quoque erant **Esaias** & **Osee** **Prophetae**. **Osee** aliunde natus, filius **Ela**, regnavit annos nouem. **Iste** occidit regem **Phakee**, & operatus est malum, veruntamen non sicut qui ante ipsum regnarunt. Sub isto **Osee** finitum est regnum **Samariae**. **Tunc** enim cessauit, ac perdit est **Samaria**, quam hæretici **Samaritæ**, qui & **Sadducei** vocantur. **Summata** itaque eorum tempora, qui **Ierosolymis** à **Dauide** usque ad **Sedechiam** regnaverunt annos constituunt quadringentos. **Reges** vniuersi fuerunt viginti vnus, dempta **Gotholia**, & cuncti eiusdem stirpis, **Dauidis** videlicet, ita vt ab initio ad finem usque filius à patre regnum hæreditariū acceperit. Ex his autem nouem, quod rectum, duodecim verò quod malum erat excepta **Gotholia**, operati sunt. Eorum verò tempora qui in **Samaria** à **Ieroboam** usque ad **Osee** regnarunt, anni sunt ducenti sexaginta: **Reges** autem vniuersi decem & octo, ex diuersis stirpibus. Horum octo regnum inuaserunt. Omnes verò secundum peccatum **Ieroboam** quod malum erat fecerunt.

Liber vndecimus, Paralipomenon Primus & Secundus.

Hoc nomine vocatur isti libri, propterea quod multa in libris Regum præterita, in ipsis continentur. Habetur autem in primo libro omnium tribuum genealogia ab Adam usque ad Reges, secundum tribus, & populos, & gentes, & familias. In secundo verò exponuntur gesta regum. **Supra** quidem dictum est, quod qui regum facta & tempora conscripserunt, **Prophetae** fuerint, qui singulis temporibus vixerunt. Vt autem singulariter quid quisque scripserit cognoscatur, ex **Paralipomenis** ista annotauimus: **Dauidis** historias scripserunt **Samuel**, **Nathan** & **Gad** **prophetae**. **Salomonis** **Nathan** & **Achia** **prophetae**. **Ieroboam**, **Sabæas** & **Adido** **prophetae**. **Abiæ**, **Adido** **propheta**. **Asa** facta habentur in libro sermonum, de **Regibus** **Iuda**. **Iosaphat**, **Iehu** **propheta**, filius **Aname**, qui librum sermonum de **Regibus** **Iuda** scripsit. **Quæ** **Ioas** gessit, relata sunt in **Scripturam** **Regnorum**. **Quæ** **Amasias**, in libro sunt **Regum** **Iuda** & **Israel**. **Quæ** **Ozias**, scripsit **Esaias** **propheta**. **Quæ** **Ioathan**, sunt in libro **Regum** **Iuda** & **Israel**. **Quæ** **Achaz**, in libro habentur **Regum** **Iuda** & **Israel**. **Quæ** **Ezechias**, scripsit **Esaias** **propheta** filius **Amos**.

Ioachaz, Ieroboam, Zacharias, Sellum, Manacem, Osee, Hæretici Samaria unde isti, Anni Regni Israel 400, Paralipomenon cur sic appellatur, Historiographi veteris testamenti.

mos. Quæ **Manasse**, relata sunt in sermonem **Videntium**. Quæ **Iosias**, in libro sunt **Regum** **Iuda**. Quæ **Ioakim**, in libro habentur **Regum** **Iuda** & **Israel**.

Liber XII. Esdræ primus & secundus.

Hi duo libri ab eo ipso conscripti sunt, cuius & inscriptionem præferunt. **Esdras** enim iste, Sacerdos & lector cum esset, redituum filiorum **Israel** ex **Persia** ad **Ierusalem**, exposuit, in primo libro tradit, quomodo cura reditus fuerit in manu **Iesu** filij **Iosedek** & **Esdræ**, & **Zorobabel**, & **Neemias**, **Eunuchi** **Indiæ**. **Occasionem** verò reditus hanc ponit. **Tres** milites **Regem** custodientes, quorum vnus erat **Zorobabel**, circa quæstionem quandam contendebant, facta promissione, vt qui vinceret, à Rege quicquid vellet peteret. Cum primus dixisset, fortius esse vinum, **Alter** fortiozem esse **Regem**, **Zorobabel** contendit fortiores esse mulieres, veritatem super omnia excellere. Hæc quia dixerat **Zorobabel**, victor euasit. Cum autem **Iussus** esset petere quod vellet, petiit, vt **Israëlis** captiuitas solueretur, & **Ierusalem** reedificaretur. Atque ita vt petiit factum est. **Dimissa** est captiuitas. **Atenim** & tempus iræ **Dei**, sexaginta videlicet anni, tunc adimpletum erat. **Qui** verò **Ierosolymam** è captiuitate ascenderunt, de tribus **Iuda** & **Beniamin**, cum **Leuitis**, in vniuersum numero fuerunt quadraginta duo millia, trecenti, & sexaginta. **Serui** verò illorum & ancillæ, septem millia, trecenti, triginta quatuor. **Cantores** ducenti quadraginta quinque. **Cameli** quadringenti triginta quinque. **Asini** ducenta millia, septingenti viginti. **Ædificatores** autem erant **Zorobabel** & **Iesus** filius **Iosedek**, & **Neemias**. **Esdras** verò cum esset dexter in cognitione legis, legem proferebat, & legebat, disponebatque cuncta ad templum pertinentia, & **Leuitas** quoque ipsa ex lege designabat. **Præterea** & alienigenas vxores abiici curauit ab illis qui eas tempore captiuitatis duxerant. **Abiecerunt** enim illas omnes, & mandati sunt, & pascha sicut scriptum est, & ieiunium legitime seruauerunt. **Secunda** verò narratione eadem quidem de reditu è **Babylone**, præter problemata, plura verò de **Neemia** **Eunucho** exponit, quomodo & ipse templi reedificationem à Rege petiuerit. **Et** quomodo **Esdras** quidem lectoris functus sit officio, **Iesus** verò & **Banæas** & **Sabias** populum erudierint, **Esdras** scientiam domini legendo explicuerit, populus per lectionem illius quæ faciendæ erant intellexerit, & pascha celebrauerit. **Seruauerunt** etiam ieiunium mense septimo, & festum tabernaculorum, sicut in lege scriptum est. **Non** fecerant, inquit, ad hunc modum à diebus **Iesu** filij **Naue**. **Esdras** verò cum vidisset mulieres petulantes **Hebræis** coniugio iunctas, lugens ac plorans, persuasit omnibus denunciari, vt seruarent legem dei, & eiecit mulieres illas, tanquam illegitimo coniugio iunctas, & adiurauit vniuersos, vt seruarent legem. Atque ita sanctificati & mandati exhilarati sunt, & abiit quisque in domum suam. **Narratur** autem & hoc de **Esdra** quod cum libri 5. per incuriam populi ac diurnam captiuitatem periissent, ipse illos, cum vir esset honesti studiosus, industrius & lector, apud se omnes

Zorobabel ista habetur Esdra tertio cap. 4

Reditus à Babylone.

Esdras.

custodiuerit, & tadem protulerit, omnibusque tradiderit, atque ita seruauerit.

Liber XIII. Psalterium Dauidis.

Ametsi hic **Psalmorum** liber solius habeat **Dauidis** inscriptionem, multorum tamen aliorum quoque in illo sunt **Psalmi**, vt pote **Asaph**, **Idithum**, filiorum **Chore**, **Aggæi**, **Zachariæ**, & **Æman** **Israëlitæ**. **Sunt** etiam nonnulli, qui communiter ab omnibus simul sunt dicti, quotquot videlicet alleluya habent. Itaque **Esdras** omnes hosce **Psalmos** à quibuscunque dictos vno complexus est libro, qui quidem, quasi communes sint **Psalmi** omnium quos continet, **Psalmorum** liber vocatur, soli verò **Dauidi** inscribitur, propterea quod ille primus spiritum psallendi à deo accepit, primūque **Psalmos** composuit & scripsit, & prædictos **Psalmistas** ipse ex sacerdotibus telegit ac instituit, stationem quoque locorum illis, & ordinem melodiarum, ac tempus psallendi matutinum & vespertinum determinauit, & ita ordinauit vt alij aperto, alij clauso tabernaculo, alij à dextris, alij à sinistris starent, atque ita quidem deo psallerent, laudemque ac hymnum voce canerent, quidam verò confessionem ac laudem præluderent, illi in musicis instrumentis, citharis, nablis ac cymbalis, isti in tubis sublimi personarent. **Sacerdotes** igitur qui arcam dei sub **Dauide** portabant, erant numero mille & Duo, nempe, ex filiis **Caath**, **Vriel** princeps & fratres eius centū & decē. **Ex** filiis **Merari** **Ase** princeps & fratres eius 250. **Ex** filiis **Gedeon** **Ioel** princeps & fratres eius 150. **Ex** filiis **Elizaphat** **Samæas** princeps & fratres eius 200. **Ex** filiis **Hebron**, **Enir** princeps & fratres eius 80. **Ex** filiis **Eziel**, **Aminadam** princeps & fratres eius 112. **Psalmistæ** verò selecti ex ipsis, erant, de quibus supra dictum est. **Hi** ad hunc modum instituti erant. **Asaph** & **Ætham** filij **Core** cymbalis æneis personabant, vt ab omnibus audirentur. **Zacharias** verò & **Oziel** **Samiramothith**, **Eloni**, **Eliab**, **Masæas**, **Banæas**, filij **Idithum**, in nablis & psalterio. **Mathæas** & **Enphanæas**, & **Machania**, & **Abededon**, & **Eeil**, & **Ozias** filius **Æman**, in **Cinyris** & citharis. **Masse** verò & **Aggæus** & **Zacharias** & **Bane**, & **Eliezer**, sacerdotes, tubis clangebant. **Et** reliquos psalmos quos isti quoque spiritu sancto moti conscripserant, **Esdras** **Dauidis** psalmis coniunxit, & ex omnibus ita coadunatis hunc psalmorum librum, vt dictum est, constituit. **Est** autem inter psalmos dilucida ad hunc modum ponenda distinctio. **Sunt** enim proprie **Dauidis**, quotquot istam habent inscriptionem, **Psalmus** **Dauidis**. **Videlicet** isti: 25. 26. 27. 36. 115. **Qui** verò ab aliis cõpositi, **Dauidi** inscribuntur, sunt quotquot inscriptionem hanc, **Dauidi**, similiter habent, qui quidem sunt isti, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 37. 39. 40. 41. 49. 50. 51. 52. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 62. 63. 64. 67. 68. 69. 70. 81. 90. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 100. 102. 103. 107. 108. 109. 137. 138. 139. 140. 142. 143. 144. **Eorū** verò qui hæc inscriptionem, **Dauidi**, habent, alij tantū psalmus **Dauidi**. **Quorū** inscriptio est, in fine psalmus **Dauidi** sunt isti, 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 18. 19. 20. 21. 29. 40. 50. 64. 67. 108. 132. 139. **Qui** inscribuntur, **Dauidi**, absque illa partit-

Psalmorum liber cur Dauidi inscribitur.

Mille sacerdotes arcæ Dei portabant.

Psalmorum librum constituit Esdras.

cula, in finem, hi sunt, 3. 7. 14. 22. 23. 24. 28. 37. 42. 62. 93. 38. 107. 140. 142. Rursus eorum qui inscribuntur, in finem psalmus Dauidi, hæc est subdivisio. Alij inscriptionem habent psalmus Cantici, ut porre, 4. 64. Alij tantum, psalmus, videlicet. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 18. 19. 20. 21. 30. 39. 40. 50. 63. 108. 138. 139. Qui verò inscriptus est, in hymnis psalmus, est, 6. Sunt & alij, qui inscriptionem quidem habent, In finem Dauidi, psalmi tamen titulum non habent, sed differentem, & sunt isti, 13. 35. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 68. 69. Horum qui differentem habent inscriptionem, alius inscribitur, verba Cantici, vt 13. alij Dauidi tantum, vt 35. 68. 69. alij intellectus, vt 51. 52. alij in hymnis intellectus, vt 53. 54. Nonnulli, tituli inscriptionem habent, vt 55. 56. 57. 58. 59. Est qui, in hymnis inscribitur, vt 60. Eorum verò qui, psalmus Dauidi absque particula, in finem inscribuntur, est Canticum psalmi, 107. tantum. At qui nec in finem, nec psalmus, sed simpliciter Dauidi inscribuntur, sunt 15. 16. 31. 32. 70. 81. 90. 92. 94. 95. 96. 100. 102. 103. 136. 141. 143. 144. & ex his iterum alius canticum habet, vt 95. alius, tituli inscriptionem, vt 15. alij orationem, vt 16. 82. alij intellectum, vt 31. 100. 141. hic filiorum Aminadam, vt 70. illi laudem cantici, vt 90. 92. 94. iste laudationem, vt 144. Rursus, qui neque Dauidis, neque Dauidi inscribuntur, sed aliis assignantur sunt isti, 38. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 86. 87. 91. 99. 104. 105. 106. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Et horum quidam inscribuntur Asaph, quidam filii Core Asaph & Ætham, quidam filii Idithum, alij Aggæi & Zachariæ, alij, alleluja Asaph sunt isti, 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. Ex quibus alij inscriptionem habentes, In finem psalmus Asaph, sunt hi: 74. 75. 76. 79. 80. alij tantum psalmus Asaph, vt 72. 78. 81. alius in hymnis, vt 75. alij canticum psalmi Asaph vt 79. 82. quidam intellectus inscriptionem habent, vt 73. 77. quidam torcularium, vt 80. ille commutandum, vt 79. hic psalmus cantici, vt 74. Qui per alleluja inscribuntur, sunt isti, 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 131. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Ex his Aggæi sunt & Zachariæ 145. 147. 148. Qui filiis Core inscribuntur, sunt 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 83. 84. 86. 87. Et ex his alij inscriptionem habent, In finem filii Core, vt sunt 41. 43. 44. 48. 83. 84. alij, in finem pro filiis Core, vt 45. 46. quidam, psalmus cantici filii Core, vt 47. 86. 87. & 88. Intellectus Ætham Israëlita. Sunt qui inscribuntur, In finem Idithum Canticum, vt 38. 61. Qui verò graduum sunt, omnes sunt cantica, vt 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. Ex his Salomoni inscriptus est, 126. Dauidi verò, 130. 131. 132. Itaque ista est diuisio inscriptionum quæ psalmis quibusdam præmittuntur. Omnium verò communes in hoc libro psalmi tantum sunt, 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 18. 19. 20. 21. 29. 30. 39. 40. 50. 60. 61. 63. 64. 65. 66. 67. 72. 78. 81. 108. 138. 139. psalmus canticū, 4. 64. psalmi cantici 29. 47. 67. 86. 87. Canticū tantū 38. 76. 95. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. Canticum psalmi 65. 82. 107. Verba cantici 17. Laus cantici 90. 92. 94. Laus 144. In hymnis 60. 75. In hymnis intellectus 53. 54. In hymnis psalmus 6. 66. Intellectus 31. 51. 52. 73. 77. 88. 100. 141. Ad inscri-

ptionem tituli, 15. 55. 56. 57. 58. 59. Oratio, 16. 85. 89. 101. Oratio Mosi homini Dei, 89. Ad Salomonem, 71. Sine nomine, 9. 65. 91. 99. 101. Alleluja, 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Dauidi simpliciter, 32. 34. 35. 96. 102. 103. 136. 137. A Dauidi verò & reliquis omnibus dicti, & inscripti, in finem sunt isti: 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 18. 19. 20. 21. 22. 30. 35. 38. 39. 40. 41. 43. 44. 45. 46. 48. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 74. 75. 76. 79. 80. 83. 84. 108. 138. 139. Qui Dauidis tantum sunt proprii, hi sunt: 25. 26. 27. 36. & 151. Post vniuersam hanc diuisionem: deinceps necessarium est separatim etiam quorundam psalmorum inscriptiones cognoscere. Primus quidem & secundus inscriptione carent. Tertius verò inscriptus est, quando à facie Absalom filij sui aufugit, 142. quando filius ipsum persecutus est. Quintus super hæreditate. Sextus & vndecimus super octaua. Septimus super sermonibus Chusi filij Iemini. Octauus: 80. & 83. super torcularibus. Nonus super absconditis filij 45. super absconditis 15. Ad tituli inscriptionem 16. & 85. Oratio 17. quando eripuit eum Dominus è manu omnium inimicorum ipsius 21. pro susceptione matutina, 23. In prima Sabbathorum 26. antequàm vngatur 28. In consummatione tabernaculi 29. In dedicatione domus 30. Pro extasi 31. Intellectus 33. Quando mutauit faciem suam ante Abimelech 35. Seruo domini Dauidi 37. Ad rememorationem diei Sabbathi 44. Pro commutandis, ad intellectum filii Core canticum super dilecto 68. pro commutandis 77. pro commutandis testimonium super Assyrio 50. Cum venisset ad eum Nathan Propheta, postquam esset ad Bersabee ingressus, 51. Cum venisset Doeg Idumæus ad Saulem, nunciasset que illi ac dixisset: Venit Dauid ad domum Abimelech 52. Super Maeleth 53. Cum venissent ad Saulem Ziphæi, illique dixissent, an non est absconditus apud nos Dauid 55. Cum tenuissent eum Philistæi in Geth 56. Cum ante faciem Saulis in speluncam fugisset 58. Cum misisset Saul qui domum eius obseruarent, vt occideret eum 59. Cum incendiasset Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & reuersus Ioab percussisset in valle Salinarum duodecim millia, 62. Cum esset in solitudine Idumææ 65. Resurrectionis 69. Ad rememorationem, quod me seruauit dominus 70. filiorum * Adæ, priorum captiuorum 61. In Salomonem 65. Ad Assyrium 87. Super Maeleth ad respondendum 91. Pro die Sabbathi 23. In prima Sabbathi 92. In diem ante Sabbathum 93. In quarta Sabbathi 95. Cum domus ædificaretur post captiuitatem 96. Quando restituta est ei terra 99. Ad confessionem 101. Precatio pauperi cum in angustiis esset, & orationem suam ante dominum effunderet 141. Precatio cum esset in spelunca 143. Contra Goliath 151. psalmus hic peculiariter Dauidi, & extra numerum reliquorum inscriptus est, cum singulari certamine Goliath strauisset. De diapalmate quoque tractandum est, in quibus psalmis illud & quoties in vno quoque inueniatur. In secundo psalmo semel: in tertio bis, in quarto bis: in septimo semel: in nono canticum diapalmatis, in vigesimo tertio semel: in 31. bis: in 33. semel: in trigésimo octauo bis, in 43.

Alis, s. h. i. i. s. i. o. n. a. d. a. b.

in 43. semel, in 45. bis, in 46. semel, in 48. bis, in 50. bis, in 53. semel, in 54. bis, in 56. bis, in 58. bis; in 59. semel, in 60. semel in 61. bis, in 65. ter, in 66. bis, in 67. quater, in 74. semel, in 75. bis, in 76. ter, in 80. semel, in 81. semel, in 82. semel, in 83. semel, in 84. semel, in 86. bis, in 88. quinquies, in 93. semel, in 139. ter, in 142. semel. Summatim verò quotquot per halleluiaha inscribuntur, & qui graduum sunt diapalmata non habent.

Libet XIII. Prouerbia Salomonis.

Salomō filius dauidis, cum regnū patris sui accepisset, à Deo petiit, vt sapientiam acciperet magis quàm diuitias, & hostium vltionem. Hanc cū esset adeptus, præ omnibus mortalibus, qui ante & post ipsum fuerunt, sapiens, ac propter ea quæ faciebat ac dicebat, admirabilis factus, tria millia parabolarum, & quinquæ millia carminū proloquutus est, disputauitque de omnibus, tam de iis quæ ex terra proueniunt, quàm de omni generis animantibus. Scripsit libros, Canonicos tres; Prouerbia videlicet, Ecclesiasten, & Canticum canticorū, & alterum præter istos, non Canonicum, sicut ante dictum est, qui Sapientia Salomonis dicitur. Præsentem autem librum Prouerbia inscripsit; propterea quod verba Sapientum prouerbia sunt, velut ænigmata, quæ quidem aliud ex superficie, aliud verò per allegoriam indicant. Horum autem species sunt prouerbia. Ad hunc etenim modum discipuli Domini in Euangelio secundum Ioannem loquuntur, quãdo domino, cum antea multa obscuro sensu loquutus esset, tandem dicunt, ecce nunc liberè loqueris, & prouerbum prorsus nullum dicis, vt intelligas prouerbia non aperto, sed obscuro sensu dici. Quoniam igitur tales plerunque sunt quæ in hoc libro sunt sententiæ, ideo titulū illi, prouerbia fecit. Est autem inde dicta paræmia, quod præter vias, tales sententiæ conscribi solitæ sint, ad correctionem & doctrinam eorū qui itinera cōficiabant: præter vias autem scribebantur: propterea quod nō omnes veritatis sermones capiebant, vt velij qui in itinere erant, & affixas videbant, quæ scripta essent exquireret, atque ita erudiretur homines. Paræmiã itaque ad hunc modum nonnulli definiunt, vt sit dictum parodium, ab vno aliquo ad multa transfumptū. In hoc igitur libro scientia est sapientiæ & disciplinæ, intellectus sermonum prudentiæ, strophæ verborum iustitiæ, Verus intellectus ad dirigendū iudicia, & pollicitatio cognoscendarum ex istis parabolarum, dictorum Sapientum ænigmatum, & obscurorum sermonum. Et sunt scientiæ sapientiã ac disciplinam tradentes. Nam & Græci sapientiam pollicentur, & hæretici habere se disciplinam arbitrantur. Quapropter iste veram sapientiam ac disciplinam docet, ne specie ac similitudine sapientiæ quisquam in sophismata Græcorum & hæreticorum incidat. Græci namque & putantes & dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt, hæretici verò eruditos, esse se rati, auersi sunt, & peccant proprio iudicio condemnati. Sapiens verò si diuina eloquia audierit, sapientior erit. Etenim qui legitima Dei audierit & custodierit, & in disciplina Domini negligens non fuerit, nec ab ea defecerit, filius sapiens euadet, & eruditus factus cognitio-

parabola- rum 3000. scripsit Salomō.

Prouerbia cur sic dicantur.

Paræmia vnde.

Paræmia quid.

nem Dei confestim accipiet. Hac enim Sapientes instituitur: sermonum verò prudentū intellectus, doctrina est de solo & vero Deo. Græcorum namque alij corpus esse dixerunt Deum, alij simulacris etiam ipsum assimilarunt. Hæretici verò & ipsi in veri Dei cognitione desuperunt. Propterea Salomon de vera cognitione Dei differit: Quod quidē exponi in illo nequit: id gloria Dei abscondit. De prouidentia verò illius loquitur, cum dicit: In omni loco oculi Domini contemplatur bonos & malos. Et iterum: Diues & pauper alter alteri occurrunt, vtrosq; verò fecit Dominus. Et: Conueniunt facerator ac debitor, vtrosque speculatur Dominus. &: Sunt enim in conspectu oculorum Dei viri, & omnes circuitus eius speculatur. Iudicium quoque eius commemorat, dicens: Sacrificia impii, abominationes sunt Domini: preces verò rectorum acceptæ sunt apud eum: & iterum, Domos conuicatorum dissipat Dominus, firmat autem terminum viduæ. Opificium vero illius non simpliciter, sed ob id quod per verbum, ac sapientiam suam cuncta facit: verum Deum explanat ac designat, quod pater sit filij. Dicit igitur: Sapientia sua Deus fundauit terram. Et iterum: Dominus fecit regiones etiam inhabitabiles, & vertices habitabiles sub cælo: quando præparabat cælum, vñ cum ipso eram: quando segregabat thronum suum supra ventos, quando firmabat ea quæ supra nubes sunt, eram cum eo cuncta compones. Ego eram in qua lætabatur, singulis diebus in cōspectu illius deliciabar. Strophæ quoque verborum insunt isti libro. Nam si quis ea mente verberet, referabit ac inueniet latentem in ipsis sensum. Qualia sunt cum dicit: Ab æstu seruatus est filius intelligens, at ventus dissipas in messe est filius immorigerus. Et iterum: Sollicitè cura quæ in agro sunt viridia, & herbam demete, ac scenum montanum collige, vt oues habeas ad vestitum. Et rursus: Si conuiuia sederis in mensa magnatum, solerter considera quæ tibi proponuntur. Et alia consimilia. Veræ iustitiæ dictus est intellectus. Quoniam differenter quidam iustitiæ vocabulum accipiunt, aliis dicentibus iustitiam esse, si reddat quis quod custodiendum accepit, aliis verò, si malum reddatur pro malo, & bonum pro bono: vsu autem venit, vt huiusmodi definitiones exactæ ac iustæ non sint, (non enim dicendum est, quo ille me vsus est modo, eodem vtar ego & ipso, pœnas de illo sumam, pro iniuria qua me affecit) ob eam rationem Salomon quæ vera sit iustitia docet: eam videlicet veram esse iustitiam si vnicuique quod suum est reddatur. Cum primis honora, inquit Dominum de iustis tuis laboribus, & primitias illi da, de tuis iustitiæ fructibus. Deinde honora Regem, & parentibus competens repende officium, omnibus verò quod æquum est. Et hic vnus est iustitiæ typus. Alter verò est, vt animum suum quisque iustificet, æquabilitatem custodiendo, ita vt nusquam in contrariã inæquabilitatē declines, sed rationi obtēperes, ne malo consilio quo iuueturis doctrina repudiatur, capiaris, sed cū cōsilio omnia facias, & cogitationes tuæ sint iudicia, ita vt seipsū quisque iudicet, & concupiscentiã in omnibus habeat bonam. Vniuersa quippe iustorum concupiscentia bona est, & concupiscentia iusti accepta est. Cōtra animositatē verò, Ne sis amicus, inquit, viri

Hæretici desipiunt in verã dei cognitione.

Prouerbia bitorum argumētum.

Q.

animoso & amico iracundo ne cohabitates. Omnem enim iram suam emittit inspiens: sapiens verò illā ¶ pro parte condit ac suprimat. Qui seipsum ad hūc modum componit, & singulas cuiusq; animę partis actiones sanas & innocuas custodit, is demum veram agnitus est iustitiam. Iudicia verò dirigere principaliter quidem est, iuste secundum legem dei iudicare, vt cum dicit: Aperi os tuum verbo dei, & sanē de omnibus iudica. Pauperem verò & imbecillem iudicio defende. Qui namque iustū dicit eū qui impius est, execrabilis est populus, & odibilis inter gentes. Personam enim cuiusquam in iudicio reuereri, bonum non est. Hoc quidem ex professo dicendum est: deinde quod in seipsum quoque iudiciū hoc dirigit, quo alios quis iudicat, & seipsum probat, dum se, si iræ motum in se senserit abundare, reprehendit, & si abundare intellexerit, concupiscentiam cohibet, si verò rationis vis obdormierit, excitat, dicens: quousque piger dormis: Hoc namque pacto iudicium dirigere discet, si seipsum iuste moderatus, & sui ipsius reprehensor factus fuerit, nec audiet ab aliis: Qui aliū doces, teipsum non doces: qui doces, nō, mæchaberis, mæcharis. Quæ admodū enim qui iter facit & viā suā qua abulat rite dirigit, ad destinātū finem peruenit, ita & qui iudicia dirigit, iustus censetur & sapiens. Dicuntur autem parabola sermone, qui velut imagines sunt eorum quæ dicuntur. Ex ipsis nāque propter similitudinem, quod dicitur, intelligitur. Sic enim Dominus dixit, vt in Marco est: Cui assimilabo regnū Dei, aut cui parabola comparabo illud? Itaque parabola sunt quæ secundum similitudinem dicuntur. Cum enim dixisset: Simile est regnum Dei, tandem intulit: propterea per parabolas illis loquor. Sunt igitur huiusmodi dicta parabola, vt pote: Sicut defluxus huius in calore æstiuo tempore messis iucundus est, ita nuncius fidelis iis qui miserunt eum. Et iterum: Sicut venti, nebule, & pluuia, ita qui gloriatur in dono mendaci. Et si qua istis sunt similia. Dicta verò Sapientum sunt sermone, nullam sophismatum fallaciam habentes, neque per probabilitatis speciem seducentes, sed exacte veri, nec secundum dialecticam protasin dicti, sed tāquam qui ab ipsis sint cogniti, & velut ipsorum sententię prolati. Quales sunt, exhilarato corde floret facies, in mœroribus verò existente, deiecta est ac tristis. Et: Cor rectum quærīt sensum, os verò indisciplinatorū mala cognoscat. Et: Odiū excitat victoria, omnes verò eos qui contentiosi non sunt, cōtegit amicitia. Et: Qui causam agendam contemnit, contemnetur ab ipsa: qui verò mādaturū veretur, ille sanus est. Aliorum hominū sermone, plerūque amphiboli sunt: Sapientum verò quales quales sunt, veri sunt, & omni ex parte absoluti, ita vt contradicī illis nequeat, & alij homines rerum cognitionem ex fine sumūt: vt pote, quod peruersus sit qui cuiquam facit iniuriam, & malus qui mæchatur. Hoc verò cuius manifestum est. At Sapientes ipsa rerum principia prædicunt, & veluti symbola motuū qui in anima sunt prænunciant, vt quisquis malorū principia cognouerit, sibi caueat. Qualia sunt de quibus supra dictum est: Odiū excitat victoria, omnes verò nō contentiosos obtegit charitas. Contentiosus enim ex odio malitię huius principiu habet. Et nemo contentiosum amore prosequendum duxerit. Rursus è cōtrario qui cōtētiōsus nō est dilectionis

παμ-
ουετα
κατα
μερος.

Parabola
quid.

A iudicium habet. nec contentiosum dixerit quisquā cum qui diligit. Sicut illud: In concupiscentiis est qui ociatur, & iracundus quod agit, absque cōsilio agit. Significauit enim ociosi animam omnis generis concupiscentiis esse immerfam, & iracundum nullum rectum habere consilium ostendit. Et omnino isti amplius manifestum faciunt, quod actionis principium sint hominis mores & ingeniu. Vnde & commendat eos qui dicunt, quod contentionem præcedat odium, fugam verò contentionis dilectio. Et quod ocium mala voluptas, iracundum verò præcedat temeritas, quodque contempti principium sit & causa, quod legē ipse cōtemnit, & quod sanitatem præcedat timor Dei. Item quod animæ perditionis principium sit os incautum & temerarium, timoremque præcedat linguæ temeritas. Vbi ad hunc modum singulas dictiones referaris, inuenies ob id esse dictas & scriptas, vt auditis & cognitis malorum bonorumque principii quæ praua sunt fugiamus, quæ bona faciamus. Ænigmata verò & obscuri sermone, ita quidē caute sunt positi, vt mœrore afficiant, si quis in illos incidat: propterea quod nihil manifesti habent, & ne suspicionem quidem aliquam sensus præbent, vbi verò diligenter inquisiti fuerint, sensum quem habent indicant. Quales sunt Sanguifugæ tres sunt filia dilectione directæ. Et hæ tres, & quarta non dicunt, sanguis est. Infernus, & amor mulieris, & terra quæ non saturatur aqua, & aqua, & ignis, nunquam dicunt, satis est. Et iterū: Tria sunt, quæ cognitu mihi sunt impossibilia, & quartum non cognosco, via aquilæ volantis, & via serpentis supra petram, & via nauis in mari euntis, & viæ viri in adolescentia: & quæcūque eiusmodi sunt Ænigmata. Nam licet aliorū cogitationē moueant, alia tamen significat, & obscura quidem sunt, absconditū verò sensum habent.

Liber xv. Ecclesiastes.

D ET hunc librum scripsit Salomō: sicut supra dictum est. Dicitur autem Ecclesiastes, quoniā ita hunc nominauit autor ipse qui scripsit: in principio ipsius dicens: Verba Ecclesiastæ filij Davidis Regis Israël in Ierusalem: Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes. Variis verò nominibus vocatus est Salomon: Sapiens, propterea quod Sapientiæ participes factus est. Prudens, eo quod veritatis in ipso fuit prudentia. Doctus quoniam veram à Domino doctrinā habuit. Ecclesiastes verò vocatus est, quia ad populum ipse concionatus est, & quæ spiritus sunt, loquutus. Videtur autē in hoc libro de naturali theoria philosophari. Quoniam enim Ægyptij de illa suas iam habebant imaginationes, & Græci hęc de rebus fabulaturi erant, ob eam ipse causam impulsū spiritus sancti eos qui de istis inquirere conabantur compescit, dicens: Non poterit homo inuenire opus quod sub sole factum est: quantumuis quærendo fatigetur, non inueniet. Deicit etiam Ægyptiorum religionem circa diuinationem ex hominis natiuitate, dicens: Qui obseruat ventum non seret, & qui adspicit ad nubes non metet, in quibus agnosci non potest, quæ sit via spiritus. Sicut ossa in ventre vterum gestantis, ita non cognoscet opera dei, qui facit vniuersa. Deinde & de singulorum theoria tractans, consentit, quod de talibus vanē quærat, & quod eiusmodi nihil

Ecclesiastes
cur sic
dicatur.

Ecclesiastes
Salomon
dicitur
cur.

nihil pariant aliud quam laborem. Non enim ob illorum cognitionem, sed propter vitam, quæ opere ipso talia exercet pro sapiente quis commendatur, & iusto. Dicit namq;: Etenim quæcūque scire se dixerit sapiens, ea non poterit inuenire. Quoniam totum hoc tradidi cordi meo, & totū hoc vidit anima mea, quod iusti & sapientes, & opera eorum sunt in manu dei. Recte igitur talium rerum inquisitione prætergressus, & in contēplanda mortaliū politia constitutus, cum multos & varios videret hominum casus, constituit, quod prouidentia administrarent omnia, dicens curus non est velocium, nec bellum prudentum, nec sapientum panis, nec prudentum opulētia, nec cognoscentiū gratia: quoniam tēpus & occasio simul omnibus istis occurrūt. Nam vbique regnum habent, etiam in agro iam culto. Neque enim quisquam in istis cōsiliij sui dominus est. Quis enim homo ille est, qui possit opera sua retrò habito adaptare cōsilio? Et quod nihil potestatis ampli⁹ in hac vita habeat homo, quā faciendi bonū & malum, & præparandi opera sua ad exitū. Nam & qui edit ac bibit, hoc habet ex dono Dei. Vnde siue quærat, quomodo facta sint quæ videntur, siue pecunia possideatur, siue in luxu & abūdātia quis delicietur: omnia ista vanitas sunt vanitatum, & nihil amplius quam vanitas consilij & inanis voluntatis conatus. Per id verò quod ista vanitatem esse dicit, futurorum bonorum eternitatem significat. Quapropter & vniuersa transcendens hortatur, vt æternorum memoriam seruemus, & sciamus futurum aliquando, vt mūdus hic præsens finiatur, cum dicit: In die qua commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri potentes, & molentes ociabuntur, & cum quæ finē mundi subsequuntur exponit, dicens: Quoniam cuncta quæ sunt ducet Deus in iudicium, ¶ in omni errato, siue bonū, siue malum. Per ista ostendit, quod illud: Vanitas vanitatum, non ad hoc dixerit, vt creaturam criminaretur, sed vt æterna contemplatus, temporariorū desiderium admoneret esse vanitatem. Et vbi iudicium futurum esse docet, innuit fore resurrectionē mortuorum, & actorum retributionem. Deinde cum dicit, quando ociabuntur molentes, iterum non ostendit vanam esse ipsam creaturam, sed illam magis instruere quosuis ad pietatem. Siquidem ipsius ordo ac dispositio, de factore ipso ac creatore prædicatio est, in qua sunt & Prophete, & Euangelistæ, & Doctores tanquam molentes vnicuique alimoniam, per doctrinam, videlicet pietatis scientiam, qui molentes tandem in consummatione seculi ociabuntur. Tum enim non docebūt amplius, iustar molentium, sed quisque secundum acta iudicabitur.

Liber xvi. Canticum Canticorum.

ET hunc librum Salomō conscripsit, sicut antea declaratum est. Totus autem illi ad finem vsque mysticè cum allegoria ænigmatica conscriptus est. Sensus enim dogmatum illius non est manifestus, sed in arcano absconditus. Quapropter concenit, vt qui intelligentes sunt in toto hoc libro allegoricè versentur, ne propter imperitorum inscitia, quæ dicuntur contempui exponantur. Ob eam autem causam Canticum Canticorum vocatur, quod hoc canticum alia subsequitur, post ipsum

Canticum
Canticorum
nihil ale-

verò nullum aliud expectandum est. Aliud autem dico non Bibliō, sed quod è Biblio assignari possit. Quod dico tale est: Omnis diuina scriptura de verbi dei descensu ad nos, & de aduētū illius in carne prophetiam habet. Hęc enim voluntas dei est: & primarium erat Prophetis, ac vniuersæ diuinæ scripturæ, hanc rem annunciare. Obiter verò diuinæ isti narrationi sermone etiam attextunt de Babylone gentium, de Damasco, de Moab, & aliis. Et per singulas scripturas peccantes increpant, & peccatis ¶ occupatos adhortantur ad pœnitentiam cōminantes futurum ignis iudicium. Aliæ quidem scripturæ de Christi aduentu prædicat, vt pote Moses, cum dicit: Prophetam excitabit vobis dominus Deus noster, ex fratribus nostris, sicut me: & Esaias: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filiū, Et Michas: In postremis diebus illustris erit mons Domini: & alius aliter secundum spiritus sancti gratia, hac de re prædicat. His autem vniuersis prophetantibus expectabatur adhuc prænunciatus Dominus. Quapropter & multi illum prænunciabant, nec cessarunt prophetantes donec venisset. Et hæc omnia cantica quædam sunt. Canticum verò Canticorum non habet prophetiam, neque præcedentem aliquam significationem de Christo: sed quem alij prænunciarunt venturum, hunc iam veluti præsentem & carne iam indutum ostendit. Propterea & tanquam in nuptiis verbi & carnis, epithalamium Canticum hoc Canticorum canit. Et alia quidem scripturæ de Seruatore dicunt, & interea & alia quædam coniungunt: hic verò liber coniugium tantum verbi & carnis canit. Quamobrem etiam aliis quidem scripturis, propterea quod & alia quædam in illis significantur, indignationis & iræ sermone ac formidabiles minæ insunt: præsens verò liber, quoniam nihil aliud quam verbi aduentum significat, iucunditatis tantum, gaudij ac lætitię sermone habet. Sponso siquidem præsentem omnes lætari cōuenit, nec cuiquam lugendum est: sicut & ipse dominus dixit: Etenim ipse præsens cōstitutus infirmitates nostras portauit, & mœstias vertit in gaudium: Quemadmodum igitur post Seruatoris dispensationem, nullum amplius Prophetam expectamus, ita post illa quæ in hoc canticum canticum significata sunt, non est aliud canticum quod recentius aliquid significet expectandū: Etenim quæ in hoc canticum significatur, eadē & in Prophetis & aliis scripturis per intervalla dicta deprehenduntur. Rursus quemadmodū Agnū Dei Ioannes ostendit, atque ad Ioannē vsque Lex est & Prophete: ita quæ in cātico canticorum annotantur, finis sunt omnium eorum quæ in vniuersa scriptura signantur. Quid enim aliud post Christi aduentum expectandum est, quàm iudiciū & retributio? Propterea Cataphrygæ Prophetas post Dominum introducentes fallūtur, atq; ob eam causam tanquā heretici eodemnati sunt. Canticū igitur est canticorū: propterea quod nullū aliud, post ea quæ hic canuntur expectandum est. Et sicut in lege sancta, erant & post sancta, Sancta sanctorum, post sancta verò sanctorum, nullus alius interior locus habebatur, ita post cantica, canticum est canticorum: post canticum verò canticorum, non est interior aliqua & recentior expectanda annunciatio. Semel enim verbum factum est caro, opusque consummavit. Est autem totus hic liber plenus dialogorum

goricè tā-
m inter-
pretari
potest.

Deut. 18.

Mich. 4.

Canticum
Canticorum
quid
doceat.

simile

Cataphry-
gæ eodem-
nati.

veteris populi ad Verbum, & summatim humani generis ad Verbum, & ecclesiæ ex Gentibus ad idē, & rursus verbi ad eandem, & ad genus humanum. Deinde Gentium ad Ierusalem, & Ierusalem de Ecclesia ex Gentibus, & de seipsa dialogus. Postea & ministrantium angelorū ad homines vocatos prædicatio. Sunt itaque veteris populi precantis Dominum, vt descēderet, & carni coniungeretur, ista: **Osculetur me osculis oris sui: Quoniam meliora sunt vbera tua vino.** Et iterum excitat iisdem, dicēs: **noua & vetera seruauit tibi dilecte mi.** In genere verò omnium vox est ad verbum, vt carnem nostram assumeret. **Quis dabit te mihi frater mi, sugentem vbera matris meæ? Inueniam te foris, osculabor te, nec contemnent me.** Apprehēdam te, ducam te in domum matris meę, & in cubiculū genitricis meę. **Precati sunt enim, vt carnem assumeret non aliunde, sed ex ea ipsa matre, ex qua nati sumus, licet non eo modo quo nos ex viro & muliere.** Carnē enim sibi tanquā creator ex sola Virgine assumpsit: attramen ex homine. Homo enim fuit genitrix dei Maria. Verbi verò, ex Virgine iam carnem assumentis, ad precantes se sunt ista: **Ingressus sum in hortum meum foror mea spōsa, vindemiaui myrrhā meam cum aromatibus meis, comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.** In proprium enim hortum, creaturā videlicet, ingressus carnem sibi ex virgine assumpsit, & homo factus est. **Mortale quidem corpus erat, verū cum fragrantia sacro sanctissimi verbi coniunctum.** Et licet lactis cibum corpori suo admiserit, tamen & vinum illi perfectionis suæ impertit. Etenim quemadmodū lac comedit, ita & diuinitatis opera in ipso perfecit. Deinde verbum carnem indutum veterē populū, vt cui primum oracula Dei concredita fuerant, ad se vocat cum dicit: **Surge, veni, amica mea, formosa mea, columba mea, quoniam ecce hyems trāsiit, imber abiit ac profectus est sibi, flores comparuerunt in terra, tēpus sectionis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineæ nostræ florētes dant odorem suum.** Vbi enim primum populum nactus est, vmbra illum quæ in lege est ad tempus docuit, & tanquam scientem de voce turturis admonuit. Postquam autem Hierusalem ad se vocauit, aduocat deinceps & eos qui sunt ex Gentibus, (vnus est enim & Iudæorum & gentium dominus) cum dicit: **Venit de Libano sponsa. De Libano venit ac profecta est, ab initio fidei. De vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de mōtibz pardorum.** Hanc enim ab idololatria moribzque ferinis ad fidem vocat. Illa igitur ex Gentibus vocata & iam compuncta, Verbo ad hūc modum loquitur. **Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi quiescas in meridie, ne fiam tanquam oberrans inter greges sodalium tuorum.** Etenim per experiētiā edocta quā facilis sit in multis mutatio & inconstātia, pro cōfirmatione & corroboratione deinceps precatur, ne iterum accidat quod antea perpessa fuerat. **Consolatur itaque illam verbum ac docet, cum dicit: Si ignoras te ipsum o pulchra inter mulieres, egredere ac subsequere vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.** Nemo siquidem Deum cognoscere potest, nisi primum cognoscat seipsum. Nam pietas erga Deum sensus est princi-

Qui se nō
nouit deū
cognosce-

pium. Sensus verò est, non externus ille, sed intellectus animæ, cum fide coniunctus. Hierusalem, vbi Gentium vocationem cum exacta fide coniunctam vidit, stupefacta dixit: **Quid videtis in Sunamitide, quæ ingreditur sicut chori castrorum? Nō enim ex vna gente, sed ex omnibus venērunt, propria castra relinquentes, & gladios suos contingentes, ac deinceps quæ pacis sunt sapientes.** Ecclesia verò ex Gentibus, intelligens querimonias Hierusalem seipsam defendit, quod haud frustra vocata sit, cum dicit: **Nigra sum & formosa filia Hierusalem sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.** Nolite me considerare, quod denigrata sum, quoniam ꝑ obtutus est me sol, filij matris meę pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. **Nigra sum, inquit, at sub ipso sole sum, licet enim enim præputiata sum, idolis tamen renūciaui, & è domo matris meę egressa sum, sicut & Abraham.** Eadem namque prædita sum fide. Et ob eam causam vos oro, ducite me in cellam vinariam, ordinate in me charitatem, seruate me in vnguentis, stipate me pomis, quoniā dilectione vulnerata sum. **Nolite præputium atterere, sed in charitate me, o lex & propheta suscipite.** Et si veritate putida sum, tu me tamē instrue, & fragrantia tua confirma. Etenim dilectione vulnerata sum. Propterea adiuro vos filia Hierusalem, in virtutibus ac potentiis agri, si excitaueritis & euigilare feceritis dilectam donec ipsa velit. **Adiuro vos o patres, non aduersus potentias, non enim id licet, sed in potentiis paradisi, vt in illam inspicientes, sicut Adam, ita & me suscipiatis.** Nam & ibi nō erat circuncisio. Nunc Adæ conditio ac fides renouantur. Verbum verò Gentium fide conspecta & probata dicit: **Pulchra es amica mea, quā suavis, & quā formosa sicut Hierusalem, stupenda, sicut castrorum acies ordinatur.** Oportet enim eos qui ex Gentibus sunt, non esse dispares Hierosolymæ vt fiat vnus populus. Hoc autem fit, quando simul & legem honoramus, & in Christum credimus. Est enim vnus deus, & legis, & Euangeliorum. Et qui Hierusalem assimilatus non fuerit, non efficitur verbi amicus. Hierusalem fidem filiorum videns, & verbi philanthropiam, dicit: **Descendi in hortum nucum, vt viderem germina torrentis, num floruerint mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea.** Non cognouit anima mea, imposuit me curribus Aminadā. In hortum enim nucum, hoc est, in scripturas veni, quæ instar nucum sunt, foris duræ, intus spirituales. Vidi quod iungenda sunt, velut in curru, Gentium vocationi. Coniugatis igitur vtrisque populis in orbem terrarum emissa est prædicatio. Et huius ministri sunt angeli dicentes, egredimini & videte Salomonem in corona, qua coronauit ipsum mater eius, in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. **Qui namq; è malitia sua egreditur, immutabilē verbi & carnis vnitatē videbit.** Quando enim verbi nobiscum per carnis adunationem facta est desponsatio, tunc & de morte victoriam tulit, quapropter & omnia lætitiā adimpleuit. Huiusmodi sunt quæ dialogi in hoc Cantico Canticorum habent ex quibus poterit quis occasione sumpta, in ipsa libelli lectione quæ secundum sensum coniungenda sunt, similia similibus adaptare.

Liber

Liber xvii. Iob.

I Ob inscriptus est hic liber, quoniam historiam illius complectitur, quid perpessus sit, tentatus à diabolo & quomodo vicerit, ac pie illatas plagas tolerauerit, rursus omnia duplicata receperit, illustriorque quā fuerat antea factus, iterum decem liberos adeptus sit. Passus est autem cum annorum septuaginta natus esset, ita vt omnes ipsius anni fuerint 240. Post acceptas enim plagas annos adhuc vixit 170. Vixit autem Iob ante tempora Moſis. Erat enim quintus ab Abraham ex posteris Esau. Venerat ad eum consolandi gratia, propter plagam quam ferebat, tres amici eius, Eliphaz Thæmanorum Rex, Baldad Sanchæorum Tyrānus, & Sophar Rex Minçorum, loquūque sunt illi contentiosius & sine commiseratione insultantes adflicto, id quod & in peccatum illis est imputatum, Iob verò deum pro illis precatus est, & condonatum est eis peccatum. Sunt autem dialogi Iob quos cum amicis habuit, nouem. Eliphaz verò ad Iob tres, Sophar duò, & Baldad tres. Et Elius quoq; filius Barachiel filij buziti, semel illi loquutus est. Tandem verò dominus illum per turbinem venti ac nubes appellauit. Et Iob Domino secundò cum illo loquutus respondit.

Iob ex posteris Esau ortus.

Liber xviii. Duodecim prophetæ.
Osee, primus:

E Tiam ante hunc fuerunt prophetæ. Nam sub Dauide fuerunt Samuel, Nathan, & Gad. Sub Roboam, Abia, Aſa, Achias Silonites, Samæas, Addo, Azarias, & Anemi. Sub Iosaphat & Achab, Elias & Elizaus, & qui prophetauit Regi Achab de Syria, & qui seipsum vulnerari fecit & Regem Achab corripuit & Ihu filius Ame & Oziel & Eliada. Verum nulla habentur istorū scripta, nisi tantum quæ in Regnorum historiis & libris Paralipomenon dixisse leguntur. Inter eos verò, qui prophetas conscripserunt, quorum scripta circumferuntur, primi fuerunt Osee & Esaias. Sub iisdem enim Regibus, cum Iudæ, Ozia, Ioatham, Achas, & Ezechia Regis Iudæ, tum Ieroboam filij Ioas regis Israelis prophetarunt, factum est autem verbum domini ad Osee, & prophetauit contra Ieroboam & Israelē, contra domum regis, & de interitu Samariæ, corripuitque eos & conclusit sub incrudelitate, significans Ecclesiam ex Gentibus, ex qua mulierem meretricem accepit, acceptam respicere fecit, & ad se subduxit. Prophetauit etiam de Seruatoris aduentu.

Osee quādo vixit.

Amos, Secundus.

E T hic eodem tempore, quod ad prophetandi principium attinet, cum Osee & Esaias vixit: fuit enim sub Ozia rege Iudæ & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel, biennio ante terræ motum. Vidit autem quædam & prophetauit contra Ierusalem & Samariam & contra Gentes, Damascū Gazam, Aſcalon, Azotum, Accaron, Tyrum, Idumæam, Thæmam, filios Ammon & Moab. Arguit omnes & sub incredulitate conclusit. Prophetauit etiam contra Amasiam sacerdotem Bethel, è quo Regi Ieroboam deferebatur, quasi contra ipsum & contra Samariam, & contra populum propheta-

ret. Propterea namque non cessabat prophetando sed confidenter oracula dei denunciabat. Prophetauit etiam de Seruatoris aduentu.

Amos prophetauit de Christi aduentu.

Michæas, Tertius.

I Ste tertius quidem ex prædictis fuit. Nam post Oseam prophetauit. Verum eodem cum illis tempore vixit. Nam & ipse sub Ioatham & Achas & Ezechia prophetare cœpit: factum est autem ad eū verbum domini, & prophetauit contra Ierusalē & Samariam, & contra prophetas populi seductores, & contra Achab. Prænucciavit etiam aduentum Seruatoris dicens: **In posterioribus diebus illustris erit mons domini.**

Alia secundo post prædictos.

Ioel filius Batuel. Quartus.

A D hunc quoque factum est verbum Domini, & prophetauit senioribus & omnibus habitatoribus terræ, de captiuitate terræ & eorum qui in illa erant. Prophetauit etiam de gratia spiritus sancti, & ea quæ per Seruatorem in omnes est effusa. Prædicauit & de ieiunio & pœnitentia, de qua Seruatoris aduentu, & signis, quæ sub eo futura erant.

Abdias, Quintus.

V isionem iste annunciat contra Idumæam & finem eius, & contra Gentes, quæ Israeli insultabant. Prædicat enim futurum, vt domus Esau à posteris Iacob expugnetur.

Jonas, Sextus.

A D hunc factum est verbum domini, vt abiret in Niniuem, ibique prædicaret quod post triduum subuertenda esset Ninive. Ille verò prædicationem hanc fugiens, nauem conscendit, ex qua postea cum vrgeret tempestas eiectus, & à cete marino deuoratus est. Post tres autem dies eiecit cete Ionam viuentem, atque ita secundò factum est ad eum verbum domini. **Quo facto abiit & prædicauit in Niniue.** Illi audita hac prædicatione, pœnitentiam egerunt, & amouit ab illis dominus iram suā. Aduentus domini signum ipse in eo quod pertulit factus est, deuoratus à cete, & post triduum saluus redditus.

Nahum, filius Elceſai. Septimus.

O Nus de perditione Niniue, librū visionis prophetauit iste, & prædicat quidem de festo, verū simul de Seruatore prænucciavit. Reliqua omnia contra Niniuen sunt, & finem ipsius & inimicorum Israelis minantur.

Ambacuch, Octauus.

O Nus & hic vidit & prophetauit, de captiuitate quidē Hierosolymę precatus est, ac interim de aduentu Seruatoris prænucciavit. **Inuenitur autē & prophetauit contra contēptores.** Deinde immixta est præcatio pphetæ, **Odā adiūctā habēs, in qua tria sunt diapalmata, canente propheta de aduentu**

Q iij

Seruatoris & victoria mortis.

Sophonias filius Chusi. Nonus.

HIC propheta & Hieremias contemporanei fuerunt. Nam uterque sub Iosia rege Iuda prophetarunt. Factum est autem ad eum verbum domini, & prophetauit in Hierusalem & vniuersa Iudæa, prædixitque diem, in quo demolienda essent omnia idola, & nemora, futurisque esset fletus multus ac planctus, prophetat autem & de Seruatore, & de resurrectione eius, quam nostri gratia fecit. Deinde & contra Gazam & Ascalon, & Azoton, & Accaron, & contra Moab & Ammon, & Damascum & Niniuem, & Æthiopas.

Aggæus. Decimus.

Post captiuitatem solutam prophetauit hic propheta in regressu Hierosolymis. Sub Dario rege Persarum, anno regni illius secundo, mense sexto, factum est in manu eius verbum domini, & prophetauit Zorobabeli, Iesu, & Iosedec ac populo de ædificanda Hierosolyma. Prophetauit etiã de transgressu domesticorum, & vocatione Gentium.

Zacharias filius Addo. Vndecimus.

ET iste in secundo anno Darij prophetauit. At in mense octauo factum est ad eum verbum domini, & loquutus est illi Angelus Domini, & prophetauit contra patres & Hierusalem. Multas autem ac varias visiones vidit, & de Seruatore multis locis prophetauit, significauitque, quod super asino & pullo subiugali venturus esset.

Malachias. Duodecimus.

Hic quoque post captiuitatem sub Dario fuit. Onus autem verbi domini in manu angeli eius, & prophetauit contra Israël. Opprobrat autem Israël transgressiones eius, & accusat illum neglectarum decimarum, & omisæ communicationis cum pauperibus. Prophetauit etiam de die iudicij, & illustratione Seruatoris, Eliãque ante aduentum Seruatoris mittendum prænuñciat.

Liber xix. Esaias filius Amos.

Hic & Osee, sicut supra diximus eodem tempore vixerunt. Nam & iste sub Osia, & Ioathan, & Ahas, & Ezechia regibus Iuda fuit. Accepta autem visione prophetauit contra Iudæam & Hierusalem. Et factum est ad eum verbum domini. Et plurima pars prophetiæ eius Euangelium est de aduentu verbi dei in carnem, & de passionibus quas nostri gratia suscepit. Prophetauit etiã contra gentes, videlicet Babylonem, Philistæos & Damascum. Visionem vidit contra Ægyptum, contra Idumæam, contra phalangas Sion, contra Tyrum, & contra quadrupedia in solitudine. Exponit & exodum Senacherib, & arrogantiam Rafaci, & vtriusque casum ac perditionem. Præterea & de morbo Ezechia narrat quomodo ille moriturus ad deum orauerit, & additionem annorum quindecim vite sue acceperit. Prophetauit etiam de Eunuchis & gentibus, & in calce, de die iudicij.

Liber xx. Hieremias.

Hic & Sophonias, quemadmodum supra diximus, contemporanei fuerunt. Perdurauit autem Hieremias vsque ad tempus Ioacim, & vndecimum annum Sedechiæ regis Iuda, captiuitatemque populi. Verbum verò dei factum est ad eum, ubi sermo domini ad ipsum factus est. Est autem septenarius ad eum factus. Et reprehendit iniustitias Hierusalem in multis. Prophetauit in Hierusalem,

A de futura siccitate, & contra gentes Acilem, & de aduentu regis Babilonij ad excidendum terram Ægypti, & aduersus Babylonem. Est etiam in hoc libro verbum, quod dominus Hieremiæ mandauit vt diceret Saræ filio Nerij, & Idumææ, & filiis Ammon, & Chedar reginæ Orientis quam percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis & Damasco, & Moab, & aduersus Hierusalem & Iudam, & domum Achab & de filiis Adab, & Iudæis habitantibus in terra Ægypti, & sedentibus in Magdolo, & in Taphnis, & in terra Pathura, & ad Baruch cum sermones istos in librum ex ore Hieremiæ conscriberet. Continet etiam hic liber circa calcem, quomodo Iudæi insidias struxerint Prophetæ, & in lacum cœni abiecerint, Abdemelech verò Æthiops illum eduxerit. Baruch hunc librum scripsit, qui postea sermones istos ex ore Hieremiæ scriptos, iis qui in Babylone captiui erant legit, & consolandi gratia spem, quod liberandi essent à deo, annuñciavit. Lamentationes vocauit hunc librum propterea quod istis sermonibus de Hierusalem lamentatus est Hieremias, quando capta est, & populus in captiuitate abductus. Est & Epistola Hieremiæ, sic dicta, quod captiuus hanc Hieremias scripsit, vt contra idola cautos redderet, ne conspexerint illis ad cultum ipsorum cum idololatriis abducerentur.

Liber xxi. Ezechiel filius Buzi Sacerdos.

Hic post Hieremiã in captiuitate fuit, & quinto anno captiuitatis Ioacim prophetauit. Est autem sermo domini factus ad eum, & super eum fuit manus domini, & visionem ab initio animantis quatuor facierum, admirabile super modum stupendam & interpretatu difficilem vidit. Prophetauit contra prophetas Israël, & de ligno vineæ, & narrauit de aquila, & contestatus est Hierusalẽ de iniquitatibus & peccatis ipsius, & de parabola quam in ore habebant, nempe, patres comederunt vnam immaturam, & dentes filiorum obstupuerunt. Et filii Ammon, Et de Oola & Oliba, & lamentationem contra Sur, & contra Sidona, & de die domini. Et Pharaoni regi Ægypti, & lamentationem contra Pharaonem & Ægyptum, & aduersus montem Seir, & de ossibus eorum qui ad vitam redituri sint. Et contra God ac terram Magog. Item principi Tyri. Et lamentationem contra ipsum & filios populi eius. Et contra pastores Israël. Postremo ædificationem templi & Ierusalem describit ac prophetat.

Liber xxii. Daniel.

ET iste in captiuitate fuit vsque ad Cyrum regem Persarum. Causam Susannæ ipse iudicauit, & Seniores, tanquam Sycophantas, cõdemnauit. Deinde somnia regis patefecit & interpretatus est. Visiones quoque consummationis vidit, de regnis duas, & de aduentu Seruatoris & cessatione Hierusalem aduentuque Antichristi duas. Narrat etiam de martyrio Sedrach, Misach & Abdenago, deque illorum hymno, & quod ipsi quidem seruati in igne, succensores verò fornacis a flamma consumpti sint, & regem facti penituerit. Ad hæc, quomodo ipse bis sit in lacum Leonum abiectus, primum propterea quod cum Babilonij regem Darium adorarent, ipse solus deum adorasset. Secundo, quod

sub

sub Cyro rege, Bel destruxerat, & Draconem interemerat, & quomodo ipse seruatus à Leonibus, & à lacu subductus, insidiatores verò ipsius in eundem lacum leonum deiecit, & confestim ab ipsis deuorati sint. Isti sunt libri canonici veteris testamenti, numero viginti duo, ad numerum literarum Hebræarum computati. Totidem namque apud eos sunt literarum elementa, sicut diximus. Nunc & de aliis veteris testamenti libris dicendum est qui etsi in Canone non sunt, leguntur tamen sicut supra declaratum est.

Liber Hester.

Sic vocatur hic liber, propterea quod historiam de Hester complectitur, quomodo per illam deus vniuersam Iudæorum gentem iam iam peritura seruauerit, & Aman, qui excidium illius insidiosè machinabatur percussit. Gesta sunt autem ista in Susis. Artaxerxes rex abiecta vxore sua aliam in regno suo, quæ omnium esset honestissima & formosissima, quam in vxorem acciperet, quæsivit. Et inuenta est Hester natione Iudæa. Illi cognatus erat nomine Mardocheus, & ipse in captiuitate, quæ sub Sedechia erat, in eodem cum illa loco constitutus. Rex autem quendam ex aula sua, nomine Aman, in sublime euexerat, iusseratque illum ab omnibus adorari. Hic cum à Mardocheo, propter deum quæ ille colebat, non adoraretur, indignè tulit, & cū cognouisset quod Iudæus esset, regi Artaxerxi persuasit, vt edicto iuberet vniuersos in regno suo Iudæos vno die mensis duodecimi penitus ac funditus perdi. Hoc comperto Mardocheus luctum induit & ieiunauit, atque ante Hester prouolutus vt ipsa opem ferret precatus est. Hester itaque præmissis ieiunio & precationibus ad Deum, regali se mûdo ornauit, & inuocata etiam (erat autem illicitum inuocatis accedere regem) extra temporis opportunitatem ad regem ingressa est, sperans precationum locum futuram. Cum insolentiam facti admiratus esset rex, illa in terram præ metu prostrata est. At regis commotionem Deus in suauem affectum & mansuetudinem immutauit, ita vt è solio surgens coniugem prostratam erigere & metum ponere hortaretur, imo optionem daret petendi quicquid vellent. Illa, vt rex cum Aman ad conuiuium suum venire dignaretur, non semel, sed secundo quoque petiit. Amã præ gaudio effusus ac gestiēs, quod dignus haberetur à regina vocari ad conuiuium, adhuc amplius aduersus Mardocheum erigebatur, curabatque lignum sublime collocari, volens in eo sequente die suspendere Mardocheum. Rex verò bona quadam prudentia motus noctem illam duxit infomnem, & cum dormire nequirit, iussit sibi commetarios actorum suorum legi, cumque legerentur, ventum est ad eum locum in quo conscriptum erat beneficium regi à Mardocheo factum. Duos enim Eunuchos regi insidiates prodiderat & cõuicerat coram rege. Hic rex approbans Mardochei erga se animum quærebat quonam digno illi honore pro hoc beneficio afficeret. Cum autem mane ad eum ingrederetur Aman, quærit ab illo rex, quonam & quali honore dignus sit is, qui regem beneficio afficeret. Ad hoc Aman, cum se arbitraretur eum esse, de quo rex quærebat, dignum esse dixit: qui alter rex vocetur. Rex igitur Mardocheum isto honore celebrati, & Aman ante illius faciem præ-

cedere iussit. Hester verò opportunitatem nacta, pro Iudæis orauit. Aman cum regem mœrore affectum & ira commotum propter indignum contra Iudæos facinus vidisset, illo absente reginæ supplicauit, ad genua illius procumbens & adblandiens. Rex cum regressus videret Aman genua reginæ contingere, suspicatus, quod id turpitudinis gratia faceret, iussit eum in ligno quod Mardocheo parauerat, suspendi, & edicto statuit, vt Iudæi omnes securitate fruerentur, hostes verò eorum ab ipsis interimerentur. Numerus autem eorum qui occisi sunt, fuit 65000. factique sunt illis festi dies quartusdecimus, & quintusdecimus menses duodecimi, qui vocatur Ader. Dicitur autem illa dies ipsorum lingua Phuræ. Quapropter & Iudæi in illa Aman incendunt, & festum diem agunt salutis ipsorum memorialem.

Liber Iudith.

Hoc nomine vocatur iste liber, ob eam causam quod historiam de Iudith continet, quomodo per illam Deus filios & populum Israel ab Holopherne impugatos & obsessos saluauerit, Holopherne verò percussit. Est autem historia talis: Nabuchodonosor Assyriorum rex, cum bellum gereret aduersus Arphaxad regem Medorum passim ab omnibus gentibus, ad Ægyptum vsque auxilia petierat. Cum verò nemo auxilium misisset, sed omnes contradixissent, posteaquam victoriam esset assequutus, & Arphaxad bello superasset, bellum intulit illis, qui nihil auxiliij miserant, misitque Holopherne aduersum eos cum magno exercitu. Hic alias quidem gentes omnes bello cepit, & idola ipsarum confregit: Israelitæ verò sese communicabant, nec obediebant Holopherni, neque minis illius perterrebantur. Scripsit autem sacerdos Ioacim ciuibus Betulæ, vt viã Holopherni obstruerent. Per ipsorum enim territorium ducturus erat exercitus. Illi quod iussi erant, viã Holopherni obstruxerunt. Holophernes igitur aciem belli aduersus eos direxit. Achior verò princeps Ammonitarum consilium dederat Holopherni, ne Gêti Hebræorum bellum inferret, propterea quod à Deo protegerentur. Ille indignatus misit eum ad Bethulianos, interitum illi comminatus, si quando Hebræos vinceret. Achior itaque in Bethulia recessit, Holophernes verò ciuitatem obsidebat, & iam aquas illius occupauerat. Hic Iudith, cum sit iam periclitaretur populus, & principes ciuitatis tradituri essent, depositis viduitatis vestibus, (maritum enim mortuum lugebat, & continuò ieiunabat) seipsam instar spoliæ ornauit & multis adhortata primores ciuitatis, ne ciuitatem sicuti iam statuerant post quinque dies hosti traderent, ad Holopherne egressa est, & tertia post exitum die sua illum sapientia decepit & clam ignorantibus hoc illius militibus capite truncauit. Quo facto fugerunt Assyrii, Israelitæ verò vndequeque concurrentes in fugam datos trucidarunt, atque ita liberati hostiisque spoliis diremptis, Iudith victrici, quæcunque Holophernis fuerant, tradiderunt. Ipsa verò Iudith Hierosolymam profecta omnia obtulit Domino, indeque domum reuersa, pietatis exercitium retinuit, & ad mortem vsque in viduitate perdurauit. Nemo enim illi nuptias persuadere potuit. Mortu

Q iij

est autem, postquam in viduitate honestè viduisset, ætatis anno centesimo quinto.

Liber Tobia.

Tobia vocatur hic liber propterea quod historiam illius habet. Erat autè hic de tribu Nephthalim, in captiuitate constitutus, in ciuitate Niniue, misericors & timens Dei. Etenim cum in captiuitate esset, communem panem cum Gètibus non comedit, sed seipsum custodiuit. Erat autem annona præfectus apud regem Enemefarū, & deposuit apud Gamaëlum in Media decem talenta argenti. Isti Tobia studium erat sepeliendi mortuos ex Iudæis. Huius gratia delatus ad regē Achirelem fuga sibi consuluit. Regressus è fuga, cū mortuos aliquot sepelisset, extra septa obdormiuit, & cum pro more suo apertos haberet inter dormiendum oculos, albuginem illis contraxit, & ab eo tēpore visum amisit. Erat autè in Ecbatanis filia Raguelis cognati ipsius, nomine Sara. Hanc dæmon Asmodæus non permittebat, vt nuptiis potiretur. Occiderat enim iam septem adolefcētes, qui illam sponsam acceperant. Propter hanc causam cum vehementer contristata precibus se dedisset, misit illi Deus auxiliatorem Raphaelē archangelum. Tobias igitur cum filio suo Tobia mandasset, ne sibi aliunde vxorem quàm è tribu & cognatione sua sumeret, decem illi talentorum chirographum dedit, præcepitque vt abiret, & peteret ea. Filius autem cum nec viam nosset, nec hominem ad quem erat proficiscendum, egressus est, vt viæ sibi ducem quæreret, & dei prouidentia incidit in Raphaelē qui hominis instar foris stabat, precioque illum cōduxit, eo quod se viæ huius gnarum esse diceret. Comitatus itaq; illum est Angelus in specie hominis, qui Azarias diceretur. Cum autem ad Tigridis vsq; fluuenta peruenissent, volebat Tobias in illa lauandi gratia descendere, & mox piscis quidem grandis insultum in illum faciebat. Angelus verò iussit illi, vt piscem hunc apprehenderet & in frustra secaret, èque illo epar, cor & bilem desumeret & seruaret. Rogante postea puero, in quem illa vsum profutura indicaret, respondit, epar & cor incensa, dæmonia fugant, bilis verò, oculorum albuginem repurgat. Huius itaque consilio & cooperatione Tobias isto suffitu dæmonium fugauit, & in superiore Ægypti parte per Angelum ligauit, atque ita Saram filiam Raguelis in vxorem accepit. Cum autem apud vxorem hereret, Azariam tanquam hominem, in Mediam misit, & cum per illum decem talenta recepisset ad patrem vnà cum illo & vxore sua reuersus est. Reuersus verò, oculos patris felle piscis obliniuit, quo facto, deciderunt ab illis squamæ & mox visum recepit senex. Is cum cecus fieret annorum erat 58. cum verò visum reciperet 66. Tum demum angelus seipsum manifestauit, quod non homo esset, sed angelus, à deo missus, vt ipsis & Saræ opem adferret. Vbi verò senex factus esset Tobias, filio suo mandauit, vt in Mediam abiret, propterea quod futurum esset, vt Niniue secundum verbum Iona propheta subuerteretur. Et viribus destitutus mortuus est annorum 158. filius verò eius in Mediam migravit, vbi tandem sepultus locro ac socru, & de Niniuz. subuersione percepta fama, mortuus est annorum 107.

Liber Sapientia Salomonis.

Sapientia Salomonis vocatur hic liber. Nam & hunc à Salomone scriptum esse dicunt. Cōtinetur autem & doctrinam iustitiæ, & instructionem cum deprauatorum tum integrorum virorum, ad hæc & prophetiam de Christo. Docet etiam quomodo multo opus sit labore & desyderio ad comparandam sapientiam. Habetur quoque hic de nōnullis naturæ partibus disputatio. Item contra imagines, & illarum sculptores, contra eos qui spem in illis ponunt, & eas adorant ac colunt, Præterea & hymnus adiuncta confessione ac prædicatione mirabilium operationum, quæ Israelitis, coram ipsorū inimicis à Deo impensæ sunt. Igitur ipsa quidem libri huius complexio hunc in modum habet, recapitulatio verò in istis est. In præmiis adhortatio iusti est ad pietatē & cultū Dei, & reprehensio impij blasphemi, Ne amuleris, inquit, Antichristos, qui sunt ipsa mors. Vnde factū sit quod impij dominū gloriæ crucifixerunt, nempe ex eo quod presens seculū elegerunt: vnde & Apostolos persequuti sunt & occiderunt. Quod futuri sint quidam qui legem domini contemnant, quidam verò alij, qui illi sint obtemperaturi. Et quod Deus ne multitudini quidem eorum qui impie agunt, sit parsurus. Etenim vnus iusti, Christo credentis, cura est deo, etiam si in adolescentia moriatur. Illa quippe senectus preciosa est, non ea quæ multi temporis est. Et si impius mortem eius qui Christo credit, contemnit, à Christo tamen tales eliguntur, impij verò ignominiosæ ruinæ tradentur, & grandi condemnatione prosternentur, qui seruos Christi persequuntur, videntes in iudicio gloriam Christi & suorum, se verò ad supplicium rapi. Quod diuitiæ nobis cum arrogantia contingant. Quæ sit ira dei super eos qui impie in Christum delinquant. Adhortatio etiam ponitur ad principes Israelis, vt Christo credant, imo denunciatio principibus Catholica ecclesiæ, quomodo regere debeant post illi abscessum. Quæ sit sapientia: Nempe filius Dei. Et quomodo verbū sit caro factum, inque nobis habitauerit. Quoniam & ego, inquit, eadem vobiscum passus sum, homo existens, & iussu Dei disciplinæ subditus. De Christo sapientia Dei. Quod omnium, inquit, ex illa cognitionem habeam. In manu enim illius & nos sumus & sermones nostri. Quæ sit sapientia, & quomodo illa ad homines venerit. Cū enim vnica sit, omnia potest, & cum in seipsa maneat, omnia tamē innouat. Quoniam, inquit, ab adolescentia sapientiam adamauit, omnia bona ex illa accepi, carnalia & spiritualia. Cognita enim magnitudine sapientia, postulauit à domino, vt daretur mihi spiritus sanctus, qui me per illum illuminaret, & missus est vt mihi collaboret. Cogitationes nāque mortaliū ignauæ sunt. De operibus sapientia, quomodo primum hominem custodiuerit, è quantis malis Deus credentes sibi seruet, & quanta illis bona præstet, vt videre est in Noë, Abraham, Loth, Iacob, Ioseph, Israelitis, quos è manu ægyptiorum per Mosē liberauit, & aqua è dura petra excussa potauit. Quomodo in septem gentes vespas dimiserit, & lenitate vsus etiam illis postea penitentia locum dedit, per ista populum instruens, vt benignus esset & humanus, contra elementorum, ranarum, vermiculorum, murium, locustarum, vesparum, serpentum, imaginum

imaginum ex auro, argento, lapidibus, aut ligno fabricatarum, adoratores. Quod per lignum salus sit credentibus. De sculptoribus vel pictoribus imaginum, deque omnibus idololatriæ malis. De impia religione, & quæcunque illi insunt mala. De sigillo, & scitilibus imaginibus. De omnis generis imaginibus, quæ à Gentibus coluntur, inimicissimarū bestiarum, serpentum, catorum & similiarum. Quod pro ranis deus coturnices Israëlī miserit. Quod contra morsum serpentum, per æneum serpentem curatus sit populus, inimici verò ipsorum, per locustas & mures occisi. Quod populum angelico cibo aluerit solidum alimentum pro quacunque voluptate habente, & ad quemcunque gustum appposito. Quod grandinem cum igne ad corrumpenda germina in Ægyptios miserit. Quod palpabiles tenebras in Ægyptios demiserit, & quæ illis inerāt mala, sanctis verò suis, lucem in Ægypto, & columnā ignis in solitudine. Et quod propter occisos Israëlitarum infantes Ægyptiorum primogenitos mors & submersio sustulerit, proque morte primogenitorum, salus Israëlī per sanguinem agni cōcessa sit. Et pro morte iustorum in solitudine, Aaron dominum precibus & incenso placauit, pro morte verò Ægyptiorum in mari rubro fuerit ira Dei absque misericordia, & iter populi insolens. Quod propter inhumanitatem erga aduenas mala ista passi sint Ægyptij, quemadmodum & Sodomitæ. Quod elementa diuino Dei iudicio subsint ad illius imperiū pro arbitrio parata, sicut corda citharæ in citharis ludenti. In his comprehenditur omnis facultas sapientia Salomonis quam panareton vocant.

Liber Sapientia Iesu Syrach.

Iesus filius Syrach.

Hic Iesus filius quidem fuit Syrach, habuit autè septem otem eiusdem nominis Iesum, qui posterioribus tēporibus vixit, post captiuitatem, & reuocationem, & post prophetas omnes. Auus huius Iesus, quemadmodum & ipse testatur, vir fuit industrius & prudentissimus, & non solum superiorum ante se sapientum apophthegmata collegit, sed & propria quædam de suo adiecit, multa sapientia & prudentia referta. Cum igitur hunc librum superior Iesus è viuis discedens post se reliquisset, Syrach filius eius acceptum, Iesu filio suo reliquit. Is postea scripta ista in vnū eumque per omnia continuum ordinem digesta, sub suo patris & aui nomine Sapientiam vocauit, vt ipso Sapientia nomine auditorem alliceret, & ad curam libri huius amanter suscipiendam, hoc amplius permoueret. Continet autem hic liber sermones prudentia, ænigmata & parabolas, ad hæc & pias quasdam veterum historias, de viris Deo acceptis & simul illorum preces & hymnum. Præterea de beneficiis quibus populum suū Deus dignatus est, & de malis quibus hostes ipsorum abunde puniuit. Hic itaque Iesus cum esset Salomonis sectator, haud minus illo in illustranda sapientia & pietatis disciplina strenuum se gessit, verè multiscius & existens & dictus. Hanc quidem complexionem, vt ita dicam, habet iste liber, recapitulatio verò ad hūc modum cognoscenda est: In præmio de omnis generis sapientia domini disserit, deinde de timore domini, de ira, de metu, deque animo imperterritio, de scientia sapientia, de cultu ac reuerentia dei, de eo quod

Enim libri argumentum.

oportet absque hypocrisi accedere ad Deum. De tentationibus, & patientia, de timiditate & animo deiecto, de dilectione domini, de honorandis parentibus. De mansuetudine & æquabilitate animi submissi. De proterua & temeraria libidine de his rebus quærendi, quæ præcepta non sunt. De præfracto ac duro, deque superbo. De intelligente & indocto. De misericordibus & pupilorū tutoribus, ad amicum obtemperantem & æquabilem. De exaltatione filiorum sapientia. De cōtumacia reproborum. De pudore tam noxio quam vtili. De eo quod verba non debeant operibus præponi, nec quisquam debeat sua sponte docendi officium usurpare. Quod nemo debeat desyderio pecuniarū vinciri, nec putare, quod impune delinquat, etiam si non statim pœnas damus. Est enim Deus lenis ac tolerans: & curandum nobis, vt placetur, non vt in concupiscentia cordis progrediamur. Quod nō debeamus quouis vento circumferri. De nugacitate & arrogatia. De voluptuariorum opinionibus, qui nec credunt nec fidem perfidi merentur. De disciplina Domini, quod in illa ab adolescentia ad senectutem vsque persistendum sit. De auditu inutili. Quod amicus prodi non debeat, neque declinari à muliere sapiente. De domesticis, de possessionibus, de libris, de vxoribus. Quod nemini malum facere debeamus, nec dominatum ambire, neque cōtemnere si peccemus. Quod non debemus mentiri fratri, neque nugari coram senioribus, nec iterare sermonem. De gloria parentum. De reuerentia ac metu Dei. De honorandis sacerdotibus, & de curadis malè adfectis. Quod cuiusque rei finem prius oporteat prospicere, quàm actionem ordiri, quod cuiusque sermonis aut negocij postremi euētus prospiciendi sint. Quod vetustorum sapientum dissertationes contemnendæ non sint. Vnde oriatur scortatio. Veterem amicum non esse deserendum, eò quod similis sit vino nouo nouus amicus. De artifice sapiente, doctore secreto, & rege indocto. Quod morbum diuturnum expetat medicus. De posteris honorandis, quibusdam verò perfidis. De famulo sapiente, & principe opulento. Quod modica cum sit inter volucres apicula, fructus tamen illius primas obtineat inter dulcia. Quod absque iudicio & re nondum explorata non sit querulandum. Quod non oporteat esse curiosum, sed iustum, eo quod Deus est, qui dicat. Quod nihil ex humanis bonis ita constans putari debeat, quod non possit ab vno accersi ad alium. Quod non sit germane cum quouis homine agendum, sed cum piis tantum & iustis. Quod mali cauendi sint. Quod nihil sit habendum commercij cum superbis, propter iniquationem quæ ex illorum conuersatione est. Quod præ multis colendus sit proximus, & quod vnumquodque animal diligat sibi simile. Quemadmodum enim nulla communitio est lupo cum agno, neque hyænæ serpenti pax est cum cane, ita neque peccatori cum pio. De parcis, qui nihil largiuntur aliis. Et quod nihil habeat cōtrarij tam in diuitiis quàm paupertate iustum & pium esse. Beatum reputari eum qui ad mortem vsque sapienter ac prudenter viuat, non qui diues sit in hoc mundo. De libera potestate. Quod de apostasia non sit ratio exigenda à domino, eo quod omnia tibi sint apposta. Quod melius sit carere liberis quàm liberos habere malos. Quod nihil deū lateat. De impetu & iudicio Dei. Et quod

non putandum sit iniquos posse à Deo abscondi, aut quod iudicium eius effugiant. De creatis, & fitione hominis qua honoratus est à Deo. De latrone legis. De elemosyna & pœnitentia. De æquabilitate in responsis seruanda. Non esse vituperandū bonum opus, neque domum aliquam in casu tristi. Quod qui principatum concupiscit petulās sit, & in omnibus rebus animo paratiore audacior. Non esse diffundendum luxu, & à quibus abstinendum sit. De custodia mysteriorū. De stulto, de sapientia quæ per parabolas traditur. De uita, de principio, de sapientibus & stultis. De filia audaciæ. De negligentia stulti, de mente dura, & in quibus dissoluatur amicitia. Non esse peccatoribus inconsideratè loquendum. Non esse postulandum iuramentum. De custodia animæ & corporis. De homine scortatore. De muliere mala & adultera. Prophetia de Christo qui est sapientia Dei & filius fluuiiis cōparatus. De additione disciplinæ. De fœlicitate numero duario comprehensā. De inferenda plaga & vltione. De mercatorū delicto. De iis qui rem secretā reuelant. De homine animoso. De viro loquaci: de fœnore à proximo sumpto, & quod vsura non accipienda, sed mutuo dandum sit egeno. De fideiussione proximi. De vita. Quod liberi ad fallaciam non sint instruendi. De sanitate corporis, de cibo, & anima. De doctrina bonorum, quæ filio, v-xori, fratri & amico præstantia & principalia haberi debeant. De seruo facinoroso. De insomniis stultorum. De seductione & multa experientia. De timentibus dominū. De sacrificiis & oblationibus cum extra iustitiā tum in iustitia factis. De sacrificiis ex auaritia. Cōtemnendas esse delicias & diuitias. De heluonibus, & inuidis, & insatiabilibus & inordinate viuentibus. Non esse inebriandum vino, sed quod satis sit bibendū. De exaltato homine moderato. De eloquentia seniorum, & loquētia adolescentuli. De suscipienda disciplina legis & de iudiciis & iustificationibus. Credendum esse legi. De testamento dei secundum generationem. Et quod hominibus naturæ constitutio eadem sit, voluntatis verò diuersa: vnde benedictionis quidam participes, maledictioni verò nonnulli subiecti sint. De populo electo. Et quod bono contrarium sit malum, & pio peccator. Quibus sit communicandum. Qualis sit ducenda vxor. Quales habendi amici. Quibus vtendum consiliariis. Quos doctores assignet. Cuique sciendum esse quid conducatur. De honorandis medicis. Quomodo lugendum sit super mortuo. De scriba & agricola sapiente. De vigiliis architecti siue ararij siue figuli. De custodienda hominis anima. Et de sapientia permanēte, & quantum illa assequatur. De præscientia Dei, & conditione mundi. Quod creatura piis in benedictionem, iniquis verò in maledictionem vertatur. Quod occupatio magna cuius homini sit creata, & iugum graue impositum filiis Adæ. Quod quicquid ex terra est, ad terram reuertatur, & quicquid ex aqua, ad mare defluat. De collatione bonorum, & quæ carnalia bona minoris sint momenti. Quæ bona maiora sint & spiritalia. De repetitione vitæ. De morte homini diuiti acerba. De morte pauperis honesti. De non timēda morte. Quod non sit cum probro viuendum, sed ratio habēda nominis boni. De disciplina pacis. Quorū gratia sit erubescendū, & de quibus non sit. Quod nunquam sit ponenda

cura filia virginis. Quod sedendum non sit in medio mulierū propter scortationē. De opificio domini. De sole, quod admirabilis sit & opus domini. De luna & astris. De arcu, niuibus, fulgurib⁹, nebula, grandine, terræmotibus, tonitru, pluuia, pruina, caligine, de rore æstiuo, de abyssu terre. De magnifica creatione domini. De beneficiis eius. Epilogus de Enoch & Noë. Epilogus de Abraham & Isaac, & illorū tentationibus. Epilogus de Jacob & Moise, & quæ ille mirabilia perpetravit. Epilogus de Aaron & ipsius ministerio & sacerdotio. Epilogus de Dathā, Abiron & Chore. De primitiis primogenitorum, quæ ad Aaronē pertinebant. Epilogus de Phinees filio Eleazari, quod tertio loco celebris post Aaronem fuerit. Quod dauidi dominus testamentum regni disposuerit. Quod Iesus naue successor moysi inter prophetas fuerit. Quomodo in diebus Moysi Iesus Naue & Chaleb filius Iephone fecerint misericordiā & ex duodecim seruati sint. De Samuēle, qui post Iesum inter prophetas iudicauit populum. De Nathan Propheta. Encomion in Dauidem regem. Quomodo Salomon sapiens quidē fuerit, tandem verò mulierū amator euaserit, ast finita ira dei per pœnitentiā misericordiam adeptus sit. De Ieroboam & Roboā schismatis in populo autoribus. De propheta Elia, cuius ignis mala consumpsit. De Elizaō Propheta & discipulo Elię, cuius etiam spiritu repletus est. De captiuitate regū Iudah. Quam animo submisso fuerit Ezechias, & amicus Isaię, & occisor Rampfakes. Quomodo liberauerit domin⁹ Irahēlem per manū Isaię, percussis castris Assyriorum. Quomodo Iosias rex fuerit amicus Ieremię. De propheta Ezechiele quod in captiuitate Babylonica fuerit. De ossib⁹ duodecim prophetarū. Quomodo Zorobabel & Iesus filius Iosedek domum domini ædificauerit. Quomodo Neemias muros Hierosolymæ collapsos crexerit. De Enoch, qui inter inclytos connumeratur. Quod Ioseph cum inclytis fuerit, & populū cōfortauerit. Quod Sem & Seth celebres inter mortales fuerint. Quod Simō filius Onię celeberrimus in summo sacerdotio fuerit. Quod in omnibus istis laudandus sit Deus magnificus. Contra Samaritanos qui Iudaismū, & contra Iudæos qui Christū reprobaturi erāt. De Epilogo totius libri. De oratione Iesu filij Syrach nepoti Iesu.

LIBRI NOVI TESTAMENTI.

Primus: Euangelium secundum Matthæum.

HOC nomine vocatur hic liber, propterea quod ipse Matthæus discipulus Domini euangeliū hoc conscripsit. Narrat autem ab initio generationē Seruatoris secundū carnem, ex semine Dauidis. Quapropter & ab illo genealogiā ad Christū vsque quadraginta duabus generationib⁹ deducit. Continet etiam baptisma Ioannis, & tentationes quibus in monte Christus à diabolo tentatus est, & signa & prodigia magna à Seruatore facta, discipulorum electionem, mysterij traditionem, quomodo tandem traditus sit Pilato, crucifixus corpore, corpus ipsius positum in monumento, milites vestes eius diuiserint, ipse verò tertia die resurrexerit, discipulisque præceperit, vt docerent omnes

Gentes,

Miracula
Christi
secundum
Matth.

Gentes, & baptizarent eos, pollicitus illis, quod esse velit apud eos cunctis diebus, vsque ad consummationem seculi. Signa verò, quæ à Christo facta Matthæus narrat, sunt ista: Leprosus mundatus est. Puer Centurionis etiam abscondens, iubente tantum Christo, curatus est. Socrus Petri febricitans sanata est. Vespere facta allati sunt ad eum dæmoniaci, & malè habētes, & spiritus eiecit verbo, alios quoque ad eum modum curauit. Cæterum Christi generatio describitur. Bonum nūcium ab Angelo accepit Ioseph, magi adorant, descendit Christus in Ægyptū. Infantes occidit Herodes & moritur. Christus ex Ægypto reuerfus habitat Nazareth. Venit Ioannes baptizans. Auerfatur Sadducæos & Phariseos. Baptizatur Christus, & tēatur à Satana, postea cum traditus esset Ioannes, venit Capernaū. Vocat eos qui cum Petro & Iacobo erant. Curat multos, sedet in monte, & loquitur de felicitate ac subdit dicens: Vos estis sal terræ: & vos estis lux mūdi, hortatur eos de vitæ cōuersatione. Exaggerat præcepta legis, vbi & de dextero oculo dicit, & de studio inanis gloriæ, & de amore pecuniæ, quodque ponenda sit alimonie sollicitudo. Non esse nobis iudicandum proximum. Margaritas non esse projiciendas ante porcos. Exhortatio ad orandum. Eadem de re parabola. De via angusta, de pseudopropheta, de custodientibus præcepta. Vbi & parabola domus supra petram ædificatæ adiecta est. Descendit de monte & curat leprosum, & puerū Centurionis, ac focrum Petri, cum multis aliis. Scriba prohibetur ne sequatur, & discipulus ad sequendū adigitur. Tempestatem maris sedat. Dæmones inuadunt porcos. Venit Iesus in suam ciuitatem. Curat paralyticum. Vocat Matthæum. Accusant eum Pharisei, quod cum publicanis manducat, & discipuli Ioannis, quod discipuli eius non ieiunant. Accedit ad eum princeps Synagogæ propter filiolum, & ipse puellam mortuam excitat. Interea sanatur hæmorrhousa. Curantur duo cæci, & mutus dæmoniacus. Vicos circuit Iesus. Mittit discipulos prædicatum, & de multis ad eos differit. Mittit ad eum Ioannes duos ex discipulis suis, quem & laudat. Expostulat cum turbis de Ioanne. Exprobrat ciuitatibus. Confitetur patri. Vocat ad se onetatos. Iter facit per sata. Curat eum qui manum aridam habet. Iudæi de occidendo eo consultant. Secedentem sequitur turba, & curatur. Similiter & dæmoniacus cæcus & mutus, vbi Iudæi dicunt: In Beelzebub eiecit dæmonia. Deinde signum petunt, ipse verò signum Ionæ dedit. Prædicat illis quod à Ninuitis sint condemnandi. Tunc dicit: Quando spiritus immundus egressus est, requiem quærit. Deinde mater quærit illi loqui. Nauim ingressus parabolam dicit de semināte, & causam, propter quam in parabolis loquatur. Parabolam seminantis exponit, & addit alias, de thesauro, de margarita, de agro, de sinapi, de fermento. Parabolam de agro exponit in domo, & addit aliam de sarena. Beatos pronunciat discipulos, conferens eos viro patri-familiās. Venit in patriam, quando & offenduntur Iudæi quibus dicit, prophetam non esse sine honore, nisi in patria sua. Auditis quæ cum Ioanne ab Herode gesta fuerant, secedit in desertum locum vbi & 3000. hominum pascit. Discipulos præmittit nauigio, reuertitur in montem oradi gratia. Adu-

nit ad discipulos noctu nauigantes. Petrum ad se sumit, super aquas ingredientem. Venit Gennesar. Curantur multi. Accusant eum Pharisei propter neglectum purgationum. Compefcit eos, & docet turbas de ratione ciborum. Enuclationem dictorū petit Petrus, & Christus ea manifestius exponit. Venit Tyrū vnde & mulier Chananæa ad eū accedit. Inde ad montē, iuxta mare. Curat hic multos, cibatur 4000. virorum. Venit Magdala. Querunt signū Iudæi. Ipse verò relictis illis transfretauit. Panes discipuli per obliuionem non sumperant. Loquitur illis de fermento Phariseorum. Egreditur Cæsariam. Interrogat discipulos de seipso. Cōfiteatur cum Petro. De passione sua prædicat, & Petrū increpat, iabēteque crucem tollere, si quisquam velit se sequi. Loquitur & de secundo suo aduentu. Ascendit in montem, vbi & transfiguratur. Vbi descenderat, discipuli interrogant & discunt de Heliah. Adducitur illi lunaticus & curatur. Exprobrat discipulis. In Galilæa illis de passione sua loquitur. Accedunt ad eum in Capernaum, qui didrachma accipiebant. Percontantur discipuli, quis ipsorum sit maior futurus. Tunc aduocato ad se paruulo dicit: Quicumque offenderit vnum ex paruulis istis, &c. Et, si ocul⁹ tuus, & manus tua offensaculo tibi fuerint. Et, ne cōtemnatis vnum ex paruulis istis. Subiungitur parabola centum ouium, & illud: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Item: Si duo ex vobis consenserint: quodcunque petierint accipiēt. Petrus post ita dicit: Quoties peccabit in me frater meus. Succedit parabola eius qui decem millia talentorum debebat. Venit in Iudæā. Curat multos. Exponit causam diuortij. Loquitur de generibus Eunuchorum. Benedicit paruulis. Accedit ad eum diues quidam. Interrogant discipuli, quis saluari possit. Tunc dicit illis: Sedebitis super sedes duodecim. Et qui reliquerit domum, & quæ sequitur. Subditur parabola operariorum. Ascendit Hierosolymam, & loquitur discipulis de morte sua. Vxor Zebedæi petit primatum filiis suis. Zelo mouentur Apostoli, & erudiuntur. Curantur duo cæci à Iericho, subiungitur historia de asina. Ingressitur templum, eiecit vendentes, curat accedentes ægrotos. Pueri hymnum concinunt. Egreditur Bethaniam, & cum regrederetur Hierosolymam arefacit ficum, dicitque discipulis: Et si monti isti dixeritis, proijcere in mare, fiet, & quicquid credētes petieritis accipietis. Interrogat eum sacerdos dices: In qua potestate ista facis, & ipse vicissim eos interrogat de baptismo Ioanis. Dicit illis parabolam de duobus filiis, deinde de vinea, & malis operariis, de nuptiis, & reprobis vocatis. Tunc accedit ad eum Iudæi vt illaqueent eum in sermone, & de numismate sciscitantur. Quæstionē Sadducæi mouent de muliere septem fratribus nupta, & legisperitus de primo legis mandato. Vicissim eos interrogat, de Christo quid sentiant. Hos vbi compefcit, loquitur turbis de Scribis & phariseis, deplorans eos. Post ista relicto templo ascendit montem oliuarum, atque ibi de rebus futuris ad discipulos differit. Deinde parabolam subiicit de seruo supra domum constituto, deque decem virginibus & quinque talentis, & de hædis ac ouibus. Congregantur principes sacerdotum & scribæ, cōsultantes quomodo caperent eum. Ipse verò Bethaniam ve-

nit in ædes Simonis, ubi ad eum accedit quæ alabastrum habebat. Paciscitur Iudas cū Iudæis. Mittuntur discipuli ad parandum pascha. Corripit Iudam Christus. Tradit mysterium, ubi & dicit, Non bibam amplius ex hac vite. Egreditur in montem oliuarum. Prædicat offendiculum passuros discipulos. Relinquit à tergo discipulos in Gethsemane & orat tertio, post orationem dicit: Eamus hinc. Venit Iudas cum turba. Petrus amputat auriculam seruuli. Ducunt Iesum ad Caipham. Iudicant eum & condemnant: & irrident. Petrus negat. Ducunt eum ad Pilatū. Strangulatur Iudas. Iudicatur Christus. Pilato consultit vxor eius, vt abstineat à Iesu: post ista crucifigitur. Stant mulieres quæ cum Maria erant, spectantes à longe quæ fiunt. Corpus domini accipit Ioseph. Petunt addi custodiam Iudæi. Mulieres quæ cum Maria erant in crepusculo veniunt ad sepulchrum, & fit terræ motus, audiuntque ab angelo quod resurrexerit. Mittuntur à Christo ad discipulos. Audiunt Iudæi de terræ motu & resurrectione, dantque pecuniam custodibus vt mētiantur. Veniunt discipuli ad Iesum in Galilæa. Hic tradit illis baptismum.

Liber II. Euangelium secundum Marcum.

Ioannes baptizat Iudæos. Christus venit à Nazareth. Baptizatur, & abit in desertum, vt tentetur, postea verò, tradito Ioanne venit in Galilæam, & vocat eos qui cum Petro erant & Iacobo. Ingreditur Capernaum, docet, & curat ibi dæmoniacum, post hunc etiam socrum Petri & multos alios vesperi sanat. Egreditur in solitudinem. Circuit Galilæam. Curat leprosum. Venit Capernaū. Sanat paralyticum, docet turbam, vocat Leui filium Alphei, manducat cum publicanis. Accusant eum hoc nomine pharisæi. Quærent de ieiunio discipuli Ioannis: Ipse verò discipulos tuctur. Trāsit per fata. Curat eum qui manum habebat aridā. Secedit ad mare. Sequitur eum multitudo magna. Confitentur dæmones. Aduocat ad se duodecim discipulos, vt mittat eos prædicatum. Tunc Iudæi dicunt, In Beelzebub eiicit dæmonia. Venit ad eum mater eius. Ingreditur nauim, parabolam dicit de seminante, item de agro & de sinapi. Tempestate iactantur discipuli in mari. Increpat mare Christus. Curatur dæmoniacus. Porci in terra Gergesorum in mare præcipites dantur. Transfretat, & Iairus pro filia orat. Sanatur hæmorrhousa, venit in patriā, offenditur super ipso. Hic dicit, Nō est propheta absque honore nisi in patria sua. Mittit discipulos binos ac binos, multaque illis mandat. Subijcitur historia eorum quæ ab Herode acta sunt cum Ioanne. Redeunt ad Christum discipuli. Pascit turbas. Aduenit ad discipulos tempestate iactatos, veniunt in Genezareth & curat multos. Disputant de manibus illotis. Venit Tyrum. Sanat filiam Syrophœnissæ, item surdum & impeditæ linguæ. Pascit turbā. Signum petunt Iudæi, at ille nullum dat. Loquitur discipulis de fermento pharisæorum, & increpat eos. Curat cæcum Bethsaidæ. Interrogat discipulos de seipso. Petrus confitetur, & increpat Iesum passionis gratia. Hic dicit Christus, Si quis vult venire post me, &c. Transformatur in mote. Loquitur de

Elia. Adducitur ad eum Lunaticus & curatur. Prædicat discipulis mortem ac resurrectionem suam, & increpat eos, propterea quod de primatu in via disputauerant. Hic dicit, Qui non est mecum contra me est, De eo qui dæmonia eiiciebat in ipsius nomine. Post hæc dicit: Qui offenderit vnum ex paruulis istis, & illud: vermis eorum non morietur, neque ignis extinguetur. Differit de diuortio. Paruulis benedicit, diues quispiā interrogat, quid faciat vt viuat. Huic responderet. Ascendit Hierosolyma, de qua passione sua prædicat, filij Zebedæi sedere petunt à dextris eius, differit de animi humilitate, visum recipit Bartimæus. Subijcitur de pullo asini. Ingreditur templum & vesperi exit in Bethaniam. Accedit ad ficū. Eiicit è templo vendentes. Vesperi egreditur ciuitatem. Admiratus Petrus arefactā esse ficū. Adhortatur discipulos Iesus, vt credāt. Iubet, vt peccata proximo remittantur. Regreditur in ciuitatem. Interrogant eum Iudæi, in qua potestate hæc faciat. Ipse vicissim eos interrogat de baptismo Ioannis. Parabolā dicit de vinea & de malis agricolis: postea de censu, de septem fratribus. Quæstionem mouet scriba de primo legis mandato, ac responsionē Christi cognitam probat. Christus contra interrogat de seipso. Post ista disputat contra pharisæos & de duobus obulis uiduæ. Egredius è templo subuersionem illius prædicat. Discipuli de tempore subuersionis interrogant. Prædicat illis multa. Venit Bethaniam ad Simonem leprosum. Hic effunditur vnguentum. Paciscitur Iudas cum Iudæis. Mittuntur discipuli ad instruendum pascha. Arguit Iudam. Tradit mysteria. Egreditur ad montem oliuarum. Discipulis prædicat, quod offensaculum passuri essent, & Petro, quod negaturus se esset. Precatur ad patrem, deinde capitur. Petrus abscondit auriculam serui. Adolescens nudus aufugit. Ducitur Iesus ad Caipham. Statuunt aduersus eum testes. Confiteatur se esse filium dei. Negat Petrus. Ducitur ad Pilatum Iesus. Crucifigitur. Erat ibi Maria Iacobi minoris, & Magdalena & Salome. Ioseph accipit corpus Iesu. Venerunt mulieres ad sepulchrum post sabbatum, aromata auferentes. Vident Angelum in monumento, & perterresunt. Post resurrectionē Christus apparuit Mariæ: è qua septem dæmonia eiiecerat. Hæc dixit ad discipulos quæ viderat. Illi verò non credunt. Postea apparuit duobus in via, deinde & vndecim discipulis, quibus etiam incredulitatē exprobrauit. Et misit eos prædicatum & Baptizatum, & potestatem dedit faciendorum signorum. Post ista assumptus est.

Liber III. Euangelium secundum Lucam.

Historiam generationis Ioannis scribit, deinde & Christi. Quædam etiam de Simeone. Anna confitetur domino. Iesus in templo manet, insciis parentibus. Ioannes baptizat. Baptizatur & Christus, cum annorum esset 30. Recensentur ipsius maiores. Ducitur in solitudinem. Venit Nazareth, legit in synagoga. Dicit ad Iudæos de vidua ad quam diuertit Elias, & de Neeman leproso, & volunt eum præcipitem dare. Venit Capernaum. Curat dæmonio laborantem, & socrum Petri, aliosque multos. Egreditur in solitudinē, venit in terrā Genezareth, ascendit nauim Petri, ubi & rete

rete scissum est. Perterrefactus est Simon. Curat leprosum, deinde paralyticum. Vocat Leui apud quem & manducat. Accusatur à pharisæis ob eam causam, & quod discipuli ipsius non ieiunabant. Ambulat in sabbatho secundo primo per fata. Altero sabbatho curat eum qui manum habebat aridam. Elegit duodecim. De felicitate pronunciat. Deplorat diuites & ridentes. Adhortatur ad dilectionem. De non vliscendo proximum. De impertiendo. Parabolam dicit de arbore, & de sermones suos custodiente, quod is similis sit domui fundatæ supra Petram. Venit Capernaum: Accedit ad eum Centurio orans pro seruo suo. Excitatur filius viduæ. Mittit ad eum Ioannes discipulos suos. Accusat turbam Iesus de Ioanne. Comparat eam generationem pueris inter se acclamantibus. Ingreditur domum pharisæi. Ecce mulier peccatrix accedit ad eum habens alabastrum. Reprehendit hoc factum pharisæus. Parabolam ad eum dicit Iesus de duobus debitoribus. Deinde circuit per ciuitates & vicos. Sequuntur eum mulieres quas curauerat. Parabolam dicit de seminante. Venit ad eum mater eius. Nauigant cum eo discipuli. Oritur tempesta. Veniunt in terram Gaditanorum. Legio malorum spiritu irriti in porcos. Iairus orat pro filia. Sanatur hæmorrhousa. Excitat mortuam puellam. Emittit duodecim discipulos. Audit de eo Herodes. Secedit in solitudinem Iesus. Pascit turbas. Interrogat discipulos dicens: Quem me esse dicunt homines? Petrus confitetur. Mandat illis silentium. Passionem ac resurrectionem suam prædicat. Monet, vt seipsum abneget, si quis post se venire velit. Transfiguratur. Descendit de monte. Curat lunaticum. Dicit se passurum. Quærent discipuli, quis inter eos maior sit. Iesus verò docet eos, deinde dicit: Qui non est contra vos pro vobis est quod de eo dicit, qui in nomine suo dæmonia eiiciebat, & se non sequebatur. Samaritani non receperunt eum, volentem in ciuitatem ipsorum ingredi. Discipuli volunt ignem cœlitus deposcere super eos. Iesus verò corripuit eos. Quidam illum sequi volens, prohibetur. Alius verò admonitus vt sequatur, tergiuersatur. Tunc dicit: Nemo mittit manum suam ad aratrum, & post tergum respicit. Designat 70. discipulos, & emittit eos binos ac binos, hortatus ne quicquam secum deferrent. Exprobrat ciuitatibus. Subsequutus dicit: Qui vos audit me audit. Item, vidi Satanam decidentem sicut fulgur. Dat discipulis potestatem contra Satanam & admonet ne huius nomine gaudent. Deinde confitetur patri, & dicit discipulis: Beati oculi videntes quæ vos videtis. Multi enim prophetæ desiderarunt videre quæ vos videtis. Tentat eum legisperitus. Parabolam dicit de eo qui descenderat in Hiericho. Martha accusat sororem suam. Orare docet discipulos, & parabolam addit de eo qui ab amico in lecto iam existente panes petat. Curat mutum dæmoniacum. Hic dicunt, In Beelzebub curat. Ipse verò responderet, spiritus immundus ubi egressus est perambulat loca inaquosa. Mulier quædam dicit, beatus venter qui te portauit, & vbera quæ succisti. Futura minatur, vt ista generatio condemnetur à

Niniuitis & dicit: Nemo lucernam accensam sub modio ponit. Ingreditur ad pharisæum prandendi gratia. Ille verò eum accusat, quod lotus non esset: Ad hunc dicit, vos mundatis quod extrā poculum est, & cætera; & deplorat eos, similiter & legisperitos, deinde dicit: Nihil est occultum, & cætera, Item: Ne timeatis eos qui corpus occidunt, & illud, Nunquid quinque passeruli, & cæt. & Quicumque blasphemus fuerit in spiritu, & cæt. Accedit ad eum quispiam, petens vt frater iubeatur partem sibi dare de hæreditate. Deinde, qui putabatur diues. De illius apothecis frumentariis. Hortatur ne solliciti simus de alimonia. De misericordia dicit, & de hero seruis suis ministrante; de seruo fideli, de eo qui voluntatem domini sui nouit quidem sed non facit: Dicit se venisse, vt ignem in terram mittat: Et de illis, qui faciem cœli probare sciebant. Et illud: cum vadis cum aduersario tuo ad iudicem. Deinde de Galilæis à Pilato occisis, & de illis, qui prolapsu turris adobruti fuerant. Parabolam dicit de ficu sterili. Mulierem à dæmonio incuruatam curat in sabbatho. Factum hoc accusant Iudæi: Ipse verò compefcit eos. Parabolas dicit de sinapi, & de fermento. Interrogatur an pauci sint qui saluentur: Hortatur ad ingrediendum per angustam portam, & subdit, venient ab Oriente & ab Occidente, & recumbent, & cæt. Dicunt ei, exi, nam Herodes vult te occidere. Respondet: Ite ac dicite vulpi isti, & cæt. Ad Ierusalem dicit, Quoties volui congregare filios tuos, & cæt. Curat hydropicum in domo pharisæi. Differit de primo accubitu in mensis, & qui vocandi sint ad conuiuia. Deinde parabolam dicit de cœna & inuitatis ad eam venire detrectantibus. Hortatur vt relictis domesticis omnibus se sequamur. Parabolam addit de eo, qui turrim ædificat, & de eo qui bellum instituit. Salem dicit esse bonum. Murmurant pharisæi quod publicanos suscipit. Parabolam ad eos dicit, de oue perdita, & de drachma, deque filio prodigo, de œonomo eiecto, de auaritia, de superbia, & quod adimpleri oporteat quæcunque in lege sunt. De dimittente vxorem suam. De Lazaro ac diuite. Quod remittenda sint proximo quæ in nos deliquit. Et quis, inquit, seruum habet arantem, an ex agro reuerso non præcipiat, & cætera. Deinde de decem Leprosis. De aduentu suo prædicat. Quod semper sit orandum. Parabolam dicit de vidua & de iudice iniquo. Deinde, Num, inquit, fidem inueniet in terra filius hominis, cum venerit? Parabolam ponit de pharisæo & publicano. Aduocat ad se paruulos. Accedit ad eum diues quispiam rogans quid faciat, vt vitam æternam possideat. De passione sua prædicat discipulis, ipsi verò non intelligebant. Cæcus curatur prope Hiericho. De Zachæo. Parabolam dicit de eo, qui sibi ipsi volebat acquirere regnum. De pullo asinæ. Urbis captiuitatem prædicat. Vendentes eiicit è templo. Dicunt illi, in qua potestate hæc facis. Quæstionem illis mouet de baptismo Ioannis. Subditur parabola de vinea, & & reprobis agricolis. Quæstio mouetur de censu, & de muliere quæ septem fratribus nupta fuit. Deinde interrogat eos quid de Christo

sentiant, quomodo dicant eum esse filium David. Differit de eo quod certabant pro primis cathedris. Vidua æra minuta duo mittit in gazophylarium. De subuersione templi prædicit, & de malis futuris. Iudas paciscitur cum Iudæis. Discipulos mittit ad parandum pascha. Corripitur Iudas post institutum mysterium. Contendunt inter se discipuli & de primatu. Ad Simonem dicit, ecce Satanæ petiuit, vt cribrer vos, prædicitque illi negationem futuram, & iuxta mandat discipulis, vt tollant secum in posterum crumenam. Capitur postea. Negat eum Petrus. Percutitur à Iudæis. Interrogatur num ipse sit CHRISTVS, ad quod & respondet. Ducitur ad Pilatum & ab hoc mittitur ad Herodem, illinc rursus ad Pilatum. Traditur ad crucem, sequitur turba, ad mulieres consequentes de malis futuris differit. Crucifigitur. Corpus eius Ioseph sepelit. Deferunt mulieres aromata ad sepulchrum, sed neminem inueniunt. Intelligunt à duobus Angelis, quod resurrexerit. Nunciant hoc discipulis. Illi non credunt. Petrus ad monumentum currit, & vt mulieres dixerunt, inuenit. Apparet Christus duobus existentibus in itinere. Illi reuersi ad discipulos audiunt dominum apparuisse Simoni. Mox stat in medio eorum. Stupefiunt discipuli, ostendit eis cicatrices, & comedit coram eis. Eductis autem illis in Bethaniam, in cælos assumptus est.

Liber IIII. Euangelium secundum Ioannem.

Diuitatem Christo adscribit. Narrat de Baptista & de Christo, illiusque incarnatione. Ad se missis respondet Baptista. Postero die iterum testatur de Christo. Adhærent huic qui cum Andrea erant. Petrum ducit Andreas ad Christum. Postero die egressus in Galilæam vocat Philippum. Testimonium huic dat Iesus. Nuptiæ fiunt in Chana. Post has venit Capernaum. Ascendit Ierosolyma in festo paschatis, eiicit è templo vendentes columbas. Multi credunt in eum. Loquitur Nicodemo. Venit in Iudæam. Baptizant ipsius discipuli. Nunciatum est hoc Ioanni. Audit Iesus, notum factum esse pharisæis, descendit in Galilæam per Samariam. Succedunt ea quæ cum muliere Samaritana facta sunt. Credunt in eum Samaritani. Venit Iesus in Chana. Accedit ad eum Regius quidam, filij gratia. Redit Ierosolyma. Sanat eum sabbatho qui annos 38. paralyticus fuerat. Quærunto eum Iudæi ad occidendum. Dicit eis, quod à Deo missus sit. Transfretat mare Tiberiadis. Erat autem Pascha. Pascit turbas. Volunt eum creare Regem. Secedit in montem. Discipuli nauigant Capernaum. Huc & Iesus venit, & turbæ. Differit illis de mysteriis. Illi verò non ferentes quæ dicebantur, retrò cedunt. Dicit duodecim Apostolis, An & vos vultis abire? Petrus respondet verba vitæ æternæ habes, ad quem abibimus? Cum esset festum Tabernaculorum hortantur eum fratres, vt ascendat in templum. Ipse verò tandem ascendit, & quærunto eum Iudæi, atque indignantur quod in sabbatho cæcum curauerat. Differit de paraclero, & alij credunt, alij non credunt. Reprehenduntur ministri à principibus Sa-

cerdotum quod non cepissent eum. Disputat cum eis Nicodemus, illi verò compescunt eum. Iesus rursus disputat cum eis: ipsi contra verba eius subuertere conantur. Subiicitur de muliere super adulterio accusata. Iterum ad eos loquitur dicens: Ego vado, quò vos venire nequitis. Ipsi verò putant, quod seipsum velit interficere. De modo mortis suæ prædicit, & multi in eum credunt. Ad hos dicit, Si manseritis in sermone meo, veritas liberabit vos, & alia multa. Dicunt ad eum Iudæi: Samaritanus es, & dæmonium habes. Vicissim ille multa ad eos disserit, inter quæ & hoc dicit: Antequam Abraham fieret, ego sum. Tunc eum lapidibus obruere volebant, ipse verò digressus ab illis, curat cæcum luto. Post ista disputat de ouibus & pastore per ianuam in ouile ingrediente. Schisma oritur inter Iudæos. In festo dedicationis ambulat Iesus in porticu Salomonis, interrogant eum Iudæi, an ipse sit Christus. vbi verò hunc se esse dicit, tollunt lapides, vt iaciant in eum. Rogat huius facinoris causam. Veniunt ad capiendum eum: Sed non possunt. Abit in eum locum vbi baptizauerat Ioannes. Mittunt ad eum, quæ cum Martha erant, propter Lazarum. Volentem ire in Iudæam, prohibent discipuli. Venit Bethaniam. Excitat Lazarum. Iterum de occidendo illo consultant Iudæi. Caiphas prophetat. Secedit Iesus in solitudinem Ephraim, Iudæi inter se disceptant, num venturus sit ad diem festum. Ante sex dies paschæ venit in Bethaniam. Hic cœnantem vixit Maria, quam rem indigne fert Iudas. Hunc compescit Iesus. Veniunt ad eum in Bethaniam Iudæi. Occurunt illi turbæ cum ramis palmarum, cum peteret Ierosolyma, & sederet super asello. Græci petunt videre eum. Parabolam dicit de grano frumenti, & de illis qui mortem metuunt. Subdit, Pater glorifica filium tuum. Et vox facta est de cælo. Turba putat tonitruum insonuisse. De modo mortis suæ prædicit. Adhortatur ad fidem. Illi verò non credunt, vt sermo, inquit, Esaiæ impleretur. Lauat discipulos, arguit Iudam ille accepta buccella, noctu egreditur. Ad discipulos post abitum illius differit. Præcipit illis dilectionem. Petro futuram negationem prædicit. Philippus petit videre patrem. Prædicit eis de paraclero. Et de multis aliis loquitur. Accusatur Iudæos. Discipulis prædicit futuram tribulationem, deinde iterum iucunda & rursus tristia. Orat ad patrem. Venit in hortum & capitur. Petrus amputat auriculam serui. Ducunt Iesum ad Annam. Discipulus aliquis Petrum introducit in aulam. Minister Iesum percutit. Dicit ad hunc, si male locutus sum, &c. Mittunt eum ad Caipham. Petrus negat. Ducitur Iesus ad Pilatum. Crucifigitur. Titulum ei imponunt. Stans iuxta crucem mater, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Matrem commendat Ioanni. Corpus eius sepelit Ioseph. Nicodemus adfert aloes & myrrhæ libras centum. Venit Maria Magdalene videt sepulchrum vacuum. Vocat Petrum & Ioannem. Hi abeunt visum, & iterum secedunt. Maria vidit Angelos, & postea Iesum ipsum, qui ei & loquitur. Postea aduenit ad discipulos cum fores essent clausæ, & dat illis spiritum sanctum. Deinde loquitur Thomæ qui non crediderat. Rursus ap-

sus apparet discipulis ad mare Tiberiadis, vbi & multitudinem piscium ceperunt, & comedit cum eis. Petro mandat, vt oues suas pascat, prædicitque illi mortem qua moriturus erat, ac iubet vt se sequatur.

Liber v. Acta Apostolorum.

HOC nomine vocatur hic liber, propterea quod simul cum aliis etiam Apostolorum acta continet. Qui verò illa exponit, Lucas est Euangelista qui & librum hunc conscripsit. Est enim vnà cum Apostolis peregrinatus, & maxime vnà cum Paulo & quæ exactè cognouit, literis mandauit. Narrat autem hoc libro quomodo Angelorum mysterio dominus assumptus sit: Effusionem Spiritus sancti in die Pentecostes super Apostolos, & omnes eos qui tum præsentés erant, factam: constitutionem Mathiæ in locum Iudæ proditoris, & designationem septem Diaconorum, ac Pauli electionem & quæcunque ille passus est, & quomodo tandem Romam cum illo profectus sit. Duodecim autem Apostolorum nomina, sunt ista: Primus Simoni, qui vocatur Petrus. Deinde Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius, Andreas frater Petri, Philippus, Thomas, Bartholomæus, Mathæus, Iacobus filius Alphæi, Simôn zelotes, Iuda Iacobi, qui & Thaddæus dicitur, & Iudas Iscariotes, qui prodidit dominum. Sed in huius locum postquam dominum prodiderat ac perierat, constitutus est ab Apostolis Mathias & connumeratus cum vndecim reliquis, duodecimus deinde vocatus est: & Paulus instrumentum electum, missusque & ipse eum Barnaba, ad prædicandum Euangelium domini gentibus circunquaque. Postea constituti sunt & septem diaconi ab Apostolis, quorum hæc sunt nomina: Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicænor, Timon, Parmenas & Nicolaus. Horum itaque Apostolorum & diaconorum acta exponit Lucas, & quæ ab illis edita sunt signa, quæ ista sunt: Petrus & Ioannes claudum ex natiuitate, in porta Speciosa sedentem, in nomine domini curarunt. Petrus Ananiam & Saphiram vxoteni eius coarguit, quod suffragati fuerant de precio agri, & promissionem erga Deum factam defraudarant, ob quam causam & cuestigio mortui sunt. Petrus Dorcæda, vita defunctam in Ioppe precibus suis è mortuis excitauit. Petrus vas plenum omnis generis animantibus, cœlitus demissum vidit. Umbra Petri, ægrotos quos contingebat, sanauit. Petrus cum in carcere ligatus seruaretur, per Angelum, in scæcis militibus, liberatus est. Et Herodes vermium esca factus expirauit. Stephanus prodigia fecit & signa. Philippus eunuchum, Esaiæ prophetiam legentem, accessit, & baptizauit. Idem Philippus multos malos spiritus in Samaria eiicit, & claudi ab illo ac paralytici curati sunt. Paulus cum appropiaret Damasco, visionem vidit, & mox Euangelij præco factus est. Paulus cum esset Lystris Ænæam ex vtero claudum, in nomine domini curauit. Paulus per visionem in Macedoniam vocatus est. Paulus mulierem habentem spiritum Pythonicam purgauit. Paulus & Silas Philippis in custodiam coniecti, & pedes eorum ligno constricti

sunt. In medio autem noctis terræ motus factus est, & soluta sunt eorum vincula à corpore. Pauli sumpta sunt sudaria, quæ ægrotis ac demoniacis imposta curationem attulerunt. Paulus in Troade constitutus Eurychum è fenestrâ prolapsum ac mortuum, excitauit dicens: anima eius in ipso est. Paulus in Cypro Magum Elyman compescuit qui & cæcus effectus est. Paulus cum Romam nauigaret, tempestate iactatus est ipse & quotquot cum illo in nauis erant, noctes ac dies quatuordecim. Et cum vniuersi mortem expectarent, adstirit Paulo dominus dicens: propter te largitus sum istis quos tecum habes, vt viuant, atque ita seruari sunt. Paulum cum è Naui egressus esset, vipera momordit, putatimque est ab omnibus, quod moriturus esset, cum verò illæsus permaneret, arbitrati sunt eum esse Deum quendam. Patrem Publij in Insula dyfenteria laborantem impositis manibus sanitati restituit Paulus, & simul alios multos in eadem insula ægrotos curauit.

LIBER SEXTVS CONTINENS

Epistolas Catholicas septem: Quarum prima est Iacobi.

AB autoribus suis, & ipsæ nomina sortitæ sunt. Hanc enim Iacobus ad dispersas duodecim tribus in Christum credentes scripsit. Scripsit autem eam more & genere docendi, docens eas de tentationum discretione, quænam à Deo, quæ verò ex proprio cuiusque mortalium corde sint. Et quod non verbis tantum, sed & ipso opere ostendenda sit fides, quòdque non auditores legis, sed factores iustificentur. Præcipit etiam de diuitibus, ne illi pauperibus in Ecclesiis præferantur, sed magis increpentur tanquam superbi. Tandem, vbi astrictos consolatus, & ad tollerantiam vique ad iudicis aduentum seruandum adhortatus est, deque patientia ex iis quæ Iob acciderunt admonuit, præcipit vt seniores vocentur ad ægrotos, studeaturque, quòmodo errantes ad veritatem conuertantur, eò quod merces huius apud dominum sit remissio peccatorum, atque ita terminat Epistolam.

Secunda Petri Apostoli.

ET ista ab eo denominata est, à quo est scripta. Petrus enim docendi gratia Epistolam hæc Iudæis ad Christianismum conuersis, in dispersione constitutis scripsit. Postquam enim ex Iudæis multi crediderunt, confirmat eos. Et primum quidem exponit ac declarat, quòd fides in Christum à prophetis prænunciata, & per eisdem significata sit redemptio quæ est per sanguinem eius, & quòd ipsis ac Gentibus omnia sint per Euangelium annunciata, in quæ Angeli quoque prospicere desiderant. Deinde postquam consuluit, vt dignè conuersentur eo, qui ipsos vocauit, admonet vt regem honorét, & mulieribus simul ac viris denunciat, vt vnamines sint. Et vbi ad mores honestos adhortatus est, significat illis, quòd & inferis innotuerit à domino prædicatio salutis, & resurrectionis, vt & ij, qui antea mortui sunt, resurgant & iudicentur quidè in corpore, gratia verò resurrectionis persistent. Et quòd finis omnium appropiauerit, omnesque

parati esse debeant ad dandam Iudici rationem. His dictis finit Epistola.

Tertia & ipsa Petri.

Pari modo & ista, ab eodem conscripta, eiusdem nomen præfert. Nam idem Petrus & hanc ad eos scripsit, qui iam crediderant. Est autem hæc Epistola, refrenatio priorum. Cum enim cognouisset citò futuram corporis sui resolutionem, diligenter hoc egit, ut omnes admonerentur eorum de quibus antea per Euangelij doctrinam erant instructi. Et primùm quidem de fide differit, & ostendit, quod à Prophetis illa sit annunciata, & quod prophetiæ de Salvatore, non sint humanæ, sed à Deo prænunciata. Deinde denunciat illis, ne seductores attendant, illorum perditionem futuram prædicens, quemadmodum & de Angelis transgressoribus pœna sumpta est. Significat autem hac Epistola futuros dies, quibus illusores passim circuituri sint, conaturique ut aliquos seducant, dicentes, quod inaniter à nobis prædicatur aduentus Seruatoris futurus, eo quod is cum semper prædicatur nondum tum venerit. Ab his igitur abstinere præcipit docens, ne moræ gratia animum despondeamus, propterea quod nihil tarditatis vniuersum tempus gignat apud dominum, vno die instar mille annorum existente, & mille annis instar vnius diei. Affirmat simul & declarat, citò futurum domini diem præcipitque omnibus, ut ad illius aduentum parati sint in bonis operibus, & amplectantur quæ ab Apostolo Paulo scripta sunt, nec aures accomodent his qui ea calumniantur, quandoquidem idem & vniuersas diuinas scripturas calumniantur. Postquam igitur quosuis admonuit ac docuit, ut ista futura sciant hortatur, ne quisquam à fidei scopo aberraret, atque ita finit Epistolam.

Quarta Ioannis.

HOC nomine vocatur & ista, propterea quod à Ioanne Euangelista scripta est, ut commonefaceret eos, qui iam in dominum crediderant. Et primùm quidem perinde atque in Euangelio, ita & in hac Epistola de verbi diuinitate differit, ostendens illum in Deo semper esse, ac docens, patrem esse lucem, ut verbum ita cognoscamus ex patre esse, tanquam fulgorem è luce. Differens autem de diuinitate verbi, exponit fidei nostræ mysterium non esse rem nouitiam, sed esse sempiternum ab initio, nunc verò manifestatū in domino, qui vita est sempiterna & verus Deus. Causam etiam, ob quam verbum ad nos venerit & apparuerit, ponit. Hanc videlicet, ut opera diaboli dissolueret ac nos à morte liberaret, efficeretque ut patrem agnosceremus, & filium Dominum nostrum Iesum Christum. Scribit igitur ad quamuis ætatem, ad pueros, ad adolescentes, ad senes, quod Deus innotuerit, diabolica verò operatio deinceps deleta morte deuicta sit. Quod reliquum est per totam epistolam, dilectionem docet, volens, ut nos inuicem alius alium diligamus, propterea quod & Christus dilexit nos. Differit itaque, de differentia timoris & dilectionis, filiorum Dei & filiorum diaboli, de peccato mortali,

& non mortali, de differentia spirituum, discernitque, quisnam spiritus ex Deo, quis verò seductionis sit, & quando cognoscatur filij Dei, quando verò diaboli. Item cuius peccati gratia orandum sit pro his qui deliquerunt, & pro quo non sit. Et quod vocatione indignus sit, nec Christi esse dici possit qui proximum non diligit. Vnitatem etiam filij cum patre ostendit, & quod qui filium negat, nec patrem habeat: decernit quoque in hac epistola, quod sit proprium Antichristi, nempe hoc, si dicat Iesum non esse Christum, ita ut quasi ille non sit, seipsum mentiendo dicat esse Christum. Hortatur autem per totam epistolam domino credentes, ne animo sint abiecto, si odio habeantur in hoc mundo, sed magis gaudeant, ob id quod odium mundi huius declaret credentes migrasse ex hoc mundo, & posthac conuersari in cœlis. Et in calce epistolæ iterum admonet, filium Dei esse vitam æternam ac verum Deum, & ut illi seruiamus, nosque ipsos à simulachris custodiamus.

Quinta, Et ipsa Ioannis.

HANC senior factus Dominæ scribit & liberis eius. Est autem argumentum epistolæ tale: Cum videret liberos huius recte in fide conuersari, multos autem seductores circuire qui dicerent, aduentum Christi in carne non esse factum, epistolam hanc scribit, & principio quidem laudat, quod liberi eius bene conuersarentur, deinde docet, fidei nostræ mysterium non esse recens. Hortatur iterum ad dilectionem, & ut maneant in doctrina, quæ ipsis erat tradita. Deinceps docet eos, Antichristum esse, qui Christum in carne non venisse dicat. Denunciat autem illis, ne eos qui huiusmodi sunt in domum suam quisquam recipiat neque salutem illis dicat, atque ita terminat epistolam.

Sexta, Et hæc Ioannis est.

Ista quoque Ioannis est, ut & inscriptio habet. Missa est autem ad Gaium. Et primùm quidem laudat eum propter testimonium hospitalitatis, quod habebat ab omnibus, hortaturque eum ut in proposito persistat ac fratres recipiat ac deducat. Accusat autem Diotrephen, quod is non solum nihil præbebat pauperibus, sed etiam alios prohibebat, ac multa nugabatur. Tales alienos esse dicit à veritate, neque cognoscere Deum. De metriū verò laudat, optimum illi testimonium impendens.

Septima, Iudæ.

HANC Iudas epistolam quemadmodum & inscripta est, illis scripsit qui iam crediderant. Est autem argumentum eius tale: Cum quidam subingressi docerent, adiaphoron esse peccatum, etiam eorum, qui dominum negant, necesse habuit, ut scriberet & cautus redderet fratres. Et initio quidem hortatur eos ut certent atque in tradita sibi fide maneant. Deinde abiicit tales, tanquam seductores, & denunciat ne prorsus vllam cum ipsis communionem haberent,

habere, scientes, non esse satis, vocatos esse, nisi etiam digne ambuletur ista vocatione eò quod & priorem populum dominus ex Ægypto eductū, cum in fide videret non persistere, perdidit, & angelis ordinem suum non custodientibus non perperit. Hac ratione secedendum esse è talibus. Et Michaëlem namque Archangelum non sustinuisse blasphemiam diaboli. Docet itaque perditionem istorum sicut Sodomitarum futuram. Post hæc adhortatus ad bonos mores, & fidei stabilitatem à domino apprecatus, claudit epistolam.

Liber septimus, quatuordecim habens epistolas Pauli: quarum prima est, Ad Romanos.

Pauli vocatur epistolæ, propterea quod eas ille scripsit. Et per has cum eos quos viderat ac docuerat admonet & corrigit, tum quos non viderat instruere conatur ac docere, quemadmodum scire possunt qui in eas incidit. Hanc autem Romanis è Corintho scripsit, cum eos nondum quidem vidisset, audisset verò de illorum fide, cuperetque videre eos. Et initio quidem laudat eorum fidem, quam videbat passim annunciari. Deinde significat sæpenumero propositum sibi fuisse veniendi ad eos, propter desiderium quo erga eos affectus erat, hæcenus verò non licuisse. Cæterum docendi modo Epistolam contexit, de vocatione Gentium, & quod circumcisio temporaria fuerit, iam verò cessauerit, quod per Christum solum sit delictum Adæ, quod vmbra legis transierit. Vocationem itaque Gentium consequenter recto ordine factam esse ad hunc modum probat. Ostendit vniuersis hominibus insitam esse legem, & quosuis citra doctrinam (legis) naturali iudicio ex ipsa rerum conditione Deum cognoscere posse. Quapropter & merito Gentes priore loco accusat, quod cum ipsis cognitionem sui Deus ex operibus mundi patefecerit, & simul sempiternam potentiam suam, quæ verbum ipsius est, in quo & per quod omnia fecit, ostenderit, ipsi non cognouerunt ex creaturis Deum esse talium opificem, sed magis operibus illius diuinitatē adscribentes creaturas potius adorarunt quam creatorem. Accusat autem & Iudæos, ut qui legem non seruauerint, imo per transgressionem legis Deum magis dehonestarint. Atque ita vtramque partē tam Iudæos quam Gentes arguit, & sub iniquitate transgressionis concludit, ut ostendat omnes pares esse factos inter se, ex æquo reos, & redemptionis egentes. Deinde, merito & Gentium factam esse vocationem ex eo declarat, quod gratia & redemptio æqualiter contigere & Iudæis & Gentibus, vocatione verò Gentium facta, necessario cessasse circumcisionem & legis vmbra. Nam Abraham, inquit, non in circumcisione, sed ante circumcisionem iustificatus, nominatus est Abraham, quoniam futurum erat, ut fieret pater multarum Gentium, secundum fidem quæ erat in præputio. Circumcisionem autem postquam iustificatus erat, accepit in carne, ut signum esset posteris ex ipso secundum carnem nascituris, quod delitura esset circumcisio, quando gentes fierent filij Abrahæ, inciperentque viuere secundum fidem Abrahæ, in qua ille cum adhuc esset in præputio, iustificatus est. Etenim horum gratia, cum antea dictus esset Abram, vo-

catus est Abraham. Erat autem necessarium ut venientibus rebus præsignatis, desineret signum. Quapropter si qui cogunt Gentes circumcidi, iidem tollant & nomen Abraham, & vocent cum Abram. Si verò Abraham vocatus est à Deo, non oportet Gentes circumcidi, imò ne Iudæi quidem secundum carnem amplius circumcidi sunt, ut firmum sit nomen Abrahæ, voceturque pater multarum Gentium, ferendum enim posthac non est, ut quisquam circumcidatur, cum sufficiat fides Abrahæ, nec opus sit vlla legis vmbra. Non enim iustificatur quisquam ex talibus, sed ex fide, quemadmodum & Abraham. Postquam ista ad hunc modum probauit, iterum ostendit, quod nec Israël nec gentibus alia possit ratione redemptio & gratia obtingere, nisi primum illud & vetustum peccatum, quod per Adam in omnes mortales peruenit, soluatur: deleri autem per alium non posse, nisi per filium Dei, per quem & ab initio maledictio facta sit. Neque enim possibile erat, ut alius delictum hoc solueret. Deinde scribit, quod nullo alio pacto factum sit, quam ut corpore assumpto filius Dei fieret homo: ut corpus hoc inquam, quod iisdem nobiscum passionibus obnoxium esset, pro omnibus offerret, & omnes à morte liberaret. Et quemadmodum per vnum hominem peccatum in mundum ingressum est, ita & per vnum hominē ad omnes mortales gratia perueniret. Deinceps verò tanquam bonus œconomus Iudæos consolatur, quod legis transgressores futuri non sint si in Christum credant, his verò qui ex Gentibus crediderant edicit, ne contra Israël inuentur, sed cognoscant se veluti ramos radici, ita Iudæis esse insertos. His absolutis sermones hortatorios ad docendum bonos mores subtexit, atque ita Epistolam finit.

Altera: Prior ad Corinthios.

Hanc ad Corinthios scripsit Apostolus, ex Epheso Asiæ, postquam eos iam viderat & docuerat, ut per illam eos admoneret. Occasio autem Epistolæ hæc est. Corinthij per contentionem scissi sententiis inter se dissidebant, & præterea erant inter eos sectæ, quarum vitio fiebat, ut inemendatum negligeret eum qui nouercam suam in vxorem sibi sumplerat. Alij volebant vxores suas continentia prætextu relinquere. Quidam apud simulachra edebant, quasi adiaphora essent idolothya. Erant qui reliquos vilificarent, eos verò qui linguis loquebantur suspicerent: postremo & in mysterio resurrectionis quidam seducti erant, ita ut dicerent, futurum non esse, ut hæc nostra caro resurgat. Cum hæc omnia in Corintho mouerentur, scribunt de plebe quidam Apostolo, qui & ad omnia rescribit. Et primùm quidem testimonium illis dat prudentiæ & scientiæ, non autem laudat eos sectas facientes, sed consulit, ut virtutem putans non in sermone esse, sed in opere & potentia. Deinde postquam increpuit eum qui nouercam vxoris loco sumplerat, adhortatusque est, ne iudiciali lite inter se contenderent, deinceps ad ea respondet de quibus illi scripserant. De nuptiis docet, infractum esse debere conjugium, & precum gratia ad tempus ab illo vacari posse. Quoniam verò

arridebat illis continentia, de virginitate scribit, quod necessaria non sit, sed cuiusque persuasione permittenda. Subdit de efcis simulachrorū, ne abutantur scientia, sed conuerterentur in dilectione: prohibet igitur symposia quæ in templis simulachrorum fiebant, ne pusilli offendantur. Post ista de donis spiritualibus scribit, ne charismatū gratia discrimen inter se statuatur, neque præferant eum qui charisma aliquod habet ei, qui alio donatus est. Nā omnia eiusdem esse spiritus dicit. Cæterum & de resurrectione docet, quod caro resurrectura sit, mortua quidem in corruptione, excitanda verò in corrupta, secundum gratiam Christi. Resurrectionem verò ex eo astruit quod Christus excitatus est. In calce quæ ad morum exhortationem faciunt scribit, & de collatione ad subsidium sanctorū facienda præcipit, atque ita absoluit Epistolam.

Tertia, posterior ad Corinthios.

A De eisdem & hanc scripsit à Macedonia. Est autem illius argumentum tale. Priore accepta Epistola Corinthij compuncti super peccato eius qui nouercam suam duxerat, contristatique fuerant eius gratia, quod tale peccatum usque deque æstimauerant: Deinde seducti fuerant ab illis qui scētis occasionem dederant, ita ut literæ legis seruandæ studerent & gratiam Christi non ita magnificandam iudicaret, atque eos qui in faciem sese iactabant, plus æquo attenderent. De collecta verò in usus sanctorum facienda erant qui rectè sentirent. Ad ista igitur rescribit Apostolus, & primum quidem laudat eos, quod eiecissent eum qui deliquerat, deinde petentibus ipsis annuit, & respicientem recipi iubet. Docet etiam hac Epistola de lege, discriminans illius literam, & ostendens non esse literam legis solam accipiendam, sed in litera sensum erudendum, eo quod non verba tantum sit lex, sed in verbis latitet sensus spiritus. Deinde, quod veniente Christo noua creatura facta sit, nec oporteat in vetustate viuere, sed in omnibus, velut in noua creatura, renouari, & desinere posthac circumcisionem. Laudat eos etiam ministerij gratia, & adhortatur, ut ea in re crescant. Post ista, reprehendit eos qui in faciem gloriabantur, ac recenseret quæcunque passus erat propter dominum, & visiones quas viderat exponit, & quomodo in Paradisum ac tertium cælum raptus sit. Tandem postquā illis denunciavit ne peccent, sed si qui peccarint respiciant, cum gratiarum actione terminat Epistolam.

Quarta, ad Galatas.

Hanc misit à Roma, cum iam vidisset Galatas hac docuisset. Est autem istud Epistolæ argumentum. Galatæ postquam rectè essent instituti ab Apostolo, & sincere in Christum credidissent, in Apostoli absentia seducti fuerant à quibusdam, ita ut circumciderentur. Hoc cum didicisset Apostolus, scribit ad eos, & initio quidem testimonium illis dat fidei quam habuerant, & sincere erga Christum animi, mox verò ob id reprehendit, quod stultè egissent ac mutari essent. Consequenter disputat de lege, & de fide Abraham, ac ostendit cum ex lege tum ex vxoribus Abraham, al-

legoricè vsurpatis, ad tempus vsque datam esse legis umbram & circūcisionem, aduentu verò Christi hæc esse abrogata. Hæc ubi ostendit, denunciat illis ne posthac amplius seductoribus aurem præberent, sed magis fidei quæ in Christo est adhererent, cognoscerentque per gratiam quæ in Christo est, abolitam esse carnis circūcisionem. Postremò adhortatus per doctrinam ad bonos mores, finit Epistolam.

Quinta, ad Ephesios.

Misit & istam à Roma, cum nondum eos vidisset, audisset autem de illis. Occasio autem Epistolæ hæc est: Ephesij cum credidissent in dominum nostrum Iesum Christum genuinam habebant in ipsum fidem, & in omnes sanctos dilectionem, cupiebantque à Paulo confirmari. Hoc ubi cognouisset, scribit ad eos hanc epistolam velut instruendi gratia. Et principio ostendit fidei nostræ mysterium non esse recens, sed ab initio & ante iacta mundi fundamenta esse istam beneuolentiam Dei, qua Christum pro nobis pati, nosque saluari voluit. Deinde disserit de vocatione Gentium, ut ostenderet eos rectè credidisse, declaratque nos non per hominem aliquem, sed per Christum esse vocatos, qui filius Dei est, ut etiam ex eo discerent, hominis se cultores non esse factos, ubi in Christum crediderunt, sed veros cultores Dei. Significat se quoque huius gratia amandatum esse, ut prædicaret Euangelium, & quod curam ipsorum habeat. Post ista, adhortatorios sermones viris ac mulieribus, patribus & liberis, dominis ac seruis in hac Epistola ponit, & circa finem vniuersos contra diabolum, & demones eius instructos reddit, dicens, aduersum illos nobis esse luctam. Et ubi tanquam bonus athletarum præceptor, omnes contra diabolicas operationes doctrinæ verbis inunxit, Epistolam claudit.

Sexta, ad Philippenses.

Hanc quoque à Roma misit, cum illos semel vidisset ac docuisset. Argumentum Epistolæ, hoc est: Cum Philippenses subsidij ministerium Paulo misissent, & nonnulli circuirent, qui simplicium aures prætextu umbræ legis & circūcisionis corrumpebant ac dicebant, sine illa fieri non posse, ut quisquam iustificaretur, Apostolus, re cognita, Philippensibus scribit: Et primum quidem laudat eorum fidem, & significat, quod memoriam ipsorum habeat. Deinde exponit, quomodo Romæ doctrinæ suæ rationem reddiderit. Et quomodo nonnulli molestiam intulerint vinculis ipsius, & inuidiam ipsi excitantes. Postea adhortatur eos, ut inuicem se alius alium diligant, exposita seruatoris benignitate, quod cum Deus esset, homo nostri gratia factus est. Cæterum de circūcisione ac veteri lege disputans, abolitam esse deinceps circūcisionem ostendit, de seipso sumpto paradigmate, cum dicit: Hæc omnia propter Christum dampnum esse iudico. Quapropter eos quoque, qui circūcisionem adhuc docebant, ac Philippenses seducere volebant, reprehendit, inimicōque Christi esse dicit. Laudat autem Philippenses propter communicationis, quam

quam sibi impenderant, beneficentiam, & ubi ad bonos mores adhortatus est, terminat Epistolam.

Septima ad Colossenses.

ISTAM quoque misit à Roma, cum Colossenses nondum vidisset quidem, audisset autem de illis. Argumentum autem Epistolæ hoc est: Colossenses quidem gentilibus sophismatis cum fide Christi pugnantibus, & traditione ciborum, iuxta legem, & circūcisione, seducere tentabant. Hoc ubi didicit Apostolus, hanc illis Epistolam instruendi modo scripsit. Et principio gratias agens deo, significat eos à tenebris ad veritatis lucem ingressos. Et quod Christus, in quem crediderant, imago Dei sit, & verbum, per quod omnia facta sunt, & quod decuerit eum qui rerum est opifex, primogenitum fieri creaturæ, & primogenitum ex mortuis, ut vtraque coniungeret, & omnia viuificaret. Adhortatur etiam eos, ut in fide persistant, significans eis se Paulum esse ministrum Euangelij, in quo instructi iam erant. Deinde de lege, & de cibis, in lege veritatis disputat, de diebus etiam & annis exponit, & deinceps vetera omnia circūcisionem quoque, abolita esse declarat. Consulit etiam, ne imponi sibi sinat à sophistis, qui in hoc erant, ut eos seducerent. Tandem adiectis adhortationibus pro parentibus, liberis, viris, mulieribus, seruis & dominis, & quæ bonos mores concernunt, Epistolam finit. Denunciat etiam illis, ut posteaquam apud ipsos lecta est Epistola, efficiant ut & in Ecclesia Laodicena legatur, & ut ipsi vicissim eam legant, quæ Laodicenis scripta est.

Octaua ad Thessalonicenses prima.

Hanc misit ex Athenis, cum eos iam antea vidisset & cum ipsis conuersatus esset. Argumentum verò Epistolæ, hoc est: Cum multas afflictiones in Berrhæa perpeffus esset Apostolus, in Philippis quoque Macedonia & in Corintho, sciretque quæ passus fuerat in Thessalonica, veritus ne Thessalonicenses, auditis quæ passus erat in prædictis ciuitatibus, tentarentur à Tentatore & offederentur, præsertim cum intellexisset eos mortuorum gratia dolere, misit ad eos Timotheum cum hac Epistola. Et primum confirmat eos in fide, ne propter afflictiones concutiantur. Commonefacit enim eos quomodo & in prima institutione didicerit, ferendas esse tribulationes, & quod insolens non sit, quod ipsis accidat, à more Iudæorum, qui etiam Christum occiderunt. Esse enim proprium Christianorum affligi in hac vita. Hortatus autem eos multis ut ita conuersarentur sicuti ab ipso acceperant, de mortuis etiam scribit, consolans eos ac docēs ne moleste ferant. Mortem enim non esse perditionem, sed vitam resurrectionis. Deinde & de temporibus eos instruit, ut diem Domini occultum esse scientes, semper parati sint, nec quemquam attendant de illo nunciantem: futurum enim aduentum illius ita inopinatum, ut qui residui inuenientur in eo die, non sint præuenturi eos, qui à mortuis excitabuntur, eod quod simul ac subito omnium sit futura mutatio. Denique ubi admonuit eos, ut meliores in vitæ moribus euadant, adhortatur etiam, ut semper in spe gaudeant, & præ-

cautioni insistant, ac gratias agant Domino. Tandem adiurat eos, ut Epistolam hanc fratribus omnibus legant, atque ita illam finit.

Nona. Posterior ad Thessalonicenses.

Hanc à Roma misit. Argumentum eius tale est: In Thessalonica quidam ociofi & inordinate viuentes circuibant, ac fratres seducebāt, quasi iam tum dies Domini præ foribus esset. Seducebant autem audientes, eo prætextu quasi hoc ab Apostolo id manifestante, & ab ipso Spiritu Sancto audissent. Hoc ubi cognouit Apostolus, hanc ad eos Epistolam scripsit: Et primum quidem crescentem eorum fidem laudat, & gloriatur in ipsis, quod afflictiones fortiter tolerabant propter Christum, consolatur eos etiam, quod futura sit à deo ultio eorum à quibus immeritò affligebantur, deinde verò & de aduentu Seruatoris eos instruit, ne cuiquam credant, neque turbentur, siue per Spiritum, siue tãquam ipse quicquam ea de re scripserit, nec villo modo putent cum iam præforibus esse, aut futuram, priusquam defectio veniat, & post hanc Antichristus, filius ille perditionis, cuius aduentum in signis ac prodigiis mendacibus secundum operationem Satanæ futurum esse significat. post ista adhortatus eos, ut fortiter persistant, & traditiones quas à se didicerant seruent, denunciat illis ne quam cum iis qui inordinate viuebant cōmunionem habeant, sed magis repudient eos. Ostendit enim huiusmodi curiosos esse & erroneos. Prorsus autem præcipit eis, ut si quis sermonibus immorigerus sit, hunc à synagoga eiiciant. Cæterū pacem illis imprecatus finit Epistolam, salutatione propria manu subscripta id quod cuiusque Epistolæ suæ signum esse indicat.

Decima. Ad Hebræos.

Hanc misit ex Italia. Argumentum eius tale est: Quoniam Iudæi legi & umbris illius incumbebant, ob eam causam Paulus Apostolus, doctor Gentium factus & ad Gentes amandatus, ut Euangelium illis prædicaret, cum omnibus Gōtribus scripsisset, iam deinceps omnibus etiam Hebræis, qui ex circūcisione crediderant: Epistolam hanc declarationibus & probationibus instructā, de Christi aduentu & de legis umbræ, quod illa desierit, scribit, & principio declarat Prophetas ob id esse missos ut de seruatore prænuñciarent, & ut post illos ipse Seruator veniret. Seruos esse prophetas, & nuncios aduentus ipsius. Ipsum verò Christum filium esse Dei, per quem omnia facta sint. Et quod hunc filium incarnari hominemque fieri oportuerit, ut per corporis ipsius oblationem mortem aboleret. Neque enim per sanguinem vituli aut hirci, sed per sanguinem Christi constare mortalibus salutem. Ostendit etiam quod lex neminem perfectum reddiderit, sed umbram habuerit futurorum bonorum, & quod populus requiem per illam non inuenerit, sed communis nobis omnibus relicta sit quietis dies. Item quod sacerdotale illud summi sacerdotis munus ab Aaron ad Christum translatum sit, cuius typus fuerit Melchisedeck, non è Levi ortus: Et quod Patres fide sint, non ex operibus legis iustificati. Tandem ubi & istos ad morum in-

stitutionem adhortatus est ac tolerantiam eorum propter Christum laudavit suavitque, vt seniores honore afficiant, absoluit Epistolam.

Vndecima. Ad Timotheum prior.

ISTAM misit è Macedonia, cuius hoc est argumentum. Ephesi quidam Iudaismo infecti alienam conabantur inuhere doctrinam, & simpliciore prætultu, admonuit timotheum, vt illic hereret, quò eos corrigeret. Scribit autem illi Epistolam hanc: Et primum commune facit eum fidei, quam sciebat, in Christum, & docet de lege, vt cohibeat eos, qui præter rectam doctrinam loquebantur. illòsq; increpet. Nā & ipse Apostolus Hymenæum & Alexandrum, naufragium circa fidem passos, Satanæ iā tradiderat, vt discerent non blasphemare. Vbi de istis admonuit, canones illi Ecclesiasticos deinceps præscribit, de oratione, quomodo & vbi & pro quibus sit orandum. Quod mulieres in Ecclesiis tacere debeant & magis discere quam docere. De constituendis Episcopis, senioribus & diaconis. Quomodo se gerere & quales esse debeant qui conitiuntur. De viduis in Ecclesia, qua illæ ætate eligi, & quales esse debeant, ac quomodo illarum cura habenda sit: Iuniores ad modestiam instituendas esse, vt nubant potius, nec turpiter viuant. Diuitibus denunciandum esse, ne superbiant, neque spē collocent in diuitiis suis. Postquam de istis præcepit, hortatur eum, vt hæc doceat. Et vt aquam amplius non bibat, sed sibi ipsi & doctrinæ attendat, quod sciat fore tempora, quibus nonnulli à fide defecturi sint. Vbi etiam escas mundas esse docuit, ac præcepit vt contentiosas & prophanas quæstiones auerteret, in quibus quidem sibi ipsi placet fidem transgressi iam erant, finit Epistolam.

Duodecima. Ad Timotheum posterior.

HANC ad Timotheum misit è Roma. Argumentum eius tale est: Cum vellet Apostolus, postquam desertus erat ab his qui professionis socij fuerant, ad se venire Timotheum, hanc illi Epistolam misit. Et initio significat se memorem esse, cum pietatis ipsius, tum fidei maiorum ac parentis ipsius. Deinde, quod, qui ex Asia sequuti fuerant, è quorum numero erant Phygelios & Hermogenes, auerfati se sint, in catenis constitutum videntes. Onosiphoron verò laudat, quod is, cum Romanam venisset, apud se manserit. Præcepit autem, vt stultas quæstiones auerteret, ob id quod pugnas gignant. Nam hoc pacto Hymenæum & Philetum deflexos, transgressos esse veritatem, dicentes, resurrectionem iam esse factam, & nonnullos subuertisse. Hoc itaque amplius illum hortatur, vt sibi ipsi attendat & doctrinæ, sciatque futuros posterioribus temporibus homines, voluptatum magis quam Dei amantes, & vt ista præuidens, populum credentem communiat ne quis ex illo seducatur. Postquam autem ad morum institutionem & doctrinæ seueritatem multis illum adhortatus est, tempusque resolutionis suæ iam imminere, vt pro Christo immoletur significauit, præcipit ei vt ad se citò veniat, adferens secum penulam suam & libros. Hortatur etiam, vt Alexandrum ætarium caueat,

vt qui se multis malis affecerit, atque ita claudit Epistolam.

Tertiadecima. Ad Titum.

HANC misit è Nicopoli: nam ibi hybernauit: Hest autem Epistolæ argumentum tale: In Creta reliquerat ritum, vt clericos oppidatim constitueret. Cum autem illic multi legis prætextu populum credentem seducere conarentur, id vbi cognauit Apostolus, Epistolam hanc Tito scripsit: Et principio gratis actis Deo propter ipsius pietatē, indicat fidē in Christū nō esse recētis inuenti: sed à seculo præparatam & à Deo promissam. Deinde de constituendis clericis docet, quomodo illi conuersari & quales esse debeant. Præcipit etiam illi vt increpet eos qui sanæ fidei contradicebant, maximè eos qui erant ex circuncisione, sciatque Cretenses esse ociosos, & opus habere increpatione. Et postquam docuit omnis generis escas esse mundas mundis, & quales esse debeant anus, quarum est officium castigare adolescentulas, admonet, quomodo serui dominis suis subiici debeant. Denique vbi admonuit, quod gratia Seruatoris non ex operibus nos iustificauerit, sed ex diuina benignitate, denunciauitque, vt legales pugnas, tanquam temerarias & impudētes, auerferet, significat illi vt quæ primum ad ipsum miserit Arteman, ad se veniat. Præcipit etiam, vt auditores suos bonis operibus præesse doceat, atque ita terminat Epistolam.

Decimaquarta. Ad Philemonem.

HANC misit è Roma. Argumentum eius hoc est: Onesimus seruus Philemonis auferat & ad Paulum venerat, atque ab illo in fide instructus iam & vsui illius ministrando commodus erat. De hoc itaque scribit Philemoni, illique commendat Onesimum, vt sincere erga eum afficiatur, nec amplius eum habeat vt seruum, sed vt fratrem. Hortatur illum etiam, vt hospitium sibi paret, vt vbi venerit, manendi locum inueniat: & sic finit Epistolam.

Liber octauus. Apocalypsis Ioannis.

HOC nomine vocatur hic liber, propterea quod hanc reuelationem ipse Ioannes Evangelista & theologus in Pathmo insula dicta, dominico die vidit, iussusque conscripsit, vt ad septem Ecclesias mitteret, videlicet istas: Ephesum, Smyrnam, Pergamon, Thyatiram, Sardensem, Philadelphiam, & Laodiceam. Quæ verò in hac visione vidit, multa sunt ac differentia. Circa finem perditionem etiam Antichristi cum diabolo vidit. Iubetur autem primum scribere singulis prædictarum Ecclesiarum Angelis secundum cuiusque actiones. Multas itaque & admirabiles visiones vidit, vt potest, septem candelabra aurea, & in medio illorum similem filio hominis, & interpretationem accepit, candelabra illa esse septem Ecclesias, & eum qui in medio erat esse Dominum. Deinde ianuam vidit apertam in cælo & Dominum in throno sedentem, & viginti quatuor seniores, sedentes super thronos & adorantes Dominum, vidit etiam septem sigilla & adorantes Dominum, vidit etiam septem sigilla aperiri, & vnoquoque aperto visio quædam apparebat.

parebat. Vidit item septem Angelos habentes septem tubas, & vnoquoque illorum clangente fiebat signum, septimo verò clangente audiuit dicentes: Regnum mundi, Domini factum est. Et arcam testamenti vidit in cælo. Deinde mulierem parturientem vidit, & draconem ignitum, qui illam persequebatur. Mulier quidem seruata est in solitudine, draco verò abiectus in ignem. Post ista bestiam vidit habentem cornua decem, & capita septem & diadema eius blasphemia plenum erat. Nomen verò eius nō patefecit, sed numerum nominis eius, nempe sexcenti sexaginta sex. Et virgines audiuit canentes, & agnum sequentes. Vidit etiam Angelum per medium cæli volantem, & post huc alterum, post alterum tertium quoque, deinde & nubem candidam vidit, & insidentem illi similem filio hominis, in capite coronam auream habentem, & in manu sua falcem acutam.

Denique septem Angelos vidit, habentes plagas septem nouissimas, & phialas aureas plenas de ira Dei. Post hæc ablatus est Spiritu in solitudinem, & vidit mulierem sedentem super bestiam coccinam, habentem capita septem & indicatum est ei, ex hac futurum esse Antichristum. Vidit etiam cælum apertum, & equum album, ac insidentem illi, & nomen eius, Verbum Dei. Deinde vidit bestiam ac reges terræ bellum facere volentes cum eo qui sedebat super equum album. Et apprehensa est bestia & cum ipso pseudopropheta qui est Antichristus, & vidit eos abiici in stagnum ignis. Post ista vidit Angelum descendentem de cælo, & abiicientem Satanam cum his qui characterem ipsius habebat, in abyssum, & claudentem superne, ne post hæc amplius seducat Gentes, donec consumpti sint mille anni. Martyres deinde vidit cum gloria in Christo regnantes, & quod Satanæ post mille annos soluendus sit & abiiciendus in stagnum ignis, cum Antichristo, in secula seculorum. Post hæc vidit cælum nouum, terram nouam ac Ierusalem nouam, & fluiuium aquæ viuæ, ac seruos Dei contemplantes faciem eius, & habentes nomen eius in frontibus suis. Cum hæc vidisset Ioannes, procidit volens adorare Angelum, qui sibi hæc omnia ostēderat, at Angelus prohibuit illius conatum dicens: Non me, sed Deum adora: ego enim conseruus tuus sum. Postquam autem ista vidit, audiuit ab ipso Domino nostro Iesu, quod existens sit, & idem ipse sit verbum Dei, quod posterioribus temporibus propter nos caro factum est. Homo inquam perfectus factus est, & Filius hominis vocatus est.

SVNT ET ALII QUIDAM LIBRI, VARIJ PRÆTER PRÆDICTOS utriusque cum veteris tum noui instrumenti, quorum alius contradicitur, alij Apocryphi vocantur.

DE IIS qui ex veteri instrumento sunt quibus contradicitur iam antea diximus, vt sunt, Sapientia Salomonis, Sapientia Iesu Syrach, Esther, Judith, & Tobias. Istit etiam connumerantur Machabæorum libri quatuor, Prolemaici, Psalmi & Cantica Salomonis, Susannæ historia. Hi ex veteri testamento sunt quibus contradicitur. Apocryphi ex veteri instrumento sunt isti: Enoch, Patriarchæ, Oratio Ioseph, Testamentum Moysis,

Assumptio Moysis, Abraham, Eldad, & Modad, Eliæ prophetæ, Sophoniæ Prophetæ, Zachariæ Patris Ioannis, Baruch, Ambacuch, Ezechiel & Daniel falsò inscripti.

Noui instrumenti, quibus contradicitur, sunt hi: Circuitus petri, Circuitus Ioanis, Circuitus Thomæ, Euangeliū Thomæ, Doctrina Apostolorum, Clementina. Ex his veriora quedam & Spiritus Dei instinctu resipientia transumpta & vt legantur selecta sunt. Hi omnes cognitionis gratia expositi sunt, per se verò scripti, nothi, ac reprobi. Et nullus istorum, maximè Apocryphorum, approbatus aut utilis est, præsertim noui instrumenti, sed omnes ab illis qui supra digesti & à vetustis Sapientibus ac patribus approbati sunt, diuersi quiddam habent, digni qui abscondantur magis quam qui legantur: etiam alij, & qui inter illos Euangelia quoque vocantur, extra quatuor illa quæ tradita nobis sunt. Nam quatuor nobis Euangeliorum libros sacri sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ canones sanxerunt. Primum, secundum matheum, Alterum secundum Marcum, Tertium secundum Lucam, Quartum secundum Ioannem, iuxta Prophetiam visionis quam Ezechiel Propheta de quatuor Cherubim vidit. Quatuor enim Cherubim Propheta ille vidit, vnum similem homini, id est Euangelium secundum Matthæum: Alterum similem vitulo, quo significabatur Euangelium secundum Marcum: Tertium similem leoni, id est, Euangelium secundum Lucam: quartum similem aquilæ, imaginem habentis Euangelij secundum Ioannem. Præter ista, non est vllum aliud Euangelium.

Euangelium secundum Mathæum, ab ipso Mathæo, Hebraica dialecto conscriptum est, & editum Ierosolymis, & interpretante Iacobo fratre domini, secundum carnem, expositum, qui & primus à sanctis Apostolis Ierosolymorum Episcopus constitutus est. Euangelium secundum Marcum, Romæ quidem ab Apostolo Petro prædicatum est, editum verò à Marco beato Apostolo, & ab ipso Alexandria postea & in Ægypto, & in Pentapoli, & in Libya prædicatum. Euangelium secundum Lucam, prædicatum quidem est ab Apostolo Paulo, conscriptum verò & editum à Luca beato Apostolo ac medico. Quemadmodum & Apostolorum Acta, prædicauit Apostolus Petrus, idem verò Lucas literis mandauit. Euangelium verò secundum Ioannem, & prædicatum est ab Ioanne Apostolo & dilecto cum exul esset in Pathmo Insula, & postea ab eodem Ephesi editum, per Gaium dilectum Apostolorum hospitem, de quo & Paulus Romanis scribens dicit: Salutem vos Gaius hospes meus & tota Ecclesia.

DE VERSIONIBVS BIBLIORVM S. SCRIPTURÆ, QUÆ ILLÆ ET quot sint, ex Hebræo in Græcum factæ, & qui fuerint interpretes, ac quando s. Scripturam interpretati sint.

PRIMA versio est, 72. interpretum. Hi cum 72. Interpretes Hebræi essent, elegerunt ex vnaquaque tribu 76. viros & diuinam scripturam sub Ptolemæo philadelpho Rege, ducentis triginta annis ante incarnationem Domini nostri Iesu Christi, interpretati sunt.

Euangeliæ listæ quatuor tantum cur.

Euangeliæ listæ quatuor tantum cur.

Aquila. Altera est Aquila qui cum Sinopæ Ponti ortus, & Græcus esset, Ierosolymis baptizatus est. Postea verbò reprobato Christianismo, Iudæis sese coniunxit, & diuinam scripturam peruersa ratione, sub Adriano Rege, trecentis triginta post 70. versionem annis interpretatus est.

Symmachus. Tertia est Symmachi. Hic cum Samaritanus esset, nec populo suo acceptus propter ambitionis morbum haberetur, ad Iudæos sese recepit, ac secundò circuncisus est. Et ut Samaritanos subuerteret, vertit & ipse diuinas literas, sub Seuero Rege annis post versionem Aquilæ quinquaginta sex.

Theodotus. Quarta Theodotionis Ephesij est. Hic cum primum hæresi Marcionis pontici fauisset, postea a sectatoribus hæresis illius succensens, & ipse sacrâ scripturam, sub Commodò rege: eo ipso tempore quo Symmachus, ad subuersionem prædictæ hæresis, interpretatus est.

Quinta interpretatio cum absconditâ fuisset, Pithis inuenta est, & sub Antonio Rege Caracalla dicto, in Iericho, à quodam ex illis qui Ierosolymis pietati vacauerant conflata.

Sexta & ipsa Pithis inuenta est, antea sub Alexandro mamizæ filio Nicopoli Septentrionali à quodam Origenis familiari composita.

Rucianus. Septima & postrema sancti Luciani magni religiosi & martyris est, qui & ipse, cum in prædictas versiones, & Hebraicòs libros incidisset, & diligenter quæ vel veritati decrant vel superflua, adertant inspexisset, ac suis quæque locis correxisset, versionem hæc Christianis fratribus edidit, quæ sanè post ipsius certamen & martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano Tyrannis sustinuit, libro videlicet propria ipsius manu, scripto comprehensa, Nicomediæ sub Constantino Rege magno, apud

Iudæos, in pariete armarij calce circumlito, quæ custodiæ gratia; posita fuerat, inuenta est.

DE HIS SCRIPTIS QUÆ IN SACRORVM BIBLIORVM SCRIPTURA commemorantur quidem, sed nusquam inueniuntur.

QVI Nathan, Addo, Achiz Silonitæ, Semci, & Iehi in libro Regum, libri esse scribuntur, nõ habentur. Prophetæ verò, qui quæ propheterunt, scriptis quidem mandarunt, sed non inueniuntur, hi sunt: psalmorum dauidis trium millium numerus fuisse, in Paralipomenis scribitur, è quibus tamen centum quinquaginta tantum ab amicis ezechiz Regis selecti, reliqui verò absconditi sunt. Quinque millia paræmiarum à Salomone edita esse scriptura in paralipomenis tradit, nunc verò non sunt, nisi Ecclesiasticæ illæ, & Canticum Canticorum. Ex pluribus quæ mysticæ sunt, selectas esse scriptum est. Quin & quinque millia Canticorum Salomonis fuerunt. Et loquutus est de arboribus à cedro quæ in Libano est, ad hysòpum vsque quæ è muro nascitur. Loquutus est etiam de iumentis, de volucris, de reptilibus & de piscibus. Et hæc tamen nusquam in Hebraicis literis reperiuntur. Iosephus Prophetam Ezechielem duos Prophetiz libros scripsisse narrat. Nos verò iam vnum duntaxat inueniri scimus. Itaque hæc omnia per impiorum Iudæorum amentiam & incuriam, interiisse manifestum est.

OPERV M DIVI ATHANASII
QUARTI TOMI FINIS.

VITA D. ATHANASII

EPISCOPI ALEXANDRINI, A DI-
uersis Autoribus conscripta.

Ex libro 10. Historie Ecclesiasticæ. Rescripti præfati A-quileiensis cap. 14



Petri martyris dies festus celebratur.

Baptizatos à pueris iterum baptizari prohibet Alexander. Baptismi ceremonias intelligit.

Athanasium in templo Domini nutritur ut Samuel.

Act. 9.

APUD Alexandriam, defuncto Alexandro, episcopo Athanasio suscepit sedem. Quod verò esset vir acris ingenij, & in Ecclesiasticis negociis apertè vigilans, satis iam tunc hereticis innotuerat, cum ad consilium Nicænum cum episcopo suo Alexandro venerat, cuius suggestionibus hereticorum doli ac fallaciæ vigilanter detegebantur. Statim ergo ut eum Episcopum factum cognouerant, rati id quod res indicabat, sua negocia per illius sollicitudinè non facile processura, omnibus modis quærere aduersus eum machinas deceptionum parabant. Verum nõ mihi absque ordine videtur, pauca de huius viri origine supra repetere, & cuius à puero institutionis fuerit, ab his qui cum ipso vitam duxerant accepimus, memorare.

Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander Episcopus agebat, cum post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum supra oram maris ludum, imitantium, vt fieri solet, Episcopum, atque ea quæ in Ecclesiis gerimos est. Sed cum intentius diutinè pueros inspectaret, videt ab his geri quædam etiam secretiora & mystica. Perturbatus illicò vocari ad se clericos iubet, atq; eis quod eminè ipse videret, ostendit. Tū abire eos, & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat: Cumque adessent, quis eis ludus, & quid egissent, vel quomodo, percunctatur. Illi, vt talis habet ætas, pauidi, negare primò, deinde rem gestam per ordinem pandunt, & baptizatos à se esse quosdam cathecumenos confitentur per Athanasium, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quid responderint simul & ab eo qui interrogauerat: Vbi videt secundum religionis nostræ ritum cuncta constare, collocutus cum consilio clericorum, statuisse traditur, illis quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ à sacerdotibus mos est Athanasium verò, atq; eos quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat, vel ministros, cõuocatis parentibus sub Dei obtestatione tradit Ecclesiæ suæ nutriendos. Paruo autè tẽpore, cum à notario integrè & à Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuò tanquam fidele Domini commendatum à parentibus restituitur sacerdoti, ac velut Samuel quidam in templo Domini nutritur, & ab eo pergente ad Patres in senectute bona, ad portandum post se ephod sacerdotale deligitur. Sed huius tanti in Ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiam de hoc videatur dictum esse illud quod scriptum est: Ego enim ostendam ei, quanta cum pati oporteat pro nomine meo. In huius etenim persecutiones vniuersus coniuratus orbis, & commo-

ti sunt principes terræ: Gentes, regna, exercitus, coierant aduersus eum. Ille autem diuinum illud conseruabat eloquium, dicens: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si insurgat in me prælium, in hoc ego sperabo. Verum quoniã tanta ac talia eius gesta sunt vt magnitudo quidem rerum nihil me prætereire patiatur: multitudo verò gestorum quamplurima cogat omittere, incertus æstuat animus, dum deliberare non valet quid teneat, quid omittat. Et idcò pauca nos quæ ad rem pertinent memorabimus, reliqua eius fama narrabit, sine dubio minora verò nunciatura. Nan nihil quod addere possit, inueniet. Igitur Alexandro mirabili senè, qui Arii prostrauerat blasphemias defuncto, post menses quinque Nicæni concilij, Alexandrinorum Ecclesiæ suscepit Athanasius præfulatum, Arii verò fautores verentes ne fortè adeundi regis copia quandoque fieret Athanasio, & per eum de veritate fidei quam peruerterant, secundum scripturas edoceret, omnimodis insimulare eum apud principem, & velut omnium scelerum ac flagitiorum aggrediuntur exponere, vsquequo humani corporis brachium loculo delatum, Imperatori ostendunt, quod ab Athanasio excisum magicæ artis gratia de Arsenij cuiusdam corpore confirmabant. Sed & alia quamplurima criminosa simul & flagitiosa componunt. Quibus ex causis Imperator iubet conuocato consilio Athanasium condemnari. Idque apud Tyrum (misso è latere suo vno ex comitibus, adnitente quoque Archelao tunc comite Orientis, necnon & eo qui Phœnicem prouinciam gubernabat) congregari iubet. Ed deducitur Athanasius, locus cum humano brachio circumfertur, inuidia & horror non solum religiosas, sed & viles animas peruadit. Hic Arsenius cuius brachium dicebatur excisum, lector aliquando Athanasij fuerat, & ob culpam & correctionem veritatis, frequentia sese subtraxerat. Cuius latebras oportunas sibi ad huicemodi commentum flagitiosi homines rati, initio compositi criminis occultatum eum apud quendam, quem fidelissimum sceleribus suis crediderant, retinebant. Peruenit tamen ad hunc in latebris positum, quid suo nomine criminis intentaretur Athanasio, Et siue eum ipsa humanitatis contemplatio siue diuina perpulit prouidentia, clam per noctis silentia euadens claustris, enauigauit Tyrum. Et pridie quàm causæ dicendæ adesset vltimus dies, Athanasio sese Arsenius obtulit, vtque se rerum gestarum series haberet, edocuit. Ille domi esse hominem, nec innotescere, cuiquam de eius presentia iubet. Interea calumniam conscij, in quod aliquanti concinnatæ concilium conscij, omnes penè infenso animo aduersum Athanasium præiudicatõque conueniunt. Per idem tempus Paphnutius confessor aderat Athanasij innocentie conscius. Is cum vidisset Maximum Hierosolymorum Episcopum, qui vnà secum effosso oculo, & poplite succiso, confessor extiterat, verum pro nimia

Psal. 26.

Post Concilium Nicænum quinque mensibus elapsis moritur Alexander.

Athanasius falso accusatur ab Ariano quod Arsenij brachium incidisset.

Lector ordo ecclesiasticus.

Arsenius Athanasio se obtulit.

Maximus

simplicitate nihil de sacerdotum scelere suspicantem, confedisse cum cæteris, quos factionis macula sociauerat, medium cõfessum adire non veritus: Te, inquit, maxime, cum quo mihi vnum atque idem confessionis insigne est, cum quo mihi pariter mortale lumen effossum, clariorem diuini luminis conciliauit aspectum: te, inquam, non patiar sedere in concilio malignarum, & cum iniqua gerentibus introire: iniecitque manu eleuans eum de medio eorum, ac de singulis instruens, perpetua dehinc Athanasio communionem sociauit. Sed interim

Athanasius a muliere accusatur.

causa dicitur. Prima introducit causa mulieris cuiusdam, quæ se diceret aliquando hospito Athanasium suscepisse, & ab eo noctu nihil suspicantem vim corruptionis esse perpeffam. Introduci ad hæc iubetur Athanasius, ingreditur cum Timotheo presbytero suo, eumque monet, vt postquam mulier dicendi finem fecisset, se tacente ad ea quæ dixerat, responderet. Cùmque mulier ea quæ edocta fuerat, perorasset, Timotheus conuersus ad eam: Verè, inquit, mulier ego mansi apud te aliquando, aut vim tibi vt asseris feci? Tunc illa (vt mulier se talium procacitas habet) obiurgans Timotheum. Tu, tu, inquit, mihi vim fecisti, tu in illo loco commaculasti castitatem meam. Simul & conuersa ad iudices, obtestari fidem Dei cœpit vera se dicere. tum omnes ridiculosus pudor habere cœpit, quoddam facile docete eo factio compositi criminis patuisset. Nec tamen permitti sunt iudices habere de muliere quæstionem, vnde hæc vel per quos, aut quomodo fuisset aptata calumnia quoniam iudicandi libertas penes accusatores erat. Hinc transitur ad aliud crimen. Profertur facinus seculis inauditum. Hoc est, inquit, vbi nemo possit verborum præstigiis decipi, res oculis agitur, verbis cessantibus: brachium hoc te, aiunt, Athanasi, accusat excisum. Hæc est Arsenij dextera, quam tu quomodo, vel ad quos vsus excideris, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit, vestrum Arsenium nouerat, vt hanc ipsius dexteram cognoscatis? Exurrexerunt aliquanti, qui se dicerent optime scisse Arsenium, in quibus nonnulli erant absque conscientia factionis. Orat de hinc à Iudicibus Athanasius, vt hominem suum quem in negotium deposceret, iubeant introduci. Cùmque introductus esset. Arsenius, eleuato eius vultu, Athanasium concilio & Iudicibus ait: Hic est Arsenius. Et alleuans eius nihilominus dexteram: Hæc est, inquit, etiam dextera eius, hæc est & sinistra. Hæc autem, quam isti offerunt manus vnde sit, vos requirite. Tunc velut nox quædam, & tenebræ accusatorum oculis infusæ, quid agerent, quod se verterent nesciebant. Ipsum eterim esse Arsenium, testes qui Paulò antè scire se dixerant, confirmabant. Verum quia non iudicandi, sed opprimendi hominis causâ concilium gerebatur, fragor omnium repente attollitur Magum esse Athanasium, & decipere intuentium oculos conclamatur, nec debere villo modo vltra talem hominem viuere: factoque impetu suis cum discerpere manibus parât. Sed Archelaus, qui cum cæteris ex præcepto Imperatoris consilio præsidebat ereptum eum de discerpentium manibus, per occultos exitus eduxit, ac fugæ (qua solum posset) salutem monuit commendare. Concilium tamen rursus conueniens, tanquam si nihil omnino deprehensum fuisset, vt confessum de intentatis cri-

Factio compositi criminis Arseniorum aperitur.

minibus Athanasium condemnat. Et gesta in hunc modum facta per orbem terræ mittentes, ad scelere sui consensum Imperatore cogente cæteros Episcopos pertulerunt. Sciens igitur Athanasius nõ sibi fore tutum contra tot accusatores agere, Iudicibus etiam inimicis synodum relinquens, venire festinauit ad Imperatorem.

Brachium præcisum profertur.

minibus Athanasium condemnat. Et gesta in hunc modum facta per orbem terræ mittentes, ad scelere sui consensum Imperatore cogente cæteros Episcopos pertulerunt. Sciens igitur Athanasius nõ sibi fore tutum contra tot accusatores agere, Iudicibus etiam inimicis synodum relinquens, venire festinauit ad Imperatorem.

Arsenius coram iudicibus falsum esse crimen aperit.

Alid crimen obiicitur Athanasio.

Athanasius licet innocens cõdamnatur.

minibus Athanasium condemnat. Et gesta in hunc modum facta per orbem terræ mittentes, ad scelere sui consensum Imperatore cogente cæteros Episcopos pertulerunt. Sciens igitur Athanasius nõ sibi fore tutum contra tot accusatores agere, Iudicibus etiam inimicis synodum relinquens, venire festinauit ad Imperatorem.

THEODORETVS.

Igitur Athanasius ad principem veniens, omnem præsumptionem contra se factam Episcoporum edocuit. At illi apud Marcoten conuenientes, quosdam concordantium ipsis sacerdotum miserunt ad principem, id est, Theogonium Nicænum, atque Theodorum Perinthium, & Marin Chalcedonensem, Narcissum Cilicem, & similes horum mendacia textentes, & quædam commenta fingentes, & nudas admodum calumnias quasi veras accusationes sibi met componentes. Quo facto venerunt ad Æliam ciuitatem. Præceperat enim Imperator, vt omne concilium à Tyro veniret ad Æliam. Nec nõ & alios vndique congregari præceperat, vt tempore adificata dedicarentur. Misit itaque pariter deuotos ludicum pietate ac fide clarissimos, omnia largissimè expendi præcipiens, non solum pontificibus ac sacerdotibus, sed etiam egentibus vniuersis qui vndique concurrebant. Porro fuerat exornatum etiam sacrum altare palliis regalibus atque vasis, auro & lapidibus preciosis decoratum.

Ex li. 3. Histor. Tripartite Cassiodori sena toris cap. 5.

Ecclesiarum dedicatio.

Altaria auro gemmis & palliis regalibus exornata.

SOZOMENVS.

Imperator interea Arium de exilio reuocauit, iussitque vt quod de Deo crederet, scriptura corrente proferret. Tunc ille nouitatem nominum quam prius adinuenerat, declinens, aliam explanationem contexuit, simplicibus verbis eam & diuina lectione confirmans, iusiurandum quoque præbuit ita se credere, & hæc etiam mente sapere, nihilque aliter intelligere. Athanasius autem fugiens de Tyro, Constantinopolim venit, & quæ passus esset adito Imperatore narrauit: petens vt quæ in Tyro fuerant gesta, exanimarentur sub eius quoque presentia. Porro Constantinus Imperator rationabilem eius petitionem iudicans hæc scripsit Episcopis qui in tyro conuenerant.

SOCRATES.

Igitur Imperator missa sacra concilium euocauit, vt in sui presentia Athanasij examinaret causam cuius verba sunt hæc.

VICTOR CONSTANTINVS PIVS EPISCOPIS IN TYRIORVM VRBE COLLECTIS.

Ego quidem ignoro, quæ vestro concilio turbulenter atque cum tempestate decreta sint. Apparet enim quoddam quadam tumultuosa indisciplinatione veritas sit oppressa, vobis videlicet non considerantibus quæ Deo placent, propter iurgia quæ contra proximos vestros habetis: & vota vestra inuincibilia esse contenditis. Sed erit opus diuinæ prouidentia, vt & hæc cõtentio aper-

Constantini epistola.

tè deprehensa possit euacuari, atq; nobis palam fieri, si quid illic conuenientes siue qualibet gratia, aut inimicitiarum causa gessistis. Quapropter cum omni festinatione vos omnes ad meam reuerentiã volo concurrere, vt gestorum apud vos integritatè per vos ipsos possitis ostendere. Verum qua gratia hæc scripserim vobis, vosque ad me literis euocauerim, per ea quæ sequuntur, agnosceris. Pergenti iam mihi ad cognominis nostri felicissimæ patriæ ciuitatem, cum essem conscensurus equum, repète Athanasius Episcopus in media platea cum quibusdam sacerdotibus quos circa se habebat, sic inopinatè nos adit, vt nobis daretur subitò cuiusdã causâ formidinis: testis enim mihi inspector omnium deus est, quoniam nec cognoscere eum quis esset, prima fronte præualui, nisi quidam nostrorum & quis esset, & quã pertulisset iniuriam, tunc narrasset. Et ego quidem neque confabulatus cum eum illo tempore, nec aliqua locutione participatus. Cùmque ille se audiri deposceret, ego verò refutarem, & penè repelli eum preciperem, cum maiori fiducia nihil aliud à nobis quàm vestrum postulauit aduentum, vt vobis presentibus quæ passus est necessariò posset suis gemitibus explanare. Vnde quia mihi rationabile videtur, & temporibus oportunitate, scribi vobis libentius hæc præcepi, vt omnes quicumque apud tyrum concilium celebrastis, indefinenter ad expeditum nostræ mansuetudinis concurrere festinetis, ipsis operibus ostensuri puritatem & rectitudinem vestri iudicij coram me videlicet, quem Dei ministrum proprium neque vos abnegabitis. Igitur vbique pacificatur dei nomen, & integrè benedicatur per meam in Deo culturam, etiam apud ipsos Barbaros qui veritatem hæcenus ignorabant. Certum namque est, quod qui veritatem ignorat, neque Deum scire potest. Veruntamen sicut prædictum est, etiam Barbari per me fidelem ministrum recognouerunt, & Deum metuere didicerunt, quem utique protectorem meum vbique ac prouisorem ipsis operibus est ostensum. Vnde præcipuè etiam Deum sciunt. Et illi quidem propter nostrum timorem reueretur Deum. Vos autem qui sancta mysteria eius clementia proferre videmini, non dicam custodire: vos, inquam, nihil agitis, nisi quæ ad contentionem noscuntur & odia pertinere, & (vt absolutè dicam) quæ ad humani generis tendere videntur interitum. Sed festinate, sicut dixi, ad nos venire continuo, scientes quod omni virtute conabor, vt quæ in lege Dei sunt, ea præcipuè sine aliqua titubatione seruentur quibus utique neque vituperatio, neque mala superstitio poterit implicari, dispersis utique ac palam cõtritis, & penitus exterminatis sacratis sacratissimæ legis inimicis, qui sub schemate facti nominis, blasphemias varias, ac diuersas iniiciunt. Hæc siquidem literæ ad æstuationem perduxerunt eos qui fuerant in synodo congregati, quoniam plures quidem ad proprias redierat ciuitates. Qui verò circa Eusebium, & Theogonium, & Marin, Patrophilum, & Vrsatium, & Valentem erant, ad Constantinopolitanam venientes urbem, nequam de calice fracto, aut altari subuerso, aut Arsenio perempto, quod in synodo concinnauerant, quæstionem fieri permiserunt, sed aliam inuenire detractionem, suggerentes Imperatori, quod Athanasius interminatetur non se missurum ab Alexan-

Concilij euocandi rationem explicat.

Qui veritatem ignorat Deum scire non potest.

Ariani nihil, præter ea quæ ad contentione et odium pertinent, facere conantur.

Sub schemate sancti nominis blasphemias varias iniiciunt.

dria frumenta solenniter ad Constantinopolitanam urbem, & hæc audisse dicebant Athanasio dicente ad Amantium, Anubionem Arbathionem, & Pertrum Episcopos. Multum itaque derogatio præualeret, quado derogator creditur fide dignus. Hac subreptione ad furorem perductus Imperator, Athanasium relegauit in exilium, & habitare eum præcepit in Galliis. Aiunt enim quidam hoc Imperatorem propterea fecisse, vt vniretur Ecclesiæ, quoniam Athanasium communicare Arrianis euitabat. Et ille quidem debebat in Tribenis Galliarum.

THEODORETVS.

SED nemo miretur si tantus vir deceptus deliquit, sacerdotibus falsa loquentibus, cum diuinus quoque David propheta, non à Pontifice, sed à seruo Siba cõtra Miphiboseph mendacia proponente deinceps sit. qui cum tres habuisset filios, eos Cæsares nuncupauit, & singulos eorum per decennarios annos imperij sui principes esse constituit: Id est, primum quidem filiũ sui nominis Constantinum, Hesperiarum partium in decennali suo fecit habere principatũ: secundum verò, aui nomine nuncupatum Constantium, in vernalibus suis Cæsare in Oriente constituit: minorem verò Constantinum in suis tricennialibus ordinauit. Anno verò post hæc transacto, ingressus quadragesimũ quintum ætatis annum, ægritudine captus, ex vrbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est. Qui cum Nicomedia degeret, languore grauatius diem vltimũ obiit, cum prius Athanasium magnũ reuerti præcepisset in Alexandriam, licet Eusebius præsens esset, & niteretur contraria suadere.

SOZOMENVS.

ITALIA sub Imperio Constantini per Ecclesias Italia acciderunt. Quo moriente, rursus ad quæstionem venit dogma Nicæni concilij. Nam licet viuente Constantino non id omnes susciperent, tamen aperte renuere non audebant. Quo moriente, plurimi ab eo se indubitanter abstinuerunt concilio. Erant isti qui etiam primitus videbantur esse suspecti: præcipuè verò Arii sectatores Eusebius & Theogonius, cuius dogma se firmare credebant, si reuerti Athanasium prohiberent, & consecratori suo Ægyptiacæ diæceseos iura contraderent. Et illi quidem hæc agebant, ministrante ipsis presbytero, per quem Constantini temporibus Arrius fuerat reuocatus. Erat enim is presbyter Constanti quoque gratus, eò quod paternum ei seruauerat testamentum, ita vt vique ad principem, palatiique potentes haberet accessum. Eusebius autem in aula Imperiali videbatur ita perspicuus, vt suos consecratores faceret augustos ac proceres. Quam obrem de dogmate rursus priuatim & publice dispersiones crebro proferebantur, & simul iniuriæ, inimicitia, & plurima quæ ex talibus solent sapius euenire. Interea ab Occidentali parte Athanasius in Alexandriam est reuersus, quem etiam Constantinus viuens redire maluerat. Fertur autem quod etiam testamento voluerit hoc cõscribere, sed quoniã ita defunctus est eius maior filius Constantinus Hesperiarum partiũ princeps

Ex historia Tripartita libro 4. cap. 16.

Eusebius in aula Imperiali perspicuus.

hoc egit, literasque huiusmodi ad populum destinauit Alexandrinum.

CONSTANTINVS CÆSAR POPVLO ECCLESIAE CATHOLICAE Alexandriae constituto.

NEQVE vestram sacratissimam mentem arbitror ignorare, propterea Athanasium adorandae legis praedcatorem ad tempus in Gallias fuisse missum, quoniam ferocitas crudelium inimicorum eius, in exitium sacri eius capitis imminabat, ne forsan per malignorum calliditatem aliquid incogruum sustineret. Ut ergo hoc euitaret, ab imminetibus sibi necessitatibus est ablatum. Et ita me praecipiente habitare iussus est, ut in ea ciuitate in qua degebat, bona ei necessaria non deessent. Talis enim est eius venerabilis virtus, diuinis freta solatiis, ut etiam molestias asperioris fortunae contemnat. Quapropter licet ad charissimam reuerentiam vestrae Domini noster beatę memoriae Constantinus Pius meus Pater, eundem Episcopum in suum locum restituere proposuisset, tamen quoniam humana sorte praeventus, antequam haec compleret vota, requieuit, consequens arbitratus sum, voluntatem diuinę memoriae Imperatoris implexe. Qui dum ad vos remeauerit, qualem a me venerationem habuerit agnosceris. Non enim mirabile si quid in eo gessimus quod laudetur. Meam namque animam imago desiderij vestri, & schema tanti viri ad hoc mouit & inuitauit, Diuina prouidentia vos custodiat fratres dilectissimi.

His literis fretus Athanasius, Alexandriam venit, libenterque cum plebs Alexandrina suscepit. Arriani vero coniuratione facta aduersus eum frequentes seditiones subinde suscitabant, per quas occasio praebatur Eusebio, ut derogaret ei apud Imperatorem, quod non discernente communi concilio Episcoporum, autoritate sua arripuisset ecclesiam. Tantisque his derogationibus actum est, ut indignante Imperatore de Alexandria vrbe proiiceretur. Eodem tempore Eusebio moriente Episcopo Cæsareę Palæstinę cognomento Pamphili, Agapius discipulus eius suscepit Episcopatum, qui & alios plurimos edidit libros, & de vita doctores sui multa conscripsit.

SOZOMENVS.

NON multo post tempore & Constantinus Imperator, Constantini maioris filius, dum nititur inuadere partes iunioris fratris Constantis, circa Aquileiam, congressione facta perimitur, consulari Acindyni, & Prodi. Quamobrem Romani Imperij principatus Occidentalem quidem partem, peruenit ad constantem: Orientalis autem ad Constantium.

THEODORETVS.

IGITUR tempore quo Constantinus ad perenne transiuit imperium, testamento filiis temporale distribuens regnum (nullus enim eorum erat praesens) Praesbytero a sorore propria ipsi commendato suum credidit testamentum, praecipiens id Constantio dari, qui inter alios videbatur esse vicinior,

& prius venire posse credebatur. Hinc iste Constantio factus notus, tradito testamento, accepit ad eum ingrediendi fiduciam. Qui videns facilem Constantij voluntatem, & velut calamum ventis accidentibus agitari, praesumpsit contra Euangelica dogmata bellum assumere, & aduersus ecclesias asperimere erigere tempestatem. Dicebat enim esse culpabiles qui consubstantialitatis vocem, quae scripta non inueniretur, in fidei doctrina posuissent, quod inter sacerdotes & eos discordiam generaret. Hinc ergo Athanasium & eius sectatores accusans, insidias instruebat. Huius cooperatores erant Eusebius, & Theogonius, & theodorus Perinthius, qui eloquentior videbatur, & scripsit explanationes Euangeliorum quem plurimi heracleiotem vocant. Isti namque sepius velut propinqui Imperatori, reuersionem Athanasij multorum causam asseriebant esse malorum, & non solum Aegyptum, sed etiam palestinae & Phenicem, vicinasque gentes eius gratia dicebant esse turbatas. Proinde huiusmodi verbis leuissimam obsidentes Imperatoris intentionem, suaserunt ut Athanasium ab Ecclesia rursus expelleret. Qui agnosces eorum consilium, ad partes hesperias abiit. post paululum vero temporis Imperator Constantinopolim veniens, indignatur ob ordinationem factam Arrianorum. Episcoporum autem constituto concilio, Paulum quidem remoueri fecit: Eusebium vero ex Nicomedia transferens Constantinopolim, Episcopum esse decreuit. Quo facto Antiochiam profectus est Imperator. Eusebius itaque nullo modo cessare patiebatur, sed oia commouebat, donec suum propositum duceret ad effectum. Egit ergo ut in Antiochia Syriae synodus fieret, sub occasione quidem dedicationis Ecclesiae, quam pater Augustorum fabricari coeperat, & post eius obitum Constantius decimo anno eam a tempore foundationis expleuerat in veritate autem ad subuersionem atque destructionem Nicæni concilij. Ad quam synodum conuenerunt ex ciuitatibus diuersis Episcopi nonaginta. Maximus tamen Hierosolymitanus Macarij successor non adfuit, cogitans quod ipsi posset subripi, & in damnationem subscriberet Athanasij. Sed neque Iulius interfuit maximè Romę praeful, neque in locum suum aliquem destinauit, cum utique regula Ecclesiastica iubeat, non oportere praeter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari. Fit ergo synodus in Antiochia, sub praesentia Constantij principis, Consulatu Marcelli & Prohini. Erat autem quintus annus mortis Constantini patris Augustorum, praesidebatque tunc Ecclesiae Antiochenae Flaccillus successor Euphronij. Fautores igitur Eusebij opererepretium iudicantes Athanasio derogare, primum quidem calumniati sunt, quasi praeter regulam egisset quae tunc ipsi decreuerant: quoniam non ex sententia communis concilij Episcoporum receperat sacerdotium, sed sibimet arrogando in Ecclesiam fuisset ingressus. Deinde quoniam eius aduentu turba generata, plurimi seditione sint mortui: & quia aliqui ab Athanasio caesi, iudicibus dicerentur esse contraditi. Hac derogatione tunc habita, constituerunt Episcopum in Alexandria, primo quidem Eusebium cognomento Emisenum. Quo ordinato, & in Alexandriam ire metuente, Gregorium fecerunt Episcopum. His ita gestis, transformauerunt fidem, nihil quidem culpantes Nicæni concilij, (sed principium praebetes ut frequentibus conciliis alia subinde mutan-

Præbiter Arriani belli aduersus Ecclesias concitare conatur, quomodo. In scripturis non inueniri quales sit argumentum.

Pide Eusebium ro. aduersus Luciferianos. Tom. 2. Eusebium impatiens. Ecce rursus Ecclesia dedicata.

Cocilia non debere celebrari praeter sententiam Romani Pontificis. Eusebium Emisenum. Quae definita fuerat in concilio Nicæno, frequentibus conciliis mutantes effectuerunt ut definitio fidei in Arrianam uer-

mutantes, & recitantes efficerent, ut definitio fidei paulatim in Arrianam uersam relaberetur. Interea Gregorium deducebat in Alexandriam Syrius magister militiae, & cum eo armati milites, numero quinque millia, quibus etiam aderant Arrij sectatores illic habitantes. Sed quomodo Athanasius Ecclesia pulsus, ne caperetur, effugerit, arbitror esse dicendum: erat enim uespera, & populus in uigiliis obseruans, sperabat ut futura collectio. Inter haec venit magister militum, & circa ecclesiam per cohortes suos milites ordinauit. Athanasius autem videns quae fierent, cogitauit ne propter se ulla laesio populo proueniret. Et praecipiens diacono ut compleret orationem, rursus psalmum fecit imponi. Cumque consonantia psalmodiae celebraretur per unam ianuam Ecclesiae egrediebantur omnes. Quo facto milites quidem, sine commotione steterunt. Athanasius autem inter medios psallentium illeus abscessit. Et hoc modo fugiens, Romam profectus est. Porro Gregorius Alexandriae tunc praefedit Ecclesiae. Alexandrinorum uero plebs non ferens quod erat gestum, Ecclesiam quae Dionysij nuncupatur, incendit. Arriani praeterea Gregorium remouentes ab Alexandria tanquam odiosum, & quia propter eum factum fuisset incendium, necnon & quia minus ipsorum foueret errorem euocauerunt Georgium Cappadocem, hominem Arrianae uersam.

mutantes, & recitantes efficerent, ut definitio fidei paulatim in Arrianam uersam relaberetur. Interea Gregorium deducebat in Alexandriam Syrius magister militiae, & cum eo armati milites, numero quinque millia, quibus etiam aderant Arrij sectatores illic habitantes. Sed quomodo Athanasius Ecclesia pulsus, ne caperetur, effugerit, arbitror esse dicendum: erat enim uespera, & populus in uigiliis obseruans, sperabat ut futura collectio. Inter haec venit magister militum, & circa ecclesiam per cohortes suos milites ordinauit. Athanasius autem videns quae fierent, cogitauit ne propter se ulla laesio populo proueniret. Et praecipiens diacono ut compleret orationem, rursus psalmum fecit imponi. Cumque consonantia psalmodiae celebraretur per unam ianuam Ecclesiae egrediebantur omnes. Quo facto milites quidem, sine commotione steterunt. Athanasius autem inter medios psallentium illeus abscessit. Et hoc modo fugiens, Romam profectus est. Porro Gregorius Alexandriae tunc praefedit Ecclesiae. Alexandrinorum uero plebs non ferens quod erat gestum, Ecclesiam quae Dionysij nuncupatur, incendit. Arriani praeterea Gregorium remouentes ab Alexandria tanquam odiosum, & quia propter eum factum fuisset incendium, necnon & quia minus ipsorum foueret errorem euocauerunt Georgium Cappadocem, hominem Arrianae uersam.

Psalmi decantantur. Athanasius exul Romam profectus est.

Ex historia Trinitatis lib. 5. c. 1.

Vigilia festorum quomodo praescis temporibus obseruante. Irruptio in Ecclesiam facta.

Athanasius quomodo effugerit in Arrianam uersam.

THEODORETVS.

QVOMODO autem & ille cum exercitu uenerit, & iste diffugerit, ipse qui passus, & mirabiliter liberatus est, melius enarrabit: nam in Apologia sua fugae sic ait: Veruntamen exquirant modum etiam discessionis & cognoscant a suis. Erant enim Arriani cum militibus concurrentes, ut eos accenderent, & ignorantibus nos ostenderent: & licet sine ulla compassione sint vel audientes tamen confusi quiescant. Erat itaque iam nox, & aliqui populorum ad uigilias uenerant, expectabatur futura die collectio. Dux autem repetit altitit cum militibus plus quam quinquies milibus, habentibus scilicet arma, & gladios enudatos, arcus, sagittas, & uerbes, & Ecclesiam quidem ipse circumdedit, statuens milites sibimet coherentes, ut nullus posset egredientium ab ecclesia eorum manus euadere. Ego uero irrationabile iudicans in tanta confusione populum relinquere, & non magis ante illos pericula sustinere, residens in sede praecipi, ut diaconus psalmum legeret, populi responderent: Quoniam in seculum misericordia eius & sic omnes in domos suas abirent. Sed duce postea ingredierte, & militibus sacrarium circumstantibus, ut nos capere possent, clerici quidem qui sunt inuenti, simul & populi clamabant, poscentes ut & nos discederemus una cum populo. Ego uero magis diuerso dicebam, non nos discedere, nisi omnes singulatim prius exirent. Surgens itaque, oratione facta, sic praecipi uniuersos abscedere, melius esse dicens, me periculo subiaccere, quam quemquam eorum excipere laesionem. Egredientibus igitur plurimis, & reliquis subsequetibus, quidam monachi, qui ibi nobiscum fuerant, & aliqui clericorum ascendetes traxerunt nos, & ita, testis est ipsa ueritas, militibus aliis sacrarium circumstantibus, aliis per Ec-

clesiam discurrentibus, per medium eorum, Domino ita dante atque custodiente, pericula cuncta transiimus, Deum magnifice glorificantes: quoniam neque populum neci tradidimus, sed etiam ut saluaretur actum est, & manus quaerentium nos effugere praualuimus.

SOCRATES.

QVÆ etiam Georgius eodem tempore in Alexandria gesserit, ipse Athanasij, qui hic passus est, uoce narremus. In libro enim quem de fuga sua scripsit, haec ait: Igitur in Alexandria surrexerunt denuo nos quaerentes occidere. Et facta sunt nouissima peiora prioribus. Repente namque milites circumdantes, Ecclesiam, pro orationibus praelia celebrabant. Ingrediente namque quadragesima, Georgius ex Cappadocia ex eis missus auxit mala, quae illorum calliditate didicerant. Post septimanam itaque Paschae uirgines mittebantur in carcerem: Episcopi uincti a militibus ducebantur, orphanorum, & uiduarum domus diripiebantur & inuasiones in domibus agebantur, & noctu Christiani deponebantur. Obiurgabantur domus, & fratres clericorum pro fratribus pericula sustinebant. Haec quidem pessima, sed grauiora postea sunt praesumpta. Septimana enim, quae fuit post sanctam Pentecostem, populus ieiunans est ingressus ad caeterum miterium orationis causa, eod quod omnes communionem Georgij declinarent. Sed hoc cognoscens ille nequissimus, ipse concitauit Sebastianum innum duccem Manichaeum, qui cum multitudine militum arma, gladios euaginos, arcus, sagittasque ferentium facto impetu in ipso die domini co super populum irruit, & paucos orantes inueniens (quum iam plurimi discessissent) talia gesserit, qualia ab eis decebat impleri. Incendio namque facto statuens uirgines secus ignem, cogebat eas, ut se profiterentur Arrianas.

Cumque eas cerneret esse uictices, & de igne nullo modo cogitare, sic earum uultus lacerauit, ut vix agnosci post tempora potuerint. Tenens autem & quadraginta viros, tormento nouiore discerpit. Sectis namque de palma uirgis, & habentibus suos aculeos, eorum dorsa ita uerberibus lacerauit, ut quidam eorum saepius a medicis incisi sint propter spinas, quae eorum dorsis inhærebant. Eos autem qui uiuere potuerunt & quandam uirginem in exilium deportauit in maximam Ocalim: Corpora uero mortuorum primo quidem reddi non passus est, sed calauit, insepulta relinquens ea ut quasi tanta crudelitas latere uideretur. Hoc autem aiunt, qui mentis errore desipiunt. Nam cum parentes mortuorum gauderent quidem propter confessionem, fierent autem propter corpora defunctorum, maiora eorum impietatis indicia personabant. Post haec autem ex Aegypto, atque Lybiis in exilium deportauerunt episcopos Ammonium, Muium, Gaium, Philonem, Hermem, Plenum, Psenosirim, Nilammonem, Agathonem, Anagamphum, Amonium, Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum, & praesbyteros, Hieracem, & Dioscorum, & sic eos

Arriani acerbissime per itinera pepulerunt, ut quidam eorum in ipsis itineribus, alij verò per exilia more- retur. Occiderunt autem Episcopos plusquam tri- ginta, habentes studium secundum Achab, ut si pos- sent, amputarent penitus veritatem.

THEODORETUS.

Super hæc igitur Athanasius etiam consolato- rios libros virginibus illis scripsit, quæ crudelissi- mas pertulerunt passiones, dicens inter hæc: pro- pterea nemo vestrum sit tristis, licet & sepulturam vobis denegent impij, & prohibeant vos offerri:

Quam so- liciti fue- rint anti- qui in ca- daveribus fidelium sepeliendis.

Nam usque ad hoc nequitia peruenit Arrianorum, ut & portas clauderent, & circa sepulcrarum loca veluti demones residerent, ne quis sepeliretur fide- lium dilectorum. Hæc ergo & his similia Geor- gius in Alexandria faciebat. Sanctus autem Atha- nsius nullum locum munitum cautelæ suæ puta- bat: cum itaque aut viuum eum deduci, aut mor- tuum decollari, & caput eius Imperator sibi iussit- set afferi. Pro qua re præmium maximum com- promisit huiusmodi aliquid nunciari. Igitur Atha- nsius relinquens Alexandriam Romam profectus est. Contigit autem eodem tempore etiam Pau- lum Constantinopolitanum pontificem illuc vna concurrere, & marcellum Anciræ, Asclepamque Gazæ. Qui dum Arrianis esset aduersus, calumniam passus ab his, quasi subuertisset altare, damnatus est. Pro quo Gazæorum Ecclesia Quintiano com- mittitur, Lucianus autem Hadrianopolites Epif- copus ob aliam accusationem Ecclesia sua priua- tus, degebat in vrbe Roma. Cognoscens ergo Ro- manus Episcopus crimina singulorum, & omnes Nicæno concilio concordare comperiens, eos in

Lucianus.

Romani Pontificis auctori- tas in Epif- copis sedi- bus suis restituenda.

communione suscepit, tanquam omnium curam gerens propter sedis propriæ dignitatem, singulis- que reddidit suas Ecclesias, & Orientalibus scripsit Episcopis, culpans quod non rectè tractassent vi- ros inculpabiles, de suis Ecclesiis eos expellentes, & quod Constitutiones Nicæni concilij minimè ob- seruarent. Quorum paucos ad certam diem sibi met adesse præcepit, ut coram eis ostenderent iustum se super illis protulisse decretum. Et deinceps non se passurum interminatus est, nisi ab huiusmodi tur- bis & nouitate cessarent. Et ille quidem hæc scri- psit. Athanasius autem & Paulus Epistolæ Iulij Orientalibus Episcopis miserunt, & singuli eorum suas sedes adepti sunt.

Pontificis orientis ad Iulij epis- tole sum- ma.

Verum Põtifices Orientis grauitè hoc ferentes, & in Antiochia congregati Iulio rescripserunt e- pistolam ornato quidem stilo compositam, ironia verò maximè plenam, & nõ sine interminationis qualitate confectam. Fatebantur enim circa om- nes Romanorum Ecclesiam esse munificam, veluti quæ Appostolicâ haberet curam & antiquitus ma- ter pietatis existeret, licet ab Oriente ad eum præ- dicatores dogmatis aduenissent. Se verò non pro- pterea secundo loco habendos existimabant, eò quod nõ magnitudine aut multitudine abundarēt Ecclesiarum, cum vitæ qualitate non cederent: cri- mènque Iulio imponebant, eò quod Athanasij se- ctatoribus communicasse videretur, & tanquã ip- sorum concilio contumelias irrogasset, eorumque sen- tentiam destruxisset: & veluti iniustum eius factum, Ecclesiasticisque sanctionibus dissonans arguebat.

His ita conscriptis addiderunt, quod si susciperet Iulius damnationem ab ipsis factam, & ordinatos e- piscopos in damnatorum locum firmaret, pacem cum eo & communionem haberent. Si verò placi- tis ipsorum resisteret, contraria celebrarent: quip- pè cum Orientales Episcopi non restitissent, cum Nouatus à Romana pelleretur Ecclesia: De his au- tem quæ præter commune placitum de concilio Ni- cæno gesserant, nihil ei rescribere maluerunt. Hæc itaque Orientales Episcopi Iulio Romano Ponti- fici rescripserunt.

Cum verò Athanasius Alexandriam fuisset in- gressus, compressio populi partis Georgij, qui illic fuerat ordinatus Episcopus, vehemens facta est. Et ex hoc dicebant turbas & neces hominum pro- uenisse, & huiusmodi crimina in Athanasium ve- lut authorem sceleris referebant: cum hæc in cer- taminibus frequenter eueniant. Ob quam causam Sabinus Macedoniae Præsul hærescos Athanasium frequenter accusat. Qui si cogitaret quanta mala contra Athanasium & homouianos Arriani gesse- rint, aut quanta concilia propter eum celebrata sint, aut quanta contra omnes Ecclesias Macedo- nius hæresiarches gesserit erubescens fortè tacuis- set. Interea contra Athanasium alia machinatio cõ- cinnata est. Ecclesiæ namque Alexandrinorum, Augustorum Pater erogando pauperibus frumen- ta donauerat: quæ dixerunt Athanasium vendere & suis utilitatibus applicare. Quod Imperator cre- dens, cum iussit occidi. Hoc sentiens Athanasius, latenter aufugit. Hinc iam toto orbe profugus ag- gitur Athanasius, nec vllus ei tutus ad latendum su- pererat locus. Tribuni, præpositi, Comites, exerci- tus quoque ad inuestigandum eum mouentur edi- ctis imperialibus. Præmia delatoribus proponun- tur, si quis viuum maximè: si id minus, caput cer- tæ Athanasij detuliceret. Ita totis regni viribus frustra aduersum eum, cui Deus aderat certabatur. Inte- rea sex continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aquam ut solem nunquam videret. Sed cum per ancillam, quæ sola conscia adiuuaretur, indicatus fuisset, tanquam Dei Spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum comprehen- dendum cum indicibus veniebat, post annos sex migravit ad alium locum. Ita illi qui venerant fru- strati, dominisque in fugam versis, de ancilla ut fal- sa indice pœnas sumunt.

Ex histo- ria Eccl- e. lib. x. c. 28.

Athana- sium hære- sicos accu- satum.

Athana- sio aliud crimen iniicitur.

Athana- sio nullus locus ad latendum datur.

Ses an- nis in ci- uitate sterni la- tusus.

Athana- sius ad Cõ- stantiam profugum.

Verum ne graues alicui latebræ suæ fierent, & occasio calumniæ innocentibus quæreretur, ni- hil sibi vltro iam tutum in Costantij regno præ- sumens, ad Constantis partes profugus abces- sit. A quo satis honorificè religiosèque susce- ptus est. Quinque causa eius quam fama com- pererat diligentis cognita, scribit ad fratrem, pro certo se comperisse quod sacerdos Dei summi Athanasius iniuste fugas, & exilia pateretur. Hunc itaque rectè faceret, si absque vlla molestia loco suo restitueret: si id noller, curæ sibi fu- turum, ut id adimpleret, regni eius intima pe- netrans, & pœnas dignissimas de autoribus sce- leris fumens. Quibus scriptis perterritus Con- stantius (quod posse facere ea quæ minitaba- tur, conscius erat fratrem). simulata benignitate vltro venire ad se Athanasium iubet, & leui in- crepatione perstrictum, ad Ecclesiam suam per- mittit se-

mittit securum ire. Admonitus tamen Imperator ab impiis consiliariis: Non est, inquit, magnum Athanasi, quod Episcopi poscunt de te, ut vnam ex multis quæ sunt apud Alexandriam Ecclesiis con- cedas populis eorum qui tibi communicare no- lunt. Tum ille, Deo sibi suggerente, paratum in tempore consilium reperit: Et quid est, inquit, Im- perator, quod poscenti tibi liceat denegari, qui po- testatem omnium habes iubendi? sed vnũ est quod oro, ut meam quoque petitiunculam libenter ad- mittas, Cùmque se omnia quæ vellet, quamuis es- sent difficilia, promitteret præstaturum, si hoc v- num cederet libens, ait Athanasius: Hoc est quod rogo: ut quia etiam hic (Nam apud Antiochiam res agebatur) sunt nostri populi, qui istis commu- nicare nolunt, vnam eis tenere concedas Eccle- siam. Æquissimum sibi videri, & valde præstan- dum, latus spondit Imperator. Sed cum rem detulisset ad eos quorum consiliis utebatur, ne- que ibi se velle accipere Ecclesiam, neque hic da- re respondent, quia plus sibi singuli, quique quàm absentibus consulebant. Ita Imperator admiratus eius prudentiam, properare ocyus ad suscipiendam Ecclesiam suam iubet.

Igitur Athanasij sententiam de concedenda An- tiochiæ Ecclesia inuilem sibi cognoscentes Arri- ani, hoc quidem differendum esse dixerunt, & agen- dum quod placeret Imperatori, quia Imperator, Paulo, & Athanasio, & Marcello, & Asclepæ Gazæ, & lucio Adrinapoleos, secundum ea quæ in concilio Sardiceno placuerant, proprias restitue- rat sedes. Vnde principalia sacra per singulas ciui- tates ad eorum mittebantur Ecclesias, quibus iu- bebatur, ut eos repente susciperent. Igitur in An- cira expulso Basilio, & pro eo introducto Marcel- lo, non fortuita turba prouenit, quæ derogatione contraria sapientibus irrogauit. Asclepam verò cõ- tinuò Gazæ susceperunt in Constantinopolitana ciuitate. Macedonius ad modicum tempus Pau- lo successit, apud semetipsum in Ecclesiis remota collectiones agens. Pro Athanasio tamen solo Im- perator Episcopis & clericis atque plebi scripsit, ut eum libenter susciperent. Insuper etiam quæ cõ- tra eum in iudiciis facta fuerant, aliis literis abole- ri iussit. Quæ verò de vtraque re scripta sunt, hæc esse noscuntur.

EPISTOLA CONSTANTII, PER QUAM OMNIA CONTRA ATHANASII HABITA SUNT CASSA.

VICTOR CONSTANTIVS MAXI- MUS, PIVS, EPISCOPIS ET PRÆ- BYTERIS CATHOLICÆ ECCLESIAE SALUTEM.

REVERENDISSIMVS Episcopus Athana- sius non est Dei gratia derelictus: nam licet breui tempore humana fuerit probatione summissus, tamen debitum prouidentia vn- uersa prospicientis noscitur suscepisse decre- tum, recipiens voluntate Dei nostroque iudi- cio patriam suam pariter & Ecclesiam, cuius di- uino nutu præsul extabat. Huic enim consequenter oportebat nostram adesse mansuetudinem, ut omnia aduersus eum, & eius communicatores definita, om- nisque suspicio & illusio cõtra eum gesta, deinceps

fit inanis & vacua, & reuelatio quam dudum cleri- ci eius habuerunt, competenter firma permaneat. Sed etiam hoc eius gratiæ adiciendum esse censui- mus, ut omnes ordines sacri cognoscant, conces- sum omnibus ipsi coniunctis ut sine timore sint, si- ue Episcopi sint, siue clerici: sufficit enim vniciq; circa eum rectæ voluntatis vnio. Quicumque enim meliori iudicio atque parte constituti huius eligunt communionem, hos omnes præcipimus ad instar præcedentis prouidentia etiam nunc voluntate Dei nostræ gratiæ largitatem adipisci.

EPISTOLA CONSTANTII AD ALEXANDRINOS, UT RECIPERENT ATHANASII.

VICTOR CONSTANTIVS MAXI- MUS PIVS, POPULO ALEXAN- DRINO ECCLESIAE CATHOLICÆ SALUTEM.

IN omnibus perhibentes nostræ æquitatis inten- tionem, scientesque quoniam diu prouidentia vestri contemplatoris estis alienati, id est, Ponti- ficis Athanasij, qui propter infertam rectitudinem, suorumque morum prudentiam cunctis innotuit, eum denuo ad vos destinare censuimus. Hunc itaque consuetè & competenter suscipientes, & apud clementem Deum adiutorem orationibus habentes, vobis congruam simul & nobis placitam concor- diam atque pacem secundum Ecclesiæ sanctione ubique probatæ, sufficienter festinate seruare. Non enim rationabile est aliquam discordiam inter vos agitari, aut tumultum, nostrorum temporum di- scipline contrarium: & hoc quidem abesse à vobis omnino volumus. Orationibus autem sufficien- ter, eo scilicet præfule & adiutore apud Deum vos instare solenniter admonemus, ut tali proposito ad omnium vota proueniente, etiam Gentiles ido- lorum errori hæctenus seruientes, ad cognitionem sacrae religionis sub alacritate festinent. O charissi- mi nobis Alexandrini, rursus igitur admonemus, ut in his quæ dicta sunt persistatis, & omnes Epif- copum decreto superno, nostratque sententia desti- natum libenter & piè suscipiatis: & toto animo totaque voluntate amplectendum existimetis. Hoc enim & vos decet, & nostræ mansuetudini nosci- tur conuenire. Ut autem omnis turbæ seditionis occasio perimatur, Iudicibus apud vos habitis li- teris nostris præcipimus, ut omnes quos seditiosos agnouerint, legitimè vindictæ subiiciant. Vtraque igitur perspicientes, & nostram cum Deo senten- tiam, & rationem profectiois vestrae, necnon & supplicium contra seditiosos indictum, compe- tenter & congruè sacrae religionis iura seruate. præ- dictumque Deo amabilem virum omni reuerentia & honore colite: & orationes vnà cum eo pro vo- bis ipsis, & nostræ vitæ fauore omnium saluatori Deo latantes offerte.

EPISTOLA CONSTANTII PRO ATHANASIO, UT ABOLERETUR QUICQUID CONTRA ATHANASII GESTUM EST.

EADEM verò forma præsidibus Augustæ, Ni- cææ, Thebaidis & Lybiæ scriptum est. Quic- S iij

SOZOMENVS.

quid pridem ad læsionem & iniuriam Athanasio Episcopo communicantium reperitur actum, hoc nunc aboleri præcipimus. Nam & ministerium, quo priuari fuerat eius clerici, eisdem rursus volumus obtinere. Hanc itaque præceptionem nostram seruari censemus, ut Athanasio Episcopo suæ Ecclesiæ restituto communicatores eius habeant ministerium, quod semper habuerunt, quod etiam reliqui clerici habere noscuntur, & ipsi gaudio potiuntur. Tantis & talibus Epistolis munitus sanctissimus Athanasius, per Syriam aggressus venit in Palestinam, apprehendensque Hierosolymam, & Episcopo Maximo significans gesta Sardiceni concilij, & quod Imperator Constantius illorum decreto iudicioque consensisset, præparauit ut Episcoporum in illis Regionibus habitantium synodus ageretur. Maximus autem in nullo signis de Syria atque Palestina vniuersos euocauit Episcopos: Facto concilio restituit & ipse beato Athanasio communionem & dignitatem. Scripsit etiam ipsa Synodus Alexandrinis omnibus in Ægypto & Lybiis Episcopis, clericis, atque plebi, ea quæ de Athanasio gesta atque decreta sunt. Ob quam rem valde maximo detraxerunt Athanasij derogatores Episcopi, quod primitus deponens eum rursus ex penitentia tanquam nihil fuisset actum sententiam pro Athanasio protulerit quæ communionem ei dignitatemque præberet: hæc cognoscentes Ursatius & Valens, qui circa Arianum dogma studium primitus ardens habuerant declinantes à priori voluntate Romam profecti sunt, libellumque penitentiae Iulio offerentes Episcopo & in Consubstantialitatis consensere sermone, & literas Athanasio miserunt, seque ei deinceps communicare professi sunt. Sic itaque tunc Ursatius & Valens gestis Athanasij superati conuersi sunt. Athanasius ergo per Pelusium pergebat Alexandriam. Transiens autem per ciuitates, edocebat, ut Arrianos vniuersi declinarent, & consubstantialitatis dogma amplecterentur in quibusdam Ecclesiis: & ordinationes fecit. Et hoc fuit initium alterius querelæ aduersus eum: quia in aliorum Ecclesiis ordinare præsumpsisset. Hæc itaque de Athanasio prouenerunt. Interea respublica fortuitis casibus vrgebatur. Vnde quæ sunt summaria non est incongruum breuiter explanare. Igitur quoddam ædificatore Constantinopolitanæ ciuitatis moriente tres eius filij imperium susceperint, in præcedentibus est narratum. Sciendum autem quod cum istis imperauit consobrinus eorum nomine Dalmatius, vocabulum Patris habens, qui dum aliquantisper imperasset, à militibus interemptus est, non iubente Constantio ut occideretur, nec tamen prohibente. Cum verò Constantinus iunior fratris partes inuaderet, & ipse à militibus congressione facta peremptus est. Hoc autem iam sæpe dictum est. Post mortem verò Constantini iunioris, Persicum contra Romanos motum est bellum, in quo Constantius proficere non valebat: nam cum nocte prælium circa fines Romanorum atque Persarum fuisset gestum, validiores tunc per se ad breue tempus inuenti sunt. Quo tempore neque Christiani sub quiete degebant, sed per Athanasium de consubstantialis verbo circa Ecclesias erat pugna.

DENIQUE apud Antiochiam non concordabant in professione sua clerus & populus, sed per choros, ut est consuetudo, ad hymnos dicendos Deo in fine psalmodum monstrabant propriam voluntatem. Et hi quidem Patri & filio, velut æqui honoris gloriam dicebant: hi verò Patri in Filio, per interpositionem præpositionis: Filium secundum esse monstrantes. His ita gestis, herens quid ageret Leontius, qui illo tempore ex hæresi aduersa sedem Antiochiæ gubernabat, cum prohibere non auderet eos qui secundum traditionem Nicæni concilij psallerent Deo, quia metuebat ne seditio nasceretur in populo, hoc dixisse fertur, tangens caput suum iam canum: Hac, inquit, niue soluta, lutum cogetur immensum. Per hoc ostendens quod ipso defuncto seditionem populo generaret illa discordia, quæ in hymnis fiebat, non patientibus successoribus suis cum populi varietate sentire. Athanasius igitur veniens ad Ægyptum, explicauit synodales Epistolas Iulij Romani Pontificis: Intuper & synodalem Maximi Hierosolymitani, quæ talia continere dignoscuntur.

SANCTA SYNODVS HIEROSOLYMIS CONGREGATA FER ÆGYPTUM, LYBIAM & ALEXANDRIAM CONSTITUTIS PRÆBYTERIS, DIACONIS, & PLEBI FRATRIBUS DESIDERATISSIMIS IN DOMINO SALUTEM.

CVNCTORVM Deo dignè gratias agere non valeamus fratres clarissimi: in quibus enim miracula semper egit, etiam modò cum Ecclesia vestra fecit, pastorem vestrum & dominum cō-facerdotemque nostrum Athanasium vobis sua pietate restituens. Quis enim aliquando sperauit oculis carnalibus intueri, quem nunc & nos & vos inspicitis, respicientes quem videre desiderastis? sed verè orationes vestræ à Deo omnium sunt auditæ, qui curam habet Ecclesiæ suæ, & vestras lachrymas atq; gemitus semper inspexit, quapropter vestras audiuit preces. Eratis enim sicut oves abiectæ & fatigatæ, non habentes vtique pastorem. Propterea visitauit vos cœlitus pastor verus, & de propriis ouibus curam gerēs, restituit vobis quem noscimini cōcupisse. Ecce enim & nos omnia pro Ecclesiastica pace facientes, vestræque dilectioni conspirantes in eius amplexu præcessimus, & communicantes ei per eum vos alloquimur, scriptaque præsentia destinamus. Itaque secundum gratificata vestra scitote nos quoque cum eo vinculo charitatis obstrictos. Debentis ergo etiam pro pietate Deo amabilem nostrorum Imperatorem incessanter orare, quoniam & ipsi cognoscentes vestrum desiderium vobis restituere destinarunt. Omni ergo honore tensis manibus suscipientes illum gratificas orationes offerte Deo, qui vobis talia condonauit. Festinate autem semper in Deo gaudere, & glorificate Dominum, per quem & cum quo Patri gloria in secula seculorum, Amen. Veniens igitur Athanasius in Ægyptum, quos quidem agnouit Arii sectatores, deposuit. Quibus à se depositis, Ecclesias eorum præcepit fidem tenere Nicæni concilij, eamque summo studio custodiri. Sic itaque se rebus habentibus, Magnentius tyrannus circa partes emerfit Hesperias. Qui Constantem Imperatorem Occidentalium partium facto dolo circa Gallias interemit. Quo gesto intestinum inflammatum est bellum: Magnentius etenim tyrannus totam tenebat Italiam, Aphricamq; & Lybiam, simul & Gallias. In Illyrico verò, & in Sirmio aliud rursus à militibus excitatum est bellum per tyrannum nomine Britannionem. Sed etiã Romam tumultus non fortuitus detinebat. Fratruculis namque Constantini Nepotianus nomine, imperium assumpserat gladiatorum virtute suffultus, & Nepotianum quidem Magnentij milites deposuerunt. Magnentius autem procedens vniuersas partes vastabat Hesperias. Horum igitur omnium malorum immentia confluctio breui tempore generata est. Quarto enim anno post Sardicense concilium, hæc acta noscuntur, consulatu Sergij & Nigriani. His itaque nunciis apparebat, quod ad Constantium solum Imperij iura peruenissent, quo prouectu, contra tyrannos semetipsum (ut poterat) præparabat.

Leontius Antiochiæ ecclesiæ antistes.

Leontius Antiochiæ ecclesiæ antistes.

Britanio.

Nepotianus.

Athanasius synodum Ægyptiorum episcoporum congregauit. Constantius persecutionem mouet in episcopos.

Athanasius fugit.

Leontius seipsum castrauit ut eum Eu-lalia quædam muliere degeret possit. Ex histor. Tripar. lib. 5. cap. 24.

Accusatores Athanasij.

tyrannus circa partes emerfit Hesperias. Qui Constantem Imperatorem Occidentalium partium facto dolo circa Gallias interemit. Quo gesto intestinum inflammatum est bellum: Magnentius etenim tyrannus totam tenebat Italiam, Aphricamq; & Lybiam, simul & Gallias. In Illyrico verò, & in Sirmio aliud rursus à militibus excitatum est bellum per tyrannum nomine Britannionem. Sed etiã Romam tumultus non fortuitus detinebat. Fratruculis namque Constantini Nepotianus nomine, imperium assumpserat gladiatorum virtute suffultus, & Nepotianum quidem Magnentij milites deposuerunt. Magnentius autem procedens vniuersas partes vastabat Hesperias. Horum igitur omnium malorum immentia confluctio breui tempore generata est. Quarto enim anno post Sardicense concilium, hæc acta noscuntur, consulatu Sergij & Nigriani. His itaque nunciis apparebat, quod ad Constantium solum Imperij iura peruenissent, quo prouectu, contra tyrannos semetipsum (ut poterat) præparabat.

Aduersarij verò Athanasij, opportunum se tempus inuenisse iudicantes, rursus aduersus eum calumnias instruebant. Tunc Imperatori Constantino suggererunt, quod omnem Ægyptum subuertisset & Lybiam. Inuidiam verò maximè auxit eius, quod orationes in paræciis fecisset alienis. Athanasius interea cum venisset Alexandriam, synodum Ægyptiorum congregauit Episcoporum. Qui consensu decreuerunt Sardicensi concilio, atque Hierosolymis celebrato. Constantius igitur Imperator, pridem & ipse Arrianorum secta præoccupatus, omnia quæ paulò antè ei placuerant, in contrarium demutauit. Et primum quidem Ecclesiæ Constantinopolitanæ Pontificem Paulum deportari iussit in exilium, quem deducetes in Cuculum Armeniæ suffocauerunt. Marcello autem denuò proiecto, Ecclesiam Ancyranam Basilus rursus inuasis: Lucius autem Adrinopoleos ferro victus, in carcere moritur. Tantumque valuerunt quæ de Athanasio dicebantur, ut in immensum furorem cadens Imperator, cum vbicunque reperiret, iuberet occidi: cum quo Theodulum, & Olympium præsules Ecclesiarum Thracensium. Igitur Athanasium voluntas imperatoris non latuit, sed præsentis fuga dilapsus est, & minas principis declinavit. Cuius fugam dilatauerunt Arriani, præcipuè Narcissus Neromadis episcopus, Georgius Laodiciæ, & Leontius tunc Antiochenæ præsul Ecclesiæ. Is enim cum presbyter esset, dignitate priuatus est, quia cum muliere Eustolia nomine, degens, & turpem suspicionem cælate volens, genitalia sibimet noscitur abscondisse: & deinceps quidem fiducialiter cum muliere viuebat. Postea verò studio Imperatoris Constantij in Antiochena Ecclesia ordinatur Episcopus post Stephanum, qui primitus successerat Placito. Hæc igitur de his dicta sufficiat. Et inimici quidem fidei, putantes se tempus inuenisse contra defensores eius, valde apud Principem laborabant, ut de Ecclesiis pellerentur omnes qui ab eis videbantur esse depositi tanquam alterius fidei, vel quia viuo Constante, Imperatori Constantio restitissent, ita ut fuisset penè ad bella peruentum. præcipuè tamen Athanasium accusabant, ob nimiam inuidiam, neque Constante viuo & Constantino: eum se diligere proficente, ab eius mo-

lestia recedebant: Sed Antiochiæ congregati, Narcissus Cilix, Theodorus Thraciæ, Theogonius Nicænus, Pathrophilus Scythopoleos, Minophantus Ephesius, & alij circiter triginta, scripserunt omnes vniuersis Episcopis, quod contra sanctiones Ecclesiasticas Alexandriam rediisset, nec in concilio sine culpa fuisset inuentus. Et iuebant ut neque communicarent ei, neque scripta mitterent, sed Georgio qui ab eis fuerat ordinatus. Verùm Athanasio nullus hinc sermo fuit. Igitur deuictò Magnentio, quum solus Constantius Romanorum tenuisset imperium, omni studio laborabat, ut Occidentales Episcopi consentirent eis qui consubstantialitatem esse patri filium denegabant. Et hoc faciebat, nolens à primordio apertè vim facere, sed eis callidè suadere, ut decreto contra Athanasium ab Orientalibus Episcopis habito consentirent. Sperabat enim quod si communi decreto damnaretur Athanasius, facilius suam voluntatem in religione impleret. Tunc igitur in Italiam conuenerunt episcopi Orientalium non multi, quoniam plurimos eorum aut senectus, aut itineris longitudo prohibuit. Occidentalium verò ultra trecentos, ut præcepto principis concilium Mediolani celebraretur: ubi conuenientes Orientales, ante omnia contra Athanasium decretum fieri commune poscebant, ut hoc facto penitus ei aditus Alexandriae clauderetur. Quod cum sensisset Paulinus Gallicanæ τριβέρας Dionysius Albæ metropolis Itolorum, & Eusebius Vercellensis, episcopi, quod ad destructionem fidei Orietales contra Athanasium agere molirentur, surgentes magna voce clamabant, dolum & circumuentionem per ea quæ gerebantur, Christianitatis dogmatibus irrogari. Non enim veras contra Athanasium culpas esse dicebant, cum ad retractationem fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tunc soluitur episcoporum.

THEODORETVS.

DEposito deinde Athanasio, aliam hæretici fidei exponere sunt nisi doctrinam. Sed neutrum horum perducere potuit ad effectum, cum præsentem principem clamaretur, quod iniuste ageretur & impie, quo facto & ipsi ecclesiis sunt expulsi, & in vltimis terræ finibus habitare iussi. Quod rursus mirabilis Athanasius hoc modo in illa apologia describit. Quis tantum poterit memorare, quantum illi gesserunt. Tunc enim Ecclesiis pacem habentibus, & populis per Collectas orantibus, Pontifex quidem Romæ Liberius, & Paulinus Galliarum Metropolitanus Episcopus, & Dionysius Italus, Lucifer Metropolitanus insularum Sardinia, & Eusebius ex Italia, omnes episcopi boni & prædicatores veritatis abripiuntur, & traduntur exilio, nullam habentes culpam, nisi quod in Arrianam noluerint consentire vesaniam, neque in calumniis subscripserint nostris. De maximo autem & optimo sene & vero confessore Osio, etiam loqui superfluum. Omnibus enim notum est, quod etiam hunc in exilium deportari fecerunt. Non enim ignobilis, sed omnibus noscitur esse notissimus. Cui namque non præfuit synodo, aut rectè loquens non satisfecit vniuersis? Quæ Ecclesia huius patrocinij memoriam non habet? Quis aliquando dolens

Episcopi in exilio.

Episcopi in exilio.

Episcopi in exilio.

Ursatius & Valens cum Athanasio reconciliati.

Dalmatius.

De verbo consubstantialis distinctio cum Athanasio.

Constantij calliditas in euerienda fide.

Episcopi orientales in Athanasium congregati.

Episcopi in exilio.

Episcopi in exilio.

Episcopi in exilio.

cum veniret ad eum, non discessit sanus? Quis indigens quum petiisset, non meruit quod poposcit? Et tamen etiam contra hunc presumpserunt, quod impia eorum molimina cognoscens, noluerit propria subscriptione firmare.

SOCRATES.

igitur Imperator illos quidem mittit in exilium. Generale verò Concilium fieri cogitabat, ut omnes Orientales Episcopos venientes ad occidentem, si posset concordare efficeret. Quod cum propter itineris spacia difficilè videretur, duplicem tractavit synodum celebrari, ut in Arimino quidem Itali qui tunc aderant, conuenirent: Orientales autem in Nicomedia Bythiniae ciuitate. Hoc ergo Imperatore tractante, effectus non euenit ut voluit, neutrum enim Concilium sibimet concordauit, sed vtrumque diuisum est. Nam neque in Arimino conuenientes inter se consonare poterunt, & Orientales in Seleucia Isauriae congregati, aliud schisma sunt passi, quod suo loco narrabitur.

THEODORETUS.

Dialogus inter Liberium & Constantinum habitus, & quomodo Liberius in exilium fuerit missus. Ego quidem Liberij per omnia celeberrimi habitum pro veritate dialogum cum Constantino volo referre, quandoquidem à fidelibus illius temporis est conscriptus. Is enim post Iulium Syluestri successorem Romanam gubernauit Ecclesiam. Constantius Imperator dixit: Nos & eò quod Christianus sis, & Episcopus nostrae ciuitatis, dignum hoc iudicauimus, ut euocantes te, moneamus ut communionem scelestissimi Athanasij, & ineffabili superbia detenti abnegare non differas. Hoc enim terrarum orbis bene fieri comprobauit, & synodali sententia alienum Ecclesiastica communione decreuit. Liberius Episcopus dixit: O Imperator: iudicia Ecclesiastica decet cum maxima proferri iustitia. Quapropter si videret pietati tuae, disceptationem iube constitui: & si apparuerit Athanasius condemnatione dignus, tunc secundum Ecclesiasticae consequentiae formam proferatur in eum digna sententia. Non enim possibile est cõdemnare virum, de quo nihil examinatum est. Constantius Imperator dixit: Vniuersus mundus adiudicauit eius facinora, sed ille (sicut ab initio) tempus eludit. Liberius Episcopus dixit: Quicumque subscripserunt, non ipsi viderunt quae gesta sunt, sed propter gloriam & timorem, & ne à te contumelias paterentur, acquieuerunt. Imperator dixit: Quid est gloria, & timor, & contumelia? Liberius dixit: Quicumque gloriam Dei non diligunt, tua magis dona praepouunt. Quem ergo isti non viderunt, non examinantes adiudicauerunt, quod est à Christianitate alienum Imperator dixit: In facie vtrique condemnatus est in Concilio Tyri, & in Concilio pariter decreuerunt contra eum omnes totius orbis Episcopi. Liberius dixit: Nunquam in praesentia sua homo ille adiudicatus est. Quicumque enim tunc conuenientes condemnauerunt eum, discedente Athanasio à iudicio, sententiam pro-

Liberius non fuit Arianae perfidia iniustus.

Dialogus

Constantius notat Athanasium superbia.

Athanasius ab Episcopis cõdånatus quomodo.

tulerunt. Eusebius eunuchus dixit: In Nicæno Concilio alienus à Catholica fide probatus est. Liberius dixit: Quinque soli iudicauerunt ex his qui cum eo nauigio venerunt in Mareoten, quos miserunt ad accusationem eius, ut contra eum gesta conficerent. Horum itaque qui destinati sunt, duo sunt mortui, Theogonius, & Theodorus, reliqui vetò tres viuunt, hoc est, Maris, Valens, & Vrsatius. Ab his qui missi sunt Sardiniam, propter hanc causam synodus celebrata est, qui in synodo libellos obtulerunt, veniam postulantes, quoniam in Mareote per calumniam ex vna parte contra Athanasium gesta confecerint, libellos eorum nunc praemanibus habemus. Cui horum nos credere & communicare conuenit Imperator: his qui primitus damnauerunt, & veniam postea poposcerunt, an eis qui adhuc hæc accusare contendunt? Epictetus Episcopus dixit: O Imperator, non fidei causa neque iudiciorum Ecclesiasticorum sermonem facit, sed ut apud Senatores in Romana constitutos vrbe gloriatur, quasi superauerit principem. Imperator ad Liberium dixit: Quota pars es totius orbis? quoniam tu solus hominem vindicas nefandissimum, & orbis terrarum pacem Ecclesiasticamque dissoluis. Liberius dixit: Non eò quod ego sum solus, fidei causa minuitur. Nam & antiquitus tres soli reperti sunt resistentes praeccepto regis. Eusebius eunuchus dixit: Imperatorem nostrum Nabuchodonosor fecisti? Liberius dixit: Non, & ita rationaliter adiudicatus est homo, qui non est examinatus. Sed & ego peto primitus generalem proferri subscriptionem confirmantem fidem in Nicæa prolatam, ut ita reuocatis ab exilio fratribus nostris, & in loca propria restitutis, si hi qui nunc turbas pariunt Ecclesiis, visi fuerint Apostolicae fidei consentire, tunc apud Alexandriam conuenientes omnes, vbi & accusatus & accusatores sunt, & defensor eorum, examinata causa possimus proferre sententiam. Epictetus Episcopus dixit: Sed cursus publicus non sufficit subuectui Episcoporum. Liberius dixit: Ecclesiasticae causae publico cursu non egent. Ecclesiae namque sufficiunt vsque ad mare perducere suos Episcopos. Imperator dixit: Quae dudum susceperunt formam, solui non possunt. Plurimorumque namque Episcoporum debet valere sententia: Tu solus es qui amicitias illius scelerati defendis. Liberius dixit: Imperator nunquam audivimus absente accusato Iudicem eius scelera proferentem, nisi quia propria videntur hæc odia. Imperator dixit: Omnibus quidem nocuit in communi, nulli tamen ita sicuti mihi. Cui cum non sufficeret interitus fratris mei maioris, ne beatæ quidem memoriae Constantem cessauit in mei inimicitias frequenter impellere, nisi nos maiori mansuetudine detenti, impellentis momenta temperassemus. Nulla itaque mihi victoria est, neque contra Magnentium vel Syuluanum, nisi illum scelestum ab Ecclesiasticis rebus expulero. Liberius dixit: Noli per Episcopos tuas vindicare inimicitias. Magnus enim Ecclesiasticorum ad sanctificandum vacare debent. Quapropter si tibi videret, iube vocari ad loca propria sacerdotes, & si cõcordes apparuerint ei quem nos in praesenti defendimus, secundum fidem Orthodoxam in Nicæna synodo constitutam, tunc conuenientes provide-

Episcopi tantum quinque Athanasium iudicauerunt.

Athanasius non est ad iudicatus.

Ecclesiasticae causae publico cursu non egent.

Constantinus suum in Athanasium aperit odium.

bunt pro mundi pace, ut homo qui non peccauit, non reprobetur iniuste. Imperator dixit: Vnum est quod quaeritur, volo enim te amplectentem Ecclesiasticam comunem Romam denuò destinare, & propterea concordare paci, & subscribens Romam reuertere. Liberius dixit: Romae iam fratribus vale dixi. Maiores enim sunt Ecclesiasticae sanctiones, quam Romanæ habitatio ciuitatis. Imperator dixit: Ergo trium dierum spatium ad deliberationem habes, an velis subridens Romam reuertere, aut cogitare in quem velis deportari locum. Liberius dixit: Spatium trium dierum rationem nequaquam mutare potest. Quapropter quod voles mitte me. Imperator autem post duos dies examinato Liberio, & nequaquam à suo proposito reuocato, iussit eum in Beroeam Thraciae in exilium deportari. Egredienti Liberio, Imperator ad expensas quingentos solidos destinavit. Tunc Liberius deferenti dixit: Vade, da eos Imperatori, opus enim habet suis militibus erogare. Similiter & Augusta totidem ei misit. Liberius dixit: Redde hæc Imperatori: opus enim habet his ad expensas militum suorum. Si autem Imperator his non habet opus, det eos Auxentio & Epicteto. Illi enim his opus habent. Cumque ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuchus obtulit ei alios solidos. Cui Liberius ait: Totius orbis Ecclesias desolasti, & tanquam damnato mihi hæc adfers? Vade, prius discere esse Christianus. His ita gestis, post tres dies nihil accipiens, missus in exilium est.

Liberius in exilium dimittitur cur.

Romanae mulieres pontificis sui restitutionem postulant à Constantio.

Duos pontifices in Ecclesia Romana constituit Constantinus.

Veritatis itaque propugnator & victor in Thraciam (sicuti iussum fuerat) vsque peruenit. Duobusque transactis annis Constantius Romam venit, Procerum verò Senatorumque coniuges rogabant viros suos, ut Constantio supplicarent, ut pastorem gregibus restitueret. Aiebat enim, quod nisi flecteret animum Principis, eos ipsæ relinquerent, & ad pastorem illum maximum properarent. At illi dixerunt: Nos furorem principis formidamus, nec fortè aliquam veniam promeremur. Sed vobis (inquit) magis rogantibus forsitam parceret, & alterum è duobus fiet, aut preces suscipiet, aut si flecti nequiverit, sine aliqua iniuria vos dimittet. Hoc Consilium mulieres illæ laudibus maximis efferendæ percipientes, cum ornatu solito adierunt Imperatorem, ut ex veste sublimi insignes eas & nobiles arbitratas, reuerentiam ipsis exhiberet, & parceret. Adeuntes verò principem, tali voce clamabant: Miserere tantæ ciuitatis, pastoris providentiam non habentis, quæ luporum patet insidiis. At ille respondit non egere pastore alio ciuitatem. Esse namque Pontificem, qui eorum curam haberet. Post magnum namque Liberium, quidam diaconorum eius Felix nomine fuerat ordinatus. Is expositam in Nicæa fidem inconcusse seruauit, sed corruptoribus eius sine discretionem communicabat. Nullus tamen Romæ habitantiu in basilicam ingressus est, cum ille intus adstaret. Hoc autem etiam matronæ illæ Imperatori dixerunt. Qua gratia flexus, praecipit illum inter omnes egregium reuocari, & vtrumque Ecclesiam gubernare communiter. His ergo literis in Circensi spectaculo relectis, populus clamabat iustam principis esse sententiam: sicut enim dupliciter coloribus diuisi sunt spectatores, sic oportere alterum

his, alterum aliis praesidere. Cum ergo primitus principis literis sic fauissent, postea commoti communi voce clamauerunt: Vnus Deus, vnus Christus, vnus Episcopus. Ipsas enim voces & ego iustum ponere iudicavi. Post has verò Christo amabilis populi pias, & iustitia exornatas voces, sanctissimus quidem Liberius est reuersus. Felix autem recedens habitauit in alia ciuitate.

THEODORETUS.

Interea sentiens Athanasius sibi insidias parari, nequaquam ad Imperatorem venire presumpsit: neque hoc vtile iudicauit, sed electos ex Aegypto quinque Episcopos, inter quos Serapionem Thmuisensem virum praecipua vita sanctum, & ad loquendum valde copiosum, mittit ad principem tunc in Occidente degentem (cum quibus etiam tres presbyteros) per quos sibi placaret Imperatorem, ut pro derogationibus satisfaceret inimicorum, aliasque facerent, quæ ei vel Ecclesiis expedirent. Quibus nauigantibus, paulò post literæ venerunt Imperatoris euocantes eum. Ob quam rem & Athanasius & populus est turbatus, cum neque hæretico Imperatori obedire consultum esset, neque reluctari periculo vacaret. Veruntamen ire distulit, & literarum baiulus sine effectu reuersus est. Superueniente autem ætate veniens alius ab Imperatore nuncius cum prouinciæ iudicibus, cogeabant eum, clericoque nimis erat infestus. Porro populum paratum videns ad bellum, etiam ille reuersus est. Non multo post tempore congregatur ex Aegypto & Lybia Legiones. Et cum nunciatum fuisset cælari Athanasium in Ecclesia, quæ vocatur Theone, assumens milites dux eorum, & Hilarium ab Imperatore denuò destinatum, inopinato fractis ianuis in Ecclesiam introiuit, & vbique requirens Athanasium, non inuenit. Fertur enim, quod sæpius diuino nuncio pericula multa effugerit, sicut etiam Deo prouidente hoc discrimen euasit.

Athanasius ad Concilium stantium legatos mittit.

Athanasius diuino afflatu admonitus periculum euasit.

SOZOMENUS.

Ex his & huiusmodi factis ei à Deo prænunciatis, à Paganis & hæreticis appellabatur Magnus. Sermo namque fertur, quod aliquando eo procedente per ciuitatē contigerit auolantem corniculā clamitare. Quo facto astans multitudo Paganorum, velut Mago derogans, petebant ut eis aperiret, quid cornicula illa significaret. Ille verò fertur silentio dixisse subridens: Cras, latina lingua dies ventura significatur. Hoc ergo clamans, triste vobis Crastinum significat diem per Imperatoris Romani iussione. Et ita contigit, ut Athanasij sermo licet derisus fuerit, venerit ad effectum. Altera namque die principis literæ venerunt ad Iudices, iubentes ut Pagani sua ingredi non permitterentur templa, neque solennes superstitiones festiuitatesque celebrarent. Tunc ergo festiuitas eorum venerabilis, generalisque destructa est.

Athanasius Magnus appellatur.

Athanasius predictus citatur.

SOCRATES.

VM igitur frequenter (sicuti dictum est) Athanasius pericula declinasset, celerus & populus ei fauens tenebat Ecclesias, donec Praefectus

Georgius (vt dictum est) Ægypti, & dux militum eiicientibus eos & sustinentibus, Georgio cas contradere-
Athanasium eius- rent. Qui non multò post venit, & Ecclesias suo
que fauore a popu- iure possedit. Qui dum præter schema & mores sa-
lo fere per- cerdotij violētus existeret, & maximè circa Atha-
rimitur. nasis laudatores, quibus vtrique vincula & plagas
 viris & fœminis velut tyrannus inferebat, accensus
 populus penè peremerat eum, nisi vix ereptus fu-
 gisset ad principem. Quo facto rursus sequaces
 Athanasij Ecclesias multo tempore tenuerunt. Quas
 iterum veniens dux Ægypti, Georgij, noscitur tra-
 didisse fautoribus. Post hæc autem exceptore prin-
 cipis veniente, multi Alexandrinorū supplicio tra-
 diti sunt. Post quem etiam ipse Georgius terribili-
 or superuenit, & priori tempore magis exosus,
 tanquam qui mouerit principem ad multorum
 necem. Cui vtrique derogabant Ægyptij monachi,
 quorum gloriam multitudo vniuersa sequebatur,
 & vera eorum testimonia iudicabant, quia in sum-
 mæ philosophiæ virtute degebant.

SOZOMENVS.

Georgius Interea dum adhuc Athanasius cælaretur, Geor-
sensit in gius Alexandriæ crudeliter Paganos afficiebat, &
christia- aduerfantes ipsi Christianos: vtròsque enim co-
nos et pa- gebat ad ipsius venire sententiam, & respientes af-
ganos. ficiebat. Erat enim apud sapientes exosus quasi de-
 spiciens eos, & iudicibus imperans. Apud popu-
 lum verò quasi tyrannus, & vltra potentes elatus:
 præcipuè tamen Paganos opprimebat, quos sacri-
 ficare, & paternas festiuitates agere prohibebat.
 Tunc enim milites & Ægypti ducem, armatos in
 ciuitatē introduxit, imagines & ornamenta tēplo-
 rum abstulit, quod ei postea causam necis adduxit.
Cyrillus Cyrillo verò deposito occupauit Hierosolymorū
hieroso. Ecclesiā Heremius, & post illū Heraclius, post quē
 Hilarius. Hos enim tunc illam Ecclesiā gubernasse
 percepimus vsque ad Imperium Theodosij prin-
 cipis, quando rursus Cyrillus ad proprium reuersus
 est Episcopatum. Hæc igitur apud Orientales age-
 bantur Ecclesias. Interea Iulianus Cæsar bello de-
 uincens Barbaros apud Rhenum fluuium residen-
 tes, alios quidem peremit, alios cepit: claræque
 victoria decoratus, cum mediocritate vitæ atque
 mansuetudine militibus gratus esset, ab eis appel-
 latur Augustus. Hoc facto, nihil de Constantio cogi-
 tans, Iudices ab illos factos honoribus mulcebat,
 & ad illius inuidiam literas proferebat, quibus
 ostenderet eum propter bellum contra Magnen-
 tium gestum in Italiam Barbaros induxisse. Repen-
 tē verò religione mutata, cum prius Christianus
 esse putaretur, semetipsum Pontificem nominauit:
 & veniens ad templa Paganorum, sacrificabat, sub-
 iectisque talia colere suadebat. Cumque Constanti-
 us propter bellum Persicum apud Antiochiam
 moraretur, sperans ille quoddam sine bello posset Illy-
 ricum occupare, ad eos agebat iter, dicens se vel-
 le Constantio satisfacere, tanquam non sponte
 sed voluntate militum insulas Imperij suscepisset.
 Ferrur itaque cum ad hos terminos accessisset, vin-
 demia iam collecta, circa occasum Pleiadum vnas
 denuò fuisse prolatas. Insuper etiam imbre ex aëre
 descendente, in eius veste simul & cæterorum gut-
 tas singulas crucis formasse signacula. Hoc facto
 videbatur & ipsi aliis, quoddam botris extra tempus

A illatis bonum rei panderetur indicium: imber au-
 tem cadens vestem supra quam ceciderat, roborat.
 Alij verò dicebant vuarum signum quod præ-
 ter tempus sit, significare perditionem Imperato-
 ris instar huiusmodi botrorum, & parui tempo-
 ris fore eius Imperium. Porro de cruce dicebant
 prænunciare hoc signum, quoddam sit cœleste dogma
 Christianorum, & oporteat signari cunctos cru-
 cis indicio. Vnde cognoscitur quoddam diuersus in-
 terpretati quàm dixerat Imperator, veritate frau-
 dati non sunt: Vtrunque enim opportunè dictum
 sequens tempus ostendit. Cum audiret itaque Con-
 stantius contra se venire Iulianum, instructione
 belli Parthici ommissa, Constantinopolim veniebat.

SOCRATES.

*E*T apud Mopsucrenem inter Ciliis atque Cap-
 padoces, nimia cogitatione apoplexiæ passio-
 ne defunctus est, Consulatu Tauri & Florētij,
 tertio die Nouembris mensis, anno vitæ suæ qua-
 dragesimo & quinto: ex quibus tredecim cum pa-
 tre regnavit, viginti quinque post illum.

SOZOMENVS.

*Q*UO defuncto, Iulianus quidem iam Thra-
 cias obtinebat. Et non post multum Con-
 stantinopolim veniens appellatus est Impe-
 rator. Initio itaque parcens Christianis, clemen-
 tior visus est, sciens priores persecutores nihil pro-
 fecisse ad augmentum Paganismi, quod punissent
 Christianos: qui magis hinc creuerint, & facti sint
 gloriosi pro vero dogmate morientes. Inuidens
 igitur illorum gloriæ, à tormentis abstinuit, iu-
 dicans esse necessarium, vt sermone potius & ad-
 monitione Paganismum colendum populo suaderet,
 credens etiam hinc se monstrare clementem.
 Ferrur enim quum Constantinopoli ad fortunam
 sacrificaret verbis, accessisse ad eum Mærem Epi-
 scopum Chalcedonis, & publicè impium, & A'yeoy
 id est sine Deo, apostatamque vocitasse: illum ve-
 rò solam ei improperasse cæcitatem: erat enim se-
 nex & propter imbecillitatem oculorum manu al-
 terius agebatur. Super hæc volens etiam lacerare
 Deum, consuetè dixit: Neque Galilæus Deus tuus
 curare non potest. Respondens verò Mares, dixit:
 Ego, inquit, Deo meo pro cæcitate gratias ago:
 quia hoc ideo factum est, ne te videam pietate nu-
 datum. Imperator autem nihil respondens absces-
 sit. Sic enim putabat potius roborari Paganismū,
 sic se patientem ac mitem Christiano populo demon-
 strasset.

Hæc itaque faciens, eos qui fuerant à Constancio
 fugati propter religionem, reuocauit, & confis-
 catis patrimonia sua restituit, præcipiens popu-
 lo vt nullum læderent Christianum, neque nolentem
 sacrificare compellerent: sponte verò accedentes
 ad aras, prius expiari apud dæmones, purgari-
 que solitis eorum sacrificiis præparabat. Clericis
 autem omnia priuilegia, honores, consuetudinesque
 subtraxit, & leges positas pro eis soluit, ipsosque
 curiæ tradidit, simul & à virginibus & viduis,
 quæ pro penuria inter clericos alebantur, iustitiam
 dicitur. Constantinus namque Imperator disponens

Ornamenta nens res Ecclesiarum vnicuique ciuitati prospexit,
 vt clerus sufficientia emolumenta perciperet, &
 hoc lege firmavit, quod hæcenus mortuò Iuliano
 seruatur. Hanc exactionem aiunt valde fuisse cru-
 delem. Auferebat enim subinde pecunias, & orna-
 menta sacra: templaque sub Conitantino &
 Constantio fundata destruebantur, data ad ædificia
 pecuniæ, rursus exigebantur. Hac occasione sa-
 cerdotes & clerici, & populus Christianus crudeli-
 ter vexabantur.

SOCRATES.

*P*ER idem tempus in Alexandrinorum maxima
 ciuitate contigit ex huiusmodi causa seditio. Erat
 locus quidam in ciuitate antiquis temporibus
 desolatus atque neglectus, multaque sordē cō-
 pletus: hic Pagani olim Deo Mithræ sacrificantes
 homines immolabant: quem locum Constantius
 quasi vacantem Ecclesiæ Alexandrinæ cōcesserat.
 Hic Georgius volens oratorium extruere, locum
 repurgari faciebat. Quod dum fieret, inuētum
 est illic aditum in multa profunditate constructum,
 in quo Paganorū mysteria celebrabatur. Erant enim
 ibi caluarie hominum plurimæ, maiorum pariter
 & infantium, qui perhibebantur illic extincti,
 vt ex eorum visceribus artes magicas exercerent.
 Hæc igitur Christiani reperientes in adyto Mithræ,
 studuerunt ad irrisionem Paganorum vniuersis
 hæc facinora referre, diulgabaturque capita hominum
 quæ compererant. Hæc Alexandria Pagani videntes,
 & opprobrium non ferentes, ira succensi sunt,
 & omnes quos ad præfens inuenerunt arma induentes,
 impetu contra Christianos facto, multos interemerunt,
 alios gladiis, alios fustibus aut lapidibus,
 alios gladiis strangulantes, quosdā etiam crucifigentes
 ad sacræ crucis iniuriam, plurimos diuersis
 vulneribus affligentes. Et ita factum est, vt neq;
 proximis parceretur: sed philosophus philosophū
 percussit, & frater fratrem, parentes filios: &
 inuicem in mutua nece grassati sunt. Quamobrem
 Christiani eundem locum purgare quieuerunt.
 Interea cum Iudices denūciassent mortuum fuisse
 Constantium, & imperare Iulianum, seditioem
 fecit in Alexandria populus Paganorum & impetu
 facto contra Georgium, vinculis eum alligauerunt.
 Quem paulò post venientes ad carcerē peremerunt,
 cuiusque cadauer imponentes camelo, à mane vsque
 ad vesperam per totam traduxerunt ciuitatem,
 & circa serum diei concremauerunt. Multi ferunt
 Arrianorum quoddam à fautoribus Athanasij id
 factum sit: sed ego reor indubitanter hoc fecisse
 Gentiles, cum vtrique & querelas haberent
 aduersus eum propter idola & templorum iniurias,
 prohibitionemque solennitatum. Quod etiam Iulianus
 sic se habuisse testatur per literas ad Alexandrinos
 missas, in quibus culpatur eos, pœnāmque relaxat,
 quasi propter reuerentiā Serapis, quem ciuitatis
 conseruatore dicit, & Alexandri conditoris eius,
 necnon Iuliani auunculi sui, qui in paganismo
 strenuus fuit, & Christianos supra modum oderat.
 Igitur Athanasium de fuga remeantem,
 Alexandrinorum populus libenter excepit.
 Expuleruntque Ecclesiis Arrianos, & Athanasio
 scepra venerabilia tradiderunt. Verum Arriani
 in domibus ignobilibus se colligentes, lo-

A co Georgij Lucium habuerunt. Ea siquidem tempe-
 state Lucifer Caralensis, & Eusebius Vercellensis
 Episcopi, Imperatoris iussione ab exilio reuocantur.
 Vtrique enim vltra Thebaidos terminos ab exilio
 remeantes tractabant, quemadmodum corruptam
 Ecclesiæ regulam repararent. Placuit igitur vt
 Lucifer quidem ad Antiochiam Syriæ perueniret,
 Eusebius Alexandriam, vt vnā cum Athanasio
 facto concilio Ecclesiæ dogmata roborarent.
 Lucifer tamen misit in locum suum Diaconum,
 per quem professus est ratum se habiturum,
 quod esset concilio ordinatè constitutum. Ipse
 autem veniens Antiochiam, fluctuantem inuenit
 Ecclesiam, erat enim inter se turba diuisa, & non
 tantum hæresis Arriana, quæ erat sub Euzoio,
 diuidebat Ecclesiam: sed etiam Melitij sequaces,
 studium habentes circa suum præfulem à suis
 confortibus recesserunt. Tunc ergo Lucifer ordinans
 ei Paulinum Episcopum, rursus absciscit. Eusebius
 autem veniens Alexandriam, cum Athanasio
 concilium celebrauit.

SOZOMENVS.

*I*Nterea plurimi Episcopi in Alexandria congregati
 cum Athanasio & Eusebio Nicæni concilij decreta
 roborauerunt: & consubstantialem patri ac filio
 spiritum sanctum sunt professi, Trinitatemque
 nominauerunt. Et quoniam de substantia & subsistētia
 quæstio turbabat Ecclesias, sapienter decretum
 est vt his nominibus contra Sabellianos solos
 vramur, ne vocabulorum inopia idem putetur
 esse substantia quod subsistētia. Verum Athanasius
 librum de satisfactione fugæ olim à se conscriptum
 tunc eis præsentibus legit: cuius partes viles,
 & quæ profunt hic intexens, totum librum
 multorum versuum quætere, & legere studiosos
 admonco. Ait enim: Ecce huiusmodi sunt præsump-
 tiones impiorum hæc agentes, nec erubescētes.
 In quibus primum contra nos mala sunt machinati,
 hæcenus accusant quoddam manus eorum paratas
 ad necem declinare potuerimus, & amarissimè
 potius ingemiscunt, quod nos penitus extinguere
 nequieuerunt, & improperant timoris causam,
 ignorantes quoddam hoc submurmurant, in
 semetipfos magis retorquent culpam. Nam si
 fugere malum est, persequi multò deterius. Hic
 quidem ne moriatur, absconditur: hic autem per-
 sequitur, vt occidat. Et vt fugiatur quidem,
 scriptum est: qui autem quærit occidere, præuarica-
 tur legem, & magis ipse fugiendi præbet occasi-
 onem. Si ergo fugam improperant persequentes,
 pudeat eos potius sui ipsorum. Quiescunt insidari,
 & quiescunt continuò fugientes. Sed à malitia
 non desinunt sua, & comprehendere omni vir-
 tute festinant, scientes quia fuga persecutionem
 patientium indicium est maximum persequentium.
 Nullus enim mitem atque clementem fugit aliquā-
 do, sed magis ferocem simul & callidum. Omnis
 enim qui gemebat & vexabatur à Saul, fugiebat,
 & veniebat ad David. Sed isti propterea eos qui
 absconsi sunt, interimere student, ne ipsorum
 malitiam videantur arguere. Qui etiam in hac
 parte cæcantur. Nam quanto fuga manifestior est,
 tantò amplius eorum insidiis necis exiliæque
 commissa omnibus sunt aperta. Nam siue perimant,
 mors

Georgius sensit in christianos et paganos.

Cyrillus hieroso.

Iulianus Cæsar.

Iulianus pontificis nomine sibi assumpsit et paganorum more sacrificat.

Imber in Iuliani veste dei signum crucis nescit. Signum crucis quid.

Constantij mors.

Iulianum imperator appellauit.

Mares Episcopus Deo gratias agit quod cæcus esset, ne Iulianum pietate nudatum videret.

Clerici omnibus priuilegijs et honoribus priuati.

Deo Mithræ Pagani homines immolauerunt.

Pagani sauiunt in Christianos.

Georgij mors.

Georgius à paganis interemptus, cur.

Cœcilium Alexandrinum.

Tomofecundo.

Interfugam & persecutionem differetia.

Exemplum David.

contra eos semper exclamat: siue rursus exilia mimentur, vndiquaque ipsi contra se mali memoriam destinare noscuntur. Et siquidem sanam haberent mentem, viderent semetipsos in his esse constriatos, seque in consiliis suis offendere. Sed quoniã mentem amiserunt, propterea persecutione decipiuntur: & quærentes occidere suam non contemplantur impietatem. Nam si derogant eis qui fugiunt quærentes, quid faciant cum vident Iacob fugientem Elau fratrem suum, & Moysen in Madian descendisse propter Pharaonis timorem? Quomodo satisfaciunt fugienti David Saul, qui in domum misit, vt interimere eum, dum abscondus esset in spelunca, & mutasset vultum suum, donec declinaret ab Abimelech, ob quam causam inimicorum euasit insidias? Quid dicant isti, qui omnia proferunt temerè, videntes maximum Heliam in oratione quidem mortuum suscitasse, tamen abscondum propter Achab, & fugisse propter insidias Iezabel? Tunc etiam quæsi filij prophetarum cælati sunt latentes in speluncis apud Abdiam. Sed si hæc tanquam vetera non legerunt, saltem memoriam habeat Euãgeliorum. Nam & Discipuli propter metum Iudeorum recesserunt cælates semetipsos: & Paulus in Damasco à principe Gëtis quæsitus, de muro in porta demissus est, & manus quærentis effugit. Hæc igitur de sanctis viris scriptura dicente, quam vix excusationem suã perulantia potuerunt inuenire? Siue ergo timore improperent, contra semetipsos tanquam vãsani loquuntur: siue contra voluntatem Dei hoc dicant fieri, scripturarum diuinarum videntur penitus expertes. Nam in lege præceptum fuit, vt deputaretur etiam ciuitates ad fugam, vt hi qui quærebantur ad mortem, quoquo modo liberari possent. In nouissimo verò tempore seculorũ veniens ipsum, quod Moysi loquutum est, patris verbum, rursus hoc dedit mādātum, dicens: Cum persequuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Et post pauca dicit. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Daniëlem prophetam statem in loco, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiãt in montana: qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua: qui in agro, non reuertatur tollere vestes suas. Hæc enim scientes sancti, huiusmodi habuerunt conuersationis modum. Quæ enim tunc præcepit Dominus, hæc etiam ante incarnationem sui præsentia in sanctis loquutus est hominum terminus ad perfectionem ducens, vt quod Deus iubet, vt faciant. Propterea & ipsum verbum propter nos humanatum, cum quæreretur (sicut nos ipsi) abscondi dignatum est: & iterum cum persecutionem pateretur, fugit, & insidias declinavit. Decebat enim eum sicuti famem & sitim, ita etiam hoc pati, & hoc ostendere seipsum humanatum. Ab initio siquidem mox vt homo factus est, cum esset paruulus ipse per Angelum mandauit Ioseph: Surgens sume puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Futurum est enim, vt Herodes quærat animam pueri. Mortuo quoque Herode videtur propter Archelaum filium eius in Nazareth fugisse: & quando iam etiam Deum seipsum ostendebat, & manum aridam restituerat sanam, Pharisei quidem egredientes, concilium fecerunt aduersus eum, vt eum occiderent: Iesus autem sciens discessit. Nam & quando Lazarum

suscitauit à mortuis: Ab illo, inquit, die cogitarunt vt occiderent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat inter Iudæos, sed abiit inde in regionem iuxta desertum. Deinde Saluatore dicente: Antequam Abraham fieret, ego sum: Iudæi quidem tulerunt lapides, vt mitterent super eum: Iesus autem abscondus est, & exiit de templo. Et transiens per medium illorum ibat, & ita discessit. Putas hæc videntes, magis autem audientes, cum non videat, quomodo secundum quod scriptum est, non debeant igne comburi, quoniam contraria his quæ Dominus facit & docet, cogitant & loquuntur? Nam quando Ioannes martyrium sustinuit, eiusque corpus sepeliere discipuli, audiens Iesus discessit inde in nauem ad deserti locum seorsum. Dominus itaque hæc faciens, ita docebat. Sed vtinam isti vel sic erubescerent, & vsque ad homines suam petulantiam declararent, & non magis ac magis infantiles, viderentur etiam ipsum arguere Saluatorem, contra eum vtique blasphemias meditantes. Sed neque vãsanorum quisquam eos poterit sustinere, cum arguantur ne Euangelia quidem ipsa noscere: est enim occasio nostræ discessionis & fugæ rationabilis atq; vera, quam in Saluatore quidem Euangelistæ positam memorarunt. Nos autem etiam in sanctis viris oportet talia cogitare. Nam ea quæ de Saluatore humano modo cõscripta sunt, eadem communiter humano generi deputantur. Quæ nostra sunt, ille suscipit, & passione nostras infirmitates ostendit. Quod Ioannes ita conscripsit: Quærebant ergo eum tenere, & nullus misit in eum manus, quia nõdum venerat hora eius. Nam antequam hæc veniret, dicebat ipse matri: nondum venit hora mea. Et eis, qui fratres eius appellabantur ait: Meum tempus nondum venit. Rursus autem tempore passionis discipulis dicebat: Dormite iam & requiescite. Ecce enim appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sed neque antequam veniret tempus, teneri se passus est, neque cum venisset tempus, abscondus est, sed etiam semetipsum tradidit aduersariis. Sic & beati martyres in persecutionibus temporalibus custodiebant semetipsos, & dum quærentur, per latibula fugiebant: cum verò inuenirentur, martyrio se subdebant. Hæc de Athanasio retulisse sufficiat. Sed Iulianus postquam ad Orientem Persas bello pulsatus aduenit, & publica, quam prius occultauerat, erga idolorum cultum fieri cœpit infania, callidior cæteris persecutor, non vi neque tormentis, sed præmiis, honoribus, blanditiis, persuasionibus, maiorem penè populi partem, quam si atrociter pulsasset, elicit, studia authorum Gentilium Christianos adire prohibens, ludos literarum illis solis Deos deasque venerarentur, patere decernit. Militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus iubet. Procuracionem prouinciarum iurisque dicendi Christianis statuit non debere committi, vt pote quibus etiam lex propria gladio vti vetuisset. Et proficiebat quotidie in huiusmodi legibus exquirendis, quibus & si quid versutum vel callidum, tamen quod minus videretur crudele, decerneret. Sed non erga Athanasium fictæ philosophiæ tenere imaginem potuit. Etenim cum velut tetrì serpentes de cauernis terræ ebullientes, ad eum processisset magorum, philosophorum, Aruspicum, augurumque manus prophana, omnes

Iacob fugit à facie Esau.
David fugit à saule.
Helias fugit propter Achab & Iezabel.

Apostoli propter metum Iudeorum fugerunt.

Mat. 5.

Christus fugit.

Mat. 2.

Ioan. 11.

Mat. 14.

Ioan. 6.
Mat. 12.

Ioan. 2.
Mat. 26.

Ex lib. 2.
Ecclesi. hist. cap. 32.

Iulianus quomodo Christianos à sua Religione diuertebat.

Athanasius non potuit flecti à sua Religione.

omnes pariter allegant nihil suis artibus successurum, nisi prius Athanasium, velut omnium horum obstaculum, sustulisset. Iterum mittitur exercitus; iterum duces, iterum oppugnatur Ecclesia. Cùmque eum mæsti & flentes populi circumstarent, prophético apud eo vsus sermone perhibetur: Nolite (inquit) filij conturbari, quia nubecula est, & citò pertransit. Cùmque discessisset, & nauis per Nilum fluuium iter ageret, comes qui ad ipsum missus fuerat, cognito eius itinere, instanter eum insequi cœpit. Et cum fortè applicuisset Athanasij nauicula ad quandam locum, cõperit à prætereuntibus nisi prospiceret imminere. Conterriti omnes qui simul aderant socij eremum suadebant ad fugæ præsidium petendam. Tum ille: Nolite, inquit, filiioli deterreri, eamus magis in occursum percussori nostro, vt sciat quia longè maior est qui nos defendit, quam qui persequitur. Et conuersa nauicula, iter agere obuiam ei qui se insectabatur, aggressus est. Ille qui nullo genere suspicari posset in occursum sibi venire quem quæreret, tanquam prætereuntes aliquos interrogari iubet, vbi audissent esse Athanasium. Cùmque respondissent vidisse eum non longè euntem tota celeritate pertransiens, properat in vanum, festinans capere, quem ante oculos positum videre non potuit. Ille verò Dei virtute monitus, Alexandria redit, ibique tutò latebras, vsquequo persecutio cessaret, exegit. Dedit & aliud Iulianus percordiæ suæ ac leuitatis indicium. Nam cùm Daphnis in suburbano Antiochiæ iuxta fontem Castalium litare Apolini, & nulla ex his quæ quærebat, responsa susciperet, causasque silentij percunctaretur à sacerdotibus dæmonis: aiunt: Babilæ martyris sepulchrum propè adfistere, & ideo responsa non reddi. Tum ille venite Galilæos (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auferre sepulchrum martyris iubet. Igitur Ecclesia vniuersa conueniens, matres & viri, virgines, iuuenesq; imensa exultatione succincti trahebant longè agmine arcam martyris, psallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculprilia, & qui confidunt in simulachris suis. Hæc in auribus prophani principis per sex millia passuum tanta exultatione psallat per omnis Ecclesia, vt cælum clamoribus resullaret. Vnde & ille in tantam iracundiæ rabiem deductus est, vt altera die comprehendere Christianos passim & trudi iuberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici. Quod Salustius Præfectus eius non probans, licet esset gentilis, tamen iussus exequitur, & apprehensum vnum quendam adolescentem qui primus occurrit, Theodorum nomine à prima luce vsque ad horam decimam tanta crudelitate & tantis mutatis carnificibus torfit; vt nulla ætas simile factum meminerit. Cùm tamen ille in eculo sublimis, & hinc inde lateribus instante terrore, nihil aliud faceret, nisi quod vultu securo & leto psallum, quem pridie omnis Ecclesia cecinerat, iteraret. Cùmque se omnis expesa crudelitate Salustius nihil egisse perspiceret, recepto in carcerem iuvene, abiisse fertur ad Imperatorem & quid egerit nunciassè, ac monuisse ne tale aliquid tentare vellet de cætero, alioquin & illis gloriam, & sibi ignominiam quæreret. Tunc Theodorum ipsi nos postmodum apud Antiochiam vidimus. Et cùm

Athanasius prophético sermone vsus.

nota.

Iulianus.

Babilæ martyris sepulchrum impedit responsa dæmonis.

Iulianus Christianos persequi aggressus dicitur.

Theodorus martyr.

requireremus ab eo si sensum doloris habuisset ex integro, dicebat se quidem dolores parum sensisse, astitisse autem quendam iuuenem, qui sudanti sibi, linteo candidissimo & sudores abstergeret, & aqua frigidam frequenter infunderet; & ita se esse delectatum. Vt tunc mæstior factus sit, quando deponi de eculo iussus est. Comminatus igitur Imperator post victoriam Persicam melius se Christianos debellaturum, profectus quidem est, sed nullus redit: Ibi namque incertum à suis an ab hostibus confusus, post annum & octo menses præsumpti Augustalis Imperij, finem vitæ fecit. Socrates. Calistus autem qui inter familiares Imperatoris tunc militabat, & Heroico versu eius conscripsit historiam, ait eum à dæmone vulneratum, fuisse defunctum. Iulianus ergo quarto Consulatu suo quem ediderat cum Salustio; vt. die Iunij mensis, in Persica regione defunctus est, anno iij. Imperij sui, septimo verò ex quo Cæsar à Constantio fuerat ordinatus, vitæ anno trigésimo primo. Post cuius mortem eius Magiæ comperta sunt. Carræ namq; ciuitas est, hæctenus impietatis eius reliquias habens; per hanc iter agens, quoniam per Edessam propter piæ religionis cultum transire noluerat, in templum quod à Paganis colitur, est ingressus, vbi cum quædam cum suis consortibus sacrilegia celebrasset, ianuas & claustra disposuit; & quosdam ibi milites obseruare præcepit, vt intra hoc nullus accederet donec ipse rediret. Cùmque mortuus fuisset, & impio pium successisset imperium, ingredientes in templum, inuenerunt mira principis simulachra, eiusque sapietiam & famosissimam pietatem. Viderunt enim mulierem à capillis appensam, extensas habentem manus; cuius vterum aperuerat, vt Persam victoriam in iecore eius inspiceret. Hoc ergo scelus in Carris inuentum est. Verum in Antiochia plurimas arcas in Palatio humanis aiunt capitibus plenas fuisse repertas, & innumera in puteis demerita corpora mortuorum. In qua vrbe cum eius nunciatus fuisset interitus, publicam cuncti habere festiuitatem, & non solum in Ecclesiis & sepulturis martyrum saltabant, sed etiam in theatris Crucis victoriam prædicabãt, illius Magiæ insultantes. Ego autem etiam clamorem fauoris eorum hic ponere necessarium iudicavi, vt etiã apud posteros hæc memoria referretur. Cõmuniter enim clamabat omnes: Maxime fatue, vbi sunt vaticinia? Vicit Deus, & Christianus eius. Milites igitur in maxima solitudine cõuenientes, omnia omni dilatione, altero die Iouiniano infulas Imperatoris imponunt. Erat enim vir fortis & nobilis, & illo tempore χιλιαρχος, id est, Millenarius; quo Iulianus electionem militibus lege proposuit, vt aut sacrificarerent, aut militia cederent: qui cingulũ magis elegit amittere, quã Imperatoris præceptis impiis obedire. Hunc ergo tunc Iulianus propter belli necessitatẽ inter viros militares habebat. Qui cū violenter à militibus ad imperiũ traheretur, clamabat, dicens: nõ se velle Paganis hominibus imperare, cū ipse Christianus existeret, Cùmq; vox hominũ communiter proclamasset, dicentiu, se quoq; Christianos, suscepit impetiũ. Theodoretus. Iouinianus etiam Iouiniano Imperator, mox vt Imperij sui terras ingressus, primũ scripsit legẽ, vt Episcopi de exilio rediret, & Ecclesias eis reddendas esse professus est; qui expositam in Nicæa fidẽ inuolabiliter seruassent.

Ex li. 6. hist. Trip. cap. 47.

Iulianus ubi obiit.

Iulianus in Antiochia.

Antiochia in theatro celebrant Magiæ ob interitum Iuliani.

Ex li. 7. hist. Trip. cap. 11.

Iouiniano Imperator, mox vt Imperij sui terras ingressus, primũ scripsit legẽ, vt Episcopi de exilio rediret, & Ecclesias eis reddendas esse professus est; qui expositam in Nicæa fidẽ inuolabiliter seruassent.

Scriptis etiam Athanasio, qui præcipuus erat horum dogmatum propugnator, petens ut ei rescriberet perfectam diuinorum dogmatum disciplinam. Qui eloquentiores Episcopos congregans rescripsit, rogans ut fidem Nicææ expositam custodiret, tanquam Apostolicis dogmatibus congruentem. Cuius epistolæ verba sunt hæc.

PIISSIMO ATQVE CLEMENTIS.

smo victori Augusto Iouiniano Athanasius, & reliqui Episcopi, conuenientes ex persona omnium Episcoporum Aegyptiorum, Thebaidos & Lybia.

DECET Deo amabilem principem discendi habere voluntatem, desideriumque cælestium.

Sic enim verè & cor habes in manu dei, & imperium cum pace multis annorum curriculis gubernabis. Volente igitur à nobis tua discere pietate catholice Ecclesie fidem, gratias ob hoc Domino referentes, curauimus ut prolatam ab omnibus patribus in Nicæa tuæ pietati insinuaremus fidem. Hanc enim repudiantes quidam, nobis quidè frequentè insidiati sunt, eò quòd Arrianæ non consentiremus infantiæ. Autores verò facti sunt hæreses, & schismatum vniuersalis Ecclesie. Vera ergo & pia in Dominum nostrum Iesum Christum fides, est omnibus manifesta, & ex diuinis literis agnita atque lecta. In hac enim etiam sancti martyrio consummati sunt, & requiescentes in Domino nunc consistunt. Manserat itaque semper fides illæsa, nisi calliditas quorundam hæreticorum eam violare præsumeret. Arrius enim quidam, eiusque sectatores erumpere, & impietatem aduersus eam introducere tentauerunt, dicentes, ex non extantibus, & creaturam, atque facturam, conuertibilemque esse filium Dei. Plurimosque per talia seduxerunt, ita ut etiam qui aliquid esse videbantur, blasphemia huiusmodi traherentur. Verum sancti patres nostri olim conuenientes (sicuti prædiximus) in Nicæno cõsilio, Arrianam quidem sectam anathematizauerunt, catholicè verò Ecclesie fidem (scriptura teste) professi sunt. Eaque prædicatione hæresis extincta est, quæ ubique videbatur accensa. Hæc itaque fides per omnes Ecclesias legebatur & prædicabatur. Sed quoniam Arrianam hæresim quidam renouare volentes, ipsam siquidè à patribus in Nicæa prolatam anathematizare præsumperunt, alii qui verò fingunt se eam profiteri, sed ipsam veritatem negare noscuntur, aliter interpretantes cõsubstantialitatem, & sancto spiritui blasphemantes, cum dicunt eum creaturam esse, atque facturam per filium celebratam necessariò considerantes læsionè ex huiusmodi causa contra populum generatam, offerre tui pietati confessionem Concilij Nicæni curauimus, ut pia religio tua cognoscat, cum quata scrupulositate conscripta sit, & quantum errèt qui extra eam volunt aliquid edocere. Cognoscere deo amabilis Imperator, quoniam hæc quidem prædicatur à seculo, & hanc professi sunt partes in Nicæa conuenientes. In hac quoque fide concordant omnes Ecclesie in Hispania, & Britannia, necnon in Galliis, Italiis, & in Dalmatiis cõstitutæ, in Cappadocia, Mysia, & Macedonia, & vniuersa simul Helladè, sed etiam in vniuersa Africa, Sardina, Cypro, Creta, Pamphilia, Licia, Isauria, & in omni

Ecclesia catholica signa.

Agypto & Lybia, Ponto & Cappadocia, partibusque vicinis, & Orientales Ecclesie præter paucos Arrii sectatores. Omnium namque prædictorum sententiam experimèto cognouimus, literas habemus, eosque nouimus Deo amabilis Imperator, quia cum pauci quidam huic fidei contradicant, præiudiciù facere non potuerunt in toto orbe terrarum. Multo enim tempore ab hæresi Arriana pulsati, nunc etiam pietati cõtentione maxima contradicunt. Ut verò hæc pietas tua cognoscat, licet sciat, tamè studiuimus fidem Nicæno consilio professam ab Episcopis trecentis decem & octo, subiungere. Et autè hæc Niceni concilij fides.

B Credimus in vnum Deum patrem omnipotentè. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre vnigenitum: hoc est, de substantia patris, Deum à Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, cõsubstantialem patri, per què omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, incarnatus, humanatus, passus est, & die tertia resurrexit. Ascendit in cælos, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat: & antequam nasceretur nõ erat: & quia ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel subsistentia, dicentes esse: aut creatum, aut conuertibilem, aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat sancta catholica & Apostolica Ecclesia. In hac fide Deo amabilis Imperator, nos cõsistere necessarium est, tanquam sacra & Apostolica, nullaque mouere eam seductione verborum atque contentione: quod ab initio Arriani fecerunt, ex non extantibus filium dicentes. Et quia erat, quando nõ erat, & creatus, & factus, & cõuertibilis est. Propterea (sicuti prædiximus) & Nicæa synodus hæresim anathematizauit huiusmodi, fidem verò professam esse veritatis. Non enim simpliciter similem dixerunt filium patri, ne simpliciter similis Deo Deus verus esse crederetur, sed etiam cõsubstantialem scripserunt, quod proprium est geniti verique filij, ex vero & naturali patre nascentis. Sed neque spiritum sanctum alienauerunt à patre & filio, sed potius glorificauerunt eum cum patre & filio in vna sanctæ Trinitatis fide: eò quòd vna sit in sancta Trinitate diuinitas.

Symboli concilij Nicæni.

E Has literas Imperator leges confirmauit quæ habuerat de sacris scientiæ & affectu: aliamque cõscripsit legem, ut frumètorum consuetudo redderetur Ecclesiis, quam maximus distribuerat Cõstantinus, & dari prohibuerat Iulianus. Et quoniam propter illius impietate orta fames, non sinebat totà tunc summam quæ Cõstantinus cõstituerat, erogari, tertiã partem Iouinianus ad presens impedi promissit, ita ut cessante fame, frumenta integra præberetur.

Iouinianus Cõstantini leges abrogatas restituit.

SOZOMENVS.

Igitur Imperator tunc etiam secundo nomine Iulianum præfecturam gubernanti Prætorianam legem dedit, ut capitali sententia plecterentur, qui vel sacram virginem nuptiali thoro violare auderet, vel impudico aspectu aspiceret, ne dicam abripere fortè teteret. Quam legem ideo posuit eò quòd Iuliani temporibus quidam huiusmodi virgines uxores ducere ausi fuerant. Inter hæc Athanasius Alexandrinus sedit Episcopus cum paucis suorum communicato

Virgines sacræ non violandæ.

municato consilio necessarium iudicauit, ut Christianum videret Imperatorem. Veniensque Antiochiam, Principem de quibus oportebat edocuit.

Quidam aiunt, quòd cum ipse magis euocauit Imperator, ut quæ necessaria pro religione & recta fide videretur, exponere: dissonansque, ut decebat, causas Ecclesie de reditu cogitabat. Verum Euzoïus Arrianæ sectæ Antiochenæ ciuitatis Episcopus, studebat ut Probatianus quidam eunuchus, in Alexandria vrbe ordinaretur Episcopus. Cùmque hoc ageretur, Lucius Alexandrinus à Georgio præbyter ordinatus, adiit Imperatorem, & maledicens Athanasio, quasi temporibus Episcopatus illius fuisset accusatus, & plurima exilia sub præcedentibus sustinisset Imperatoribus, essetque circa sacra per eum causa discordie, supplicabat ut alius in Alexandria ciuitate ordinaretur Episcopus. Verum Imperator sciens, quantæ Athanasio inimicorum insidie factæ fuissent, detractiones huiusmodi non respexit, sed Lucium quidem cum multa interminatione tacere iussit, Probatianum verò eiusque sequaces eunuchos autores huiusmodi scelèrum atque turbarum castigandos esse præcepit. Porro Athanasium amicum sibi maximum factum destinauit in Aegyptum, ut sicut ei videretur causas Ecclesiarum populòque dissonaret. Fertur enim quòd cum pro maxima virtute conuersationis sapientiæque laudauerit. Aiunt quidem antequam sub Constantio Imperatori Arriani tenerent Ecclesias, somnium vidisse Antonium monachum, quasi burdones altare sacrum calcibus euertissent, experrectumque dixisse: Ab adulteris & permixtis hominibus Ecclesiam calcari. Quæ non fuisse mendacia posterior monstrauit euentus.

SOCRATES.

Tunc igitur Imperator impetum retinens hæreticorum discessit ab Antiochia, & venit ad Tharsum Ciliciæ, ibique corpus Iuliani sepeliuit. Et cum cuncta solennia funeri eius exhibuisset, consul est designatus. Cùmque Constantinopolim festinaret, venit ad prædium nomine Dadaistana inter Galatiam & Bithyniam, vbi philosophus Themistius cum aliis senatoribus occurrens, Consularè recitauit orationem. Feliciter tunc agi poterant res Romanæ publicæ, & simul Ecclesiasticæ sub principe benigno dispositæ, nisi repentina mors talem virum ab hominibus abstulisset. In prædicto namque prædio hyemis tempore in phraxis languore cõstrictus est mortuus. Consulatu suo & Varroniani filij, septimodecimo die Februarij mensis, qui regnauit mensibus septem, vixit annis triginta tribus.

Exequie Iuliani.

Themistius philosophus.

Iustiniæ mors.

Valentinianus successit Iouiniano.

Sozomenus. Cùmque in Nicæam Bithyniæ venisset exercitus, Valentianum ordinauit Imperatorem, virum optimum, & apice principali dignissimum.

Socrates. Valentinianus igitur ordinatur vicefimo quinto die eiusdem Februarij mensis, Pannonius genere, de Cibala ciuitate: cui tunc erat militum cura commissa: quoniam probatissimè militarem nouerat disciplinam. Fuit etiam vir magnanimus, & semper præsentis fortuna melior apparebat.

THEODORETVS.

IS enim non modò fortitudine, sed etiam prudentia, temperantia atque iustitia & corporis magnitudine præfulgebat. Adeo enim fuit regalis pariter & vrbanus, ut cum exercitus tentasset ealium sociare consortem, ille responderit, quòd caritatur ab omnibus. Vestrum (inquit) fuit, o milites Imperatore non existente mihi dare regimè imperij. Verum vbi hoc ego suscepi, meum iam & non vestrum est de rebus cogitare cõmunitibus. Cuius verba admirati milites, eius secuti sunt voluntatem. At ille fratrem de Pannonia vocans, quòd non debuit, socium fecit imperij.

Socrates. Post triginta dies auspicij sui. Theodoretus. Cui Asiæ sceptrum contradens pariter & Aegypti, Europam sibi distribuit. Et veniens ad Hesperiam, omnem illic docuit æquitatem, à prædicationibus pietatis incipiens. Tempore autè quo Valens suscepit imperium Apostolicis dogmatibus ornabatur. Cùm verò Gothi transisset Istrum, & Thraciam peragrarent, collecta militia pugnare cogitabat contra eos. Cui placuit ut non nudus sacra gratia pugnaret, sed sancti baptismatis munitus armis: & hoc quidem bene placuit, & valde sapienter. Quòd verò postea gessit magnam animi mollietiam, & proditionem significat veritatis: Ea namque infelix passus est, quæ progenitor Adam. Coniugis enim est seductus alloquio, & muliebribus verbis illaqueatus. Illa namque primitus Arrianæ fallaciæ captio nibus irretita, etiam istum secum corruere in blasphemie foueam peruasit, cuius seditionis autor fuit Eudoxius. Is enim generis adhuc Constantinopolitanæ gubernacula tenebat Ecclesie, non regens, sed suam potius mergens nauem. Tunc ergo in baptismatis tempore, iureiurando miferimum obligauit, & ut in pietate dogmatis permaneret, & vndique cõtraria sapientes expelleret. Sic itaque ille doctrinam Apostolicam derelinquens, contrarias partes sumpsit, & paulò post quæ iurauerat adimpleuit. Circa hæc itaque tempora Eunomius ab Eudoxio separatus, seorsum agebat missas, propterea quòd cum sæpe rogasset ut susciperetur præceptor ipsius Aëtius, Eudoxius non exaudisset. Hoc autem non ideo refurauit, quòd sectam declinaret Aëtij, cum eam scilicet prædicaret: sed quoniam omnes vnanimè illius, eum sectæ alterius favebantur. Ista ergo causa fuit, ut ab Eudoxio separaretur Eunomius. Hæc igitur Cõstantinopoli gerebantur. Deinde Alexandria præceptum præfectorum, studio Eudoxij destinatum cõturbauit Ecclesiam. Verum Athanasius irrationabilem furorè populi metuens, atque timens ne malorum facientium ipse causa esse videretur, quatuor mensibus seipsum in sepulchro patris abscondit. Cùmque propter eius absentiam seditionem desiderio ipsius populus excitasset, cognoscens Imperator propter hoc Alexandriam esse turbatam, literis indicauit ut Athanasius licitè teneret Ecclesias. Et hæc fuit causa ut vsque ad Athanasij mortem Alexandria non turbaretur Ecclesia. Quòd verò post eius mortè rursus Arriani eas Ecclesias inuasent, paulò post narrabo.

Valentinianus seductus coniugis alloquio.

Eudoxius seductionis Valentiniani author.

Missæ.

Athanasius quatuor mensibus in sepulchro patris latuit.

SOCRATES.

Sciendum verò quòd cum viueret Athanasius Alexandrinus Episcopus, diuina quidem prouidentia Alexandriam vel Aegyptum Valens Imperator

rator distulit commouere, audiens Athanasium a cuncta diligi plebe, & metuens ne forte seditione facta a republica vexaretur. Verum Athanasius Consulatu Gratiani secundo, & Probi post crebra pro Ecclesiae statu certamina hac priuatus est vita, quum quadraginta & sex annis per multa pericula sedem crexisset Episcopalem.

Athanasius vita finit.

THEODORETUS.

CVM igitur in Alexandria victor Athanasius post multa certamina, innumerisque coronas, vitae finem suscepisset, & ad laborum suorum premia dimigrasset, suscepit Petrus vir optimus Praesulatum, quem dudum ille beatus elegerat, cunctis consentientibus, & sacerdotibus, & nobilibus, cunctaque plebe, & fauore suo propriam ostendebat.

Petrus Athanasio successit.

SANCTI ATANASII EPISCOPI IN VITAM SANCTI ANTONII MONACHI

praefatio. Ad peregrinos fratres.

Primum, fratres, iniistis certamen, aut aequari Aegypti Monachis, aut superare nitentes virtutis instatia. Etenim apud vos iam plurima sunt monasteria, monachorum quoque nomen est celebre, & hac voluntatem iuste quisque mirabitur, oratibusque vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis a me, vt vobis scriberem de conuersatione beati Antonij volentibus discere quemadmodum ceperit, quidue fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitae, & si vera sunt ea quae de ipso fama dispersit, vt ad eius aemulationem, atque exemplum vos instituere possitis, magna cum laetitia suscepi vestrae charitatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est, atque vtilitas hoc ipsum quod recordor Antonij, & vos cum admiratione audientes scio eius propositum cupere sectari: perfecta est siquidem ad virtutem via Antonium scire quid fuerit. Ergo vt breuiter dicam, ex omnibus, quae de eo referuntur, sermo iactauit, credite, & minima vos existimate audisse de maximis,

Fratres peregrinos laudat ob sua institia.



Perfecta est ad virtutem via scire Antonium quid fuerit.

tibus voluntatem. Is enim Athanasij sudorum particeps fuit & cum esset in ciuitate, & cum diuersa latibula peragraret, multifariaque pericula cum eo sustinuit. Quapropter cuncti sacerdotum concurrentes, dignum haeredem Petrum Athanasij clamauerunt. Cumque eu in pontificali sede constituissent, repente Iudex prouinciae, Paganorum populum congregans, & pariter Iudaeorum, Ecclesiae septa circumdedit, Petrum exire precipiens, nolentemque, interminatus est abstrahere. Faciebat hoc, Imperatori placere volens, cum ei contraria sapientes calamitati submitteret. Quod autem verum est, impietatis ira completur: idolis potius placere nitebarur, & tempestatem Ecclesiae claram putabat esse festiuitatem. Petrus itaque vir admirandus, insperatum respiciens bellum, latenter egressus est, & ascendens nauem, profectus est Romam.

quia non ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere, cum & ego rogatus a vobis, quantacunque per epistolam significauero, non aequalia sim eius meritis narraturus. Sed & vos omnes hinc nauigantes studiosè percontamini, quod singulis quae norunt referentibus, congrua dignaque tanti nominis relatio compleatur. Disponebam itaque post lectionem literarum vestrarum aliquos ad me monachos inuitare, & maxime eos, qui crebro ad eum ire consueuerant, vt plenius aliquid addiscens, munera vobis maiora transmitterem. Sed quoniam & nauigationis tempora labebantur, & tabellarius vehementissimè festinabat, ideo ea quae & ipse nouerat (frequenter enim eum visitauit) & quae ab eo didici, quae ad praebendam ei aquam non paululum temporis cum eo feci, dilectioni vestrae indicare prope rari, vtrobique curam veritatis habens, vt neque plus aliquis audiens miraculorum congectionem non credat, nec rursus meritis eius inferiora cognoscens, non putet dignum esse miraculo pro tanti nominis viro.

VITA SANCTI ANTONII AB

BATIS, AB ATHANASIO EPISCOPO

Alexandrino conscripta.

ANTONIUS nobilibus religiosisque parentibus natus, in Aegypto oriundus fuit, tata suorum nutritus cura, vt nihil aliud praeter parentes, domumque cognosceret. Et cum iam puer esset, non se literis erudiri, non ineptis infantium iungi passus est fabulis, sed Dei desiderans, secundum quod scriptum est, innocens habitabat domi. Ad Ecclesiam quoque cum parentibus saepe conueniens, nec infantum lasciuia, nec puerorum negligenciam sectabatur, sed tantum ea quae legebantur auscultans, vtilitatem praeeptorem vitae institutione seruabat: non fuis, vt solet illa aetas, pro variis & delicatis cibus vquam tadio fuit, non esca mollioris blandimen-

Antonij puerus.



Antonius infans, Dei desideriosus.

ta sectatus est, his solum quae dabantur, contentus, nihil amplius requisit. Post mortem autem parentum annorum circiter decem & octo, seu viginti, cum sorore admodum paruula derelictus, & domus, & sororis honestam curam gerebat. Nec dum vero sex fluxerant menses, quibus ad Ecclesiam (vt solebat) accurrens, recordabatur quomodo & Apostoli omnibus spretis secuti fuissent Saluatore, & multi, vt legeret in Actis Apostolorum, facultibus suis venditis, precia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda, quae uel, aut quata spes iisdem reposita esset in caelis. Talia secum voluens intrauit Ecclesiam, & accidit vt tunc legeretur Euangelium, in quo Dominus dicit ad diuitem, Si vis perfectus esse, uade, uende omnia tua, quaecunq; habes, &

Quod factum est in deserto sit imperium Dei.

Vide Isaiam. cap. 23. Leuit.

Mat. 6. Antonius Rebus suis pauperibus elargitus, arduum institutum est aggressus.

Antonius perseuerabat in oratione.

Ieiunabat monachi ante Antonium.

bes, & da pauperibus, & ueni sequere me, & habebis thesaurum in caelo. Quo audito, quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset, & ueluti propter se haec esset scriptura recitata, ad se dominicum traxit imperium: statimque regressus, possessiones quas habebat, vendidit. Erant autem ei trecentae palmae uberes, & valde opimae, quas vicinis largitus est, ne in aliquo aut sibi, aut forori molestia gigneretur. Caetera uero, quae in mobilibus possidebat, uniuersa vendidit, & aggregato non exiguo pretio, indigentibus dedit: paucis tamen ob sororem reseruatis, quae & sexu, & aetate videbatur infirmior. Rursus autem Ecclesiam ingressus, cum audisset Dominum in euangelio dicentem: Nolite cogitare de crastino: reliquam quoque portionem pauperibus distribuit, neque se uersari passus est domi, sed sorore fidelibus ac notis uirginibus commendata, vt earum nutrireretur exemplo, ipse iam omnibus seculi uinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum. Necdum autem tam crebra erant in Aegypto monasteria, neque omnino quisquam auiam solitudinem nouerat, sed quicumque in Christi seruitute sibimetipsum prodesse cupiebat, non longè a sua uillula separatus instituebatur. Erat igitur in agello vicino senex quidam vitam solitariam a prima sectatus aetate: hunc Antonius cum uidisset, emulatus est ad bonum. Et primum quidem incipiens etiam ipse in locis paululum a uilla remotioribus manebat, exinde autem, siquidem in hoc studio uigilantem compererat, procedens quae uel, ut apud prudentissima, nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi eius, quae cupiebat, frueretur aspectibus: & sic, tanquam munere mellis accepto, abibat ad sua. Tali ibidem institutus exordio, cum per dies singulos ita animum roboraret, vt nec opum paternarum, nec suorum meminisset affinium, omne etiam desiderium & solitudinem erga id quod ceperat, exerceret: operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non maderet: mercedem sane operis sui, precio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter, quippe qui didicerat, quod oporteret sine intermissione Dominum orare. Auditioni etiam scripturarum ita studium commodabat, vt nihil ex eius animo laberetur, sed uniuersa Domini praeepta custodiens, memoriam pro libris haberet. Sic suam vitam instituens, ab uniuersis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus ad quos studio discendi pergebat, obediens proprias singulorum gratias hauriebatur. Huius continentiam, iucunditatem illius sectabatur, istius lenitatem, illius uigilantiam, alterius legendi aemulabatur industriam, istum ieiunantem, illum humi quiescentem mirabatur, alterius patientiam, alterius mansuetudinem praedicabat: omnium quoque uicariam erga se retinens charitatem, atque uniuersis uirtutum partibus irrigatus, ad sedem propriam regrediebatur. Ibi secum uniuersa pertractans, omnium in se bona nitebatur exprimere. Neque uero aduersum coauios aliquando mouebatur, sed ea tantummodo flamma egregio uiro crescebat in pectore, ne secundus cuiquam in praedictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat, vt cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus esset. Nam & vicini & monachi, ad quos saepe ueniebat, Antonium uidentes, deicolam nuncupabant,

indultisq; naturae uocabulis, quidam ut filium, alij ut patrem diligebant. Dum haec gereret Antonius, quibus omnium in se prouocaret affectum, inimicus nominis Christiani diabolus impatienter ferens tantas in adulescente uirtutes, ueteranis eu aggressus est fraudibus. Et primo quidem tentas, si quomodo posset ab incepto cum instituto detrahere, immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensionem, generis nobilitatem, amoris terum, fluxam seculi gloriam, escae uariam delectationem, & reliqua uita remissioris blandimenta: postremo uirtutis arduum finem, & maximu perueniendi laborem, necnon & corporis fragilitatem suggerebat, & aetatis spacia prolixa, prorsus maximam ei cogitationum caliginem suscitabat, uolens eum a recto proposito reuocare. Postquam autem diabolus orationibus eius ad Deum per passionis fidem se intellexit elidi, consueta aduersum omnes adulescentes arma arripens, nocturnis eum inquietabat illecebris. Et primum noctibus infesta multitudine, & horribili metu sonitus eu exagitare conabatur. Per dies etiam tam apertis in eum telis irruebat, vt nullus ambigeret, quin Antonius contra diabolum dimicaret: nam & ille cogitationes sordidas conabatur inferere, & hic eas oratu summouebat affluo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore, hic fide, uigiliis, & ieiuniis corpus omne uallabat. Ille per noctes in pulchrae mulieris uertebatur ornatu, nulla omittens figmenta lasciuiae, hic uirgines gehennae flammis, & dolorem uermium recordans, ingesta sibi libidini opponebat. Ille lubricum adulescentiae iter, & ad ruinam facile proponebat: hic aeterna futuri iudicij tormenta considerans, illa sam animae puritatem per tentamenta seruabat. Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant. Qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adulescente, ut miserimus, deludebatur: & qui contra carnem & sanguinem sauebat, ab homine, qui carnem portabat, elusus est. Adiuuabat enim seruum suum Dominus, qui nostri gratia carnem suscipiens, uictoriam corpori contra diabolum largitus est, ut singulis ita certantibus Apostolicum liceret proferre sermonem: Non autem ego, sed gratia Dei quae mecum est. Postremo cum nec hoc argumento destruere posset Antonium draco teterimus, & uideret se semper ab eius cogitationibus repelli, secundum quod scriptum est: Stridens dentibus, & ululans, qualis est merito, talis apparebat & uultu, puer horridus atque niger, ad eius se genua prouoluens, humana uoce flebat dicens: Multos seduxi, plurimos decepi, nunc autem ut a caeteris sanctis, ita & tuo sum labore superatus. Quem cum interrogaret Antonius, quisnam esset, qui talia loqueretur, ait: Ego sum fornicationis amicus, ego multimoda aduersum omnes adulescentes turpitudinis arma suscepi, hinc & spiritus fornicationis uocor. Quantos pudice uacere disponentes fefelli, quot tenuiter incipientes ad sordes pristinas redire persuasi. Ego sum, propter quem Propheta lapsos increpat, dicens: Spiritu fornicationis seducti estis: & re uera per me illi fuerant supplantati. Ego sum qui te ipsum saepe tetraui, & semper repulsus sum. Cum hoc Christi miles audisset, gratias agens Deo, & largiore aduersus inimicum confortatus audacia, ait: Multum ergo despicabilis, multumque contemptibilis es: nam &

Tentatus a diabolo, quomodo.

Vigiliis et ieiuniis corpus omne uallabat.

Diabolus ab Antonio uictus.

Alia tentationis genera.

Spiritus fornicationis.

Psal. 117 Obscuritas tua & ætas, infirmarum signa sunt rerū. Nulla mihi iam de te cura est, Dominus mihi adiutor est, & ego exultabo super inimicos meos. Et statim ad vocem cantantis phantasma quod videbatur, euauit. Hæc autem Antonij contra diabolum fuit prima victoria, imò virtus in Antonio Saluatoris, qui peccatum in carne condemnauit, vt iustificatio legis in nobis compleretur, quia non secūdam carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Sed neque Antonio securitatem dedit hic vnus triumphus, nec diabolo semel fractæ defecere vires. Nam & iste, vt leo rugiens, quærebat aditum, per quem posset irrumpere: & ille scripturarum doctus eloquio, non ignorabat multas esse demonum captiones. Propter quod solerti propositum labore seruabat, considerans quia posset satanas in carnis colluctatione superatus, nouarum aduersus se artium machinas acius commouere. Idcirco magis ac magis subiugabat corpus suum, ne victor aliorum in aliis vinceretur. Disponens igitur duriori se vitæ lege constringere, cum omnes infatigabilem adolescentis mirarentur instantiam, sanctum toleranter ferebat laborem, & voluntariæ seruitutis longum in Dei opere studium consuetudine in naturam vertebat. Inediæ autem, & vigiliarum in tantum patiens erat, vt crudelitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione sapissimè, edebat semel in die post solis occasum, nonnunquam bi duo, triduoque sic permanens, quarta demum die reficiebatur. Sumebat verò panem & sal, potumque aquæ perparuum. De carnibus verò & vino tacere melius puto, quàm quicquam dicere, quoniam nec apud plurimos quidem monachorum istiusmodi escæ in vsu haberentur. Quietem autem membra concedens, iunco contexto atque cilicio utebatur: nonnunquam etiam super nudam humū iacebat vnguenta penitus repudians. Dicebat enim minimè possentium, & præcipuè iuuenum corpora roborari, si olei essent lenitate molita: oportere verò asperos carni labores imperare, secundum Apostoli præceptum dicentis: Quando infirmior, tunc fortior sum & potens. Asserebatque sensum sic animi posse reuiuiscere: si corporis fuisset impetus fatigatus. Vnde nec temporum longitudine laborum merita pefabatur, sed amore & famulatu spontaneo semper itaquam in principiis constitutus, ad profectum diuini metus desiderium concitabat: nouisque cupiens augeri præterita, supra memorati doctoris sermonum recordabatur, qui ait: Præterita obliuiscens, & in futurum conualescens. Meminerat quoque Eliæ propheta dicentis: Viuit Dominus, cui asto hodie ante ipsum, & diserebat cur hodie esset appositum, quia non computabat Eliæ præteritum tempus: sed tanquã quotidie in certamine constitutus, talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati eius. Igitur sanctus Antonius secū reputas oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere, ad sepulchra non longè à villa constituta secessit, vni de cognitis mandans, vt statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in vna marmorea supradictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur. Metuens ergo diabolus, ne accessu temporis eremum quoque habitari faceret, ita eum aggregatis satellitibus suis varia cede

Diabolus scripturarum eloquio doctus.
Inediæ, vigiliæ, et orationes Antonij. Vide hic mirã abstinentiam Antonij, & ciborum delectum.
3. Reg. 18.
Antonius Eliæ imitator.

laceravit, vt doloris magnitudo & motu auferret & vocē. Nam & ipse postea referebat, vulnera fuisset tam grauiā, vt vniuersa hominum tormenta superarent: sed Dei prouidentia, quæ nunquam in se sperantibus deest, conseruauit eum. Alio die is quē supra diximus, frater aduenit, cibos deferens assuescit, atque eum iacentē in terra semimortuū, fractis foribus inuenit. Quem impositum humeris, ad vilulæ domiciliū reportauit. Quo audito ingens vicinorum, atque affinium multitudo cōcurrentes tristi in medio positi funeri debitum reddebat officium. Et tiam media noctis parte transgressa, & grauis peruigiles omniū oculos vicerat sopor: Antonius, anima paululum redeunte, suspirans eleuauit caput, ceteris verò alra quiete prostratis, eū à quo delatus fuerat, vigilare cōspexit, eumque nutu aduocans obsecrauit, vt nullo penitus excitato, ad pristinū se referret habitaculū. Relatus ergo iuxta consuetudinem solus iterum permanebat, & stare quidem propter recentes plagas non poterat: oras verò prostratus, post orationem clara voce dicebat: Ecce ego hic sum Antonius, non fugio vestra certamina, etiam si maiora faciatis, nullus me separabit à charitate Christi. Psallebatque dicens: Si consistat aduersum me castra, non timebit cor meum. Talia eo dicente, bonorum hostis diabolus admiratus quòd post tor verbera fuisset ausus reuerti, congregatis canibus suis, & proprio furore se lapians: Videtis, ait, quòd nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, insuper audacter lacessit me. Omnia arma corripite, acius nobis impugnantis est. Sentiat, sentiat: debet scire quos prouocet. Dixit, & in adhortantis vocem audientium turba consentit, quia innumeras diabolus habet artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita vt loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria demonum exinde turba se effunderet: nam & bestiarum, & serpentium formas induentes, omnem protinus locum replere phantasiis leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentum, scorpionum, necnō & pardorum, atque vrsorum. Et hæc singula secundum suam fremebant naturam. Rugiebat leo occidere volēs, taurus mugitu & cornibus minabatur, serpens sibilo personabat, luporum impetus inhiebat, pardus discolor à tergo autoris sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus, & vocis horridæ dirus auditus. Antonius flagellatus atque confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed imperterritus durabat mēte peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem permanens, quasi de inimicis luderet, loquebatur: Si virium aliquid haberetis, sufficeret vnus ad prælium, sed quoniam Domino vos eneruante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quòd irrationabiliū induitis formas bestiarū. Rursūmque confidens aiebat. Si quid valetis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce præsto sum, deuotate concessum. Si verò non potestis, cur frustra nitimini? Signum enim crucis, & fides ad Dominum inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra sanctum Antoniū minantes fremebant dentibus suis, quòd nullus eorū tētamēta sequeretur effectus, sed maximè e contrario gigneretur illusio. Nō oblitus Iesus colluctationis serui sui, eidē protector factus est. Denique cum eleuaret oculos, vidit desuper culmen

Antonius à diabolo vulneratus et semimortuus relictus.
Psal. 26.
Demoni bestiarum & serpentis formas induit Antonius aggreditur.
Signum crucis & fides ad Dominum, murus inexpugnabilis.

culmen aperiri, & deductis tenebris radium ad se lucis influere. Post cuius splendoris aduentum, nec dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor extemplo deletus est. Edificium quoque quod paulò antè dissolutum fuerat, instauratum est. Illic præsentia domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens longa suspiria ad visionem, quæ ei apparuerat, loquebatur, dicens: Vbi eras bone Iesu, vbi eras? Quare non à principio adfuisisti, vt sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est, dicens: Antoni, hic eram, sed expectabam videre certamen tuum. Nūc autem quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis exurgēs intantum roboratus orabat, vt intelligeret se plus recepisse tunc virium, quàm antè perdididerat. Erat autem tunc Antonius annos natus trigintaquinque. Exinde cum voluntati præptæ merita religiosa succrescerent, vadens ad supradictum senem, precabatur vt in deserto pariter abirent. Causante illo senile æuum, & rei nouitatem, solus contendit ad montem, & eremi adhuc monachis ignotæ vitæ, rupto metu, viam conatus est pandere. Sed nec tunc cessauit infatigabilis aduersarius: nam impedire eius propositum volēs, argenteum discum in itinere proiecit, quo viso Antonius callidi artificis agnouit astutiam, stansque intrepidus, & discum toruis intuens oculis, doli autorem in phantasmate obiurgabat argenti, talia secum reputans. Vnde hic in deserto discus? Auium hoc iterum est, nulla sunt vestigia commentiu: lapsus de sarcina, præ magnitudine latere non potuit, sed & qui perdididerat reuersus, ob solitudinem locorū, inuenisset profectò quod ruerat. Hoc artificium, diabole, tuum est, non impedies voluntatem meā, argentum tuum tecum sit in perditionem. Hæc illo discente, discus, vt fumus à facie eius euauit. Dehinc non vt antè in phantasmate, sed ingentem auri massam in itinere conspexit. Verum hanc vtrum diabolus simulauerit, an ad Antonium comprobandum, quia, nec veris opibus inescaretur, virtus cœlestis ostenderit, ignoratur: hoc tamen agnouimus, quia quod visum est, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendium, ad montem vique perrexit, ibique flumine transuadato, inuenit castellum desertum plenum ob tēpus, & solitudinem venenatorum animalium, in quo se constituens, nouus hospes habitauit. Statim ad eius aduentum ingens turba serpentium quasi persecutorem passa, profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex, vt Thebæis mos est, secū recondens: nam crebrò per annum incorrupti durare solent: necnon & exiguū habens aquæ, solitariū perdurabat, nunquam inde procedens, nusquã aliquem suscipiens, intatum vt cum bis in anno per tectum desuper panes acciperet, nullum cum defertibus haberet alloquium. Multis igitur videndi eum desiderio, & studio requirendi ante ostium eius pernoctantibus, audiebantur, vt vulgi voces aduersum Antonium tumultusque dicentium: Quid te nostris ingeris habitaculis? quid tibi & deserto? Abcede à finibus alienis, non potes hic habitare, nō nostras insidias sustinere. Et primò quidem, qui foris erant, existimabāt aliquos homines scalis positos introisse, ibique contendere. Postquam autem per cauernam introsipientes, nullum viderūt, dæ-

Antonius solus contendit in eremum.
Loco solitudinis Antonij.

mones intellexerunt contra eum contredere, & nimio metu perterriti, Antonij auxilium flagitabant. At ille ostio propinquans, ad consolandos fratres ne timerent, atque vt inde recederent precabatur: trepidatibusque asserebat à dæmonibus incuti metū: signate vos, inquit, & abite securi, ipsosque semet ipsos finite deludere. Itaque illis reuertentibus, hic remanebat illæsus, nec vnquam in certamine lassabatur. Accedentium autem augmentum profectuū, vel debilitas repugnantium, maximum eius cōtentioni leuamen addiderant, tum eius animo cōstantiam suggerebant. Rursūque ad eremum venientibus turbis quidam mortuum eum se existimauerāt reperturos, ille psallebat intrinsecus: Exurgat deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius: sicut deficit fumus deficiant: vt liquefcit cera à facie ignis, ita pereat peccatores à facie dei. Et iterum: Omnes gētes circūdederūt me, & in nomine Domini vindicauit in eis. Sic Antoni⁹ annis viginti solitariè transactis, atque ab hominū segregatus cōspectibus perdurauit. Cum ergo multorum & propositum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, necnon & patientiam infinita se caterua conglomeraret, tandem penè iam per vim foribus euulsis, quasi ex aliquo cœlesti aditu consecratus apparuit. Obstupuerunt vniuersi, & oris gratiam, & corporis dignitatem, quòd nec per inquietem intumuerat: nec ieiuniis, dæmonumque certamine faciem eius pallor obsederat: sed e contrario quasi nihil temporis egisset, antiquus membrorum decor perseuerauit. Porro quanta miracula, quæ in illo animi puritas fuit? Nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est: nunquam recordatione peccati tristitia orationem contraxit, non magnis stupentium se elatus est laudibus. Nihil in illo indecens solitudo: nihil asperum quotidiana cum hostibus bella contulerant, sed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur, ab immundis spiritibus, & infirmitatibus variis Dei gratia per Antonium liberauit. Sermo eius sale conditus consolabatur mœstos, docebat incios, concordabat iratos, omnibus suadens nihil amoris Christi anteponendum. Præponebatque ante oculos bonorū magnitudinem futurorum, & Dei clementiam, & beneficia retexebat indulta, quòd proprio filio suo non pepercerit Deus, sed pro nostra omnium salute eū tradiderit. Nec mora, plura audientium corda ad humanarum rerum contemptum hæc eius suasit oratio, & habitandæ eremi istud eius exordium fuit. Quid sanè & Arsenoitarum oppido gestū sit, non transibo silentio. Nam cum fratres vellet inuifere, & riuulum fluminis Nili, qui crocodilis, & multis eiusdem fluminis bestiis plenus erat, transuadere esset necesse, tam cum comitibus suis transiit illæsus, quàm inde redibat incolumis. Rursūque in pristinis laboribus perseuerans, multos magisterio suo fratres cōfirmavit, ita vt breui tempore plurima fierent monasteria: nouos, antiquosque monachos pro ætate vel tēpore, paterno moderabatur affectu. Quadam autem die cum sanctus Antonius cōgregatis fratribus rogaretur, vt eis institutoria largiretur præcepta, cū prophetica fiducia exaltans vocem, aiebat: Ad omnē quidē mandatorum disciplinam scripturas posse sufficere: sed & hoc optimum fore, si mutuis se inuicē Fratres ser-

Consilium D. Antonij ad fugandos demones.
Psal. 67.
D. Antonij cōstantia.
Sermo D. Antonij sale conditus.
Instituto-ria præcepta D. Antonij.

monibus consolarentur. Et vos ergo, inquit, ut patri, referte quæ nostis: & ego, quæ per longam ætatem consecutus sum, quali filiis indicabo. Hoc sit autem primum cunctis in commune mandatum, nullū in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere quod cæperit, præsertim cum humanæ vitæ spacia æternitati comparata brevissima sint ac parua. Ita exorsus paululū siluit, & admiratus nimium Dei largitatem, rursus adiecit, dicens: In præsentī hac vitæ æqualia sunt pro rerum commutatione commercia, nec maiora recipit ab emente, qui vendit. Promissio autem vitæ sempiternæ vili precio comparatur, scriptum est enim: Dies vitæ nostræ septuaginta anni: si autem in potentatibus octoginta anni, quicquid reliquum est, labor & dolor est. Quando ergo octoginta, aut centum, aut multos annos laborantes in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis prædictis omnium nobis seculorum regna tribuētur. Non terram hæreditabimus, sed cælum, corpus quoque corruptū relinquentes idipsum cum incorruptione recipimus. Ergo filioli, non vos aut tædium defatiget, aut vanæ gloriæ delectet ambitio. Non sunt enim condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nemo cum aspexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cælorum brevis ac parua est. Si ergo nec vniuerso orbi renunciantes, dignum aliquid habitaculis possumus cōpensare cælestibus, se vnusquisque consideret, & statim intelliget paruis thesauris & parietibus, vel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit, nec tædere quasi parua sit recepturus. Ut enim contemnit aliquis vnam æream drachmam ad drachmas centum aureas conquirendas: ita etiam qui totius orbis Dominum dereliquit, centuplum de melioribus præmiis in sublimi sede recipiet. Ad summum illud perspicere debemus, quod & si nostras velimus retentare diuitias, cum lege mortis ab ipsis diuellamur inuiti, ut in libro Ecclesiastes scriptum est: Quia nescit homo quid sit post eum in labore suo. Cur ergo non facimus de necessitate virtutem? Cur non ad lucrandam regna cælestia vltro relinquimus quod lucis istius sine perdendum est? Nihil eorum curæ sit Christianis, quæ secum non auferre possunt: illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cælum, sapiētiam scilicet, castitatem, iustitiam, virtutem, sensum peruiabilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum iræ victorem, hospitalitatem: Hæc sectantes, mālitionem nobis in terra quietorum, secundum Euāgelium, præparabimus. Consideremus Domini esse nos famulos, & seruitutem debere ei, à quo creati sumus. Ut enim seruus præteriti gratia famulatus, præfens aut futurum non cōtemnit imperiū, nec audet asserere quod ex labore trāsactō instantis operis habere debeat libertatē, sed iugi studio (ut in Euāgelio scriptū est) eandē semper exhibet seruitutē, ut & Domino placere possit, ne metum lucretur & verbera: Sic & nos diuinis congruit parēre præceptis, sciētes quod æquus ille retributor, in quo quemque inuenit, in eo sit iudicaturus, quod prophetica per ezechielē voce testatur: Nam & infelix Iudas propter vnius noctis impietatem omni præteriti tēporis la-

bore priuatus est. Idcirco tenendus est cōtinuus instituti rigor habentibus Deum auxiliatorem, sicut scriptum est: quia omni proponenti bonum Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandam Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur: similiter & nos humanæ conditionis vitam ancipitem retrahentes non peccabimus: cum enim excitati à somno ad vesperam nos peruenire dubitemus, & quieti corpora concedentes de lucis non confidamus aduentu, & vbique naturæ, ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus prouidentia gubernari. Hoc modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur: sed nec irascemur quidem aduersus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus, quin potius metu quotidiani recessus, & sciungendi corporis iugi meditatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, inuicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes vltimæ retributionis aduentum: quia maior formido iudicij, & pœnarū timor horridus simul & lubricæ carnis incentiua dissoluit, & ruentem animam, quasi ex aliqua rupe sustentat. Ideoque precor ut ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens Loth imitetur uxorem, præsertim cum Dominus dixerit nullum ponentem manum super aratrum, & respicientem retrorsum, dignum esse regno cælorum. Respicere autem retrorsum nihil aliud est, quam in eo pœnitere quod cæperis, & mundanis rursus desiderijs obligari. Nolite, quæso, virtutis, tanquam impossibile nomen pauere, nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studium quod ex nostro, Dei gratia præcedente, pēdet arbitrio. Huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quæ nostram tantummodo expectat voluntatem. Græci studia transmarina sequebantur, & in alieno orbe constitutos, inanium literarum quærant magistros: nobis verò nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sede terrarum constituta sunt regna cælorum. Vnde Dominus in Euāgelio ait: Regnū Dei intra vos est: virtus quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam. Cui enim dubium est, quia naturalis animæ puritas, si nulla fuerit extrinsecus forde polluta, fons sit & origo omnium virtutum. Bonam necesse est esse eam quam creauit bonus Creator. Quod si fortè cunctabimur, audiamus Iesum filium Naxæ populo dicentem: Rectū facite cor vestrum ad Dominum Deum Israël. Nec Ioannes dissonam tulit de virtute sententiam prædicans: Rectas facite semitas eius: siquidem hoc est rectam esse animam, cum eius principalis integritas nulla vitiorum labe maculatur, si naturam mutauerit, peruersa tunc dicitur: si conditio seruetur, virtus est. Animam nostram commendauit nobis deus, seruemus depositum, quale accepimus. Nemo causari potest extrinsecus situm, quod in se nascitur: facturam suam qui fecit, agnoscat: opus suum inueniat ut creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes homo, quod tibi largitio diuina concessit, operam Dei immutare velle, polluere est. Illud etiā sollicitè prouidere debemus, ut tyrannicam iræ superemus insaniam, quia scriptum est: Iracundia viri iustitiam Dei non operatur. Et iterum: Desiderium concupiscens parit peccatum

Quomodo vivere liceat sine peccato.

Religionis votum nunquam abiciendum Luc 9.

Anima puritas est omnium virtutum fons & origo.

Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3.

Proverb. 27.

Vita eterna vili precio comparatur. Psal. 89.

Rom. 8.

simile.

Quid expectere debemus.

simile.

Exemplum.

peccatum, quo perfectō, mors gignitur. Diuinæ vocis præceptum est, ut iugi custodia tueamur animam nostram, quia exercitatos ad supplantandum habem⁹ inimicos, dæmones scilicet, cōtra quos nobis, secundum Apostolicam cōtestationem, pugna sine intermissione est: Ait enim: Non est nobis coluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, aduersus spiritalia nequitia in cælestibus: Ingens eorum turba istum peruolat aërem; non procul à nobis hostium caterua discurret. Et diuersitatem quidem eorum non est meæ paruitatis exponere, sed hanc maioribus concedo rationem. Quod autē in prōptu est, & ignorare nō expedit, dolos scilicet eorum aduersus nos cōpositos breuiter indicabo. Hoc primum debemus mētibus affigere, nihil deū fecisse, quod malum est, nec ab eius institutione demonum cepisse principia: peruersitas ista non naturæ, sed voluntatis est vitium. Boni etenim, utpote à Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruere de cælis, ibique in cœni fordibus volutari gentilitatis impias constituere culturas: & nunc de nobis torquentur inuidia, atque vniuersa mala commouere nō cessant, ne pristinis eorum sedibus succedamus. Diuersa autem eorum, & partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi verticem peruenere, alij ex comparatione peiorum videntur esse leuiore, atque omnes pro possibilitate virium diuersa cōtra singulas causas sumpserunt certamina. Idcirco necessarium est donum spirituum discernēdorum à Domino petere, ut possimus tam fraudes eorum, quam studia præuidentes, aduersum disparem pugnam vnum dominicæ crucis eleuare vexillū. Hoc munere Paulus accepto docebat, dicens: Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exemplum etiam nos oportet ex his quæ passi sumus, mutuis nos inuicē instruere sermonibus: Hostile illis contra omnes Christianos, maximè verò contra monachos & virgines Christi odium est. Eorum semitis laqueo tendunt, eorum mentes impiis atque obscœnis cogitationibus nituntur euertere: sed nihil nobis in hoc terroris incutiunt. Fidei enim orationibus atque ieiuniis ad Dominū statim coruunt: nec tamen si paululum cessauerint, prorsus plenam putetis esse victoriam. Solent saucij grauius assurgere, & mutata arte pugnandi, cum cogitatione nihil egerint, paucioribus tertent, assumentes nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, nec non & ingentia quædam corpora, & vsque ad rectum domus porrectum caput infinitas species, & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quoque crucis signum euanescent. His quoque agnitis fallaciarum modis, incipiunt prælagire, & futurorum dierum euentus velle prædicere. Cumque & in his cōtemptui fuerint, ipsum iam suæ nequitie principem, ac totius mali summum tatem ad subsidium sui certaminis vocant. Crebrò denique Antonius talem à se visum diabolum asserbat, qualem & B. Job Domino reuelante cognouerat. Oculi eius ac si species luciferi, ex ore eius procedunt lampades incensæ, crines quoque incēdiis sparguntur, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi fornacis æstuantis ardore carbonum, halitus eius ut pruna, flamma verò ex ore eius glomeratur. Cū huiusmodi terroribus visus est princeps dæmonum, inquit Antonius, & ingentia sæpe, ut

Isa. 6.

Deus non fecit malū cum dæmones.

Nequitia demonum est diuersa.

Odium diaboli maxime versatur cōtra monachos & virgines.

Antonius talem vidit diabolum qualem Job.

dixi, pōmittens, impietatis suæ definit lingua maligniloqua, de qua Dominus triumphat, ad Iob dicens: Arbitratur enim ferrum, ut paleas, & aramentum, ut lignum putridū: maria, ut fata erasa: tartara profunda, tanquam captiua æstimabit: abyssum, ut deambulatorium. Per Prophetam quoque increpat, dicens: Persequēs comprehendam, & omnem orbem terrarum manu mea ut nidum tenebo, & ut oua derelicta auferam. Si iniquus funereas euomēs voces bene viuientium aliquos frequēter illaqueet, sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus: fallit enim, nihilque verum semper promittit. Nam si non mendacia cūcta loqueretur, quomodo talia, & tā infinita pōmittens, hamo crucis ut draco aduncatus à Domino est, & capistro ligatus ut iumentum, & quasi mancipium fugitiuum vincētis circulo, & armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium deuorare permittitur? Nunc miserabilis ut passer ad ludēdum irretitus à Christo est, calcaneo Christianorū substratus gemit. Ille qui vniuersa maria à se delata plaudebat: ille qui orbem terrarum manu sua teneri pollicebatur, ecce à nobis vincitur, ecce me aduersum se prohibere nō potest disputantem. Contemnenda est filioli, penitus cum inanibus verbis superba iactantia, fulgōrque ille qui lucere se simulat, non veri splendor est luminis, sed quibus arsurus est indicat flammam. Nam dicto citius recedens suarum secum refert simulachra pœnarum. Solent etiam cum modulatione nonnunquam apparentes psallere. Proh nefas, ad hæc & impuro ore sacra scripturarum eloquia meditantur. Frequenter enim legentibus nobis, quasi Echo ad extrema verba respondent. Dormientes quoque excitant ad orandam, ut totius noctis somnum eripiāt: plerisque etiam, dum se in monachorum nobilium habitu transferunt, monachos cōercent, & pristina quibus conscij sunt, peccata imputant: sed spernendæ sunt eorum increpationes & admonitiones ieiunandi, vigiliarum quoque fraudulenta suggestio. Ob id enim familiares nobis species assumunt, ut affinitate virtutum nocētes, facilius virus interferant, & innocentes quosque per speciem honestatis elidant. Impossibile postea, durumque hoc studium prædicantes, ut dum onerosum esse videtur quod cœptum est, ex desperatione tædium, & ex tædio succedat ignauia. Idcirco propheta misus à Domino, luctuosa denunciāns sublimi voce dicebat: Væ qui potat proximum suum subuersione turbida. Huiusmodi enim exhortamenta deprauatoria sunt itineris, quod ducit ad cælum. Idcirco cum venisset Dominus ad terras, & vera de eo dæmones prædicarent (verè enim dicebant: Tu es Christus filius Dei viui) vociferantium ora claudēbat, qui vincētis hominum linguas soluebat, ne cum præconio veri peruersitatis venena miscerent, & ut nos eius exemplo, etiam si profutura suaderent, in nullo his commodaremus assensum, quia profectō non congruit nos post libertatem à Domino concessam, & scripturarum præcepta vitalia, à diabolo viuendi capere exempla, qui suum deferens ordinē, sacrum Christi temeravit imperium. Propterea etiam Dominus eum de scripturis loquentē iubebat tacere, quia peccatori dicit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Omnia dæmones simulāt, col-

Exod. 15.

Dæmones apparent diuersis modis.

Et nostri temporis hæretici dicentes: Onerosus & durus nimis est monachatus: virginitas impossibilis, ostēdit se esse membra diaboli.

loquuntur saepe cum fratribus, & eos saepe conturbant, saepe inconditos excitant sonitus, manus apprehendunt, sibilant, insipienter cachinnant, ut vel in puncto peccati Christianum pectus introeant. Cumque ab vniuersis fuerint repulsi, ad extremum debilitatem suam lamentatione testantur. Et Dominus quidem quasi Deus, & suae conscius maiestatis, obmutescere his imperabat: nos autem vestigiis sanctorum inhaerentes, eandem gradiamur viam, qui memoratos subtilius fallacias peruidentes canebant: Cum consisteret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum & silui a bonis. Et iterum: Ego vero tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum ut homo non audiens. Christus silentium ut Dominus imperauit, ut nos diabolo nihil credamus, & vincimus. Si orare compellunt, si ieiunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine id agamus. Denique etiam si irruentes mortem nobis intentare videantur, ridendi potius sunt quam timendi: quia cum sint debiles, minatur cuncta, nec faciunt. Equidem de istis iam transitorie me dixisse memini, tamen eadem explicanda sunt latius, quia non mediocrem adfert repetitio medelam. Adueniente Domino destructus est inimicus, & omne penitus eius robur clanguit. Propter quod pristinae virtutis memor, quasi tyrannus iam senescens cum ruisse se videat, in perniciem grassatur humana, nec tamen potest firmum deo pectus cogitationum, & caeterarum arte fraudum peruertere. Nam luce clarius est cum aduersarij nostri, cum nec humana carne sint septi, ut causare valeant, idcirco nos a se non posse superari, quia clauso ostio interiore intrare non valeant. Et re vera si fuissent hoc fragili corpore colligati, obseruato introitu, iisdem negaretur accessus. Cum autem (ut diximus) hoc impedimento sint liberi, & obstructa penetrat, atque in omni libenter volent aere, manifestum est ob eneruationem eorum permanere Ecclesiae corpus illa sum. Denique satellites impij cum principe suo diabolo, quem Saluator in Euangelio homicidam & patrem malitiae ab initio fuisse firmat, nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo cessissent, si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si melior, cur nobis Sarana, parcis, qui ubique discurrens? Cur qui nullo clauderis loco, aduersum te bene viuendum, & disputantium non potes labefactare constantiam? sed fortasse nos diligis, quos quotidie conaris obruere, aut credibile est te esse bonitatis magistrum, & fauere magis optimis quam nocere? Et quid tam charum tibi esse potest, quam ledere, maxime eos qui tuis sceleribus viriliter repugnant, secundum quod scriptum est: Quia abominatio est pietas peccatori. Quis tam fecundum ad malitiam possidet pectus? quis tam meditata implere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadaver, scimus quia idcirco viuimus Christiani, & contra te nobis est secura congressio, quia infirmatus es a Domino. Ideo de tuis confoderis iaculis, quia minationem tuam non sequitur effectus. Quod si fallimur, cur cum terrore simulato, cur magnitudine corporum nostram aggredieris fidem? si voluntatem sequitur possibilitas, tantum tibi vellem sufficiat. Is enim potentiae mos est, non extraneae fallaciae adiumenta conquirere, sed sua virtute implere quod cupiat. At nunc dum theatri mutatio-

ne formarum, quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere, exhaustas vires manifestius probas. Nunquidnam verus ille Angelus coram Assyrios missus a Domino, aut populorum eguit societate, aut sonitus quaesuit, aut plausus, & non potius tacitam exercens potestatem, centum octoginta quinque millia hostium sermone velocius iuxta iubentis Domini prostravit imperium? Vos ergo cum fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur interitus. At dicit aliquis: Cur diabolus egrediens beatum Iob omnem in ruinam impulit domum? cur eius opibus penitus dissipatis parietum quoque fundamenta subuertens, vnum numerosae sobolis coaceruauit sepulchrum? cur ipsum ad extremum diri vulneris nouitate percussit? Qui hoc apponit, audiat e diuerso, non diabolum potuisse hoc, sed Dominum, a quo potestas aduersum nos dupliciter datur, vel ad gloriam, si probamur: vel ad poenam, si delinquimus. Quin potius ex hoc animaduertat, ne contra vnum quidem hominem diabolus quicquam potuisse, si non potestatem accepisset a Domino. Nullus enim, quod suae ditionis est, ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro, quem nec expetitum potuit vincere? sed nec contra iumenta quidem eius, nec contra oues, nec contra feras sine concessu dei proprium robur exercuit, sicut in Euangelio scriptum est: Daemones autem rogabant eum dicentes: Si eijs nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Quomodo igitur qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei hominem, & tam charum conditori animal suo valebunt iure peruertere? magna dilectissimi, aduersum daemones arma sunt, vita sincera, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit Satanas recte viuendum vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanae gloriae contemptum, humilitatem, misericordiam, irae dominationem, & praecipue, purum cor erga Christi amorem. Nouit teterimus coluber ex praeepto Domini sub iustorum se iacere vestigijs, qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Si autem & diuinationem se habere simulant, venturos fratres nunciauerint, & affuerint quos venire praedixerant, nec sic fides est commodando mendacibus: ob id enim praecessere venientes, ut credulitas sibi paratur ex nuncio, & postea aditus ex credulitate fallaciae. Verum in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cum non tantum qui leuitate naturae per cuncta discurreunt, valeant praenire gradientes, homines quoque, quorum velocitate praefecti, nuntiant affuturos. Non enim ea quae nondum fieri coepta sunt referunt, quia Dominus solus conscius est futurorum, sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tanquam apud ignaros vendicat de futuris fieri notionem. Nam quatos nunc putatis, qui velocitate pueri istum coeptum, nostrorumque contra se sermones ante relatum alicuius hic positi longum manentibus indicare? Hoc quod dico nobis perspicuum fieri potest exemplis, si quis a thebaide aut alicuius regionis oppido coeperit proficisci, & hunc daemones viderint in itinere ambulantes, pernicitate memorata possunt praedicare venientem. Ita & de Nili inundatione solenni, cum multas in Aethiopia viderint pluuias, e quibus fluuius intumescens ultra alueum effluere confluxit, praecurrentes

Sanctorum vestigijs inhaerendum est. Psal. 38. Christus silentium imperauit.

nihil clarius diabolus quam ledere.

4. Reg. 19

Diabolus an possit aliquid contra nos ex se.

Mat. 8.

Arma contra daemones.

Virtutes priorum horum reseruit daemones.

simile.

Experientia rerum magistra.

Rerum futurarum praescientia est inutilis.

Daemonum fallacia.

Signo crucis fugantur daemones.

Bonorum et malorum spirituum discretio.

rentes ad Aegyptum nunciant amnis aduentum. Hoc autem & homines, si illis celeritas esset tanta natura, facile nunciarent. Ut enim speculator beati Dauid ad verticem loci celsioris ascendens, prior, quam hi qui in terra erant prospiciens venientes, non quaedam incerta de futuris, sed de his, qui venire coeperant, nunciabat: sic & daemones cura peruigili omnia considerantes, rapido cursu sibi inuicem nuntiant. Sed si forte contigerit, ut Dei nutu ad finem coepta non veniant, hoc est, si aut viator e media regrediatur via, aut suspensis nubibus aquae ad altum caeli cardinem deferantur, tunc decipientium vna cum credentibus error aperitur. Haec gentilitatis fuere principia, his praefagatorum dolis apud delubra daemonum quondam credebantur oracula, quae aduentu Domini nostri Iesu Christi indicto sibi silentio obmutuerunt, suosque perdidere captiuos. Quis (rogo) arbitratur medicum ex obseruatione morborum, cum animae aestuantis incendia de venarum pulsu, leuique digitorum actu, diuinam arbitratur habere notitiam? Quis gubernatorem nauigationis suae viam inter caeli lydera requirentem, maiestatis honore veneratur? Quis agricolam de aridis aestatis feruoribus, aut de hycmalis aquarum largitate, vel frigore disputantem, non potius experientia laudat, quam Dei consecrat nomine? Verum ut concedamus paulisper vera daemones nunciare, respondete mihi, quis fructus est nosse venientia? Nunquid aut sciens haec aliquando laudatus, aut punitus est nesciens? In hoc vnusquisque sibi praeparat, seu tormenta, seu gloriam, si vel negligat scripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit vitam, ut habeat praescientiam futurorum, sed ut praeeptis Domini obediens, amicus esse incipiat de seruo. Curandum est non praescire quae veniunt, sed implere, quae iussa sunt: nec institutionibus bonis hanc flagitare mercedem, cum magis debeamus victoria contra diabolum ab auxiliatore Domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libenter assumat, ut futura cognoscat, habeat purum cor, quia credo animam Deo seruientem, si in ea perseverauerit integritate, qua renata est, plus scire posse quam daemones. Talis erat anima Helisaei, quae aliis incognitas virtutes faciebat. Nunc iam caeteras vobis daemonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes Angelos Dei se fingere, laudare studium, mirari perseverantiam, futura praemia polliceri. Quos cum videritis, tam vos, quam domos vestras crucis armate signaculo, & confestim soluentur in nihilum, quia metuunt illud trophaeum in quo Saluator aereas expolians potestates, eas fecit ostentui: Solent etiam varijs simulationibus membra torquere, & nostris procaciter offerre se visibus, ut mentem pauore, & corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides Deo tuta & immota fugat eos, quasi infirma, ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituum, malorumque discretio, quae sic, Deo tribuente, patitur. Sanctorum Angelorum amabilis & tranquillus aspectus est, quia non contendunt, neque clamant, neque audiet aliquis vocem eorum, verum tacite, leuiterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt, siquidem cum illis est Dominus, qui est fons & origo laetitiae. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis, & placida Angelorum luce radiatur, tunc anima caelestium praemio-

rum auiditate flagrans, effracto (si posset) humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus, cum his quos videt abire, festinat ad caelum. Horum tanta benignitas est, ut si quis pro conditione fragilitatis humanae, miro fuerit eorum fulgore perterritus, omnem continuò, ex corde auferat metum. Ita Gabriel, cum Zachariae loqueretur in templo, & Angeli eum diuinum virginis partu pastoribus nunciarent, & qui dominici corporis agebant excubias, securis videntium se mentibus ostendentes, ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi, quantum ex magnarum rerum saepe incurritur aspectu. Pessimorum vero vultus truces, sonitus horridi, sordidi cogitatus, plausus motusque indisciplinatorum adolescentum, vel latronum, e quibus coestim timor animae, sensibus stupor incurritur, odium Christianorum, monachorum moror, tediumque suorum, recordatio & metus mortis, cupido nequitiae, lassitudo virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem horrore concepto successerit gaudium, & ad Deum fiducia, atque ineffabilis charitas, venisse sciamus auxilium, quia securitas animae praesentis maiestatis indicium est. Sic namque & Abraham Patriarcha videns Deum gauisus est, & Ioannes cum Mariam superuenisse sentiret, quae in sacri ventris hospitio vniuersitatis gestabat parentem, exultauit necdum natus in gaudium. Si autem incussa formido permanferit, hostis est qui videtur, quoniam nec refouete nouit: ut Gabriel patientem virginem, ne timeat, iubet, & sicuti pastores nuncio consolati sunt, quinimò pauorem duplicat, & vsque ad profundam impietatis foueam, ut sibi homines prosteratur impellit. Exinde misera gentilitas dominice interdictiois ignara falso daemones Deos opinata est. Christianorum autem populos his fallacijs irretiri non passus est Dominus, qui diabolum in Euangelio audacter sibi principatum omnium praesumentem repulit, dicens: Vade satanas, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Horum verborum etiam nobis licentia est tributa, quia idcirco locutus est talia, ut similitudo tentamentorum auctoris nostri frangatur eloquijs. Illud mei quoque charissimi, admoneo, ut vita magis sit vobis quam signorum sollicitudo. Nullus ex vobis haec faciens, aut ipse superbia intumescat, aut despiciat eos qui facere non possunt. Conuersationem magis scrutamini singulorum in hac vita, & imitari vos quae perfecta sunt, conuenit, & implere quae defunt. Nam signa facere non est nostrae paruitatis, sed Domini potestatis, qui ad discipulos gloriantes in Euangelio, ait: Ne gaudeatis quia daemones vobis subiecti sunt, sed quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Nominum enim in libro vitae conscriptio, testimonium est virtutis & meriti: expulsio autem satanae largitio Saluatoris est. Vnde his, qui non in vitae laboribus, sed in prodigijs exultabant, dicentibus: Nonne in nomine tuo daemones eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? respondebit Dominus: Amen dico vobis, Non noui vos: Discedite a me operarij iniquitatis. Non enim nouit Dominus vias impiorum. Hoc ergo magnopere postulemus, ut donum spirituum discernendorum mereamur accipere, quod, secundum sententiam scripturarum, omni spiritui non credamus. Volueram quidem

Luc. 1.

Pessimorum spirituum vultus quales.

Luc. 1.

Mat. 4.

Luc. 10.

Aliq̄ tentationes demoni.

Psal. 19.

Psal. 37.

Monachi specie induunt demones.

Antonius sapius a demonibus verberatus.

iam finire sermonem, & silentio premere quęcun- que meę acciderat paruitati: sed ne putetis me frustra commemorasse, quę euenire non possent, idcirco licet insipiens sim, tamen Dominus, qui secretę mentis est inspector, nouit non me causa iactantię, sed vestri gratia profectus hoc facere, pauca replicabo de plurimis. Quoties me nimis laudibus efferre conati sunt, cum a me in nomine Domini maledicta reciperent? quoties augmenta Nilifluminis futura dixerunt, cum a me audirēt. Et hoc ad vestram quid pertinet curam? Quoties militantes vt milites armati, scorpionibus, equis, belluis, & variis serpentibus circumdederunt me, & domum, in qua eram, repleuerunt, cum ego contra psallerem: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur: & statim misericordia Christi fugabatur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes dixerunt: Venimus, Antoni, nostrum tibi prębere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aspicerę, orabam, & dicto citius impiorum lumen extinguebatur. Post menses autem paucos cum coram me psallerent, & de scripturis sibimet fermocinarentur, ego tanquam surdus non audiebam. Commouerunt aliquando monasterium meum, & ego mente immobili Dominum deprecabar. Sępe strepitus, sępe salutationes, sępe sibilos ingesserunt, & me psallente, sonus eorum in voces flebiles vertebatur. Credite mihi filioli, quod dicturus sum vobis. Vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se Dei virtutę & prouidentiam ausus est dicere, & ait ad me: Quid vis vt a me tibi donetur, Antoni? At ego sputum vi maxima in os eius iugę minans, totum me in eum Christi nomine armatū ingessi: Et statim ille procerus aspectu inter medias manus exoleuit. Ieiunanti etiam mihi visus est, vt monachus, & panes offerens his sermonibus suadebat vt vesceret, & huic aliquid indulgerem corpusculo: Et tu, inquit, homo es, & humana fragilitate circundaris, labor paululū conquiescat, ne ægritudo subripiat. Illicet luridam faciem serpentis agnouit, & cum ad consueta Christi munimenta confugerem, tanquam per fenestrā fumus laberetur, euauit. Auri quoque decipulam mihi in deserto frequenter tetendit, quod idē offererebat, vt aut visu irretiret me, aut tactu commulareret. Sępe quoque me a dęmonibus non denego verberatum: Canebam autem sic: Nullus me separabit a charitate Christi. Ad cuius vocis auditū in se inuicem defurentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio: qui ait: Vidi satanam quasi fulgur cadentem de cęlo. Hęc ego filioli, Apostolici memor eloquij in me transformauit, vt propositum vestrum nec dęmonum terror, nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniam ob vestram vtilitatę multa memorando insipiens factus sum, & huius rei vobis impertiri cupio notionem, quam veram esse nullus ambigat audientium. Pullauit aliquando dęmon nonasterij ostium: egrediens video hominem enormi sublimitate porrectum caput vsque ad cęlum. Cum ab hoc quisnam esset inquirerem, ait: Ego sum Satanas. Et ego: Quid, inquam, hic quęris? respondit. Cur mihi frustra imputat monachi? cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt? Et ego: Iuste faciunt, tuis enim frequenter molestatur

insidiis. At ille ait: Nihil ego facio, sed ipsi se inuicę turbant. Nam ego miserabilis factus sum. Rogo, nōne legisti: Quia defecerunt inimici framę in finem, & ciuitates eorum destruxisti? En nullum iā habeo locum, nullam possideo ciuitatem, iam mihi nulla sunt arma, per omnes nationes, cunctasque prouincias Christi personat nomen, solitudines quoque monachorum stipantur choris. Ipsi se, quęro, rueantur, & me sine causa non lacerent. Tūc ego Dei gratiam cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum: Non tuę veritati quę nulla est, tam nouam, & tam inauditam adscribo sententiam: nā cum fallacię caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Verę enim Iesus tuas funditus subruit vires, & honore nudatus angelico volutatis in fordibus. Vix dum verba compleueram, & ille sublimis Saluatoris nomine deiectus est. Quę ergo iam, o filioli, poterit residere cunctatio? quę trepidatio manebit vltius? Quis nos eorum turbo poterit conucllere? Securę sint animę singulorum, non sibi fingant vanas cogitationes, vana discrimina, nō aliquis timeat a diabolo sublatū ad pręcipitia posse deferri. Pellatur omnis anxietas. Dominus enim, qui nostros prostrauit inimicos, manens, vt promisit in nobis, a variis nos Satana muniuit incurribus. En ipse diabolus, qui huiusmodi cum suis satellitibus exercet astutias, nihil se posse contra Christianos fatetur. Iam curę Christianorum & monachorum sit, ne per eorum inertiam vires dęmonibus prębeantur. Nam quales nos & nostras repererint cogitationes, tales se nobis pręstare cōsueuerunt. Et si quod in pectoribus male mentis & pauoris semen inuenerint, quasi latrones, qui desertam obtinent loca, cęptos cumulant timores, & crudeliter imminentes, infelicem puniunt animam. Si autem alacres fuerimus in Domino, & futurorum bonorum cupido nos succenderit: si semper omnia manibus Dei committamus, nullus dęmonum ad expugnandum valebit accedere, magis enim cum munita in Christo corda conspexerint, confusi reuertentur. Ita & Iob firmatum in Domino diabolus refugit, & infelicissimum Iudam expoliatum fide, vinculis captiuitatis innexuit. Vna est ergo ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis, & animę Dominum semper cogitantis iugis recordatio, quę dęmonum ludos, quasi fumum expellēs, persequetur aduersarios potius quā timebit. Non est enim nescius Satanas ignium futurorum, & estuantis gehennę copiosa nouit incēdia. Sed vt mea iam claudatur oratio, illud in finem commemoro. Cum aliqua se nobis obtulerit visio, audacter requirite quis sit ille, & vnde venerit, ac sine mora si sanctorum fuerit reuelatio, angelica consolatione timor vertetur in gaudium: Si verō diaboli fuerit tentatio, fidelis animę percūctationibus euancescet, quia maximum est securitatis iudiciū interrogare quinnā est, & vnde. Sic & nauę filius auxiliatorem suum interrogando cognouit, nec Daniele percunctatē latere potuit inimicus.

Postquam Antonius dicendi finem fecit, lætantibus cunctis, in aliis virtutis cupido exardescibat, in aliis infirma refouebatur fides, ex aliorum mentibus falsę opinionēs pellebantur, ex aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur accensio: simulque cum iam dęmonū insidias contemnerent, mira-

Satanas nihil potest contra Christianos.

Satanas nomine Iesu subigitur.

Quomodo sanctorum reuelatio dignoscenda sit a tentatione diaboli.

Monachorum non esse recentior inuentum.

Utrum dicitur in tabernaculo non inuenitur.

Mat. 6.

Maximiano persecvente Christianos Antonius cum suis profectus est ad locum martyrij.

mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorum, quam Domino tribuente perceperat. Erant igitur in monte monasteria tanquam tabernacula, plena diuinis choris psallentium, legentium, orantium, tantumque ieiunandi & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo eius afflauerat, vt futurę spei auiditate ad charitatem mutuam, & misericordias indigentibus exhibendas iugi studio laborarent, qui infinitam regionem quandam, & oppidum a mundana conuersatione seiunctum, plenum pietatis & iustitię videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen aspiciens, quis virilem illum concordię cętum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio susurrionis, sed multitudo abstinentium, & certamen officiorum erat, non in hanc statim erumperet vocem? Quam bonę domus tuę Iacob, tabernacula tua Israhel, tanquam nemora obumbrantia, tanquam paradysus super fluuios, tanquam tabernacula, quę fixa sunt a Domino, tanquam cedri Libani circa aquas. Dum hęc ita geruntur, quibus in dies beatę vitę studium cresceret, Antonius mansionum in cęlo positatum recordatus, & pręsentis vitę despiciens inanitatem, quasi parua essent quęcunque iam gesserat, separatus a fratribus instituebatur. Cumque cum siue cibum, siue somnum indulgere corpusculo, aut alias naturę necessitates cogeret humana conditio, miro afficiebatur pudore, quod tantam animę libertatem modici carnis termini coercerent. Nam frequenter cum fratribus sedens, a cibo, qui fuerat appositus memoria escę spiritualis abstrahatur. Edebat tamen, vt pote homo, sępe solus, sępe cum fratribus. Et cum hęc mira (vt prędixi) ageret, cum confusione animę adhibendam magnopere corpori diligentiam persuadebat, dicens: nec corpus esse penitus enecandum, ne operatio contra voluntatem Creatoris dissolueretur, & ob id omne studium animę conferendum, ne vitii superata corporis, ad æternas inferni tenebras truderetur: quinimō indultum sibi in carne imperium vindicans domicilium suum, vt Apostolus Paulus, ad tertium cęlum subleuaretur. Asserbatque hoc a Salvatore pręceptum, in quo ait: Nolite solliciti esse animę vestrę quid manducetis, aut quid bibatis, nec corpori quid vestiamini, quia hęc gentes quęrunt: vester autem pater nouit quod indigetis his omnibus. Quęrite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adiciuntur vobis. His rebus transactis cum persecutio impiissima Maximiani furore vesano vastaret Ecclesiam, sanctis quoque martyribus Alexandriam perductis, relicto & ipse monasterio securus est futuras victimas dicens: Pergamus ad gloriosos fratrum triumphos, vt aut ipsi cōgrediamur, aut spectemus alios pręliantes. Et amore quidem iam martyr erat, sed cum tradere se vltřa non valeret, & sociari cōfessoribus in metallis vel in carceribus constitutis, magna cum libertate & cura ingrediens ad iudicę, exhortabatur ne terrore impiorum subacti Dominum negarent. Iamque sententia coronatos exultans, quasi ipse vicisset, neque ad locum fęlicis sanguinis prosequeretur. Quamobrem commotus iudex ob Antonij, sociorumque eius constantiam, pręcepit nul-

†

lum penitus monachorū obseruare iudicium, aut in ciuitate versari. Et cęteris quidē omnibus in illa die placuit abscondi. Antonius autem impaudus, neglecto persecutoris imperio, lauit ependitem, id est, scapulare suum. Et alia die stans in quodā eminenti loco, candente pręcinctus veste procedentem Iudicem suo prouocabat aspectu, flagrans cupiditate martyrij, ostendebatque nobis contemptorem pęnarum, & mortis Christiani animum perseuerare debere, in tantum vt contristaretur, quia volenti pati pro Dei nomine, martyrium non dabatur. Sed Dominus qui suo gregi parabat magistrū, seruaui Antonium, vt institutio (sicut factum est) monachorum non solum oratione eius, sed & conspectibus firmaretur: Nunquam tamen a sanctorum cōfessorum vestigiis separatus est, quin anxia circa eos cura, & charitatis vinculis colligatus, magis carcerem patiebatur exclusus. Postquā autem persecutionis turbo defluerat, & beato Episcopo Petro iam ob martyrij gloriam coronato ad pristinum monasterium regressus quotidianum fidei ac conscientię martyrij merebatur, actioribus se ieiuniis, vigiliisque; conficiens, vestimēto cilicino intrinsecus, desuper pelliceo utebatur, nunquam corpus lauans, nunquam a pedibus sordes abluens, nisi cum per aquas necessitas transire cōpulisset. Nullus denique Antonij corpus nudum, antequam moreretur, vnquam vidit. Quodam autem tempore, cum ab omnium se amouisset oculis, & clauso monasterio neminem omnino susciperet, Martinianus militum prępositus, cuius filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur, pulsans ostiū obsecrabat, vt suo pignori subueniret, & exigens vt Deum pro filia deprecaretur. Tum ille aperire quidem minimę voluit, prospiciens verō desuper ait: O homo quid meum poscis auxilium? mortalis & ego sum, & tuę focius fragilitatis: si autem credis in Christum, cui deseruio, vade, & secundum fidem tuam ora Deum, & sanabitur filia tua. Confestim ille credens abiit, & inuocato Iesu, filiam reduxit incolumem. Multa & alia mirabilia per eum Dominus operatus est, & meritō: qui enim promisit in Euangelio: Petite, & dabitur vobis, inuento qui eius gratiam meretur accipere, suam potentiam non negauit. Nam plures vexatorum ante monasterium eius clauso introitu dormientes fidelibus per eum ad Christum precibus curabatur. Hęc illi multitudo venientium desideratam solitudinem auferens tædio fuit. Metuens itaque ne signorum copiosa concessio aut suos animos extolleret, aut alios plus de se, quā videbant in ipso, cogeret æstimare, ad superiorem Thebaidem pergere cogitauit, vbi nullus eum agnosceret. Et a fratribus acceptis panibus, sedebat super fluminis ripam, transitum nauis obseruans. Illo talia cogitāte, vox ad eum desuper facta est, dicens: Antoni, quod perges, & quare? At ille intrepidę, quasi consuetam vocem loquentis agnosceret, respondit: Quoniam non sinunt me quiescere populi, idcirco ad superiorem Thebaidem ire optimum duxi, pręcipuę quia ea exigor, quę virtutem meę pusillanimitatis excedunt. Et vox ad illum ait: si ad Thebaidem vadas, & ad pastoralia (vt cogitas) pergas, maiorę, ac duplicę sustinebis laborem. Si autē verę quiescere cupis, vade nūc ad interius desertū. Cūque Antonius

Antonius non inuenit locum martyrij cur.

Antonius se ieiuniis vigiliisque conficiens, intrinsecus cilicino, extrinsecus vero pelliceo usus est vestimento.

Merita D. Antonij.

Antonius in deserto nauigat.

diceret : Quis mihi locum auium poterit ostendere ? Ignarus enim sum locorum : confestim ei vox quæ loquebatur , Sarracenos indicauit , qui mercandi gratia ad Ægyptum venire consueuerant . His appropinquans Antonius rogauit , vt & se pariter adducerent in desertum . Nullus obnixus est , sed tanquam à Deo missum comitem suscipientes , amplexi sunt eius societatem . Tribus autem diebus & noctibus itinere confecto , inuenit montem valde excelsum , ad cuius radices fons aquæ dulcis labeatur , & campus haud magnus eorum ambiens montem , qui palmulis perpaucis , & his neglectis , confitus erat . Hunc Antonius locum , quasi à Deo sibi offerretur , amplexus est . Is enim erat quem sibi ad fluminis ripam sedenti , qui loquebatur , ostenderat . Et primo quidem accipiens à comitibus panes , solus remansit in monte , nullo alio cum eodem conuersante . Quasi propriam enim domum agnoscens habebat locum illum . Sarraceni quoque videntes eius fiduciã optato per eum transitu , panes eidem cum lætitia deferrebant , nec non palmarum , licet mediocri , at tamen aliquanto solatio refouebatur . Exinde cum fratres agnito loco , tanquam ad patrem filij , sollicitè alimenta transmitterent , videns Antonius quòd ob suum refrigerium multis onerosus labor indiceretur , & paucens etiam in hoc monachis , rogauit vnum de aduenientibus , vt sarculum sibi bis acutum cum frumento deferret . Quibus allatis circuiens montem , haud grandem culturæ aptum reperit locum , ad quem deriuata desuper aqua poterat influere , ibique seminavit , atque exinde annum sibi panem laborans gaudebat , quòd sine cuiusquam molestia ex propriis manibus viueret in deserto . Sed cum rursus etiam illuc quidam venire cœpissent , misertus est lassitudinẽ eorum , & olus in paruo terræ cespite coluit , vt post asperum iter aliquãdo venientes solatio refouerentur . Hoc fratrum refrigerium , & paruulam mellẽm , bestia propter aquas illuc conuenientes depastã sunt , è quibus vnus apprehendens dixit omnibus : Cur me læditis nihil à me læsẽ ? Abite in nomine Domini ne huc appropinquatis vterius . Quis non credat post hanc denunciationem quasi timentes nunquam illuc bestias appropinquasse ? sic Antonio impenetrabilia montium & deserti interiora captanti , orationibus etiam dedito , introeuntes fratres magnis vix precibus extorserunt , vt oliuas , & legumem , & oleum , quod post menses aliquot ministrabant , dignaretur accipere , & senili modicum laxaret , ætati . Proh quantas ibi conuersans expertus est luctas ? verè , secundum quod scriptum est , non illi aduersus carnem & sanguinem fuisse colluctationem , sed aduersus principatus , & potestates ab his qui ad eum ingrediebantur , agnouimus . Illic enim tumultus & voces populi , armatorumque sonitus prorsus plenum montem demonum multitudine se vidisse referebant , ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem , & fortiter colluctantem . Qui tamen & aduenientes suo refouebat hortatu , & flexis genibus , armis quoque orationum omnem Satanæ prosternebat exercitum : Admiratione planè dignum est in tam immani solitudine vnum hominem nec demonum quotidianas expauisse congressiones , nec

tantarum bestiarum quadrupedum , siue reptilium diuersæ cecisse feritati . Iustè David cecinit : Qui confidunt in Domino , sicut mons Sion , non commouebitur in æternum . Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatem , & dæmones fugabat , & feras (sicut scriptum est) secum pacificabat . Sed & diabolus , vt supradictus propheta ait , obseruans eum frendeabat dentibus suis : Et ille Saluatoris auxilio ab vniuersis tutus perseuerabat insidiis . Quadam ergo nocte cum peruigil Antonius obsecraret Dominum , tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit , vt omnes eremi belluas circum se aspiceret . Quæ cum rictu oris morsum corpori munitarentur , intellexit hostis astutias , dixitque : Si à Domino in me vobis est tributa licentia , deuorate concessum : Si autem dæmonum huc venistis impulsu , quantocius abite , quia Christi famulus sum : ita factum est , & iubentis vocem omnis bestiarum multitudo , quasi maiestatis verberẽ cæderetur , aufugit post hæc . Fluxerant dies , & alia oritur cum eodem hoste certatio (nam semper vt venientibus pro his , quæ sibi detulerant , aliquod munusculum rependeret , laborabat) traxit quandam sportellam , quam texebat , tritiam , siue funiculum . Ad cuius motum exurgens vidit bestiam pube tenus humanam faciem præferentẽ , quæ exinde in asinã finiebatur . Post cuius aspectum vexillum crucis in fronte sua pingens , hoc tantum ait : Christi seruus sum , si ad me missa es , non fugio . Nullum in medio spatium , & statim informe prodigium dicto ocus cum satellitum turba fugit , & in medio cursu tuens extinctum est . Ista autem explosi mors atque enecati prodigij , dæmonum erat communis interitus , qui omni studio laborantes , Antonium à deserto deducere non valuerunt . Mirandis plus miranda succedunt . Non grande post ista tempus excesserat , & tantarum victoriarum homo fratrum precibus vincitur , A monachis enim rogatus vt eos dignaretur inuisere , vnã cum his profectus est , impositis camelo aqua , & panibus , quia nusquam præter monasterij locum , ex quo hauserant , portabilis aqua per arentẽ viam reperiebatur . Verum in medio itinere bibendi subsidia defecerunt . Ardor nimius , æstus intolerabilis , mortem cuncta minantur . Circumeunt , & quærunt saltem collectam pluuiis lacunam , nihil prorsus remedij , nihil occurrit penitus ad salutem . Camelus quasi periturus & ipse æstuans dimittitur , æstuantis pectus exurit , & sitis desperatione feruescit . Mouit senem fratrum commune discrimen , & vehementissimè contristatus ingemuit . Dehinc ad solita precum auxilia confugiens , paululum ab eis secessit , ibique genibus flexis supplices manus tendit ac Dominum . Nec mora , & ad primas rogantis lachrymas in orationis loco fons ebulliens erupit , ibiq; extincta siti , & arentia mēbra refecta sunt , & plenis vtribus inuentum potant camelum . Ita enim casu euenerat , vt camelus errans per eremum , dum funiculum trahit , in quodam lapide eiusdem funiculi alligatione teneretur . Tandẽ confecto itinere ad monachos , qui inuitauerat , peruenit . Tūc verò quasi Patri oēs obuiam occurrerunt , & honorifico salutatu in oscula eius & amplexus certatim ruunt . Proposito feruenti gaudet Antonius , &

psal. 124

Feris imperat Antonium.

Antonius ad monachos viandos proficiscitur.

Lachrymis precibus scaturire fecit Antonium.

Antonius terram molit et serit

Eph. 6.

Antonius flexis genibus orabat.

Exhortatio ad monachos.

Cogitationes internae etiam fratribus referendæ.

nus , & lætantibus de aduentu suo cunctis , quasi xenia de monte portans , spiritualia impartitur alimenta . Laudat veterum studia , hortatur nouorum . Sororem quoque iam vetulam virginem videns , & aliarum puellarum magistram , mira exultatione sustollitur . Exiitque quasi diu abesset ab eremo , rursus festinauit ad montem . Plurimis iam ad illum venientibus , cum etiam vexati à dæmonibus , malo necessitatis coacti auderent desertã penetrare , quos ille consolans ; & monachis in commune præcipiens , aiebat : Credite in Iesum , fideliter mentem à malis cogitationibus , carnem ab immundiciis seruate puram , & iuxta eloquia diuina , ne seducamini in saturitatem ventris , odite vanam gloriam , orate sæpissimè , psallite vesperè , manè , & meridiè , & mandata scripturarum reuoluite . Recordamini gestorum , quæ sancti quique fecerunt , vt exempli memoria animam incitet ad virtutem , refrænet à vitiis . Suadebat etiam iugi meditatione retinendum Apostoli sermonem , quo ait : Sol non occidat super iracundiam vestram . Non tantum autem super iracundiam solem occidere non debere interpretabatur , sed & super omnia delicta hominum , ne peccatorum vnquam nostrorum aut in nocte Luna , aut in die Sol testes abscederent . Illius quoque admonitione præcepti , quo memores esse dicit : Diiudicate vosmetipsos , & probate , vt rationem dici necessitate facientes , si in se delictum prehēdisset , peccare desisterent : Sin autem nullus error decepisset , perseuerantes instarent potius incepto , quàm arrogantia tumidi , aut alios contempnerent , aut sibi iustitiam vendicarent , iuxta supradicti doctoris eloquium dicentis : Nolite iudicare ante tempus , magis debere eos Christo , cui Soli occulta patent , reseruare iudicium . Multas esse (vt scriptum est) vias quæ videntur hominibus iustas , sed fines earum ad profundum respicere inferni , sæpe nostra non posse nos intelligere peccata , sæpe falli in ratione gestorum : aliud esse Dei cuncta cernentis iudicium , qui non ex superficie corporum , sed ex mentium indicat arcanis . Æquum autem esse nos nobis cõpati , & inuicem onera nostra portare , vt concessio examine Saluatori , proprias conscientias nosmetipsos iudicantes intueremur . Nec non dicebat magnam esse ad virtutem viam , si singuli vel obseruarent , quid gererent , vel vniuersas mentium cogitationes fratribus referrent : Non enim posse aliquem peccare , cum relaturus esset ad alium quæcunque peccasset , & subite pudorem in publicum turpia proferendi . Denique nullum peccantem coram alio audere peccare etiam si peccet , tamen testem vitare peccati , mentiri magis & negare ei , & verus delictum nouo inficiandi augeri delicto . Igitur quasi sub oculis agebat nostris , & cogitatu confundimur & actu , si omnia referenda faciamus , multò autem magis si peccata nostra fideliter describentes , digeramus in ordinem . Tunc verò annotatio delictorum fratrum videbitur oculis . Tunc timebimus peccati maculas , conscientia sibi nos arguent apices , & quomodo meretricibus membra miscntes confunduntur ad præsentiam cæterorum , ita & nos erubescamus ad literarum scripturas . Hæc agamus , hanc virtutis gradiamur viam , & corpora

mentibus subiugantes , perniciosas diaboli conteramus insidias . Talibus sermonibus , hortamentisque & venientes ad se monachos incitabat ad studium , & patientibus condolebat ; pluresque eorum Dominus per Antonium liberauit . Nunquam tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam , aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmurauit . Magis autem eodem semper animo ; & vultu manens , gratias Deo referebat , suadens occupatis vt corruptionem , quæ vexabantur , patientius ferrent : Non enim Antonij aut cuiusquam hominum omnino hæc esse medicinam , sed Dei solius , qui consuevit & quibus vellet , & quo vellet tempore dare sanitatem . Ita cõsolatione sua , & vexatos æquanimiter ferre tentationem , & iam liberatos non sibi , sed Deo gratias referre docebat . Fronto autem quidam vir ex Palestinis , qui infestissimo dæmonio vexabatur (nam & linguam eius laniabat dentibus , & oculorum nitebatur lumẽ extinguere) perrexit ad montem , rogabatque beatum senem , vt pro se Dominum rogaret . Oravit Antonius , dixitque ad eum , vade & curaberis . Illo incredulo sibi , & violenter ibidem contra præceptum remorãti eadem geminabat Antonius , dicens : Hic curari non poteris : Egredere , & calcata Ægypto statim te misericordia Christi consequetur . Tandem credidit ; & profectus est , ac visa Ægypto , secundum promissionem senis , quàm ei Dominus oranti reuelauerat , infestatio cessauit inimici . Virgo verò quædam , quæ à Tripolitana regionis ciuitate deuenerat , inauditis ac flebilibus doloribus laborabat . Etenim narium purgamenta , oculorum lacrymæ , aurium putridus humor in terram cadens confestim in vermes vertebantur . Augebat calamitatem corpus paralyti dissolutum , oculos quoque peruersos contra naturam habens . Hanc parentes eius deferentes , cum ad Antonium monachos ire didicissent , credentes in Domino , qui pertinacem sanguinis fluxum in Euangelio tactu simbriz stare præceperat , rogauerunt vt miserabilem filia comitatum suscipere . Illis renitentibus eam vsque ad Antonium perducere , remansere parentes eius foris cum filia debili apud beatum confessorem & monachum Paphnutium , qui effossis pro Christo oculis sub Maximiano persecutore , tali dehonestamento corporis plurimum gloriabatur . Peruenerunt igitur ad Antonium monachi : Cumque de morbo puellæ referre disponent , relationem eorum senis sermo præuenit , & omnem debilitatis & itineris vsque ad sanctum Paphnutium causam , quasi ipse interfuisset , exposuit . Rogantibus autem cum monachis , vt parentibus cum filia permitteretur ingressus , non cessit , sed ait : Ite inuenietis puellam , si non est mortua , curatam : Et adiecit : Nullus debet ad meam humilitatem venire , quia largitio curatorum non est humanæ miseris , sed Iesu Christi misericordis , qui vbique in se credentibus prestare consuevit auxilium . Quamobrem & illa , pro qua petitis , suis precibus liberata est , & cum ad Dominum orarem ego , mihi præsentia sanitatis eius indulta est . Dixit , & verba eius puellæ incolumitas secuta est . Nam excentes foras ad beatum Paphnutium , & filiam sospitem , & parentes

Antonius aut quispiam alius agram coram non sanat sed Deus.

Miracula

Paphnutium.

lætos repererunt. Non multos autem post illos dies cum duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & vno siti mortuo, alter iaceret in terra mortem expectans: Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos monachos vocavit, qui forte ibidem sunt reperti, & festinatè præcepit, vt lagenam aquæ assumentes, inuaderent iter quod ducit ad Ægyptum, dixitque: Vnus è fratribus huic aduenientibus modò migravit ad Dominum: alter si non succurreritis, addetur: hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta præceptum eius monachi festinantes, extinctum corpus inueniunt, terraque id operientes, alterum refocillatum suo iunxerunt comitatu, erat autem spacium itineris vnus diei. Fortasse aliquis quærat, cur non antequam moreretur, Antonius dixerit. Incongruo profusus Christianis argumento vitur, quia non Antonij, sed Dei iudicium fuit, & de sitiente reuelare dignatus est. Hoc tantum in Antonio mirabile est, quòd in monte remotissimo sedens, corde peruigili cuncta procul posita Domino indicante, cognosceret. Alio rursus in tempore cum sederet in monte, & oculos tendisset in cælum, vidit nescio quam animam, lætantibus in eius occursum Angelis, ad cælum pergere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus, beatum dixit sanctorum chorum, orauitque vt sibi præsentis agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta est inquiens, istam esse Ammonis monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandæuus, qui perseveranter à pueritia vsque ad senectutem in sanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim spacio à Nitria, locus in quo sedebat Antonius diuidebatur. Videntes autem eum monachi admirantem, qui venerat deprecari sunt, vt causam hilaritatis ediceret. Quibus ait: modò Ammonem quiescisse, quem propter frequentem eius ad Antonium comeatum, & propter celebritatem indultorum ei à Domino signorum optimè nouerant: de quibus etiam hoc vnum dicendum est. Necessè ei fuit aliquando flumen nomine Lycum subitis aquis inundatum transuadere, rogauitque Theodorum, qui cum ipso erat, vt paululum à suo separaretur aspectu, ne nuditatem corporis inuicem vterque conspicerent. Recessit Theodorus: nihilominus ille seipsum cum nudare vellet, erubuit. Cogitantem autem eum in alteram ripam virtus diuina transposuit. Rursusque Theodorus vir & ipse Deo deuotus, transiens ad senem, mirari cœpit quòd tam velociter fluuium transuadasset. Cumque nihil humoris in pedibus, nihil in vestibus eius aquæ conspiceret, rogauit eum, vt tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere quæ acciderant, amplexus est pedes eius, iurauitque non se dimissurum priusquàm sibi id quod celabat, referret. Videns ergo senex contentiosè vincere volentem fratrem, exegit vicissim ab eo, vt nulli hoc ante suam mortem indicaret, atque ita confessus est se subitò in alteram ripam fuisse transpositum, neque omninò vndis impressisse vestigia, dominici corporis hoc tantummodo præuilegium asserens, & eorum quibus ipse, vt Apostolo Petro, donauerit, vt aquarum leuitate

Reuelatio

Ammonis animam in cælum ascendentem vidit Antonium.

Antonius è ripa in ripam translatus.

humanum corpus insisteret, Hæc autem Theodorus præmissò tempore non dixit, post eius mortem retulit. Monachi verò, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notauerunt diem, & venientibus de Nitria fratribus post dies triginta, sciscitantes repererunt illo die, illaque hora dormisse Ammonem, qua animam eius ferri fenex viderat. Vtrique igitur puritatem mentis in Antonio mirati sunt, quomodo rei tam longè gestæ statim ad eum fuisset perlata cognitio. Archelaus quoque comes cum eum inuenisset in exteriori monte, rogauit vt oraret pro Policratia Publij filia, quæ in Laodicæa erat, admirabili & Christo dedita virgine. Patiebatur enim pessimos stomachi & lateris dolores, quos ieiuniis nimis, vigiliisque contraxerat, & erat penitus toto debilis corpore: orauitque Antonius, & diem, quo oratio fuerat facta, annotauit Archelaus. Redit Laodicæam & inuenit virginem incolumen. Percontatus diem sanitatis, reperit tempus medelæ cum annotatione congruere. Et omnes admirati sunt agnoscentes eo tempore illam fuisse à doloribus liberatam à Domino, quo orans Antonius pro ipsa bonitatem Saluatoris inuocauerat. Sæpe etiam ad se venientium turbarum antè dies & menses, & causas prædixit & tempora. Nam quosdam videndi eum tantum desiderium, alios imbecillitas, nonnullos obsessa à dæmonibus corpora pertrahebant: nemo tamen vnquam vexationem aut detrimentum laboris itineris conquestus est: regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille præcipiebat non suæ laudi hanc admirationem ab eis applicari debere, sed Domini, qui sui notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulsit. Quosdam autem tempore cum exiisset ad exteriora monasteria, & rogatus esset à fratribus vt in naui quadam cum monachis proficiscentibus oraret, ascendit, & solus ex omnibus odorem sensit teterrimum: assererant cuncti piscium salorum, & caricarum in naui positarum hunc esse putorem. At ille alterius rei se factorem sentire affirmavit. Adhuc loquente illo adolescens quidam possessus à dæmone, qui procedens iuxta carinam se nauis absconderat, repente exclamavit. Quo statim per Antonium in nomine Domini nostri Iesu Christi curato intellexere vniuersi illum diaboli fuisse putorem. Alius quoque ad eum vir inter suos nobilis dæmoniosus adducitur, tanta oppressus insania, vt non sciret se esse apud Antonium, nec non & corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his qui eum adduxerant, vt pro illo Dominum oraret, intantum iuuenis miseriæ condoluit, vt tota nocte peruigilans cum eo aduersus patientis insaniam laboraret. Sed cum iam lucesceret, & obsessus impetu in Antonium factò, vehementer eum impulisset, irasci cœperunt qui eum adduxerant, cur seni fecisset iniuriam. Quibus Antonius ait: Nolite alienam culpam iuueni misero adscribere: furor iste obsidentis est, non obsessi. Idcirco autem in hanc prorupit dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eum iussit, & expulsi satanæ indicium iste aduersus me impetus fuit. Nulla post verba mora, adolescens recepto sensu, & gra-

Policratia curatur.

Ante cibum orabat Antonius in spiritu raptus.

Religionis assumptio præterita peccata dimittit.

ephe. 6.

2. Cor. 12.

visiones.

& gratias agens Deo, locum vbi esset agnouit, & toto Antonium complexans deosculatus est affectu. Innumera & alia istiusmodi signa sunt, quæ monachorum concordie sæpe relatione cognouimus. Verum non tantum his adhibendus est stupor, quia multò plus quæ sequuntur, conditionem nostræ fragilitatis excedunt. Hora circiter nona, cum ante cibum orare cœpisset; raptum se sensit in spiritu, & ab Angelis in sublime deferri, prohibentibus transitu aëris dæmonibus, cœperunt Angeli contradicentes requirere, quæ esset causa retinendi, nullis existentibus in Antonio criminibus. Illis verò ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, criminosa Angeli ora clauerunt, dicentes, non debere eos à natiuitate eius delicta narrare, quæ iam Christi essent bonitate sopita: si qua autem scirent ex eo tempore, quo factus esset monachus, & Deo se consecrasset, licere proferri. Accusabant dæmones multa procaciter mentientes, & cum deessent probamenta fallacibus, liber Antonio consensus aperitur. Et statim rediens in se eo loco, quo stare cœperat, hoc se rursus vidit esse, quod fuerat. Tunc verò oblitus escæ ex illa hora noctem gemitu ac lamentatione transegit, reputas secum humanorum hostium multitudinem, & colluctationem tanti exercitus, & laboriosum per aërem iter ad cælum, & hoc Apostoli dictum, quo ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principem potestatis huius aëris, qui sciens aëreas potestates ob id semper tentare, luctari, & contendere, ne nobis liber transitus esset ad cælum, hortabatur monens: Assumite arma Dei, vt possitis resistere in die mala, vt nihil mali habens, quod de vobis dicere possit inimicus, confundatur. Nos autem Apostolici sermonis recordemur dicentis: Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Et Paulus quidem vsque ad tertium cælum raptus est, ibique auditis verbis ineffabilibus descendit. Antonius autem vsque ad aërem sublatus post colluctationem liber apparuit. Habebat etiã istiusmodi donum, si cuius rei sedes in monte ignarus fuisset, & eius secum inquireret notionem, oranti ei à Domino reuelabatur, & erat secundum quod scriptum est, à Deo doctus. Deniq; cum à fratribus haberetur iste tractatus, & ab eo sedulo sciscitaretur, quæadmodum se post corporis sarcinam anima gereret, quæque ei locus post exitum concederetur, proxima nocte vox desuper inclamitans nomen eius ait: Antoni, exurge, exi, & vide. Qui exurgens egressus est, sciebat enim quibus respondere deberet. Et eleuatis ad cælum oculis vidit quendam longum atque terribilem, caput vsque ad nubes attolentem: vidit etiam pennatos quosdam volare cupientes ad cælum, atque illum extensis manibus prohibere transitum: è quibus alios apprehensos elidebat ad terram, alios frustra retinere contendens, dolebat super se ad cælestia transuolare, & maximum gaudium mixtum mœrore victi, victoresq; tribuebant. Statimq; ad eum vox facta est dicens: Animaduerte quod vides. Et tunc cœpit illuminato corde intelligere animarum esse consensum, & diabolum prohibentem, qui & sibi retineret obnoxios, & sanctorum quos decipere non poterat, cruciaretur volatu. His visionum exemplis incitatus quotidie ad meliora cre-scebat. Neque verò id quod sibi reuelatum fue-

rat, causa iactantiæ fratribus indicabat, sed cum orans iugiter Dei laudaret auxilium, interrogantibus compellebatur edicere: nec spirituales filios pura in Christo anima occultare quiequam volebat, præsertim cum huiusmodi signorum relatio, & amorem ministraret propositio, & fructum laboris ostenderet. Nunquam ille aut ira subita concitatus patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam: nam omnes clericos vsque ad vltimum gradum ante se orare compellens, Episcopis quoque atque presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. Diaconos verò, qui ad eum vtilitatis causa veniebant, cum pro adiutorio eorum eis præsentibus disputaret, ad orandum Dominum sibi proponebat, non erubescens & ipse discere. Nam & interrogabat eos frequenter cum quibus erat, & si aliquid ab eis necessarium audierat, se fatebatur adiutum. Habebat autem & in vultu magnam gratiam, & admirabile à Saluatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus eius inter multitudinem monachorum cum videre desiderasset, nullo iudicante, cæteris prætermisissis ad Antonium currebat, & animæ puritatem agnoscebat ex vultu, & per speculum corporis gratiam sanctæ mentis intuebatur. Nam semper hilarem faciem gerens, liquidò ostendebat, se de cælestibus cogitare, sicut scriptura ait: Corde lætante vultus floret, sed in mœrore continuo tristatur. Ita & Iacob agnouit Laban socerum suum insidias sibi machinantem, dicens ad filias eius: Non est facies patris vestri sicut heri & nudius tertius. Sic Samuel agnouit Dauid: lætificatos enim habebat oculos, & dentes sicut lac candidos. Similiter agnoscebat Antonius, quia semper eandem faciem inter prospera & aduersa retinens, nec secundis extollebatur, nec frangebatur aduersis. Erat enim & in vultu amabilis, & in fidei puritate mirabilis. Nūquam schismaticorum se miscuit communioni, antequam eorum sciens prauitatem atque transgressionem: Nunquam Manichæis aut aliis hæreticis saltem amicabilia verba largitus est, nisi tantum ea quæ eos possent ab iniquitatis errore reuocare, denunciatis talium amicitias atque sermones perdicionem esse animæ. Sic etiam Arrianos detestabatur, vt omnibus diceret, ne iuxta eos quidem esse accedendum. Nam cum venissent quidam Arrianitæ, reperit post eorum examinationem infidelissimam sectam, & fugauit eos de monte, dicens multò serpentibus deteriores horum esse sermones. Mentientibus autem Arrianis aliquando Antonium ita vt se credere, admiratus eorum audaciam, & iusti doloris ira commotus, rogatusque ab Episcopis, atque vniuersis fratribus Alexandriam descendit, ibique Arrianitas publico sermone condemnauit, vltimam hanc esse hæresim, & præcursorem Antichristi affirmans, prædicauitque in populo filium Dei non facturam, non ex vllis extantibus, sed propriam, & vnus cum patre substantiæ: ne creatura potius aut adoptio, aut appellatio videretur, impium esse dicens vel mente concipere, erat quando non erat, cum verbum Dei Deus, qui est, semper patri sit coæternus, quia ex eo natus est pater, qui semper est. Vnde alebat: Cum Arrianis vobis nulla sit cõiunctio. Quæ enim societas luci ad tenebras? Vos fideliter credentes Christiani estis: illi verbum, id

Et ab Episcopis et presbyteris benedicretur, caput submittebat.

Antonij corporis descriptio

Hæreticorum communionem fugiebat.

Antonius fugit Arrianos.

Antonij sermo in Arrianos.

est, filium, qui ex Deo patre est, creaturam docentes, nullo interuallo à Gentibus separantur, qui seruiunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Ipsa (mihi credite) irascuntur elementa, & omnis contra Arrianum furor, secundum Apostoli dictum, ingemiscit creatura, quòd sibi Dominum suum, per quem omnia, & in quo omnia facta sunt, videat cœquari, aliàs aggregari. Hæc tanti viri prædicatio exprimi non potest, quantum ad fidem populos roborauerit. Lætabatur quippe hostilem & Christo inimicam hæresim anathematizari ab Ecclesiæ columna. Nulla tunc ætas, nullus sexus domi remansit. Taceo de Christianis. Pagani quoque, & ipsi idolorum sacerdotes ad Dominicum imperium conuolabant, dicentes: Precamur vt videamus hominem Dei, quia hoc apud vniuersos conspicuum erat nomen Antonij. Ambiebant quoque saltem simbram vestimenti eius attingere, multum sibi & tactum prodesse credentes. Quot tunc diabolica obsidione, & variis infirmitatibus liberati: quot simulachris erepta tacti spolia: quanti etiam ab errore gentilium retracti, nostro iuncti sunt gregi? Tanti certè, vt paucorum dierum spacio ex idolorum superstitione conuersio omnem per annum credentium vinceret turbam. Præterea cum irruentem multitudinem comites repellerent, æstimantes illi tædio conuentum populum fore: in tranquillo animo dicebat: Nunquid hic cœtus dæmonum maior est turbis? Nunquid obsequentium multitudo colluctatorum in monte nostrorū cateruis est numerosior? Accidit etiam vt cum eum redeuntem circa portam prosequeremur, à tergo quædam mulier clamitaret, dicēs: Expecta homo Dei, filia mea atrocissimo vexatur dæmonio, expecta, obsecro, expecta, ne & ego corruens inteream. Hoc audito mirabilis senex à nobis admonitus, volens tamen & ipse paululū substitit. Cùmque appropinquante muliere puella iaceret explosa, orauit tacitus Dominum Iesum, & ad comminationem eius statim spiritus impurus egressus est. Puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipse autem lætabatur, quia ad desideratam solitudinem repedabat. Erat autem valde sapiens, & hoc in se mirabile habebat, quia cum literas non didicisset, ingeniosissimus & prudentissimus, immobilis & mansuetus erat. Aliquando etenim philosophi duo gentiles venerunt ad eum pŭsantes Antonij se posse decipere: erat verò in superiori monte. Quos cum vidisset, paganos intellexit ex vultu, & procedens ad eos per interpretem, ita cœpit loqui: Quare tam longè ad stultum hominem sapientes se vexare voluerunt? Illis dicentibus non esse illum stultum, sed & nimium sapientem, vigilanter respondit: Si ad stultum venistis, superfluus est labor vester: si autem putatis me sapientem esse, & sapientiam habere, bonum est, imitami quod probatis, quia bona cōuenit imitari. Si ego ad vos venissem, vos imitaret: sed quia vos ad me, quasi ad sapientem venistis, estote sicut ego sum, Christiani. Abscesserunt Philosophi vtrumque mirantes, & acumen ingenij, & dæmonū expulsionem. Alios quoque similiter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebant, quia literas ignoraret, tali disputatione colligauit, dicens: Respondete mihi, quid prius, sensus, an literæ? & quid cuius exordium? sensus

Literas
non didi-
cerat An-
tonius.

ex literis, an literæ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus quòd sensus esset author, atque inuentor literarum, ait: Igitur cui sensus incolumis est, hic literas non requirit. Quis præsentium post hanc colluctationem non exclamauerit, cum obstupuerint & ipsi victi sunt, tantam in imperito literarum sagacitatem animi admirantes? Neque enim vt in solitudine & montibus versatus, atque omnem ibidem exigens vitam, agrestis & rudis erat, sed iucundus atque affabilis: sermonem secundum Apostoli præceptum, diuino conditum sale proferebat, ita vt inuidia careret, & amore omnium potiretur. Inter hæc, quasi parum esset bis gentilitatem fuisse superatam, & tertio venerunt viri ad eum omnis secularis prudentiæ nube cœcati, atque vniuersis philosophiæ studiis artium suarum æstimatione doctissimi. Hi cum rationem ab eo exigent fidei, quam in Christo habemus, & niterentur arguta sophismatū interrogatione de diuina cruce cum illudere, in silentium paululum voce compressa, primùm eorum miseratus errorem est, deinde per interpretem, qui eius verba diligentissimè in Græcum solebat exprimere sermonem, ita exorsus est, dicēs: Quid pulchrius est quiduc honestius, crucem colere, an adulteria, parricidium vel incestum his assignare quos colitis: cum in altero sit contemptus mortis, insigne virtutum: in altero turpis religio, obscœnitatis magistra? Quid melius est dicere, quòd Dei verbum manens, vt erat, ob salutem nostram humanum corpus assumpserit, vt societate mortalitatis nos eueheret ad cœlum, participesque naturæ cœlestis efficret: an vt ipsi asseritis, diuinæ mentis haustum ad terrena veneranda caput submittere, & pecudum, atque serpentum formis cœlestè nomen includere? Quo ore Christianorum credulitatem audetis irridere, dicētium Christum filium Dei sine sui detrimēto & cœpisse esse quod non erat, & mansisse quod fuerat: cum ipsi animam de cœlestibus detrahētes, non tantum hominum, sed & pecudum soleatis sepelire corporibus? Christiana credulitas pro salute mundi Deū suum venisse testatur: vos verò innatā animā prædicantes, vltro citroque transfertis. Christiana fides, quæ omnipotentia Dei, clementiamque veneratur, consequenter incarnationem dicit Deo fuisse possibilem, ita tamen vt non euacuauerit dignatio dignitatem: vos qui animam ex splendidissimo Dei fonte manantem turpiter decidisse iactatis, qui mutabilem & conuertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere, iam illam quoque naturā dominam seculorum per animæ contumelias impia lingua temeratis: imago enim, quæ secundum nos naturalem similitudinem sui retinet authoris, cui vna est ex quo defluit, eademque substantia, humilitates proprias, & iniurias consequenter ad suam originem remittit. Igitur animaduertite contumelias animarum ad patrem (vt appellatis) earum per vestram blasphemiam redundare. Crux Christi Domini Dei nostri hinc nobis ingeritur. Rogo quæ hæc est religionis obscœnitas? nonne potius est crucem attollere, aut alicuius generis mortem ab iniquis hominibus illam patienter sustinere, quàm Isidis plangere post Osirim vagos incertòsque discursus? Pudeat vos, quæso, insidiarum Tryphonis, pudeat Saturni fugæ, & deuorationis crudelissimæ liberorum: Erubescite parricidium Iouis

sensus
incolumis
literas non
requirit.

Fidei sue
ratione
reddidit
Antonius

Crux
Christi.

Iouis, & incestum: Erubescite raptum eius, & cotum mulierum atque puerorum. Ille, sicut vestri fingunt poëtæ, ad explendum immanissimæ libidinis furor, molles dedit in amore vagitus, ille in Dianæ fluxit sinus, ipse amator & precium, ille modulatus ales Lædæos petiuit amplexus, ille in proprium læuens sexum, regium puerum ministris auiibus polluit. Hæc vos creditis, hæc colitis, hæc sunt vestrorum ornamenta templorum. A quo, deprecor pro vestra salute, nostra dicta pensate iudicio. Cuncta, an nihil, libris credenda sunt Christianis? Si nihil, nec crucis quoque cui detrahitis, nomen agnoscitis. Si vniuersa credenda sunt, cur, cum in iisdem libris cruci resurrectio copuletur, passionem diuinam stolido laceratis cloquio & non statim iungitis cœcorum visum, surdorum auditum, claudorum gressum, lepræ emundationem, seruiens ambulanti Deo suo mare, dæmonum fugas, resurrectionem mortuorum, & defunctorū ab inferis reditus? Hæc omnia scripturis diuinis, quas interpellatis, inserta sunt, & iisdem voluminibus continentur præconia maiestatis & mortis. Quam obrem odio quo imbuti estis, abiecto, inuenietis illico, & Deum verum esse Iesum, & qui salutis humanæ gratia fragilem assumpsit naturam. Vestram tamen nobis, si non pudet, narrate religionem. Sed quas error infelix poteris referre culturas de tanta rerum fœditate atque vœcordia? nisi forte (vt audio) fabulas asseratis deorum vestrorum & obscœnitates, & crudelitates, & vanitates, & mortes, regentes eas allegoricis velaminibus. Liberum raptum, terram Proserpinæ, semiclaudum Vulcanum, & debilem ignem, Iunonem aërem, Apollinem solem, Dianam lunam, Neptunum maria, libidinum principem Iouem ætherem interpretantes. Nec post hanc excusationis procacitatē Deum, sed creaturas, contempto creatore, suscipitis. Quòd si pulchritudo vos elementorum ad suā traxit venerationem, modum fas erat custodire, & oportebat mirari tantum nec colere, ne facturæ venerationis creatoris esset iniuria. Nam secundum istiusmodi, quam vos sequimini, ratio est præpostera atque peruersa, & architecti honor migravit ad domum, & medici scientia, ad remedia confertur, omnium quoque artificum merita vel laudes, ad opera transferentur. Quid ad hæc dicitis, vt cognoscamus quæ sit Crucis ridiculæ vobis ignominiosa confessio? Hac disputatione conuertentibus inter se philosophis oculos, simulque musitantibus, subridens Antonius, rursum per interpretem ait: Prædurum namque cuncto videtur operi, quoties iusto vniuersæ rei tenore calcato, laboris merita factis magis quàm factoribus adstruuntur. Elementa quidem, vt memoravi, ex ipso conspectu suam comprobant seruitutem. Sed quoniam vos observatione dialectica necessaria, vt putatis, quæque colligitis, hoc quoque artificio etiam nos nostram religionem compellit affirmare: Respondete mihi: Cognitio Dei quemadmodum manifestius approbatur, per lectionem verborum, an per operationem fidei? Et quid antiquius est, operatio fidei, an disputatio per argumenta procedens? Illis respondentibus firmiorem sermonibus operationem esse, hanc & liquidam de Deo cognitionem: bene eos & ipse dixisse consensit, quia operationem, quæ ex fide descendit, animi generat affectus: dialecticā

Conclusio.

Dij genti-
lium.

Elementa
sunt dij
gentilium.

verò ex artificio componentium sumpsisse oppositionis exordia. Cum ergo, ait, operationem fidei animo sitam quis habuerit, superflua erit verborum compositio, per quam cōceptam sensu nostro credulitatem tentatis euellere, & tamen sæpe nostras explicare intelligentias non ualetis. Ita solidiora sunt mentis opera, quàm sophismatum fraudulenta conclusio. Nos Christiani mysterium vitæ nostræ non in sapientia mundi habemus repositum, vitæ Christi sed in virtute fidei, quæ nobis à Deo tributa per Christum est. Hanc orationis meæ veritatem quotidianæ quæ geruntur, ordo commendat, nobis imitari debetis, & literarum vestrarum ignaris ad dignationem eius solùm verba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti, in vniuersum orbē quotidie propagamur: vobis verò post aduentum Domini nodosæ sophismatis defecerunt versutiæ. Ecce nos simplicem Christi fidem docti idololatricam debellauimus, & per prædicationem ignominiosæ crucis aurata templa ceciderunt. Vos si potestis, ostendite qua contexione verborum gentilitatem Christo præponere suaseritis. Per omnes iam terras Deus Dei filius Christus est agnitus, nihil eloquētia sophismatum, nihil disputatio philosophiæ multitudini potest obesse credentium. Crucifixum nominamus & vniuersi dæmones, quos vos vt Deos colitis, rugiunt, atque ex obsessis corporibus ad primum dominicæ crucis signum fugantur. Vbi sunt illa fabulosa oracula? Vbi Ægyptiorum incantationes? Quòd magorum profecere carmina? Certè nunc vastata sunt omnia cum de sua cruce mundo Christus intonuit. Nihilominus vos prætermittis debilitatorum cateruis, gloriosam Iesu mortem irridere conamini. Illud autem quale est, quod nunquam in festinatione regali concussa gentilitas, imò seculo chara, & hominum præsidis fulta iam corruit? Nos famuli Christi, quòd plus premimur, eò magis assurgimus & floremus. Vestra simulachra ornatis quondam septa parietibus, iam vetustate collapsa sunt: Christi verò doctrina, quæ vobis stultitia videtur & ludus, licet tyrannica persequentium principum tentamenta pertulerit, licet variis sit incurrata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo gentium barbararum sine prohibetur. Quando tot simul in se conuenere virtutes? continentia in matrimonio, virginitas in Ecclesia, floret martyr pro Domino suo gloriosa constantia, quorum omnium Crux Christi principium est. Cum interim vos inter tantos virtutum choros syllogismorum retia tenditis, & veram rerum lucem tenebrosis conamini argumentationibus obuoluere. Ecce nos, vt dixit doctor noster, nō in gentili persuasionem, sed in fide apertissima suademus, quæ verborum affirmationem præuenire cōsuevit. Adsunt quippè patientes à dæmonibus vexati: quos cum in medium produisset, verba repetiuit, dicens: Nunc vos collectionibus vestris, & quo vultis malefico carmine Deos vestros, quos putatis, expellite: sin autem non potestis, victas submitte manus, & ad Christi trophæa confugite, & statim crucifixi credulitatem maiestatis potentia prosequetur. Dixit: & inuocato nomine Iesu, cum vitale signum in sacro numero Trinitatis pressisset in frontibus, vnà cum expulsis dæmonibus vana præsentium philosophorum confutata sapientia est. Expauerunt enim stupentes homines

Mysterium
vitæ Christi
sed in virtute fidei,
quæ nobis à Deo tributa per
Christum est. Hanc orationis meæ
veritatem quotidianæ quæ geruntur,
ordo commendat, nobis imitari
debetis, & literarum vestrarum
ignaris ad dignationem eius
solùm verba sufficiunt.

Christi
doctrina
nullo ter-
rarum or-
be concluditur,
nullo gentium
barbararum sine
prohibetur.

Philosophi
ab Antio-
nio con-
futati.

cui post tantum ingenium affluerat signorum diuina largitio. At ille vniuersa Christo, qui curauerat, adscribens, vsus est affatu reciproco, & ait: Nolite me putare his sanitatem dedisse, Christus per seruos suos facit ista miracula. Credite & vos, & videbitis quia deuota Deo fides, non eloquentiae vanus tumor talia signa mereatur: confugite ad Crucifixi legem, nosque eius imitami famulos, & hoc scientiae sitis contenti, nulla deinceps secularis imprudentiae argumenta quaeratis. Haecenus Antonio dicente, miro philosophi stupore percussis, cum honorifico salutato ab eo recedentes, multum eius sibi fatebatur profuisse conspectum. Hoc in eo viro mirabile est vt hominem in extremo mundi limite conditum, & fauor principum, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Constantinus Augustus, & eius liberi Constans, atque Constantius talia cognoscentes, crebro ad eum, quasi ad patrem missis literis obsecrabant, vt reciprocos eos scriptis hilaret. At ille eiusmodi manens, qualis & antequam literae ad eum venirent, fuerat, nec salutatione principum mouebatur, & tanquam non acceptis literis conuocatis monachis, aiebat: Reges seculi ad nos miserunt epistolas: quae hic Christianis adhibenda miratio est: licet enim diuersa sit dignitas, attamen eadem nascendi moriendique conditio est. Illa sunt omni veneratione percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus Deus legem scripserit, quod per filium suum propriis Ecclesiis ditauerit eloquiis. Quae monachis est ratio cum Epistolis Regum? Cur accipiam literas quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia? Igitur rogatus ab vniuersis fratribus, vt Christianos Reges suis literis refrigeraret, ne scilicet per silentium eius exasperarentur, ad susceptas epistolas conuenientia rescripsit. Laudauit primum quod Christum colerent, deinde salutaria persuasit, ne magnam putarent regiam potestatem, ne praesentis carnis Imperio tumetes se homines esse nescirent, & iudicandos a Christo obliuiscerentur. Ad postremum clementiae circa subiectos, & iustitiae, curae quoque inopum admonuit, atque vnum sempiternum esse regem omnium seculorum Iesum Christum, epistolis restatus est. His principes susceptis vehementissime laetabantur. Sancta quoque apud cunctos Antonij flagrabat opinio, ita vt eius se filios cuperent nominari, magna etenim cum aduenientibus affabilitas omnium in se studium conuerterat. Postquam ergo gentiles confutati, reges admoniti, fratres ab eo sunt consolatione reuelati, ad interiorem montem, & ad rigorem solitum regressus est: ibique sepe cum introeuntibus deambulans, ac residens stupebat, sicuti in Daniele scriptum est: & interiectis horarum spaciis, consequentia respondebat, vt intelligeretur aliqua reuelationis vidisse secreta. Nam in monte positus ea quae in Aegypto longe gerebantur, prauidens, Episcopo Serapioni ibi constituto narrauit. Lamentabilis sequitur visio, & omni lachrymarum fonte plangenda. Cum enim fratribus circa se sedentibus operaretur, intentè fixit oculos in caelum gemens atque suspirans, & post aliquantum spatium reuelationis inceptae nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante Dei vultum prouolutus orauit, vt clementia sua futurum scelus auerteret. Succedunt orationi lachrymae metus in-

Constans & eius filij ad Antonium scribunt.

Quid Antonius ad constantinum scripsit.

Antonius Serapioni narrat quae in Aegypto gererentur. Fixis genibus ante Dei vultum prouolutus orauit Antonius

gens inuadit praesentes, obsecrant vt tanta calamitatis exponeret visionem. Singultus occupat vocem, lingua stertibus praepeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tamen cum vociferatione fluctuosa ait: Melius erat filioli, impendens piaculum cita morte luctari. Sic incipiens, rursus lachrymis vincitur, & inter aegra suspiria tandem pectori commodans vocem: Magnum, inquit, quoddam, & vniuersis seculis inauditum imminet nephas. Magno fides Catholica turbine subuertetur, & homines iumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim Altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Haec est causa gemituum meorum, quos audistis, et facta est vox Domini dicens. Abominabitur altare meum: nec mora, visionem sequitur effectus. Nam post annos duos saeuè Arrianorum irrupuit insania. Tunc Ecclesiarum fuerunt rapinae, tunc diuinorum temeratio vasorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria tunc paganorum opificum praesidia aduersus Christum comparata cum assumptione palmarum, quod idololatriae apud Alexandriam insigne est, ad Ecclesiam pergere compellebantur Christiani, vt Arrianorum populi crederetur. Proh scelus, horret animus replicare quae gesta sunt. Virginum, matronarumque ereptus pudor sanguinis ouium Christi in Christi templo effusus veneranda resperfit altaria: baptisterium pro voluntate gentiliu pollutum est. Nihil defuit, visionis veritatem monstrauit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplinatio Arrianorum esset impietas. Sed istam tristitiam consequentis reuelationis prosperitate consolatus est, & ait: Nolite, filioli, moreri vos penitus dare: vt enim iratus est Dominus, sic rursus miserebitur, & suum citò Ecclesia recuperabit ornatum, eosque qui in persecutionibus fidem Domini seruauerint, solito videbitis fulgore relucere, Reuertentur ad foueas suas serpentes: & religio longius propagabitur: tantum videte, ne fidei vestrae synceritas, Arriana labe fordescat. Non Apostolorum, sed daemorum, & patris eorum diaboli ista doctrina est, ob id per insipientiam iumentorum similis pecudum, eorum expressus est animus. Hucusque Antonius. Sed nos minimè conuenit diffidere tam grande miraculum per hominem potuisse ostendi. Saluatoris enim promissio est ita dicens: Si habueritis fidem vt granum sinapis, dicetis: huic monti transferte, & transferretur, & nihil impossibile erit vobis. Et iterum: Amen amen dico vobis, omne quod petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: Petite, & accipietis. Ipse enim suis discipulis, & vniuerso credentium gregi nunc subiectionem daemiorum, nec variarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat: Gratis accepistis, gratis date. Nunquid suae virtutis Imperio curabat Antonius: nunquid suae possibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat? orationibus, non praecipis daemones, morbi que cesserunt, & ad Christi Dei nostri nominationem semper vniuersa perfecta sunt. nemo sapientium sanitarum admirationem adscribat Antonio, sed Domino Iesu, qui solita erga creaturas suas exhibens beneuolentiam, nunc quoque per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat & ob vitae eius merita, cuncta Dominus largiebatur. Saepè autem &

visionem Refert.

Arrianorum insaniam promittit Athanasius

Lm. 17.

contra

contra voluntatem ad exteriorem montem a fratribus perducebatur. Et cum iudices, qui ad interius archisterium propter asperitatem itineris, & ob sequentium multitudinem, & horridam solitudinem ire non poterant, precario quaesierunt, vt eius frueretur aspectibus vt impetrare possent, quia molestissime ferebat vexationem discursuum, ipsos catenatos, quos aut noxietas, aut vigor publicus constrinxerat, ad eum destinabant scientes, tales ab Antonio non posse contemni: quorum stertibus superatus pertrahebatur ad exteriorem montem agnoscens laborem suum vtilem miseris fore, suadebatque iudicibus, qui eum inuitauerant, vt in sententia proferenda & odio & gratiae Dei timorem anteponerent, nec ignorare eos debere quod scriptum est: Quocumque iudicio iudicaueritis, in eo iudicabitur de vobis: attamen inter medios sermones charae sibi solitudinis recordabatur. Post coactam itaque praesentiam, quam ducis preces, & quod verius est miserorum stertus extorserat: Post salutaria monita, post reorum commendationem, quorundam etiam ab solutionem postulanti duci, vt paulò largius eidem suam praesentiam iudulgeret, ait: non posse se diutius ibidem morari, grato vsus exemplo quoddam sicuti pisces ab aqua extracti mox in areni terra morerentur, ita & monachos cum secularibus retardantes, humanis statim resolui confabulationibus. Ob id ergo, inquit, conuenit, vt pisces ad mare, ita nos ad montem festinemus, ne tardantibus nobis aliqua propositi succedat obliuio. Pro tanta hominis sapientia dux miratus iustam de eo tulit, veramque sententiam, dicens: Verè istum esse famulum Dei agnosco, nec in rustico homine potuisse tantam aliquando inesse sapientiam, nisi diuino amore regeretur. Praeterea cum Balatius, qui sub Nestorio praefecto Alexandriae Dux Aegypti fuit, homo Arrianae iniquitatis studiosissimus fautor, ita Christi Ecclesiam persequeretur, vt animo vesano virgines, monachosque nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius literas misit, quarum ista sententia est: Video iram Dei venientem super te: desine persequi Christianos, ne te ira occupet que proximum iam tibi minatur interitum. Legit infelix epistolam, & irrisit, atque in eam expuens proiecit in terram, portitores quoque multis afficiens iniuriis, Antonio talia renunciari praecipit: Quoniam cura tibi tempore monachorum est, etiam ad te mei vigoris transibit disciplina. Sed confestim minitorem oppressit supplicium, & post quinque dies os effrenatum vltio diuina conpescuit. Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriae, quae appellatur Chareum, cum supra dicto Aegypti praefecto Nestorio, vehuntur equis, quos inter omnes Balatius, cuius erant, mansuetissimos nutrierat. Cum ergo pariter solito sibimet equi alluderent, mitior, quo Nestoris vehebatur, morfu repentino Balatium decussit in terram, ac sic in eum inhias femora eius lacerauit, atque corosif, vt statim relatus ad ciuitatem post tertium diem moreretur, vniuersique agnoscerent minarum ab Antonio praedictarum effectum. quantocius consecutum digno persecutoris fine completo, ceteros ad se venientes mira cum molestia Antonius admonebat, vt oblita seculi dignitate, remotioris vitae beatitudinem appetere. Si qui autem maiori potestate premebantur, nec poterant obti-

Non deest monachos cum secularibus diuitiis remorari. Balatius.

Litera ad Balatium

Vltio diuina Balatium conpescuit.

nere iustitiam, ita eos obnoxie defendebat, vt ipse pro illis pati videretur iniuriam. Multis vtilis fuit preclari senis oratio, multi magnis diuitiis, & altiori militiae gradu derelicto, eius adhaesere curricula. Et vt infinita breui sermone comprehendam, bonum Aegypto medium Christus indulserat. Quis non tristitiam apud Antonium mutauit in gaudium? Quis non iram vertit in pacem? Quis orbitatis luctum non ad eius temperauit aspectum? Quis non morore paupertatis, quo premebatur, abiecto statim & diuitum despexit opulentias, & in sua laetatus est paupertate? Quis post lassitudinem monachus non eius iuuatus est hortatu? Quis adolescentiae aetatis accensus ardoribus, non ex eius admonitu pudicitiae amator fuit? Quis vexatus a diabolo sine medela rediit? Quis inimici cogitationibus distractus, caeca tempestate sopita, sereno non regressus est animo? Sciebat enim quo quisque laboraret incommodo: & ex vitae meritis discretionem Spirituum agnoscens, adhibebat morborum, prout erant vulnera, sanitatem. Vnde effectum est, vt post eius doctrinam omnes diaboli panderentur insidiae. Multae quoque desponsatae puellae ad eius conspectum ab ipso penè thalamo recedentes, in Ecclesiae matris gremio confederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant. & vniuersarum gentium varietas bellicosissimum contra daemones virum conspicerere gestiebant. Nullus se frustra illuc venire conquestus est, omnibus delectabatur, atque iucundum laboris commercium fuit. Fatigatio enim itineris emolumentum viatici reportabat, sicut rei probauit effectus. Nam post resolutionem eius quasi communi vulnere orbitatis excepto, proprium singuli parentem luxerunt. Quis autem finis vitae eius fuerit, dignum est & me commemorare, & vos cum desiderio audire, quia & hoc imitabile in eo cunctis fuit. Iuxta consuetudinem ad visendos fratres, qui in exteriori monte erant, venit, ibique a diuina prouidentia de sua morte condiscens, ita exorsus est. Vltimam, filioli, Patris audite sententiam: non enim arbitror quod in hoc seculo iterum vos visuri simus. Cogit conditio naturae, vt post centenarium numerum, quem annis quinque supergredior, iam resoluar. Ita locutus 29. audientium pectora contristauit, gemitus lachrymaeque dicta morerentia consecuta sunt. Amplexabantur eum vniuersi, quasi iam de seculo recessurum. At ille tanquam aliena deserens, ad propriam patriam profecturus magna cum laetitia praecipiebat, desidiarum instituto non debere subreperere, sed tanquam quotidie morituros, vt ante praedixerat, a sordidis cogitationibus animam custodire, & omnem emulationem ad sanctos quosque conuertere, ad Meletianos verò schismaticosque ne propè quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam peruersitatem: neque cum Arrianis comunione iungamini, quia impietas eorum iam omnibus manifesta est. His etiam illud addebat, nullum debere Christianum, cum seculi viderit potestates pro Arrianorum, & Meletianorum pugnare nequitia, a Christi territu discedere veritate: mortali illam esse defensionem, nec diu fallacem permanere posse phantasiarum. Quapropter aiebat: Custodienda est pia fides in Christo, & patrum religiosa traditio, quam ex scripturarum lectione, & custodien-

Antonius abstrahentes, in Ecclesiae matris gremio confederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant. & vniuersarum gentium varietas bellicosissimum contra daemones virum conspicerere gestiebant. Nullus se frustra illuc venire conquestus est, omnibus delectabatur, atque iucundum laboris commercium fuit. Fatigatio enim itineris emolumentum viatici reportabat, sicut rei probauit effectus. Nam post resolutionem eius quasi communi vulnere orbitatis excepto, proprium singuli parentem luxerunt. Quis autem finis vitae eius fuerit, dignum est & me commemorare, & vos cum desiderio audire, quia & hoc imitabile in eo cunctis fuit. Iuxta consuetudinem ad visendos fratres, qui in exteriori monte erant, venit, ibique a diuina prouidentia de sua morte condiscens, ita exorsus est. Vltimam, filioli, Patris audite sententiam: non enim arbitror quod in hoc seculo iterum vos visuri simus. Cogit conditio naturae, vt post centenarium numerum, quem annis quinque supergredior, iam resoluar. Ita locutus 29. audientium pectora contristauit, gemitus lachrymaeque dicta morerentia consecuta sunt. Amplexabantur eum vniuersi, quasi iam de seculo recessurum. At ille tanquam aliena deserens, ad propriam patriam profecturus magna cum laetitia praecipiebat, desidiarum instituto non debere subreperere, sed tanquam quotidie morituros, vt ante praedixerat, a sordidis cogitationibus animam custodire, & omnem emulationem ad sanctos quosque conuertere, ad Meletianos verò schismaticosque ne propè quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam peruersitatem: neque cum Arrianis comunione iungamini, quia impietas eorum iam omnibus manifesta est. His etiam illud addebat, nullum debere Christianum, cum seculi viderit potestates pro Arrianorum, & Meletianorum pugnare nequitia, a Christi territu discedere veritate: mortali illam esse defensionem, nec diu fallacem permanere posse phantasiarum. Quapropter aiebat: Custodienda est pia fides in Christo, & patrum religiosa traditio, quam ex scripturarum lectione, & custodien-

Praceptis D. Antonij.

Fides & Religiosa traditio, quam ex scripturarum lectione, & custodien-

sermone, fratres eum vehementissimè retardabant glorioso Patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas, quas & silentio demonstrabat, præcipuè tamen ob præsumptam Ægypti consuetudinem contradixit. Mos etenim Ægyptiis est, nobilium & præcipuè beatorum martyrum corpora lintamine quidem obuoluere, & studium funeri solitum non negare: terra verò non abscondere, sed super lectulos domi posita referuare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inueteratæ consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica consuetudine corrigerent, & laicos viros, ac mulieres rigidius ipse conuenit, dicens: Nec licuit hoc esse, nec Deo placitum, quippè cum patriarcharum, & prophetarum sepulchra, quæ ad nos vsque perdurant hæc facta conuincerent. Dominici quoque corporis exemplū oportere intueri iubebat, quòd in sepulchro positum lapide vsque ad resurrectionis diè tertium clausum fuerit. Atq; his modis vitium circa defunctos Ægypti, etiam si sancta essent corpora, coarguebat, dicens: Quid maius, aut sanctius corpore potest esse Dominico, quod iuxta cõsuetudinem gentium cæterarum humo conditū esse scimus? Hæc iusta persuasio multorum insitū euellit errorē, & repositis in terra cadaueribus Domino gratias pro bono magisterio retulerunt. Me tuens ergo consuetudinem superadictam, ne eodem etiam circa se laberent errore, celeriter, vale vale dicens monachis qui confluerant, ad amicū virtutis habitaculum repedauit. Post menses autem paucos, cum non mediocre incommodum senilia membra turbasset, vocatis ad se duobus fratribus, quos ibidem ante quindecim annos modico intervallo sciunctos instituerat, quique etiam ei iam seni cõperant ministrare, ait: Ego quidem, filioli, secundum eloquia scripturarum, Patrum gradior vitam: iam enim Dominus me inuitat, iam cupio videre cœlestia: sed vos, ô viscera mea, admonéo ne tanti temporis laborem repente perdati. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, & cœptę voluntatis fortitudo succrescet. Varias dæmonum nostris insidias, vidistis eorum & impetus feroces, & vires effœminatas: Iesum suspirate, & credulitatem nominis eius vestris figite mentibus, & à certa fide vniuersi dæmones fugabuntur. Mementote etiam admonitionum mearum, & incertæ conditionis vitæ quotidie ancipitem pertractate, & cœleste vobis præmium sine cunctamine tribuetur. Schismaticorum quoque, & hæreticorum venena vitate, meumque circa eos odium sectamini, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi quòd nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit propter prauam eorum voluntatem, & pertinax contra Christum bellum. In hoc autem magis estote solliciti, ut Domini præcepta seruetis, & post mortem vestram sancti quique, quasi amici & notos, in æterna vos recipiāt tabernacula. Hæc cogitate, hæc sapite, hæc retexite: & si qua mei vobis cura, si qua Patris memoria est, si mihi vicarium rependatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne vano corpore honore seruetur, ne vituperari ritus à me, ut nostis, etiam circa me seruentur obsequia, huius enim rei gratia maximè huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, vos Patris operite corpusculum, & illud quo-

Mortui quomodo sepeliedi.

Exhortatio.

Cauidanda cõmunio cum hæreticis.

Corporis sui sepulchrum cõmendat Antonius.

que senis vestri custodire mandatum, ut nemò præter vestram dilectionem locum tumuli mei nouerit. Confido in Domino, quia necessario resurrectionis tempore hoc corpusculum resurget incorruptum. Vestimentorum autem meorum sit ista diuisio: Melotem, & pallium tritum, cui superiaceo; Athanasio Episcopo date, quod mihi nouum ipse detulerat. Seraphion Episcopus aliam accipiat melotem: vos cilicinum habetote vestimentum, & valete, viscera mea: Antonius enim migrat, & iam nõ erit in præsentī seculo vobiscum. Verba finierat, & osculantibus se discipulis, extendens paululum pedes, mortem lætus apexit, ita ut ex hilaritate vultus eius Angelorum sanctorum qui ad perferendā animam eius descenderant, præsentia nosceretur. Hos intuens, tanquam amicus videret, animam exhalauit, & additus est patribus secundum ordinē scripturarum seruauerunt mandata discipuli, inuolutū, ut præceperat, corpus humo operietes: & nemo interim vsq; ad hæc diem, præter eos, vbi sit cõditum nouit. Legatarius autem Antonij benedicti qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij muneribus amplectitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, lætenter vestimentum recordatur imaginem sanctitatis. Hic Antonio vitæ terminus fuit, ista principia meritorum, quæ licet pariori, ut prædixi, sermone narrauerim, tam ex his potestis aduertere, qualiter homo Dei à pueritia ad senectam vsque peruenerit, & quòd omni semper dubitatione calcata, nec languore quicquam ætati aliquando concesserit. Magis autem æqualitatem propositi tenens, nec vestimentum mutauit, nec pedes lauit, nec escam sectatus est molliorem: oculorum quoque aciem, & numerum dentium, licet paululum ob ætatem viderentur attriti: nec non & pedum incessum, totius etiam corporis firmitatem, ita & cõtra iura naturæ meritorum gratia custodiuit, ut lauatorum corporum, quæ balneis, atque delitiis cõfouentur hilarior eius caro videretur. Hoc etiam fratres, quod per omnes prouincias amor eius: famaque volitauit, quem nec librorum disseminatorum oratio luculenta, nec mundanæ sapientiæ disputatio, nec nobilitas generis, nec opū infinita cõgestio commendauit, cui omnium ore esse adscribendum, nisi Christo, cuius hoc donum est: qui deuotos eius animos erga suam præuidens maiestatem, hominem alio penè orbe celarum, & inter tantas positum solitudines, Africa, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipsi etiam, quæ vrbium caput est, Romæ, ut in exordio promiserat, demonstrauit. Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos, licet nolentes, nobilitare consueuit, ut virtus possibiliter, nec vltra humanam esse naturam sanctorum doceatur exēplis, & ad beatæ vitæ imitationē ex fructu laboris optimus quisque impellatur. Huc itaq; fratrib' librū magnopere perlegere curate, ut agnita fideli vita sublimiū monachorū, sciāt quòd saluator noster Iesus Christ' glorificātes se glorificat, & seruientibus sibi met non tantum regna cœlorum, sed etiam hinc in ipsis in montium secretis latere cupientibus, famæ tribuit nobilitatē, scilicet ut & ipsi fruātur laude meritorum, & ceteri eorum prouocentur exemplis. Si autem necessarius fuerit, & gentibus legite, ut vel sic agnoscant, quia dominus noster Iesus Christus non solum est Deus dei filius, sed etiam

Antonij vestimenta que ex quibus legit post obitum.

Antonij vitam effundit.

sed etiam his, qui eum sollicitè colunt, & in eum fideliter credunt, hanc dedit potestatem, ut dæmones, quos illi deos esse arbitratur, conculcēt, atque

ciiciant, deceptores scilicet hominum, & totius corruptionis artifices.

S. PATRIS ATANASII MAGNI ALEXANDRINI EPISCOPI DE SANCTA TRINITATE DIALOGVS, IN QVO DISPUTANT ORTODOXVS ET ANOMOEVS ARII SE-

Autov.

ANOMOEVS.



CHRISTIANVS es? O R T H. Maximè. A N. Quid est Christianism? O R T H. Enimvero illud quidam erat necesse dicere: hoc autem non tutū. A N. quid ita? O R T H. quia seruum me Christi esse necesse fuit dicere: quid sit autem Christianismus, non rutum, nisi prius tenuero à quo interroger, nequando Sancta canibus dare, aut margaritas porcis proicere videar. Nam si me interrogas, & fidelis sis catechumenus, confestim quidnam sim respondero: quid verò sit esse fidelem non dixero, ne forsan Iudeus sis qui interrogas. A N. Atqui Christianum me esse, qui te interrogem, tibi assero. O R T H. Tibi nõ sufficit dixisse esse me Christianum: ut mihi non satis quod te Christianū dixeris, nisi quid sit Christianismus respondeas. Quāquam ne tum quidem re vera fueris Christianus, cum quid sit Christianismus nosse, non sit esse Christianum. Quandoquidem neque scire quid sit Iudaismus est Iudæum esse, neque tenere quid sit Paganismus, paganum esse. A N. Nostine Deum? O R T H. Etiam. A N. Ut ipse seipsum nouit? O R T H. Minime. A N. Eum igitur non nosti. O R T O D O X V S. Noui eum, ut eum nosse potest hominis natura. A N. Aliter igitur ipsum norunt homines, & aliter ipse seipsum nouit? O R T H. Sanè quidem. A N. Quomodo? O R T H. Quoniam nisi quis eadem atque Deus ipse cognoscendi vi sit præditus, fieri non potest ut eum nouit sicut ipse seipsum nouit. At fieri non potest ut quis eadem atque Deus ipse cognoscendi vi sit præditus, qui non sit eiusdē atque Deus ipse naturæ. Non sumus autem eiusdē atque ipse naturæ. Non igitur eandem atque ipse notitiam ipsius habemus. A N. Quid si filius velit cuiquam patefacere, annon etiam potest? O R T H. Patefacit quidem, sed non ita ipsi patefacit ut ipse seipsum nouit, verum prout is est ad cognoscendū idoneus, quem hac gratia dignatur. Itaque sursum & lumbis tenus Ezechieli visus est electrinus. Danieli verò, senex aspectu: & Esaiæ, quasi à Seraphim obiectus. A N. Tu igitur num ut electrinum, an verò ut senem ipsum nosti? O R T H. Ex eis didici & cognoui Deum esse supra omnia ab ipsis cognita. Nisi enim supra illa emineret, nunquam diuersis modis apparuisset: ideoque dicit Vnigenit', Deū nemo vidit vnquam. A N. Aliud est vidisse quàm nosse. O R T H. Quod ad Deum attinet, ista diuersa non sunt siquidem ipsemet contemplationem pro cognitione vsurpauit, quum diceret, rādiu sum vobiscum, nec me nosti, Philippe: qui me vidit, Patrē meū vidit. A N. Si nosti eum esse supra omnia quæ conspiciuntur, nempe quid ipse sit nosti. O R T H.

ridiculum quiddam narras, num enim quia animū noui esse supra omnia aspectibilia corpora eminare, idcirco etiam noui quid sit animus? A N. At ego eum noui ut ipse seipsum nouit. O R T H. Quid est igitur Deus? A N. Ipsūmet. ἀγέννητον. O R T H. An verò nosse quòd sit ἀγέννητος, est deū nosse? A N. Sanè quidem. O R T H. Atqui hoc etiam norunt & Iudæi & Græci. Eadem ergo notitia Dei præditus es atque Iudæi & Græci, qui ipsum non norunt. Testantur enim Euangelia, Patrem iis esse ignotū qui filium non norunt. A N. Non igitur nouit Deus se esse ἀγέννητον? O R T H. At hoc non est ipsius ὁσία siue essentia. A N. An vnā dicis deitatem, & tres hypostases? O R T H. tua quidem illa notitia, quam prius afferebas, refutata est: tibi verò sic etiā respōdero. Aliud est hypostasis, & aliud deitas, nõ ut alia et alia res, sed quòd hypostasis quidē aliud aliud verò Deitas significet. Nam hypostasis declarat τὸ εἶναι. i. esse, Deitas verò τὸ τί εἶναι. i. quiddam esse. A N. Hoc verò cuiusmodi est? O R T H. Vt sunt Petri & Pauli & Timothei tres hypostases, & vna ἀνθρωπότης, ac si dicas hominitas. A N. Ergo tres sunt dii. O R T. Absit ut hoc dicā. A N. Si ita sunt hypostases ut petri & Pauli & timothei, tres sunt dii, quandoquidem Petrus & Paulus & timotheus, tres sunt homines. O R T H. Ne hi quidem sunt tres ex factis literis. Nam in Christo Iesu non est mas neque fœmina, non est Græcus & Iudæus, nõ est seruus & liber, sed omnes in Christo vnum sumus. A N. Annon igitur tres sunt petrus, Paulus, & timotheus? O R T H. tres quidem sunt, at non tres homines. A N. quomodo? O R T H. quia tunc tres sunt homines quum dissimile cor habuerint, ut Græcus & Iudæus, & Christianus: sin verò idem senserint, nec sint inter eos dissidia, tres quidem sunt hypostases, sed vnus in Domino, quòd vnum animum & vnum cor habeant: & tres quidem sūt numero, at non quòd diuersam inter se naturam vel diuersum cor habeant. A N. Ego eos qui tres sunt, tres esse dico. O R T H. At ego tres esse dico, si inter se dissenserint: quòd si ex dei verbo fuerint eadem mente & sententia compacti, vnum esse nouum hominem dico, manentibus tamen hypostasibus. A N. Sed hæc de hominibus dicuntur: in Deo verò aliter se res habet. O R T H. Si in iis quæ corporaliter separata sunt, modò animi sententia non dissideant, habet scriptura V N V S & V N V M, multo magis id dicendum est in iis quæ sunt materia & corporis expertia. Aut igitur in istis ponito esse dissidia, ut tres Deos dicamus, quoniam vnus istud, aliud illud velit: aut si nulla est in iis dissensio, vnus sit Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus: quemadmodum qui in Christo sunt compacti, v-

nus homo sunt sicut scriptum est. A N. Nulla est igitur differentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti? O R T H. Nulla sanè neque in natura neq; in voluntate, sed in eo demū aliqua, quòd gignere & gigni, emittere & procedere, sive emitti, inter se differunt. A N. Quid est gignere & gigni, emittere & procedere? O R T H. Hæc ita dicuntur quia Pater quidem gignit, id est genuit: Filius verò gignitur, id est genitus est: & quia ipse Pater emittit Spiritum, id est emittit, Spiritus autem procedit, id est processit. A N. Procedit, inquit: num verò etiam Processit? O R T H. Iridem de Filio dixit, Genuit me. Inquit enim, Ante omnes colles gignit me. Quemadmodum igitur per illud Genuit me, intelligis de Filio Genuit me, ita etiam illud Procedit accipe de Spiritu, ac si diceret Processit. Hic enim est mos scripturæ: ut illud, Qui facit Angelos suos Spiritus, id est, Qui fecit: & illud, Qui fundas terram supra stabilitatem suam, id est Qui fundasti. A N. Hoc incipit igitur est discrimen? O R T H. Est. A N. Eandem autem naturam ais? O R T H. Eandem. A N. Et quomodo potest eadem esse natura, si vnus quidè gignit, alter gignitur? O R T H. Ponis nihilominus, vnū gignere, alterū gigni. A N. Etiam. O R T. Si vnus gignit, alter gignitur, qui gignit, ex sua ipsi natura gignit: & qui gignitur, ex gignentis natura gignitur. A N. Absit vt dicam Deum ex sua natura genuisse. O R T H. Non igitur genuit. A N. genuit vt qui condiderit. O R T H. Ergone prius ipsum condidit, & deinde genuit, an alio copiam modo? loquere apertius. Nec enim intelligo quid sit, Genuit, vt qui condiderit. A N. Aliquid genuisse Deū, idem est atque condidisse, quoniam simplex est, & compositionis omnis expers: nec per alia gignit, per alia condit, sed per quæ gignit, per eadem etiā condit. O R T H. Si simplex est & compositionis expers, quorsum dicis Per quæ & per quæ? Vbi enim est illud Per quæ, ibi quoque multa sunt. Est autem compositionis expers Deus: non igitur in eo sunt multa. A N. An nō est igitur Deus simplex? O R T H. Imò etiam amplius quàm simplicem esse aio. Nam & Angelus simplex est, & animus & lux, quum ex partibus aut membris non componantur. A N. Itaque si amplius quàm simplex est, per quæ gignit, per ea etiam condit. O R T H. Ne dicitur, inquam, Per quæ gignit & condit: nam quod simplex est: non habet Per quæ & per quæ, multo autem etiā magis id quod supra ipsam simplicitatem est, non admittit illud Per quæ & per quæ. A N. Similiter ergo gignit Deus, & similiter condit? O R T H. Nequaquam. A N. Ergo est compositus. O R T H. Absit. A N. Si per alia gignit & per alia condit, compositus est. O R T H. Non dico Per alia gignit, per alia condit: sed Aliter gignit, aliter condit. A N. Quomodo gignit, & quomodo condit? O R T H. Hypostasi gignit, & mandato condit. Mandatum enim concurrente potestate fretum, præfens sistit quod mandanti libet: is verò qui gignit hypostasi, non expectat mandatum, ne quid medium intercedat inter gignentem Patrem, & Filium qui gignitur. A N. An igitur inuitus genuit? O R T H. Qui genitus est, viua est eius qui genuit imago, & voluntatem transcendit imago hypostaseos. Prius enim oportet animo concipere imaginem hypostaseos, & postea Velle aut Nolle Filius autem est soboles hypostaseos, & i-

A mago prorsus inuariata, an et voluntatem concipere animo imaginem hypostaseos. A N. Quid est illud, Transcendit imago voluntatem? O R T H. Hoc dico quoniam essentiam etiam concipere mente potes, absque eo vt hoc velit: absque imagine verò, non potes. Nam voluntas & incipit & desinit, imago verò essentiae nec incipit nec desinit. Sed & aliter hoc accipe. Estne Deus volens aut nolens immortalis? A N. Volens. O R T H. An igitur immortalis erat antequam esse vellet? A N. Ab æterno vult esse immortalis. O R T H. Et ab æterno esse Pater. Sicut enim dicere non potes quòd inuitus sit immortalis, ita ne hoc quidem quòd inuitus sit Pater & vt immortalitati, ita nec Filio præit voluntas, sed ab æterno est Filius ex volente Patre genitus, hypostaseos imago penitè inuariata. A N. Vbi scriptum est Filiū esse imaginem hypostaseos? O R T H. Characterem hypostaseos nihil aliud esse intelligo, quàm imaginem hypostaseos esse. A N. Enimvero, annon vir quoque scribitur esse imago & gloria Dei? O R T H. Sanè: at non character hypostaseos. Aliud est autem, imaginem Dei esse, quàm esse characterem hypostaseos ipsius. Nam opus quodpiam habet quidem imaginem artis cuius peritus est artifex à quo effectum est, hypostaseos verò minime. A N. Nescio quid dicas, planius loquere. O R T H. Scamnum habet imaginem artis fabri, nam si scamnum videro, agnosco à fabro factum esse: & si nauigium conspexero, agnosco esse opus à fabricatore nauium confectum, quòd sit imago & gloria artis illius qui id fabricatus est: at nō hypostaseos character. Nec enim aut scamnum aut nauigium habet characterem eius qui id effecit: quū hic quidem sit homo hypostasi, scamnum autē vel nauigium non item. Sic etiam homo est imago & gloria Dei qui ipsum condidit. Etenim, vt ait sanctus Salomon, conuenienter & proportione quadam effector illarum rerum conspicitur & gloria afficitur ex eo quod effectum est: non tamen est character hypostaseos opificis, sed duntaxat virtutis eius effectricis. At Filius est character *ενυποστατος*. Inquit enim, Qui vidit me, vidit Patrem meum: nemo verò qui vidit hominem, idcirco vidit patrem. A N. Vbi scriptum est Filium esse characterem hypostaseos? O R T H. Apud Apostolum Paulum in Epistola ad Hebræos. A N. Non recipitur in ecclesia. O R T H. Ex quo annuntiatum est Euangelium Christi, credita est hæc Epistola Pauli esse: & ea connumerata omnes Epistolæ Pauli sunt numero quatuordecim. A N. Non animaduertisti in cæteris proferri nomen ipsius, in hac verò non item? O R T H. Quoniam Hebræis scribebat, qui famæ acceperant quòd homines doceret à Lege deficere ne ipsius nomen abhorrentes, aures occluderent, propterea ab his verbis auspicatus est, multis vicibus & multis modis olim Deus loquutus patribus per Prophetas, vltimis hisce diebus loquutus est nobis per filium. Hanc autem esse ipsius epistolam apparet etiam ex fine epistolæ. Meminit enim etiam timothei his verbis, Scitote fratrem nostrum Timotheum liberatum esse, qui cum, si eisdem venerit, vos videbo. A N. Etiam si hanc epistolam Pauli esse concedamus, attamen character hypostaseos habet esse in hypostasi, non in propria vita. O R T H. At Christus non tantum dicitur character hypostaseos, verum etiam Filius, vt illud

ενυποστατος

ενυποστατος intelligimus. Dicitur enim splendor, quòd *συναιδως*, i. vnà sit ab ipso ab æterno: character verò propter hypostaseos similitudinē: Filius deniq; propter illud. *ενυποστατος* A N O. Dicimus & nos omnia esse ex Deo. O R T H O D O. Sed alia quidem sunt ex ipsius mandato tanquam condita: Filius verò est ex ipsius hypostasi, vt generatus, Spiritus verò, vt procedens. A N O M O E V S. Ergo Spiritum etiam dicis esse ex hypostasi? O R T H O D O X V S. Alioqui vnde esset? A N O M O E V S. Vbi scriptum est alia esse ex mandato, alia ex hypostasi? O R T H O D O X V S. Dicit Dauid de iis quæ deo mandante existere cœperunt, Laudate Dominum è cœlis, laudate ipsum in locis altissimis, laudate ipsum omnes Angeli eius, laudate ipsum omnes virtutes ab eo conditæ, laudate ipsum sol & luna, laudate ipsum omnes stellæ & lumem. nam ipse dixit, & extiterunt: mandauit, & condita sunt. de generatione verò Filij scriptum est, Ex vtero ante luciferum genui te: & de Spiritu Sancto, Vltimis diebus effundam è Spiritu meo in omnem carnem: & alibi, Spiritus enim ex me proficitur: item alibi, Dei verbo firmati sunt cœli, & omnis eorum virtus Spiritu oris ipsius. A N O M O E V S. Ex vtero dixit, & Ex ore, nō autem Ex hypostasi. O R T H O D O X V S. Partes seu membra quum deo tribuuntur, dicuntur quidem vt de homine, intelliguntur autem vt deo conuenit: sin minus, quem vterum corporeum in Deo possumus mente concipere? Itaque vterum audiens, generandi vim: & os audiens, docendi facultatem intelligo: quo loquendi more Scriptura interdum etiam vtitur de hominibus agens, vt quū inquit, A tui metu, Domine, concepimus in vtero, & peperimus in terra Spiritum salutis. Nam hîc quoque non significat corporeum vterum, sed illā naturæ vim ad gignendum efficacem. A N O M O E V S. Vbi de Deo scriptum est Naturæ nomen? O R T H O D O X V S. Apud Apostolum, Sed olim quidem Deum ignorantes seruiistis iis qui natura non sunt dii: nunc autem cognito Deo aut à Deo potius cogniti, &c. à Deo videlicet qui natura Deus est. Et in Epistolis catholicis scriptum est, Ex eo quòd nobis datæ sunt maximæ & pretiosæ promissiones, vt fiat diuinæ naturæ participes. Fimus autem naturæ diuinæ participes ex eo quòd Spiritum sanctum participamus. A N O M O E V S. Ergo & Spiritus sanctus est diuinæ naturæ? O R T H O D O X V S. Si ex participatione Sancti Spiritus euadimus diuinæ præditi natura, nōne multo magis est diuinæ naturæ Spiritus ille qui hæc in nobis efficit? A N O M O E V S. Ergo & Spiritum sanctum dicis esse diuinæ naturæ? O R T H O D O X V S. Nō simpliciter diuinæ esse naturæ, sed essentiae. Dixit enim ipse Pater, Vltimis diebus effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Item Filium, Non enim ij estis qui loquimini, sed Spiritus Patris mei is est qui loquitur in vobis. Iobus quoque diuinum dixit Spiritum, quum sic loqueretur, Viuit Dominus, qui ita de me statuit: & Omnipotens qui amaritudine affecit animam meam. Siquidem donec est adhuc halitus in me, & Spiritus diuinus superest mihi in naribus, os meum non loquetur iniusta. Viden' quomodo Trinitatis meminerit, de Filio dicens, Viuit Dominus: de Patre, Omnipotens qui amaritudine affecit animā

A meam: de Spiritu sancto, Diuinus Spiritus qui superest mihi in naribus: Nam Spiritus, est suavis odor quem Christus spirat: & quemadmodum ex odore suauis unguentum per nares percipitur, ita & Christus ex Spiritu. nemo enim potest dicere Christum Iesum, nisi per Spiritum sanctum. Et Apostoli fuerunt ac sunt bonus Christi odor, quoniam Spiritus sancti templa sunt. Dicit enim Paulus, Anescitis corpora vestra esse templa Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis veltri iuris: Deum igitur in corpore vestro glorificate. A N O. Si aliter condit Deus, & aliter gignit, compositus est. O R T H. Compositus non est, (absit enim vt hoc dicam) sed hypostasi quidem gignit, mandato verò condit. Quòd si ita gignit vt condit, nempe quod ab eo creatum est, ab ipso est genitum. A N O M O E V S. Sanè quidem. O R T H O D O X V S. Canem autem condidit: aude igitur dicere, canem aut aliud quippiam conditum, esse genitum ex vtero. nam dico quidem ego quòd Deus condiderit canem & omnes bestias, adeoque cæteras omnes res conditas: dic & tu quòd etiam ex vtero eas genuerit, siquidem similiter condit & gignit. A N. Aliter igitur condit, & aliter gignit? O R. Sanè. A N. Nōne est compositionis expers? O R T H O D O X V S. Minimè dixi non esse compositionis expertem, imò etiā est aliquid amplius quàm compositionis expers, sed, Aliter gignit & aliter condit. A N O M O E V S. Quomodo id fieri potest? O R T H O D O X V S. Mens nobis insita, quæ ad imaginem Dei facta est, nōne est compositionis expers? & tamen aliter gignit sermonem, aliter autem condit quæ condit. A N O. Quinam aliter gignit & aliter condit? certè per quæ condit mens, etiam gignit. O R T H O D O X V S. Falsū narras. Gignit enim ex se sermonem, condit autem ex materia domum, nauim, & quæcunque sunt eiusmodi. A N O M O E V S. Num igitur etiam Deus condit ex materia? O R T H O. Quædam ex materia quædam rursus, quum non essent, fecit vt existerent. A N. Quomodo? O R. Materiam & cœlos & angelos ex nihilo fecit vt ex nihilo existerent. Volūtas autē concurrente potestate nacta, fecit vt existeret quicquid libuit: mortalia verò animantia ex materia condidit. A N. Hoc admitto. O R. Filiū vero, nōne ais simplicem esse & compositionis expertem? A N. Etiam. O R. Nōne igitur quod à Filio conditum est, ex eo quoque genitum ais? A N. Minimè. O R. Si, quoniam Pater est simplex, idcirco quod à Patre conditum est, etiam genitum dicis, nempe quod genitum est, etiam conditum est. At Filius quoque est simplex. Ergo quod condidit, etiā genuit: & Pater cōperietur esse filij quidē pater, rei verò conditæ auus. A N. sed quod est genitū à patre, etiā est conditū: quod autē conditū est à filio, est res condita. O R. nōne, quoniam simplex est deo idcirco quod ab eo conditum est, etiā genitū esse: & quod ab eo genitū est, etiā conditū esse vis? Sin min', quomodo tuā sententiā explicas? A N. Sanè. O R. ergo & quod conditū est à filio, est etiā genitū, vt pote qui sit compositionis expers: vel etiam si Pater est compositionis expers, non idcirco tamen quod ab eo genitum est conditum est: nec quod ab eo conditum est, genitum est etiā si sit ipse compositionis expers. At filius genitus est à Patre: non igitur condit. A N. Pater est autor Filij, filius autor rerū condit.

tarum. ORTHODOXVS. Annon Pater quod est rerum conditarum autor? ANOMOEVS. Est sanè, sed per Filium. ORTHODOXVS. Sed omnino ponis cum quoque autorem esse rerum conditarum. ANOMOEVS. Certè. Omnia enim sunt ex Deo. ORTHODOXVS. Sunt igitur ab eo etiam genita omnia, canes, corui, vultures, quicquid denique conditum est, siue rationis particeps, siue rationis expertus. ANOMOEVS. Dixi hæc condita esse per Filium: solus autem Filius, nullo intermedio genitus est, id est conditus. ORTHODOXVS. Idcirco eum esse dicis & genitum & conditum, quia solus est à solo? aut quomodo id accipis? ANOMOEVS. Etiam. ORTHODOXVS. Cetera autem omnia quoniam per Filium facta sunt, condita quidem sunt, genita verò non itè? ANOMOEVS. Ita est. ORTHODOXVS. Interuentio igitur Filij, imminuit Patris in agendo efficacitatem. ANOMOEVS. Quamobrem? ORTHODOXVS. Quia solus solum gignens, itidem & gignit & condit. Filio verò interueniente, quod condit non amplius gignit, & ut videtur, principatum & potestatem, rerum denique omnium conditarum damno genitus fuerit filius. ANOMOEVS. Quamobrem. ORTHODOXVS. Quoniam nisi genitus fuisset Filius, quæcunque ab eo condita sumus, essent etiam genita. ANOMOEVS. Annon igitur per Filium conditi sumus? ORTHODOXVS. Sanè verò. Sed nos quidem per Filium conditi sumus, Filius verò ex Deo genitus est: non autè conditus. ANOMOEVS. Ipsemet dicit, Dominus condidit me, initium viarum suarum. ORTHODOXVS. Ipse quoque dicit, Foderunt manus meas & pedes meos, & partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. ANOMOEVS. Quid simile inter se habent, Condidit me, & Foderunt manus meas & pedes? ORTHODOXVS. Quomodo id quod in cruce futurum erat, enuntiauit ut si iam factum fuisset: ita quod futurum erat in carnis assumptione, dixit ac si iam fuisset factum. Itaque non dixit, Dominus condidit me ante initium viarum, sed quoniam aliorum via perdita erat, futurus autem hic erat via recens & viuens, propterea dicit, Dominus condidit me initium viarum suarum ad opera ipsius. ANOMOEVS. Ante seculum fundauit me, inquit, antequam terram faceret. ORTHODOXVS. Dic tu quoque, Quadraginta annos nondum habes, & ante seculum fundatus es? ut audias, Amen, amen dico tibi, antequam secula existerent, ego sum. ANOMOEVS. An erat etiam ipsius incarnatio antequam existerent secula? ORTHODOXVS. Sanè, quod ad Dei præscitionem attinet, ut & passio ipsa: adeo ut dixerit, Foderunt manus meas & pedes meos, & pro cibo dederunt mihi fel, & in siti mea potandum mihi præbuerunt acetum. ANOMOEVS. At istud non est dictum ante seculum, verum Davidis temporibus. ORTHODOXVS. Dictum quoque est à temporibus Filij Davidis nempe Solomonis, Dominus condidit me. ANOMOEVS. Sed dictum est ante seculum fundauit me. ORTHODOXVS. Nempe quoniam ante seculum erat absconditum hoc arcanum, (ut inquit Paulus) quod nunc patefactum est

Filiis hominum. Quod autem ille sit illud ipsum quod ante secula fundatum est, audi ex eodem paulo alibi dicente, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter illud quod positum est, quod est Christus Iesus: præter eum videlicet qui dicit, Ante seculum fundauit me. deus autem Sermo nomen Iesu Christi accepit, ex quo Sermo factus est Caro, & dictum fuit ab Angelo, Vocabis nomen eius Iesum. Itaque illud, Dominus condidit me, & Ante seculum fundauit me, de ipsius incarnatione dictum est, arcano illo verè ante secula abscondito. ANOMOEVS. Sed quomodo potest ita genuisse ex sua ipsius hypostasi, ut nihil sit perpeffus? ORTHODOXVS. Illud, Quomodo potest, ne inuestiga: illud verò, Ex hypostasi, à nobis ostensum est. ANOMOEVS. Quomodo ostensum est? ORTHODOXVS. Ostensum est non esse quiddam conditum. Quod autem non est conditum, aut est ingenitum aut genitum, aut procedens ut ex autore siue causa. Non est autè ingenitum, quum sit Filius genitus: ergo est ex hypostasi. ANOMOEVS. Et quomodo potest esse ex hypostasi? ORTHODOXVS. Nisi sit ex hypostasi, aut est conditum quippiam, aut ingenitum: non est autem ingenitum, ut qui sit filius: non est conditum seu factum quippiam: (nec enim mandauit & factus est, sed ex ventre ipsius genuit) est igitur ex hypostasi, non autè ex nihilo, sicut ea quæ per mandatū extiterunt, ANOMOEVS. rursus igitur, vterum dicens, existimas deum esse compositum? ORTHODOXVS. Absit ut Deum dicam esse compositum: sed (ut superius dixi) vteri nomine, quem Scriptura Deo tribuit, generatricem vim hypostaseos ipsius intelligo. Nam de nobis etiam agens Scriptura, (sicut prius demonstratum est) ita loqui consuevit, ut quum inquit, A tui metu, Domine, in vtero concepimus & parturimus, & peperimus Spiritum salutis. In vtero dicens, non intelligit corporeum vterum, sed in ipsa hypostasi, siue intra nos ipsos. ANOMOEVS. Parū absit quin mihi persuadeas ut siā Consubstantialista, siue coessentialista. ORTHODOXVS. Utinam det tibi Deus ut Christianus euadas. Tunc enim Christianus factus fueris, quum factus fueris Filium esse Patri coessentialem. ANOMOEVS. Quid est istud Coessentialis? volo enim id quoque; discere. Nū idem est Filius qui & Pater? ORTHODOXVS. Absit ut hoc dicam. ANOMOEVS. Quid est igitur? verè enim id discere cupio. ORTHODOXVS. Coessentialis est quod eandem essentiam rationem recipit, ut homo ab homine nihil differt, quatenus homo est: & Angelus ab Angelo quatenus Angelus est: ita & Deus à Deo nihil differt quatenus Deus est. ANOMOEVS. Nihil igitur differt pater à Filio? ORTHODOXVS. Nequaquam sanè differt respectu Dei, siue in DEVM ESSE, sed in PATREM ESSE & FILIUM ESSE: quoniam ille quidem genuit, hic verò genitus est: hoc est igitur quod vocamus *ὁμοούσιον*, siue coessentialitatem. ANOMOEVS. Nulla igitur alia re differt Pater à Filio? Atqui scriptum est, Quid me dicis bonum esse? nemo bonus nisi vnus, nempe Deus. ORTHODOXVS. Videm ut rectè dixerim tū fore te Christianum, quum factus fueris Filium esse Patri coessentialem? ANOMOEVS. Credo me Christianum esse. ORTHODOXVS. Si Christianus esses, non negares Filium esse bonum. ANOMOEVS. Bonum non esse non dixi, sed eum dixisse nemo bonus nisi vnus, nempe Deus. ORTHODOXVS. Bonitate igitur dicis differre Patrem à Filio? ANOMOEVS. Ipsemet dixit quid me dicis bonum?

bonum? nemo bonus nisi vnus, nempe Deus. ORTHODOXVS. Non dixit. Ne me bonum dicito, sed, Quid me dicis bonum? ANOMOEVS. Quænam verò differentia est inter illud, Ne me bonum dicito, & illud Quid me dicis bonum? ORTHODOXVS. Magna: ANOMOEVS. Quænam? ORTHODOXVS. illud, Ne me dicito bonum, bonitatem tollit: istud verò, Quid me dicis bonum? perinde est atque, Quorsum me dicis bonum, nec me confiteris Deum esse? ut & illud, Quid me compellatis, Domine, Domine, nec facitis quæ dico? Quoniam igitur ille Doctorem eum nominans, ad ipsum accesserat ut ad eum qui nihil aliud quam homo esset, propterea inquit, Quid me bonum dicis, non credens quod sim Deus: nullus enim bonus nisi vnus, nempe Deus. ANOMOEVS. Dicimus & nos ipsum bonum esse, sed non ita bonum ut bonus est Pater. ORTHODOXVS. Atqui non dixit, Nemo bonus nisi vnus, Pater, sed, Nemo bonus est nisi vnus, nempe Deus. Tu verò dicis personæ quoque respectu differre bonitatem Patris à bonitate Filij. Num igitur existimas quippiam mali immixtum esse bonitati Filij, eoque à bonitate Patris differere? ANOMOEVS. Absit. non dico malitiæ quippiam immixtum esse bonitati Filij, verum Patris bonitatè differre à Filij bonitate. ORTHODOXVS. Sed bonitas à bonitate nihil differt quatenus est bonitas. ANOMOEVS. Annon verò dei bonitas differt ab ea bonitate quæ in nobis est? ORTHODOXVS. Nempe alia quædam est in nobis bonitas quam Deus ipse. ANOMOEVS. Iudæi igitur & Græci habentne Deum in sese? ORTHODOXVS. Imò ne is quidem Deum habet in sese qui simpliciter dicitur Christianus, sed is demum habet, qui Corpus suum subegit & seruire docuit, ut possit dicere, Quandoquidem probationem quæratis eius qui in me est Christi. Qui enim talis est audit à Christo, Bonus homo ex bono cordis sui thesauro depromit bona. ANOMOEVS. Si bonus est homo qui ex suo corde bona depromit, quomodo nullus bonus est nisi vnus, nempe Deus? ORTHODOXVS. Quoniam Deus non est bonus participatione bonitatis, sed est ipsamet bonitas: homo verò bonitatis participatione bonus est. ANOMOEVS. Angeli verò nonne sunt natura boni? ORTHODOXVS. Natura, nequaquam: participatione, sic. Nam quod natura bonum est, non mutatur, quantum ad id quod est natura. ANOMOEVS. Ut quid? ORTHODOXVS. Homo natura non mutatur: (neque enim sit aliud natura) sed studio & moribus mutatur: siquidem eundem modò bonum, modò malum videbis: ut Paulum, modò quidem persecutorem, modò verò Euangelij præconem: & eundem, modò Christi discipulum, modo proditorem, ut Iudam: & Angelos, modò quidem malos, modò verò bonos. ANOMOEVS. Num verò Angeli modò mali modò boni? ORTHODOXVS. Scriptura inquit, Etenim si Angelis qui peccarant, non peperit. At si peccarunt. certe exciderunt bonitate. In vniuersum denique condita res omnis deo digna, & est & dicitur bona ob participationem bonitatis: deus verò qui bonus est natura, est ipsamet bonitas. Quamobrem etiam nemo bonus nisi vnus, nempe Deus. ANOMOEVS. Ergo Filius bonus est ut Pater? ORTHODOXVS. Pater & Filius sunt vnus Deus, non hypostasi, sed eadem essentiam ratione: ut omnes homines sunt vnus in Christo, non hypostasi, sed ratione essentiam, & ob concordiam. ANOMOEVS. Enim-

uerò annò aliud est hypostasis, aliud essentia: ORTHODOXVS. Aliud & aliud, non tamen ut res. ANOMOEVS. ergo compositio inuenietur. ORTHODOXVS. Aliud & aliud dixi, non tamen ut rem aliam & aliam: sed quod hypostasis quidem aliud quiddam declarat, aliud verò essentia: ut granum frumeti dicitur & est tum semen tum fructus, non ut res alia atque alia: aliud enim declarat semen, aliud fructus quoniam semen quidem futuræ culturæ semè, fructus verò est præteritæ culturæ fructus. ANOMOEVS. Quid est essentia, & quid est hypostasis? ORTHODOXVS. Essentia declarat communitatem, et siquid est essentiam propriam, id quoque commune est hypostasis, quæ essentiam subsunt: Hypostasis autem, præterquam quod numerum admittit, proprietatem habet minimè communem hypostasis quæ Essentiam subsunt. ANOMOEVS. Annon verò Essentia proprietatem habet? ORTHODOXVS. Neque proprietatem habet non communem hypostasis quæ Essentiam subsunt: neque numeri multiplicationem admittit quum sit vnica & singularis. Quicquid verò numeri multiplicationem admittit omnino proprietatem habet: & quod proprietatem habet, numerum admittit. Ipsa enim proprietatis numerum inducit. ANOMOEVS. Non intelligo quod dicis: planius loquere. ORTHODOXVS. Patris essentiam dicis esse immortalem & incorruptibilem, & inuisibilem, & mundi architectatricem, deum denique? ANOMOEVS. Etiam. ORTHODOXVS. Et Filium similiter dicis immortalem, incorruptibilem, inuisibilem mundi architectum, deum denique? ANOMOEVS. Sanè. ORTHODOXVS. Sicut ergo Patris essentiam dicis immortalem, incorruptibilem, inuisibilem, mundi architectatricem, nonne ita & Filij eandem essentiam dicis? ANOMOEVS. Sanè. ORTHODOXVS. Filium autem num vocas Patrem? ANOMOEVS. Nequaquam. ORTHODOXVS. Pater ergo non est proprium quiddam Essentiam, sed Hypostaseos. ANOMOEVS. Quomodo? ORTHODOXVS. Quoniam quæ propria sunt Essentiam, similiter sunt communia Patri, Filio & Spiritui sancto. Pater autem non est commune quiddam: non est igitur Pater proprium essentiam, sed hypostaseos. Quod si aliud est proprium hypostaseos, & alia sunt proprietates essentiam, non idem significant Essentiam & Hypostasis. ANOMOEVS. At nonne τὸ ἀγέννητον. i. ingenitum esse, est Patris proprium? ORTHODOXVS. Non est. ANOMOEVS. Ex iis igitur quæ sunt, estne aliquid aliud ingenitum? ORTHODOXVS. Etiam. ANOMOEVS. Quidnam? ORTHODOXVS. Nonne id genitum est quod Patrem habet: ingenitum, id quod Patrem non habet? ANOMOEVS. Etiam. ORTHODOXVS. Spiritus habetne patrem? ANOMOEVS. Non. ORTHODOXVS. Ergo & ipse est ingenitus: itaque ingenitum esse, non est proprium Patris. ANOMOEVS. Sed pater est & ingenitus & ἀγέννητος, id est non factus. ORTHODOXVS. Ne istud quidem Non factum esse, Patris proprium est, sed commune est patri, Filio & Spiritui sancto. ANOMOEVS. Quomodo? ORTHODOXVS. Non factum est illud quod non est ortum ab opifice, aut quomodo id accipis? ANOMOEVS. Etiam. ORTHODOXVS. illud autem est factum quod ortum habet ab opifice. At neque Filius neque Spiritus sanctus ortum habet ab opifice. (ostensum enim est filium esse ex vtero, & Spiritum sanctum ex ore) Itaque factum non esse, non est proprium Patris. ANOMOEVS. Quidnam igitur aliud est Patris proprium, si neque ingenitum esse neque factum non esse, est ip-

fius proprium? ORTHODOXVS. Pater, est proprium Patris: Filius est proprium Filij, & esse Spiritum Sanctum Dei proprium est Spiritus Sancti. ANOMOEVS. Annon verò Pater est Spiritus Sanctus? ORTHODOXVS. Pater quoque est Spiritus Sanctus, sed non est Spiritus Dei. Itaque hypostaficos Patris proprium est, Pater: nec enim qui Pater est, Filius est: & hypostaficos Filij proprium est, Filius: nec enim, qui Filius est, Pater est: & hypostaficos Spiritus sancti proprium est, Spiritum Dei Sanctum esse: neque qui Spiritus Dei Sanctus est, est Pater aut Filius. Essentia verò est communis Patri Filio & Spiritui Sancto: est enim similiter immortalis, similiter incorruptibilis, similiter Sancta, similiter bona. Et propterea dicimus vnam essentiam, tres hypostasas. ANOMOEVS. Vbi scriptum est Spiritum Sanctum dici Spiritum Dei? ORTHODOXVS. Paulus Apostolus dicit, Nemo enim hominum nouit quæ hominis sunt, nisi Spiritus hominis qui ipse inest: ita etiam nemo quæ Dei sunt nouit, nisi Spiritus Dei. ANOMOEVS. Spiritum Dei dicit ipsummet Deum. ORTHODOXVS. Lège Apostolum vt ipsum hęc dicentem audias, Oculis non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt quæ preparauit Deus diligentibus ipsum, nobis autem etiam patefecit per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates dei. Quis enim hominum nouit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis? ita etiam nemo nouit quæ Dei sunt, nisi Spiritus dei. ANOMOEVS. Cur non verò tres quoque essentias dicimus? ORTHODOXVS. Quia dato numero necesse est proprietatem dari, proprietates verò est alterum quiddam: altera autem essentia constituit *επερ' οσον*. Quod autem est *επερ' οσον*, non est similiter immortale, nec similiter incorruptibile, nec similiter sanctum, nec similiter immutabile. At Pater, Filius & Spiritus sanctus, sunt quiddam similiter immortale, sanctum, immutabile. Vna est ergo Patris, Filij, & Spiritus sancti essentia. Quando verò tres hypostasas dicimus Patris, Filij, & Spiritus sancti, verè esse dicimus proprietatum differentiam in hypostasi, non autem in essentia. ANOMOEVS. Dicis autem omnino differentiam esse inter Patrem, Filium, & Spiritum sanctum? ORTHODOXVS. Hanc differentiam dico, quòd qui Pater est, non sit Filius: nec qui Filius est, sit Pater: nec qui Spiritus sanctus est, sit Pater vel Filius: ne quum audis Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, nomina quædam nuda intelligas, sed hypostasas quæ verè sunt & subsistunt. Et rursus quum vnam essentiam dicimus, intelligas illud ipsum esse Filium quod nos Patris essentiam esse sentimus, & hoc ipsum esse quoque ipsius Patris Spiritum, de quo Filius ipse dixit, Non enim ij istis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri is est qui loquitur in vobis. propterea quoque dictum est, Nemo bonus nisi vnus, nempe deus, nimirum quòd bonus sit Pater, Filius, & Spiritus sanctus, non participatione bonitatis, sed essentia *ταυτότητι*. i. quia sunt vna eademque essentia. ANOMOEVS. Ergo bonum dicis etiam Spiritum sanctum? ORTHODOXVS. Dauid

Propheta dicit, Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. ANOMOEVS. Dicuntur etiam homines boni. ORTHODOXVS. Sanè, sed participatione bonitatis. ANOMOEVS. Spiritum quoque similiter bonum dico. ORTHODOXVS. Potest igitur bonitatem abicere vt Iudas, vt & Diabolus? ANOMOEVS. Sanè, si quidem velit. ORTHODOXVS. Absit vt coram Deo sic blasphemem, vt hoc mihi vel in mentem veniat. ANOMOEVS. Sic ergo dicis Spiritum sanctum bonum vt Patrem & Filium? ORTHODOXVS. Sanè quidem: nam & ipse bonus est non participatione bonitatis, sed quòd sit ipsummet bonum, siue ipsamet bonitas. dicit enim Matheus Euangelista Dominum dixisse, Itaque si vos qui mali estis, nostis dona bona dare liberis vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus ab ipso? Et Lucas, Si vos igitur qui mali estis, nostis dona bona dare liberis vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit Spiritum sanctum petentibus ab ipso? Audis, si aures habes, Euangelistas idem esse statuere Spiritum sanctum atque bonitatem, & bonitatem atque Spiritum sanctum: & ab illo quidem Bona Spiritum sanctum dici, ab hoc verò Spiritum Sanctum Bona. ANOMOEVS. Nonne est igitur etiam Spiritus sanctus Deus? ORTHODOXVS. Non sanè Spiritus ex aduerso collocatus. ANOMOEVS. Quid sibi vult istud DEO ex aduerso collocatus? ORTHODOXVS. Quod voluntati Patris ex aduerso collocatum est. ANOMOEVS. At Spiritus non ex aduerso collocatus est, sed est ex Deitate, & propterea dicimus vnam esse Deitatem Patris, & Filij & Spiritus sancti. ANOMOEVS. Ergo vna est hypostasis. ORTHODOXVS. Nequaquam. ANOMOEVS. Si vna est Deitas, vna etià est hypostasis. ORTHODOXVS. Si nosse donū Dei, nosse quòd per Deitatem significat quoddam esse commune hypostasibus, per hypostasim autem esse, per Essentiam verò significat *ταυτότητα*, id est, Identitatem. Vt *ανθρωπότης* (ac si dicas *Hominitas*) est quoddam esse commune, hypostasis autem Esse, essentia verò Identitas. Nec enim omnis hypostasis, est Deitas, neque omnis hypostasis est *ανθρωπότης*. Quod si non omnis hypostasis est Deitas, nec omnis hypostasis est *ανθρωπότης*, Nempe non idem significat hypostasis atque Deitas vel *ανθρωπότης*. ANOMOEVS. *ανθρωπότης* nonne subsistit? ORTHODOXVS. Maximè si quidem in indiuiduis spectetur. ANOMOEVS. Ergo est quoque hypostasis. ORTHODOXVS. Dixi subsistere, si in indiuiduis spectetur. ANOMOEVS. Quid est indiuiduum, & quid est *ανθρωπότης*? ORTHODOXVS. Indiuiduum est nostrum singulorum hypostasis: *ανθρωπότης* verò est ipsa Essentia communitas. ANOMOEVS. Communitatis autem & hypostaficos quænam est differentia? ORTHODOXVS. Eo differunt quòd hypostasis tua non est omnium hominum: sed *ανθρωπότης* est oim hominū communis. ANOMOEVS. Ergo mea hypostasis nō est aliud quā *ανθρωπότης*. ORTHODOXVS. Nequaquam. ANOMOEVS. Quomodo? Quoniā *ανθρωπότης* quidem est omnium hominū communis, hypostasis verò est vnus cuiusque proprietates. ANOMOEVS. Hypostasis Patris nonne est deitas? ORTHODOXVS. Maximè. Sed deitas significat quiddam esse, hypostasis verò Esse. ANOMOEVS. Itē hypostasis Filij annō est deitas? ORTHODOXVS. Etiam. ANOMOEVS. Duæ sunt igitur deitates o r. Nequaquam. ANOMOEVS. Quomodo? o r. Quoniam non est

non est alia & alia Deitas. ANOMOEVS. Atqui alia & alia est hypostasis. ORTHODOXVS. Sed nonne dixi Deitatis & Hypostasis nominibus idem non significari? Nam hypostasis declarat Esse, Deitas verò Quiddam esse. Sicut enim non sunt duæ *ανθρωπότητες* Petri & Pauli, ne Patris quidem & filij duæ sunt Deitates. ANOMOEVS. Atqui nonne hypostasis Patris, est etiam Deitas? ORTHODOXVS. Hypostasis quidem Patris est etiam Deitas, & Filij hypostasis etiam Deitas: at non consequitur, quia duæ sunt hypostasas, duas esse Deitates. ANOMOEVS. Quomodo non consequitur? ORTHODOXVS. Quoniam immortalitas quoque est hypostasis Patris, & immortalitas hypostasis Filij, nec tamen sunt duæ immortalitates? ORTHODOXVS. Non. ANOMOEVS. Quomodo? ORTHODOXVS. Quoniam non est diuersa immortalitas: immortalitas enim ab immortalitate non differt, quā immortalitas est. ANOMOEVS. Si quidem verè est alia & alia hypostasis Patris & Filij, quomodo non est alia & alia immortalitas? ORTHODOXVS. Alia & alia est hypostasis Patris & Filij, sed non est alia & alia immortalitas. Nam & nos aliam & aliam hypostasim habemus, at nō aliam & aliam *ανθρωπότητα*. Et Petri hypostasis est homo, & Pauli hypostasis est homo: & sunt duæ hypostasas, at non duæ *ανθρωπότητες*. Itidem aliam atque aliam hypostasim habemus, non tamen aliam & aliam immortalitatem, quam per vnum Baptisma recepimus. Nam si alia & alia est immortalitas, alius & alius baptismus, alia & alia fides, non est etiam vnus Dominus, nec nec vna fides, nec vnum baptisma. ANOMOEVS. Sed nostra hypostasis aliud quiddam est quàm immortalitas & baptisma: ergo etiam hypostasis Dei alia est quàm immortalitas. ORTHODOXVS. Nequaquam. Sed ipsa hypostasis est etiam immortalitas: neque immortalitas duntaxat, verum etiam incorruptibilitas, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, & dominatio, & potestas. Neque Deus hæc esse dicitur per compositionem, sed ex diuersis considerationibus, dictus immortalitas, quòd desinere: incorruptibilitas, quòd dissolui non possit: iustitia, propter æquitatem: sanctificatio, quòd à peccato custodiat: redemptio, quòd vitam nostram liberet à corruptione: dominatio, quòd omnium sit Dominus: potestas, quòd nihil ei resistat. Hęc autem omnia vt in Patris, ita etiam in Filij hypostasi considerantur, idque minimè ex participatione. Idcirco duas quidem hypostasas dicimus Patris & Filij, vnam autem Deitatem, potestatem, dominationem, immortalitatem, incorruptibilitatem, & eiusmodi alia. ANOMOEVS. Vnam igitur etià dicis *αγεννησίαν*. ORTHODOXVS. *αγεννησίαν*, id est, *Non factum*, quidem dico etiam Filij: *αγεννησίαν* autem, id est, *ingenitum*, nequaquam. ANOMOEVS. Estne igitur aliud *αγεννησίαν*, aliud *αγεννητόν*? ORTHODOXVS. Sanè quidem. ANOMOEVS. Quomodo? ORTHODOXVS. Quoniā *το αγεννητόν* illud est quod ex hypostasi gignitur, idcirco ex ventre vel vtero dicitur: *γεννητόν* verò illud est quod est à potestate opificis. quæcunque enim voluit, fecit. Quomodo autem fecit? Dixit, & facta sunt: mandauit, & condita sunt. ANOMOEVS. Non quæsiui quid sit *γεννητόν* & quid *αγεννητόν*, sed an

το αγεννητόν sit aliud quàm *το αγεννητόν*. ORTHODOXVS. *το γεννητόν* illud est quod est ex hypostasi & vtero nempe illud est *αγεννητόν* quòd nō est ex vtero vel hypostasi, & si *το γεννητόν* illud est quod est ex potestate secundum mandatum, nempe *το αγεννητόν*, illud est quod nō existit ex mandato, sed vel autorem siue causam nō habet, vel est ex hypostasi *το αγεννητόν*, id est, *Eius quod non est genitum*. ANOMOEVS. Duo igitur dicis *αγεννησίαν*? ORTHODOXVS. Ego & Patrem & Filium & Spiritum sanctum dico esse *αγεννησίαν*, id est, *Non facta*, nequaquam verò tria *απ' ατοου*, neque *απαίτια*, id est, *Patris, vel cause siue autoris expertia*: sed Patrem quidem *απ' ατοου*, i. *Absque Patre, & απαίτιον*, i. *Absque autore siue causa, & αγεννητόν*, i. *Non factum*. Neque enim Pater habet Patrem, neque opificem ad quem ortum referat, neque quenquam autorem à quo sit vt ex hypostasi. At Filius Patrem quidem habet, idcirco non est *απαίτιος*, sed ab opifice ortum nō habet: neque enim factus est, sed genitus. Spiritus Sanctus autē Patrē nō habet, quia nō est genitus, nec ab opifice ortum habet: quia non est factus, sed autorem & causam habet Deum, à quo etiam procedit. ANOMOEVS. Alij verò Spiritusannon ab eo procedunt? ORTHODOXVS. Et nos quoque ab eo geniti sumus. Quorquot enim eum receperunt, dedit eis hoc ius vt Filij Dei fierent, qui videlicet non ex sanguine, neque ex libidine carnis sed ex Deo geniti sunt. Sed sicut nos qui ex Deo geniti sumus, non sumus ex vtero hypostaficos geniti, ita & Spiritus qui ex Deo procedunt, ex ore hypostaficos ipsius non sunt. At Spiritus Sanctus est Spiritus ex ore hypostaficos ipsius. Nam Dei verbo solidati sunt cæli, & Spiritu oris eius vniversa eorum potestas. Et Pater dicit, Ecce, Filius meus, dilectus meus, in quo acquieuit anima mea: ponam Spiritum meum super ipsum. ANOMOEVS. Si & Filius est ex hypostasi, & Spiritus ex hypostasi, fratres sunt igitur. ORTHODOXVS. Absit, nullus hoc dicit. Quomodo enim Filius est vnigenitus, si duo sunt fratres? ANOMOEVS. Quomodo igitur & Filius est ex hypostasi & Spiritus, neque tamen sunt duo fratres? ORTHODOXVS. Propterea Filium dictus est esse non tantum ex hypostasi, verum etiam ex vtero: & Spiritus Sanctus non tantum ex hypostasi, sed etiam Spiritu oris, vt differentia sit non habitaeius ratione, quòd sint ex hypostasi, sed quòd vnus quidem ex vtero sit, alter ex ore. ANOMOEVS. Aliud ergo est os, aliud est vterus, aliud hypostasis? ORTHODOXVS. Non aliud & aliud, vt res aut trinominum quippiam. ANOMOEVS. Vt quid ergo? ORTHODOXVS. Vt aliud quidem significante hypostasi, aliud vtero, & aliud ore. ANOMOEVS. Quid significat hypostasis, quid os, & quid vterus? ORTHODOXVS. Hypostasis declarat *το είναι*, i. *Esse*: vterus, generandi vim: os, ipsam docendi facultatem. Quomodo verò gignat Filium Deus, & quomodo Spiritum emittat, curiosè non peruestigo: sed credo Filium genitum in explicabili modo & absque perpeffione vlla: & similiter Spiritum Sanctum procedere in explicabili modo & absque perpeffione vlla. ANOMOEVS. Vbi est os & vterus, & hy-

postalis, quid aliud quam compositionem dicis? **ORTHODO.** Compositionem non efficiunt hæc nomina. Omnino enim ista non dicuntur, vt de membris solent. **AN.** Os nonne est os? & vterus nonne est vterus? **ORTH.** Non omne os est idem os, neque omnis vterus est idem vterus. nam neque omne os est membrum, neque omnis vterus prorsus membrum est. **AN.** Quinam os possit non esse os, & vterus non esse vterus? **ORTH.** Scriptura multis locis os gladij nominauit, nec quisquam ita insanit, vt dicat gladium eo membro præditum esse quod os vocatur: sed Scriptura os vocauit illud quo gladius absumit: & quum dicit, ex quo vtero prouenit glacies, vterum corporeum non requirit: & quum faciem ignis dicit, non dicit ignem esse humana forma præditum, cuius membrum vnum sit Facies alterum verò ignis: neque faciem terræ dicens, terram dicit humanam formam referre. **AN.** At vbinam dictum est terram esse facie præditam? **ORTH.** Scriptum est apud Prophetam. Qui fugit, erit vt qui fugit à facie ignis: & in Genesi Cain inquit, Si ciicis me hodie à facie terræ, etiam à facie tua abscondar. **AN.** Sed quum de animantibus ista nomina dicuntur, membra declarant: in iis verò quæ sensus sunt expertia, abusione quadam vsurpantur. **ORTH.** Annon tibi videtur anima esse animal? **AN.** Sanè. Nam & Angelus animal est, & omnes Spiritus: propterea enim omnes Seraphim animalia dicuntur: & scriptum est, Inter duo animalia cognosceris. **ORTH.** Dicens igitur Deus, Aperi os tuum, & implebo illud, quòdnam os dicit? & Dauid Psal. 118. Os meum aperui, & hausi Spiritum, quoniam mandata tua elegi, quòdnam os dicit? Et Iob inquit, Os verax implebit risu, quòdnam os inquit? Quòdnam autem ore clamabat Moses, quum audiret. Cur clamas ad me? Quis verò ignorat tacentes quoque à Deo exaudiri iustis inenarrabilibus clamantes? Quem autem vterum intelligit Prophetas scribens, Præ metu tui, Domine, in vtero concepimus & parturiuimus, & peperimus Spiritum salutis in terra? Quem admodum igitur anima dicitur vterum habere, & os, & oculos, & cætera omnia corporis membra, nec tamen ex membris composita est: ita quum de Deo verè incorporeo audies os vel vterum, nihil compositum intellige, sed vteri nomine, gignèdi vim: oris, docendi vim: oculorum: intelligendi vim aurium, exaudiendi vim. Idcirco igitur dictus est Filius ex vtero, quòd sit genitus: & propterea Spiritus est oris Spiritus, quoniam is est qui docet. Et sicut non dicis Spiritum esse genitum quiddam, ne duos filios dicas: ita ne dicito ipsum esse factum, vt ne vnum eorum quæ facta sunt dicas, ac proinde eum dicere etiam seruum cogaris, propter Prophetam qui dixit, Omnia tibi seruiunt. **AN.** Quod initio dixi, parum abest quin mihi persuadeas vt siã Homo ouis factus, id est Coessentialista. **ORTH.** Vtinã dixeris, vt Christianus siam. Factus enim Christianus, didiceris oportere Coessentialium Filium dicere, diuinis scriptis edocet. quæcunque enim sunt Dei propria, ea sunt communia Patri, Filio, & Spiritui sancto. **AN.** Quomodo dixit Sanctus Apostolus Deo soli impossibile esse mentiri? **ORTH.** Hoc & de patre, & Filio, & Spiritu Sancto dicitur: quod enim naturæ proprium, commune est

hypostasibus. **AN.** An possunt mentiri Seraphim? **ORTH.** Nisi possint mentiri, non iam est solus Deus is qui mentiri, non possit. **AN.** Non dixit Apostolus solum Deum nõ posse mentiri, sed Deum non posse mentiri. **ORTH.** Quicquid factum est, mentiri potest: idcirco etiã diabolus, quum esset inter Cherubim, potuit mentiri. Et hoc ipsum Mentiri, est mutatio illa, cui virtutes ratione præditæ sunt obnoxia. Deus autem, quum sit immutabilis, mentiri quoque non potest: & sicut solus est immutabilis, & solus immortalis, & solus inuisibilis, & solus incorruptibilis, ita etiam solus mentiri non potest. Sed hoc commune est patris, Filij, & Spiritus Sancti. **ANOMOEVS.** Quomodo ergo de Spiritu dicitur, quòd non loquetur ex sese, sed quæcunque audiet loquetur, si quidem eiusdem est naturæ? **ORTHODO.** Imò hoc ipsum ostendit eum quoque mentiri non posse, & eiusdem esse naturæ. **ANOMOEVS.** Quomodo? **ORTHOD.** Quoniam quicquid factum est, si quidem sit rationis particeps, quicquid vult, etiam ex se loquitur, quandoquidem etiam sua peculiari præditum est voluntate, cui silentium imponit vt dei voluntatem dicat. At Spiritus non ita est, sed vt Dei Spiritus, eandem habet atque Deus ipse voluntatem: & hoc est, Non loquetur ex seipso. Nam & Filius de se dixit, Ex meipso nihil facio, sed vt docuit me Pater, ista loquor. An igitur Sermo ille Dei & illa Dei sapientia nesciebat quid loquutura esset? absit vt quisquam Christianus hoc existimet: sed ista nos docemur, vt & naturam vtriusque eandem esse sciamus, & voluntatem quæ diuisionem nullam patitur, sin minus, Paulus quidem dicit, De virginibus non habeo mandatum, sententiam autem edo, vt qui misericordiam sim consequutus. At Filius mandatum accipit de eo quod dicitur & loquutus est, & Spiritus ex semetipso non loquitur. **ANOMOEVS.** Spiritus verò nonne propriam & peculiarem habet voluntatem? **ORTHODOXVS.** Absit, quæ quidem Deo ex aduerso respondeat: nec enim modò vult quæ Dei sunt, modo verò quæ sui ipsius: sed siquid vult Spiritus Sanctus, hæc est Dei voluntas: & siquid vult Deus, hæc est Spiritus voluntas. **ANOMOEVS.** Enimverò, nonne quod Deus vult, volunt etiam Prophetæ? **ORTHODOXVS.** Non semper. Interdum enim etiam ex seipsis loquebantur. Dicens enim primùm Moses, Exilis vocis & tardæ linguæ sum, neque audiet me Pharaon: & illud, Obsecro te, delige alium, quid aliud significat quam sibi aliam voluntatem inesse, quam postea coercuit, vt Dei voluntati obsequeretur? Aaron quoque & Maria à seipsis commoti murmurarunt aduersus Mosem, quo tempore etiam lepra correpta fuit Maria, & animo indignatus est Dominus. Ieremias propheticum munus deprecans dicebat, Iuuenis sum, neque possum prophettare. Et Ionas eousque in hoc recusando progressus est, vt etiam decreuerit fugere à facie domini. Et Dauid quum suæ voluntati obsequutus, populum recensuisset, castigatur. Omitto enim illa de Vria Chettræo. Nam omnia quoque sic condi-

sic condita vt ratione prædita sint, interdum sua, interdum quæ à Deo sunt loquuntur. At non ita Spiritus: nec enim modò quæ Dei sunt, modò sua loquitur, quæ ei non insit alia quæpiam voluntas: (vt ne in Filio quidē) sed vna sit Patris, Filij, & Spiritus sancti voluntas. Idcirco dictum est de Spiritu, Non loquetur ex seipso: & de Filio, Nihil ex me ipso facio, sed sicut docuit me Pater, ista loquor: nõ quòd nesciat quicquam loqui, sed quia non aliud vult Pater, aliud vult filius & aliud Spiritus sanctus. **AN.** Etiã si non semper quæ Dei sunt, loquuti sunt Prophetæ, vt tu dicendo cõprobasti, at certè Apostoli nihil ex seipsis, sed quæ sunt Dei semper loquuti sunt. **ORTH.** Docet nos Scriptura Apostolos interdum à seipsis esse loquutos. **AN.** Quomodo? **ORTH.** Quum audis Paulum dicentem de Apostolis, Sed quum viderem eos non recto pede incedere secundum veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus, (quæ sequuntur autem nosti, si quidem es sacrorum sermonum studiosus) quid aliud existimas quam eos aliquid loquutos esse aut fecisse quod ex diuina inspiratione non proficisceretur? Idem de seipso dicit, Nullus mihi sum conscius, sed non sum in hoc iustificatus. At non ita Spiritus: ideo dictum est, Non loquetur ex seipso. **AN.** Omnes igitur homines modò quidem sua, modò verò quæ Dei sunt loquuntur: at Angeli quæ Dei sunt, semper loquuntur. **ORTH.** Ne hoc quidem verum est. Nam si semper quæ Dei sunt loquerentur, non peccassent, adeo vt scriptum sit, Nam si Angelis qui peccarant non peperit, &c. **AN.** Sed etiam si nonnulli Angelorum olim peccarunt, sunt tamen Angeli quidam peccati expertes. **ORTH.** Non quærimus an sint Angeli absque peccato, sed an possint peccare. Etenim nos quoque vsque adhuc mortui non sumus, & sumus mortales eo quòd possimus mori, non quòd iam mortui sumus: siquidem fieri potest vt aliqui nostrum non moriantur Helia exemplo. Etiam si verò quispiam nostrum non moriatur, at ipsa quidē certè natura est mortalis. Itaque quauis myriades Angelorum non mentitæ sint, sed Dei sermonē custodierint, reipsa tamen apparuit, mutabilem esse ipsorum naturam, quæque veluti edita voce per seipsum testetur eorum aliquos mutatos fuisse, & ex seipsis loqui. At Spiritus sanctus non loquitur ex semetipso. Nec enim est ea natura præditus quæ facta sit, ac proinde mutari possit. **AN.** Enimverò, vnde illud habet Spiritus vt mutari non possit? **ORTH.** Quod aliis præbet immutabilitatē, necesse est natura esse immutabile. **AN.** Sunt igitur alia quoque immutabilia. Nam si quibus aliis præstat Spiritus illam immutabilitatem, nempe illa quibus immutabilitatē illam præbet Spiritus, etiã sunt immutabilia. **ORTH.** Sed quædã sunt immutabilia participatione, quædam natura: vt ignis natura quidem est vrens, aqua verò appposito igne fit vrēs. Ita Spiritus est natura immutabilis: qui verò facti sunt eius participes, hac participatione fiunt immutabiles. **AN.** An vis dicere Patrem esse illum ipsum Spiritum? **ORTH.** Absit. **AN.** Atqui, si quæcunq; sunt Patri propria, sunt quoque, Filio & Spiritui cõmunia, oportet vt Pater sit ipse Spiritus & Filius. **ORTH.** Nõ dixi quæ propria sunt Patris, esse quoque, Filio & Spiritui cõmunia: sed dixi, ea quæ propria sunt essentiæ Dei, esse & filio & Spiritui cõmunia,

vt incorruptibile, immortalē, immutabile esse, mentiri non posse, & quæcunque sunt huiusmodi. **AN.** Ergone alius Deus est, alius Pater? **ORTH.** Absit: sed Dei nomen naturā indicat, nomen autē Patris eam rationē quam ad Filiū habet. Quæcunque igitur propria sunt naturæ, cõmunia sunt eiusdem Essentiæ hypostasibus. Si quidē quod dixit Propheta, maiestatis Dei nullū esse terminū, dixerit etiam aliquis & de Filio & de Spiritu, quia neque maiestatis Filij neque maiestatis Spiritus vllus est terminus. Quòd enim (inquit ille) discedā à Spiritu tuo, & quòdnam à facie tua fugiam? Rerum autem omnium conditarum & terminus est aliquis & quantitas. **B.** Possū enim animo concipere Gabrielem vbi non sit Raphael: Patrem autem & Filium & Spiritum sanctum vbique & in omnibus & per omnia mēte considero. **AN.** Dico etiã ego, vbique & in omnibus & per omnia esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. **ORTH.** Nonne id est Coessentialia, quod eandē Essentiæ definitionē recipit? **AN.** Non dicis igitur maiorem esse Patrē Filio? **ORTH.** Vt Deum Deo maiore, nequaquā: sed vt Patrem Filij humana carne induti, siquidem non dixit, Deus maior me est, sed Pater maior me est. **AN.** Filiū ergo dicis Deitate æqualē esse Patri? **ORTH.** Maxime: dicit enim Apostolus, Is sit affectus in vobis, qui fuit & in Christo Iesu: qui quum in forma Dei esset, nõn duxit rapinā esse æqualē Deo. **AN.** Quod igitur ipse non rapuit, cur illi impertis? **ORTH.** Quoniam ipse non rapuit, sed habet natura: & hoc habens, exinaniuit seipsum, forma serui accepta. Quæ enim laus debeatur ei qui quam non habet, æqualitatem non rapuit? Nam si hoc laudabile est, similiter etiã cælum laudabitur, & Gabriel & Raphael & Angelorum singuli, & Archangelus quilibet quòd æquales esse Deo nõ rapuerint. **AN.** Nos dicimus Patrē, & Filium, & Spiritum sanctum esse instar episcopi, & presbyteri, & diaconi. **ORTH.** Sed sicut quispiam qui episcopus non sit, & tamen homo sit, eandem habet naturā atque episcopus: ita & diaconus, qui neque presbyter sit neque episcopus, eiusdem tamen est naturæ. Ita igitur tu quoque fateris Filiū quidem non esse Patrem, sed eiusdem esse naturæ atque Patrem: itidemque Spiritum Dei non esse quidem Filiū, neque Patrem, sed eiusdem esse atque Patrē naturæ, quandoquidē ab eo procedit. Cur igitur auditores fallis, quum nescias quid dicas? ac non dicis tres naturas dissimiles, vt Angelum, & hominem, & equū? **AN.** Ita dico: alioqui fuerim coessentialista. **ORTH.** Didicisti igitur cum qui dicat Patrem esse vt episcopum, & Filiū vt presbyterum, & Spiritum vt diaconū, coessentialitatem dicere. At tu nõ aliter dicere te adhuc existimasti. Quòd si iudicas eum qui hoc dicat, non esse Christianū, te ipsum nimirum cõdemnasti: & ex tuo ipsius ore conuinceris Christianus non esse. **AN.** Non est igitur Christianus qui coessentialitatem dicit? **ORTH.** Qui coessentialitatem dicit, Christianus est: qui verò existimat eum non esse Christianū qui coessentialitatem dicit, & tamen ipsemet hoc dicit, cõperitur seipsum condemnare, vt seruus ille malus ex suo ipsius ore damnatus. **AN.** Quomodo verò sum cõpertus id dicere? **ORTH.** Nos Patrē & Filiū, & Sanctum Spiritum, tanquam episcopū, & presbyterū & diaconū dicere. fallus es. **AN.** tanquam episcopū, presbyterū, & diaconū dixisse me cõfiteor. **ORTH.**

Verum Episcopus, presbyter, & diaconus coessentialia sunt. Ergo Patrem, Filium, & Spiritum sanctum coessentialia esse falsus es. A N. Annon ergo tanquam conditum vinum mixtum Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse, vis significare. O R T H. Imò, videlicet id dicere? A N. Quomodo? O R T H. Quoniam aliam Patris, & Filij & Spiritus sancti naturam esse

A dicis: tanquam vini, & mellis, & piperis. Nos autem dicimus, si Pater vinum sit letificans cor hominis, & Filius etiam vinum letificans cor hominis, & Spiritus letificans cor hominis, Patrem esse supra mel & fauam. Vos ergo, Patrem, Filium, & Spiritum, quos diuersae naturae participes efficitis, non nos, condito vino comparatis.

S. PATRIS ATHANASII DE SAN-

CTA TRINITATE DIALOGVS SECVNDVS, IN QVO DISPV-

TANT ETIAM ORTHODOXVS ET ANOMOEVS ARII SECTATOR.
ANOM.



QVOT sanæ mentis sunt, id quod ex alio est, eodem esse posteriorè, quia ex causa est, cõfidentur. O R T H. Non semper. A N. Tunc ex Patre es, & Patre tuo nequaquam posterior? O R T H. Ego quidè ex Patre meo sum, idemq; Patre meo posterior, & extra Patrem meum: At Lumen ex Sole est, nec post Solem tamè, nec extra Solem, sed simul atque Sol, & in Sole, & cum Sole. Et odor ex vnguento, nec post vnguentum, nec extra vnguentum, sed cum vnguento, & simul atque vnguentum, & cum vnguento. Rursus intelligere ex intellectu est, neque post intellectum, neque extra intellectum, sed simul atq; intellectus, & in intellectu, & cù intellectu: & velle ex volente est, & neque extra volentem neque post volentem, sed simul atque volens, & in volente, & cum volente: & sapientia ex sapiente est, & neque post sapientem, neque extra sapientem, sed simul atque sapiens, & in sapiente, & cum sapiente: & potentia ex potente est, & neque post potentem, neque extra potentem, sed in potente, & simul atque potens & cum potente. Sic igitur Filium quoque Dei ex Deo esse intelligimus, at non post Deum, neq; extra Deum, sed simul atq; Deus, & in Deo, & cum Deo. A N. At splendor, & intelligere, & velle, & sapientia, & potentia, non sunt essentia in sese subsistens. Filius Dei verò est essentia, in sua propria hypostasi, id est subsistentia. O R T H O D O X V S. In hoc quoque, habet in quo conferri cum ipso nequeant corporei Filij, quòd Filius quidem sum ego Patris mei, sed non sum eius sapientia, neque sum eius potentia, neque sum eius voluntas, neque sum eius λόγος, neque sum eius splendor, neque sum in ipso patre meo, Pater ipse non est in me, non sicut operatur Pater, ego operor: Filius Dei verò non tantum est Filius, sed etiam potentia, & sapientia, & λόγος, & voluntas, & splendor, ut ex eo quòd est Filius, intelligatur quòd sit quiddam in sese subsistens: & ex eo quòd est Sapientia & potentia, & λόγος, & voluntas, & splendor, intelligatur illud quòd simul atque Pater, & in Patre, & cum Patre sit, & sit neuter, id est neque post Patrem, neque extra Patrem. Propterea enim clamat Propheta dicens, Domine, Deus noster, da nobis pacem: omnia enim dedisti nobis. Domine, Deus noster, alium extra te non nouimus. Nec enim extra Patrem Filius cognoscitur, sed in Patre, & cum Patre, & simul atq; Pater, ut splendor gloriae, ut character hypostaticus, ut sapientia sapientis, ut potentia potentis, ut λόγος mentis. A N. Sed splendor lucis non est Filius, character hypostaticus non est Filius, sa-

piencia sapientis non est Filius, potentia potentis non est Filius. O R T H. Potentis quidem potentia non est eius Filius, nec sapientis sapientia est eius Filius, neq; λόγος mentis est eius Filius, neq; splendor gloriae est eius Filius: sed Dei Filius, & Filius est Dei, & eius λόγος, & Filius est sapientis & eius sapientia, & Filius est potentis & eius potentia. Ideoque quum Filium audimus, cum in sese subsistere intelligimus: quum autem potentiam, λόγον, sapientiam, audimus, sic docemur inseparabile esse & coaeternum. A N. Simul igitur dicis esse Patrem & Filium? O R T H. Simul esse dico. A N. Duo igitur ἀγέννητα dicis? O R T H. Ego Patrem & Filium dico: quid sit autem ἀγέννητον sacre literae me non docent. A N. An verò non est in confesso Patrem Christi non esse γεννητόν? O R T H. Hoc & ego fateor. A N. Itaque qui non est γεννητός, & est, ita est ut non sit ἀγέννητος. Est igitur ἀγέννητος. O R T H. Eum quidè noui non fuisse factum: ipsum autè vocare ἀγέννητον non docet me sacrae literae, sed Patrem. A N. Si non est factus qui ante saecula est, ita est ut sit ἀγέννητος? qui verò sic est ut sit ἀγέννητος, est ἀγέννητος. O R T H. Verum scriptura non vocat eum ἀγέννητον, sed eum esse Patrem dicit. Quod autè dicit Scriptura, hoc & ego dico, non autem id quod homines excogitarunt. Nam & alia multa in nostram cogitationem cadunt, quae tamè repudiamus, ut quae conuenienter de Deo dici non possint, quandoquidè in Scripturis ei non tribuuntur. A N. Cedò exemplum: ut quid, obsecro? O R T H. Constat nos optare nostro bono promoueri: at Deus nulla in te quicquam promouet, quoniã nihil ei deest. A N. Nihil profus. O R T H. Illi ergo nihil opus est ut promoueat. A N. Nihil. O R T H. Nemo tamè nostrum est, qui propterea quòd promouere non possit, dicat eum non promouentem, quin potius hanc vocem, ut quae Deum non deceat, repudiamus. Ita etiã illud ἀγέννητον, negamus Deo conuenire: quoniam si conueniret, id dicerent sacrae literae. A N. Dic igitur, factusne est Deus? & a quo factus est? O R T H. Si propterea oportet ipsum dici ἀγέννητον, quoniã à nullo est factus, dic etiam eum non credentem, quoniam in nullum credit: & impiu, quoniam nullum colit. Quòd si cogitatio quidem nostra nobis talia suggerit, religio verò dicere nos non patitur: ita etiã illud ἀγέννητον: etiã si nobis cogitatio nostra id suggerat, non finit tamen religio nos dicere. Id enim alioqui Scriptura omninò vltur passer, A N. Annon verò Deum, qui supra omnia est, dicis ἀγέννητον? O R T H. Dixerim, si scriptum esset, quòd si scriptum non est, non cogor dicere. Sed & alio modo intelligere licet non esse dicendum quicquid cogitatio nostra dicat. Fatemur omnes Deum esse

esse inuisibile, quum dicat Paulus, Incorruptibili, inuisibili, Soli sapienti Deo. Caterum qui incorruptibilis est, non est sibi quidè corruptibilis, aliis verò incorruptibilis: sed & sibi & aliis est incorruptibilis. A N. Ita est profus. O R T H. Age igitur, quoniam Scriptura illi incorruptibilitati copulauit inuisibilitatem, dicamus Deum sibi ipsi quoque esse inuisibilem, & ita mentum sit (nostro quidem iudicio) Euangelium, quum inquit, Qui est à Patre, is vidit Patrem. Quòd si is qui à Patre est videt Patrem, & ipse Pater seipsum videt, quod est & dicitur & creditur esse inuisibilis, referendum est ad vniuersas res creatas, non autem ad illum ipsum, neque ad Filium qui ex ipso est, neq; ad Spiritum sanctum qui ab ipso est. A N. Nunc discite vos id non credere, quod omnibus in confesso est. O R T H. Quiddam? A N. Deum esse ἀγέννητον omnes mente praediti confitentur, vos autem non admittitis. O R T H. Non dico non posse nobis probari ut Deum fateamur γεννητον: sed quanuis id cadat in nostram cogitationem, tamen necessarium non esse ut voce vtamur quae in sacris literis nusquam inuenitur. Nam si hoc foret necessarium, non reticisset sacra Scriptura. A N. Age igitur γεννητον ipsum dicamus. O R T H. Qui γεννητον eum dicit, impiè facit. Tradidit enim nobis scriptura quænam sunt γεννητά, & quis sit eorum opifex. Qui verò dicit eum ἀγέννητον (quod scriptura non tradit) superuacaneum quiddam loquitur. A N. Si non est γεννητός, est ἀγέννητος. O R T H. Etiã si humana cogitatio nobis hoc suggerit, non ita nos tamè sancta scriptura docuit: sed audis ipsam dicentem, Quantum abest oriens ab occidente, tantum absunt cogitationes vestrae à cogitationibus meis. Quòd si existimat Eunomius se comperisse quid sit Deus ex eo quòd non sit γεννητός, nec habeat suum esse ex aliquo factore, dicat eum etiã ἀθεωσ, id est, Absque deo, ut qui Deum non habeat. Quòd si non dicit ita loqui, quanuis cogitationem nostram subeat: ne dicatur etiam ἀγέννητος, quãuis hoc in cogitationem nostram cadat. A N. Fecit igitur Deum quispiam? O R T H. Non fecit. A N. Ergo est ἀγέννητος. O R T H. Habetne Deus Deum? A N. Minimè quidem is qui est ἀγέννητος. O R T H. Est igitur ἀθεωσ, id est, Absque deo. Viden ergo quàm puerilia & illiberalia sint vestra cogitata. Quãobrem vestigiis sanctae scripturae insistentes dicamus potius Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, Deum: neque timebimus ne circa fidem naufragium faciamus. Nam illud ἀγέννητον est inuentum aquilae decidentis, quærētis Boream, cuius firmu vestigiū inueniri nequit: nec enim habet in scriptura vbi pedes figat. A N. Acceptam epistolam Aetij lege, & dic aduersus illam. O R T H. Tu ipse lege. A N. Sunt vna cum ea Eunomij quoque scholia. O R T H. Ergo & illa recita.

SCHOLIA EVNOMII, ET

responsio Orthodoxi ad illa.

Voluntas non idem est atque Essentia Dei: nam voluntas incipit & desinit, essentia verò nec incipit nec desinit. Id autem quod incipit & desinit non potest idem esse atq; id quod nec incipit nec desinit. Præterea, si voluntas idem esset atque Essentia Dei, opereretur quum vna sit essentia, vnam esse voluntatē. At in sacris literis non vnica, sed multae voluntates inueniuntur: quum dicant,

A Omnia quae voluit fecit: multa igitur voluit, non autem vnum quiddam. Quod etiã magis perspicue videre licet in mundi creatione. Voluit enim esse mundum, & is extitit prout voluit, ac semel factus permanet. Aliud est autem illa perseverantia quam voluntas condendi illius: denuntiavit verò fore etiam ut mundum transformeret. Ergo quum voler, transformabit. Neque verò multae duntaxat, verum etiã diuersae sunt voluntates. Voluit enim caelum, voluit & solem, voluit & terram. Quum autem ista quae vult, diuersa sint, necesse est differre quoque voluntates de illis creandis: quod etiam necesse est de rebus quae mente duntaxat concipiuntur, accipere. B O R T H. Ergo, si, (ut tu quoque sentis) voluntas non idem est atque essentia, & quaecunque facta sunt, opera sunt voluntatis eius, fatere filium esse ex eius Essentia. Sic enim eum etiam vnigenitum esse fateberis, qui solus ex essentia genitus sit. Nã si & ipse voluntatis filius est, nempe non est vnigenitus, quum multa sint quae peperit voluntas. Scriptum est enim, Volens genuit nos verbo veritatis. Non sunt autem multae Dei voluntates, ut tu existimas. Non enim quia diuersa sunt opificia, necessariò diuersae quoque sunt voluntates: sed sicut Deus hominẽ vnica voluntate ex diuersis membris & partibus condens, fecit oculos, aures, nares, comam, intestina, nec vno modo intestina disposuit, splenem, hepar, renes & quae intus sunt: sic etiam vniuersum mundum vnica voluntate confluxit. A N. Si maior est pater filio, & qui maior est, in aliquo maior est, vtrum mole corporis maior est, aut natura ἀγεννητός? & vtrum ἀγέννητον esse est essentia, an verò nihil est? O R T H. Scribitur Pater maior esse filio, at neque mole, neque tempore, neque natura, sed quatenus Pater est filij qui hominẽ assumpsit. Propter hanc autem hominis assumptionem dicit Apostolus eum inferiorem factum fuisse etiam Angelis, sic scribens, Iesum autem non nihil inferiorem factum Angelis cernimus per crucis perpeffionem. Propter hanc quoque hominis assumptionem subiectus fuit Mariae & Iosepho: erat enim eis subiectus, ut in Euangelio scriptum est. A N. Sed natura maior, idcirco quòd sit ἀγέννητος, estne aliquid, an verò nihil est, sicut prius dicebam? O R T H. Αγέννητον nihil est natura: nec enim est essentiale quippiam. Itaq; si maior est Pater eo quòd sit ἀγέννητος, & ἀγέννητον esse nihil est, consequitur nihilo esse maiorem. Qui verò nihilo maior est, in omnibus est æqualis. Nec enim sanè Pater est filio inferior. A N. Æquale igitur esse dicis ingenitum ei quod genitum est: & quomodo verax fuerit qui dicit, Pater qui misit me, maior me est? O R T H. Ingenitum esse, non est essentia in Deo & Patre, sed nullum esse Dei Patrem ostendit. Nullus autem ideo maior est quopiam quòd Patrem non habeat. Nam neque Adã Patrem habuit, neq; Eua: & tamen sunt nobis coessentialia. Sed quomodo inter philosophandũ de ingenito & genito, veluti tuipius oblitus subiecisti, Pater qui misit me, maior me est? Oportet enim te potius ut tecum ipse cõsentires, dicere, Ingenitus qui misit me, maior me est. Sed hoc non est scriptum, ideoque non dicis rectè. Ne igitur argutare, ut ne obstupesias. Nec enim es sapiētior Daniele, nedum ipso Spiritu, qui Patrem quidem nos docuit, ingenitum verò nequaquam. A N. At si mole Pater est maior, compositus fuerit ipse ingenitus, quãuis simplex sit & ineffigiat: si quidè

moles est compositum & partibile quiddam: quonia omnis moles ex partibus constat, & partium compositione habet: quod de Deo dicere absurdum est. **ORTH.** Deo compositionem & molem tribuere absurdum est, verè inquam absurdum. Est autem filius quoque, vel te inuito, Deus non compositus, sed simplex & ineffigatus: vt absurdum sit compositionem aut mole ipsi attribuerem. Quod si ita est, nepe Maius illud in his rebus situm non esse coperietur. Ipse verò quem in confesso est simplicitate & eo q̄ neque cōpositus est nec effigatus, deitate denique Patri æqualè esse, maiorem dicit Patrem, eo quod ferui formam assumpsit, & Patrem honorat. Itaque audis eum dicentem, Honoro Patrem, vos autè me cōtumelia afficitis: & Pater honorat filiū quem ad dextrā suam collocavit, & ad quem omnes trahit. Ad eum enim dicit filius: Nemo venit ad me, nisi eum ad me pater cœlestis traxerit. **A.N.** Sed enim, si aliquid est, quod ingenitū est, aut totū illud est, aut pars. At si pars est, sibi ipsa erit dissimilis: eo quod ingenita erit pars vna, altera autè minime. Quod si tota ingenita est natura, & generaliter maior est pater, statim in mutationem essentiae omnino incidit. Nam si essentia tota ingenita, nec vlla in ea ingenita pars est: eo autè quod ingenita est, dissimilis est, rota certè essentia dissimilis sit necesse est. Quomodo igitur ingeneratione excipis, & in ingenito aduersus filiū excellere dicis? At ingenitū nulla parte filio maius, quod extra patris essentia dicit. Quod si ipsa superlatio extra patris essentia est, æqualitas in ipsa essentia est. Sed maius est filij quod ingenitū est. Et æqualitas in filio erit, illa quidè ingenita, cū sint hæc genita. **ORTH.** Non decet quæ scripta non sunt rapere, sed regnū cœlorū. Quid igitur rapis quod neque scriptura, neq; nos damus? Nullus enim nostrū tibi concedit Patrem esse maiorem, ideo q̄ sit ingenitus. Nec enim filius dicit, Qui est ingenitus, est maior me, sed, Pater ad quē erat profecturus. Nā sic loquitur, Si diligeretis me, gauderetis q̄ dixerim Ab eo ad Patrem: Pater enim meus maior me est. Abit autè vt qui formā ferui accipit: quatenus verò est Deus, habet Patrē in semetipso, dicens, Ego in Patre, & Pater in me, & ego & Pater vnū sumus: qui vidit me, vidit Patrē: Pater qui in me manet, ipse edit hæc opera. Ne igitur inasperge agro diuinā scripturę ista zizania Ingenitū & Dissimile: sed si vis in ipsis vocabulis philosophari, philosophare demum in nominibus Incorruptibilis & Immortalis. Hæc enim sunt agri scripturæ semina, vt, Si immortale esse aliquid est, aut totum est, aut pars. Si pars est, Pater fuerit sibi ipsi dissimilis, si quidè pars eius vna fuerit immortalis, altera nō itē. At si tota eius natura est incorruptibilis & immortalis & Pater est vniuersaliter immortalis & incorruptibilis, protinus quoq; filius tota esētia esse idem coperietur. Nā si tota Esētia est incorruptibilis & immortalis, nec vlla est eius pars repugnans, nempe in tota essentia est idēitas. Quomodo igitur audeat aliquis filium dicere dissimilem? Dicitis filium esse energiae siue efficacitatis Patris imaginem. Quod si efficacitas eadem est atq; essentia, erit nimirū filius essentiae imago. Quæro igitur, Genuit Pater, annō? Genuit, inquit. Num ex essentia, an verò ex voluntate? Non ex essentia, inquit, sed ex voluntate. Cæterum bonitatem & voluntatem vel aliud esse dicis quàm essentiam, vel eandem atq; essentiam. Si can-

dem dicis, & Pater ex voluntate & bonitate genuit, sic quoque coessentialē Patri filium dicis: quod tu minimè vis. Dicis autem & illud, Omnia facta sunt per filium ex Dei voluntate. Iam verò si voluntas eadem est atque essentia: omnia igitur & reptilia, & natatilia, cæteraq; adeo omnia fuerint Deo coessentialia, siquidè omnia quæ voluit fecit & in cœlo, & in terra. Itaque si (ex iis quæ dicis) filius est efficacitatis imago, nonne etiam est essentia nullo modo diuersus? Itaque si tuæ sententiæ homines euertere conaris, ipsos cōclusisti: sin autem verū ipsa sermone, illum ne audiuisse quidem vnquam videris. Filiū enim esse ipsius essentiae imaginē dixit **B** Apostolus, Qui (inquit) splendor est gloriæ & character hypostaseos. Nam character hypostaseos nihil aliud est quàm essentiae imago. Cæterum non idem esse voluntatem atque essentia, nos quoq; dicimus. Ideo enim filium quidem ex substantia genitum, nos verò ex voluntate prodiisse asserimus. Ex tua porro sententia diuersum quiddam est volūtas ab essentia, & Essentia neque cœpit neque desinit. Hæc igitur imago neque cœpit neque desinit. Voluntas autem & initium & finem habet. Illos igitur tibi habeto qui idem esse dicunt Voluntatem atq; Essentia. Nos enim & volumus, & fatemur, & credimus filium esse Patri coessentialē. Nam propterea etiam Vnigenitū esse credimus, quia vnicus ipse (vt antea diximus) ex Esētia genitus est, reliqui verò ex voluntate sunt. Quum autem dicimus filium esse coessentialē Patri, minimè dicimus eum esse sibi ipsi coessentialē, quum sibi ipsi nemo sit coessentialis. At tu si re vera fateris omnia ex Patris voluntate per filium esse facta, & vnā cum aliis filium quoq; factū esse dicis, concedas etiā oportet ipsum à seipso factum esse: quod si absurdum est, nempe non est voluntatis filius. Rursum si ex eadem tua sententia illud Euangelistæ explices, Quæcunq; facit Pater, similiter etiam facit filius, faciet etiā filius alium filium, vt omnia similiter faciat atque Pater. Quod si alium filiū non fecit neq; facit, ipse quoque non est factū quippiā. Verè enim loquutus est quum diceret, Quæcunq; facit Pater, ea & filius similiter facit. Non facit autem seipsum filius: non est igitur factum quippiam. Quod si excipias, non dixisse Christum, Omnia quæ fecit, sed quæ facit, scito consueuisse scripturam de rebus præteritis loquentem præsens tempus vsurpare: cuiusmodi illud est, Qui facit Angelos suos spiritus. Et alibi, Qui terram supra firmitatem suam fundat: & Qui facit Pleiada, & Vesperum, & Arcturum, & penū Noti. **A.N.** Ante omnia verò & imprimis quærere ex ipsis oportet quid significet τὸ ἀγέννητον. Nam si essentiam declarat, (quod verum est) tanta erit discrepantia inter Patrem & filium. **ORTH.** At nos quoque ante omnia quærimus quid significet τὸ γεννητόν. Nam si essentia declarat (quod falsum est) omnia γεννητὰ erunt coessentialia. At si non sunt coessentialia omnia γεννητὰ (quod verū est) γεννητόν igitur non est essentia. At si γεννητόν non est essentia, ἀγέννητον quoque non fuerit Essentia. Quod si ἀγέννητον est Essentia, γεννητόν verò Essentia non est, quicquid γεννητόν est, erit esētia expers. Quorsum igitur filiū dicis Dissimilē? Quod enim nō est, ei quod est neq; simile est neq; dissimile. Nos verò Filiū dicimus quidē γεννητόν id est, Genitum, nō autē γεννητόν id est, Factum. Genitum enim est quod Patrem

Patrem habet, factum verò quod opificem habet.

EX EPISTOLA AETII,

doctoris Eunomij.

Quandoquidem in tēpore persecutionis nobis à Chronitis illatæ, quidam eorum aliena interuertentes, inter alias nostras commentationes, quoddam nostrum opusculum peculiariter à nobis elaboratū de Deo γεννητῷ & de ἀγέννητῷ Deo, insertis & exemptis nonnullis deprauatum ediderunt, adeo vt ordinem & cōsequutionem eorū de quibus agitur peruerterint, quod ad nos postea opera boni cuiusdam perlatum est, coactus sum ego, vtpote (ipsius operis) parens, scriptū illud rursus expurgatum ad vos omnes mittere, qui quæve pro pietate certatis: vt intelligere possitis ex sententia scripturarum habitum à me fuisse sermonē istū, ex quo possitis quæuis super γεννητῷ & ἀγέννητῷ vobis contradicere aggredientē, ac illos quidē Chronitas imprimis breuibis cōfutationibus cōpescere: quæstionibus à quæstionibus, & solutionibus à solutionibus serie quadam distinctis, vt eo facilius aduersarios possitis implicare, vtque etiam magis perspicua essent argumenta, initio facto ab ἀγέννητῷ Deo & γεννητῷ. **ORTH.** Ne gloriare ob persecutionem, si quidem persecutionem passus es. Nam & ipse filius eos persequutus est qui domū Patris eius cōuerterant in emporium, quod quum ita sit, non est prorsus laudabile si quis persecutionem patiat. Cedd verò, quōnā vocas Chronitas? cōsne qui iam inde à sanctis Apostolis vsq; ad hodiernum diem collaudāt Patrē, & filium, & Spiritū sanctū: an eos qui ab vno & altero die apparuerūt, & hæresi laborant? qui sanctū Patris & filij nomen abiecerunt? qui sese extollunt supra eum ipsum qui docuit baptizare in nomen Patris, filij, & Spiritus sancti, & sese existimant eo sapientiores, qui Patrē esse Patrem, & sese esse filiū docuit? Demus autem nonnullos aliquid aut inseruisse aut deiecisse tuo isti per scripto sceleri, quid nunc dicis? quam maiorem blasphemiam excogitas, qui filium dicas essentia dissimilē? an aliquid amplius potes dicere? nōne & Iudæi & Græci ipsum esse dicunt, qui tamen non credūt ipsum esse Deum, & idcirco ea ipsa dicūt quæ tu dicis, obiecto nobis ἀγέννητῷ & γεννητῷ, desertōque Patre & filio, quod est Iudæis offendiculum, & gentibus stulticia: & vis eorum Pater esse qui pro Deo γεννητῷ & ἀγέννητῷ depugnant? Quod si etiā tibi concedatur in nomine ἀγέννητῷ & γεννητῷ baptizare, quid facies quū nominādus erit Spiritus: num ipsum neque γεννητόν neque ἀγέννητον, an verò γεννητόν etiam vocabis? Quomodo verò ex tua sententia id quod est γεννητόν à γεννητῷ differet essentia, siquidem genitū est Essentia? **A.N.** Si Deus efficere non potest vt quod γεννητόν est, sit ἀγέννητον ne illud quidē effecerit vt quod ἀγέννητον est, sit γεννητόν. **ORTH.** Etiā si efficere nō possit vt quod γεννητόν est sit ἀγέννητον vt & mētiri nō potest, nō tamē ei adimitur ginēdi, vt neq; verum dicendi facultas. Gignens autē non gignit ἀγέννητον sed Deum. Deus enim Deū genuit: & neq; ex γεννητῷ ἀγέννητον neq; ex ἀγέννητῷ γεννητόν fecit. **A.N.** Deus ἀγέννητος omni causa præstantior est: quod si omni causa præstantior, ergo & generatione, vt qui neq; ab alia natura acceperit suum esse, neque ipse sibi esse præstiterit, non quod natura sit imbecilla, sed q̄ omnem cau-

sam transcendat. **ORTH.** Verè sanè illud, Infatuatos esse qui se prædicant sapiētes, in vos dictum est qui filium Dei oppugnatis. Nam si ἀγέννητος Deus, quia omni causa præstantior est, etiam generatione præstantior est, generatio non est Essentia, sed causa: at si generatio non est generatio sed causa, age tu ipse essentiam dicito. Quinetiam quam tādē filij causam esse vis? generationē, an ipsum Patrem? Est autē Pater, vt tu cētes, ipsa ἀγέννητος. Hoc igitur erit Filij causa: sin verò non ipse Pater est filij autor, sed generatio, nempe fuerit generationis filius, & generatio Pater ipsius. Itaque baptizatus in Patrem, fueris baptizatus in Generationem, & in eius filiū. **B** Nam fortassis ne audiisti quidem an sit Spiritus sanctus. **A.N.** Quomodo quispiam concesserit eam naturam quæ subsistentiam accepit, nihil essentiae respectu ab ea variare quæ subsistentiam dederit, si eiusmodi hypostasis non admittit generationem? **ORTH.** Si quidem ea natura quæ subsistentiam accepit, extrinsecus accessisset, non esset inuariata: sin verò ex eo genita est vt gloria splendor, & hypostaseos character, inuariata est. Dixit enim, Qui vidit me, vidit Patrem: non quod se Patrem esse diceret, sed talem qualis Pater est. **A.N.** Si in perpetuū permanet Deus in natura ἀγέννητῷ, & quod genitū est, perpetuo est genitum, perueria coessentialis & similesentialis opinio statim abolebitur. Statuitur autem Essentia esse cōparationis omnis expers, si vtraque natura in sua naturali proprietate indefinenter permanet. **ORTH.** Fateris quod genitum est, verè esse genitum: erit ergo coessentialē, non tamen, ἀγέννητον. Ostēdimus enim ἀγέννητον non esse Essentia. Nam si τὸ ἀγέννητον esset quædam Natura, τὸ γεννητόν quoque Natura esset. Quod si τὸ γεννητόν esset Natura, omnia γεννητὰ essent eiusdem naturæ. Ergo quum omnia γεννητὰ non sint eiusdē naturæ, τὸ γεννητόν non est Natura. Vnigenitum autem esse Patri suo coessentialē, audimus ipsummet his verbis dicentē, Omnia quæ facit Pater, ea filius quoque facit similiter. Quorum enim eadem actio siue efficacitas, eadem quoque est essentia. **A.N.** Si Deus est essentia ἀγέννητος, id quod genitum est, non fuerit genitum essentiae secretionē, sed quoniam diuina potestas ei tribuerit subsistentiam. Eandem enim essentiam dicere & genitam esse & ἀγέννητον nulla pia ratio patitur. **ORTH.** Illud genitum, non est genitū essentiae secretionē: (hoc enim esset corpoream essentia dicere) sed ex incorporea essentia, ita vt Dei naturæ cōuenit, genitū est vt gloriæ splendor. Quod si ipse quoq; est ex potestate vt & nos qui eū recepimus, (scriptū est enim, Dedit eis hanc potestatem vt fierent Dei filij) quomodo ipsum dicis Vnigenitū & natura Deum, quū ex Dei potestate ac virtute multi sint dij & filij? Eadē verò naturā esse genitā, & ἀγέννητον nemo dicit: si quidē ostēsum est neque ἀγέννητον neque γεννητόν esse essentiam. **A.N.** Si τὸ ἀγέννητον est genitū, nihil prohibet quomin⁹ quod genitū est fuerit ἀγέννητον. Omnis enim natura potius ad id quod ipsi propriū & domesticum est impellitur, quàm ad id quod est ab ipsa alienū. **ORTH.** τὸ ἀγέννητον neque genuit neq; genitū est, quū non sit essentialē quippiā: sed Deus, etiā si Iudæi tecū id nolint, is est qui genuit: sin min⁹, superuacanea foret Patris appellatio. Quū autē dixisti naturā potius ad id vrgeri quod est ipsi propriū ac domesticū, simul docuisti τὸ ἀγέννητον nō

esse Naturam. Quum enim quippiã vrgetur, alterum ab altero vrgeri necesse est. Quod si neque rei Deo propriã ac domesticã, neque naturã filius est, hoc dicitur Iudais, (afferens enim eis felicem nuntiũ) q̄ videlicet eum qui neque rei Deo propriã neque naturã filius erat, crucifixurũ, quoniã, Deum esse, suum Patrem dicebat. A N. Si quidẽ nõ totus Deus est ἀγέννητος, nihil impedit quominus genuerit essentialiter. At si totus est ἀγέννητος, nõ diuisus est essentialiter ad generandum, sed potestas tribuit substantiã genito. O R T H. Si totus Deus est γεννητός, nihil prohibet quominus genuerit essentialiter. At filius, vt tu ipse sentis, totus est γεννητός. Dic igitur quem genuerit essentialiter. Quod si nullũ genuit essentialiter, & γεννητός est, non igitur consequitur quia γεννητός est, eũ generare essentialiter. At si filius eo quod sit γεννητός, non gignit, ne Pater quidẽ quia ἀγέννητος est, gignit, sed quoniã Deus est ipsaq; maiestas, splendorẽ habet, eum videlicet quem genuit Deum in sese subsistentẽ. Nisi enim ex essentia genuit, non est Pater secundũ essentiam. Et quorsum baptizas in nomẽ Patris, qui nõ sit secundũ Essentiã Pater? Cãterum gignens ex sua essentia Pater, non dissectus est, quoniã ea essentia nõ est corpus. A N. Si Deus ἀγέννητος est totus generandi vi p̄ditus, id quod genitũ est non est essentialiter genitũ, quum tota illius essentia eam vim habet qua gignat, non autẽ qua gignatur. O R T. Ex tua sapiẽtia, si gignẽdi vi p̄dita est lux vniuersa, non gignit splendorẽ ex sua essentia, sed ex iis quã ipsa aliunde recipit, quoniam tota vim habet qua gignat, non autẽ qua gignatur: sin verò lux non recipit extrinsecus splendorem, sed ex sua essentia illum gignit, Deus quo-

que non aliunde acquisiuit Filium, sed eo ex sua essentia genito, integer manet, quoniam est incorporeus. A N. Sin verò essentiam Dei transformata dicamus esse id quod genitũ est, consequetur essentiam Dei non esse immutabilem, quum ab eius transformatione pendeat propria ipsius filij effectio. O R T H. Si lux aliqua sui transformatione fit splendor, lux nõ erit transmutationis expertis, quia ipsius mutatio splendorẽ proprium efficit: sin verò nulla lucis mutatione fit splendor, sed lux manet lux, & est splendoris causa: Deus quoq; manet Deus, & est sui splendoris Pater, non quod eum extrinsecus acceperit, sed quoniã ex sua essentia eum genuit: quã obrem etiã verè est Pater. A N. Quod si & immutabilis & generatione superior Dei esset essentia, nuda appellatione tenus quã in filium cadunt confiteri necesse est. O R T H. Si generatio essentiam non esse tenes, tenes & filiũ omnemq; aliam essentiam esse generatione p̄stantiorẽ. Nam si generatio substantia sit, genita omnia consubstantialia esse necesse est. Non est itaque generatio essentia. Quod si generatio essentia non sit, neque essentia p̄stantior est. Nam si essentia generatio p̄stantior esset, esset & filio sapientia tua autore p̄stantior. Quod si absurdũ istud est, essentiã generatione p̄stantiorem esse apparet. Itaque nihil de Patre magnum sumptis si generatione superior sit. Quomodo autem in mundum tantum nomen baptizatus certum baptisma cum nudo nomine tantũ illud consecutus sis, habere te putas? Nam si filius & Pater nudẽ sunt appellationes tantũ, qui in Patris & filij nomen sis baptizatus, in appellationẽ nudã esse te baptismũ consecutum concedas necesse est.

HÆRETICI SENTIENTIS CVM

MACEDONIO PNEVMATOMACHO DISPV-

TATIO ADVERSVS ORTHODOXVM.

MACEDONIVS.



BI scriptum est Spiritũ Deum esse? O R T H. Si rectè in filiũ Dei crederes, & ipsam de Spiritu fidem non ignorares. M A C. Nos ita credimus vt beatus Lucianus. O R T H. Nolle velim num etiã vt beatus Lucianus credas. M A C. Etenim & vos ita creditis? O R T. Nos quidẽ ita credimus vt sancti omnes martyres: quando & illi sic vt beati Apostoli crediderunt. M A C. Ergo nõ aliter atque beatus Lucianus credis? O R T H. Non me tantũ vt beatorum Lucianum, sed vt sanctos martyres & Apostolos credere iam dixi. M A C. Ergo Luciani subscribis confessioni? O R T H. Quid enim trecentorum & octodecim sanctorum patrum confessionem, quã Nicenã in Bithynia habita est, condemnas, vt ad aliam respicias? M A C. At tu quid in illa Luciani dãnã? O R T H. O. Condemno vestrum illud additamentum, idq; possum demonstrare à vobis adiectum esse contra eius sententiam. M A C. Annon & vos aliquid Nicenã adiecistis? O R T H. Sanè, at non repugnantia. M A C. Aliqua omnino adiecistis. O R T H. Ea videlicet de quibus tunc non querebatur, & quã nunc sunt à patribus piẽ explicata: at vos adiecistis appendicem quã ad impietatem vergit, & ne sic quidẽ eam sequimini. M A C.

Nos sic credimus vt Lucianus. O R T H. Quid te ostendam ne sic quidem credere? M A C. Quomodo id ostenderis? O R T H. Estne in ea scriptũ, Annon filius est Dei essentia, consilij, potentia & gloriã imago inuariata? M A C. Est. O R T H. Essentia verò ab essentia nihil prorsus varians, annon eadẽ est? M A C. Similis est. O R T. An verò Similis aliud quiddam est quã eadem? M A C. Nos eiusdẽ modi & similem dicimus, eandem verò non item. O R T H. O. Ita dicis similem Patri Filium vt Angelum Angelo? M A C. Etiam. O R T H. Angelorum verò eadẽne est essentia? M A C. Nos eiusdem modi & similem dicimus, non autem eandem: idcoque ὁμοίσιον id est similem essentia, non autem ὁμοῦσιον id est coessentialẽ, vocamus. O R T H. Dicis Deum ex Deo? M A C. Etiam. O R T H. Et lumen de lumine? M A C. Etiam. O R T H. Hiccine Deus & filius est ex hoc Deo & Patre? M A C. Etiam. O R T H. Hoc lumen quod est filius, estne ex hoc lumine quod est Pater? M A C. Etiam. O R T H. Hiccine essentia est ex hac essentia? M A C. Non. O R T H. Quomodo igitur ab ista nõ est diuersa? M A C. Quoniã alia quidem est, sed similis. O R T H. Quã non est ex ipsa essentia, filius esse non potest: & quã nullo modo diuersa est ab ista, non potest alia esse similis. M A C.

M A C. Vbi scriptum est Spiritum esse Deũ? O R T H. Vbi te coarguero ne sic quidem sentire vt habet ea fidei expositio quam obiecisti, tũc vbi id scriptum sit dicam. Dic igitur tandem an fatearis Filiũ Dei esse essentia, & consilij, & potentia, & gloriã Patris imaginem non diuersam. M A C. Etiam, etiam: tertium iam dixi. O R T H. Annon igitur eandem esse dicis Filij & Patris potẽtiã, & gloriã, & consilium? M A C. Non dico: nec enim expositio fidei Luciani idem esse dicit consilium eandẽue potentiam & gloriã. O R T H. Non verè profectò quod iustum est loqueris. Consilium enim à consilio non diuersum, est idem consilium: & potestas à potestate non diuersa, est eadem potestas: & gloria à gloria non diuersa, est eadem gloria. M A C. Inuariatam non esse fateor, eandem non esse dico. O R T H. Verbo igitur fateris istud non diuersum, quemadmodum qui Christum eum vocabant, nec credebant Christum esse. Nam si credidissent, non dixissent, quum eum cãderent, Vaticinare nobis, Christe, quis te percusserit. M A C. Dixi me sentire Filium esse imaginem essentia, consilio, potentia, & gloria non diuersam à Patre. O R T H. Aliam similem essentiam dicis, & aliud simile consiliũ, & aliã similem potẽtiã, & aliã similem gloriã? M A C. Etiã. O R T H. Duo sunt igitur dij. M A C. Vnus & vnus. O R T H. Iste vnus similis estne existo vno? M A C. Ita est. O R T H. An verò ex essentia? M A C. Non. O R T H. Ergo ex iis quã non erant, fecit vt existeret? M A C. Est sanè quiddam ex iis quã non erant. O R T H. Angelos & res omnes, creatas fateris esse ex Deo? M A C. Etiam. Scriptum enim est, Omnia ex Deo. O R T H. Num ex ipsius essentia? M A C. Nequaquam absit. O R T H. Sic igitur Filium vt res cãteras ex Deo esse sentis? M A C. Vnigenitum ipsum dico, non tamen ex ipsius essentia. O R T H. Qui non est ex essentia, non potest esse Filius secundum essentiam non diuersus. M A C. Angeli nõne sunt inter se non diuersi essentia? O R T H. Ita. M A C. Num Angelus quod ad sui essentiam attinet, ex alio est Angelo? O R T H. Sed nullus Angelorum est Angeli pater vel filius. Beatus autem Lucianus quum diceret Filium esse imaginem Patris essentia, & consilij, & potestatis, & gloriã non diuersam per Filium quod ex ipsa essentia esset: per illud Non diuersum, identitatem ostendit. M A C. Ego non diuersum dico: sed neque ex essentia, neque eandem essentiam, neque eandem potentiam, neque eandem gloriã dico. O R T H. Aliam igitur potentiam habet Filius, & aliam gloriã quã Pater? M A C. Aliam similem. O R T H. Quomodo igitur scriptum est, Christus Dei potentia, & Dei sapientia? & quomodo dicit Filius, Quum autem veniet Filius hominis in gloria Patris sui? M A C. Habẽtne etiam Pater propriam gloriã, & proprium consilium, & propriam potentiam, an non? O R T H. Habet. M A C. Et Filius itidem propriam an non? O R T H. Ipsa Patris gloria & eiusdem consilium, & potentia, est Filij. Propterea dicit Filius, Quocunq; habet Pater, mea sunt. M A C. Filius ergo non habet gloriã, non habet consilium, non habet potentiam, non habet deitatem, nisi à Patre accipiat. O R T H. Ista gloria, istud consilium, ista potentia, ista deitas estne Patris & Filij? M A C. Absit vt hoc dicam. O R T H. Quomodo igitur dicit

Filius, Omnia mea tua sunt, & tua omnia mea sunt? M A C. De Apostolis loquitur. O R T H. Noui & ego Christum hãc dixisse de Apostolis differentem. Sed discipulis adiunxit omnia, vt qui non dixerit, Mei sunt tui, sed omnia mea sunt tua, & tua sunt mea. Alioqui dic obsecro an Pater nihil eorum quẽ diximus habebat antequam mundum crearet. M A C. Habebat certè deitatem, gloriã, potẽtiã, cõsiliũ, incorruptibilitatẽ. Sed de iis Christus non loquitur. O R T H. Audi ipsius Domini voces, quã quidem ita se habent. Omnia mea sunt tua, & tua sunt mea, & glorificatus sum in eis. M A C. Nẽpe in discipulis suis glorificatus est. O R T H. Annon igitur gloriã habebat antequam mundus existeret? M A C. Habebat profectò. Scriptum est enim, Pater glorifica me ea gloria quam habui apud te antequam mundus existeret. O R T H. Venturusne est cũ ea gloria, an cũ alia quapiã, iudicaturus viuos & mortuos? M A C. Cũ ea ipsa gloria. O R T H. Dicit autẽ in euãgelij, Veniet enim Filius hominis cũ gloria Patris sui. Hãc igitur gloria est Patris & Filij. Vnicam prãterea esse vtriũque gloriã dicit alio Euangelij loco, Quum veniet (inquiens) Filius hominis cum gloria sua, & omnes Angeli cum eo, tunc insidebit throno gloriã suã. Audis eum dicẽtem, si modò aures habes, eandem esse suã & Patris gloriã. M A C. Potes mihi ostendere vbi scriptum sit Spiritum esse Deum? quorsum me tam diũ circunducis? O R T H. Si quidem Apostoli primũ cognouerunt Spiritum, ac ita demum Filium, rectè & tu inuestigas Spiritus sancti notitiã. M A C. Noui & credo Filium esse Deum ex Deo Patre genitum, totum ex toto. O R T H. Nõne igitur ex Patris essentia? M A C. Non. O R T H. Ita igitur eum arbitraris esse totum ex toto vt quemlibet Angelorum, & cãteras res creatas? M A C. Sed filius vnigenitus est Deus. O R T H. An eum propterea vnigenitum vocas, quoniam alius similis non est, an verò quoniam solus ex essentia genitus est? M A C. Quoniam alius similis non est. O R T H. Dic igitur etiam Spiritum sanctum esse filium vnigenitum, nec enim alius est spiritus similis. M A C. Absit. O R T H. Non ergo dicitur vnigenitus eo quod solus sit talis, sed quoniam solus ex essentia genitus est. M A C. Annon verò Spiritus est ex Dei essentia? O R T H. Sanè quidem. M A C. Ergo & Spiritus est filius. O R T H. Imò filius quidem ex essentia genitus est, idcoque est vnigenitus filius. Spiritus autem ex essentia procedit, nec enim scriptum est, Spiritus ex me genitus est, sed ex me procedit: & filius dicit, Spiritus veritatis qui à Patre procedit: non autem, Genitus est. M A C. Sed quodnam discrimen est generationis & processionis? O R T H. Qui hoc discrimen nouerit, modum quoque generationis & processionis nouit. Neminem verò nosse generationis modum vociferatur Propheta, quum inquit, Generationem eius quis enarrauit? M A C. Qui sit igitur vt dicas, filius quidem ex essentia genitus est, Spiritus autem procedit? O R T H. O. Dico quã scripta sunt. Ita igitur & tu loquere, & extra periculum es. M A C. Vbi igitur scriptum est filium esse ex essentia? O R T H. Nõne & tu scriptum esse fateris omnia esse ex Deo? M A C. Sanè fateor sed num omnia sunt ex Dei essentia? O R T H. Nequaquam. Absit. Sed ex eo quod quum omnia sunt

ex Deo, iste est vnigenitus Filius quamuis multi sint filij, liquet certe eum esse ex essentia. **M A C.** An verò Spiritus quoque est vnigenitus Filius? **O R T H.** Absit inquam, vt hoc dicam. Sed sicut quum multi sunt filij, nouimus hunc esse ex essentia, quoniam dixit Pater, Iste est Filius ille meus dilectus: ita etiam esse ex essentia Spiritum inde nouimus quòd quum sint multi spiritus, dixerit Pater, Effundam ex Spiritu meo in omnem carnem. Nam aliter separari à sanctis reliquis spiritibus non potest, & Patri coniungi, nisi habita essentia ratione. **M A C.** Num verò Pater is est qui dicit effundam ex Spiritu meo? **O R T H.** Sanè quidem. **M A C.** Vnde hoc colligis? **O R T H.** Paulus Apostolus inquit, Quum enim super terram patefacta est gratia Dei & Patris nostri, non ex operibus quæ fecimus nos, sed ex multa sua misericordia regenit nos lauacro regenerationis, & renouationis à Spiritu sancto effecta, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum. Quis effudit per Iesum Christum? is nimirum qui dixerat, Nouissimis diebus effundam ex Spiritu meo. Filius autem postquam à mortuis resurrexisset, dixit, Accipite Spiritum sanctum. **M A C.** Ne me (quod iam pridem dixi) istis ambagibus distincto: sed ostende, si potes, vbi scriptum sit Spiritum esse Deum. **O R T H.** Fatere vnam esse Patris & Filij deitatem siue essentiam, vnumque consilium, vnam potentiam, & gloriam: & tunc intelliges illud de Spiritu sancto. **M A C.** Vbi scriptum est vnicam esse deitatem? **O R T H.** Fateris necne inhabitare in Filio omnem plenitudinem deitatis? **M A C.** Ita scriptum est. **O R T H.** Aliam esse dicis Patris deitatem, aliam itidem Filij deitatem? **M A C.** Etiam. **O R T H.** Deitas ergo Patris est in deitate Filij? **M A C.** Etiam. **O R T H.** Duæ sunt igitur deitates? **M A C.** Deus & Pater, & deitas ipsius est vnus Deus. Item Deus & Filius, & deitas eius est vnus Deus: estque (vt pridem dixi) vnus & vnus Deus. **O R T H.** Quum ergo Deus dicit per Prophetam Esaiam, Ego sum Deus, nec alius est præter me qui seruet, annuntiaui, & seruauit, & exprobrobraui, nec erat inter vos alienus: vtrum istorum esse vis quos vnum & vnum dicit? **M A C.** Pater seruat per Filium. **O R T H.** Vnus ergo Deus seruans Pater atque Filius. **M A C.** Idem igitur est & Pater & Filius. **O R T H.** Absit vt hoc dicam. Sed quemadmodum in Christo compacti vnus sumus, non confusis hypostasibus, sed ratione habita consensionis & naturæ siue essentia, ita Patrem & Filium dico vnam Deum, habitata ratione essentia & consensionis. **M A C.** Nos quoque vnam consensionem fatemur. **O R T H.** Dicetiam deitatem, & saluus esto. **M A C.** Vnicam deitatem non dico. **O R T H.** Quum ipsum Deum rursus audis dicentem apud eundem prophetam, Ego sum Deus nec est alius Deus Per memetipsum iuro, ex ore meo egredietur iustitia, sermones mei non delebuntur, quòd mihi flectetur omne genu: vtrius istorum vnus & vnus hæc verba esse dices? **M A C.** Filij. Dicit enim Apostolus, In nomine Iesu flectetur omne genu cælestium, terrestrium, & subterraneorum: & omnis lingua confitebitur Dominum Iesum Christum ad gloriam Dei Patris. Amen. **O R T H.** Vna est igitur deitas Patris & Filij. **M A C.** Quomodo? **O R T H.** Dicit enim, Ego sum Deus, & non est alius. Aut enim demens factus negabis

Patrem esse Deum, aut confitens Patrem esse Deum, itidemque Filium esse Deum, & eum audiens dicentem, Ego sum Deus, & præter me non est alius, vnicam deitatem fateberis, & non periclitaberis. **M A C.** Ego vnicam deitatem non dico. **O R T H.** Si igitur audias Prophetam dicentem omnium sanctorum nomine, à seculo non audiimus, neque oculi nostri viderunt Deum, præter te, Quid eis responderis? **M A C.** Filium dicit. Nec enim alium Deum vidimus quàm Filium qui homo factus est. **O R T H.** At enim qui vidit Filium, vidit Patrem. Vna igitur deitas est Patris & Filij. **M A C.** Vnam deitatem non dico. **O R T H.** Quum dicit Deus apud eundem Prophetam, Ego Deus primus, & ego postremus, vtrum illorum quos vnum & vnum esse arbitraris, hoc dixisse censetis? **M A C.** Patrem. **O R T H.** Nonne verò Filium fateris Deum esse? **M A C.** Dixi Deum ex Deo. **O R T H.** Itaque si Pater est Deus, & Filius est Deus, dicit autem Deus, Ego Deus primus, & ego postremus, necne vnica est deitas. **M A C.** Etiam si plura dixeris, non persuaseris vt vnicam deitatem dicam. **O R T H.** Nisi vna sit deitas Patris & Filij, alia est Patris, alia est Filij deitas. **M A C.** Sanè quidem. **O R T H.** Alia autem & alia deitas, non sunt vnus Deus. **M A C.** Nec enim dico Patrem & Filium esse vnum Deum. **O R T H.** Audiens igitur Prophetam dicentem, Sic dicit Dominus exercituum, Laborauit Ægyptus, & negotiatio Ægyptiorum, & Sabaim viri proceri, ad te transibunt, & te sectabuntur manicis vinciti, & te adorabunt. Tu enim vnus Deus es, & ignorauimus deum Israhel: de quo hæc dicta existimas? **M A C.** De Filio. **O R T H.** Quòd si eum affectantes, ipsum adorabunt in eius nomine precantes, nonne verus est Deus? **M A C.** Etiam. **O R T H.** Quum autem eum adoramus, alienum Deum nõ adoramus, neque duos deos. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruias. Quòd si eum adorantes, etiam Patrem dominum Deum adoramus, & ei soli seruiamus, nempe vna est Patris & Filij deitas. Sic enim etiam dicimus, Tu es Deus, & in te Deus est, & non est Deus præter te. **M A C.** Si in ipso est Deus, quomodo vna est deitas? **O R T H.** Quoniam subiungit, Et non est Deus præter te. Et Ieremias inquit, Hic est Deus noster, non censetur alius præ eo. Inuenit omnem viam scientia, & dedit eam Iacobo puero suo, & Israheli quem diligit. Postea visus est in terra, & inter homines conuersatus est. Quòd si iste qui visus est in terra, est deus noster, nec alius præ eo censetur, nempe vnica est Patris & Filij deitas. **M A C.** Si vnica est deitas, & Patris quidem deitas est ingenta, Filij verò genita, efficitur deitatem esse *γεννητα γεννητον*, id est ingenitigenitam. **O R T H.** Ridiculam cogitationem commemoras. An enim quia maritus & vxor non sunt duo, sed vna caro, ut dicit dominus, caro hæc est masculino fœminæ? **M A C.** Sed caro viri & vxoris, sunt ex vna subtracta materia, humo videlicet. **O R T H.** Quoniam ergo dicit Scriptura de iis qui crediderunt, Erat eis cor vnum & anima vna, constabat autem credentium multitudo ex viris & mulieribus, an idcirco hæc anima erat masculino fœminæ? Et quum dicit Paulus, Vnum corpus & vnus spiritus estis, sicut etiam vocati estis ad eandem spem vocationis vestrae, an spem istam vocas masculi-

masculino fœminam, quòd eandem spem tum viri tum fœminæ habemus? **M A C.** Rursum inquam, vnam deitatem non dicimus. **O R T H.** Quum ergo dicit Deus per Dauidem, Audi, popule mi, & loquar tibi Israhel, & contestabor te: Si me audieris, non erit in te Deus recens, neque Deo alieno seruias. Ego enim sum Dominus Deus tuus qui te eduxi è regione Ægypti, quemnam existimas loquutum fuisse, Patrem an Filium? **M A C.** Disputas vt Iudæus ex vetere fœdere. **O R T H.** Christus dixit, Scrutamini Scripturas, quoniam ex testificantur de me. **M A C.** An non licet ex nouo testamento Christum inuenire? **O R T H.** Sanè quidem. Vereor autem ne, Manichæi instar, vetus testamentum expungas, vt qui non credas tam illud quàm hoc fuisse à Deo dictatum. **M A C.** Deum noui tum vetus tum nouum pactum pepigisse, sed ex nouo erudiri velim, quoniam manifestius tres illas hypostasies docuit. **O R T H.** Quum igitur audis Paulum dicentem omnia esse per eum, & ex eo, & in ipsum, vtrum ex illis quos vnum & vnum esse dixisti, significari existimas? **M A C.** Patrem. **O R T H.** An non sunt per Filium omnia? **M A C.** Per Filium quoque sunt omnia. **O R T H.** Qui sit igitur vt non ex eo, & per eum, & in ipsum sint omnia? **M A C.** Pater habet illud ex quo, & illud per quem, & illud in ipsum. Filius autem habet quidem illud per quem, at nõ illud ex quo. **O R T H.** Lege verba ipsa, vt discas sanctum Apostolum illud ex quo, & per quem, & in ipsum, tum de Patre, tum de Filio dixisse. Nam si dictum illud in vna tantum persona valere velis, comperietur Filius ignorare quid Pater agat, neque consiliorum ipsius esse particeps, vel pater ignorare quid filius agat, nec consiliorum eius esse particeps. **M A C.** Dic vbi scriptum sit, Spiritus est deus. **O R T H.** Prius discite illas hypostasies manifestè doceri in vetere etiã testamento. **M A C.** Vbi nam id scriptum est? **O R T H.** In Genesi, Visus est Deus Abrahamo sedenti apud quercum Mambre, & ecce tres viri steterunt supra eum. **M A C.** Tres igitur illos viros dicis esse Patrem, Filium & Spiritum sanctum? **O R T H.** Ne perturbare, sed ista cum Dei timore legamus. Dicit Scriptura, Visus est Deus Abrahamo, & ecce tres viri steterunt supra eum. Tres illi viri fuerunt Deus. **M A C.** Deus erat vnus illorum, is nimirum quem compellat Abraham: alij verò duo erant Angeli. **O R T H.** Sic dicit scriptura, Visus est ei Deus apud quercum Mambre, quum sederet ad fores tabernaculi sui, meridie: & sublatis oculis respexit, & ecce tres viri supra ipsum steterunt: quibus visis, occurrit ipsis obuiam à sui tabernaculi limine, & adorauit humi prostratus. Quem adorauit humi prostratus? num viros? **M A C.** Dixi duos Angelos fuisse cum Deo. Adorauit igitur ille proculdubio Deum, non Angelos. Quum enim surrexisset, dixit, Domine, si inueni gratiam apud te, ne præterito seruum tuum. **O R T H.** Enimuerò illud ipsum est quod dicimus, tres hypostasies ab eo vocari Dominum. **M A C.** Absit. **O R T H.** Audi igitur quæ sequuntur, Sumatur autem aqua, & abluant pedes vestros: & refrigeramini sub arbore: deinde accipiam panem, & comedetis, & postea prosequimini iter vestrum, quandoquidem ad seruum vestrum deflexistis. Et dixit ei, Ita facito vt dixisti. Hoc-

cine scriptum est, an non? **M A C.** Omnia hæc scripta sunt. **O R T H.** Seruus autem Domini quum se diceret eorum seruum, eundem trium dominatum professus est. Neque enim dixit, Quandoquidem deflexisti ad seruum tuum, sed, Deflexistis ad seruum vestrum, quorum etiam pedes lauare studuit. **M A C.** Quid verò absurdi est in eo quòd Angelorum pedes lauit? Nec enim adhuc nouerat Deum sibi apparuisse, sed putabat se extraneos aliquos viros hospitio excipere. **O R T H.** Demus Abrahamum ita existimasse vt tu dicis: annon ei dixissent Angeli, Ne nos æquali honore ac istum afficito? Et quomodo Abrahamus existimauit extraneos homines à se hospitio excipi, qui prostratus in terram adorauit, & eos supra se viderit? Sic enim scriptum est, Sublatis oculis respexit, & ecce tres viri supra ipsum steterunt, non autem, coram ipso. **M A C.** Nondum erat ei patefactum istos quidem Angelos, illum verò, Deum esse. **O R T H.** Tunc igitur eos pari honore excepit, sicut scriptum est. Properauit enim Abraham in tabernaculum ad Saram, cui dixit, Festinato & pinxto tres simile mensuras, & facito subcinericios panes. Deinde ad armentum cucurrit Abraham, acceptumque vitulum tenerum & opimum dedit seruo, qui statim appareret: acceptumque butyrum & lac & præparatum vitulum ipsis apposuit, qui comederunt: ipse verò adstabat eis sub arbore. Hæc cene scripta sunt, an non? **M A C.** Etiam. **O R T H.** Et Angeli vna cum Deo comederunt? **M A C.** Visio erat. Angelos autem fuisse, lege quæ sequuntur, & inuenies. **O R T H.** Et nos quoque nouimus illos duos postea Angelos dici, sed rursus eos postea scriptura Dominum appellat. Filio verò & Spiritui constat. Angeli nomen tribui, non hoc loco duntaxat, verum etiam alibi. Sed Angelus improprie vocatur: veluti quum idem Filius in Euangelio dicit, Homo quidam plantauit vineam, & elocauit eam colonis: & postea inquit, Misit seruos suos, & post seruos filium quem vnicum habebat, liquet Patrem ab eo dici hominem. Et quum inquit, Homo quidam celebrabat nuptias filio suo, ibi quoque hominem eum vocat, sed vsus Scripturæ hunc esse Deum demonstrat. Scriptura verò manifestissimè docet vnum ex his duobus Angelis fuisse Filium. **M A C.** Quomodo? **O R T H.** Nam postquam comedisent, & benedictus fuisset Abraham accepta Isaaci promissione, ita scriptum est, vt dicam, si modò sustineas. **M A C.** Dic. **O R T H.** Et Dominus dixit, Non celabo Abrahamum seruum meum quæ sum facturus. Abraham verò euadet in gentem magnam & copiosam, & in eo benedicetur omnes terrarum nationes. Et paulo post, dixit autè dominus, clamor Sodomorum & Gomorrhæ creber fuit apud me, & valde magna sunt ipsorum peccata. Descendi igitur visurus, si re ipsa perpetrant de quibus clamor iste ad me peruenit: sin secus est, vt id norim. Digressi igitur inde viri, venerunt Sodoma: Abraham verò stabat coram Domino, & dixit, Num perdes iustum vnà cum impio, & eodem apud te loco erit iustus vt impius? Si fuerint in vrbe quinquaginta iusti, an eos perdes, neque totum illum locum intactum relinques propter quinquaginta iustos, si in vrbe fuerint? Absit vt hoc agas, vt iustum cum impio interficias, & iustus eo loco sit quo impius: absit. An qui iudex est totius terræ nõ

recte iudicabit? Dixit autem Dominus, Si Sodomis inuenero in vrbe quinquaginta iustos, totum locum intactum relinquam in eorum gratiam. Et ita Abraham subductis quinque, & rursus quinque peruenit vsque ad decem. Dixitque Deus, Non perdam in gratiam decem istorum. Et abiit Dominus, postquam defuisset loqui cum Abrahamo: Abraham quoque rediit domum suam. M A C. Dic quæ mox sequuntur. O R T H. Venerunt autem duo illi Angeli Sodoma. M A C. Audis duos illos fuisse Angelos? O R T H. Antea dixi, velati tuum hoc responsum præoccupans, sicut scriptura duos illos vocauit viros, qui tamen viri natura non erant, sic etiam illos ipsos vocare Angelos, qui Angeli natura non erant, idque improprie, eo quod Dei consilium nuntiarent. Audiamus autem quæ sequuntur. Magis enim ab ipsis fundamentis erudimur. M A C. Dic. O R T H. Venerunt autem duo illi Angeli Sodoma vesperè, & Loth ad portam Sodomorum sedebat, qui eos conspicatus, occurrit ipsis obuiam, & facie in terram prostrata adorauit, dixitque, Ecce Domini, defleat domum serui vestri, & pernoctate, & abluite pedes vestros, & diluculo experietis pergetis vestro itinere. Audis quod eos adorauerit, & dominos appeller, & eorum seruum sese profiteatur? M A C. Putabat eos esse homines, & quæ extraneis libenter hospitium præberet, adorauit eos & dominos vocauit. O R T H. Sed si fuissent Angeli, dixissent ei, Dominum Deum tuum adora. Nos enim vnà tecum serui sumus. M A C. Enimvero qua in re peccabat adorans Angelos? O R T H. Sæpe audiui quum vos diceretis non esse adorandum Spiritum sanctum. M A C. Neque enim fas est. O R T H. Quomodo igitur nunc dicis, Cui sanctus Loth iniuriam faciebat adorans Angelos? M A C. Num enim eos vt Dominum Deum adorauit? O R T H. Lege quæ ordine sequuntur. M A C. Lege quæ ipse. O R T H. Iis quæ recitauimus subiicit, Excepit eos hospitio & venerunt viri loci illius, animo flagitij aduersus illos committendi. Lothus verò filias, potius quam viros illos, offerebat ipsorum contumeliæ. Quumque permanerent in impia illa sententia Sodomitæ, retraxerunt Lothum Angeli domum, illos verò cæcitate percusserunt: an non ita scriptum est? M A C. Ita. O R T H. Deinde scriptum est, Dixerunt autem Lotho viri illi, Estne tibi gener, vel filij vel filiarum? aut si quis alius tibi cognatus est in vrbe, educ eum ex hoc loco. Sumus enim hunc locum destructuri, quoniam clamor eorum sublatu est in conspectum vsque Domini, & misit nos Dominus vt hanc vrbe delectamus. M A C. Audis ipsos fateri se missos esse à Domino? num igitur ipsi sunt Domini? O R T H. Quum igitur dicat in Euangelij Seruator, Non sum missus nisi ad oues domus Israël perditas: & alibi, Sicut misit me viuens Pater, & qui misit me, mandauit mihi: quid dicā, quid loquar? An amplius non agnoscitur esse Dominus, quia missus est? M A C. Filius quoque sine controuersia Dominus est: num verò etiā Spiritus? O R T H. Prorsus hic simul adoratur, & simul Dominus compellatur cum Filio. M A C. Num verò demonstrasti Filium fuisse eum qui Lothum alloquebatur? O R T H. Cohibe hunc animi impetum, & fateberis. M A C. Hoc quidem scio quod me circumducas, quum non possis dicere vbi

scriptum sit, Spiritus est Deus. O R T H. Primum sciamus quinam isti fuerint qui apparuerunt, & tunc ipsemet Spiritus Sanctus dabit vt quicquid querimus inueniamus. M A C. Ego, (vt habet scriptura) Angelos dico. O R T H. Ego verò & Angelos & viros dico: sed vt antea inter nos consensus vnus istorum trium fuisse Dominum Deum, ita etiam exacta peruestigatio inueniet quinam etiam isti duo fuerint. M A C. Dic quid sentias. O R T H. Legam quæ consequuntur? M A C. Lege. O R T H. Otto verò diluculo vrgebant Lothum Angeli, dicentes, Surge & arripe vxorem tuam, & duas filias tuas quas habes, ne vnà cum vrbis sceleribus pereas. Ipsi verò turbati sunt, prebenderuntque Angeli manum eius, & manum vxoris eius, & manus duarum filiarum eius, quod Dominus ei parceret. Quibus eductis dixerunt, Serua tuam ipsius vitam, neque respice à tergo, neque consiste in circumiacente regione: saluus esto in monte, ne simul inuoluaris. Lothus verò dixit ei, Obsecro Domine, quandoquidem seruus tuus nactus est misericordiam apud te, & magnam bonitatem declarasti, dum te sic geris erga me vt vitam mihi conseruaris, ego non possum in monte seruari, ne hæc calamitas me deprehendat, & peream. Ecce hæc vrbs propinqua, parua est, illuc liceat mihi refugere, vt ibi seruet. Certè parua est, & incolumis euadam. Audis, si aures habes, Lothum, quum nosset eorum communionem & vnitatem, accidisse ad eorum pedes, & dixisse, Obsecro Domine, non Domini. Sciebat enim neminem duobus dominis seruire. Duo sunt autem, quum vnus quidem hoc, alter istud vult. Dic igitur & tu Filio ac Spiritui, Obsecro Domine, quandoquidem misericordiam nactus est seruus tuus apud te, non apud vos, ne dominium diuidas. Nam si vnus est spiritus quisquis cum Deo conglutinatus est, quomodo separari possit spiritus ab eo qui ipsum suppeditat? M A C. Scilicet demonstraui Angelos illos fuisse Filium & Spiritum. O R T H. Dixerit ergo sanctus Loth Angelis natura, Obsecro Domine, quandoquidem seruus tuus inuenit misericordiam apud te, & magnam tuam bonitatem declarasti, sic te gerens erga me vt vitam mihi seruaris. M A C. Sanè quidem. O R T H. Audi igitur præterea quæ sequuntur. Et dixit ei, (non amplius dicit, Angeli, sed is videlicet quem erat Dominum professus) Ecce etiam hac in re admiratus sum faciem tuam (id est places mihi) vt non subuertam vrbem de qua loquutus es. Propera igitur vt illic serueris. Nec enim potero quicquam agere, donec eò sis ingressus. Neque dixit, Non possumus, quauis in initio dixissent, Quia delebimus hanc vrbe, quum eos adhuc putabat esse viros non Angelos. Vbi verò eorum dominium agnouit, neque amplius eos vocat Dominos, sed Dominum, dicens, Obsecro Domine: tunc & ipsi iam cū eo tanquā vnus loquuntur. Neque enim dicunt, Admirati sumus, sed, Admiratus sum. M A C. Num igitur Pater vnà cū iis apparuerat. O R T H. Omnino. M A C. Quomodo igitur dicit, Deum nemo vidit vnquam? O R T H. Propterea enim apparuerunt tanquam viri, quoniam id quod natura Deus est, nemo vidit vnquam, neque videre possit. M A C. At ego Filiū eum esse dico qui Abrahamo fuit conspectus. O R T H. Redeo igitur ad id

ad id quod legere cœperam. M A C. Lege. O R T H. Sol exortus est super terram, & Loth introiit in vrbe Segor. Dominus pluit supra Sodoma igne & sulphur à Domino e cœlo, & omnes illas vrbes subuertit. Quis Dominus? is nimirum qui dixerat Lotho, Etiam in hac re admiratus sum faciem tuam, ne vrbe illam de qua loquutus es subuertam. Propera igitur vt illic serueris. Nec enim potero quicquam agere, donec eò sis ingressus. M A C. Vnus illorum erat Dominus: num enim ipsi duo? O R T H. Dixi Lothum cum duobus illis, tanquam cum vno, fuisse collocutum. Dicunt enim duo illi, Siquis hinc est tibi gener, aut filij, aut filiarum, educ eos tecum. Nos enim perdemus hanc ciuitatē. Modò igitur dicit nos, propter hypostasas, modò verò dicit Ego, propter naturam. Sapite igitur (vt scriptum est) qui despicitis in populo, & stulti tandem estote intelligentes. Nam & Abraham, agnitis tribus hypostasis, Dominus dicit, & Loth duabus animaduertis Dominum itidem dicit: neque diuidit ea quæ diuidi non possunt, neque partimini quæ partitionem non admittunt. M A C. Potes mihi dicere vbi scriptum sit, Spiritus est Deus? O R T H. Hactenus didicisti veteri quoque testamento cognitas fuisse tres hypostasas, quod etiam testamentum dicit, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est, minimè id quidem quasi eorum oblitum quæ prius dixerat, sed deitatem ad vnum redigens. Audi igitur Iobum dicentem, Qui solus cœlum extendit, & super mare quasi in solo inambulat. Certè de filio propheticè loquitur. Is enim est qui super mare ambulauit. M A C. Rursum igitur vide, solus filius super mare ambulauit. O R T H. At ego dixi istud Solus quum deitati tribuitur, plerumque Patrem & filium & Spiritum sanctum declarare. Sunt autem quædam solius filij propria. Solus enim factus est homo, solus baptizatus est, solus ex Patre genitus est, solus fuit crucifixus, & quæcunque sunt eiusmodi: idque non secretus à Patris hypostasi, sed vt qui in ipso esset, & cum in sese haberet, incarnationem tanquam sibi propriam vindicat, vt ritè distinguantur hypostasas. Ac ne existimes vnicum vetus testamentum nosse vnū & solum Deum annuntiare, audi Seruatorem ipsum dicentem, scriptum est, Dominum Deū tuum adorabis, & ei soli seruias. Et alibi, rogatus quodnam esset maximum in Lege præceptum, inquit, Diliges Dominum Deum tuum tota anima tua, & toto corde tuo, totisque viribus tuis: & proximum tuum sicut te ipsum. Num verò, quoniam non dixit, Dominum Deum tuum & filium eius, non oportet à nobis diligi, ac non potius vnà cum Patre diligi, tum filium, tum Spiritum sanctum? M A C. Sanè. Sed dicit vbi Spiritus sanctus dictus sit Deus. O R T H. Primum discere Spiritum non separare à Patris & filij communiōne, sed vnà cum Patre & filio Spiritum quoque sanctum diligere totis viribus tuis, totaque anima tua: & tunc notitiam Dei nactus fueris. M A C. Diligimus eum toto corde, totaque anima & mente, neque tamen eum dicimus Deum esse. O R T H. Enimvero possis Spiritum dicere Deum, qui nolis eandem essentiam & gloriam, idem consilium, eandemque potestatem Patris & filij fateri, & compertus sis ipsi beati Luciani confessioni, quam opponebas, contraria sentire? M A C. Ego ita credo

vt beatus Lucianus, & fateor imaginem essentiae & consilij & potestatis & gloriæ inuariatam: eandem tamen essentiam non dico, neque deitatem, neque idem consilium, neque eandem potestatem, nec gloriam. O R T H. Itaque & tibi ipse & beato Luciano contradicis: & quemadmodū Manichæi & phryges, omnesque adeo hæreses dicitant se ita credere, vt sancti Apostoli crediderūt: vbi autem in illos inquisitum est, contraria dicere cōperiūtur, ita & tu facis. Imò etiam ex Iudæis audire licet, Ita credimus vt beatus Moses & Prophetæ, quos tamen si interrogas, reperientur eum ipsum de quo vaticinati sunt prophetæ, crucifixisse. M A C. Nos dicimus filium esse inuariatam imaginem essentiae & potestatis, & gloriæ Patris, non dicimus tamen esse ex Patris essentia, neque eandem essentiam, & idem consilium, eandem potestatem & gloriam. Superest vt dicas, si potes, vbi scriptum sit Spiritum esse Deum. Dic. Quid me paulatim enecas? O R T H. Quum te tibi ipsi repugnare ostenderem, vt auditores norunt, & ij cognoscent qui hæc sunt postea lecturi, tunc etiam ostendi Paraclerum, Spiritum, inquam, illum veritatis, esse Deum, & opificem, & viuificum. M A C. Si vel vnus istorum ostenderis, siam Coessentialista. O R T H. Cuiam dixit Deus faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem? M A C. Deus Pater hoc dicit filio Deo. O R T H. Ex eo ipso quod effectum est possumus intelligere cuiam id dixerit quod postea effectum fuit. Estne homo ad imaginem Dei factus, an non? M A C. Est sanè. O R T H. Dic igitur, Num potest homo esse Dei imago qui non sit omnibus suis numeris absolutus: & num potest esse numeris omnibus absolutus, quem Spiritus sanctus non sanctificauit? M A C. Omnes igitur homines sunt Spiritu sancto præditi. O R T H. Si omnes sunt secundum imaginem perfecti, omnes quoque Spiritu sancto sunt præditi. M A C. Omnes habent illud secundum imaginem. O R T H. Quomodo igitur Paulus inquit, Vt litis secundum imaginem eius qui condidit vos? & alibi, Sicut gestauimus imaginem terreni, gestemus imaginem cœlestis. M A C. Annon igitur omnes sumus secundum imaginem illius? O R T H. Peccatores, nequaquam: qui verò carnis actiones mortificant, & induunt nouum illum hominem ad imaginem Dei conditum, iis demum illud secundum imaginem competit. Talis enim erat Adam ante accepti mandati transgressionem. Homo igitur ille secundum imaginem Dei conditus, à Patre & filio & Spiritu sancto conditus est. Dixit enim faciamus, vt cooperationem declararet, non autem facite, ne tu rursus subordinatum operarium & ministrum dicas. M A C. Spiritum sanctum dicis Patri & filio cooperatum? Atqui Scriptura sanctos etiam Apostolos, vocat cooperarios. O R T H. Nempe ad salutem eorum qui seruantur, non autem ad creationem ferū quæ conditur. Apostoli igitur cooperati quidem dicuntur ad hominum salutem, quoniam fuerunt & sunt templū Spiritus sancti: at ipse Spiritus cooperarius est ad creandum. M A C. An verò mihi demonstrare possis Spiritum cooperatum esse ad hominum creationem? O R T H. Iam demonstratum est. M A C. Quomodo? O R T H. Quoniam videmus hominem qui sit ad imaginem conditus Spiritu cooperante præditum. M A C. Ego omnem hominem dico esse secundum imaginem dei. O R T H.

Potestate dicis an reipsa? **M A C.** Et quidnam est Potestate, quidnam Reipsa? **O R T H.** Potestate illud est quod fieri potest: reipsa verò est qui imaginis illius pulchritudinem actu ipso testatur. **Q**uemadmodum igitur puer est animal potestate ratione præditum & mortale: vbi autem excreuit, reipsa fit illud quod erat antea potestate, ita etiam vnusquisque est potestate secundum imaginem Dei. **Q**uòd si exuerit mortalitatem qua amictus fuit Adam sua transgressione, & nouum illum hominē incorruptionis induerit, quo exutus Adam nudus cõpertus est: tunc fit reipsa secundum imaginem cõditoris, quales Apostoli fuerunt quorū vmbra virtutes edebat. **M A C.** Antea igitur non erant Apostoli secundum imaginem. **O R T H.** Num exteriorem illum hominem quē inquit Apostolus corrumpi, dicis secundum imaginem esse, ac non potius interiorem illum, qui renouatur? **M A C.** Interiorem illum dico qui renouatur. **N**ec enim Deo humanam formā tribuerim. **O R T H.** Deus cuius imago est homo, nõne est inuisibilis? **M A C.** Maximè. **O R T H.** Oporter igitur inuisibilis Dei inuisibilem quoque esse imaginem: & quum inuisibilis sit imago, inuisibilem esse hominē qui secundum imaginem sit. **M A C.** Si admiserò hominem qui secundum imaginem sit factus, esse occultum illum & latentem, at non tamē dico factū esse à Spiritu sancto. **O R T H.** Annon verò prorsus concedis Adamū sanctum fuisse in paradiso? **M A C.** Etiam. **O R T H.** An quoniam talis cõditus, an quòd sua virtute talis euaserit? **M A C.** Quòd talis esset cõditus. **O R T H.** Itaque Spiritus sanctus vnà cum Patre & Filio condidit. **M A C.** Enimuerò annon poterat Filius ipse sanctum hominem condere? **O R T H.** Sanè verò. **M A C.** Quorsum igitur dicis conditum fuisse à Spiritu sancto? **O R T H.** **Q**uemadmodum Pater quum posset hominem cõdere, cum Filio condidit, vt naturę identitas ostenderetur: ita & Filius, quum posset hominem sanctum condere, cum Spiritu condidit, vt quod factum est, constaret esse Patris & Filij & sancti Spiritus opus. **S**ic igitur hominem etiam lapsum, & iumētis rationis expertibus similem factū, nõ renouat absque Spiritu: sed, vt inquit Propheta, mitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę. **M A C.** Dicimus & nos renouationem nostri per Spiritum effici. **E**st enim Spiritus sanctificationis. **O R T H.** Omnia pura puris. **Q**uoniam autem illud per Spiritum sanctū non syncerè protulisti, necessariò cogor interea non silere. **D**ic igitur mihi. **R**enouatio nostri nõne fit per lauacrū regenerationis? **M A C.** Etiam. **O R T H.** **Q**uomodo ergo baptizamur? in Patris & Filij, an verò etiam in Spiritu sancti nomen? **M A C.** In nomen Patris & Filij & Spiritus sancti. **O R T H.** **Q**uorsum ergo dicis nostri renouationem per Spiritum sanctū fieri non autē ex Patre & Filio, & Spiritu sancto? **M A C.** **N**õne scriptum est, **Q**ui ex multa sua misericordia regenuit nos per lauacrū regenerationis, & renouationem Spiritus sancti? **O R T H.** **P**rius dixi omnia pura esse puris. **E**nimuerò apud vos, (quo sine tu quidem Scripturas interpretaris) **P**er quem idem est atque **E**x quo. **Q**uando quidem igitur dicit **S. Paulus**, **F**idelis **D**eus per quem vocati estis ad cõmunionem **F**ilij ipsius, nempe hinc quoque **P**er quē ponitur pro **E**x quo. **F**atere igitur creationem nostram promanasse à **P**atre, **F**ilio, & **S**piritu sancto. **N**ec enim alius cõdidit & alius renouauit: sed **D**eus

is est qui condidit cum Filio & Spiritu sancto. **I**deo initio dixit, **F**aciamus hominem secundum imaginem & secundum similitudinem nostram, vt ex cooperatione indicaretur naturę identitas. **M A C.** **D**emonstra mihi apertius Spiritum sanctum esse Creatorem. **O R T H.** **S**ufficiunt quidem non amenti homini ea de quibus modò diximus ad manifestā demonstrationem: quoniam tamen testimoniorū quoque multitudine fidem tibi fieri vis, audi **I**obū dicentem, **S**piritus diuinus is est qui me fecit, & flatus **O**mnipotentis docuit me. **M A C.** **E**liud hæc dicit, neque simpliciter ait, **Q**ui fecit me, sed ita dicit, **P**urum est verbis cor meum, & labiorum meorum intelligentia pura est cogitatione: **S**piritus diuinus is est qui me fecit pura cogitare. **I**taq; **S**piritus sanctus fecit me (inquit) nõne fecit me pura cogitare. **O R T H.** **A**t tu certè omninò fateris diuinū esse Spiritum. **M A C.** **I**mo **I**obus hoc nõn dixit, sed **E**liud quem **D**eus reprehendit. **O R T H.** **A**t num ipsum in eo reprehendit quòd Spiritum diuinum dixisset? **M A C.** **D**eus tamen cum reprehendit. **Q**uid si igitur ipsum etiam **I**obum audias dicentem, **V**iuuit **D**ominus qui sic de me statuit, & **O**mnipotens qui amaritudine affecit animam meam. **A**t qui adhuc halitu mihi insito & Spiritu diuino mihi in naribus supersit. **Q**uid habes quod aduersus ipsum etiā **I**obum dicas? **M A C.** **V**oco etiam ego Spiritum diuinum, at non **D**eū. **O R T H.** **A**t Spiritus diuinus quid aliud est quàm **D**eus? **M A C.** **A**bsit. **O R T H.** **D**ic igitur ecquam diuinarum potestatum Scriptura diuinam dixerit, perlege vetus & nouum testamentum vniuersum, si quem sanctorum Angelorum comperias qui diuinus Spiritus sit dictus. **M A C.** **N**empe quoniam nullus alius Spiritus est istiusmodi. **E**st enim solitarius & vnicus. **O R T H.** **E**rgo & tu fateris nullum esse talem Spiritum inter res creatas? **M A C.** **F**ateor. **O R T H.** **R**estat igitur vt videamus an naturam communem habeat cum Patre & Filio. **M A C.** **H**oc si fuerit demonstratum, **D**eus etiam esse demonstratus fuerit. **O R T H.** **A**ntea demonstratum est esse diuinum. **M A C.** **S**ed non est **D**eus. **O R T H.** **S**i ex **P**aulo **A**postolo audierimus **D**eum nihil aliud esse quàm **D**iuinitatē, necesse fuerit concedere, id quod diuinum est, **D**eum esse. **M A C.** **N**on prorsus. **N**eque enim etiā si **D**eus est Spiritus, idcirco diuinus quoque Spiritus est **D**eus. **V**binam verò scriptum est **D**eum esse diuinitatem? **O R T H.** **I**n **A**ctis **A**postolorum sic loquitur **P**aulus, **P**rogenies igitur **D**eī quī simus, non debemus existimare auro vel argento, sculpturę artificij ac commentationis humanę, similem esse diuinitatem. **M A C.** **I**am te præueni, quā dicerem, etiam si posuerò **D**eum esse Spiritum, non protinus sequi diuinum etiam Spiritum esse **D**eū. **O R T H.** **S**i rerum creatarum nulla est Spiritus diuinus, nulla est Spiritus sanctificationis, hæc autem cõmunia sunt **P**atri, **F**ilio, & **S**piritu sancto, nempe eiusdem naturę fuerint **P**ater, **F**ilius & **S**piritus sanctus. **M A C.** **O**stende igitur, sicut **P**ater excitat mortuos, & viuificat, & **F**ilius quoque, ita etiam à Spiritu sancto viuificari. **O R T H.** **D**icit **P**aulus, **V**os autem nõ estis amplius in carne, siquidem Spiritus nei habitat in vobis. **Q**uòd si quis Spiritum **C**hristi non habet, is non est eius. **Q**uòd si **C**hristus est in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, **S**piritus verò vira est propter iustitiam. **S**ed si Spiritus eius qui excitauit **I**esum **C**hristum à mortuis,

tuis, habitat in vobis, is qui excitauit **C**hristum à mortuis, viuificabit quoque mortalia vestra corpora per inhabitantem eius Spiritū in vobis. **M A C.** **N**on ita scriptum est, **P**er inhabitantem, sed propter inhabitantem. **O R T H.** **S**i ostendero scriptum esse per inhabitantem, num tibi persuasum fuerit eiusdem esse naturā Spiritum atque **P**atrem & **F**ilium? **M A C.** **A**n verò si vnum & alterum mendosum exemplar apud vos inueniatur, vnde illud mihi persuaseris? **O R T H.** **P**ossimus ostendere ita in cunctis vetustis exemplaribus scriptum esse. **Q**uoniam tamen de hoc controuerti existimas, aliis quoque petitis ex Scriptura demonstrationibus instrui. **M A C.** **H**as igitur dicito: nam illud in controuersia est. **O R T H.** **I**dem **P**aulus dicit, **N**õ quòd ex nobis ipsis idonei simus ad cogitandum aliquid velut ex nobis, sed quòd idonei sumus, id ex **D**eo est: qui etiam fecit vt idonei ministri essemus noui testamenti, non literę sed Spiritus. **N**am litera quidem occidit, Spiritus autē viuificat. **M A C.** **V**iuificare dicitur à peccato ad iustitiā traducere. **A**t non excitat mortuos, sicut **C**hristus excitauit. **O R T H.** **P**aulus **A**postolus **E**utychem mortuum excitauit, an nõ? **M A C.** **A**t nõ is est **P**aulus qui illū excitauit, sed loquutus in **P**aulo **C**hristus. **O R T H.** **A**t qui (inquit **P**aulus) **C**hristus virtute Spiritus sancti edidit in me signa. **S**ic enim ait, **N**on sustinuerim ego quicquam loqui quod nõ effecerit **C**hristus per me, adducens ad obedientiam gentibus verbis & factis, virtute signorum & prodigiorum, virtute Spiritus sancti. **M A C.** **A**n verò non poterat **C**hristus absque Spiritu sancto edere signa & prodigia? **O R T H.** **N**õne itidem poterat **P**ater absque **F**ilio cõdere omnia? **M A C.** **E**tiam: sed (ideo per **F**ilium condidit) vt **F**ilium quoque appareret esse conditorem. **O R T H.** **E**adem ratione, **F**ilius quū posset absque Spiritu edere signa & prodigia, edidit ea in Spiritu, vt ostederet Spiritum sanctum eadem facere quę **P**ater & **F**ilius. **M A C.** **N**os Spiritū sanctum non possumus **D**eum dicere. **O R T H.** **A**is sacras scripturas à Spiritu sancto enunciatas per **P**rophetas & **A**postolos, an nõ? **M A C.** **A**io. **O R T H.** **E**rgo Spiritus qui eos afflauit, **D**eus est. **M A C.** **A**bsit vt hoc dicā. **O R T H.** **S**i Scripturę ab ipso inspiratę, sunt à **D**eo inspiratę, quid aliud Spiritus ille fuerit quàm **D**eus? **M A C.** **S**piritus iste nobis subministravit **D**eī doctrinam, quę idcirco dicitur à **D**eo inspirata. **O R T H.** **A**n verò, quoniā sanctificatio qua nos Spiritus etiam sanctificat, est à **D**eo profecta sanctificatio, idcirco non est ab ipso Spiritu sanctificatio? **M A C.** **S**anè est etiam ab ipso Spiritu sanctificatio. **O R T H.** **S**icut ergo sanctificatio est à **P**atre, **F**ilio, & **S**piritu sancto, ita & sacra scriptura. **D**octrina igitur est à **P**atre, **F**ilio & **S**piritu sancto. **A**t Scripturam profiteretur **S. Paulus** esse à **D**eo inspiratā: **D**eus est igitur **P**ater, **F**ilius, & **S**piritus sanctus. **Q**uamobrem etiam dictum est apud **P**rophetas, **E**t erunt omnes docti à **D**eo. **M A C.** **Q**uisquis didicit à **P**atre, vocatur doctus ab eo. **O R T H.** **S**icut qui sanctificatur à **P**atre & **F**ilio, sanctificatur quoque similiter à Spiritu sancto: ita qui didicit à **P**atre, à **F**ilio quoque discit, & à Spiritu sancto: siquidem quū dixerit **C**hristus, **N**õ ij estis qui loquimini, sed Spiritus **P**atris vestri is est qui in vobis loquitur. **S. Paulus** dicit, **A**n experimentum quæritis loquentis in me **C**hristi? **A**udis **C**hristi doctrinam esse ea quę loquitur **S**piritus: & **P**atris doctrinam esse ea quę

Christus & **S**piritus loquuntur. **Q**uod si ita est, nõne quę loquitur **P**ater, & **F**ilius, & **S**piritus sanctus, sunt Scripturę à **D**eo inspiratę. **M A C.** **Q**uam ergò dicit **P**ater, **H**ic est **F**ilius ille meus dilectus in quo acquiesco: hoc dicit **P**ater, **F**ilius, & **S**piritus sanctus. **O R T H.** **Q**uædam sunt voces proprię **P**atris, & quædam proprię voces **F**ilij, & quædam voces Spiritus proprię: sunt & quædam **P**atri, & **F**ilio, & **S**piritu sancto communes. **Q**uū igitur (vt tu prior dixisti) **P**ater inquit, **H**ic est **F**ilius ille meus dilectus in quo acquiesco, hæc est ipsius **P**atris vox. **I**tē quum inquit, **E**cce filius ille meus dilectus, in quo acquiescit anima mea: ponam de Spiritu meo super ipsum: & similes alię voces, ipsius **P**atris sunt proprię. **A**t quum dicit **F**ilius, **F**oderunt manus meas & pedes meos, & si quę sunt alię similes, sunt **C**hristi voces. **I**ta etiā quædam sunt Spiritus proprię voces, vt quum dicit **A**gabus, **H**æc dicit Spiritus sanctus, **H**unc virum cuius est hæc zona, sic vincient. **O**mnes autem istę voces dicuntur à **D**eo inspiratę, quoniam & quę **P**atris sunt, **D**eī sunt voces: & quę **F**ilij sunt, **D**eī sunt voces: & quę Spiritus sunt, **D**eī sunt voces. **M A C.** **A**bsit. **O R T H.** **D**ic igitur quædam Scripturas esse à **D**eo inspiratę, quasdam verò non item: & **P**aulum in causa qui Scripturas vniuersas à **D**eo inspiratas esse scripserit. **M A C.** **N**um igitur quoniam in Scripturis insunt quædam sanctorum verba, quædam etiam impiorum & sceleratorum hominum, impios quoque & sceleratos idcirco concluderis deos habendos? **O R T H.** **S**ed & **P**atris, & **F**ilij, & sanctorum, itidemque impiorum & sceleratorum voces descripsit Spiritus per **P**rophetas & **A**postolos. **N**on enim loquuti sunt ipsi, sed Spiritus **P**atris. **M A C.** **O**stende mihi vbi Spiritus sanctus manifestè dicatur **D**eus. **O R T H.** **F**ateris te esse **D**eī templum, an nõ? **M A C.** **S**anè. **D**ictum enim est à sancto **P**aulo, **A**n nescitis corpora vestra esse templa Spiritus sancti qui in vobis est, & quē à deo habetis? **O R T H.** **A**t qui omne tēplum, est **D**eī tēplum: ergo Spiritus sanctus est **D**eus. **M A C.** **N**ego Spiritū esse **D**eum. **O R T H.** **E**rgo ne tu quidem es tēplū. **M A C.** **S**um **D**eī tēplum. **O R T H.** **A**nnon verò Spiritus tēplum? **M A C.** **S**um certè Spiritus etiam tēplum. **O R T H.** **E**rgo & Spiritus est **D**eus. **M A C.** **N**ū verò quoniam **A**ngeli etiam habitauerunt in sanctis, (sicut inquit **P**ropheta, **H**æc dicit **A**ngelus qui in me loquitur) idcirco **A**ngelos quoque dixerim esse deos? **O R T H.** **N**on possis ostendere **A**ngelum loquentem in **P**ropheta fuisse vnum ex illis cõditis. **I**am enim antea demonstratum est **F**ilium quoque & Spiritum esse **A**ngelum. **E**t vt tibi concedatur, vnum fuisse ex conditis **A**ngelis eū qui loquebatur in **P**ropheta, non erat tamen **P**ropheta tēplum **A**ngeli. **O**mne tēplum enim est **D**eī tēplum: alioqui, dicito vbi tandem in Scriptura dicatur **P**ropheta, vel **A**postolus, vel in genere homo quispiam tēplum **A**ngeli vel rei vllius creatę. **M A C.** **S**piritus igitur **D**eus est? **O R T H.** **E**st nolis, velis. **M A C.** **T**res ergo **D**ij sunt. **O R T H.** **P**ater estne **D**eus? **M A C.** **E**tiam. **O R T H.** **E**t **F**ilius quoque **D**eus? **M A C.** **E**tia. **O R T H.** **N**ū igitur duo sunt dij? **M A C.** **N**on. **O R T H.** **I**ta igitur ne tres quidem sunt. **M A C.** **S**ed vnus est & vnus. **O R T H.** **S**i vnus & vnus nõn sunt duo, ergo nec vnus, & vnus & vnus, tres sunt. **M A C.** **A**nno igitur vnus est **D**eus, ex quo omnia, & vnus **D**ominus per quę omnia? **O R T H.** **D**ic, et vnus Spiritus in quo

omnia. **M A C.** Vbi hoc scriptum est? **O R T H.** Apud dauidem, Sermone ipsius firmati sunt cœli, & Spiritu oris ipsius vniuersa ipsorum potestas. **M A C.** Sed Spiritus oris ipsius nō est Spiritus sanctus. **O R T H.** Ergo ne sermo quidem est Filius. **M A C.** Non significat eo loco sermonem subsistentem, nec Spiritum subsistentem. **O R T H.** Vt tibi illud quoque concedatur, quod Deus habeat sermonem quempiam *vocalem* & enuntiatum, dic nobis, Sermo ille subsistens, sine est qui cœlos firmavit, an ille *vocalis* & enuntiat? **M A C.** Sermone enuntiatum appello, mandatum ipsius. Dixit enim & facta sunt, ipse mandauit & condita sunt. Dixit autem & mandauit Filio, Sermoni videlicet in subsistenti: Filius vero accepto mandato condidit. **O R T H.** Non fuerint igitur cœli firmati sermone *id est mandato* ipsius, quum hic sermo non fuerit ea præditus virtute quæ *cum mandantis voluntate* concurreret, sed. Filij actionem expectarit. Neque intelligis in quam absurditatem tua hæc oratio delabatur? Dic enim nobis, multiscie, vtrum Filius post exauditum Patre, sua ipsius essentia arte quadam & methodo commota cœlum firmavit, an vero sermone, *seu verbis*, fecit vt existeret? **M A C.** Sermonis quidem *illius subsistentis vox sine sermo, paratam* & concurrentem habuit virtutem: Patris autem sermo sermonē Christi expectauit. Annon enim Pater ei præcepit vt omnia faceret? **O R T H.** Hoc verò scriptum non est, sed sermonis existentis Patrem omnia condidisse. **M A C.** Si Pater fecit, quomodo per Filium fecit? **O R T H.** Sicut lux per splendorem illustrat, ita Pater per Filium creat: & veluti mens per sermonem docet, ita etiam Pater per Filium creat. **M A C.** At num per Spiritum? **O R T H.** Per sermonem creat, & per Spiritum sanctificat. **M A C.** Hoc admitto. **O R T H.** Hoc illud est igitur, sermone Domini firmati sunt cœli, & spiritu oris ipsius vniuersa eorum potestas. **M A C.** Sed Filius quidem creat, Spiritus verò sanctificat, sed non creat. **O R T H.** Quiuis intelligens auditor nouit sanctificationis nomine creationem quoque intelligi. Quum audimus, Cor mundum crea in me Deus, quid aliud mente concipimus quam Cor purum in me sanctifica Deus? Quandoquidem autem vis sanctificationem simul cum cœlis existere cœpisse, dic vtrum maius sit creare an sanctificare. **M A C.** Creare, est Dei opus. **O R T H.** Dei quidem opus est creare, at non maius quam sanctificare. Nam & ipsa sanctificatio, est Dei opus. Scriptum est enim, sancte Pater, sanctifica ipsos veritate tua. Sanctificare verò maius quiddam esse quā creare, cognosce ex ipso euentu quum aliquis sanctificatione priuatus est. Audit enim infelix ille Iudas, Bonum esset homini illi, natum non fuisse. **M A C.** Bonum igitur illi fuisset natum non fuisse. sed Deus solus is est qui creat & efficit quæ non sunt tanquam sint. **O R T H.** Ostensum quidem est illud, Faciamus hominem, de Patre & Filio & Spiritu sancto dictum esse: & illud, Faciamus ei adiutorium ipsi conueniens, itidem de Patre & Filio & Spiritu sancto dictum esse. Iam verò, ne longius protrahatur oratio, audi dicens Euangelium templum corporis Christi fuisse à Spiritu sancto conditum. **M A C.** Vbinam? **O R T H.** Genesis, *id est, Factura* Iesu, ita se habuit. Maria matre ipsius Iosepho desponsata, priusquam conuenirent, inuenta est grauida ex Spiritu sancto. **M A C.** Iesus ergo est Spiritus

sancti Filius. **O R T H.** Genesis, *id est, Factura*, dixit, non Generatio: hoc attentè considera: nonne hæc sunt duo? **M A C.** Sed Angelus dixit, Quod enim in ipsa genitum est, ex Spiritu sancto est. **O R T H.** Primum audi Facturam, & postea demum generationem. Nam & nos homines primum fimus vt ab opifice & cōditore, deinde sic gignimur per abusionem. Illud enim, filios genui; & extuli, certè scriptum non est naturaliter, sed per abusionem. **M A C.** Quomodo dixit Solomon, Sapientia ædificauit sibi domum? **O R T H.** Enimuero hoc illud est quod dico, Omnia videlicet opera esse Patris, filij, & Spiritus sancti, ideoque modò Patris dici, modò filij, modò Spiritus sancti: siquidem Paulus ille sanctus Apostolus, inquit, Quum autem visum est deo qui me ab vtero matris meæ segregauerat, retegere filium suum in me: & ipse rursum dicit, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus ad Euangelium Dei. **M A C.** Quid ex hoc efficitur? **O R T H.** Volo tibi demonstrare, Paulum dicere se quiddam esse segregatum modò à Patre, modò à filio. **M A C.** Num etiam à Spiritu sancto? **O R T H.** Discite igitur quod etiam Spiritus sanctus ipsum segregarit, vt iam antea dictum est. Sic enim scriptum est in Actis Apostolorum, Dixit autem eis Spiritus, segregate mihi Barnabam & Saulum ad opus ad quod ipsos aduocauit. **M A C.** Dico etiam ego, Quos vocat Pater, eos vocat & filius, & Spiritus sanctus, & quos sanctificat Pater, eos sanctificat etiam Spiritus, sed non condit Spiritus. **O R T H.** Demonstrauimus Spiritam quoque condere. Deprehensa est enim Maria grauida è Spiritu sancto. **M A C.** Non dixit, Grauida conditore Spiritu sancto: sed simpliciter dictum est, Deprehensa est grauida è Spiritu sancto. **O R T H.** Istud ergo è Spiritu sancto, quid aliud esse putas, quam quod erit condidisset? **M A C.** Dico Spiritus sancti æconomiam & dispositionem ita significari. **O R T H.** Non vis igitur fateri Domini corpus esse rem conditam? **M A C.** fateor quidem corpus esse rem conditam, non tamen à Spiritu sancto conditam esse dico, sed à Christo. **O R T H.** Atqui scriptura inquit, Deprehensa est grauida è Spiritu sancto. **M A C.** Dic mihi vbi totidem verbis scriptum sit, quippiam à Spiritu sancto fuisse conditum. **O R T H.** Sufficiunt quidem ea quæ diximus auditoribus omnibus qui synceræ rei cognoscendę studium attulerint: quoniam autem nobis propositum est aliter etiam affectis prodesse, audi etiam Spiritum sic loquentem, Paratus esto Israël ad inuocandum Deum tuum. Ecce enim ego qui obfirmo tonitrua, & creo Spiritum, & hominibus annuntio Christum eius. **M A C.** Pater is est qui loquitur. **O R T H.** Si Pater loqueretur, dicendū ei fuisset, qui annuntio hominibus Christum meū, neque dixisset, Christum eius. Dic enim mihi an ab alio Deo quam Patre sit Christus. **M A C.** Alius quidem neque fuit nec est nec erit Deus præter Christi Patrem: sed Propheta is est qui dicit, paratus esto Israël, ad inuocandum Deum tuum: neque scriptum est ecce ego, sed ecce qui obfirmat tonitrua, & creat Spiritum, & annuntiat hominibus Christum eius: ipse videlicet Deus. **O R T H.** Omnia quidem vobis licent, sed non omnia conducunt. Vos enim ij estis qui. Sauli ad Hebræos epistolæ inscriptionem corrupistis, & epistolę ad Romanos contextum deprauastis, quum dicitis scriptum non esse, per

se, per Spiritum eius inhabitantē in vobis sed, propter Spiritum eius inhabitantem. Quinetiam ecce prophetæ quoque; verba conaris deprauare. Sed hoc nemo tibi concedet. Itaque si propheticum illud protulerimus, & ostenderimus scriptum esse, Ecce ego, an tibi persuaderi fines creatorem esse Spiritum? **M A C.** Scio in nonnullis exemplaribus scriptum esse, Ecce ego. Sed in exemplaribus illis erratum esse dico. nec enim consentaneum, & congruens est dicere, Spiritum eum esse qui dicat, Ecce ego qui obfirmo tonitrua & creo Spiritum. **O R T H.** Imò hæc maxima est horum verborum congruentia, vt pote quæ aliter quam hoc modo congruentia & æqualiter construi non possint. Spiritus enim is est qui dicit, Paratus esto Israël, ad inuocandum Deum tuum. Ecce enim ego (Spiritus videlicet) qui obfirmo tonitrua, & creo Spiritum, & annuntio hominibus Christum eius, videlicet Dei. **M A C.** Quem Spiritum creat? **O R T H.** Si quidem scriptum & verba ipsa spectes, *spiritum seu ventum* qui tonitru consequitur: sin verò sententiā ipsam consideres, cum Spiritum quem ait sanctus Paulus custodiri inculpatum cum anima & corpore, ad Domini nostri Iesu Christi aduentum. nam per obfirmatum tonitru intelligendus est baptismus ille prior apud Iudæos vsurpatus, vacuus & aqueus: adeo vt dixerit sanctus Ioannes, Ego quidem baptizo vos aqua ad resipiscentiam: venit autem qui fortior me est, qui vos baptizabit Spiritu sancto & igni. Quoniam igitur ipse baptismus firmatur Spiritus præsentia, rectè dictum est, Ecce, ego (Spiritus videlicet) qui firmo tonitru, & creo Spiritum, illū videlicet qui singulis nobis inest, quem etiam Cor appellat Dauid inquit, Cor mundum crea in me Deus. **M A C.** Ergo baptismum vocas tonitru? **O R T H.** Sanè quidem symbolicè. Quemadmodum enim quum illud audio, Transtulisti vitem ex Ægypto, non considero vitem vllam corpoream, sed templum intelligo, ita etiam per tonitru mēte concipio baptismū. nam suos etiam discipulos Iesus Christus vocauit Filios tonitru, id est baptismi. Quoniam enim tonitru constar ex aqua & spiritu, *seu vento*, id autem est mystica quædam sancti baptismi adumbratio, baptismum symbolicè vocat tonitru obfirmatum à Spiritu sancto. Siquidem Apostolus (vt in actis dicitur) quum veniens inuenisset nonnullos baptizatos, interrogauit eos dicens, An baptizati accepistis Spiritum sanctum? Quum autē illi dixissent, Imò, ne audiuimus quidem an sit Spiritus sanctus, ait, In quid igitur, estis baptizati? quasi absente Spiritu, nulla sit in baptismo firmitas. Obfirmat igitur tonitru, id est baptismum, & creat Spiritum, hoc est corda nostra, ipse Spiritus sanctus, dicens per Prophetam, Paratus esto Israël, ad inuocandum Deum tuum. Ecce enim ego qui obfirmo tonitru, & creo Spiritum, & annuntio hominibus Christū eius. **M A C.** Interpretare etiam quod consequitur, & ista inter se vt congruentia connecte. **O R T H.** Qui efficio diluculum & nebulam, & incedo super excelsa terræ. **M A C.** Quid igitur vocas diluculum, & Nebulam, & excelsa terræ? **O R T H.** Ex interpretatione & sententiā ipsius dicti, per diluculum intelligo Resurrectionem. Nebula autem ea fuit quæ non fuit vt omnes eum perspicuè cernerent: Inuenta enim est grauida è Spiritu sancto. Excelsa

terræ verò sunt qui ambulant quidē in terris, versantur autem in cœlis. Istiusmodi enim homines insecēdit Spiritus gratia. **M A C.** Num igitur Spiritus sanctus excitauit Christum à mortuis? **O R T H.** Ego quidem hoc dicere non dubitem, vos autem turò dixeritis. Quemadmodum enim dicitur Pater fecisse corpus Domini. (Scriptum est enim, Antequā fingeret me in vtero noui te: & antequam ex vtero egredereris, sanctificauit te: & hoc ipsum corpus sapientia dicitur ædificasse: nam, fabricauit, inquit, domum sibi Sapientia Et Euangelium dicit ipsum esse à Spiritu sancto) ita etiam de corporis resurrectione ipse quidem Filius dicit, Destruite hoc templum, & ego tribus diebus illud erigam: Apostolus verò, Deus excitauit cum, solutis doloribus mortis: hic autem dicitur Spiritus ipsum excitasse. Audiens enim, Qui efficit diluculum, Resurrectionem mente concipio, Nam quæ facit Pater, ea ipsa facit etiam Filius: & quæ facit Pater & Filius, ea ipsa facit Spiritus, vt supra quoque demonstraui. **M A C.** An verò tu mihi ostenderis, Christum excitatum fuisse à Spiritu sancto? **O R T H.** Non dico ipsum Christum à Spiritu tanquam potentiore fuisse excitatum, sed quod templū corporis excitauerit Pater, Filius & Spiritus sanctus. **M A C.** Id autem quomodo mihi persuaseris? an auxilio egebat Filius, à quo templum ipsius excitaretur? **O R T H.** Enimuero num quod auxilio egeret, impletus est ipso Spiritu? **M A C.** Vbi scriptum est impletum fuisse Spiritu? **O R T H.** Lege Euangelium secundum Lucam vt audias, Iesus igitur plenus Spiritu sancto, reuersus est in desertum. Imò quod mirum est & inexpectatum, scriptum est non modò impletum, sed etiam abductum fuisse à Spiritu. Ceterum sicut impletus est, & abductus, ita etiam resurrexit: Et vt noris nihil obstare quominus Patre ipsum excitante, Spiritus etiam eum excitaret, audi, Patre etiam in ipso manente (sicut in Euangelis dicit ipse Filius, Pater in me manens, is est qui edit hæc opera) manere etiam in eo Spiritum. Descendit enim Spiritus corporea specie quasi columba, & mansit super eum. Sicut ergo nihil vetat quin manente Patre, maneat etiam Spiritus: ita nihil prohibet quominus Patre ipsum excitante, Spiritus quoque excitaret, & hoc illud est quod dicitur, Efficiens Diluculum, id est Resurrectionem, & Nebulā, id est Corpus. **M A C.** Enimuero annon ipse potuit sese excitare. **O R T H.** Imò ex istis demonstratur naturæ identitas siquidem quæ facit Pater, facit etiam Filius; & quæ facit Filius, similiter facit Spiritus. **M A C.** Quomodo id fieri potest? **O R T H.** Ita vt ostensum est. **M A C.** Vbi verò ostensum est? **O R T H.** Quia vt Pater sanctificat, ita & Filius: sicut etiam scriptum est apud Apostolum, Sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. **M A C.** Sum ego exiguæ doctrinæ: inueniam autem qui ad hæc habeat quod dicat. Hæc persuade doctoribus meis, & persuasus fuero. **O R T H.** Si tuę sententiæ fuisset beatus ille & sanctus Apostolus, quū visus est ei Christus, dixisset, Adduc prius in tuam sententiā Pontifices & Scribas, & tunc demum tibi obsequar. **M A C.** Nouis & insolentibus istis vocibus deterreor. Patres nostri nunquam apud nos istis interpretationibus vsi sunt. Necesse est vt de istis dispiciam, ac præsertim de nouo illo & pe-

regrino dicto quod audiui, Baptismum videlicet esse tonitru. O R T H. Fatetis Apostolos vocatos fuisse filios tonitru à Seruatore, an non? M A C. Sic vocati sunt soli illi duo fratres. O R T H. Nos quod vel vni dictum est, omnibus quadrare dicimus eodem Spiritu præditis. Dixit enim Sanctus Paulus, Ceterum seposita est mihi iustitiæ corona, neq; verò soli mihi, sed etiam omnibus quibus chara fuerit illustris illa patefactio Domini nostri Iesu Christi. An igitur tibi persuasum est Christum vocasse Apostolos filios tonitru? nū verò Tonitru ipsos genuit, an potius homines? M A C. Ipsos (credo) vocauit filios tonitru, ob sublimē illam fidei prædicationē. O R T H. Quid verò Baptismo sublimius? Inspice quæso non sine Dei metu, si non vbiq; in diuinitus inspirata scriptura tonitru baptismum innuat. Ait enim David: vox tonitru tui in rota apparuerunt fulgura tua in terra. Vidit & cōmota est terra. Quid aliud

quàm tonitru baptismum appellat? Rotam autem huius vitæ circulum? fulgura verò sanctos Apostolos, qui huius tonitru splendorem terræ ostenderunt? Si enim sunt, qui vos estis lux mundi audierunt. Est verò ad culturam terra tonitru commota, & astrorum splendore gentes ab ignorantia ad cognitionem actæ. M A C. Dixi me bonis insolentia torqueri, vnde ampliore mihi consideratione opus sit. O R T H. At quando tibi omni ratione id volo suadere, disce iam Davidem alio etiam psalmo baptismum tonitru appellare, cum vox Domini super aquas, & quæ sequitur, Deus gloriæ intonuit, Dominus super aquas multas, dixit. M A C. Noui deinceps quid efficere & colligere statueris. Itaq; quod dixi iam, quia tenuis sum ingenio, permittite mihi vt hæc agitem amplius. O R T H. Det tibi Dominus intelligentiam, vt & quibus docentem me audiuiſti ea intelligas.

S. PATRIS ATHANASII CVM

Apolinarista disputatio.

ORTHODOXVS.



Orpus humanū habuit Christus, an non? A P. Non habuit. O R T H. Quale ergo? A P. Diuinum. O R T H. Natura ne, an œconomia, id est assumptæ carnis, vnione? A P. Œconomia vnione. O R T H. Habuit ergo natura humanam, sed œconomia diuinam. A P. Certè. O R T H. Et eiusdem nobiscum essentia? A P. Quam ex Maria sumpsit caro coessentialis nobis est. O R T H. In his ergo nobiscum sentitis? A P. Certè, si & vos ita. O R T H. De anima ergo etiam videamus. A P. Videamus. O R T H. Corpus illud animatum, an inanimatum fuit? A P. Animatum. O R T H. Nempe quod anima præditum esset. A P. Nequaquam. O R T H. Quomodo verò fuerit animatum quod non fuerit anima præditum? A P. Diuina animatione fuit animatum. O R T H. Enimverò an tu es absque Deo, siue Deo non interueniente, animatus? A P. OLINAR. Naturaliter sum animatus. O R T H. Num absque Dei potentia? A P. At non ita Dominus. Hic enim anima rationis particeps, corpori ex Dei mandato vnita, hominem constituit. In Domino verò non ita est: sed Deus sermo carni vnitus hominem constituit Deum. O R T H. Hoc cinne est quod diuinam animationem vocas? A P. Sanè quidē. O R T H. Sermo igitur fuerit animæ vice. A P. Etiam. O R T H. Quisnam igitur dixit, Nemo tolit à me animam meam: depono eam quum volo, & sumo quū volo. Caro an Sermo? A P. Sermo. O R T H. Quā dixit animā? quā haberet, vel quā nō haberet? A P. Vitā humanā significauit. O R T H. At fieri potest vt quædam sit humana vita, si non adfuerit anima? A P. Maximè. Deus enim cōspectus est in terra, & inter homines vnā versatus est. O R T H. Quomodo verò cōspectus est qui est natura inaspectabilis? A P. Carne. O R T H. Sicut ergo carnis est conspicuum esse, ita & animæ est vnā versari. Fieri verò non potest vt qui natura est inaspectabilis, cernatur, nisi corpori vnatur quod cerni possit: & fieri non potest vt qui affectionis expers est natura, afficiatur & vnā cum hominibus versetur, nisi sit cor-

pori animato vnitus, quod sponte affici & vnā cum hominibus versari possit. Animatum autem corpus eo ipso quod anima sit præditum, animatum est, velis, nolis. A P. Homo igitur nudus & qui nihil aliud quàm homo esset, passus fuerit pro nobis. O R T H. Absit. Sed Deus quum vellet conspici, vniuit sibi corpus quod conspici posset: & pati volens, vniuit sibi corpus animatum quod sponte pati posset, neque quod quidem prius extiterit, postea verò virtute vnitus fuerit: neque simpliciter ex homine Maria, sed ipsa prius sanctificata, vt Deus sermo desumptam ex ea humanitatem, tum demum participans, & sibi ipsi œconomice vnians corpus animatum, vnus & idem esset Deus & homo. A P. Nōne animatum corpus homo est? O R T H. Non quoduis animatum corpus est homo, sed humanum corpus animatum, est homo. A P. Homo iste annon est Iesus? O R T H. Vnitus sermoni. A P. OLIN. Iesus igitur annon est homo? O R T H. Ne hominem quidem ipsum absque sermone substituisse agnosco. Ipsius enim existentiam in ipsa vnitione verbi designo. A P. Non fuit igitur sermo vice τὸ λεγόμενον, id est, eius partis hominū quæ est rationis sedes? O R T H. Non, sed in ea fuit sermo, sibi ipsi per illam vnians spontaneam patiendi facultatem. A P. Habuit igitur mentem hominis Christus. O R T H. Caue sic dicas Christum habuisse mentem vt eam diuidas. Vtrunque enim simul & coniunctim consideratum, Mens videlicet & sermo, dicitur Christus. Sic autem mentem cui inesset sermo, humanam dico, vt initio huius nostræ colloquutionis diximus corpus natura humanum, Dei verò corpus fuisse, si œconomiam spectes. Sic etiam animam dico natura humanam, Dei verò animam quod ad œconomiam attinet: & mentē natura humanam, dei verò mentem œconomia respectu. Itē sicut caro non vidit corruptionem, ita quoque mens ipsius non commisit peccatum. Et sicut necesse est corpus quod humanum sit, & ex Adamo profectum, ex carne & sanguine constitui, ita necesse est animam humanam esse rationis particeps. Rursum igitur dico, Sicut copus natura quidem

dem est humanum, vnione verò œconomica diuinum: ita & mens natura quidem est humana, vnitione verò œconomica, mens Dei. A P. Duo sunt igitur perfecta. O R T H. Imò duarum perfectarum essentiarum vnitio. A P. Si duo sunt perfecta, vnium perfectum non est. O R T H. Apud homines fortassis id fieri non potest, sed apud Deum fieri potest. A P. Quomodo? O R T H. Vt quod virgo genuerit, vt quod ianuis clausus corpus ex crassis partibus constans, & ex carnibus & ossibus compactum introierit, vt quod supra mare ambularet. Nam vt hæc apud Deum fieri potuerunt, ita & illud. A P. Hominem igitur genuit Maria? O R T H. Nudum & duntaxat hominem nequaquam, sed Deum qui hominem induerat. Primum enim Dominus fuit cum ea diuinè, & tum demum infantulus ex ea œconomice: quamobrem etiam Deipara est Maria. A P. Homo igitur crucifixus est pro nobis. O R T H. Nudus, & duntaxat homo, nequaquam: sed Dei Filius quum Deus esset, vellētque crucifigi pro nobis, vniuit sibi ipsi corpus animatum rationis particeps quod posset crucifigi voluntariè patiēdo. A P. Cur dicis crucifixum fuisse patiēdo? Num aliud est crucifixio quàm permissio? O R T H. Sanè verò aliud est voluntariè pati quàm crucifigi. A P. Quomodo? O R T H. Quoniam corpus animatum potest crucifigi, voluntariè autem pati non potest corpus quod non fuerit animatum simul & rationis particeps. Et hoc illud est impium scelus eorum qui Christum negant anima præditum fuisse. Quum enim corpus absque anima non potuerit voluntariam perpeffionem sentire, necesse est sermonem, qui loco animæ fuerit, passum esse, aut nullum proflus fuisse voluntariè passionis sensum. A P. Ergo non passus fuerit sermo? O R T H. Absit vt naturaliter siue in sui ipsius natura passus fuerit. A P. Omnino tamen passus est. O R T H. Nempe vnito sibi corpore quod pati posset: vt passio sit œconomia respectu, non autē ipsius naturæ sermonis. Sicut enim fessus fuit de via, nō in ipsa deitatis natura, sed habita vnitionis œconomicae ratione: ita passus est, non in ipsa deitatis natura, sed quod ad vnitionis œconomiam attinet. Alioqui, quomodo qui absque labore fecit cælum & terram, & incedit supra ventorum pinnas, defessus fuisset, nisi sibi ipsi corpus vniuisset quod fatigari posset? Ceterum corpus nō animatū neque laborat neq; net. Sicut autem corpus illud animatum quod sermo sibi vniuit, est ipsius corpus, non natura, sed secundum œconomia: ita labor, est ipsius labor, non natura, sed secundum vnitionis œconomiam: & perpeffio, est ipsius perpeffio, non natura, (natura enim sermonis est perpeffionis expers) sed secundum vnitionis œconomiam. Nam & vt pateretur vnitus est, & vt nos seruaret passus est. Volens enim seruare, passus est: & volens pati, vniuit sibi quod semel vnitus nūquam dimisit. Sic enim veniet quem admodum eum vidistis in cælum euntem, & videbunt eum quem confixerunt. A P. Enimverò annon aliter poterat nos seruare? O R T H. Sed ita seruare voluit per stultitiam prædicationis. A P. OLIN. Si mentem hominis habuit, potuit etiam peccare. O R T H. Sanè, nisi hæc mens fuisset deitati vnita. A P. OLINAR. Mutabilis ergo fuit Christus. O R T H. Absit. A P. OLINAR. Si potuit peccare, mutabilis erat. O R T H. Memineris eorum quæ diximus. Di-

xi enim, Nisi fuisset deitati vnitus. Iesus Christus autem non intelligitur animo extra vnitionem Iesus Christus, sed Deus sermo, Filius Dei subsistens. Si corpus animatum potes absque vnitione inuenire, mutationem cogita: sin autem simul fuit corpus, & Dei sermonis corpus: & simul fuit animatū rationis particeps, simul Dei sermonis corpus animatum ac rationis particeps, quānam captas mutationē? A P. Si mente hominis præditus fuit Christus, fuit quoq; obliuioni & ignorantia obnoxius, & peccare potuit. O R T H. Sanè, nisi deitati fuisset vnitus. Ne verò dicit, Si mente hominis. Nullius enim alterius mentem habere potuit. Sed dicit, Si mentis humanæ particeps factus fuit sermo, sicut humanæ carnis. A P. Quomodo potest mens humana non mutari? O R T H. Quomodo mortale istud immortalitate indutum non moritur, & hoc corruptioni obnoxium, incorruptibilitate indutum, non amplius corrumpitur: ita & mens per Dei sermonis vnitionem deificata non mutatur. A P. Ergo & alij sancti mentem habuerunt immurabilem? O R T H. Non. A P. Quamobrem? nōne in illis quoque fuit sermo? O R T H. Sed fuit in sanctis non vnitione, sed pro gratia Spiritus, diuersè in ipsis vim suam exerentis: hic verò, id est in Deo sermone, fuit omnis plenitudo deitatis. Deinde sancti quidem fuerunt participes sermonis, hic verò sermo participauit humanam naturam. A P. Dic carnem & sanguinem, vt scriptum est. O R T H. Scripturæ mos est hominem vocare carnem & sanguinem, vt quum dicit, Non contuli primum cum carne & sanguine. Et, Vltimis diebus effundam ex Spiritu meo super omnem carnem. Et rursum, non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, quoniam sunt caro, & quæcunque sunt huiusmodi. A P. Quid illud est, Sancti participarūt, & Deus sermo participauit? quodnam est hoc discrimen? O R T H. Quod Sancti prius extiterunt, & tum demum participarunt Dei sermonem: hic verò non ita est, sed Deus sermo qui erat ante secula, quum vellet fieri homo sese illi insinuando, sanctificauit Virginem, & corpus ex ea sibi vniuit, non quod prius extiterit, & tum demum vniuerit, sed faciens vt per ipsam vnitionem existeret. A P. Duo igitur in illo corpore fuerunt ἡγεμονικῶν, id est ceteris imperantiū, nempe Deus sermo, & humana mens. O R T H. Nequaquam. Sed ipse sermo imperat menti. A P. Qui fieri potest ut hæc non sint duo? O R T H. Sicut lanæ albedo colore purpuræ tincta, non est bicolor, sed unicolor: ita Mens coruscans & deificata, est vnum quiddam neque sunt duo ἡγεμονικῶν. neque enim aliud quidem vult mens, aliud verò sermo: sed sicut musicus & instrumentum non sunt duo musici, ita Deus sermo & mens humana nō sunt duo ἡγεμονικῶν. Vt itur enim sermo humana mente tanquam instrumento. A P. Sed musici instrumentum est mentis expers. O R T H. Sed & musicus est mortalis. Hic vero sermo, qui immortalis est, mēte vtitur vt instrumento: & sicut mēs in nobis vtitur corpore ut instrumento ad ea quæ corporis opera efficiuntur: ita illic sermo vtitur mēte vt instrumento, ad ea quæ mente efficiuntur. A P. Corporis verò quis est vltus? O R T H. In multis. Voluit sermo conspici, & quoniam quod perierat vtrūque cōplexum erat, placuit simile per simile seruare nempe per crucem & passionem voluntariā. Itaque in passione voluntaria vltus est mentis, sicut an-

tè dixi, vt instrumēto: in rebus autē corporeis, corpore: & ita quæsitū & inuentum id quod perierat, seruauit. **A P.** Quænam corporea dicis? **O R T H.** Crucem, sepulturā, quodd ambulauerit, quodd tactus sit, cibū, potum, & quæcunque ex istis consequuntur. **A P.** At nōne Deus erat qui genitus est ex Maria? **O R T H.** Qui genitus est ex Maria, quantum ad id attinet quod ex eadem est essentia atq; Maria, nō erat Deus essentialiter, sed œconomicæ vnitionis respectu. **A P.** Quomodo igitur dicitur, Beatus fructus ventris tui? **O R T.** Quoniā deus sermo qui est ex Patris essentia, accepta forma serui ex Maria essentia, inuētus vt homo, fructus etiam esse ventris ipsius cōpertus est. **A P.** Coniunctū sine est igitur Sermo vnito corpori ex Maria desumpto, sicut animal constituitur? **O R T.** Non scriptum est, Sicut animal, sed vt in templo viuo. **A P.** Atqui in quouis sanctorum est vt in templo viuo. **O R T H.** Non ita, nam sanctorum vnusquisque catenus fuit templum, quatenus potuit ex virtute & viuendi vsu recte se gerere: hīc verò omnis plenitudo deitatis inhabitat. Et sancti quidē formam Dei acceperunt quatenus vitam ex virtute recte transegerunt, hīc verò sermo formam serui accepit. **A P.** Itaque quod ex animo & corpore cōstat, homo est. **O R T H.** Sanē, si cōsideraretur seorsim sive vt separatam quiddam à sermone. Quod si nūquam vt à sermone seiunctus consideratur, nempe non est homo nudus seu duntaxat homo, sed Deus ob sermonis vnitionem. **A P.** Templum ex Maria genitum, nōne est Iesus per quem omnia? **O R T H.** Genitus ex Maria, nō est genitus vacuus & scopis purgatus, sed vnā cū tēplo id est, ita vt simul esset templum, ideoque est Iesus per quem omnia. Neque verò tēplum voco Iesum absque sermone, neque sermonē voco Iesum absque templo: sed ex eo tempore sermo accepit nomen Iesu, ex quo sanauit contritum populū suū. Tunc autem sanauit, quando dignatus est serui formā accipere, hīc igitur sermo qui nunc propter illam œconomicā dicitur est Iesus, is est per quem omnia: & quemadmodum cauterium animaduerto ignem simul & ferrum esse, ita etiā Iesum intelligo esse deum sermonem vt ita loquar in hominatum. **A P.** Ipsūne templum, an qui in templo est, is est per quem omnia? **O R T H.** Ne separa templum ab eo qui templum inhabitat. Nam si quicumque agglutinatū est Domino, vnus cum eo Spiritus est, multò magis quum dicitur & creditur Dominus vnitus esse formæ serui vnus est ipse deus & homo. **A P.** Homo igitur non est qui ex maria genitus est. **O R T H.** Solummodo quidē homo, nequaquam. **A P.** Sed quidnam præterea? **O R T H.** Sed etiā deus. Sicut enim Isaac genitus ex Abrahamo nec alius quisquā hominum, est caro duntaxat, sed vnusquisque nostrūm genitus est homo ex homine, nō quodd anima rationis particeps, alterā animam rationis participē genuerit (quanuis homo sit ex anima rationis particeps & corpore compositus) ita illum qui ex Maria genitus est, appello Deum, animē videlicet & corpori vnitū. Quemadmodū enim si anima corpori vnita fuerit, gignitur homo per mulierē: ita deus sermo, vbi vnitus est animæ & corpori, genitus est deus & homo per mulierem. **A P.** Atqui ex muliere scriptam est. **O R T H.** Ex muliere, secundum carnem: Per mulierem secundum Spiritum. **A P.** Proprius ille Dei Filius quem pro nobis tradidit, quisnam est: Sermo an homo? **O R T H.** Pro-

prius Dei Filius ille est qui summisit seipsum, accepta serui forma, & in illa seruili forma traditus est. **A P.** Non igitur Iesus ex Maria genitus, sed per eam genitus sermo, is est qui seipsum summisit vsque ad mortem. **O R T H.** Ne separa vnionem semel vnitā. Dixi enim cum esse proprium Filium qui ex ea sit secundum carnem, & per eam secundum Spiritum. **A P.** Ergo sermo per eam genitus summisit seipsum vsque ad mortem. **O R T H.** Deus sermo igitur per ipsam genitus, quum non posset in ipsa deitatis natura deprimi vsque ad mortem, corpus ex ea sibi desumpsit anima præditum, quod ad mortem vsque deprimi posset, id est formam serui. **A P.** Deus ergo passus est pro nobis. **O R T H.** Deus, vnito sibi corpore anima prædito quod mori posset. Neque enim in ipsa deitatis natura pro nobis mortuus est, sed per vnitionis œconomicam. **A P.** Si animam rationis participem habuit corpus, non deus, sed homo mortuus est. **O R T H.** Diciturne Mors an non separatio animæ à corpore? **A P.** Etiā. **O R T H.** Sicut ergo non potuit deus in monumento & sepelitione versari, nisi depositum eò corpus habuisset: ita etiam non diceretur separatus fuisse à corpore (vt qui sit vbique & omnia complectatur) nisi habuisset separatam animam, cum qua etiam iis qui apud inferos erant, Euangelium prædicauit. Propter hanc enim & discessisse ex corpore, & apud inferos fuisse perhibetur. Hoc illud est igitur, pro nobis fuisse apud inferos propter animam, & in monumento fuisse, propter corpus. **A P.** Credo ego Deū sermonem sua presentia corpus illud animalē, nec opus illi fuisse anima. **O R T H.** Sicut ad hoc vt caperetur & crucifigeretur & sepeliretur, ne opinione tantum, sed vt re vera crux esset: ita quoque ad hoc vt moreretur, & ad inferos veniret, opus illi fuit anima. De quo enim dictum est, cœpisse mœstam esse, & in angore esse vsque ad mortem: de corpore quod sit sensus expertus, an de deo sermone? **A P.** Nos quoque dicimus corpus illud fuisse sensu præditū, quo etiam id quo afficiebatur senserit. **O R T H.** Atqui corpus sentiens est anima præditum. Quod enim est animæ expertus, id quoque nihil sentit. Itaque deus est qui sese summisit vsque ad mortē & mortuus est, non tamen mortuus quod ad naturam deitatis attinet, sed secundum vnitionis œconomicam. Suas enim affectiones duxit naturæ humanæ affectiones. Et sicut fieri nō potuit vt cruci affigeretur, & sindone inuolutus sepeliretur, ac in monumento collocaretur, absque corpore: ita fieri non potuit vt absque anima rationis particeps in angore versaretur. Nam anima rationis expertus, non angitur morte præuisa: sed vt bos aut aliud quoduis brutum ad mactationem ducitur. **A P.** Ergo filius Dei non fuit homo, sed in homine. fieri verò non potest vt sit homo, quod est in homine. **O R T.** Ais sermonem factum fuisse hominem, an non? **A P.** Scriptum est, Sermo factus est caro. **O R T H.** Quod sit mutatus in carnem, an quodd in carne fuerit? **A P.** Quod in carne fuerit. **O R T H.** Si fieri non potuit vt quum fieret in homine, fieret homo: ita fieri nō potuit vt quū fieret in carne, fieret caro. At si eo quod factus est in carne, dicitur caro factus esse, non mutatus in carnem & in homine factus, dicitur factus homo, non dicitur in carnem conuersus. **A P.** POLINAR. Quis ergo dixit, deus mi, deus mi cur me dereliquisti? deus sermo, an homo?

O R T H.

ORTHODOXVS. Sicut corporis sepelitionē ac indumenta dico fuisse ipsius sermonis, non ipsam deitatis naturam, sed vnitionis œconomicam respiciens: ita etiam voces animæ conuenientes, & animæ affectus angore affici, & quæcunque huiusmodi in Euāgeliis de eo dicuntur, tribuo Deo sermoni, non naturæ deitatis, sed œconomicæ vnitionis habita ratione. Siquidem & corpus eius non deitatis natura erat eius corpus, sed vnitionis œconomia. Sicut ergo proprium sibi corpus illud vindicat quum inquit, Nisi comederitis corpus meum: ita quoque propriam animam sibi vindicat quum inquit, Animam meam nullus adimit mihi. Itidem etiam vtriusque simul coniuncti affectus sibi proprios ac domesticos facit. Sicut enim ipsius sermonis est corpus œconomicè, ita corporis sepultura est ipsius sermonis sepultura. Et vt ipsius est anima œconomicè, ita & vox animæ est ipsius sermonis vox: vt & ipsius corporis sepultura sit ipsius sermonis sepultura œconomicè & vox animæ ipsius sit vox sermonis œconomicè. Sermo enim ipse is erat qui loquebatur quæ animæ propriæ conueniunt. **A P.** Nos dicimus Dei sermonem amantem hominis dignatum esse hominem fieri accepta carne ex sancta virgine Maria, & fuisse Deū incarnatum, eo quodd inuentus est vt homo. **O R.** Ne dicito Dei sermonem amantem hominis, sed dic potius amantem carnis. Nam si non dignatus est homini vniri, quomodo est hominis amans? **A P.** Amore hominis vnitus est humanæ carni, vt idem esset deus & homo. **ORTHODOXVS.** Non est deus & homo neque caro est humana quæ nō sit anima rationis particeps prædita. Quomodo enim caro possit esse humana quam anima rationis particeps non animauerit? Nam caro est caro, & anima est anima. tunc verò dicitur homo, quum anima rationis particeps incorporatur, & corpus animatur. Ea igitur caro non est humana quæ particeps non est animæ ratione prædita. **A P.** Quum terrenum aliquod corpus accepit animam ratione præditam, fit homo: sin verò assumat animam rationis expertem, fit aliud animal quàm homo. Cæterum Dominus corpore sibi ex hac materia effecto, illud quod sui ipsius natura solet, simul-

atque animam habet commune animal efficere, propria sua essentia fecit animal, & præterea suas proprias agēdi facultates ei impertitus, fecit vt existeret animal deus: deus quidem forma, homo verò materia. **O R T H.** Istud forma non intelligo, num vis dicere, Deitate? **A P.** Corpus informatum intelligo, diuinis agēdi facultatibus coruscans. **ORTHODO.** Formam igitur dicis diuinis agēdi facultates? **A P.** Etiam. **O R T H.** Si terrenū corpus quodpiam tunc fit homo, quum animam rationis participem accepit, & corpus humanum vocatur & est: ne humanum quidem corpus est quod animam rationis participem non accepit. Quomodo igitur corpus quod humanum non est, hominem materia vocaris, quum tunc demum hæc materia sit humana, quum animam rationis participem accipit? Legi autem ego vestri quoque magistri Apollinaris confessionem, in qua corpus Domini nostri dicit coessentialiale corpori Mariæ. At Maria nobis coessentialis. nobis est igitur coessentialiale corpus domini, quoniam & ipsum humanum est. **A P.** Quomodo corpus Domini dicis, quum hominis corpus esse probes? **ORTHODOXVS.** Ego & corpus dominicum dico, & dico animam dominicam, & sanguinem dominicum, & sepulturam dominicam, & hominē omnino vnione verbi Dei dominicum: vt vnus & idem deus & homo sit: idemq; aliquando totus deus & Dominus, aliquando etiam totus homo vocetur. Ipse enim de se ait: quid me queritis interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum? Et Paulus: homo Iesus Christus heri & hodie, idē & in secula, Eundem quoq; hominem cum manibus suis contractasset Thomas dixit: Dominus meus & deus meus. Similiter Paulus, & quibus sunt Patres, & quibus etiam secundum carnem est Christus, qui est supra omnia deus benedictus in secula. deus ergo & homo totus, propter illam a benevolentia manantem vnionem. Si quis enim cum Domino cōglutinatū est, vnus spiritus est: multo magis cum Dominus dicatur & credatur homo factus esse deitate integra, deus & homo idem est. deus quidem propter naturā, homo autem propter humanitatem cuius lubens particeps esse voluit.

EIVSDEM S. PATRIS ATHANASII INTER APOLINARISTAM ET GREGORIVM EPISCO. HABITÆ DISPVTATIONIS

SVMMA.

APOL.



DEO in homine operante efficitur propheta vel Apostolus, non autē mundi Saluator. Christus autem mundi est Saluator. Ergo Deo in homine operante non effectus est Christus. **ORTHODO.** Deo quidem in homine non simpliciter, vt putas, sed prophetiam operante, fit Propheta, vel Apostolus, & non mundi Saluator. Verum cum formā serui assumpsisset deus, idem & Propheta, & Apostolus, & Pontifex, & mediator Dei & hominum, Saluator mundi, cum deus semper remanserit, nec in quicquam prædictorum mutatus sit. **A P.** Omnis

homo mundi pars est, nec vlla mundi pars peccatum mundi sub quo iacet, tollit. Christus autem tollit. Ergo homo non est Christus. **ORTHODO.** Enimvero propterea quodd nulla mundi pars tollit mundi peccatum, idcirco mundi opifex formam accepit partis mundi, vt quatenus pars erat mundi, occisus tanquam pars mundi, tolleretur mundi peccatum vt opifex mundi. **A P.** Omnis homo subest morti, & nullus qui morti subit, abolet mortem. At Christus abolet: non est igitur homo Christus. **O R T H.** Quoniam nullus hominum, vt qui morti subit, mortem abolet, idcirco immortalis Filius dei, Sermo simul & deus, sibi ipsi vnuit id quod

Z

mortis subest, ut in morte aboleret eum qui mortis Imperium habet. Sicut enim inuisibilis quum sit, videri non potuit, nisi eo assumpto quod videri posset ita quum sit immortalis, non potuit mori nisi eo assumpto quod esset mortale. A P. Omnis homo est terrenus. At Christus non est terrenus, sed cœlestis. Non est igitur homo Christus: nisi homo sit hoc ipsum equiuocè. O R T H. Erratis, nec enim omnis homo est terrenus, quum doceat nos Scriptura homines etiam aliquos et si non natura, at certè moribus cœlestes esse: inquit, Qualis ille cœlestis, tales & cœlestes. Nos verò Christum vniuocè hominem dicimus humanæ naturæ respectu. Item quemadmodum quum homini tribuimus animalis nomen, eadem utimur voce atque si de equo vel quopiam alio animali sermo esset, nec tamen protinus quoduis animal est etiam rationis particeps: ita etiam si Christum vniuocè appellamus hominem, non tamen protinus quiuus homo est Christus. Item sicut anima rationis particeps cum animali coniuncta, homo existit, nec tollitur quod sit animal: ita De^o coniunctus & vnà creditur esse Christus, neque tollitur quod sit homo sed idem est Deus & homo. A P. Qui dat hanc potestatem ut quis fiat Filius Dei, nequaquam & ipse factus est Filius. At Christus dat. Non est igitur factus Filius, sed natura Filius est. O R T H. Non est sanè factus, sed natura est Filius Dei. Factus est autem Filius hominis. Nec enim id erat, & factus est quod non erat, ut per eum id fieremus moribus quod ipse est natura: estque idem Deus & homo. A P. Nullus homo existit ante eos qui ætate ipsum præcedunt: Christus autem existit ante eos qui secundum carnem ipsum ætate præcesserunt. Non est igitur homo nisi secundum carnem. O R. Christus, si humanam naturam spectes, non existit ante eos qui secundum humanam naturam fuerunt ipso seniores: sed quod ad Deitatem attinet existit non modò ante eos qui secundum carnem fuerunt ipso seniores, verum etiam ante omnia secula, ut qui sit eorum Deus. Itaque non fuit Christus ante Mariam quod ad carnem attinet. Quomodo enim ante ipsam existerit quod ex ipsa est? Sed quatenus deus est, existit ante ipsam, quum sit ipse deus: estque idem ante ipsam ut Deus, & ex ipsa ut homo. A P. Nullus homo habuit gloriam ante secula. Habuit autè Christus, non est igitur homo Christus. O R. Nullus enim homo fuit ante secula. Christus verò quod ad deitatem attinet, quum sit ante omnia secula Filius, & Deus, & Dominus, meritò gloriam habuit ante secula, Dominus gloriæ nimirum natura, Christus autem vocatus eo quod serui formam acceperit. Itaque qui nunc vocatur Christus & lapis, & pastor, & granum, & flos virgæ, & Immanuel, & Iesus, & homo, & duodecim annorum puer & triginta annorū illa quæ homines respicit œconomia factus, est, & Deus ante secula, & nunc postquam illa omnia factus est, permanēs id quod erat, habuit gloriā ante secula, utpote Deus ex deo. A P. Si Deus est in Iesu, non sunt per ipsum omnia, sed per eum qui in ipso est. At omnia sunt per ipsum: non est igitur Deus in Iesu, sed est ipse Deus. O R T H O D O X V S. Deus Sermo re ipsa subsistens Deus, particeps humanæ naturæ factus,

vocatus est Iesus. Ne igitur dicito, Deus erat in Iesu, sed ipsemet Deus vocatus est Iesus, idèoque ipse est Iesus per quem omnia. Nam qui nunc Iesus propter humanam naturam vocatur, est autem Deus Sermo & ante & post istud cognomentum, est ipse Iesus per quem omnia, ut qui sit & secundum Spiritum Deus, & propter serui formam homo, quam obrem etiam ipse est Iesus per quem omnia. A P. qui seruat à peccato, superior est peccato. Seruat autem Christus, & nullus homo superior est peccato. Non est igitur Christus homo. O R. Non est sanè Christus nudus & duntaxat homo. Neque enim si duntaxat homo fuisset, sustulisset peccatum. Per hoc autem Christus sustulit mundi peccatum, quod Deus Sermo accepta serui forma factus est Christus homo. Ideo dicit Propheta, Etiam homo est, & quis ipsum agnosceret? Et Christus ipse, Quid queritis occidere me hominem vera vobis loquutum? ut Christum nouerimus hominem propter humanam naturam, & deum propter deitatem: sicut hominem nouimus rationis participem, propter animam ratiocinantem, & animal propter τὸ ζῳτικόν, id est animalitatem. A P. In omni homine dissidet mens à carne: In Christo verò non dissidet. Non est igitur homo Christus. O R T H. Si in omni homine dissidet mens à carne vnus autem hominum est Helias ille sursum abreptus, sicut adhuc creditum est, dissidit etiam in eo mens à carne. Quod si in illo mens à carne non dissidet, nempe non in omni homine mens à carne dissidet, multò magis igitur qui est ipse Helias dominus, non experitur dissidiū inter mentem & carnem, sed nobis per omnia, quod ad naturam humanam attinet, exempto peccato, similis, & misericors ac fidus pontifex factus, est idem verè Deus & homo. A P. Omnis homo ut virtute perficiatur carnem mortificat. At Christus non mortificat. Non est igitur homo Christus. O R T H O D O. Quam mortificatione Ioannes carnem suam mortificauit subsiliens in vtero, & exultare visus? Quod si etiam concederetur omnem hominem ut virtute perficiatur, carnem suam mortificare, at certè iam perfectus, & in cœlis versans, ipsi viuificationem parat per inhabitantem in ipso Spiritum, ut postquam virtute perfectus fuerit, dicat, Cursum consummaui. Cæterum Christus perfectus non euasit vlla exercitatione, sed in ipso conceptu ex ipsa vnitione, natus Immanuel, deus & homo est: quam obrem etiam Deipara est Maria. A P. Nullius hominis caro dicta est è cœlo: Christi verò caro dicta est è cœlo esse. Atqui non est Christus homo secundum deitatem quæ carnem assumpserit. Sic ergo etiam è cœlo esse dicitur, quod vnita sit ei qui est è cœlo. O R. nihil potuit magis ridiculum dici. Nam si caro propterea dicitur è cœlo esse quod vnita sit ei qui est è cœlo, non est ipsa è cœlo. Sicut ergo carnem quæ è cœlo non est, dicis esse è cœlo, ita etiam Scriptura homines cœlestes dicit è cœlo esse, quod cœlestia sapiant. Audi, & soluta fuerit tua propositio, siue compendiarium tuorum argumentorum subductio, quo nomine tractationem istam inscripsisti. Cæterum Christus dictus homo è cœlo, non dictus est ut omnes homines, cœlestis quod cœlestia saperet, sed ob diuinam & adorandam vnitionem dei cum serui forma, ut idem sit

dem sit & Deus homo.

A P. Nullus homo viuificat: (nec enim vllus homo est Christus) At Christus viuificat. Non est igitur homo Christus. O R T H O D O X V S. At Christus idcirco viuificat, quia deus Sermo accepta serui forma vocatus est Christus.

A P. Nulli hominum conuenit nomen quod est supra omne nomen, & gloria quæ solius est Dei. At Christo conuenit: non est igitur homo Christus. O R T H O D O X V S. Hoc quoque dixeris de virgine Maria. Nulli hominum conuenit ut virgo sit & pariat. Maria verò, virgo quum esset peperit: Maria igitur non est homo. Sed & tua hæc argutio sic prorsus redarguetur. Nulli quippe homini verè conuenit nomen quod est supra omne nomen, & gloria quæ solius est Dei: quoniam nullus homo est Christus, ex vnitione Dei Sermonis & serui forma.

A P. Si Deus habitauit in homine, non fuit exinanitus. At exinanitus est qui in forma Dei accepit serui formam. Non igitur habitauit in homine. O R T H O D O X V S. Nempe Deus sermo non simpliciter habitauit in homine, sed etiam factus est homo, particeps sanguinis & carnis, id est humanæ naturæ: idèoque Christus non est duntaxat homo, sed idem Deus & homo.

A P. Deus habitans in homine, non est homo: sed Spiritus vnitus carni, est homo. At Christus est homo æquiuocè (sicut dictum est) Diuinus ergo Spiritus est carni vnitus. O R T H O D O X V S. Nugaris. nec enim si Spiritus carni vnitur, est protinus homo, sed potest etiam esse bos & asinus, & quoduis aliud carneum animal. Ut verò tibi concedatur diuinum quoque Spiritum vnitum fuisse carni, omnino tamen necesse fuit Deum Sermonem, quum sit factus homo ex muliere. Spiritui carni vnito vniri ut homo fieret. Quomodo enim fieri homo potuisset non vnitus homini? Christum autem nequaquam dixerimus hominem esse æquiuocè, ne imaginarius, & communi nomine tenus homo censatur.

A P. Hominis est resurgere à mortuis, Dei verò excitare à mortuis. Vtrunque conuenit Christo. Idem ergo est Deus & homo. O R T H O. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax esto, quod etiam inuitus professus fueris id quod verum est. Oportuit enim Christum esse vtrunque, id est & eum qui resurgeret, & eum qui excitaret. Et quemadmodum non esset Deus & caro nisi vnitus esset carni, ita non esset Deus & homo, nisi vnitus esset homini.

A P. Si Christus esset tantum homo, vel tantum Deus, non esset medius inter Deum & homines. O R T H O D O X V S. Benedictus sit Dominus, in his omnibus, quod etiam sis confessus Christum nec tantum esse Deum, nec tantum esse hominem. Deus enim est Deus, neque homo communis est, siue quales sunt in communi homines: & homo communis, est homo, at non Deus. Vnitus Deus homini est Christus, mediator Dei & hominum. Est igitur & deus & homo.

A P. Si tantum homo fuisset Christus, non seruasset mundum. At si tantum fuisset Deus, non seruasset patiendum. Vtrunque verò conuenit Christo. Est igitur & deus & homo. O R T H O D O. Nunc quoque scienter loquutus est. Fuit enim necesse humanam naturam subterni passioni, & deitatem du-

cem esse ad vitam. Itaque nisi deus esset, non viuificaret, & nisi fuisset homo, non passus fuisset volēs. Vtrunque verò Christo conuenit. Est igitur & deus & homo.

A P. Si Christus homo tantum fuisset, non viuificasset mortuos: & si tantum Deus fuisset, nullos mortuos seorsim à Patre viuificasset. Vtrunque verò fecit Christus. Idem igitur est deus & homo.

O R T H O D O X V S. Christus quidem non tantum fuit homo. Nam ne Christus quidem fuisset, si tantum fuisset homo. Viuificans tamen mortuos, minime ipsos viuificauit seorsim à Patre. Quomodo enim dixisset, pater in me manens, is est qui edit opera, si seorsim à patre viuificasset: Itaque etiam si dicat, Sicut Pater excitat mortuos & viuificat, ita & Filius quos vult viuificat, non dicit se hoc facere quapiam efficacia separatim à Patre, sed ita loquitur ut nos doceat suæ hypostaseos perfectione modis omnibus in sese absolutam. Nec enim alios quidem mortuos excitat & viuificat pater, alios verò Filius.

A P. Homo actus à deo non est deus, sed corpus deo coniunctum est Deus. At Christus est deus. Non est igitur homo actus à deo, sed corpus cum deo compositum. O R T H O D O X V S. Non est quidem Christus homo actus à Deo, sed Deus homini, ut tu ipse nominasti, cōiunctus siue vnitus. Nam si potest corpus vniri Deo siue coniungi, potest etiam totus homo Deo coniungi, & idem esse Deus & homo. Quid porrò dicere volueris quum diceres, Corpus Deo coniunctum Deus, ignoro. Corpus enim vocas Deum, idèoque corpus non est: vel Deum corpus vocas Deum propter illud cuius est coniunctum siue compositum. Quomodo verò Deus sit natura qui alicuius respectu sit Deus? Nos verò Christum non dicimus esse Deum ob illam cum corpore siue homine cōiunctionem: sed Deum propter naturam quam ex Patre habet, Christum verò propter serui formam, propter vnionem, inquam, siue compositionem, ut tu ipse appellasti.

A P. Si Dei templum natum est ex Maria, superuacanea est noua illa natiuitas ex virgine, quum absque eiusmodi natiuitate homines quoque sint Dei templa. O R T H O D O X V S. Oppugna sacra Euangelia, ut audias, Durum est tibi aduersus stimulos calcitrare. Audi etiam Dominum dicentem, Destruite templum istud, & intra triduum illud excitabo. etiam si verò nonnulli homines sunt templa, non tamen ita sunt templa tanquam etiam Christi: nec quisquam eorum est Christus coniunctus cum Deo Sermonem (nolo enim discedere à tuo vocabulo, ut te ex tuo ipsius ore in sententiam meam adducam) hic autem templum coniunctum cum Deo, Sermone, Christus videlicet, natum est ex virgine eo modo qui Deum decebat.

A P. Si talis est natura Christi, qualis & nostra est, vetus homo est, anima viuens, & non Spiritus viuificans, nec qui talis est, viuificabit. At Christus viuificat, estque Spiritus viuificus. Non est igitur nostræ naturæ. O R T H O D O X V S. Adhuc quid sit Christus ignoras. Nescis enim duarum naturarum esse vnionem, & neque solum Deum, neque solum hominem dici Christum. Nam si hoc scires, nosse eum quatenus quidem homo est, eadem atque nos natura, quatenus autem Deus est;

eadem atque Deum Patrem natura præditū esse: & post factam vnitionē Deum profitendum ac adorandum, ideoque viuificare, & Spiritum esse viuificantem, habita deitatis ratione: neque nobis *simile esse* vtriusque naturæ simul consideratæ respectu.

A P. Aut ex sua ipsius natura viuit Christus, aut ex Dei gratia, Si quidem ex sua ipsius natura, Deus est: sin verò ex Dei gratia, neque supra nos eminet, neque nos viuificabit. **ORTHODOXVS.** Christus est vnica persona, composita ex Deo & humana natura, sicut quinis homo communis constat ex animali parte & eo quod est rationis particeps. Itaque propter eam quam à Patre habet naturam, viuificabit nos, quoniam est vita in sese subsistens, quæ forma serui seipsam informauit.

A P. Si quidem is excellit qui animi proposito & delectu iustus est, quoniam id potuit homo? (Hominis etenim propolitus veram iustitiam perfectè non præstat). Sin verò natura iustus est Deus est: sin autem iustificatus est aliqua Dei in ipso agentis efficacitate, ipse interim nihil agens, qui ipsimet agunt sunt eo præstantiones. **ORTHODOXVS.** Imò quoniam iustitiam veram ij non præstiterunt qui audierunt, Sedebitis & vos in duodecim thronis iudicantes duodecim tribus Israël: & Vos estis lux mundi? Etiam si tamen isti veram iustitiam præstiterunt, non sunt tamen ipsam iustitia. Deus autem Sermo, qui ipsam est iustitia, accepta serui forma, factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. Is, inquam, qui iustitia est, factus est, si humanam naturam respicias, iustitia, vt nos, qui iustitia non eramus, sua gratia iustificaret. Estque idem Deus & homo, ita vt, quatenus quidem est deus, sit iustitia, quatenus verò est homo, sit factus iustitia, vt impletum fuerit quod dictum est, Vnde per omnia similis fratribus fieri debuit.

A P. Si in Christo copulatus erat homo cum deo leges ipse vel ex sese & suo quodam iure ferebat, vel non ferebat. Quòd si ex sese ferebat, Deus erat. Sin verò non ex sese, quomodo non aiebat, Hæc dicit dominus, sed, ego dico vobis: & quomodo qui hæc nō dicebat nō erat ab eo qui dicebat, seiuictus? **O R.** Si quidē Christus alia est persona, non copulatur cū deo, & hoc ineptè quæsiuisti. Sin autem ipse Christus est deus & homo, quorsum superuacaneus iste in quærendo labor? Vnde verò istud Copulatus est desumpsisti, de quo tu quæteres, quum Scriptura minimè sic loquatur? Siue autem istud Copulatus est, vsurpare placet, siue, (vt Scriptura inquit) *dice malis* Assumpsit, aut factus est, Deus Sermo is est qui serui formam assumpsit, Christus nuncupatus, qui etiam est, & creditus, vnctus quidem Spiritu sancto quatenus homo est, quatenus autem Deus est, eundem aliis præbens. Ita etiam quatenus est Deus, leges ponit: & quatenus homo est, sit legi obnoxius. Ideoque non dicit, Hæc dicit Dominus, quoniam ipse non est homo particeps deitatis, sed Deus particeps carnis & sanguinis, id est humanæ naturæ. Nam Scriptura hominem vocat Carnem & sanguinem, vt quum dicit Paulus, Non contuli cum carne & sanguine. Et sicut homo ex animali & eo quod ratiocinatur compositus, vna est persona: ita etiam vna persona ex Deo & forma serui existit: ideoque non dicit, Hæc dicit Dominus, sed, ego dico vobis: & ego sū vita & veritas.

A Itaque; veluti si pars ratiocinatrix que homini inest dicat ego sum ille ad imaginē dei factus, ita cōparatus vt interire non possim: & rursus pars eadem illa ratiocinatrix dicat, Ego sum terra & cinis, non loquitur modò animal, modò id quod ratiocinatur, sed id ipsum quod ratiocinatur, modò quæ sibi propria sunt, modò quæ animali conueniunt loquitur: ita homo & Deus sermo, vnica existens persona, quum ait, Qui vidit me, vidit Patrem, significat suæ deitatis contemplationem. Nec enim quisquis carnem vidit, Patrem vidit: sin minus, & Pontius & Herodes, & qui colaphos ei impegerunt, & qui clauis ipsum confixerunt carnifices, comperirentur Patrem vidisse. Et quum inquit, Dorsum meum flagris præbui, non significat deitatis dorsum: neque quum ait, Quispiam me tetigit, deitatis contactum dicit. Quoniam enim deitatem contigerit quispiam? Sed qui fide præditus corpus illud tetigerat, vtrunque tetigerat, manu quidem corpus, fide verò deitatem, quamdoquidem vtrunque vnica est persona Christus, omnia factus omnibus vt omnium miseretur. Itaque non loquitur interdum Deus interdum homo: nam (vt antea dixi) ne id quidem dici potest, modò quidem animal à parte ratiocinatrice seiuictum, modò verò partem ratiocinatricem ab animali separatam loquitur: sed pars ratiocinatrix in animali loquitur. Idem etiam dico de eo quod cum hoc comparauit, *nempe de dei & hominis vnica persona*, vt vndiquaque vnitionem notis.

A P. Præterea verò vel ipse prodigia edebat, aut non edebat. Si edebat, non erat homo: sin non edebat, quomodo dicit se edere? & quoniam iste idē esse potest atque is qui edebat? **ORTHODOXVS.** Sicut pars ratiocinatrix sua ipsius opera sic edit in animali, vt non sit separatam quippiam ab animali: ita Deus Sermo vnitus homini, edit prodigia minimè segregatus à natura humana, quòd ei pro sua bonitate placuerit vim suam diuinam percam & in ea & cum ea exerere. Et veluti si quis cogitatione concesserit solem, magnum istud sidus per lucernam & in lucerna suam lucem emittere, (rursus enim idem ex alia comparisonē audias, velim) non sunt duæ luces. Nec enim lucerna vt altera lux soli opposita splendet, nec impeditur quominus sit lucerna, sed manet eundem actum & motum habens: non splendet tamen sole in ipsa & per ipsam splendente, & ipsi lucernæ dominante, eamque vt sibi propriam vindicante, adeo vt sol etiam accipiat ipsius lucernæ nomē: ita deus Sermo vim suam in eo quod est rationis particeps, & per animal ratione præditum exercens, facit pro sua bona voluntate animal supra quàm ferat propria animalium natura perfectum, neque tamen prohibet quominus sit animal ratione præditum. Idemque adeo non indignatus est homo vocari, neque dum ederet prodigia, seiuictus fuit ab eo quicum est vnitus, siue quem assumpsit, sed † omnia efficit, ideoque dicitur Sermo factus caro, non autem In carne, vt illam pro bona ipsius voluntate factam vnitionem nouerimus, eoque cognito, vnum eundemque Christum vt Deum & hominem agnoscamus.

A P. ab Angelis vel adoratur, vel non adoratur homo. At si non adoratur, quomodo vnitus fuerit, & mittit Angelos suos Filius? Sin verò adoratur pro-

tur propter diuinam virtutem in ipso habitantem, quomodo adoratur ab iis qui virtutem diuinam sepe habent in sese habitantē? Sed & nos adorabimus hominem, vel non adorabimus. Quòd si non adorabimus quoniam ipsum vnitum esse censebimus, & quomodo in ipsius mortem baptizamur? Sin verò sic hominem adoremus vt Deum, impiè faciemus, rem creatam exæquantem creatori. Præterea, si hominem expectamus vt iudicem qui in lucem adiutore Deo producat quæ in tenebris latent, iudicium quod dei est, homini tribuimus. Sin verò non expectamus vt iudicem, quomodo dedit ei Pater exercendi iudicij potestatem, quia Filius hominis est? & quoniam est ipsi iudici vnitus? **ORTHODOXVS.** Nempe qui Deus est gloriæ omnique potestatis, idcirco accepit iudicij exercendi potestatem, quòd quum Deus sermo esset, factus sit homo, totius naturæ humanæ assumptione. Forma enim serui est tota humana natura, vt forma Dei est tota deitas. Cæterum & nos, & Angeli ipsum Deum Sermonem adoramus qui formam serui assumpsit: neque partim Deum partim hominem adoramus, neque rem creatam creatori æquiparamus: sed vt tu ipse, si quidem cum confiteris carnem saltem nobis coessentialē ex virgine accepisse, adoras ipsum incarnatum cum carne, neque tamen carnem deitati exæquas, neque carnem segregas, & aliquatenus adoras, sed deitatem cum carne adoras: ita & nos deitatem quæ seipsa homini vnuit, adoramus, nec eam ab humana natura sciungimus. Christus porro quæ in tenebris latent, in lucem profert, quòd sit ipse Deus & homo, quemadmodum ignis in materia lucem præbens iis qui ad lucem accedunt, ita vt neque à materia segegetur qui cum vnitus est, nec materia ipsa consumatur, sicut nec rubus ille cuius sit apud Mosem mentio.

A P. Si homo adiunctus est deo, alius est quàm Deus, si motus animales respicias, tum eos qui sunt rationis, tum eos qui in perpetiēdo positi sunt: itaque patiens, patitur vt alius, & adoratus, adoratur vt alius. Sin verò est Dei caro, vitæ instrumentū ita perpeffionibus suis compositum, vt diuinis consiliis quadret, neque cogitationes fuerint carnis propriæ, neque actiones: & caro ipsa perpeffionibus prout carni conuenit subiecta, illis superior euadit, quoniam est Dei caro, ad eo vt in corporibus non similiter quidem, ac coanimalibus tamen, sit indolentiæ autor ac principium: & adoratur vt Dei caro, quoniam hac ratione is qui adoratur, est deus: & nobis coniunctionem cum eo præbet cuius est corpus: & adoratur, non tamē vt res creata, quoniam nihil quod creatum sit, est Dei portio. Itaque qui Deum credunt assumpsisse carnem, eius beneficiorum fiunt compotes nec eò delabuntur vt alium ipsum dicant: contrarium verò iis euenit qui volunt hominem fuisse deo coniunctum. **ORTHODOXVS.** Discessisti à Scriptura diuinitus afflata, ideoque à gratia excidisti, vt qui quum Scriptura dicat assumpsit, & Factus est istud Adiunctus est, ipse tibi quasi cisternam confractam fodisti, quæ non possit aquas continere. Quomodo verò non vis Sermonem ab humana natura suis

animalibus motibus non fecerit, tum iis qui rationi insunt, tum etiam iis qui in perpetiēdo positi sunt? Num enim diuino quodam motu crescens, à statura ad staturam excreuit vt Deus? & sapientia promouens, promouit vt Deus? & quum tristitia afficeretur, quum extremè anxius esset, quum turbaretur, num tristitia afficiebatur, & extremè anxius erat, & turbabatur tanquam Deus, & laborabat, & patiebatur? Absit. Imò sicut corpus ex maria desumptum Deus Sermo suum ipsum corpus dixit, quod tamen non ex eiusdem atque deitas ipsa naturæ: ita etiā suas dicit perpeffiones, & tū animalis tū ipsi ratiocinatricis facultatis incrementū, quæcūque naturæ humanæ sunt, vt sibi propria vindicans, pro bona gratiæ suæ voluntate. Sic etiam suam dicit carnem, vitæ instrumentum sic suis perpeffionibus compositum, vt diuinis consiliis quadret. Nam vt spueret, vsus est corporis instrumento, itidēque corpore, vt sepeliretur, & vt voluntariè mortem subiret, ac inferos prædaretur, animam adhibuit, quam sese dixit pro suis ouibus deponere. neque igitur sermones sunt homini proprii, neque actiones. Caro verò prout homini conuenit perpeffionibus subiecta, superior illis euadit propter illam cum Deo vnitionem. Nec enim peccatum commisit, neque in ore ipsius inuentus est dolus, vt sit sui similibus autor ac principum indolentiæ. Est enim Deus sermo per omnia fratribus suis similis factus, quum naturæ humanæ vniretur, & adoratur qui hominem induit, sui que nobiscum coniunctionem nobis præbet, particeps factus sanguinis & carnis: idēque adoratur vt qui homo quidem sit quoniam nobis est vnitus, natura verò & essentia sit Deus. Quorsum verò ausus etiam es dicere portionem Dei esse carnem illam quæ ex semine dauidis, & ex maria est, quæque sese non imaginatione, sed re ipsa carnem esse, post ipsam quoque resurrectionem, demonstrauit? Quum enim existimarent discipuli spectrum esse quando ianuis clausis ingressus est, veniant tibi in mentem quæ tum ipse dixit, vt audias, Palpate me & videte. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut habere me conspiciatis. Cæterum quum Deus sit omnis partitionis expers, quomodo aliqua ipsius portio, ac præsertim quæ sit caro, mente concipi possit, tuæ fuerit sapientiæ explicare.

A P. Si caro cum aduersus mentem bellum gerit, vt ait Apostolus, à mente separatur, qui carnē assumpsit Deus, ab hac etiam belligerentes motus in mente habet, menti ipsi tanquā aduersario non subditas. Quod si ita est, non ipse est qui passus est tanquam deus. **ORTHODOXVS.** Quinā verò sanctorum Apostolorum belligerentes menti motus non domuerunt? Aut quomodo sancti si eos non vicerunt? Sin autem sanctorum menti paruerunt aduersus mentem bella mouentes motus: quū deo verbo non subiectur, cum intelligentem animā carni cōiunxerit, vt fratribus dempto vno peccato per omnia similis esset, idēque Deus & homo existeret? Cæterum quid sibi velit illud (Quod si ita est non ipse est, qui passus est tanquam Deus) alij, qui te magistrum inscribunt, intelligent.

SANCTI PATRIS NOSTRI A-

THANASII MAGNI AD AMMŌN MONACHVM

EPISTOLA, IOAN. CVRTERIO

INTERPRETE.

Gen. 1. d. eccle. 39. c



OMNIA quidem bona & munda Dei opera . Nihil enim quod vsu suo careat , aut quod immūdum sit , Dei Verbum condidit . Nam Christi bonus odor , vt Apostoli verbis vtamur , sumus . Cæterum quando

2. cor. 3. d

Tit. 1. d.

vsitate artis versutia , non deest qui turpibus & fœdis rationibus , diaboliq; versatilibus telis vsus , fratres minus cordatos turbare & inquinare audeat : age paucis , & ipsas Mali fraudes , Seruatoris ope depellamus , simpliciorumque mentem confirmemus . Omnia quidem munda mundis , sed male conscius impurorum animus vbique turpis & fœdus . Ceterum diaboli artes nequeo non mirari , qui lues & corruptela cum sit , sanctitatis & puritatis specie plenas rationes subiiciat . At id potius vt insidietur , quàm vt probeat , facit . Ideo enim ista auribus ascetarum insulfuratur , quæ nihil in vitam cōmodi aliud , quàm quod nouitatis & nugarum plenas rationes diligenter cuitandis , vt antea monui , conferunt , vt dum eos & consueto & salutaris studio reuocari , regnare solus , & rerū potiri videatur . Quid enim , rogo te dilecte imprimis & pie , sceleris aut labis habeat ipsa quæ postulāte natura fit excretio ? Verbi causa : quis erumpentem e naribus mucorem , vel ipsa oris spura vitio vertat ? Atqui & his ampliora longe possumus addere : vētris nempe deiectiones , quæ ita cunctis existunt necessariae , vt sine his ne viuere quidē animal natura voluerit . Deinde , cum hominem manuum Dei opus esse scriptura docente credamus : qui sit , vt ex munda facultate polluti aliquid & contaminati operis prodeat ? Deinde , si quod actis Apostolorum didicimus , Dei genus sumus , immundum profus in nobis & contaminatū nihil habemus . Tum enim inquinamur solum , cum pessimi odoris opus peccatum operamur . At cum suo more naturalis aliqua excretio emittitur , tum naturæ necessitate , quod antea diximus , & istud cū aliis toleramus . Cæterum quando qui hoc solum student , vt iis quæ rectissime à Deo ipso dicuntur & fiunt , aduersantur : illudque euangelicum , non quæ ingrediuntur , sed quæ egrediuntur , hominem cōtaminant , male vsurpant : Et istam eorum à pecudum ritu (neq; enim aliter de illis loqui possumus) nom valet remotam quæstionem dissoluamus . Primum enim scripturas sacras aliud pro sua ignorantia & inconstantia libidine per vim detorquent : cum hoc pacto diuinum se habeat oraculum Nam cum ad istorum modum de cibis ambigerent nonnulli : eorundem ignoracionem vel fraudem potius retegente & publicante Christo , non quæ ingrediuntur , sed quæ egrediuntur hominem inquinare audiuerunt . Addit & alicubi præterea , quæ nā illa essent , quæ à corde prodiret . Illic enim prophannarum cogitationū , aliorumque criminum thesau-

Gen 2. a.

Iob. 10. b

Act. 17. f.

Matb. 15. b.

Marci. 7. c.

2. Pet. 3. d.

Matth. 15. b.

Mar. 7. c.

ros malos esse non ignorabat . At est longe compediōsius , quo idem docens apostolus vsus est , dum escam nos Deo non commendare significat . Dicat vero nunc opportune aliquis , naturalis excretionis nomine , nos pœnæ non subiaceat : qualis erit forsam medicorum sententia , vt eorum quæ foras egeruntur , quantumuis eisdem talia pudorem persæpe moneant , cōditionem tutentur : quando animal , retēta in singulas partes nutritionis materia , necessaria quædam eruptiones ad superfluum excretionē datae sunt : vt capitis excrementa , pili , reliquique ab eo promanantes humores , vt ipsa ventris denique deiectiones . Atqui spermatiorum meatuū excrementum illud (te hic per Deum Deo gratissime senex appello) quid non habeat peccati quantumuis animal ipsum Dominus formatit , huiusmodiq; membra tales habere eiectiones voluerit ? Cæterum quando contraria improborum argumenta assumere necessum est , (verum enim organorum quæ à Deo facta sunt , vsu peccato carere asserent) ita loquētes interrogationis modo cōpescamus . Qualem ergo vsu , precor , nominas ? Legitimum ne illum , quem permisit Deus , cum creācere & multiplicari , terramque replere iussit : quem & ipse apostolus , probauit , cum honorabiles nuptias lectūmque impolutum appellauit : an vagum illum & effusum , furtimque & libidinosè perceptum ? Atqui cæterarum rerum quæ in vita fiunt , differentiam esse aliquam videmus , verbi causa : cum eadem facere non liceat , in bello tamen hostem trucidare lege non permissum modo , sed cum laude ita constat esse coniunctum , vt honoribus magnis , qui in eo strenuè gesserint aliquid , imo & columnis statuisque in perpetuum virtutis memoriam decorentur . Potest ergo idem alia atque alia ratione opportunè concedi , prohiberique . Quod sane non dispari consideratione in maris & fœminæ cōgressu debet intelligi . Beatum enim non negarim qui in ipso ætatis flore matrimonio legitime coniunctus , naturæ : ad liberorum procreationem inseruit : qua si ad libidinem abutitur , non video qui paratam , Paulo teste , mœchis & adulteris pœnam queat cuitare . Nam vitæ duplex cum sit institutum : vnum quidem inferius , & huius seculi rebus magis addictū , quod matrimonium vocamus : Alterum autem Angelicum plane & eximium , quid virginitatem appellamus : si seculari aliquis , id est nuptias ipsas amplectatur , non vituperatur ille quidem , sed tanta diuinæ liberalitatis munera non sentiet : quamquam aliqua sentiet tamen , quia fructum & ipse trigecuplū ediderit . At si quid putam illud , & supra mundi conditionem existens , amplexus fuerit , licet via primū ardua & difficili incedere videatur , ampliora tamē longē & mirabilia gratiæ dona , quādo idem perfectum ,

1. Corint. 8. c.

Gen. 1. d.

Heb. 13. a

Heb. 13. a

Mat. 13. a

ibidem.

Ps. 50. c.

ibidem.

ibidem.

fectum , id est centecuplum fructum reddit , consecuetur . Ita ergo turpes & probrosas eorum quæstiones ex sacrosanctis scripturis dudum repressas & solutas esse apparet . Quare hoc vnum abs te cōtenderim (pater) vt qui tuæ fidei commisi sunt greges , aduersus ista munias , & apostolicis verbis horeris , euangelicis demulceas , eisdem psalmis consulas , suadeasque , vt secundū Dei oracula , viuificari postulent , quæ nihil aliud quàm vt puro eidem corde seruiamus , docent . Id enim cum non ignoraret propheta , tanquam se ipse interpretaretur , cor mundum sibi à Deo creari , ne malis & fœdis cogitationibus perturbaretur , postulauit . Idem Rursus & se spiritu principali confirmari petiit , vt quoties in eum turbas cicerent animi motus , Dei ope tanquam basi sustentatus permaneret immotus . Ista ergo & similia , dum eis consules , qui tarde veritati assentiuntur , tui muneris erit vsurpare , dominoque consilium cum Dauide iniquas vias eius te docturum prefari , & eos ab eiusmodi scelere reuocabis . Psalle , & impij ad te conuertentur . Vtinam verò qui diuturna consuetudine deprauati eiusmodi quæstiones audent agitare , à tam inani studio auertantur : qui autem pietatis ergo de quibusdam ambigunt , spiritu principali confirmantur : quotquot item veritatem fortiter amplexi estis , eandem infractam & inconcussam retineatis , in domino nostro Iesu Christo , cui gloria in secula seculorum . Amen .

EIVSDEM , EX NONA EPISTOLA , id est festa heortastica , 10. m. Curterio interprete.

2. Corint. 11. a.

Enc. 1. a.

Cæterum , quando nos in hæreticorum , tanquam mortuorum , mentionem incidimus , de nobis autem , qui diuinas ad salutem literas possidemus , vereor , ne quod Paulus Corinthios per literas monuit , ex simplicioribus nonnulli , puritate sua & sinceritate confisi à subdolis hominibus in fraudem & errorem inducantur : Iidemq; aliis in posterum , quæ Apocryphæ dicuntur , nominis similitudine decepti pro veris vti aggreantur : Attendite quæso , num etiam de quibus accepistis , eas vobis , tum ipsa rei necessitate , rum Ecclesiæ vtilitate compulsus in memoriam reuocare possim . Verum Ita narraturus , non alia ad huius incæpti commendationem exordij formula vtar , quàm quæ apud Lucam euangelij scriptorem hoc ferè modo legitur . Quandoquidem conati sunt nonnulli ea sibi quæ dicuntur Apocrypha contexere , eademque diuinitus inspiratæ scripturæ immiscere , quàm & ipsi tamen exploratam ideo certamque habemus , quod à patribus nostris , qui ab initio Verbum ipsum suis oculis viderunt , eique ministrarunt , eam accepimus : visum etiam nobis est , hortantibus ad id germanis fratribus , qui ab initio omnia didicimus , libros qui auctore canone pro diuinis recepti & crediti sunt , ideo recensere , vt qui in fraudem acti sunt , eadem reiecta respiscant , reliqui autem constantia suæ memoria latentur . Sunt igitur veteris testamenti , sicut hebraicæ linguæ

elementa (vt accipimus) duo & viginti , quorum ordinem & nomen sic singulatim addemus . Primus Genesis . Deinde Exodus . Deinde Numeri . Post hunc Deuteromium . Tum qui Iosue , siue Iesus Naue dicitur , quem sequuntur Iudices . Hos Rursus qui Ruth inscribitur . Deinceps quatuor Regum nomine appellati , quorum primum & secundum vno censent volumine , Tertium & quartum altero . Regum libros sequuntur quæ Paralipomena dicuntur : quorum vtrumque & vno etiā volumine complectuntur . Sequuntur postea Psalmi : & ipsæ deinceps Paræmiæ . Deinde Ecclesiastes : tum Cantica Canticorum : & Iob denique . Iob sequuntur propheta illi duodecim vno omnes volumine comprehensi . Post hos numerantur Esaias , Hieremias , Baruch , Lamentationes , Epistola , & cum his Ezechiel & Daniel : quibus totum quod vocant vetus Testamentum concluditur . His itaque positis ad noui libros properemus . Horum in primis ponuntur euangelia quatuor : Mathæi , Marci , Lucæ , & Ioannis . Deinde Acta Apostolorum . Tum Catholica quæ vocantur Apostolorum epistolæ septem : vna Iacobi : Petri duæ : Ioannis tres : & Iudæ vnica . Sunt rursus & apostoli Pauli epistolæ quatuordecim hoc ordine digestæ . Prima ad Romanos hanc sequuntur ad Corinthios duæ . Quarta est ad Galatas . Quinta ad Ephesios . Sexta ad Philippenses . Ad Colossenses septima . Tum ad Thesalonicenses duæ . Decima ad Hebræos . Sequuntur deinceps ad Timotheū duæ . Ad Titum vna : Vna denique ad Philemonū , eaque vltima . His additur & ipsa Ioannis Apocalypsis . Hi sunt igitur salutis fontes : e quibus oracula qui sitit haurire , & his solis veræ pietatis doctrinā annuntiare , eisque quicquam nec addere nec demere decet . De his proculdubio loquebatur , cum scripturarum ignoracione Sadducæos errare turpiter moneret Dominus . De his inquam , cum Iudæos idem scripturas scrutari , quoniam de se testarentur , hortaretur . Cæterum maioris & exactioris disciplinæ causa addo & illud scribens necessario , præter superiores , libros esse alios non canone quidem probatos , sed veterum autoritate , illis qui pietatis Clementis imbuendi essent propositos : Sapientiam nempe Salomonis . Sapientiam Sirach . Esther , Iudith & Tobiam : videtur intelligere apostolorum constitutiones , quæ nomiue Clementis nunc habentur . Doctrinam etiam Apostolorum nomine nuncupatam : ipsum denique Pastorem . Cæterum hoc vnum , dilecti , vos decet aduertere , neque illos qui canone , neque istos qui permissa lectione distinguitur , apocryphorum nomine intelligendos esse : sed esse Apocryphos hæreticorum commentum , quos dum amplectuntur , eisdem pro libidine tempora largiuntur , vt tanquam veteribus ad simpliciorū fraudem abutatur .

EIVSDEM AD RVFIANVM EPISTOLA . Ioan. Curterio interprete.

REM ad Patres , fili dilectissime , honestam imprimis , tibiq; congruam scribis . Itaque te qui nos per literas conueneris , omnium longe

charissime Rufiane, summè amplector, tibiq; sanctè non secus ac filio polliceor, eòsque mihi ad te scribendi officio, quotiescunq; dabitur facultas, nihil prius aut posterius futurum, quoad meus in te animus literis tanquam testimonio tibi comprobetur. Tu enim mihi epistolæ, vt Pauli verbo vtar, quæ in corde agnoscitur & legitur. Ita igitur habe & crede, crede inquam: teque ad scribendi officium per me prouocari permittito: quod cum præstiteris, non exigua aliqua me, sed magna valde & amplalæticia affecisse te putato. Quoniã vero honestatis & Ecclesiæ studio percitus (hoc enim rursus pietatem tuam decuit) de his quæsiisti, qui necessitate quidè acti, sed non omnino profligati à fide aberrarunt, & à me quid super his patrum commentus senserit, postulas: sic habeto, multum dilecte Domine, sedata quæ primùm per vim cœperat seditione, præsentibus externarum partium episcopis, habitam esse Synodum: habitam deinde & ab his qui Græciam colunt eiusdem nobiscum muneris socij: Rursus & ab his qui in Hispania & Galia degunt: atque vbique omnes idem quod hic sensisse: iis nempe veniam qui cecidissent, etsi impiorum se duces præbuisent, modo eos pœniteat, nec per vim aut necessitatem detur, largiendam esse, & restituendum in clero locum: idque præcipuè quod à fide non remotam sui defensionem edidissent, vnde quod gestum erat œconomia quadam factum esse videretur. Se enim ad impietatem numquam transisse, sed ne impiorum quorundam furor Ecclesias perderet, vim potius sequi, & id oneris ferre, quàm populum pe-

rire maluisse dicebant. Quæ ideo nobis à veritate aliena non videbantur, quod Aaronem illum Mo-^{Exod. 32.} sis fratrem in solitudine veniam populo peccanti indulisse, ea tantum ratione, ne Ægyptum repens idololatriam amplecteretur, afferebant. Fore enim nemo non videbat, modo in deserto remanerent, impietatem omnem esse abiecturos: Sin autem in Ægyptum redirent, interituros non solum, sed impietati priori multum esse adiecturos. Itaque quod ab eis cleri nomine factum esset, venia donandum, & reliquis qui in fraudem per vim essent deducti Indulgendum. Ista vero tibi pietati tuæ consilus narrare non sum veritus, cum ea præsertim te probaturum, nec ita coactorum patrum in remittendò facilitatem damnaturum mihi persuaserim. Ideo autem istas sacro tuo collegio & populo per te literas recenseri velim, vt eis moniti male in eiusmodi viros affectum valeat arguere. Neque enim me, cum scribere tui sit arbitrij & potestatis, nostram in eos propensam animi voluntatem significare, & quæ desunt cætera omnia complere decuit. Magna ergo Domino, qui te omni sermonis & cognitionis facultate cumularit, agenda gratia est. Cæterum quos pœnitentia cœperit, palam illi veterem opinionem, ipsumque Eudoxij & Euzoij, qui in Christum blasphemam creaturam dixerunt, & Arrianæ hæreseos duces se prebuerunt, nomen execrentur, & quam Nicææ patres ediderunt, fidem amplectentur, profiteanturque, & ea synodo priorem nullam habeat. fratres qui tecum sunt saluta, ab his qui mecum degunt in Domino salutatus.

D. ATHANASII OPERVM FINIS.

